203-2.J.1

1600

NAZ. CENT.
R. BIBLIOTECA
203
2 1
1
VITT. EMAN. II
ROMA

Digitized by Google

203, 2 I 1.

~~I D~~ 23





IOANNIS DE PINEDA, SOCIETATIS IESV

COMMENTARIORVM IN IOB LIBRI TREDECIM,

ADIVNCTA SINGVLIS CAPITIBVS SVA PARAPHRASI, QVAE ET LONGIORIS COMMENTARII SVMMAM CONTINET





COLONIÆ AGRIPPINÆ
Apud Antonium Hieratū Monocerote.
M.D.C.
Cum gratia et Priuilegio



REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. THEODORO A FVRSTENBVRG, ELECTO ET CONFIRMATO EPISCOPO PADERBORNENSI, &c. DOMINO ſuo clementiſſimo.

CVM omnes operam ſuam præclarè mihi collocare videntur, qui Catholicæ Eccleſiæ ab hæreticis vndique circumſeſſæ, vehementiſſimeq́ue, omnibus admo ‹›is machinis, oppugnatæ, defenſionē ſuſcipiunt, & quibus in rebus poſſunt, vtilitatem procurant: tum illos vel imprimis magnum aliquid ac diuinū pręſtare cenſeo, qui ſacræ Scripturę libros ſuis lucubrationibus illuſtrādos ac enucleādos ſibi ſumūt. Non enim te latet, Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. Princeps, quibus armis pugnent ij, qui Catholicæ Eccleſiæ πόλεμον ἄσπονδον indixère. Nam quis, obſecro, tam abſurdæ impietatis arcem vnquam exædificauit, quin idem ad eam tuendam ex ſacroſanctæ ſcripturæ armamentario tela petere voluerit videri? Quemadmodum igitur militi magna ac pænè explorata victoriæ ſpes ſit, ſi antagoniſtæ ſui gladium è manibus extortum certiſſimo ictu contra eūdem vibret: ita & illi qui ſchiſmaticorū fraudes & impoſturas in ſacris ſcripturis explicandis detegunt, earumq́ue ſenſum genuinum declarant, nónne hoc efficiunt, vt rebellium copias omni commeatu intercludant, atque ita in anguſtum compulſas, vel ad deditionem cogant, aut exarmatas fundāt, ac proſternant? Verùm difficile dictu eſt, vtrū hoc, de quo dixi, vtilius ſit, an grauius & operoſius.

Nam præter eruditionem exquiſitam, multiplicem ſcientiam, principũ linguarum cognitionem, iudicium accuratiſſimum; illud etiam interpreti cumprimis neceſſariũ eſt, vt, implorato prius diuino auxilio, non opinionum ſuarum vanitate, ſed Dei ſpiritu duci ſe patiatur; ne cæcũ ſequens ducem, noua errorum monſtra (id quod ſectarijs noſtri temporis potiſſimum eueniſſe videmus) pariat, atque ita in hæreſin prolabatur. Cùm ergò ſacram ſcripturam rectè ac verè interpretari, tam præclarum, tam difficilè, tamque Catholicæ Eccleſiæ neceſſarium ſit munus: illud etiam facilè intelligi poteſt, quanti ſit piorum ac doctorum virorũ in eam lucubrationes ab omni hęreſeos ſuſpicione, procul remotas, & ad plurimos peruenire, & ad poſteros etiã exſtare. Hâc ego cauſsâ adductus, cùm non ita pridem in IOANNIS DE PINEDA Hiſpani, eruditiſſimi ſanè Theologi, ſuper IOBVM Commentarios incidiſſem; tam eruditum, tamq; elaboratum opus (præſertim cũ huius mei conſilij grauiſſimos haberem auctores) typis meis excudere, atq; huic etiam noſtræ Germaniæ legẽdum exhibere non dubitaui. Quòd verò ſub tuo id potiſſimum nomine apparere volui; mouit me cùm ſingularis vitæ ac religionis, quam omnes boni in te ſuſpiciunt, integritas; tum incredibilis erga litteras, ac litteratos, quem multis indicijs teſtatum feciſti, beneuolentia & amor.

Etſi autem non dubito, quin magnam ex horum Commentariorum lectione percepturus ſis voluptatem: tamẽ hoc etiã nomine gratiſſimos tibi fore confido, quòd ex ea Schola, ab ea Socie-

tate

tate profecti ſunt, cuius tu ſemper amantiſſimus fuiſti; in qua à teneris inſtitutus annis & pietatẽ, & eruditionem combibiſti; quam etiã omnibus modis fouiſti, ac quàm ornatiſſimã eſſe voluiſti. Cuius tuæ pietatis hunc vberrimũ cepiſti fructũ, quòd poſt varias diuerſis in prouincijs perluſtratas Academias, ad Paderbornenſ. Epiſcopatus dignitatem es euectus, quem etiam prudentiſſimè, feliciſſimeque, fruſtra frementibus hæreticis, à quibus vndique, tanquã alter IOB in Idumæa, in terra Hus, es circumſeptus, infracto & excelſo animo hodieque adminiſtras.

Quod ſupereſt Reuerendiſſ. atque Illuſtriſſ. Princeps, quàm poſſum humillimè rogo, vt hũc ſingularem animi mei erga te affectũ, beneuolo accipere animo, meq; in album clientũ tuorum, vel extrema ſaltim pagina adſcribere velis; quod te facturum prçter alia multa, inſignis tua humanitas & munificentia ſpem mihi faciunt: quare etiã breui huius operis ſecundus Tomus (quem hactenùs expecto) tuis auſpicijs luci dabitur: Deũ interim votis omnibus obſecrans, vt medijs in curis & difficultatibus diuinæ gratiæ ſubſidium tibi nunquam ſubtrahat; eundem tãdem quem IOBO exitum largiens.

Coloniæ Agrippinæ, ex officina noſtra Typographica. Idib. Martij. Anno Iubileo, Milleſimo ſexcenteſimo.

Reuerendiſſ. atque Illuſtriſſ. tuæ Celſitudinis obſequentiſſimus cliens

Antonius Hierat, Ciuis & Typographus Colonienſ.

CENSVRA OPERIS.

Accuratè legi hac doctiſsimi Ioannis de Pineda Hiſpalenſis in IOB *Commentaria, Regij Senatus decreto mihi commiſſa, vna cum Paraphraſibus ſingulorum capitum. Opus, quod Fidei nihil habet aduerſum, & Eccleſiæ Catholicæ eſt vtiliſsimum: in quo elucet magnum, & felix Auctoris ingenium: ſtupenda eruditio: trium linguarum peritia mirabilis: Varia veterum Patrum lectio, & electio rara, in eruendis, explicandiſque genuinis, & huc vſque non auditis Iobi ſenſibus inaudita facunditas, miraq́ dexteritas, vnà cum modeſtia pietate, & religione ſingulari. Quare opus digniſsimum mihi viſum eſt, quo omnes fruantur. Quod vtinam integrum haberemus, & multis ab hinc annis typis eſſet mandatum, vt magnis eius vtilitatibus eſſemus ditati. Madriti in noſtro monaſterio Sanctiſsimæ Trinitatis, die duodecima Aprilis. Anno 1597.*

Fr. Didacus de Auila.

FACVLTAS P. PROVINCIALIS.

Petrus Bernal vice Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Bætica, poteſtate ad id mihi facta à R. admodum P. N. Claudio Aquauiua Generali Præpoſito, facultatem concedo, vt prior tomus Commentariorum in IOB à P. Ioanne de Pineda Sacrarum Litterarum profeſſore compoſitus, & noſtræ Societatis virorum grauium, atque ſapientûm iudicio examinatus, & approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & noſtri officij ſigillo munitas dedimus, Hiſpali, die duodecima Ianuarij, Anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi ſeptimi.

Petrus Bernal

Vice Prouincialis.

SVMMA TOTIVS OPERIS.

Quam ideo præponimus, vt Lector in vno quaſi aſpectu habere poſſit totius libri Iob filum & contextum, atque etiam commodam partitionem librorum & capitum vtriuſque tomi, id eſt, tum illius prioris, quem nunc damus, tum verò alterius, qui iam prælo paratus eſt.

TOMVS PRIOR COMMENTARIORVM IN IOB continet Libros ſex, Capita decem & ſeptem, Colloquia ſeptem, Certamina ſex.

I. *PRIMVS LIBER conſtat duobus prioribus capitibus: deſcribit verò vtramque Iobi fortunam, proſperam, atque aduerſam: illam ab omnibus bonis; hanc ab omnibus propemodum ærumnis, & morbis. In his verò inſunt duo Certamina, alterum Iobi cum Satana, cum vxore alterum: tria verò Colloquia, vnum & alterum Dei cum Satana, tertium verò vxoris cum Iob.*

II. *LIBER SECVNDVS vnico, id eſt, tertio capite contentus eſt. Nihil verò aliud continet, quàm Iobi lamentationes, atque lamentandi cauſas, tædium vitæ, mortis votum.*

III. *TERTIVS LIBER comprehendit Capita quatuor à 4. vſque ad ſeptimum: Colloquium quartum, Certamen tertium, id eſt, primam Iob cum Eliphaz diſputationem: Duobus enim capitibus Iobum accuſat Eliphaz tum occulti alicuius ſceleris, tum manifeſtæ aduerſus Deum inſolentiæ.* Ad reſipiſcentiam verò (qua opus eſſe Iobo exiſtimabat) conatur illum adducere propoſita præſenti piorum hominum proſperitate, præſenti etiam impiorum ſupplicio. Duobus verò capitibus poſterioribus reſpondet Iob ex grauitate ſuarum ægritudinum, atque vitæ huius ærumnarum.*

IIII. *LIBER QVARTVS ab octauo capite vſque ad decimum procedit, atque deſcribit Certamen quartum, Colloquium verò quintum, id eſt, primam diſputationem Baldad. Is enim capite vnico, vt ab omni iniuſtitiæ ſpecie Deum vindicet, in vniuerſum aſſerit Deum neque innocentes punire, neque non Iobum eiuſque filios propter ſcelera grauiſſima tantum ſupplicium commeritos. At duobus ſequentibus capitibus occurrit Iob, benè conſentire cum ſumma Dei æquitate, poteſtate, ſapientia, quòd interdum velit innocentes calamitatibus exercere.*

V. *QVINTVS LIBER quatuor capitibus clauditur, ab vndecimo vſq; ad decimum quartum Certamen hic initur quintum, Colloquium verò ſextum. Nam tertius iam procedit Sophar loquacitati vertens, Iobi de diuinis rebus orationem, atque ſuæ innocentiæ defenſionem: tum verò audaciæ, & temeritati, quòd Diuinæ Prouidentiæ rationes, & ſuarum calamitatum cauſas perſpectas habere deſideret. Per tria verò ſequentia Capita ſapienter ſe ab obiectis purgat Iob, & ſuam pietatem veriſſimamque Theologiam longè magnifica, æquè ac ſapiente de Diuinis natura & proprietatibus diſputatione illuſtrem, atque teſtatam relinquit.*

VI. *LIBER SEXTVS tribus tandem Capitibus abſoluitur, & conſiſtit in decimo ſeptimo. Ad Certamen enim ſextum ſeptimumq; colloquium procedit ſecundò Eliphaz multo contentioſius, & amarulentius: & ingentibus impiorum ſupplicijs propoſitis, ad meliorem (vt ipſe iactabat) mentem adducere illum conatur. At Iob meritò carpit immiſericordes amicos, & conſolandi imperitos: & ex huius vitæ contemptu, ardenteq; mortis deſiderio ſuam ſapientiam, commendat, & Deum iudicem incorruptiſſimum appellat.*

TOMVS POSTERIOR CONTINET COMMENTARIORUM Libros ſeptem, Capita viginti ſeptem, Colloquia quinque, Certamina ſex, atque totius diſputationis clauſulam, finemque Certaminum.

VII. SEPTIMVM LIBRVM *efficiunt duo Capita, videlicet decimum octauum, & decimum nonum, in priori ſecundam diſputationem, & Certamen ſeptimum aggreditur Baldad, loquiturq́; contentioſius, & ardentius, & Iobum impatientiæ animi accuſat & tum illius, tum omnium impiorum ingentia ſupplicia proponit: at in poſteriori conqueritur Iob, quòd & veræ amicitiæ officium, & ſuæ innocentiæ afflictæ ſolatium in ſuis amicis deſideret, illudq́; ex ſpe & cogitatione Reſurrectionis ipſe captat.*

VIII. LIBER OCTAVVS *duo alia habet capita, vigeſimum, & vigeſimum primum, in quibus & ſecunda Sophar diſputatio, & Certamen octauum, atque nonum Colloquium continentur, proponente prius Sophar miſerandum exitum impiorum poſt momentaneam felicitatem, vt Iobum impietatis & hypocriſis perſtringat: Redarguente verò Iob ſuos amicos ex præſenti & diuturna multorum impiorum felicitate, vt ſuam innocentiam afflictam ab omni ſcelere tueatur.*

IX. IN NONO LIBRO *deſcribitur tertia Eliphaz diſputatio, Colloquium decimum, Certamē nonū Continētur omnia tribus Capitibus, videlicet, vigeſimo ſecundo, in quo Eliphaz contendit non deberi calamitatū cauſam reuocari in occultā aliquā Diuinæ Prouidentiæ diſpoſitionem, ſed in manifeſta aliqua hominis ſcelera: atque vigeſimo tertio, & vigeſimo quarto, in quibus Iob appellat ad Dei tribunal, cuius poteſtatem deſcribit, atque ſapientiam, quæ permittat innocentes affligi.*

X. LIBRVM DECIMVM *efficit tertia argumentatio Baldad, ſed ea breuiſſima, nimirum cap. 25. Conatur enim propoſita Dei maieſtate terrifica à diſputando & ab appellando, Deum deterrere Iobum, ſed is longiſſima, & luculentiſſima reſponſione multò vberius atque honorificentius de Deo, deq́; diuina maieſtate & poteſtate ſapientia, impiorum interitu, priſtina ſua felicitate, præſenti calamitate, virtutum officijs, & ſua vitæ innocentia diſſerit à cap. 26. vſq́; ad 31. Includit hoc decimum Certamen, ſeptem omnino Capita.*

XI. PRODIT *tandem concertaturus Eliu, tumenti & inſolenti oratione, vt iunior, ita & imperitior cæteris Iobum itaque non minoris impietatis aduerſus Diuinam Prouidentiam accuſat. Docet interim non contendendum neque expoſtulandum cum Deo, quacumque ille ratione agat cum homine: Deum pro ſua potentia, & æquitate adminiſtrare res humanas: Iudicaturum omnia: Quas ille immittit ærumnas patienter excipiendas Mirabilē illū eſſe in ſuis operibus. Certamen hoc vndecimum longiſſimum eſt, vt quod ſex item Capita comprehendat, Colloquium verò nullum: quamuis enim Iob nihil omnino reſponderit, ſed oppidò tamen audiendo defatigatus eſt. Hic eſto Liber vndecimus.*

XII. NOVVM *aliud, & inauditum Certamen deſcribit Duodecimus Liber. Nam Deus ipſe & athletam & diſputatorem agit. atque enumeratione mirabilium naturæ operum, & propoſita ſua Conditoris maieſtate & ſapientia, Iobo materiam & cogitationem affert maioris ſuſtinentiæ, maiorisq́; demiſſionis coram ſupremo numine. Eſt hoc certamen duodecimum: duodecimum item Colloquium: nam poſt diuinum ſermonem à c. 38. vſque ad 41. reſpondet, ſed breuiſſimè Iob, Diuinam maieſtatem reueritus, initio c. 42.*

XIII. QVOD *reliquum eſt, c. 42. continet Dei cum Iobi amicis colloquium. 3. & Certamen nullum: ſed Certaminum finem ſaluiſſimum, & patientiſſimi Iob coronam, regnumq́; reſtitutum. Conſiſtit itaque vniuerſum opus in Lib. decimo tertio.*

ADMODVM REVEREND. P.N.

CLAVDIO AQVAVIVAE

PRAEPOSITO GENERALI SOCIETATIS IESV

IOANNES DE PINEDA THEOLOGVS EX EADEM Societate, & Filius minimus. S.

Commentarios in IOB diu conceptos, lucem nunc tandem adſpicientes, in adoptionem humaniſſimæ tuæ Paternitati emancipare ſtatui: atque adeo debui. quod ſuo iure à me exigebat iſte mei animi, atque laboris fœtus ſatis per ſe obſcurus & inglorius; qui ne tenue quidem ſplendoris patrimonium ex me ſperare, ex tua verò humanitate & nomine ſatis lautū & copioſum ſibi poterit polliceri. Et verò, vt iſti meorum ſtudiorum partui præclarè conſulam, quem vel meliorem, vel amantiorem parentem quæram, quàm ipſum meum? Debetur is etiam tibi, tamquam domi natus, non modò adoptionis iure, ſed mancipij & nexi. filium itaque non omnino alienum facies; ac ne alienum quidem. tuus fuit cùm primùm natus, cùm primùm conceptus fuit. Capitis nimirum, atque fontis eſt ipſa riuulorum aqua. At quàm multa hoc feliciſſimo tuæ gubernationis tempore Scriptorum flumina ex abditis diſciplinarum omnium fontibus orta, & quaſi ab iſto capite Societatis acceſita & ducta, vberrimis aquis redundantia, per omnes terrarum oras ſimul hæreticorum moles oppoſitas obruerunt, ſimul pietatis hortos vbertim irrigarunt? Vberem dico variæ, & exquiſitæ doctrinæ librorum copiam, quos per hoſce annos, non iam clauſis, ſed apertis oſtijs, minimè ſtagnantibus, ſed Viuis aquis, erumpentibus quoque longo interuallo cōpreſſis, tua Societas effudit. Veriſſimè namque, quod de Oniæ filio Simone ſcripſit Eccleſiaſticus, de te dicam optimo Societatis Parente; *In diebus ipſius emanauerunt putei aquarum: & quaſi mare, adimpleti ſunt ſupra modum. Qui curauit gentem ſuam, & liberauit eam à perditione.* Eccl. 50. v.3. Sed hæc cum tua propriè ſint, ſunt tamen, quod ad me attinet, mihi cum Socijs reliquis communia. ad illud venio peculiare & proprium meum. Eſt quidem ſanctiſſimus IOB abſolutum exemplar virtutum omnium. ſed præſertim elucet in eo præclara illa in omni vita æquabilitas, vultuſque idem; in proſperis Modeſtia & Temperantia; in aduerſis excelſa exaggerati animi altitudo inuictaque Conſtantia; quæ illis, qui præſunt, in tam diuturnis, & ſanguinarijs teterrimi hoſtis incurſionibus etiam atq; etiam neceſſaria eſt, vt eius præſidio aduerſos caſus ſapienter ferre, filiorum iacturas æquo animo tolerare, & in medijs perturbationum fluctibus tranquillum & conſtantem curſum tenere poſſint. Hanc tibi, Pater Optime, quàm altiſſimam exaggerationem animi, & ad euentus omnes æquabilitatem diuino munere conceſſam, ſuſpiciunt, qui te nouerunt omnes. Ego verò nequeo ſatis mirari incenſum illud, & inflāmatum ſtudium promouendi tuos ad optatā perfectionis metam; crebras & ardentes litteras ardorem tui pectoris ſpirantes; aliaque id genus præclara ſubſidia, ad nos ſubinde ex Vrbe tranſmiſſa. vt nemini dubium ſit, quin *Conſurgens diluculo, offeras holocauſta pro ſingulis, mittenſq; ſanctifices nos.* Videlicet tamquā alter IOB, in eam præcipuè curam toto pectore incumbis, vt filios tuos pu-

ros ab omni labe, ſartos tectoſque cuſtodias. Neque verò deeſt tibi præſtantiſſima illa rerum humanarum, atq; Diuinarum ſcientia, qua inſtructus, & armatus ſapientiſſimus I O B, nodoſas amicorum argumentationes diſſoluit; & tortuoſas interrogationes prudenter eluſit: Teſtis eſt Societas vniuerſa; quæ cœleſti ſubnixa præſidio, ac tãto duce bene animata, oblatrantium quorumdam fauces compreſsit, & petitiones multas ita coniectas, vt non brachium, aut latus, ſed rerum optimarum, & nobis cariſsimarum iugulum ipſum appeterent, prçclarè ſapientia tua gubernata, parua quadam atque facili declinatione, &, vt aiunt, corpore, effugit. vt vel ex hac re clariſsimum ſuæ erga Societatem prouidentiæ Diuina bonitas argumentum ediderit, cùm ad illius gubernacula tractanda, eum moderatorem admouit, qui ſedens in puppi, clauumque tenens, non modo vela panderet ad eam partem, vnde flatus cœleſtis oſtenderetur, ſed aduerſos etiam caſus inuicto animi robore coërceret, & motos fluctus dexteritate mirabili ſedaret. Commentanti itaque mihi, aut etiam ſcribenti, hæc ſæpe occurrebat cogitatio, quæ non minuebat modò laborem aſsiduum, ſed incredibilem etiam faciebat voluptatem. ſcilicet iuuabat identidem iſtas tui animi dotes cum ſanctiſſimi I O B factis contendere: atque illorum in te non conatum, & adumbrationem ſolùm, ſed perfectionem ipſam contemplari. Hinc tibi profectò ardens quoddam (vt cognoui) ſacri iſtius libri ſtudium; atque erga illum ſic te affectum, & animatum eſſe, vt minimè tibi ingratas futuras has commentationes. P. Bartholomæus Perez de Nueros, raræ probitatis, & ſingularis doctrinæ vir, qui nunc tibi pro Hiſpaniarum Prouincijs aſſiſtit, dum Bæticam hanc adminiſtraret, mihi non ſemel affirmauerit. Ergo iam inde ab eo tempore mei laboris fructum, qualiſcumque demum eſſet, tuæ Paternitati animo conſecraui. Nec dubito, quin benigna fronte accepturus ſis filij munuſculum; exiguum illud quidem; ſed in quo & præteritæ vitæ tuæ imaginem, & futuræ, quam longam & diuturnam boni omnes exoptant, ad viuum expreſſam intuearis.

VALE.

IOANNIS DE PINEDA SOCIETATIS IESV, AD Commentariorum in Iob libros Tredecim.

PRÆFATIO.

De huius hiſtoriæ, atque libri veritate, auctoritate, obſcuritate, præſtantia, ratione interpretandi, atque totius operis partitione.

Lib. 1. Pand. l. 1. tit. 2. de Origin. iur.

Proœmiorũ vſus & ratio.

DVm vir ille Iuriſconſultiſſimus Caius, ad ſuam veruſtarum, id eſt, duodecim legum interpretationẽ præfatur, tantum iure optimo, non ſuę ſolum ſed cuiuſque operis præfationi tribuit, quantum ſapientes ſemper optimis rerum initijs tribuendum cenſuerunt; nam & rei partem potiſſimam principiũ eſſe ſtatuit; & illis præfationibus inſtructos libentiùs nos ad legendum, faciliùs ad intelligendum perduci. Sed ſi nõ aliud, illud certè fuerint iſta in librorum initia, quod in templis, ædibuſque veſtibula, quæ inter potiſſimas ædium partes, ſi non ad vſum & neceſſitatem, ſaltem ad ornatum, & decorẽ ab architecturæ magiſtris æſtimantur.

Aedificiorũ veſtibula.

Vitru. lib. 6. cap. 8.

Quemadmodũ enim qui patronum, aut virum diuitem ſalutatũ clientes veniebant, tantiſper iubebantur expectare in veſtibulo, dum intro admitterẽtur, ſic ſanè neque incõmodè, neque inutiliter, nos præãbula iſta detinent, antequam ad libri ſacri expoſitionem ingrediamur. atque equidem cùm architecti regias magnificaſque arces, ita optima ratione architectari ſoleant, vt aditus, in quibus & Corinthia opera, tabulas, ſigna exhibent, quibus exſpectantis hoſpitis deſideria expleant, dum ſenſim in totius domus penetralia deducant, atque veſtibula omnino pari magnificentia & dignitate præponant; certè ſacer hic liber, quem præ manibus habemus, vt longiſſimus, ita rerum tractandarum amplitudine ſplendidus, & obſcuritate abſtruſus, & vilitate fructuoſiſſimus, nullo ſatis auguſto, ſatiſque totius ędificij magnificentiam æquante veſtibulo decorabitur: cùm regium præſertim opus ſit, quod Regis vitam, fortunam, varios & admirandos caſus, vniuſque cum tribus alijs regibus ſuſceptam diſputationẽ ſapiẽtię atque dignitatis plenam contineat: in quam neq; fas ſit illotis pedibus ingredi, neq. rem puriſſimã attrectare illotis manibus, imo neque illoto (vt Nicet. dixit) ore Iobum ſanctiſſimũ vſurpare. *Purum,* videlicèt *impuris labris contingere nefas.* Atque illud in primis noſtrum eſſet, auctoris libri, & cuius doctrinæ, atque ſententiæ in hoc libro deſcribuntur, hiſtoriam, vitamque ſcribere; valde, videlicèt, iuuat, quem loquentem auditurus ſis, eundem viuis expreſſum coloribus, & quaſi ſpirantem vidiſſe, & cum ſpecioſis factis, formaque vitæ egregia, quam contemplatus fueris, elegantes eiuſdem viri ſententias deinde comparare.

Liber Iob, Regiũ opus.

Nicetas initio Catenæ.

Verum hoc ipſum quod agere, & prædicere tenebamur, liber ipſe ante vertit, totus in Iobi vitæ, rerumque geſtarum commemoratione poſitus; ita vt ſi quæ ad Iobi patriam, genus, fortunas, conditionem, vitæque ſeriem vniuerſæ pertinẽt, huc auellere è proprijs ſedibus vellemus, commentarios ipſos huius ſcripturæ ſacræ, lectoreſque ſumma voluptate fraudaremus: & quæ in alieno loco vix benè cohærentia ſtrictim oporteret percurri, poſtmodum perſequi & repetere cogeremur, non ſine tædio, extincta videlicèt, aut maiori ex parte iam ſedata inſita illa ſciendi cupiditate, & voluptatis conciliatrice incerti animi exſpectatiõe, ab ipſo narrationis initio ad extremum vſq. exitum pendentis. Sed dum hæc in propria loca ſeruamus, Vlpiano Tyrio (& ſi qui ſunt illius palati) minimè placeremus; cui pro cœnæ condimento, atque primo ferculo erat importuna excitãdarum, percontandarumque quæſtiũcularum fames, de quolibet propoſito cibo, an alicubi extaret? vbi nam extaret? apud quem? quanti veniret? aliarumque ſimilium, quas Athenæus commemorat: ita ſanè quibuſdam nihil eſt iucundum, niſi illa octo præmittant, quæ Commentator initio cuiuſlibet libri præponi iubet. Verùm vt neque his quoque diſpliceamus, ſtudẽdum eſt; fecimus enim præfationi reliquas nonnullas dubitationes, ad ipſam hiſtoriam librumque recurrentes, paucis capitibus expediẽdas.

Vlpianus Tyrus.

Athen. lib. 6. cap. 3.

Auer. initio Phyſ.

CAPVT I.

Sit ne vera hiſtoria IOB, an verò parabola?

1 *Quæ aduerſus huius hiſtoriæ veritatem obijci poſſunt.*
2 *Hæreticorum aduerſus priſcas hiſtorias nefarium bellum, atque belli cauſa.*
3 *Illuſtratus locus Eccleſiaſtici. 10. Stultus omnes ſtultos æſtimat.*
4 *De rebus diuinis heretici iudicant humano ſenſu.*
5 *Hiſtoriæ Iob veritas probatur.*
6 *Patientiæ exemplum, niſi re ipſa verum ſit, efficax non eſſe.*
7 *Nomina propria tacentur in parabolis: dicuntur in hiſtoria, & Lazari vlceroſi veritas.*
8 *Qui neget veram hiſtoriam Iobi vnquam fuiſſe, qua nota inurendus.*
9 *Nominum imponendorum ratio, ſcientia, & arcana ſignificatio apud quas nationes.*
10 *Nomina propria in comœdia non ſemper ficta.*
11 *Notatur Ioſephus hiſtoricus.*
12 *Iob multis nationibus cognitus.*

FIctam omnino hiſtoriam vereque fabulã, 1
& argumentum ſcenicum hoc libro contineri aſſerunt perfidi ſiue Iudæi in Thalmud, ſiue Hæretici, vt Lutherus, & Anabaptiſtæ noſtræ ætatis. Probare conantur;

Primò, ex nominibus Iobi & amicorum; Aduerſario

rum argumenta.

aiunt enim ipſa ſe nomina prodere, quę ſcenica ſunt, & rei quæ agitur, videlicèt patientiæ exemplo, quod proponitur, congruentem ſignificationem habent; nam Iob interpretatur, dolens, Hus conſilium; ſuas quoque nominum arcanas ſignificationes atq; interpretationes habent amicorum nomina, quę ſuis locis indicabuntur; atq; filiarum etiam, capite vltimo.

Secundò, quoniam carmine ſcriptus eſt liber hic, vt ſolent comœdiæ & tragediæ. Sic namque liber Canticorum, qui carmine etiam conſtat, paſtoritiam quandam fabulam, & argumentum bucolicum continet.

Tertiò, quoniam neque qui hiſtoriam à primis initijs texuerũt, illius meminerunt; vt Ioſephus, qui nuſquam Iobum nominat.

Quartò, ipſe narrandi ſtylus ad parabolam facit; non enim dicitur, Fuit quidam vir, ſed, *Erat*. ſic aniles fabellæ habent initium, *Era ſe io que ſe era*. nam hiſtoria perfectam præteriti aſſeuerationem habet, vt 1. Reg. 1. *Fuit vir vnus*. Ioſue. 1. *Et factum eſt*, in Hebræo. Et fuit, ſimiliter etiam 1. Iudicum, in originali, *Et fuit*. ſimileq; initium habet liber Ruth. & primus & ſecundus Regum, atque liber Eſther.

1. Reg. 1. 1.
Ioſue. 1. 1.
Iudic. 1. 1.

Quintò, quòd etiam viri catholici ſentiant, quaſdam huius libri partes non poſſe hiſtoricè accipi, ſed per parabolam; quale eſt illud angelorum concilium præſidente Deo, colloquiũ Satanæ; interrogationes, & reſpõſiones.

Denique quod quædam impoſſibilia ſint, neq; ita vt ſcribuntur geri potuerint, vt quòd *ſeptem diebus & noctibus*, immoti aſſederint Iobo tres illius amici, ſine cibo & potu: quòd locupletiſſimus *inter omnes Orientales* repentè nudus ſederit *in ſterquilinio*: quòd illius vxor, in ſuo regno, ſuaq; vrbe nullo ſuo merito aut culpa ancillæ munus obierit, & ſtipem coëgerit, vt Septuagint. diſertis verbis tradunt: quod nulla ſanitatis recuperatę, neque reſtitutarum facultatum, veroſimilis ratio, & via ſcribatur, atque ijs ſimilia.

2
Hæreticorũ in tollendis veriſſimis hiſtorijs impudẽtiæ, prima cauſa.

Hęc illi argumenta prætendere poſſunt ſuæ aſſertionis; ſed nos tamẽ alias veriſſimas cauſas ſuæ illorũ perfidiæ, proferemus. Primam, quòd id ſit hæreticorum ingenium, vt certa & explorata, & communi Eccleſiæ voce ſtabilita ſuſpectæ veritatis nomine, in iudicium vocent: omnem igitur veteris hiſtoriæ auctoritatem eleuant. Nam cùm ipſi conſcientia ſcelerum conuicti tenebras ament, & lucẽ ipſam, qua nihil eſt amabilius, auerſentur, hiſtoriam æquè deteſtantur, quæ à ſapientibus viris *lux veræ*, meritiſſimò appellatur. Verentur itaque ne, ſi in hiſtoriæ lucem incurrant, ipſorum, & mores, & dogmata, non ad Chriſti lucernam, ſed ad Satanæ caliginem elucubrata, prodantur. Recepto & probato Sanctorum catalogo adſcriptos pleroſque ſanctos expungit Lutherus; vetera miracula noui Euangelici magna ex parte abnegant; perfidi & mendaces hiſtorici, veræ hiſtoriæ perfidi & mendaces calumniatores.

Hiſtoria, lux

Lutherus.

2. Cauſa.
Hæretici ex ſe alios iudicant.

Secundam, quòd ex ſua vita aliorum mores æſtiment ac metiantur, & ex ſua imbecillitate, aliorum conſtantię coniecturam faciant, & quæ ſe aſſequi poſſe diffidunt, impoſſibilia eſſe credant. Quare ſapienter Ariſtoteles ſcripſit, virum ſtudioſum, nõ eſſe iudicem ſolùm, verùm etiam normam quandam, atque menſuram veri atque boni; Nam ſicut ſanis corporibus ea iucũda & amica ſunt, quæ ſalubria exiſtunt; ægrotantibus autem pleraque etiam inſalubria & nociua placent; ſic ſanè viri boni, & boni atque veri amatoris palato illa ſapiunt, quæ vera & bona ſunt; improbis atque mendacibus, improba atq; mendacia. eſt namque pietas *ſuadibilis*, vt Iacobus dixit; *congaudet veritati, omnia credit*, vt Paulus docet. Quòd ſi ſe velit impietas, atque perfidia, non ſolùm arbitram, ſed etiam regulam atque legem animatam veritatis atq; probitatis conſtituere, quod erit tantum mendacium, quod non obtineat fidem? aut quod tantum ſcelus, quod laudem, & præmia non referat? aut quid tam verum, tamq; honeſtum, quod ab iniquo iudice ignominiam, & repulſam non accipiat? *Stultus igitur ambulans in via, cùm ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat*. quo loco Hieronymus ait, *Stultus, vt ipſe peccat, ſperat omnes peccare ſimiliter, atque ex ſuo ingenio omnes iudicat*. quem locum in eandem quoq; rem videtur Symmachus interpretari, *in via ſtultus cùm ambulat, ipſe inſipiẽs ſuſpicatur de omnibus, quia ſtulti ſunt*, a quo non longè abeſt illud Hiſpanorum vulgi ſermonibus iactatum, Latro omnes ſibi ſimiles ſuſpicatur. ſic Auguſtin. ingenuè fatetur in ſuis confeſſionibus, Ambroſij cælibatum ſibi viſum laborioſum, quòd ipſe nec conijcere nouerat, neque expertus fuerat illius interna animi gaudia, ſolamen in aduerſis, ſpei robur. verum eſt enim illud prouerbiũ, *vt omnis aff. ctus, in quo ipſe inſanis, reliquos furere putet* eleganter Nazianz. in præceptis ad virgines cecinit;

Ar. 3. Ethic. c. 4. & lib. 9. cap. 4.
Iuſtus norma veri, atq; boni.
Simile.
Iacob. 3. 17.
1. Cor. 13. 6.
Eccleſ. 10. 3.
Hieronym.
Symmach.
Aug. 6. confeſ. cap. 3.
Senec. in prouerb.
Nazian.

Hi fieri non poſſe putant, vt carnea moles
Fulgeat, expendunt proprijs qui ſordibus omnes.
Aſt ægri eſt oculi, nigrantia cernere cæli
Sydera, ſic tellus quamuis immota quieſcat,
Voluitur ipſa tamen, cæca vertigine capiti.

In rem hanc, atq; ad fidem mirabilium exemplorum patientiæ, & tranquillitatis animi in rebus aduerſis, his verbis grauiſſimis Plutarchus ſcribit; *Neq; eſt einſmodi dictis deroganda, aut infirmanda fides, ſed cum admiratione, æmulatione, & afflatu quaſi numinis aliquo, periculum faciendum, & ſpecimen capiendum in minoribus, ad maiora ſui ipſius: non meditanda fuga, neque cura abijcienda animi ſui, neque vagandum.*

Plutarch. de tranquillit. Animi.

3
Tertia cauſa

Tertiam, quòd cũ diuino lumine deſtituantur, & humano tantùm ſenſu de rebus iudicent, id ſtatim exiſtimãt impoſſibile, quod humanis viribus ſuperius viderint. atq; adeò *non credenti*, (id eſt nihil fidenti aut ſperanti, de diuina ope, atque potentia) *impoſſibilia videntur*, quæ *credenti poſſibilia* eſſe Chriſtus Ieſus docuit Marci. 9. Atque in primis ea, quæ ad rerum aduerſarum, dolorumque tolerantiam pertinẽt, quæ ſi magna ſint, primò deterrent humanam imbecillitatem, deinde verò humanam etiam fidem, & exiſtimationem vincunt. ſanè ſi ab homine petas, poſſit ne *abundantiùs omnibus Apoſtolis laborare*? reſpondebit, *Non ego*. ſi autem ab Apo-

Marc. 9. 23.

ſtolo Pauló idem rurſus perconteris; reſpondebit vtique, *Gratia Dei mecum* Quid enim ſolus ſine charitate homo ſuſtinere, aut ſperare poſſit? *at charitas omnia ſuſtinet, omnia ſperat.* Itaq; homines otio atque voluptate diffluentes, & ad ſanctitatis & tolerantiæ imitationem ineptiſſimos de Iobi hiſtoria neceſſe eſt iudicaſſe, non ſecùs, atque cæcum de coloribus, aut molliſſimum Epicurum de Stoicorum indolentia & apathia. Atque de his ipſis illud dici pro Iobo poteſt, quod de ſuarum calamitatum ſpectatoribus dicebat Dauid; *Tanquam prodigium* (quod vix fidem tantæ in tantis calamitatibus tolerantiæ obtineat) *factus ſum multis, & tu adiutor fortis.* Quare ſicut impij Sapientiæ. 2. dicebant, *Sic fortitudo noſtra lex iuſtitiæ.* ita iſti ſuam delicatam animi effæminati mollitudinem, legem & normam ſuæ fidei efficiunt, vt nihil apud illos verum ſit, quod cum voluptate & turpitudine non ſit coniunctũ; nihilq; de conſtantia & tolerantia legere æquo animo poſſint, quòd legendis atque tractandis aliorum exemplis, ſua ipſi tractent vulnera; quæ dum refricantur, recrudeſcunt.

1. Cor. 13. 17.

Iuſtus afflictus, prodigium voluptuarijs hominibus.

Sap. 2. 11.

5
Vera hiſtoria Iob, verusq; homo deſcribitur.

1. Ratio.

Igitur veriſſimam hanc fuiſſe hiſtoriam, verumque hominem Iobum, atque pro veritate nobis fabulam obtrudere, ſed nequicquam, conatos hæreticos, hæc probant. Primò, quod non aliter intelligi poſſit ſacra Scriptura Tob. 2. vbi exemplum patientiæ Tobiæ, *ſicut & ſanct. Iob* ſtatuitur. ergo oportet aut vtrumq; verum fuiſſe, aut fictum vtrunque, ſicut Chryſoſtomus pro veritate illius hiſtoriæ diuitis epulonis argumentatur, *Vbi dicitur Abraham, & Propheta, & Lazarus, & Moyſes, hic verus Lazarus; Si verus eſt Abraham, verus eſt Lazarus; neq; enim vmbra corpori, & mendacium poteſt congruere veritati.* Non aliter Ezechiel. 14. veriſſimis hominibus Noë, & Danieli, tertius adiungitur Iob; *Si fuerint tres viri iſti, Noë, Daniel, & Iob.* & Iacobi cap. 5. cùm ait; *Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis.* de veriſſima re loquitur, cuius tandem finis & exitus *videri* potuit, multoſq; habuit teſtes. Accedit illius primæ vocis ponderatio. *Erat vir.* quam Origenes, Chryſoſtom. & Græci afferunt, *Virum* aut hominem dici, Ne peregrina illum, & non humana natura præditum arbitraremur. quaſi dicant, veriſſimum hominem. Secundò, omnium Sanctorum concors ſenſus, qui vſquam Iobi meminerunt, hanc tanquam veriſſimam hiſtoriam vſurpantium.

Chryſ. hom. de diuite epulone tom. 2.

Ezech. 14. 14.

Iacob. 1. 11.

2. Ratio.

Iob. 1.

6
3. Ratio.
Quale oporteat eſſe exemplum.

Tertiò, librum hunc ad patientiæ exemplum conſcriptum fuiſſe, etiam ipſi hæretici fatentur. Quale autem patientiæ exemplum ſit, quod verum nõ ſit, ſed per otium ab aliquo fictum, excogitatum, conſcriptum? Sed dices, ex fabulis interdum benè aut malè viuendi exempla peti ſolere. Sanè; ſed cùm rem eiuſmodi proponũt, quæ neq; impoſſibilis ſit, neq; non imitabilis. atqui ideo veritas huius hiſtoriæ abnegatur ab hæreticis, quòd incredibilẽ exiſtiment tantam patientiam, nedum à nobis imitabilem. Neque verò patientiæ magiſter idoneus eſſe poterit, quamuis multa de patientia diſſerat, qui non fuerit veriſſimè *tentatus per omnia.* Propterea videtur Paulus comparaſſe eos, à quibus deberemus exempla ſuſtinendi petere, cum nubibus; *Habentes* (inquit) *tantam impoſitam nubem teſtium, per patientiam curramus; aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum,* videlicèt *nubes,* niſi effundant imbrem, & ſuo diſpendio terram irrigent, vanæ cenſentur: ſic ſanè qui de patientia aut alia quacumque virtute præclarè diſputet, non valdè nobis proderit, niſi ipſa etiam re, atque opere, & tolerantia malorum imitandum ſe præbeat; cùm ſcriptum ſit, *Nubes, & ventus, & pluuiæ non ſequentes, vir glorioſus, & promiſſa non complens.* Ideo Christus Ieſus *fidei,* & Euangelicæ doctrinæ *auctor,* idem eiuſdem *conſummator* atq; perfector à Paulo proponitur.

Hebr. 12.
Cur ſanctorum exemplum ſimile nubibus.

Prou. 25. 14.

7
Quarta ratio.

Quartò, tantùm abeſt vt nomina Iobi, & amicorum, hiſtoriæ veritati obſint, vt potiùs illam confirmẽt. nam, vt Chryſoſtomus ait, *Neque in parabola dicenda nomina ſunt. Parabolæ illæ ſunt vbi ponuntur exempla, & tacentur nomina,* ſic etiam Tertullianus lib. de reſurrec. car. Lazari hiſtoriam ex nomine confirmat, *Quid illic Lazari nomen, ſi non in veritate res eſt?* Quare omnes Patres, vno excepto Theophilacto, Lazari & diuitis hiſtoriam eſſe cenſuerunt, non parabolam. imò neq; Theophilactus, Lazarum fictam perſonam aut parabolicam exiſtimauit, cùm nomen habeat, licèt quidem parabolæ (vt ipſe cenſet) diuitis, cuius nomen ſubticetur, admiſceatur. Sic enim ait; *Fert Hebræorum traditio, Lazarum quendam per illud tempus extrema inopia, & infirmitate laboraſſe, cuius memor fuerit Dominus in parabola hac, vtpotè noti & manifeſti.* ſolus igitur eſt Eraſmus, qui eadem, qua Hæretici coniectura ductus, aut certè deluſus, aberrauitq; ait, *Lazarus Hebræis ſonat, adiutus à domino, vt ipſum etiam vocabulum faciat ad parabolam.*

Chryſ. hom. de diuite.

Tertul.

Luc. 16.
Theophil.
Lazari & diuitis hiſtoria an parabola.

Eraſmus.

Quinta ratio

Accedit etiam nomen terræ Hus, Theman, Naamath, & amicorum nomina, quæ veras vrbes, veroſque homines referunt ex cognatione Eſau. Quare ſapienter, & in rem noſtram aduerſus eos, qui Scripturæ loca pro reſurrectione non verè & ſimpliciter, ſed parabolicè interpretarentur; Tertul. ait; *Si nomina abſoluta ſunt rerum, vt nihil earum in parabolam comprimi poſſit, nec ea in parabolis comprimantur; atque ita corporalia defendentur, vt corporalibus deſtinata, id eſt, non ſpiritualia, quia non figurata.*

Tertul. de reſurrectio. carnis. c. 33.

8
Qui neget veritatẽ huius hiſtoriæ, qua nota inurendus.

Ex his efficitur, ſi non apertam hęreſim, ſaltem manifeſtum errorem eſſe, de huius hiſtoriæ veritate dubitare. Diu. Thom. ait *auctoritati ſacræ Scripturæ obuiare;* Nicolaus, *non* eſſe *conſonum ſcripturæ;* Caietanus, *non licere hac de re dubitare;* Sixtus Senenſis lib. 8. Hæreſi. 10. *impium errorem,* atque hæreſim vocat; Bellarminus lib. 1. de verb. Dei c. 5. *hæreſim Hebræorum.* Quæ minutatim adduxi, quòd nouerim fuiſſe noſtra ætate, qui rem hanc exiſtimauerint, alienam eſſe à fidei, erroriſue periculo.

9
Reſpõdetur ad obiecta.
Sacrorũ nominum interpretatio.
Abelis nomen vnde.

Ad ea, quæ primùm obiecimus ſic occurrendum. Ad primum, ſępè nomina ſacra ſignificationem habere congruentem rebus ipſis, quæ geruntur, ſic Deo volente, aut præſagientibus parentibus nominum impoſitoribus: nam Abelus quòd citò euaneſcere deberet, & luctũ

Noë nomen Gen.5.29. afferre parentibus,ſic appellatus eſt. ſic quoq; Noë,quod *conſolaturus* eſſet parentes ſuos, *ab operibus manuum ſuarum*. & huiuſmodi ſexcenta alia.non ſecùs Iob, nomen accepit ærumnis & doloribus congruens.ſic etiam Daniel ab iniquo licèt rege, eorum, quæ paſſurus eſſet.præſagiũ nomine accepit. nam *Baltaſſar*, eſt idem, quod portans anguſtiam. Verorum autem virorum,vrbium,montium nomina, & illorum arcanas interpretationes paſſim notat ſcriptura: atq; hinc ſumi exquiſitæ Hebræorum Sapientiæ firmum argumentum, oſtendit Euſebius de præparatione euangelica cap.3. Cyprianus de Montibus Sina,& Sion,aduerſus Iudæos,& Chryſoſt.hom.51.in ca.26.Genel. vbi obſeruat rarò parentũ nomine filios appellari, vel fortè nuſquam,ſed rarum quoddam & nouum nomen imponi a parentibus, vt per illud aliqua futura præſignificarent. & in Epiſtola ad Romanos c.16.hom.15. *Magnum theſaurum in nudis nominibus, multarũ rerum hiſtorias, non modicam denique, philoſophiam continere* docet. Et peculiari homil. ſuper id ex Romanorum 16. *Salutant vos Aquila, & Priſcilla*, nomina & cognomina in arcanis ſcripturis diligenter excuti iubet. Vnde Plato in Cratillo dixit, cũ ratione impoſita eſſe rebus nomina,tã apud Græcos, quã apud Barbaros, per barbaros,Hebræos intelligens,vt Euſebius interpretatur. cum vero ait,eam cum ratione nominum impoſitionem ad virum non ad mulierem pertinere, ad id videtur reſpicere,quod ex ſacris litteris acceperat, Adamum cunctis rebus indidiſſe nomina, à quo profectò ad reliquos ſapientes imponendorum nominum ſcientia permanauit; nã & in Aegypto Pharao, Ioſepho nomen vertit, & vocauit eum, lingua Aegyptia, *(Tſaphnaph) Saluatorem mundi*. & in Chaldæa rex Babylonis Danieli atque ſocijs,noua nomina ſuarum quoq; ſignificationum atq; virtutum dedit. At nominum Iobi & ſuorum amicorũ interpretationes ſuis quæque locis indicabuntur. Vt vero necti poſſint inter ſe ſignificationes omnes, ad efficiendam morum inſtructionem & allegoriam,vide in Gregorio,Philip.Bed.& Didymo.

Dan.1.7. *Euſeb.* *Chryſoſt.* *Cyprian.* *Plato.* *Euſeb.ſupra.* *Geneſ.41.45.* *Dan.1.*

10 Nomina quæ ſignificationem habent non eſſe omnia ſcenica.

Hinc perſpici poteſt, propria nomina arcanæ alicuius ſignificationis nõ eſſe ſcenica, nec comicas tragicasue perſonas illis tantùm inſigniri. Quid? quòd etiã pleraq; nomina propria,fatali quadam,ſi non neceſſitate, at ſignificatione impoſita fuiſſe, ſunt qui oſtendere conentur? & Hectorẽ lingua Phrygia poſſeſſorem ſonare,vt qui patriæ poſſeſſionem tutaturus eſſet: Tantalum, quaſi Talantaton,id eſt infeliciſſimum,Plato in Cratylo ſcribit,vt cui aduerſa multa euentura eſſent. Priamus, Redemptum ſonat; vt qui adhuc infans in Troiæ euerſione captus redimẽdus eſſet. Perſequitur huiuſmodi ſignificationes propriorũ nominũ Ariſtotelis, Galeni, Melãpi, Epicuri, Camilli, Scipionis,Cæſaris, & aliorũ, Galeot᷒ Martius ſuo primo cap.de doctrina promiſcua. Quam quoq; rẽ eleganter deſcripſit Auſonius Gallus.

Galeotus. *Auſonius.*

Nam diuinare eſt nomen componere, quod ſit
Fortunæ,& morum, vel necis indicium.
Proteſilaë tibi nomen ſic fata dederunt,
Victima quòd Troiæ prima futurus eras.
Idmona quod vatem, medicum quod Iapyga dicunt,
Diſcendas artes nomina præueniunt.

Addo etiã in comędijs nõ ſemper nomina perſonarum ficta,excogitataue eſſe; licèt enim aliquadò cõfingantur,vt apud Plaut. in Bachid. *Chryſalus* ille ſubdolus ſeruus ab auro nomẽ habet,quaſi Latinè dicas,Aurelium, quòd herum auro emunxerit; tamen frequenter nomina ſumuntur ex hominibus aliqua re inſignibus, vt apud Terent. paraſitus eſt, de nomine Siculi Gnatonis:& Thais,antiquę meretricis nomen habet: & Formio à Formione Paraſito regis Seleuci,nomẽ mutuatur. Turnebus lib.28.ſuorũ aduerſar.c.4.& lib.30.c.38. Petrus Nannius in Miſcellan.lib.7.nonnulla in hanc rem.Hæc petebat prima obiectio.

Secũda verò,quare carmine maxima ex parte conſtet liber hic explicabitur capit. 4. nunc ſatis fuerit indicare.pꝛima capita, quæ ſimplicem narrationem continent, ſoluta eſſe,atque oratione ſimplici pro more hiſtoriæ, reliqua, quæ affectib᷒ plena ſunt,carmine quoq; deſcribi,ad explicãdos varios affectus,opportuno.

Quare Iobi nõ meminerit Ioſephus hiſtoricus,quod tertio loco proponitur, ille viderit: 11 Ad 3. Notatus Ioſephus.
certe nõ ſolus Iob,ſed aliæ etiã hiſtoriæ ſacræ in illo deſiderãtur; multa ex ſacris prætermiſiſſe, multa addidiſſe ex ſuo, in multis lapſus deprehenditur, atq; reprehenditur. denique Iudæus homo hęreticis,quam Catholicis probatior aliquãdo eſt. Scio dici pro Ioſepho poſſe, nihil mirandũ,hominẽ Hebręum,qui de rebus ſuę gẽtis ſcriptionẽ moliebatur,de Iobi hiſtoria grauiſſima & veriſſima nõ meminiſſe. Sed vtcumq; ſit,non ideo tamẽ ignotus eſt Iobus: Nã, vt Origenes ſcribit, primum apud Syros, deinde apud Aegyptios,tandem per vniuerſas gentes Iobi ſcriptura,Syriacè,Hæbraicè,Græcè,omnibus denique linguis diuulgata eſt. *Orig.lib.1.in Iob.*

Ad quartam,in originali voce habetur. *Fuit vir.* quid verò peculiare interpres voluerit reddendo, *Erat*, explicabimus ſuo loco. Peculiarem quoq; quæſtionẽ poſtulat illud Angelorũ concilium, quale aut qua ratione extiterit? 12
Neque verò hiſtoriam lędit vniuerſam, quòd quædam particula non accipiatur, vt ſonat: non enim ideo Auguſtinus creationis rerum veritatem eleuat, quod illos creationis dies, non re ipſa, vt ſonat, ſed in mente & cogitationibus angelorum diſtinguat. Sic quinto reſponſum eſt. Sexto verò & vltimo, illarum omnium dubitationum explicationes,è ſuis locis petendæ,facient ſatis.

CAP. II.

An liber IOB ſit ſacræ fidei, atque auctoritatis.

1 *Libri huius impugnatores.*
2 *Fides,& auctoritas, vel ex ipſius Iobi teſtimonio.*
3 *Quid ſentiendum. conſcendamus de extrema huius lib.parte.*
4 *Quid de hoc libro apud Græcos.*
5 *Septuaginta Complutenſes ſ͡ vt breuiores,ita minùs correcti,quàm Vaticani.*

1 *Genebrard.* *Auctor Catenæ.* *Thalmudistæ.* *Ioſephus.*

GEnebrar. lib. 2. Chronol. affirmat neminem vnquàm dubitaſſe hanc eſſe authenticam & ſacram ſcripturam. Nihilominus Græcæ Catenæ auctor; (quiſquis ille fuerit, ſiuè Olympiodor. ſiue Nicetas Heraclienſis) ſcribit, quibuſdam viſum fuiſſe, ad aliquē è ſapientibus Hebræis hiſtoriæ huius famam, notitiamque perueniſſe, quam ille ad ſuæ eruditionis ſpecimen ſcripto mandauerit. Thalmudici hunc librum non recipiunt. Ioſephus lib. 1. contra Appionem prætermittit. Hæretici ſuperius adducti contemnunt. Lutherus incredibilem cenſet.

2 Hic liber protocanonicus *Hieronym.*

Cæterum ſemper hic liber inter protocanonicos numeratus eſt, illos videlicet de quibus iure aut meritò nunquam dubitare licuerit; quare & Hebræi illū recipiunt, vt ait Hieron. in prologo, & ſacra Concilia, quæ in canonem referunt ſacros libros, atque orthodoxi omnes diuinam huic ſcripturæ fidem habendam eſſe cenſuerunt, quam nemo ſine hæreſis nota vllo tempore negauerit vnquam. adeò ſemper fuit firmæ & conſtantis veritatis.

Iob. 31. 35.

Hanc ſuo libro fidem habendam fore, præuidiſſe, præſignificaſſeq; profectò videtur ipſe Iob cap 31. cum ait; *Quis mihi tribuat auditorem, & deſiderium meum audiat Omnipotens, & librum ſcribat, ipſe qui iudicat.* cum enim optat ſua geſta, ſuaque dicta à diligente aliquo auditore ſcripto excipi, certò credit fore, *vt deſiderium ſuum audiat Omnipotens.* propriè ex Hebræo, *vt ſcriptionem ſuam teſtificetur Deus.* id eſt, fore, vt ſuæ hiſtoriæ conſcriptæ ſigillum ſuum admoueat, & ſubſcriptionem ſuam apponat Deus, velut inſtrumento publico, quod publicam & indubitatam apud omnes fidem mereatur; tranſlatione ſumpta à publicis notarijs, publiciſque inſtrumentis auctoritate publica munitis. vt ſuo loco diligentius explicabimus.

3 Hebræorum opinio.

De illa verò libri parte, quæ ſequitur poſt illa verba in fine. cap. 31. *Finita ſunt verba Iob*, ad finem vſque libri, fuere Hebræi, qui cenſerent, reijciendam, & reſecandam ab hoc libro. quos refert, reijcitq; Leui. Ben. Gerſon. in commentarijs. longe videlicet alius ſenſus eſt illorum verborum, vt ſuo loco dicemus. atque ea de re dubitare non licet.

4 Editio Septuaginta.

Quid verò de libro Iob, qui apud Græcos habetur cenſendum ſit, qui multis partibus copioſior eſt, quàm ſcriptura Vulgata, præſertim cap. 2. vbi deſcribitur vxoris colloquium cum Iob, pluribus quàm apud nos; & cap. vltimo, cui additur appendix genealogiæ Iobi, quę etiam apud nos deſideratur; Idem, inquam, de hoc libro cenſendum, quod in vniuerſum de auctoritate editionis Septuag. Certè id nunc ſatis fuerit dixiſſe, ſicut nihil ſacræ auctoritatis hacten⁹ eſt, niſi quod in Latino Codice vulgato habemus, ita ſanè incertum eſt an ea, quæ nunc in Septuaginta habentur, in Latino deſiderata, vera ſint, & à ſacro ſcriptore tradita.

Apocryphū quid.

idem enim eſt apocryphum eſſe, quod incertum, & occultum eſſe, & iudicio Eccleſiæ nondum approbatum. Neque propterea quòd hactenus approbatum nō ſit, ideo damnatum eſt auctoritatis humanæ, aut alicuius falſitatis. Liber autem Iob in Sept. Complutenſibus, qui & Hebræo, & Vulgatæ Latinæ lectioni reſpōdet, minùs purus, minuſq; emēdatus eſt, quam qui illis, quas diximus, additionibus auctior habetur, & à Sixto Quinto pro vera & pura Septuagint. lectione Eccleſiæ propoſitus, & commendatus. Licèt Hieronymus proœmio in Iob, non tam aliqua addita, quàm omiſſa conqueritur in eo codice Septuaginta, quē ipſe habuit. *Audiant* (inquit) *mei canes idcirco me in hoc volumine laboraſſe, non vt interpretationem antiquam reprehenderem, ſed vt ea quæ in illa aut obſcura ſunt, aut omiſſa, aut ſcriptorum vitio, deprauata, manifeſtiora noſtra interpretatione fierent.*

Editio Septuaginta Vaticana. *Hieronym.*

CAP. III.

Quis huius libri auctor fuerit.

1 *Lapſus Billij. & aliorum ſententia.*
2 *Salomon non ſcripſit aliorum res; vix ſuas.*
3 *Lapſus memoriæ Nazianz. & aliorum.*
4 *Iob auctor ſui libri.*
5 *Iucundum res ſuas cuiq; ſcribere, videlicèt fructus laboris.*
6 *Qui tentatus eſt, aptus quoque eſt docendo atque ſcribendo.*
7 *Auctores ſacri de ſe tanquam de aliena perſona loquuntur.*

MIrum ſanè, quòd Iacobus Billius in annotationibus ad Gregorium Nazianzenum, ſcripſerit de auctore huius libri nunquam fuiſſe dubitatū, cum tamen nunquam fuerit aliquid certum. in ſecunda igitur editione (vt decuit virum ſapientem) ſuam illam annotatiunculam recognouit, atque correxit, potiùs deleuit & expunxit.

1 *Billius in Oratione ad Iulianum tributorum exæquatorem.*

Prætermiſſo igitur illo errore, quem refert Catenæ auctor, huius libri ſcriptorem fuiſſe aliquem ex Hebrǽis ſapientibus diuinitus non afflatum, alij non idem ſentiunt.

Variæ ſententiæ. *Nicetas.*

Prima ſententia apud eundem, illorum eſt, qui amicos Iob auctores libri ſtatuebant; ſic enim congruens videbatur, vt qui teſtes adfuiſſent, atque audiſſent Iobum, ijdem ſcriberēt, quæ audiſſent, & vidiſſent, præſertim cùm id expetijſſet Iob, vt auditor aliquis ſua verba fideliter exciperet, & ſcripto mandaret, loco nuper adducto.

Secūda, quam refert Iſidorus. 6. Etymolog. cap 2. tribuit alicui ex prophetis.

Tertia facit Salomonem auctorem. ſic ſenſiſſe viſus eſt Nazianze. Oratione ad Iulianum tributorum exequatorem. nam eum locum ex c. 3. *Illic paruus & magnus, & ſeruus cum domino ſuo.* ait eſſe Salomonis. atq; in ea Nazianzenum ſententia fuiſſe, aſſerunt Nicetas eo loco, & Olympiod. in præfatione: probabiliſque hæc quoque ſententia viſa eſt Polychronio, qui ad id cap. 18. *Quis mihi det, vt ſcribantur ſermones mei?* ſic ſcribit, *Conſequutum eſt perinde vt iuſti poſtulata fuerunt; idque Moyſis, Salomoniſue opera, Deique decreto.*

Nazianz. *Iob. 3. 19.* *Nicetas.* *Olympiod.* *Polychr.* *Iob. 9. 23.*

Noſter quoque Paul. Comitolus, cuius labore & diligentia illam Græcorum catenam Latinam legimus, exiſtimat Nazianzeni ſentētiam confirmari poſſe ex Athanaſio in Synopſi, qui librum hunc Canticis canticorum ſubiungit;

Comitolus. *Athanaſius.*

quod etiam faciunt Biblia quædam Vaticana vetuſtiſſimis litteris conſcripta. & quidem ſi hoc ex ordine numerandi argumentum vllum eſt (quod ſane aut nullum, aut tenuiſſimũ eſt) confirmari luculentius poterit auctoritate concilij Laodic. quod Canticis etiam librum Iob ſupponit. *Concil. Laodi.*

2 Salomon an ſuorum librorum ſcriptor. Librorũ Salomonis quis ſcriptor.

Verùm hæc etiam nemini placere debet; nam Salomon non aliorum res, & vix ſuas ipſe parabolas ſcripſit, cùm non deſint viri docti, qui exiſtiment eos libros, qui dicuntur Salomonis, non tam ab ipſo Salomone, quàm à ſuis familiaribus in librum redactos, & concinnatos ex ſententijs & verbis à Salomone exceptis. Præterea quod liber Iob Syriacis & Arabicis loquutionibus ſcateat teſte Hierony. quæ alienæ ſunt à Salomone. Tandem quòd ante Salomonem oportet librum hunc fuiſſe cõſcriptum, cum ex illo plures ſententias mutuatus fuerit Dauid; qualis eſt illa Pſalm. 146. *Eſcam ipſorum, pullis Coruorum inuocantibus eum*, ex c. 38. verſ. 3. & Pſalmo. 48. *Quoniam cum interierit, non ſumet omnia*, ex cap. 12. verſ. 19. *Pſal. 146. v. 9. Pſal. 48. 8.* Librorum vero ordo nihil contra hoc efficit, neque Nazianzeni auctoritas, alioqui grauiſſima. nam cum Iob, Pſalmorum, Salomoniſque ſententiæ ſimiles ſint, vt ipſe Nazianzenus dixit ſcribens de veris Scripturæ libris, facilè fuit Iobi ſententiam Salomoni ſupponere. *Nazianz.* memoria itaq; lapſum Nazianzenum, Iacobus Billius aſſerit, neque deſunt in Patribus exempla ſimilium lapſuum congerit nonnulla Cantapetrenſis lib. 6. Hypotypoſ. *Cantapetrenſ. lib. 6.* & ferè nemo verſatus fuerit in lectione frequenti patrum, qui næuum huiuſmodi aliquando non viderit.

Quarta ſententia. Origenes.

Quarta Seiſtentia, eaque frequentior Moyſen vult huius libri ſcriptorem. & Origenes quidem exiſtimat bona ex parte à Moyſe conſcriptum, & ab eo addita, quæ ad hiſtoriæ Syriacæ complementum deſiderari viderentur: *Nam nemo* (inquit) *poterat niſi ex reuelatione cognoſcere quomodo Diabolus Deum ſollicitauerat ad affligendum Iob. Hoc autem ſicut & cætera de creatione Moyſes à Deo accepit.* Colloquia deinde amicorum ab eiſdemmet conſcripta Syriacè, & à Moyſe deſcripta Hebraice, propter leniendum populum in deſerto tunc peregrinantem Moyſi præterea tribuit Rab. Moyſ. Kimhi. Iſid. lib. 1. officiorum, Philip. initio cap. 3. Abulenſ. initio Geneſis ſuper Hieronymi prologum cap. 7. & ſuper Ioſue. q. 4. Eugubi. in præfat. Deuter. annot. 6. *R. Moyſ. Iſidor. Philip. Abul. Eugub. Deutero.* fauetque coniectura probabilis, non enim tanti fieret iſte liber ab Hebræis, ſi ſuus non eſſet auctor & ſcriptor, vt quem alienum iudicarent. Verùm ad eam rem ſatis illi habuerint, ſi à Moyſe trãſlatus eſſet in Hebræum: Ad rationem vero Origenis ſatis quoque fuerit quilibet ſcriptor, quem Deus illuminaret. Tandem cum hac ſententia non congruunt locutiones, & verba Syriaca.

3 Verior ſententia. *Gregor. in Præ. c. 1.*

Vltima, & quæ mihi verior ſententia eſt, ipſum Iob ſui libri auctorem & ſcriptorem aſſerit. Ita certo exiſtimat Gregor. Suidas verbo Iob. Albertus Magnus vocat ſententiam veriſſimam. ſequitur Dominicus Brixienſis præfat. ad Gregor. moralia. Ioannes Arborcus in Theoſophia. lib. 9. cap. 12.

Prima probatio ex eo fit, quòd hic liber non ſolùm inſcribitur Iob, quod Iob hiſtoriam contineat, vt Athanaſius dixit; ſed vt ab ipſo etiam auctore nomen habeat, vti plures alij libri, qui ſuorum auctorum, quorum hiſtoriam continent, inſcriptionem habent. Sacri libri plerumq; inſcripti à ſuis auctoribus. nam liber Iudicũ ab ipſis iudicibus exiſtimatur ſcriptus; liber Ioſue, ab ipſo Ioſue; primus & ſecundus Samuelis ab ipſo Samuele. Eſdras ab Eſdra; non aliter Prophetæ maiores atq; minores ſuas ipſi hiſtorias atque prophetias ſcripſerunt, nominaque ſua inſcripſerunt. Secundò Arabicæ locutiones, quibus hic liber ſcatet, teſtantur ſcriptum à viro propè Arabiam, atque Syriam degente.

4

Tertiò, quòd id videatur iure debitum meritoque tributum optimo viro ampliſſimi loco præmij, quod etiam ipſe poſtulaſſe viſus eſt, vt ſuas ipſe victorias certaminaque deſcriberet, & quæ paſſus eſſet meminiſſet aliquando, varios caſus, tot rerum diſcrimina. nam ſi in ipſo morbo dicere licuit Gregorio Theologo ſcribenti ad Philagrium Rhetorem; *Nazianz. epiſt. 64.* *Morbo crucior, & gaudeo, non quia crucior, ſed quia alijs patientiæ ſum magiſter.* quid Iobus gaudij & voluptatis caperet, cum morbis & ærumnis liber, patientiæ præcepta, ſuæq; vitæ exempla libro mandaret, & ad mortalium omnium inſtitutionem poſteritati commendaret? ſic ille quoq; vitam ſuam Iambicis deſcripturus orditur;

Libet ſiniſtras res meas perſcribere,
Libet ſecundas, forſan vt quidam vocent.

Sic quoque Amphitrion ſuadet Theſeo;

. . . . . Ne te fruſtra optime
Frangi a laborum. Quod fuit durum pati,
Meminiſſe dulce eſt. fare caſus horridos.

Senec. in Her. furent. Act. 3. ſc. 2.

Eleganter Macrobius lib. 7. Sat. inter ea de quibus quiſque libenter interrogatur vel in primis hæc numerat: *Macrob. lib. 7. cap. 2.* *Pericula præterita, vel aerumnarum penitus abſolutas, qui euaſit, vt referat, gratiſſimè prouocatur. Nec non & qui obierunt maria, gaudent, cum de ignoto multis, vel terrarum ſitu vel ſinu maris interrogantur: libenterq; reſpondent, & deſcribunt modo verbis, modo radio loca: glorioſiſſimum putantes, quæ ipſi viderint, aliorum oculis obijcere. Quid duces & milites, qui fortiter à ſe facta deſcribunt &c.* & quod Seneca. *Quod acerbum fuit, retuliſſe iucundum eſt. Naturale eſt mali ſui fine gaudere.*

5

Quarto, quoniam ſic exigebat ſuauis diuini ſpiritus diſpoſitio, vt ad hanc ſcripturam aptiſſimo calamo vteretur, inciſo & expoſito mille vulneribus, & eo ipſo, qui quæ ſcribenda eſſet, rem perpeſſus fuiſſet. namque habent hoc mala omnia & calamitates, vt vix aut leuiter intelligas, & æſtimes, frigide etiam aut languide explices, ſi perpeſſus non fueris. Primetur exurgitur *lumbi* mei *ſatas*, vt non frigide, ſed ardenter loquatur. *Iſai. 5. 9.* & Paulus *parturiens loquitur*, namque doloribus & ærumnis toleratis quaſi adigitur ad clamandũ, & ardenti ſpiritu prædicandum euangeliũ. *Galat. 4. 19.* & qui Apſtoli, & diuini verbi diſſeminatores eſſe velint, audiunt. *Poteſtis bibere calicem? & qui Epiſcopatum deſiderat, Bonum vtique opus*, quod cum prædicatione, & docendi munere coniunctum eſt, *deſiderat.* *Matt. 20. 22. Tim. 3. 1.*

6 Denique ſapientis cùm ſit ſcribere, ſapientem & ſcribendo idoneum Salomon deſignaſſe videtur non alium, quam eum, qui laboribus & ærumnis probatus ſit. Prouerb. 19. *Doctrina viri per patientiam noſcitur.* & Eccleſiaſt. 34. *Qui non eſt tentatus, quid ſcit? Vir in multis expertus, cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum.* quo loco *diſcere* ſimile eſt illi, *Didicit ex his quæ paſſus eſt.* Adde huius libri idoneum interpretem nō niſi illum futurum, qui vt Gregori. ſapienter ſcripſit de ſe ipſo, *Percuſſus percuſſum Iob exponat, et flagellati mentem meliùs per flagella ſentiat.* illud etiam eleganter Greg. de Iobi querimonijs, & diſputationibus ait; *Quædam verba reſponſionum illius, imperitis lectoribus asperè ſonant, quia ſanctorum dicta piè intelligere (ſicut dicuntur) ignorant, & quia animum dolentis & iuſti, in ſemetipſis aſſumere neſciunt, ideo doloris verba benè interpretari non poſſunt; mentem quippè patientis benè penſare nouit condeſcenſio poſsionis.* Videre licet rem in Heli ſacerdote, & ſuorum filiorum, quàm oporteret amantiori & indulgentiori, qui Annæ ſterilis orationem & pro obtinendo filio poſtulationem, ex dolenti, & amaro animo profectam, ebrietatem eſt interpretatus. Longè profectò aliter Eliſeus propheta, tum Eliæ calamitatū, & perſecutionum gnarus, tum ſuarum quoq; ærumnarum, vti prophetam decebat, in medio præuaricatorum populo degentem, non ignarus, vel procul conſpectam mulierem illam Sunamitidem, rem totam ſuſpicatus, cuius gratia veniſſet. *Cum vidiſſet eam è contrà, ait ad Giezi puerum ſuum, Vade in occurſum eius, et dic ei, Rectè ne agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum?* & inferiùs; *Anima eius in amaritudine eſt, & Dominus celauit à me.* ergo *qui opulenti ſunt in Sion,* rectè & ſyncerè de patientia non iudicāt, nec *patiuntur ſuper contritione Ioſeph.*

Prou. 19. 11. — Eccl. 34. 11. — Heb. 5. 8. — Greg. in præfat. c. 4. — Greg. c. 2. — 1. Reg. 1. 14. — 4. Reg. 4. 26. — Amos 6.

7 Ad extremum ſententiam hanc minimè lędit, confirmat potiùs, quòd de ſe Iob, tanquam de aliena perſona loquatur, cùm id proprium ſit ſacrorum ſcriptorum, vt ſe non indicarent auctores ſuorum librorum, ſed Spiritum ſanctum, qui illorum linguis, ceu *calamo velociter ſcriberet.* de quo eleganter Gregor. initio ſuæ præfati. atque adeò illa etiam extrema verba Deuter, quæ agunt de morte Moyſis, ab ipſo Moyſe iam iam morituro, tanquā de alio quopiam conſcripta Ioſephus hiſtoricus aſſeruit; *Mortuus eſt ibi Moyſes.*

Scriptores ſacri non ſemper indicant ſe auctores librorum.
Pſal. 44. 2. — Grego. in præfat. c. 1. Martinez. li. 9. Hypotip. — Reg. 29. Arbor. l. 9. Theoſoph. c. 12.

CAP. IV.

Qua lingua & quo dicendi ſtilo ſcriptus liber iſte fuerit.

1. *Cuiuſmodi materia fuerit liber in quo primum hæc hiſtoria exarata fuit.*
2. *Scriptus in lingua Syriaca, & an hæc à Chald. & Hebr. differat.*
3. *Carmine deſcribitur à Moyſe ex Syriaco in Hebræum.*
4. *Sacra Hebræorum poëſis.*
5. *Iobus, & Moyſes præluxere omnibus poetis.*

1 IN quanā materia primum liber hic exaratus & ſcriptus fuerit, non conſtat: quamquā Chryſoſt. ſuper id c. 19. *Vtinam ſcribantur ſermones mei ſtilo ferreo, aut plumbi lamina &c.* ea de re dubitare videtur, ait enim; *Si factum eſt, illud tam tempus obliterauit.* ſed de hoc, eo loco plura.

Chryſoſt. Iob. 19. 24.

2 Quod ad linguam attinet, Syriaca illa fuit, qua Idumæa regio vtitur, & quam Iobus Idumæus etiam coluit, vt Septuag. infrà cap. 42. & vt Hieronym. in prologo indicat. neque verò eſt illa, quam nunc Syram vocamus, Syrochaldaicam potiùs, quæ duarum potius miſtio & confuſio in vnam coaleſcentium cēſenda eſt, videlicet ex Hebræa & Chaldæa, vt doctè admonuit Andreas Maſius, præfatione ad ſuam artem Syriacam, & Guido Fabricius præfatione ad ſuam interpretationem noui teſtamenti ex Syriaco. Catenæ Græcæ auctor, quod Septuag. dixerunt. cap. 42. *Hic interpretatione redditur ex libro Syriaco;* Hebraicam linguam intelligit: quæ Syriacæ ſimilis ſit, & ex eo probare nititur, quòd Syri duabus & viginti litteris, quemadmodum Hebræi vtantur, & Syriam, Iudæam, Syros autem Paleſthinos plerię; nominant. ad quam rem vtitur Herodoti teſtimonio, cuius hæc verba profert, *Circumciduntur Iudi, & Ægyptij, & Arabes, & qui in Paleſthina ſunt Syri.* quare illa appendix cap. 42. Septuag. Significabit ex Syriaco, id eſt, ex Hebræo conuerſum eſſe librum hunc in Gręcum, ita vt Septuagin. non loquantur de prima, & antiquiſſima libri translatione, ſed de ſua ipſorum. Alij Chaldęam linguam eo loco Syriacam dici exiſtimant, alij Arabicam; cum teſte Hieronym. Arabicis hic liber ſcateat locutionibus, præfatione in Iob, & Danielē. Res incerta. ſed veroſimilius & certiùs, quod primo indicauimus.

Lingua Syriaca qualis. — Maſius. — Fabric. — Nicetas.

3 Quod ad ſcriptionis genus attinet, ignoratur, an ab ipſo Iobo, fuerit hic liber carmine ſcriptus, an verò à Moyſe interprete deſcriptus ſoluta oratione. Fortè Suidas exiſtimauit ab ipſo Iobo carmine eſſe conſcriptum, dum ſic de illo ſcribit; *Habes huius philoſophi librum multo & Homerica, & Platonica lepidia cantilantem argutiùs.* certè apud Hebræos carmine conſtare aſſerit Hieron. *A principio* (inquit) *vſque ad initium cap. 3. & 42. vſque ad finem proſa eſt, reliquum hexametris verſibus conſtat.* & in prologo Bibliorum ad Paulinum; *Proſa incipit, verſu labitur, pedeſtri ſermone finitur.* Genebrard. affirmat Moyſem Spondaicis verſibus repræſentaſſe Iobi hiſtoriam. alio vero loco ſcribit veterum ſacra carmina, vt in Pſalmis, Iob, Prouerb. eſſe diſticha, licet a pleriſque Hebræis ſcandendi ratio ignoretur. Marianus Victorius in annot. ad Epiſt. 112. Hieronym. ait ſe inueniſſe experimento verſus libri Iob eſſe Hexametros ex Spōdeo, Dactylo, & alijs pedibus, vt Trocheo, Iambo, & Proceleumatico currentes, nō tam ſyllabarum, quàm temporum in eis habita ratione. attingit etiam de huiuſmodi verſuum, & menſuræ ratione nonnihil ad epiſt. 117. & 155. Certe ſuam poeſim eſſe in ſacris Scripturis, & ſuam Carminis metrię; menſuram cultam ab Hebræis, conſtitutum eſt apud omnes doctores ſacros, qui vſpiam Pſalmorum meminerunt. quam rem diligenter & copioſe di-

An Iob ipſe carmine ſcripſerit. — Suidas. — Hieronym. — Geneb. in Chronol. an. 1013. — An. 3106. — Marian. Vict. — Poeſis Hebræa, & ſacra.

Alphonſus Mendoça.

ſcuſsit Alphonſus Mendoça peculiari. q. an Pſalmi Dauidis ſint vera carmina. vide Hieronym. in præfatione Chronic. Euſeb. & præfatione in lib. Reg. & in Iſa. quo loco ait Pſalmos, & Lamentationes, eſſe diuerſo metri genere compoſita, & præfatione in Iob, & Epiſtola ad Paulum Vrbicam ait, extremam partem lib. Prou. conſtare tetrametris Iambicis Lamentationes Sapphicis, Adonicis, Heroicis. De peculiari autem quodam carminum genere, cui nomen eſſet *Ignorantiæ*, neſcio quid Montanus autumat in oratione Habacuc, *Pro ignorantijs*. de Cantico quoque Moyſ. vide Euſeb. li. de præparatione Euangelica 11. c. 3. Poëſim verò & carminum Heroicorum ſcientiā non omninò intercidiſſe Hieronymi tempore, doctè colligit Andræas Maſius ad cap. 10 Ioſue. v. 11. iam nunc omnino ignorari, contendit Robertus Bellarminus in ſuis inſtitutionibus; Reuocare & docere, ſummo cum labore conantur alij. vide libellum R. Dauid Iahaia de metris Hebraicis, quem Latinum reddidit Gilb. Genebrardus, vbi decem & octo numerat carminum genera, non tam ex ſacra ſcriptura deprompta, quàm ex Rabbinorum doctrina, & vſu. nullum autem illorum nomen, aut menſura cum Latinorum carminum ratione conuenit. Illam autem carminis poëticæve orationis deſcriptionem tradit, vt locutio ſit elegans, dulcis & compendioſa, & quodam quaſi librata pondere. Certè vtcumque nunc res habeat, non minima laus Moyſi aut Iobo fuerit, poëtis omnibus præluxiſſe, cùm illi antiquiſsimi poetæ, cantu potiùs, quam ſcriptis operibus claruerint, Linus, Demodorus, Phræmius, Amphion.

A. Montanus. Hab. 3. Maſius. R. Dauid. Bellarminus.

CAP. V.

Quæ huius libri materia & finis.

1. *D. Thom. & aliorum ſententia.*
2. *Amici Iobi non errarunt in fide futuræ vitæ, & præmij iuſtorum.*
3. *Germana & propria huius libri materia.*
4. *Concertatio inter Deum & Dæmonem, Dei victoria, Iobi encomium, pro materia & fine. Tertullianus explicatus.*

1. *D. Tho.* *Alber.*

Libri materiam D. Tho. exiſtimat theſem diſputandam de diuina prouidentia; atque eundem eſſe totius libri finem vult Magnus Albertus; nam ſi Deus mala iuſtis immittat, exiſtimant amici Iob vel tolli, vel labefactari diuinam prouidentiam: propterea pugnant probare bonis bona, malis mala euenire; non enim videbantur agnoſcere, alia aut ſanctitatis prēmia, aut peccatorum ſupplicia, quàm temporalia. quem errorem illis affingit D. Thom. ad finem cap. 2. & Lyra hic, & Baruch. 3. vide etiam Burgenſem. addit. 1. ad cap. 3. at verò Iob defendit diuinam prouidentiā, iuſtis etiam afflictis, & improbis proſperè agentibus, de quo etiam dicendum initio. ca. 4. vbi peculiarem diſputationem inſtituemus de amicorum Iobi fide, & pietate.

An amicorū cum Iob diſputatio ſit de Prouidentia.

Verùm exiſtimo viris ſapientiſsimis & in fide religionis, & immortalitatis animorum inſtructis, indignam eſſe eiuſmodi diſputationem de Dei prouidentia, & de futura iuſtorum retributione, & improborum ſupplicio, quæ cum immortalitate animorum nexa eſt. Erant igitur hæc non tam apud illos controuerſa, quam totius diſputationis principia & fundamenta probè ſtabilita & fixa. Rem hanc ſæpius inculcabimus.

Illa ergo potiùs videtur diſputationis materia, an ſuppoſita Diuina prouidētia, & cura rerum humanarum, ſic Deus cum iuſtis agat, vt non ſolum futura præmia illis conſtituat, ſed etiam præſentia & temporalia conferat, an verò hæc, quæ tēporalia ſunt bona, & mala, ſine diſcrimine nunc probis, nunc improbis immittat Deus. nam ſic cenſet, atq; tuetur Iob, & acriter repugnat amicis hanc ſibi innocentiæ afflictæ laudem eripere conantibus: quare iuſtos manere ſua in reſurrectione iuſtorum conſtituta præmia; hic frequenter impios agere fœlices, *& abundare tabernacula prædonum*. e contra illi contendunt, malis euenire mala, & ideo Iob, ſi reſipiſcat (nam afflictum a Deo ad ſcelerum ſupplicium iudicant, & hypocritam) meliorem fortunam pollicentur, atque vniuerſas calamitates, & corporis incommoda in occulta mentis peccata referūt. Hic videtur totius diſputationis cardo, hic decurſus obiectionum, atque reſponſionum. 3

3 Vera, & propria huius libri materia.

Iob. 12. 6.

Tertiò etiam non incommode dicitur, concertationem potiſsimam Deum inter atque Dæmonem verſari, cuius hæc ſumma ſit; Deū poſſe ex carne & ſanguine hominem reddere ipſis etiam nequam ſpiritibus ſuperiorem, atque fortiorem, tentatum per omnia abſque peccato. Inuidum verò Dæmonem contendere nullum hominem poſſe eiuſmodi eſſe, ex quo ſemel, qui primum à Deo creatus fuit, Adam, tam facilè ſuperatus eſt; oportere ergo, quem habeat Deus fortiſsimum atque probatiſsimum ſibi tradi explorandum, & excutiendum, cum quo certamen inſtituat, quod paupertate, contumelijs, filiorum nece, infauſtis nuntijs, morbis moleſtiſsimis, totius corporis cruciatu, doloreq; decernatur. Ergo quicquid in hoc libro geratur, aut diſſeratur, ad hanc Dæmonis cum homine concertationem pertinere; iſque ſit finis, qui fuit quoq; Iacobi cum angelo certaminis, vt teſtatur Sapientia; *Certamen fortè dedit illi, vt vinceret, & ſciret quoniam omnium potentior eſt ſapientia*. Hoc eſſe libri totius argumentum indicat Dionyſ. de Eccleſ. Hierarch. c. 3. p. 3. qui dum librorum ſacrorum materiam explicat, de libro Iob ſic ait; *Veterum hominum inter varios & multiplices triſtium caſus mirabilem conſtantiam, immobilemque philoſophiam eloquitur*. Clemens quoque. 8. conſtitut. ca. 12. ſcribit D. Iacobum præcepiſſe, vt inter alia diuina opera Diaconus recenſeret; *Qui famulum tuum Iob patientiſsimum, ſerpentis, qui origo peccati fuit, victorem declaraſti*. Sanè Tertullian. de patient. ca. 14. non aliud in Iobi patientia obſeruat, quàm à Deo reportatam de hoſte victoriam. *Quale* (inquit) *in illo viro pheretrum Deus de Diabolo extruxit? quasi*

4 Concertatio potiſſima inter Deum, & Satanam.

Sapien. 10. 12. *Dionyſ.* *Clemens.* *Tertul.*

vexillum

vexillum de inimico gloriæ ſuæ extulit? ridebat Deus, diſſecabatur malus, cùm Iob immundam vlceris ſui redundantiam magna æquanimitate diſtringeret. Itaque operarius ille victoria Dei &c. cum autem ait, *pheretrum* Deum extruxiſſe de Diabolo in beato Iobo, ne intelligas Iobum extitiſſe velut defuncti lectulum, quo Diabolus efferretur: nã tum per ſe minime lenis, tum à propoſito longè aliena fuiſſet translatio; *Que atand hizo Dios de aquel hombre para el Demonio?* ſed ad triumphi inſtrumenta referendum *pheretrum* igitur erit, in quo pompa fertur, Iobuſque fuit veluti ferculum, in quo Deus triumphauit, & deuictum triumphatumque hoſtem palam traduxit, atque circumtulit. ea enim translatione longè pulcherrima Paulus quoq; vſus eſt, cum corpus Chriſti Ieſu, cruci affixum, & incredibilibus doloribus affectum Dei triumphum de hoſte agentis effecit ferculum & ſellam triũphatoriam, Coloſſenſ.2. *Spolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter, palàm triumphans illos in ſemetipſo.* Gaudentius quoque Brixianus prçfatione ſui tractatus in Scripturam, de Iob loquens; *Diabolo* (inquit) *probatam vult Deus ingerere ſanctorum ſuorum iuſtitiam, vt de bonorum operum meritis ad amicitiam Dei, & ad regnum cæleſte, vnde ipſe decidit, eſſe perfectos doleat, indignetur, inuideat, ingemiſcat; neque tamen audeat quiſquam de diuino iudicio cauſari.* Similem quoque indicat finem, atque materiam Diuus Proſper, dicens productum fuiſſe Iob *in patientiæ exemplum, & confuſionẽ Diaboli.* Non aliud Suidas agnoſcit libri argumentum, quàm veritatis pugilem, certamina, triũphum, præmia; & illud præterea obſeruat, quòd Iob primus Diabolum deuicerit, quaſi nemo alius difficili atque periculoſo prælio cum hoſte commiſſo, victor euaſiſſet. voluiſſe igitur Deum de primo homine hoſtem triumphantem atq; glorìantem per Iobum triumphare atque comprimere; Proptereaque tam accuratè ſemel & iterum deſcribitur angelorum ille cætus, Dei præſidis, iudicisq; ſupremi interrogationes; Satanæ reſponſiones; Iobi præconium; vnde rei, totiuſq; hiſtoriæ initia pendent, vnde etiam finis, & ſcopus duci poſsint. Huc ferè pertinet, quod Philip. ſuper id. c.1. *Nunquid conſideraſti ſeruum meum &c.* exiſtimat de Dei veritate & præconio Iobi, eſſe totam inter Deum & Dæmonem concertationem; *Hoc enim* (inquit) *Diabolus totũ agebat, vt mendacem Dominum ſtatueret, qui de Iobo tale et tam grande teſtimonium perhibuiſſet.* Sed quod in alios quoque fines librum, & res Iobi referri Deus voluerit, deinceps oſtendemus.

Explic. Tert.

Coloſ. 2. 15.

Gaudentius.

Proſp. de prædi. p. 1. c. 22.

Suidas, verbo Iob.

Philip.

CAP. VI.

Alij duo peculiares fines huius libri, ſeu potiùs patientiæ Iob.

1. *Dei opera ad plures peculiares fines opportuna.*
2. *Iobi laudem, et meritorum cumulum ex eius ærumnis procuraſſe Deum. expenſus locus ex cap. 40. ſecundum. 70.*
3. *Patientiæ, atque imitationi Chriſti patientis peculiariter propoſita beatitudo. illuſtratus Paulus Hebr. 2.*
4. *Pax Chriſti quæ.*
5. *Exemplum patientiæ redundat in totius eccleſiæ bonum.*
6. *Finis Chriſti incarnati, patientiæ exemplum. explicatus Petrus.*
7. *Nullius virtutis tam illuſtria exempla, perinde ac patientiæ. illuſtratus Paulus.*

SVæ prouidentiæ æquitatem atque rationem apud illos ſapientes, deinde etiam apud fideles omnes, ad quos Iobi hiſtoria & liber perueniret, ſuæ etiam gloriæ laudem apud aduerſarium ſtatuere Deum voluiſſe, ex Iobi ærumnis, & patientia cap. præcedenti docuimus. Nũc duos alios fines indicabimus, videlicet peculiarem ſui iuſti laudem atq; meritum, tum etiam commune ſuæ Eccleſię ſolatium & exemplum. Sunt enim diuina opera eiuſmodi, vt in multos, eoſdemque præclaros fines quales à nobis fingi & cogitari poſſent, & quales Diuina bonitas ſibi præſtituere, & proponere voluerit, apta & appoſita ſingula videantur; vti pronuntiauit Dauid Pſalm. 110. *Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius;* hominum videlicet opera valde anguſta ſunt, vt quæ noſtræ voluntati, noſtræq; ſapientiæ reſpondeant. At Deus, qui in agendo vult omne bonum, magna quædam, ampliſsimaq; opera edit, quorum fines longè lateq; pateãt, & ad ſingulos videantur exquiſita, & maximè accommodata. vel etiam, vt ex originali, & D. Hieronym. habemus, *Exquirenda in omnes voluntates eorum.* quidquid enim velint homines, in ſingulis diuinis operibus habere poterunt; quaſi Deus omnes peculiares fines ſingulis ſuis operibus præſtituiſſet. 1

Diuina opera opportuna ad multos fines.

Pſal. 110. 2.

Hieron.

Iobi igitur ſanctitatis, & patientiæ laudem, & meritorum atque præmiorum copiam augere & amplificare voluiſſe Deum, nõ ſolùm ex communi illa ratione, quòd *omnia propter electos faciat, vt & ipſi ſalutem conſequantur;* ſed peculiariùs hoc libro declarauit, ſententia illa quã multi ſancti Patres tanquam ſacrã ex hoc lib. c. 40. ſecundum Septuag. proferunt, neque omnes eodem modo legunt. Nazian. oratione. 21. in laudem Athanaſ. ſic ait, *Deus in fine certaminis illuſtri præconio athletam ſuum victorem pronuntiat, atq; afflictionis arcanum aperit: Num tu cenſes* (inquit) *me aliam ob cauſam hæc in te decreuiſſe, quam vt iuſtitia tua eluceſcat?* Chryſoſt. peculiari hom. de aduerſa valetudine habet ſententiam hãc: *Putas me tibi ſeueratum eſſe, vt iuſtus appareas?* quanquam in alijs codicibus ſic legamus: *At Deus ad eum: fruſtra me tibi oraculo præcepiſſe putas, vt exiſtas victor?* at idem ho. n. 1. de patientia Iob: *Numquid vanum putaſti iudicium meum? ſed vt videaris iuſtus.* Theoph. Nicænus (quem nuper Hiſpalẽſis noſter D. Gonſalus Pontius Leonius Latinum fecit) epiſt. 2. de patientia: *Putas me aliam ob cauſam alocutum te eſſe, niſi, vt iuſtus appareas?* Sic verò Theophanes ſubiungit: *Hoc eſt, quam aliam ob rem permiſi, vt tentationes te inuaderent, dignatuſque meo ſum colloquio, niſi vt iuſtus appareas, & iuſtitia tua, viuendi ratio, amorque erga Deum, ipſi Diabolo omnibuſq; hominibus, qui erunt vſque ad conſummationem mundi,* 2

2. Thim. 2. 10.

Nazian.

Chryſ.

Theoph.

Theoph.

Philip. *manifeſtetur?* Tandem Philippus presbyter ſuper id. c.1. *Adfuit etiam Satan &c. An putas me tibi aliter locuturum, quàm vt iuſtus appareres?* Septuag. Vaticani ſic habent; *Putas me aliter tibi reſpondiſſe, quàm vt appareas iuſtus?*

LXX. Vatica.

Dei prouidētia in honorificandis ſuis iuſtis.

Mira Dei in ſuo iuſto illuſtrando & proponendo mundo, & angelis & hominibus prouidentia, atq; ſolertia, iam non ſolum, vt electus ſalutem cõſequatur, ſed etiam vt honorem & laudem. Tantùm ille auram popularem non captet, neque quærat gloriam hominum, neq; humanum diem, ſed potiùs amet tenebras, atque latibula, & ſit, vt Iſai. ait, *ſicut vir, qui abſcondit ſe à vento, & celat ſe à tempeſtate*, Deus certè dicet, *de tenebris lumen ſplendere. & lucem* proferet iuſti, *tanquam meridiem*. Adeoque ſemper hunc iuſti ſplendorem, nominiſque celebritatem ſibi ſemper ob oculos proponit curandam, atq; promouendam. Sed de hac re non ſemel nobis dicendum erit.

Iſai.32.2.

3 Deus offert patiendi opportunitates

Accedit præterea, quòd cùm Deus augere & amplificare vult præmia iuſtorum, offert, & affert mille patiendi opportunitates, quòd cùm virtutibus alijs, tum verò patiētiæ & tolerantiæ præmia promittantur, quaſi merita non tam aliarum virtutum actionibus, quàm ſolius patientiæ conſtent. Pari namq; proportione ſicut glorificationis ſuæ, & noſtræ redemptionis meritum, non tam in prædicatione, aut operibus miſericordiæ, quam in paſſione ſua Dei filius conſtituere potiſsimū voluit; ſic ſanè noſtræ ſalutis, & efficacitatis ſuæ paſsionis, non tam in aliarum virtutum imitatione, quàm in paſsionis, patientiſque tolerantiæ rationem collocauit. Huc illud Paul. *Si tolerabimus, & conregnabimus*, &c. *Oportebat Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam.* Et, *Patientia vobis neceſſaria eſt, vt reportetis promiſsionem.* Iterum; *Non ſegnes efficiamini. verùm imitatores eorum, qui in fide & patientia hereditarunt promiſsiones.* & rurſus, cruci & paſsioni gaudium eſſe propoſitum docet Paulus, cùm ait; *Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem.* &c; *Momentaneum & leue tribulationis noſtræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* ſexcenta ſunt huiuſmodi. illud notandum Hebræ. 2. *Decebat eum, propter quem omnia* (id eſt, decebat Dei patris prouidentiam, atque ſapientiam, qui principium eſt, & finis omnium, ſic vltimi finis conſequutionē diſponere in ſuâ Eccleſia) *qui multos filios in gloriam adduxerat* (certiſsimè adducere decreuerat; prędeſtinarat) *auctorem ſalutis eorum*, Chriſtum Ieſum (Græcè, *archegon*. Ducem agminis, quem ſequũtur, & imitantur cæteri, *per paſsionem conſummare*. Tres *conſummandi* ſignificationes aliæ ex alijs nexæ, mirificè in rem præſentem conſpirant, videlicèt: Prima abſumere, conſumere, cõtererē. vox peculiaris ſacrificijs & holocauſtis, quæ tota abſumebantur, & cremabantur; Secunda, abſoluere perficere; ſicut dicitur Chriſtus Ieſus *fidei auctor & conſummator*. Hebr.5. Tertia in ſummam redigere, ſicut dicitur de Chriſto, Iſai.10. *Conſummationem & abbreuiationem faciet Dominus*. id eſt, ſummam, & caput ſuæ Eccleſiæ, in quo tum omnia illa multiplicia legis ſacrificia, tum omnes fideles, quaſi in ſuo exemplari vniantur, contineantur, repręſententur, & recapitulētur. Hic vides Chriſtum, dum conſumitur per paſsionem, *conſummari*, & perfici per gloriam, & pręmiū ſuæ paſsionis; & dum conſumptus *conſummatur*, fieri exemplar noſtræ conſummationis, & gloriæ per patientiam & paſsionum tolerantiam. Semper igitur patientiæ proponitur præmium atq; corona. Hinc gratias agunt *viginti quatuor* illi ſeniores, ad regni gloriam & coronam euecti per laborum perpeſsionem, dum Apoc.5. Procidentes dicunt Agno; *Feciſti nos Deo noſtro regnum*, (reges ex Græco,) *& ſacerdotes; & regnabimus ſuper terram*, explicant ſcholia Græcanica, *Per tollerantiam afflictionum regni victoriæ Corona inſignitos.* Tandem hac de cauſa hortatur Paulus; *Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris* (*Brabeueto*: palmam, præmium, coronam referat. Quid autem eſt, *Pax Chriſti*, niſi illa, de qua idem Dominus Ioan. 14. dicit. *Pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis*, videlicèt, non temporalem, quæ excludit belli incommoda, perſecutiones, hoſtes, inſidias, ſed potiùs quæ ingētia damna ſuſtinet, & perfert ab hoſtibus illata; & ideo ſuam pacem cū mundi perſecutionibus, & pertinaci dimicatione, cum immaniſsimis hoſtibus coniungit Ioan.16. *Hæc loquutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis; in mundo preſſuram habebitis, ſed confidite. ego vici mundum.* namque hæc pax inuicta quadam conſtantia imminentia mala non perhorreſcit; præſentia contemnit, & micanti gladio, & ante oculos verſanti ſumma animi ſecuritate nudam ceruicem præbet. Id igitur propoſitum Deo fuit in affligendo Iob, vt is aliquando fructum manuum ſuarum lætus, & fęlix comederet, & gratulantes illi de tam fœlici ærumnarū exitu diceremus; *Quoniam bene*.

2.Tim.2.12. Luc.24.26. Heb.10.36. Heb.6.12. Heb.12.2. Heb.2.10. ἀρχηγὸν Conſummare quid. Heb. 5. Iſai.10. 22.

Apoc.5.10. Coloſ.3.15. βραβευέτω. Ioan.14.27. Pax Chriſti quæ. Ioan.16. 33.

Iuſtorum ærumnæ ſunt cõmune Eccleſiæ bonū.

Neq; verò ſolùm peculiare Iobi bonum, ſed commune ſuæ Eccleſiæ ſolatium, & commodum Deus ſpectat in affligēdo quolibet iuſto. ſicut enim ait Dauid; *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorū eius.* Quòd videlicet nō permittat illorum vitam, atq; ſalutem inimicis, aut morti, quaſi flocci venalem, niſi pro ingenti quodam pretio, & bono ſuæ Eccleſiæ; ſic ſanè neque vult ſuum iuſtum affligi, niſi ingens quoddam, & publicum bonum ſuæ Eccleſiæ inde eliciat; illud autem eſt patientiæ exemplū. Hic finis indicatur Tob.2. tum Iobi, tum Tobiæ ærumnarum; *Hanc tentationem ideo permiſit Dominus euenire illi, vt poſteris daretur exēplum patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob.* atque eleganter Cęſarius, Nazianzeni frater, dialogo.3. Cùm de multiplici tribulationum genere, atque effectu loquitur; *Alia* (inquit) *latentem virtutem & fortitudinem oſtendunt; vt eam ſpectatores imitentur, nullus enim accendit lucernam & ponit eam ſubter modium, aut lectum, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui ſunt in domo, inquit Dominus. quaſi dicat, propter hoc inſtar facis accendi Iobum, & extra ciuitatem ſuper candelabrum ſtercoreum poſui, vt luceat omnibus in orbe terrarum.* Quanti autem faciendum ſit patiētiæ exemplum, ex proximè dictis cognoſcere licet; nam ſi patientiæ potiſsimum corona datur, qui multos ad patientiam ſuo exemplo confirmat, multis profectò eſt cauſa ſalutis. Qua conſideratione ſe Paulus quoque

Pſal.115.15. 5 Tob.2.15. Cæſarius. Luc.8.16.

roborā-

1 Cor.11.33.

roborabat. 1. Corinth. 11. *Non quærens quod ſibi vtile erat, ſed quod multis, vt ſalui fierent;*

6 Incarnatiõis filij Dei finis.

Hic non vltimus fuit incarnationis filij Dei finis: nam licet Deus factus fuerit homo, vt Auguſt. dixit: *Vt exhiberetur homini, & qui videretur ab homine, & quem homo ſequeretur;* videlicèt, vt ſe nobis præberet exemplum bonorum operum, vt Grego. quoque docet lib. 21. moral. cap. 5. Cyprianus lib. 3. ad Quirin. c. 39. Theologi cum D. Thom. 3. part. qu. 1. art. 2. tamen illud exemplum maximè in paſſione præbuit, imo quidquid exempli dedit, totum id ad patientiam reuocauit D. Petrus, 1. cap. 1. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius, qui cùm malediceretur, nõ maledicebat, &c.* Hinc videas cùm Chriſtus Ieſus in monte Tabor transfiguratus eſt in glorioſum illum totius corporis habitum, ſplendenti facie, candicantibus veſtibus, *audiri* tantùm iubetur, ita vt Tabor dici poſſit, mons auditionis; at cùm Chriſti patientis vmbra repræſentata eſt in monte Sina Exo. 25. iubetur Moyſes *inſpicere, & facere ſecundùm exemplar* ſibi in monte demonſtratum. Verus hic mons eſt, mons Caluariæ, non auditionis, ſed mons inſpectionis mons *Dominus videbit*, mons Moria, mons Chriſti patientis, & patientię exemplum præbẽtis. Quare potiſſimùm ad paſſionis ſuæ imitationem illis verbis contineri exhortationem, *Pone me vt ſignaculũ ſupra cor tuum & ſuper brachiũ tuum, quia fortis eſt, vt mors dilectio, & dura ſicut infernus æmulatio;* D. Thomas atque gloſ. eo loco docent.

Auguſtin. Gregor. D. Thom. 1. Pet. 2. 21. Matth. 17. 5. Exod. 25. 41. Gen. 22. 14. Cant. 8. 6. D. Thom. Gloſſ.

7 Patientię exempla, & pluríma, & illuſtriſſima.

Hinc eſt, vt cùm aliarum virtutũ exempla in ſanctis viris ſemper nobis propoſuerit Deus, ſed nullius alterius tot, tamque illuſtria, ſicut patientiæ ſuæ Eccleſiæ reliquerit, atque eam ob rem Paulus dixit, habere nos *impoſitam nubem teſtium, vt per patientiam curramus. Teſtes* vocat martyres, & qui fœlici laborum omnium & ærumnarum exitu, ſuæ glorię adepta corona, teſtes nobis adhuc in ſtadio verſantibus, & patronos ſe præbent, quos imbri, aut *nubibus*, comparat, rebus videlicèt quæ abundantiam & copiam ſignificare ſolent, quaſi dicat, *Tenemos exemplos de paciencia como agua, y tantos como nubes*, ſic hoc loco tum multitudinem, tum exemplorum vim nobis propoſitam, Theodoretus agnoſcit; *Pietatis* (inquit, diceret etiam patientiæ) *exempla ſunt nobis vndique propoſita; & tanta multitudo, vt nubem denſitate exæquet.* Sed inter tot teſtes vnum Iob per excellentiam, patientiæ exemplum appellari, quantum illius patientiæ laudem, & apud mortales, imò apud cælites omnes exiſtimationem & decus amplificat? Et quantum eſt in Eccleſia patienter tollerandi res aduerſas exemplum alijs eſſe, in quod inſpicere debeant violenti illi regni cælorum raptores & immortalis coronæ, non auri, ſed iuſtitiæ, ſed gloriæ conſequutores?

Hebr. 12. 1.

CAPVT VII.

IOB paſſum eſſe, vt Chriſti patientis figuram exprimeret.

1 *Iuſti afflicti referunt Chriſtum patientem, explicatus Ioan.*
2 *Plures figuræ Chriſti paſſionis, quàm reſurrectionis & gloriæ.*
3 *Quare dicatur Deus cum tribulatis eſſe. Illuſtratus David & Ioannes.*
4 *Qui Chriſti figuræ fuerunt, non in omnibus ſuis actionibus illum repræſentârunt.*
5 *Iobi vniuerſa ferè geſta Chriſtum adumbrârunt.*
6 *Iob & Iſaac Chriſtum reſurgentem exprimunt. Illuſtratus Ioan. & Paulus. An Iob etiam ſeruatus viuus Chriſti mortem repræſentauit.*

CHriſtum Ieſum non ſolùm caput, & auctorem, ſed finem etiam reliquorum iuſtorum eſſe, non ſemel Paulus indicat; Theologi clariùs docent. ſed ita iuſtos ad Chriſtum referri, vt illius figuram, & typum gerãt, Gregorius hic ſapiẽter docet. *Nullus* (inquit) *iuſtus fuit, qui non eius per figuram nuntius extiterit. Dignum quippe erat, vt in ſemetipſis bonum omnes oſtenderent, de quo & omnes boni eſſent, & quod prodeſſe omnibus ſcirent.* Sed id in rem præſentem facit, quòd Iobi paſſio, & patientia ad Chriſtum patientem referendum, tanquam ad finem referatur; & (vt Gregor. ait) *per ea quæ pertulit, quæ paſſurus eſſet, redemptor oſtendit, tantoque verius paſſionis illius ſacramenta prædiceret, quantò hæc non loquẽdo tantummodo, ſed etiam patiendo prophetaret.* Quare Iob nõ tam lætus & fœlix Chriſtum repræſentat regnanté in cælis, quàm percuſſus & humiliatus à Deo Chriſtum patientem, percuſſum & humiliatum: grauiſſimè enim toto corpore affectus, & dolens ait: * *Videbo Deum in carne mea*, id eſt, circũdabitur ille aliquando infirmitate, carne videlicèt paſſibili, & pœnis obnoxia. Poſſet etiam dicere, *Video Deum in carne mea*, ſicut non per verba futuri, aut præſentis temporis, ſed præteriti quoque dixit Chriſtus Ieſus, Ioan. 8. *Abraham exultauit, vt videret diem meum, & vidit, & gauiſus eſt.* Diem paſſionis interpretante Chryſoſt. homil. 54. & Procop. Geneſ. 22. ſuper id, *Leuauit Abraham oculos ſuos, viditque poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem aſſumens, obtulit holocauſtum pro filio, appellauitque nomen loci illius, Dominus videt, vnde vſque hodie dicitur, in monte Dominus videbis*, id eſt, in monte in quo Deus videri ſe fecit, vt interpretatur Augu. 16. de ciuit. cap. 32. vel, vt Septuag. legunt, *in monte Dominus apparuit.* 1

Grego. in præf. cap. 6. Gregor. Iob 19. 26. * Verele, y veraſe qual yo me veo. Ioan. 8. 56. Chryſoſt. Procop. Gen. 22. 13. 14. Auguſt. LXX.

2 Plures figurę Chriſti paſſionis, quàm reſurrectionis.

Et in vniuerſum illud affirmare licet, plures atque illuſtriores ſemper præceſſiſſe Chriſti paſſionis, & mortis figuras, quàm reſurrectionis & gloriæ; cuius illa ratio eſſe poteſt; quòd noſtræ ærumnæ & calamitates, veriſſimæ ſunt; noſtra vero gaudia adumbrata, & inſtar fluentium imaginum viſiones, quarum aduentitia tranſitione noſter animus velociſſimè pulſatur; quare illæ potiùs veram Chriſti paſſionẽ repræſentare aptæ ſunt, quàm hæc veram gloriam.

Hinc eſt, vt ſæpè Deus dicatur cum ipſo iuſto afflicto ſimul ſe præſentem exhibere; *Cum ipſo* (inquit) *ſum in tribulatione; Deſcenditque cum ipſo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum*, quaſi in eaſdem compedes, eademque vincula Deus quoque manus, ac pedes mitteret. Tribus pueris in fornàcem Babylonicum con- 3

Pſal. 90. 26. Sap. 10. 13. Dan. 3. 92.

iectis

iectis ſocium ſe adiungit. Et cùm rubus illa Exod.3.2. conflagraret, quæ populum in Aegypto laborantem malis grauiſſimis ſignificabat, in eodem ſe igne, iiſdemque ſpinis ardentibus medium conſtituit. 2.Reg.7.23. Sic Dauid enumerans diuina beneficia in populũ collata; *Quem* (inquit) *redemiſti tibi ex Aegypto, gentem, & Deum eius*, id eſt, non ſolùm vulgus, ſed populi primores, & iudices, aut potiùs, gentem, & *Te ipſum, quod videaris affligi, cùm tui affliguntur.* Vatabl. Ita annotat Vatablus. Illud verò multò clariùs atque mirabilius; cùm eos, qui ingentibus ſceleribus ſe polluerant, ſtatuiſſet in captiuitatem diuiſſimam, atque ignominioſiſſimam ſeruitutem redigere, ſe quoque tunc piiſſimus Deus ſeruitutem ſeruiturũ cum ſuis captiuis, diſertis verbis affirmat; potiùs conqueritur, Iſaiæ 43. Iſa.43.24. *Seruire me feciſti in peccatis tuis; præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis*, perinde quippe videbatur illi populum captiuum ſeruire Chaldæis, ac ſi ipſe captiuus, ſeruuſque Chaldæorum eſſet, vt iam non ſolùm redemptũ cum redempto populo, ſed id, quod & dictu, & creditu difficilius erat, ſeruire, & laborare cum captiuo populo, teſtatum ipſe ſuis faceret, quo illos à peccatis deterreret, vt quæ moleſtiſſimam ſeruitutem illi viderentur afferre. Quare in Iob patiente paſſus quoque ipſe eſt; atque adeò, vt filij Dei paſſuri imaginem præferret, Iob profectò paſſus eſt. Quod eo minùs mirandum, quòd iam *ab origine mundi occiſus* dicatur Dei *agnus*, id eſt, non ſolùm in ſanguine Abel iuſti, Apoc.3.8. & in alijs ſacrificijs, quæ in lege naturæ erant, eius paſſio, & mors præfigurata, ſed etiam in ipſa mundi conſtitutione, & formatione primorum parentum, cùm de viri dormientis latere ædificata eſt mulier, Eccleſia de Chriſti morientis latere, & ſanguine in paſſione formanda ſignificata fuit. Sic interpretantibus Auguſtin. c.12. contra Fauſtum & tractatu nono, in Ioannem, Iſidoro, Procopio, Rabano, Eucher. Ruperto Geneſis 1. Proſper. de prædict. parte 1. capite 1. Philip. ſuper Iob, capit.13. atque eandem eiuſdem rei figuram agnoſcunt Scholaſtici omnes cum Magiſtr. 2. ſ. d. 18. diſputantes de Euæ formatione.

Auguſt. Iſidor. Procop. Raban. Eucher. Rupert. Proſper. Philip. Magiſt.

4 Philip. Regula eruẽdi myſticos ſenſus.

Et verò licèt vera ſit illa myſticos ſenſus indagandi regula, quam Philippus presbyter tradit ſuper capit. 13. Iob his verbis: *Hoc ſciendum, quòd hi, qui typum præferunt Chriſti, vt Dauid, & Salomon. cæteri quoque, & Samſon, ſiue etiam Iob, non in omnibus actibus ſuis, ſed rebus certis quibuſdam, in ſe ſignificant Saluatorem.* Sed Iob tamen ita Chriſtum non ſolùm patientem, ſed docentem, benefacientem, à Synagoga contumelias, ab improbis tortoribus alapas, ſputa accipientem, denique reſurgentem, verbis atque geſtis exprimit, vt non ſolùm peculiaribus quibuſdam rebus, ſed vniuerſam illius hiſtoriam, imaginem eſſe credas Chriſti Aſſertoris, atque Euangelicę hiſtoriæ, aut mutatis verbis aut mutuatis ſententijs; quæ nunc ad prototypum, id eſt, Chriſtum, nunc ad imaginem & figurã, id eſt, Iobum, verè & propriè referantur: & quod de Iobo dicitur, propter Chriſtum dictum ſit: rurſus quæ de Chriſto, ab illius figura & typo aliena non ſint.

5 Iob vniuerſalis quædam Chriſti Ieſu figura.

Sed age, breuiter quædam percurramus; nam omnino omnia minutatim percenſeri nõ poſſunt. *Vir erat in terra* Hus; Iob 1.1. vir in Eccleſia Chriſtus, quæ eſt columna & fundamentum veritatis. Nam *Hus* conſilium eſt; & Sapientia de ſe teſtatur, Prouerbior.8. *Ego ſapientia habito in conſilio.* Prou.8.12. ita Gregorius. Gregor. Virginem ſanctiſſimam conciliatricem, & ſapientiæ matrem. ita Philipp. Philip. *nomine Iob*, nam dolens Chriſtus; *vir dolorum*; Iſa.53.3. rurſus Iob; *pauper & dolens, & ſciens infirmitatem. Rex regum* Chriſtus, Apoc.9.14. rex quoque, ac rex regum Iob, vt nonmultò poſtea explicabimus. Iob 1.3. *Magnus inter omnes orientales Iob*; At Chriſtus, *Oriens nomen eius.* Et quòd non ſicut cæteri illuminati à Deo, ſed Deus ipſe, & *lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum*, Ioan.1.9. princeps Orientalium omnium, & caput illuminatorum eſt. Huius generis præclara multa, & arguta in Origen. Gregor. Philippo, Beda. Origen. Gregor. Philip. Beda. Certè cùm lego id, cap.29. *Procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi; principes ceſſabant loqui, & digitum ſuperponebant ori ſuo; qui me audiebant exſpectabant ſententiam, & intenti tacebant ad conſilium meum*; Iob 29.7. videor mihi legere; *Congregata eſt ad eum turba multa, & docebat eos in parabolis*, Marc.4. Marc.4.1. Rurſus cùm Chriſtum *ſequebantur turbæ, & de ciuitatibus properabant ad eum*, Luc.8.4. recordor ſcriptum eſſe; Iob 24.11. *Auris audiens beatificabat me, & oculus videns, teſtimonium reddebat mihi; verbis meis addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium meum; exſpectabant me, ſicut pluuiam, & os ſuum aperiebant, quaſi ad imbrem ſerotinum.* Iob profectò tam fuit erga ſuos beneficus, atque gratuitus, vt dici meritò de illo poſſit, illud Actor.10. *Pertranſijt benefaciendo, & ſanando.* Act.10.38. Chriſtus Aſſertor erat *pater pauperum*, Iob 29.15.15. 16.& c.4.3. cor viduæ conſolabatur, mœrentium omnium conſolator, *oculus fuit cæco, pes claudo, manus laſſas roborauit, vacillantes confirmauerunt ſermones illius, genua trementia confortauit.* Cùm de ſe Iob aſſerit, cap.31. *non comediſſe buccellam ſuam ſolùm, ſed comediſſe quoque peregrinum ex ea, quia ab infantia creuit* cum illo *miſeratio*; Iob 31.17. Quid aliud videtur ſuis conuiuis dicere, quàm illud; *Deſiderio, deſideraui paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar?* Luc.22.15. atque ſuis famulis ſic præcipere; *Facite homines diſcumbere?* Luc.14.2. Rurſuſque exire *in vicos & plateas, & pauperes, ac debiles, cæcos & claudos*, introducere? Cùm verò Chriſtus Ieſus cœna vltima ſuos diſcipulos excipit lætus, & gaudens, illud dicit: *In circuitu meo pueri mei.* Iob 29.5. Et; *Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius, vt ſaturemur?* Iob 31.31. Cùm Iob extra ciuitatem ſub dio pernoctat mœrentibus amicis, & ad tanti doloris conſpectum obmuteſcentibus; in mentem veniunt tres Chriſti Ieſu ſocij orantes in horto, in noctis ſilentio, ſilentes, & dormitabundi. *Erant enim oculi eorum grauati præ triſtitia.* Marc.14.40. Cum verò dormiunt tres Apoſtoli, orante & vigilante Chriſto, video id impletum; *Sederunt cum eo in terra, & nemo loquebatur ei verbum; videbant enim dolorem eſſe vehementem.* Iob 2.13. Cùm Iobus permittitur poteſtati Satanæ, & alijs ſæuiſſimis tortoribus, dici poteſt; *Hæc eſt*

hora veſtra, & poteſtas tenebrarum; cùm verò
comprehenditur Chriſtus, Satanæ quoque id
Luc.22.53. dictum eſt; *Ecce in manu tua eſt*. Cùm ſedentem
in ſterquilinio amici, procul adhuc ſtantes,
Iob 2.3. non agnoſcebant, dixiſſe viſi ſunt. *Vidimus*
Iſa.58.2. *eum, & non erat aſpectus; virum dolorum, & ſcien-*
tem infirmitatem; cùm verò Pilatus nudum &
flagellatum Ieſum protulit ad Iudæos, dicens;
Ioan.19.6. *Ecce homo*, vtique cæci illi *non agnoſcebant eum*.
Quid aliud ſtulta Iobi vxor importuno, &
improbo illo *benedicendi Deo*, conſilio dixiſſe
Matt.26.66. videtur, quàm, *Blaſphemauit; dignus eſt morte*.
Quid porrò Synagoga, & Synagogæ prin-
ceps Caiphas, Chriſto IESV, quem præſen-
Iob 15.5. tem habebat, niſi illud; *Imitaris linguam bla-*
ſphemantium: condemnabit te os tuum, &c; *Benedic*
Deo, & morere, Iob per ſummam iniuriam ab
amicis, à ſeruis, & familiaribus irriſum, &
gratis odio habitum, prætereuntes quoque
Matt.27.26. *Blaſphemabant, mouentes capita ſua, & dicentes: Vah*;
Hæc verò imago fuit Chriſti in cruce penden-
tis, atque dicentis: *In eorum canticum verſus ſum,*
& factus ſum eis in prouerbium. Potatur felle &
Iob 30.9. aceto, vt illud poſſit dicere, *Animæ eſurienti,*
Iob 6.6. *etiam amara, dulcia eſſe videntur*. Et, *Quæ priùs nole-*
bat tangere anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt.
Latus lancea perfoditur, vt illud quoque re
Iob 16.14. petamus memoria; *Conſcidit me vulnere ſuper vul-*
nus. Nudus vterque, Chriſtus in cruce pen-
dens, Iob ſedens in ſterquilinio; vt non ſe-
mel Chryſoſtomus homil.4. ad Antioch.& in
Caten. ſuper id: *Si bona ſuſcepimus, &c.* Cùm
Iob pro amicis ſupplicat, & ſacrificat illis
Luc.23.34. verbis vti potuit: *Pater ignoſce illis, quia neſciunt*
Ibid.v.48. *quid faciunt*. Amicis quoque illa conuenire po
tuerunt; *Percutientes pectora ſua, dicentes: Filius*
Dei erat iſte. Aeternus verò Pater reſpiciens in
faciem Chriſti ſui, ſe ipſum immaculatum of-
Iob 42.8. ferentis, ſic pronunciat; *Faciem eius ſuſcipiam,*
vt non vobis imputetur ſtultitia. Denique cùm pri
ſtinæ ſanitati, atque fœlicitati multò maiori
Marc.16.12. reſtitutus eſt, *Recumbentibus conueſcitur*, &c, *Viſus*
1.Cor.15.6. *eſt plusquam quingentis fratribus ſimul*, &c, *Adorauerunt eum*.
Vita proculdubio Chriſti reſurgen-
tis, & diſcipulis ſuis apparentis imago, de
Iob 42.14. quo illud veriſſimè dici poteſt; *Comederunt cum*
eo panem, & conſolati ſunt eum ſuper omni malo, quod
intulerat Dominus ſuper eum, & venerunt ad eum om-
nes fratres ſui, & omnes ſorores ſuæ, & cuncti, qui no-
uerant eum priùs.

6 Illud tantum deſiderari in Iobo poſſe vi-
Iob quamuis detur, vt expreſſior & clarior Chriſti patien-
in ærumnis tis imago eſſet, vt re ipſa mortem illi, tam
mortuus nõ acerbi dolores & cruciatus attuliſſent. Sed
fuerit, figura certè ad eam rem ſatis fuit, morbos letales ac-
fuit mortis cepiſſe, vt poſtea explicabimus, atq; dolorũ
Chriſti. vi, ad extremum ſpiritum adductum fuiſſe.
Paratum quoque ad moriendum Dei volun-
Iob 13.15. tate & iuſſu, dicentem: *Etiam ſi me occideris, in*
Iſaac Chriſti *ipſo ſperabo*. nam illuſtris quoque Chriſti mori-
patientis fi- entis figura fuit Iſaac, non quidem mactatus,
gura. ſed mactari, & iugulari paratus, qui propterea
dictus ſit iam occiſus à parente; nam Abra-
hamus audiuit; *Feciſti hanc rem, & non pepercisti*
Gen.22.16. *filio tuo vnigenito propter me*, atque ea ipſa re dum
Pſal.2.7. neuter moritur, Chriſti reſurrectionẽ retule-
runt. nam cùm id Pſal. *Ego hodie genui te*, de die
reſurrectionis intelligat Paul. Actor.13. de re-
ſurrectione quoque viſus eſt intellexiſſe, id
Ioan. 8. *Abraham exultauit, vt videret diem meum*, Ioan.8.56.
quòd in Iſaac morti proximo, ſed voce Angeli
à morte proxima reuocato, Chriſti reſurrecti-
onem gaudio & exultatione plenam conſpe-
xiſſet. & propterea Paul. Hebr.11. ait de Abra- Hebr.11.19.
ham; *Arbitrans quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt*
Deus, vnde eum in parabolam accepit, id eſt, vt in-
terpretatur Theodor. in ſymbolum & typum Theodoret.
reſurrectionis. Neque tunc ſolùm, ſed etiam
vt ex proprietate Græcæ vocis legere poſſu-
mus, *eum in parabolam acceperat*, videlicèt reſur-
rectionis, quando accepit promiſſionem na-
ſcituri Iſaac, vt non obſcurè, Paul. Roman.4. Rom.4.19.
docuiſſe videtur; *Non infirmatus eſt fide, nec conſi-*
derauit corpus ſuum emortuum, cùm ferè centum eſſet
annorum, & emortuam vuluam Saræ. De hac morte
ſuſcitauit filiũ Iſaac, proptereaque paulò antè
dixerat, *Cui credidiſti, qui viuificat mortuos*. & rur- V.17.
ſus: *Non eſt ſcriptum tantùm propter ipſum, quia repu-*
tatum eſt illi ad iuſtitiam. Sed & propter nos, quibus V.23.
reputabitur credentibus in eum, qui ſuſcitauit Ieſum
Chriſtum à mortuis, &c. Non aliter ſanè, quàm
cùm de Iobo mortiferè vulnerando præceptũ Iob 2.6.
Dæmoni eſt; *Animam illius ſerua*, cui poſtea illud
reſponderet: *Non derelinquens animam meam in in-* Pſal.15.15.
ferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.
Hactenùs de fine, atque materia communi.

CAP. VIII.

Multiplex materiæ varietas, atque libri obſcuritas; & de cõmentariorum, interpredandique ratione optima.

1 *Multiplex materia ſacrarum literarum. Scriptura mundus intelligibilis.*
2 *Quæ in alijs libris diſperſa ſunt, vnicus liber Iob continet, qui eſt Dialecticus, Phyſicus, Theologicus.*
3 *Iob Dialecticam docet.*
4 *Libri obſcuritas.*
5 *Orandus Iob pro intelligentia ſui libri obtinenda: quæ optima præparatio ad intelligendam Scripturam.*
6 *Vnius vocis ſacræ multiplex, latensque virtus.*
7 *Vtendum humana philoſophorum ſapientia, ſed ſanctorum Eccleſiæ patrum potiſſimum.*
8 *Non eſt omnino abijciendum inueniendi ſtudium & induſtria, vtilia inuentis addendi.*

Diuitem, atque multiplicem ſacrarum 1
litterarum ſuppellectilem, ex omni re-
rum, materiæque genere comparatam, varijs
quoque rationibus atque nominibus ſancti
omnes Patres celebrant, atque explicant. ſed
nihil de illa in vniuerſum dicitur, quod in li-
brum Iob propriè & verè non conueniat. In Sacræ ſcrip-
Naturalem, Aethicam, Theologiam, propter turæ diuiſio
rerum varietatem diuidunt Ambroſ. Pſal.36. & partes.
Baſilius præfat. ad Prouerb. Hieronym. præ- Ambroſ.

fatio.

Baſil. Hieron. Auguſt. Clem. Alex. Origen.

fatio. ad Eccleſiaſten. Auguſtinus in Epiſtola ad Voluſianum. Clemens Alexandr. ad finem primi libri Stromat. quartam aliam partem addidit, videlicèt Hiſtoricam. Origen. arguto omnino vir ingenio, dum primum Ioannis caput explicat, qui poſt diuini verbi generationem ſignificatam, ad Ioannis Baptiſtæ hiſtoriam enarrandam, tanquam ex altiſſimo Theologiæ vertice in profundiſſimã hiſtoriȩ vallem ſe demittit;

Diuina ſcriptura mundus intelligibilis.

Diuina (inquit) *Scriptura mundus eſt intelligibilis, ſuis quatuor partibus, veluti quatuor elementis conſtitutus, cuius terra eſt veluti in medio, inſtar centri Hiſtoria; circa quam aquarum ſimilitudine abyſſus circumfunditur Moralis intelligentia. Circa Hiſtoriam, & Ethicam, veluti duas præfati mundi inferiores partes, aër ille naturalis ſcientiæ circumuoluitur. Extra autem omnia, & vltra, Aethereus ille igneus ardor Empyrei cæli, hoc eſt ſupernæ contemplationis diuinæ naturæ, quàm Theologiam nominant, circumglobatur.* Partes has ſingulas, non in ſingulis Scripturæ libris inueniunt, ſed in alijs alias. Nos in Iobo vniuerſas; videlicèt

2 Hiſtoria Iob antiquiſſima Naturalia, q doceat liber Iob.

antiquiſſimam hiſtoriam, ante Reges, Iudices, Exodum. Deinde Phyſicam ſeu Naturalem; nam ſicut in Geneſi, docet rerum creationem, terræ, maris, cap. 5. 25. 26. 38. & Meteororum generationem, pluuiæ, grandinis, gelu, niuis, tonitrui, fulguris. 25. 26. 36. 37. 38. & ſolis aſtrorumq́ue creationem atque naturam multò latiùs, quàm in Eccleſiaſt. 9. 36. 37. 38. Gemmarum & Mineralium, 28. animantium quadrupedum, auiumq́ue præcipuarũ, atque etiam piſciũ immanium, Leuiathan, Behemoth, Rhinocerotis, Leonis, Leænæq́ue, Equi, Onagri, Struthionis, Ibicis, Aquilæ, Vulturis, Galli, capit. 28. 38. 39. 40. 41. Hominis, 10. 12. & eius infirmitatem poſt peccatum, 3. 6. 9. 10. 13. 14. 15.

Mores informat liber iſte

Moralibus præterea præceptis, virtutum laudationibus, vitiorum deteſtationibus, honeſtæ amicitiæ colendæ præceptionibus, & vniuerſæ vitæ, ſanctè & piè inſtituendæ regulis totus liber refertus eſt, non minùs quàm Prouerbia, & Eccleſiaſtes, aut quàm Prophetæ, & Pſalmi: perfecti namque viri vitam, & normam proponit; rebus proſperis non inſoleſcentis, aduerſis non cedentis: domum, Ciuitatem, Regnum, ex æquo & bono, moderantis, & religionem præcipuè docet, ſacrificiorum oblatione, & Dei laudibus, cap. 1. 30. & 42. Caſtitatem, Miſericordiam, Paupertatem ſpiritus, Dilectionem inimicorum, Cogitationum & cordis curam, rectum diuitiarum vſum, paſſim, ſed præcipuè, cap. 30.

Liber iſte theologicus. *Hieron.*

Tandem Theologicus eſt liber. *Quæ non myſteria* (vt Hieronymi ad Paulinum verbis vtar) *ſuo ſermone complectitur? Singula in eo verba plena ſunt ſenſibus*, & in peculiari præfatione hunc librum *eſchematiſmenos* vocat, dum qui aliud loquitur, aliud agit. De Chriſto Domino non rarò prophetat, deq́ue illius & vniuerſali omnium reſurrectione, capit. 14 19. De iuſtorum præmijs, cap. 5. 8. 22. 29. De impiorum ſupplicijs, cap. 4. 5. 7 8. 15. 18. 20, 21. 22. 24. 27. 36. De Dei ſupremi maieſtate & potentia, cap. 12. 35. 36. 37. De illius Sapientia, 9. 11. De Prouidentia, cap. 7. 35. De Aequitate & Iuſtitia, cap. 8. 13. 33. 34. Denique Dei, hominis, bonitatis, & muneris ſanctorum Angelorum, & illorũ cuſtodiæ; aſtutiæ & malitiæ ſæuiſſimi Dæmonis cognitionem hic docemur. Ita liber hic ea continet, quæ in alijs libris diſperſa ſunt.

Peculiaria libri huius.

Quædam præterea, quæ nuſpiam reperias in Philoſophorum voluminibus: nam Crucem & calamitates probat, & malorum patientiam inter bona numerat; quæ doctrina aut Euangelica & Chriſtiana eſt, aut ſimillima atque proxima Euangelio: nam cæteri omnes à cruce ad delitias vocant; & Peripatetici omnia mala horrent; Stoici vero præcipiunt miſeros ſibi conſulere aut laqueo, aut præcipitio, aut alicuius generis morte alia.

Liber hic Euangelio proximus.

Peripatetici mala horrẽt. Stoici.

3 Liber hic Dialecticus. *Hieron.*

Illud tamen huic libro valde peculiare, & proprium eſt, vt Dialecticam doceat, & Sophiſtica deſtruat, vera & neceſſaria probet & proponat, omniaq́ue examinet. nam vt Hieronymus ad Paulinum dixit, *Iob omnes leges Dialecticæ, propoſitione, aſſumptione, concluſione determinat.* Sic videas Iobi amicos paralogiſmis laborare, atque ex particularibus argumentari, Iobum verò illarum argumẽtationum defectus detegere. Clemens Alexandrinus ad finem, 1. libr. Stromat.

Clem. Alexan. Theſ. 5. 21.

Scriptura (inquit) *tales nos eſſe volens Dialecticos, ſic hortatur, eſtote autem Trapezitæ, alia quidem reprobantes, quod autem bonum eſt, tenentes.* Quare quod ille de vniuerſa ſcriptura dixit, in hanc noſtram in primis conuenit; *quàm maximè*, videlicèt, *Dialecticè fieri poteſt, ad eam accedentium, conſequentiam diuinæ doctrinæ venantibus.*

4 Libri obſcuritas, & difficultas.

Iam verò tum ex alijs, quæ vniuerſæ ſcripturæ ſacræ communia ſunt, tum ex hac, quam diximus multiplici, variaq́ue rerum ſylua, facilè perſpici poteſt, quanta ſit libri huius difficultas atque obſcuritas. Nam vel de hoc vno libro intelligi poteſt, quod Clemens Alexandrinus 1. Stromat. de Scripturis in vniuerſum dixit: *Scripturæ artificioſas dictiones exigunt*; quippe ſapientiſſimis atque artificioſiſſimis ſenſibus, & ſententijs plenæ.

Clemens.

Illud præterea Auguſtini 2. de doctrina Chriſtiana, capit. 6. huc facit: *Rerum* (inquit) *ignorantia facit, obſcuras eſſe figuratas locutiones, cùm ignoramus, vel animantium, vel lapidum, vel herbarum, aliarumve rerum naturas.*

Auguſt.

Sed ita tamen ſunt in hoc libro clariora quædam & perſpicuiora, obſcurioribus alijs temperata, vt fami occurrere poſſint apertiora; at verò faſtidium, quod facilia ſæpè generant, obſcuriora depellant, vt eleganter idem Auguſtinus eodem loco explicat. Hieronymus librum hunc obliquum, lubricum, ſchematicum, & dum aliud loquitur, aliud agentem dicit; vt ſi velis Anguillam, aut Murenulam ſtrictis tenere manibus, quantò ſtrictius preſſeris, tantò citiùs elabitur.

Hieron.

Certè cùm in quẽpiam obſcuriſſimum huius libri locum inciderimus, vſurpare licebit, quod dixiſſe fertur Socrates, cùm in Heracliti libros de natura incidiſſet; *Præclara ſibi videri quæ quidem intellexiſſet: arbitrari etiam ſe, & quæ non intellexiſſet. Sed opus eſſe ad illa Delio natatore.* Hunc ſibi non alium quàm Iob adeſſe Nicetas precatus eſt, cùm

Socrates.

aliquando

aliquando vix ſe ex loci alicuius ſalebra, &
5 difficultate expedire poſſet. Tu ergo (inquit) ô *beate, qui iſthæc philoſophatus es, nos complectere; & nobis dux eſto, neque antea deſeras, quàm in complanatam viam deduxeris, qua iter rectum facere poſſimus, & à vero minimè aberremus. Nam vt nunc eſt, ipſi prope deprehenſi in trivio, quam intelligendi viam ingredi debeamus, ignoramus.* Et Catenæ initio in eandem rem ſcripſit; *A beata tibi anima contendendum eſt precibus, vt id à Deo nobis impetret, vt viri huius magnanimitate dignum aliquid excogitare, ac dicere poſſimus.* Sapienter quidem; nam ſicut Prophetæ ab Angelis, qui ſibi aderant, ſuarum viſionum ſignificationem & ſenſum confeſtim precibus efflagitabat, ita ſanè ab ipſo huius libri Scriptore eorum, quæ ſcripſit, intelligentia obtinenda eſt, tum precibus, tum ipſa illius patientiæ imitatione, vt lector ad agendum quæ legerit, promptiſſimus ſit, quæ eſt optima ad ſcripturam intelligendam præparatio, vt ſanctus Iſidorus dixit, in libro 3. ſententiarum, cap.8. Auguſtinus in Pſalm.11. & de opere Monachorum, cap.17. Hieron. Mich.2. & in Epitaphio Marcellæ.

Nice. ſuper id. cap. 21. dum in ſuis graren, &c.

Prophetæ ſuarum viſionũ ſcientiã ab angelo ſolent requirere

Quæ ſit optima ad ſcripturam intelligendam præparatio.

Iſidor.
Auguſt.
Hieron.

6 His nos duabus rebus, tum mirabili rerum optimarum vbertati, & copiæ, tum obſcuritati, vt commentarij noſtri reſponderent, pro noſtra tenuitate laborauimus, id eſt, vt neque omnino ieiuni & inopes eſſent, neque non lumen aliquod rebus difficillimis afferrent. Vni interdum voci longiuſculum commentarium ſubijcimus: neque mirùm; nam verbum Dei, & vel minimus ſcripturæ apex, eſt velut granum ſinapis, *quod cùm ſit minimum omnibus ſeminibus*, ſuſceptum tamen mente excolitur, cogitationum magnitudine (vt Nyſſenus dixit) dilatatur, & ramorum loco præceptis, & inſtitutis expanditur, & propoſito pietatis fine ſic effertur in ſublime, vt excelſæ etiam, altæque mentes, *veniant, & habitent in ramis eius*, & poſt multiplicem diſcurſum, & volandi laborem, in multarum rerum explicatione, tanquam in nido demum conſidant. Per varias res interdum excurrimus; ſed in vna tandem conquieſcimus, ea eſt ſimplex & germana ſacræ ſcripturæ intelligentia, & noſtræ vtilitatis, morumque inſtitutionis comparatio; non aliter atque nauigãtes littora attingunt, oraſque diuerſas regionis alicuius commeatus gratia inuiſunt, ſed in extremo portu tranquilli, & tuti conquieſcunt. Scio ieiuniores, & aridiores, id eſt, breuiores commentarios quibuſdam placere, quòd rerum multarum varietate ſentiant ſe opprimi; locupletiores, & vtilium, opportunarumque obſeruationum acceſſione ſplendidiores expeti ab alijs; hoc illo laborioſius, & difficilius; omnibus placere difficillimum, vt pluribus non valde diſpliceremus, & optatum, & curatum à nobis eſt.

Verbum Dei ſimile grano ſinapis.
Matt. 13. 31.
Nyſſen. initio hexaem.

7 Non rarò humana Philoſophorum, Poëtarumque ſapientia vtimur, ex ſanctorum quoque Patrum præcepto, Auguſtini ſecundo de doctrina Chriſtiana, cap.40. & 8. de ciuitate, cap.11. Origenis homil. 2. in Exodo. Hieronymi homil. ad Damaſcum, de filio prodigo, & epiſtol. ad magnum oratorem, Baſilij homil. ad adoleſcent. Theodoreti, libr. 10. de curand. Græc. affect. & in primis ad finem, lib. 1. namque eſt inter ſpinas flos aliquis, quem legamus; & in amaris & auſteris herbulis, cui inſidamus, & apum more dulcedinem hauriamus; ac veluti pluuiam cultis præcipuè ſubactiſque agris, vt humano generi conſuleret, munificus ac liberalis Deus infundit; ex vbertate autem, & copia liberalitatis, ipſas quoque ſolitudines & montes irrigat, quæ nonnihil etiam producunt, quod eſui, & vſui mortalibus ſit; ita ſcientiæ veræque ſapientiæ donum fidelibus, ac pijs hominibus impertitur Deus, interdum autem Ethnicis & extra Eccleſiam poſitis, particulam pluuiæ, veræque ſcientiæ elargitus eſt, ex qua vtilitatem aliquam capere poſſimus. Sic videas de ſapiente dictũ à Sapiente eſſe Eccleſiaſtici 39. *In terram alienigenarum gentium pertranſiet: bona enim & mala in omnibus tentabit.* Sed vt in his neque multum, neque diu immorandum eſt ſcripturarum interpreti, ita ſanè potiſſimùm ſuas commentationes, ex ſanctorum Patrum lectione, ſenſu, ſententijs, locupletare debet; ex quibus multiplex veræ ſapientię ſuppellex nobis comparanda eſt; cùm ſcriptum ſit: *Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens. & in Prophetis vacabit, narrationem virorum nominatorum conſeruabit.* Qua in re mirari nunquam deſinam Scripturæ interpretem, in cuius commentarijs Catullum, Tibullum, Horatium frequenter legas; Hieronym. Auguſt. Gregor. Ambroſ. Chryſoſtom. vno dicam verbo, neminé ex ſanctis Patribus inuenias, ne ſemel quidé, quòd ſi ſemel (nam oculatiori lectori, id fortè concedam) non iterum; ſi iterum, at certè non terque, & quaterque, quaſi in obſcœnis, & deliris poëtis omnia pulchra ſint; at nihil ab Auguſt. acutè, nihil à Hiero. ſolidè, nihil ab Ambr. argutè, à Grego. nihil vtiliter, à Chry. ornatè & copioſè; à Naz. ſapiẽter nihil, nihil bellè à Nyſſ. à Baſil. nihil ſanctè & piè, nihil ab Hilar. orthodoxè, ab Ireneo nihil accuratè & laborioſè, nihil ſuauiter à Bernardo, denique à Latinis patribus verè & grauiter, à Græcis eleganter & luculenter, nihil dictum, nihil excogitatum ſit. Quaſi poeticus ille furor ſordidiſſimorũ, & vino calentium hominum diuinum aliquid ſit, quod ſcripturam illuminare poſſit, & non potiùs diuino ſpiritu intellexerint, ſcripſerint, interpretati fuerint ſcripturas ſancti Dei homines. *Ridiculum certè fuerit* (verba ſunt Clementis, 1. Stromat.) *eorum, qui ſunt boni ac ſtudioſi, ſcriptis repudiatis, eos qui tales non ſunt, componentes admittere.* At vereor ne dum nihil iſti in interpretandis ſcripturis à Patribus accipere, edocerique volunt, ſubuentaneos in Eccleſiam libros proferant. *Periude enim* (libenter vtor Plutarchi verbis) *atque in pariendo natura conſtituit, vt non edatur in lucem fœtus, niſi fœmina conceperit, & in aluo diù illum retinuerit; itaque auibus ſubuentaneos quoſdam partus aiunt accidere, ex imperfectis nimirum, & inanimis conceptibus; non aliter ſanè de illo æſtimandum eſt; qui nihil ab alio audire, nihil velut ſapientia* (addo ego à Patribus Eccleſiæ)

Auguſt.
Origen.
Hieron.
Baſil.
Theodor.

In Poëtis, & prophanis ſcriptoribus, aliquid vtile.

Eccleſ. 39. 5.

Sanctorũ Patrũ lectio ad Scripturarũ intelligẽtiã.

Eccleſ. 39. 1.

Catull.
Tibul.
Horat.
Hieron.
Auguſt.
Gregor.
Ambroſ.
Chryſoſt.

Clem. Alex. initio Strom.

Plutar. de auditoris officio initio.

accipere curet; omnem quippe fructum concipere negliget.

8 Sed extrema ſanè vitia declinanda ſunt, & vtrinque reducenda ſcripturarum tractatio. namque ſunt aliqui, qui nihil lubenti animo accipere, nihil audire, aut admittere volunt, niſi quod ab alio dictum priùs, aut ex aliorum commentarijs, & libris deſcriptum, depromptumve ſit. In quo ſi nihil illi laboris in quærendo & inueniendo ponere vellēt, ferendi eſſent; ſed ſi neminem in inueniendo & excogitando contendere debere, neminem laborare, vt *ſcientiam addat*, & noui aliquid in litterariam rempublicam inuehat, male profectò de humano labore & induſtria, malè de humanæ mentis vi, acumine, ratiocinatione merentur. Illa Gregorij Nyſſeni in re hac explicanda moderatio optima, & cùm veritate virtuteque coniuncta, nam in medio conſiſtit, videri omninò debet; cùm enim poſt ſui fratris Baſilij explicationem examerοn, ſuam præterea ipſe commentationem conſcriberet, agricolas ſe imitari profitetur, qui mirabili inſerendi artificio ex eadem planta varios fructus percipiunt: nam germen, aut gemmam, ex arbore quapiam decerptam, in alterius arboris maioris cortice inciſo includunt, vt ſubiectæ arboris humore germen illud enutriatur, & coaleſcat, ramuſque fiat, peculiarem ſibi fructum proferat: ſic ſanè lucubrationes noſtras ſanctorum Patrum libris, folijs, doctrinæ inſerere oportet, vt illorum virtute & humore coaleſcant, atque veluti illorum rami efficiantur, non ſine ingenti vtilitate, neque ſine noſtri laboris proprio quodam & peculiari ſucco, & fructu. Tum etiam quæ ab illis accepεrimus, ſeminis vice nobis erunt, vnde fœtum concipiamus, qui labore, meditatione, induſtria coaleſcat, & in lucem prodeat. Neque enim ingenia deſiderant repletionem, veluti vaſa; ſed accendi volunt, ceu materia, quo vis inueniendi ſimul cum appetentia veritatis incitetur. Denique (ait Plutarchus) *Quemadmodum turbatum eſt ad vicinum proficiſci ignis accipiendi gratia, ibique inuento luculentiſſimo foco deſidere, ædibus proprijs neglectis; ita prorſus indecens eſt ab alio ſermonem doctum audire, minimeque curare, vt domeſticus ignis nempè vis ingenij accendatur.* Si non alio peiori falſitatis & mendacij nomine, at certè, deſides, ſomniculoſi, minimè videntes Prophetæ illi, in quos Deus Ieremiæ 23. *Ecce ego ad Prophetas, ait Dominus, qui furantur verba mea, vnuſquiſque à proximo ſuo.* Hæc de rerum in commentarijs varietate, & interpretandi, quam ſequimur ratione, paulò fortaſsè vberius, ſed ſemel dicta fuerint. Iam ad totius libri partitionem & ordinem.

Qui nil admittunt, niſi quod ab alio acceperunt.

Eccleſ. 1. 18.

Niſſen. initio exam.

Simile.

Humana ingenia nōtam replēda, quā excitanda.

Simile.

Plutar. de off. aud.

Iere. 23. 39.

CAP. IX.

De libri loco, & ordine, atque totius operis diuiſione.

1 *Diuiſio, & ordo librorum ſacrorum.*

2 *An Iob Propheta fuerit, & inter Prophetas numerandus.*

3 *Multiplex Prophetæ ratio, & appellatio Iobo conueniens.*

4 *Non eadem apud Græcos & Latinos libri diuiſio, neque apud Græcos inter ſe.*

5 *Commentariorum diuiſio & ratio, per certaminá.*

CVm libri omnes ab Hebræis in tres ordines diſtributi ſint, vt ait Hieronymus ſuper Danielem, & in prologo Galeato, videlicèt in Legem, Prophetas, & in eos, qui Hebraicè *Chetubim*, per excellentiam dicuntur, id eſt, ſcripturæ ſanctæ, Græcè, Agiographa, quam diuiſionem indicaſſe viſus eſt Chriſtus Dominus, Luc. 24. dicens: *Oportet vt impleantur, quæ ſcripta ſunt in Lege, Prophetis, & Pſalmis de me;* certe hunc librum ad tertium ordinem Agiographorum reducunt cum Pſalmis, & alijs Salomonis libris, Epiphan. opere de Aſteriſco & Obelo; & notis in interpretatione ſcripturarum, cùm libros omnes ſacros in quatuor quinarios reducat; primum, qui ex Lege; ſecundum, qui ex Iudicum, & Regum hiſtoria conficitur, tertium, ex libris verſu conſcriptis componit, Iob, Pſalmis, Prouerb. Eccleſiaſte, Canticis; quartum, ex Prophetis. Eadem habes apud Damaſc. lib. 4. cap. 18. Propter antiquitatem verò ſemper alijs ſcripturis poeticis præponitur Iob. quanquā aliquando poſtpoſitum libris Salomonis ſuperius indicauimus. Sed Dionyſ. tamen non tam ex dicendi ſtylo, quàm ex materia libros omnes ſacræ ſcripturæ diuidit, atque componit, & Iob coniungit cum alijs hiſtorialibus. Sic enim de Eccleſiaſt. Hierar. cap. 3. part. 3. poſt aliorum librorum materias deſcriptas, cùm ait: *Veterum hominum inter varios & multiplices triſtiū caſus, mirabilem conſtantiam, immobilemque philoſophiam eloquitur.* Iob cum Iudith, Eſther, Tobia, Machabæis connumerare videtur.

1
Tres ordines librorum ſacrorum.

Hieron.

כתובים

Ἁγιόγραφα.

Luc. 24.

Epiphan.

Damaſcen.

Vide ſup. c. 3. nu. 1.

Dionyſ.

Quare tamē Prophetis non connumeretur liber hic, quæſtionem habere poteſt, ſed minimè difficilem, ab illa ſe facile expediuit Abulenus in prologo, Ioſue quæſtion. 4. videndus quoque in prologo ad lib. Reg. quæſt. 22. Ait itaque non tantæ auctoritatis habitum hunc librum ab Hebræis, atque à nobis, quantæ alios; propterea non præponi loco & ordine alijs, quamuis tempore præceſſerit, ratio minime ſolida, & patens calumniæ. Sed Prophetæ appellationē negant aliqui conuenire Iob, continuò negaturi inter Prophetas adnumerandum, & id contendit acriter Gilbertus Genebrardus, ſeu quiſquis ille fuerit, qui præfatiunculam de Prophetica facultate, non indoctam præfixit Perionij libello, de vitis Prophetarum. Illam enim tantum Prophetiam propriè dici exiſtimant, quæ in ſomnis fit, aut in vigilia quidem, ſed cùm humanos ſenſus Vates amittit, & diuinos conſequitur, vt Cicero loquitur 2. de Diuinatio. Tale quid ſignificare viſus eſt Ariſtote. cùm ex omnibus diuinandi generibus, ſolas diuinationes recipiat, quæ per furorem, & per inſumnium exſiſterent.

2
An hic liber annumerandus Prophetis.

Abul.

An Iob ſit appellandus Propheta.

Genebrar.

Quę propriè dicenda ſit Prophetia.

Cicer.

Ariſtot.

iſterent. Idque confirmari poteſt ex Numerorum duodecimo. *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. At non talis ſeruus meus Moyſes, &c.* Reuelatio verò, quæ integris ſenſibus, ſine ſomno, ſine ecſtaſi, ſine peculiari viſione fit, Prophetia apud illos non eſt, ſed communi nomine reuelatio, aut inſpiratio Dei. Hanc, non illam Iobo, Moyſi, Iacob, Dauid, Danieli, etiam contigiſſe aſſerunt. Sed vt ſubtilem & accuratam de Prophetiæ, & Prophetæ appellationibus, atque generibus diſputationē, quæ huius loci non eſt, nunc prætercam, certè ſi non vt Iſaias, Ieremias, Ezechiel, ſaltem, vt Moyſes, atque Dauid, Iob quoque Propheta extitit; atque illum Prophetæ nomine dignatur Auguſtinus, eximiumque Prophetarum appellat, quod de Chriſti incarnatione, & reſurrectione prædixit. & libr. 2. contra Pelagium, ait: *Fidem reſurrectionis ſine incarnatione, & morte veraciter credi non poſſe.* Multa igitur de Chriſto & Eccleſiæ myſterijs prophetauit, vt Philippus & Beda aiunt. Prophetam quoque tam Græci, quam Latini in ſuis Martyrologijs appellant.

Num. 12. 6. — Iob Propheta. — *Auguſt. ſerm. 6. de temp. qui eſt ſecūdus de Natiuit.* — *Philip.* — *Beda.*

3 Quibus titulis meruerit Iob Prophetæ appellationem.

Et licet quidem non eo modo, quo Iſaias, & Ezechiel prophetauerit, quam ob rem ad eum Prophetarum ordinem non pertinet; ſed multis præterea titulis Prophetæ cognomen promeruit; non ſolùm quòd de Chriſto, & de futuro iudicio, & iuſtorum præmio, impiorumque ſupplicio multa prædixerit, quod ſatis erat ad prophetandi appellationem, vt cùm Mar. 7. dicitur, *Benè prophetauit* (id eſt, prædixit) *de vobis Iſaias*, Sed quod ſacrorum interpres apud ſuos atque concionator fuerit, ſicut Exodi 7. dicitur Moyſi; *Aaron frater tuus erit Propheta tuus.* (*Tu lingua*) tuus interpres. Et 1. Corinth. 14. *Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & conſolationem.* Tum etiam quòd Dei amicus, & familiaris; qua ratione de Abraham, Geneſ. 20. dicitur: *Quia Propheta eſt, & orabit pro te.* & de Moyſe, Deut. 34. *Non ſurrexit Propheta ſicut Moyſes, quem noſſet Deus facie ad faciem, in omnibus ſignis, atque portentis, quæ miſit per eum.*

Marc. 7. 6. — *Exod. 7. 1.* — *1. Cor. 14. 3.* — *Geneſ. 20. 7.* — *Deut. 34. 10.*

4 Diuiſio libri.

Quod ad diuiſionem pertinet, Græci interpretes, Septuaginta, pariter ac Latini in quadraginta duo capita partiti ſunt librum vniuerſum, vt Hebræis reſponderet. In Catena, in triginta tria capita omnino diuidunt. neque hanc eſſe peculiarem diuiſionem ab auctore Catenæ factam, ſed Græcis omnibus receptam, atque familiarem ipſæ capitum inſcriptiones indicant; dum Catenæ auctor ſuas capitum protheorias præfigit diſertis verbis *iuxta Græcos.* quorum numerus cum noſtro minimè conſentit. quare itaque Latinus Catenæ interpres eam diuiſionem Græcorum ſoli Olympiodoro tribuerit, in præfatiuncula ad lectorem, planè non aſſequor. Alij per colloquia diuidunt, ſiue Dei ad Satanam, & ad Iob, ſiue Iob & amicorum inter ſe mutuò. Alij aliter. Nos vulgata capitum diuiſione ſeruata, commentariorum libros tredecim effecimus. Hanc eſſe tum ipſius rei, tum laboris atque ſcriptionis noſtræ opportunam partitionem rati, vt viri fortiſſimi certamina ſingula enumeraremus, quo æqui eſſe poſſemus totius prœlij ſpectatores.

Paulus. — *Commolat.*

Prima igitur duo capita, quibus bona hiſtoriæ pars continetur, duo certamina continet, cum Satana alterum, alterum cum vxore: hæc quia continenter inita ſunt, & in ipſa narratione & ſtylo ſcribendi valde coniuncta, ſeiungi non potuerunt; efficitur ex his primus liber commentariorum, aliquantò, quàm vellemus, longior, & quæſtionum ac rerum multiplicium explicatione auctior; ſed aliquid initio, ex quo cætera pendent, condonandum eſt.

Lamentationes capitis tertij ſuum librum ſibi vendicant. Deinde ſingulæ diſputationes amicorum cum ſuis Iobi reſponſionibus, certamina ſunt ſeorſum ſpectanda; propterea ſingula ſingulos libros efficiunt.

Tertius itaque liber conſtat ex diſputatione Eliphaz a cap. 4. vſque ad 7. Quartus habet diſputationem Baldad, ab 8. vſque ad 10. In quinto libro argumentatur Sophar, & pluribus ſatisfacit Iob, ab 11. vſque ad 14. Rurſus Eliphaz certamen inſtaurat, quod tria capita, videlicèt à 15. vſque ad 17. continet, id eſt, librum Sextum. Secundò Baldad loquitur contentioſiùs & ardentiùs, quo Iob ſe oppidò defatigatum ſignificat; duo hæc ſunt capita 18. & 19. & liber Septimus. Liber præterea Octauus, alia duo comprehendit 20. & 21. videlicèt ſecundam diſputationem Sophar. Confligit iam tertiò Eliphaz, atque hoc iam eſt ſeptimum diſputandi certamen, & liber Nonus à vigeſimo ſecundo, vſque ad 24. Tertiò item, ſed breuiſſimè Baldad loquitur, Iob verò longiſſimè reſpondet, pariterque ſapientiſſimè; propterea liber hic decimus, ſeptē capita ambit, à 25. vſque ad 31. Hactenùs in vniuerſum certamina decem.

Prodit tandem Eliu, & quamuis verboſa potiùs, quàm neruoſa diſputatione ſolus ipſe laboret, vt cui nihil omnino reſponſi dederit Iob, ſed tamen certauit quoque ac laborauit Iob, patienter audiendo orationem longiſſimam à 32. vſque ad 37. caput, hic eſto liber vndecimus. Mirum, etiam ipſe Deus athletam ſimulat, & diſputatorem agit, & certamen duodecimum peragit, cuius vim vix poteſt ſilentio, nedum retortis verbis aut reſponſione ſuſtinere Iob, capita quatuor, à 38. vſque ad 41. atque liber duodecimus. Vltimū tandem caput, liberque vltimus, nullum ampliùs certaminis laborem deſcribit, ſed coronam, præmiumque athletæ fortiſſimi, & fœlicitatem priſtinam bonorum omnium longè cumulatiſſimè reſtitutam.

CAP. X.

Libri vtilitas, commentariorum quoque, atquè paraphraſis vſus.

1 *Vniuerſa ſcripturæ, patientiæ exempla nobis ſuppeditant, Iob præſertim. explicati Paulus & Petrus.*
2 *Liber Iob ad omne hominum genus, opportunus.*
3 *Vtilia conſectari debet ſcripturarum interpres.*
4 *Quid ſit cauponari verbum Dei ex Paulo, & Iſai. & locus Cantic. indicatur.*
5 *Vſus paraphraſis.*
6 *Laus defenſioque Vulgati interpretis.*
7 *Hiſpaniſmorum ratio ad ſcripturæ loquutiones opportuna.*

1
VT libri huius eloquentiam atque iucunditatem mirabilem, quæ ex iucundiſſima hiſtoria multa varietate referta naſcitur, prætercam, ſed prætereunda tamē non eſt vtilitas, ea præſertim de qua Paulus loquitur, Romanor. 15. *Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.* Quibus verbis, vel ab hoc libro vniuerſam ſcripturam denominat, vel illa quæ ex vniuerſa ſcriptura capitur doctrinæ vtilitas, ex hoc potiſſimum, poſt Euangelia, libro petenda eſt. Namque *patientiæ* nobis, *& conſolationis*, exemplum ſuppeditat, & in eam ſpem iubet nos erigi, quam operatur patientia. *Conſolationem* autem vocat Paulus, quam Iacobus, *finem Domini* dicit, loquens de Iob; & Petrus, *poſteriores glorias*, de Chriſti glorificatione loquutus. atque ex hoc patientiæ exemplo à nobis imitando, ſalutem animarum noſtrarū pendere docuit illis verbis: *De qua ſalute exquiſierunt, atque ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt, ſcrutantes in quod, vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti, prænuncians eas, quæ in Chriſto ſunt paſſiones & poſteriores glorias.* Sicut igitur dicitur. Lucæ vltimo: *Et dixit ad eos; ô ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt Prophetæ; nónne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? & incipiens à Moyſe & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant.* Scripturæ patientiam & conſolationem loquuntur, in noſtram ſalutem. Hæc prænunciauit olim in Prophetis ſpiritus Chriſti; hæc ſemper nobis in libro Iob inſpicienda atque imitanda proponūtur, vt maximum ſalutis animarum noſtrarum ſubſidium; in hoc libro poſitum eſſe intelligamus. Chryſoſtomus eleganter, & copioſè explicat, vtilem omnino librum eſſe cuiuis, in omni vitæ genere, & conditione, viris, mulieribus, ſenioribus, medijs, diuitibus, pauperibus, ſecundis aduerſiſve rebus vtentibus, ad imitationem virtutis omnis, atque librum vniuerſum illa ſimilitudine clauſit. *Ad hunc librum tanquam ad matrem, quampiam prolis amātem, & quouis loco manus tendentem, trepidantesſque natos excipientem, vſque confugiamus. Nam nemo eſt, quem liber hic ſalutaribus præceptis non excipiat; nemo, cui tanti viri afflictationes morborum, cruciatus, atque ſæua malorum omnium procellæ, ſolatium, medicamentum, portum non præſtent.* Prætereo, frequenter omnium præcepta virtutum nobis tradi, quæ ſuprà indicauimus, cùm de materiæ varietate ageremus.

Rom. 15. 4.
Iacob. 5. 11.
1. Pet. 1. 11.
Luc. 24. 26.
Chryſ. in Cat.
2

Ad eam quoque rationem commentarios noſtros accommodauimus, vt alicuius vtilitatis fructus ex illis percipi poſſet, dum ea ad ſacræ ſcripturæ interpretationem adducere conamur, quæ animis quoque vtilia & ſalutaria exiſtant. Id quod appoſita ſimilitudine, tum in hoc libro, tum in vniuerſum ſcripturæ interpreti faciendum, ſanctus Gregorius præcipit. *Sacri* (inquit) *tractator eloquij morem fluminis debet imitari; flumen quippe dum per alueū defluit, ſi valles concauas ex latere contingit, in eas protinùs ſui impetus curſum diuertit, cumque illas ſufficienter impleuerit, repentè ſe in alueum refundit; ſic nimirum, ſic diuini verbi eſſe tractator debet; vt cùm de qualibet re differit, ſi fortaſsè iuxta poſitam occaſionem congruæ ædificationis inuenerit, quaſi ad vicinam vallem linguæ vndas intorqueat; & cùm ſubiectæ inſtitutionis campum ſufficienter infuderit, ad ſermonis propoſiti alueum recurrat.* Non quòd alium, quàm primum illum, & literalem ſcripturæ ſenſum conſectari, aut ſecundum illum, quem Moralem vel Tropologicum appellant venari, aut perſequi animo ſtatuerim; ſed quòd primus ipſe ſcripturę ſenſus multa nobis præclara, & ſalutaria monita ad morum diſciplinam ſuppeditat, & nihil ſit in hiſtoria, & ſimplici narratione aliqua, aut nuda ſententia tam aridum & exile, ex quo ſi premas, & vrgeas non ſucci multum, atque vtilitatis elicias. Nam *quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram* vtilitatem, *noſtramque doctrinam ſcripta ſunt.* Deus enim noſter *docet nos vtilia.* Propterea non ſolùm melli, & dulcedini, non ſolùm auro, argento, gemmis precioſiſſimis, quæ ad guſtum & ſplendorem pertinent, ſed ijs quoque, quæ vtilia & neceſſaria ſunt mortalium vitæ, & incolumitati comparātur ſanctæ ſcripturæ, pani, vino, aquæ, pinguibus, atque ea *deuorare, & comedere* iubemur, in noſtramque vtilitatem conuertere. Qui frigidè tractat, quod ex ſe meraciſſimum eſt, tum efficacitatis, tum commoditatis mirabilis verbum Dei, ingentes is à Paulo minas accipiat; qui dum de vita & incolumitate animorum ſe ſolicitum eſſe ſcribit ad Corinth. *Non ſumus* (inquit) *ſicut plurimi adulterantes verbum Dei, ſed ex ſynceritate, ſed ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur.* Namque illi adulterant, & cauponantur verbum Dei, qui frigida miſcent, & diluunt, atque efficacitatem (quod in ſe eſt) retundūt, neque eo modo nobis propinant, quo ſibi à Deo traditum eſt, purum atque ſyncerum; videlicèt cùm vel inutilibus, aut mollioribus facetijs, aut fucatis potius, quam ſolidis vtuntur in verbo Dei tractando; quæ omnia Paulus aquæ adulteriū, id eſt, frigida appellat (*frialdades*) ſicut ſcriptū eſt Iſa. 1. *Vinum tuum miſtum eſt aqua.* Septuag. *Caupones tui miſcent vinum aqua.* Propterea ſponſus ſponſæ *ventrem*, id eſt, animam & cogitationem Doctorum, & diuini verbi interpretum, (quæ frequenter *ventris* nomine ſignificatur) comparat *aceruo tritici*, deiectis inutilibus paleis, *vallato lilijs*; nihil enim debet admittere doctoris, aut interpretis mens, quod inutile aut ſine fructu ſit, quāquam quæ dicit, ſcribitve vtilia & ſalutaria, cum iucūditate & ſuauitate quadam condire debeat. Atque iterū ſponſę *dentes*

3
Scripturarū interpretes vtilia conſectentur.
Greg. in præf. cap. 2.
Sēſus primus & literalis ſectādus ad vtilitatem.
Rom. 15. 4.
Iſa. 48. 17.
Ezech. 2. 9.
Apo. 10. 9. 10.
2. Cor. 2.
4
Eccleſiæ doctores quibus ſimiles.
Cant. 7. 2.

(huiuſdem

Cantic. 4. 2. (hi ijdem ſunt Eccleſiæ Doctores, & tractatores diuinarum Scripturarum, qui dum ſolida & dura comminuunt & præmandunt, difficilia ſacræ Scripturæ explicant, & obſcuriora interpretantur, vt diſertis verbis *Nyſſen.* Nyſſenus, *Theodoret.* Theodoretus, *Ambroſ.* Ambroſius interpretatur) comparat, inquam *dentes gregibus tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro; omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.* nam nemo interpres in enarrando ita ſterileſcere debet, vt non aliquem, imò duplicem fructum non proferat, & multa pulchra, ſalubriaque conſilia, & vitæ præcepta in audientium atq; legentium mentibus nõ progignat. Ergo qui nullius vtilitatis fructu fœcũdus ſit, is profectò ſterilis erit, & inter Sponſæ dentes minime connumerandus. is quoque non *rectè tractabit verbum veritatis*. Quid enim exiſtimas exigere Paulum à Thimotheo, dicen- *2. ad Thim. 2.* tem, *Sollicitè cura te ipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis*; quàm vt rectè ſecet, & abſcindat, reſecetque (vt ex Græco legitur) inutilia in tractando verbo, vt Chryſoſt. quoque, & Ambroſius interpretantur, atque in ea tantum incumbat, quæ vtilia fore intellexerit? Tum etiam vt ſecet, diuidat, diſtribuat cuique ſuam portiunculam, &, vt ait gloſſa, *Gloſſa.* *altis ſpiritualia, lac paruulis*, vt in eo creſcant in ſalutem. Quaſi verò aliud debeat efficere verbum Dei interpretatum à doctore, quàm quod Pater ipſe reuelans, & Chriſtus Ieſus docens, & prædicans efficiendum voluerunt, videlicet, *vt omnis qui audit, & didicit, veniat ad* filium Dei. *Ioan. 6. 45.* Quaſi omnis ſapientia, ſacra præſertim, quæ deriuatur ab ipſo primo capite & fonte Deo, non debeat nos ad illum conuertere, & deducere media obſeruatione mandatorum. *Omnis enim ſapientia à domino Deo eſt, & eſt ante æuum. Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis, & ingreſſus illius mandata æterna.* *Eccleſ. 1. 1.*

5 Sed vt de vſu paraphraſis, quam in fine commentariorum cuique capiti appendimus, aliquid quoque dicamus, curauimus ſanè, vt ſiquid in paulò vberioribus explanationibus diſpendij laboris, aut temporis fieri cuipiam lectori videretur, id totum repararemus compendio Paraphraſis. Nam vt verè Gregor. Na- *Nazianz.* zianze. oratione 3. de Theologia dixit; *Quemadmodum aqua, quæ non certis canalium marginibus dirigitur, ſed per areæ diffuſionem planitiem, euaneſcit, ita & res per ſermonis vaſtitatem diffuſa, lectorem fallit.* Ita longiores cõmẽtarios compreſſimus, & in anguſtias, potius ad ſummam redegimus. Sic autem compendij fecimus, vt, quoad fieri in tanta breuitate potuit, rerum variarum atque multiplicium, quæ fuſiùs in commentarijs explicantur, ſemina in paraphraſi reponeremus, neq; noſtras ſolùm ſed aliorum etiam interpretationes, & peculiares alias vel ad mores, vel ad ſacræ Scripturæ intelligentiam, obſeruationes opportunas indicauimus, eadem oratione contextas, locis etiam in margine notatis, ex quibus vberiorem explicationem ſine diſpẽdio temporis lector petere poſſit. Vnum affirmo, illud quicquid eſt, ſi lectoris tantæ vtilitati & commodo eſt, quanto mihi labori fuit, fore ſanè, vt non nihil omninò iſtinc proficiat.

6 Vt verò nihil noſtro labori deeſſet, in hoc non minorem curæ, ſolicitudiniſque partem deriuauimus, ne quid nobis quod editionis *Vulgatę editionis tuendæ ſtudium.* Vulgatæ auctoritati derogaret, excideret, vel per incuriam. Et quidem non auſpicato, pedem (quod aiunt) in Diuinarum litterarum limine figeret, cui alia vel minimum diuerſa mens eſſet. Nam vt ea, quæ pro religione pietateque ſuſcepta ſunt, optimis auſpicijs geruntur, ſic illa, quæ cum his duobus humanæ vitæ præſidijs pugnant, vt quæ à peſſimis initijs exordiantur, peſſimo fine terminari neceſſe eſt. Id ergo ſemper ante oculos verſabatur, vt variarum lectionum ornamenta, quibus paſſim Diuinæ litteræ non ſine ſplendore abundant, nemo in noſtris commentarijs deſideraret: cum ne ita multi in ijs eruendis eſſemus, vt aliorum verſiones nimis ſuſpiciendo, ſapientiſſimi, ſanctiſſimique Hieronymi (huius enim *Interpretatio Vulgata Hieronymi.* magna ex parte verſio Vulgata eſt) lectionem, aut exiſtimationem læderemus. Itaque id effecimus vt reliquæ verſiones, tanquam ancillæ, & pediſſequæ, noſtræ editioni dignitatem auctoritatemque conferrent. in quo bonam operam maxime Septuaginta præſtabunt. quibus *Editio Vaticana Septuaginta.* iam correctioribus diſtrictè iubemur à Sixto quinto Pont. vti, ad Latinæ noſtræ lectionis interpretationem. Et quidem Hebraizantium *Hebraizantium quorũdam ſtudiũ notatum.* quorundam ſtudiũ, ſi tantùm in illuſtrandis eruendiſque Sacrarum Litterarum intelligentijs adhiberetur, apud neminem iure malè audiret. Sed illud eſt omni vituperatione digniſſimum, quod Latinum interpretem fictis ſæpè criminationibus proſcindunt, lacerantque; atque aperto contradicendi ſtudio, vbi ille Hebraiſmum retinet, diſſoluunt iſti, vbi ille illuminat, & quaſi breuiſſima paraphraſi explicat, retinent iſti nimiùm religioſè, & verbum verbo curant reddere non fidi interpretes. Ita dum ſibi proponunt ab interprete Latino diſcedere, à vero frequenter diſcedunt, aberrantque. Eſt ſanè ille (ſiue Hieronymus, ſiue quis *Latinus interpres ſapientiſſimus.* alius ſit) Hebraicæ, Græcæ, Latinæque linguæ, atque omnis antiquitatis peritiſſimus; tum illud, prudẽs cautuſque, & vtilitatis atque pietatis apprimè ſtudioſus. Quare dum per variarum lectionum ſcopulos aberrare continget, ad Vulgatam noſtram, tanquam ad portum, vbi ſecure conſiſti poſſit, curſum dirigemus. Cum verò vel ex alijs ſcripturis, vel ex alijs tranſlationibus exempla accerſere neceſſe ſit, illa certè ſemper delegimus, quæ tum vel ad Scripturæ phraſim explicandam, noſtræ lectioni valde familiarem, aptiſſima eſſent, tum quę minimè ieiuna & arida pijs concionatoribus ad morum compoſitionem videri poſſent: vt cum obſcuriora libri noſtri loca illuminarent, ſimul etiam lectorem vtilitate aliqua, voluptateque iuuarent.

7 Denique ſuam quoque præfatiunculam, præcaſtigationem potiùs, Hiſpaniſmi quidam & vulgaria quædam vocabula interſerta reliquæ ſcriptioni, poſtulare videbantur, ad quæ fortè Latiniſſimi, atque delicatiſſimi palati

TOBIAE CAP. II.

HAnc autem tentationem ideo permiſit Dominus euenire illi, vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius,ſicut & ſancti Iob. nam cum ab infantia ſua ſemper Deum timuerit & mandata eius cuſtodierit,non eſt contriſtatus contra Deum,quod plaga cæcitatis euenerit ei, ſed immobilis in Dei timore permanſit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ ſuæ. Nam ſicut beato Iob inſultabant reges,ita illi parentes, & cognati eius irridebant vitam eius, dicentes: Vbi eſt ſpes tua,pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas? &c.

S. IACOBVS CAP. V.

SVfferentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors Dominus eſt & miſerator.

Q. SEPTIM. FLOR. TERTVL. LIB. DE PATIENTIA.

O Feliciſſimum illum quoque, qui omnem patientiæ ſpeciem aduerſus omnem Diaboli vim expunxit: quem non abacti greges,non illæ in pecore diuitiæ, non filij vno ruinæ impetu adempti,non ipſius denique corporis in vulnere cruciatus, à patientia, fide Domino debita,excluſit,quem Diabolus totis viribus fruſtra cecidit. Neque enim à reſpectu Dei tot doloribus auocatus ille eſt, ſed conſtitit nobis in exemplum & teſtimonium, tam ſpiritu quam carne,tam animo quam corpore patientiæ perpetrandæ: vt neque damnis ſecularium, nec amiſſionibus chariſſimorum, nec corporis quidem conflictationibus ſuccidamus. Quale in illo viro feretrum Deus de Diabolo extruxit? Quale vexillum de inimico gloriæ ſuæ extulit,quum ille homo ad omnem aceruum nuntiorum nihil ex ore promeret niſi Deo gratias, quum vxorem iam malis delaſſatam & ad praua remedia ſuadentem execraretur? quid? ridebat Deus. quid? diſſecabatur Malus; quum Iob immundam vlceris ſui redundantiam magna æquanimitate diſtringeret,quum erumpenteis beſtiolas inde in eoſdem ſpecus & paſtus foraminoſæ carnis ludendo reuocaret. Itaque operarius ille victoriæ Dei retuſis omnibus iaculis tentationum, lorica clypeoque patienti, & integritatem mox corporis à Deo recuperauit, & quæ amiſerat centuplicata poſſedit. Et ſi filios quoque reſtitui voluiſſet, pater iterum vocaretur: ſed noluit in illo die reddi ſibi tantum gaudij; ſecurus de Domino, diſtulit. Suſtinuit tum voluntariam orbitatem,ne ſine aliqua patientiâ viueret. Adeo ſatis idoneus patientiæ ſequeſter Deus.

D. CAECIL. CYPRIANVS LIB. DE BONO PATIENTIAE.

SIc Iob examinatus eſt & probatus,& ad ſummum faſtigium laudis, patientiæ virtute prouectus. Quanta aduerſus eum Diaboli iacula emiſſa? quanta admota tormenta? iactura rei familiaris infligitur,numeroſæ ſobolis orbitas irrogatur,diues in cenſu dominus, & in liberis pater ditior,nec dominus repente nec pater eſt.accedit vulnerum vaſtitas, & tabeſcenteis ac fluenteis artus edax quoque vermium pœna conſumit. ac ne quid omnino remaneret, quod non Iob in ſuis tentationibus experiretur; armat Diabolus & vxorem, illo antiquo nequitiæ ſuę vſus ingenio,quaſi omnes per mulierem decipere poſſet & fallere,quod fecit in mundi origine: nec tamen Iob grauibus ac denſis conflictationibus frangitur,quominus inter illas anguſtias & preſſuras ſuas, Dei benedictio victrice patientia prædicetur.

D. AVGVSTINVS LIB. XVIII. CAP. XLVII. DE CIVIT. DEI.

NEc ipſos Iudæos exiſtimo audere contendere neminem pertinuiſſe ad Deum, præter Iſraëlitas, ex quo propago Iſraël cœpit eſſe, reprobato eius fratre maiore,populus enim reuera, qui proprie Dei populus diceretur, nullus alius fuit. homines autem quoſdam non terrena ſed cœleſti ſocietate ad veros Iſraelitas ſupernæ ciueis patriæ pertinenteis etiam in alijs gentibus fuiſſe,negare non poſſunt: quia ſi negant,facillimè conuincuntur de ſancto & mirabili viro Iob,qui nec indigena,nec proſelytus populi Iſrael fuit,ſed ex gente Idumæa genus ducens,ibi ortus,ibidem mortuus eſt: qui diuino ſic laudatur eloquio,vt quod ad iuſtitiam pietatemque attinet,nullus ei homo ſuorum temporum coæquetur. Quæ tempora eius quamuis non inueniamus in chronicis,colligimus tamẽ ex libro eius,quem pro ſui merito Iſraelitæ in auctoritatem canonicam receperunt,tertia generatione poſteriorem fuiſſe quam Iſrael. Diuinitus autem prouiſum fuiſſe non dubito, vt ex hoc vno ſciremus etiam per alias gentes eſſe potuiſſe,qui ſecundum Deum vixerunt,eiq; placuerunt pertinentes ad ſpiritalem Hieruſalem.

SVLPICIVS SEVERVS LIB. I. HISTORIAE SACRAE.

Cum Hebræorum in Ægypto ſeruitutem deſcripſiſſet.

HOC, *inquit*, tractu temporis Iob fuit, lege naturæ & agnitionem Dei, & omnem iuſtitiam complexus: prædiues opibus,atque eo illuſtrior,

quod ijs neq; integris corruptus, neq; amiſſis deprauatus eſt. Nam cum per diabolum exutus bonis, filijs etiam eſſet orbatus, ad extremum diris vlceribus affectus, non potuit vinci, vt præ doloris impatientia aliqua in parte peccaret. Mercedem deniq; diuini teſtimonij conſecutus, ſanitati redditus, omnia quæ amiſerat, in duplum recepit.

GREGORIVS TVRONENSIS LIB. I. HISTOR. FRANCOR.

ABraham cum centum eſſet annorum genuit Iſaac porro Iſaac ſexageſimo ætatis anno nati ſunt filij gemini de Rebeca. primus Eſau, qui & Edom, id eſt, terrenus, qui propter gulam vendidit primogenita ſua. ipſe pater eſt Idumæorum, de cuius generatione quarta natus eſt iobab, hoc eſt, Eſau, Raguel, Zara, Iobab, qui & Iob. Is vixit annos CCXLIX. octogeſimo nono ab infirmitate liberatus eſt, poſt infirmitatem autem CLXX. annis, reſtituta in duplum omni facultate, cũ tot, quot perdiderat, filijs iocundatus eſt. *Locus eſt Geneſ.* Cap. XXXVI.

B. GREGORIVS MAGNVS P. P.

BEatus Iob ſancto Spiritu afflatus potuit ſua geſta, quæ erant videlicet ſupernæ aſpirationis dona, quaſi non ſua ſcribere, quia eo alterius erant, quæ loquebatur, quo homo loquebatur, quæ Dei ſunt: & eò alter, quæ erant illius loquebatur, quo Spiritus ſanctus loquebatur, quæ hominis ſunt.

IOANNIS DE PINEDA SOCIETATIS IESV COMMENTARIORVM IN IOB,

LIBER PRIMVS.

De vtraque Iobi fortuna, & primo cum Satana certamine, ſecundo cum vxore.

CAPVT PRIMVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Iobo viro ſanctiſſimo, & ſua domui benè præpoſito inuidens Satanas poteſtate ſibi à Deo permiſſa bona omnia diripit: ſpoliatus verò ille vniuerſorum Domino gratias agit.

I. VIR ERAT IN TERRA Hus nomine Iob: & erat vir ille ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo:

1 Hiſtoriæ, atque libri exordium.

PRIMIS quatuor, quinqueve huius primi capitis ſententiis vniuerſarum ſancti IOBI rerum narrationis ſumma, atque libri totius exordium continetur omnibus ſuis numeris perfectum: vt quod aptiſſime in libri materiam, finemq; conueniat; neque alienum ſit, longiusve, ſed ex rei ipſius viſceribus petitum; tum (quod hiſtoriæ, & docilitatis, atque beneuolentiæ conciliandæ leges exigunt) ſimplex, breue, dilucidum. Perſpicue namque, æquè ac breuiter illa omnia complectitur, ſiue, quæ hiſtoriæ fidem certis argumẽtis confirmare, ſiue, quę virum clariſſimũ ex triplici illo bonorum genere commendare potuerunt. Quę naturæ, & corporis ſunt, patria, genus, nomen ductum, vel impoſitum à maioribus; tam integra, tamque firma valetudo, cui humanæ ſalutis hoſtis acerrimè inuiderit. Deinde quę fortunæ dicuntur, opes maximæ, filij iucũdiſſimi, familia ampliſſima, ſummus apud omnes honoris, & exiſtimationis gradus, regia denique dignitas, atque poteſtas. Poſtremò, quæ præcipua ſunt, animi candor, ſimplicitas, rectitudo, integritas, ſancta liberorum inſtitutio, in Deum pietas, atque religio ſingularis: in quibus ſic ſe vir ſanctiſſimus exercuiſſe proponitur, vt animi bonis inſtructus, atq; munitus, aliorum, quæ corporis, fortunæq; ſunt, iacturam, non conſtanter modò, ſed cum gaudio etiam ſuſceperit.

Perfecti exordij leges ſeruatæ.

Commẽdatus Iob a triplici bonorũ genere.

VIR.

SVMMA COMMENTARII.

2 *Vir à Græcis pro imbecillo.*

3 *Iacobi locus de oratione ex Græco illuſtratus.*

4 *Vir Latinis pro forti.*

5 *Iobi elogium ex Suida.*

6 *Adam homo, Chriſtus vir.*

7 *Vir Hebræis, ſicut & Latinis.*

8 *Dei virtus ſub humana imbecillitate, & euacuare in ſacro ſermone quid, pro Crucis virtute.*

9 *Iob, atque Paulus eodem ſpiritu, oratione diuerſi.*

10 *Vir Hebræis pro nobili.*

11 *Vir dicitur ab exiſtentia. Myſterium etiã Hebraica lingua.*

12 *Illuſtratus Salomon de viri, & fœminæ officijs.*

13 *Vir hoc loco pro magiſtratu, & principe.*

14 *Magiſtratus vir eſto.*

IN illa verò bonorũ enumeratione, (vt iam totius ſententiæ vim, atq; vocũ ſingularum proprietatem expendamus) viri appellatio continetur; cuius Græci vnam, Latini ſignificationem alteram tradũt; tertiam nos quoque loco, & materiæ conuenientem adiungemus. Et quidem emphaticos virum hoc loco dici Græci, Latinique conſentiunt, ratione licèt diuerſa; Illi cum in Septuaginta non legerint *aner*, id eſt vir, ſed *anthropos*, id eſt homo, ſignificari exiſtimant veriſſimã humanæ naturæ imbecillitatem, quę in Iob incredibiliter vlcerato, & morbis grauiſſimis, atque mortiferis affecto, admirandum ſpectaculum, mundo, angelis, & hominibus dederit, immaniſſimo hoſte penitus ſuperato, atque triumphato. Sic obſeruat Origenes; explicat verò elegãter Chryſoſtomus, *communem* (inquit) *naturam ſcriptor indicauit, ut quis certaminum, ac patientiæ ſpectata magnitudine incredibili, peregrina quadam, & non humana eum natura præditum arbitraretur*. Idem obſeruare ſolẽt ſacri ſcriptores, cùm rem proponũt, aut naturã maiorem humanis viribus, vti Iacobus apoſtolus, cum vim incredibilem orationis, & precum exponit, & longè mirabile exemplum Eliæ cælum arbitratu ſuo claudentis, & aperientis adducit, *Orate* (inquit) *pro inuicem, vt ſaluemini* (vt curemini, & ſanemini. Sic enim exigit contextus, oratio enim eſt præſentaneum morborum remedium) *multum enim valet deprecatio iuſti* (pro illo, qui corporis, aut animi ægritudine laborat) *aſſidua*. (propriè ex Græco, efficax, intenta, & minimè languida: cùm enim huiuſmodi eſt, non poterit aſſidua non eſſe) *Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis*, (in Græco ſimilis paſſibilis, vnica dictio *Omoiopathes*, non ſolùm ſimilium paſſionum, & affectio-

Triplex Viri ſignificatio.

2 LXX. ἀνήρ. ἄνθρωπος.

Homo pro imbecillo.

Orig. lib. 1. Chryſo. in Cat.

Scripturę regula. *Iacob. 5. 17.*

3 Vis, & efficacitas precũ.

ὁμοιοπαθὴς.

 num,

num, ſed, quod laboris eſt, iiſdem ærumnis ob noxius, multa quoque de bello humanitus paſ ſas, vox eadem [illegible] Actorum [illegible] cum Luſtr[illegible] ſis [illegible] aliquid [illegible] d. Paulo, & Barnaba opinantibus, reſponderunt Apoſtoli : *Et nos mortales ſumus ſimiles vobis homines (ſimiles paſſibiles,* ſimiliter [illegible], ſimili conditione [illegible] vobiſcum [illegible] *mur) & oratione orauit, vt non [illegible] terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex [illegible]* [illegible] Iob [illegible] poteſt, quod [illegible] glo riatus, [illegible] ſcribebat Ephesiis, *Non eſt nobis* [illegible] hominibus ex carne, & ſanguine [illegible] *aduerſus [illegible]* (non [illegible] pares cum paribus) *ſed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus [illegible] tenebrarum [illegible].* Ita vt cum illi oculis [illegible] ſint, nos tamen quaſi [illegible] in tenebris maximè [illegible], [illegible] velut Andabatarum more, qui clauſis oculis digladiabantur cum [illegible], non [illegible] Iob [illegible] forte maiori, quod Paulus depugnabat quidem cum hominibus, verum hæreticis, [illegible] Satanæ [illegible] aduerſus [illegible] non ſolum aduerſus vxorem, [illegible] Reges [illegible] malignos atque [illegible] ſpiritu, ſed cum ipſo Satana ſingulari certamine conflixit, illiuſque imperium fuſtinuit atque contriuit.

4 At ex [illegible] plerique poſt Hieronymum, ſeu potius Bedam, atque Philippum presbyterum (& quidem viri nominis Latini, neque Hebraicæ [illegible]) animi robur, & virtutem verè maſculam ſignificatam [illegible] quaſi non ſit [illegible] homo, [illegible] pugnauerit, ſed [illegible] fortiter vicerit, & tam glorioſè triumphauerit, [illegible]

5 [illegible] virtutis [illegible] *Iob vere magnus [illegible] pugil [illegible] & [illegible] cibus, & plagis ad ipſa oſſa penetrantibus acceptis per [illegible] neque [illegible] dere; inſtar enim firmiſſimæ columnæ, aut incudis impenetrabilis perſtitit per omnem ætatem ſubigens, & proſternens aduerſarium. Hic primus diabolum deuicit: hic de [illegible] in Olympus, aut Nemeis, aut Iſthmijs, aut Pythijs, [illegible] certaminibus [illegible] tur: ſed pro liberis, & poſſeſſionibus, & gregibus, armentis, & omni [illegible] ſepulchra, & cœmeteria [illegible] Neque hic rabies, & inuidia [illegible] aduerſarij, donec ipſum pugilem nudum in ſterquilinium euocatum, & totum vlceribus compunctum, [illegible] cubuit [illegible]* Sunt hactenus, breuius Proſper, ſed non inelegantius in eandem rem: *Inter cæteros (inquit) Idumææ gentis Duces Iob ille fuit, [illegible] athleta Dei enituit in exemplum omnis patientiæ productum, vt agoniſtico certamine principem [illegible] Diabolum [illegible] ſuaui auxilio Dei.* Sed plura de certaminibus poſtea, nunc de viri [illegible] virtute [illegible] (vt ille alius dicit) *homines [illegible], viri perpauci* [illegible] vnum in [illegible] rum turbis, atque adeo ad exiguum [illegible] lumen in media luce quærebat Diogenes: inueniri verò niſi apud [illegible] qui ſolas illas affirmabat, viros parere. Sed neque apud Lacedæmonam quidem, verùm *in terra* [illegible] inuentum prima [illegible] ſimæ hiſtoriæ verba renunciant, *Vir erat in terra Hus nomine Iob.* Ipſeque Deus optimus, qui aliquando (vt Iſaias ſcribit) *vidit, quia non eſt vir;* ſed Iobi [illegible] virum iuxta cor ſuum illis verbis teſtatus eſt: *Nunquid conſiderasti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra vir ſimplex.* Ex hoc [illegible] ne illud [illegible] mo, homo fuerit, non vir. [illegible] *ſed [illegible] fuit ex muliere.* [illegible] *eius,* ſecundus Adam vir *potens opere, & ſermone, vir à fœmina circumdatus, vir approbatus virtutibus, & prodigijs* [illegible] vicit, [illegible] rat [illegible] Quod [illegible] Regum [illegible] [illegible] ſed [illegible] Quod [illegible] *Confortare, & eſto vir* [illegible] tum eſt, *Confortare, & eſto vir,* [illegible] pluribus [illegible] Eandē reliquit, vt erat in fonte, 1. Reg. 4. *Confortamini, & eſtote viri Philiſthijm, ne ſeruiatis Hebræis.*

Duo hic obſeruanda [illegible] Græcorum, & Latinorum interpretationes vnius verbi [illegible] vt ſeparari non poſſint, nam ſicut carne [illegible] tus latet ſpiritus, ita illam [illegible] tatem ab omni humanæ opis, viriumque ſuarum ſiducia vacuam [illegible] Deus virtute, & [illegible] potentiæ, & humanæ [illegible] magnam [illegible] conceptam, [illegible] ſuam [illegible] & [illegible] *[illegible]* quam [illegible] tionem non eſſe in ſapientia verbi, [illegible] aut eloquentiæ, aut humanæ rationi, aut Philoſophiæ, vllive ſcientiarum naturalium, ea enim omnia complectitur Verbi ſignificatio, quod Græcè eſt, Λόγος. [illegible] dicis, aut principij [illegible] ſitio (*Iu.*) *Vt non euacuetur crux Chriſti.* [illegible]

Act. 13.
3. Reg. 17. 1.
Luc. 4. 25.
Epheſ. 6. 12.
Apoc. 2. 13.
Philo. & Bed. vir pro forti
Iobi elogium ex Suida
Proſp. de prædict. p. 1. c. 22.
Viri pauci.
[illegible]
Laert. in Diogene.
Plutarch.
Iſai. c. 59. 16.
46.
Greg. 1. Regum c. 1.
6 [illegible] & ſe [illegible] Adami [illegible]
[illegible]
Act. 2. 22.
Vita à virtute.
Act. 9. 27.
Hieron. contra Iouin. 1. 7. & [illegible] 53. epiſt. 103. [illegible] tom. 3.
7 3. Reg. 2. 3.
1. Reg. 4. 9.
8 In hac [illegible]
Humanus [illegible] virtute vacuus.
Pſal. 106. 9.
[illegible] 53.
1. Cor. 1. 17.
Quo ſit Euangel. non eſſe in ſapientia verbi.
λόγος Verbi quid ſignificet.

Præpoſitio In, quid denotet. Euacuari Crucem, quid. Quid euacuare in ſacris. κενόω Eccleſ. 14. v. 6. & 8. Verbũ Crucis. Iſa. 45. 15.

Si crux conſtaret externo illo ſplendore, & humana vi, eſſet à Dei virtute vacua, atque ab illo pondere grauiſſimo theſaurorum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei; id enim *Euacuandi* verbum ſignificat, exinanire, & penitùs ſpoliare: eſt enim bis verbum Græcum idem Eccleſiaſtic. 13 dum de ſuperbo diuite dicitur: *Euacuabit te, & ipſe non dolebit ſuper te, & confundet te, donec te exinaniat bis, & ter.* Quare ſubiungit Paulus; *Verbum crucis pereuntibus* (qui tantum externa vident, & ſapiunt, interna, & ſpiritualia non credunt) *ſtultitia quidem eſt; iis autem, qui ſalui fiunt* (id eſt, nobis) *Dei virtus.* Certè dum Iſaias vates Iſraeli & viribus, & numeró ſuis hoſtibus longè impari glorioſas victorias, atque triumphos pollicetur, ſub tanta imbecillitate diuinam ſeſe fortitudinem inſinuantem, atque deliteſcentem miratus, ne populum lateret id, quod latebat in populo, publicè, atq; apertè exclamat latitantem Deum alloquutus; *Verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſraël Saluator*, qui arundinem leuem, & fragilem tuæ pondere fortitudinis, quaſi ferrea virga indita firmam, inuictamque reddis. Ergo in homine Iobo, vir latet Iobus.

Theod. Iob & Paul. eiuſdem ſpiritus.

Hinc ſequitur alterum; quoniã vt ait Theodoretus, quæ videtur imbecillitas, verã potentiam conciliat, Paulus, atque Iobus eodem ſpiritu, vocibus diuerſis de ſuis infirmitatibus lo-
9 quuntur. Ille *libenter*, imò vt eſt in Greco, *libentiſſimè* gloriatur, tum etiã *placet* ſibi *in infirmitatibus*. Nam vt ait Ambroſ. *plus addit medicina Chriſti ad ſalutem, quàm infirmitas detrahit ſanitati.* At verò Iobus (non ſemel etiam Dauid) ſuas miſerias non modò non extenuat, ſed dolore, & gemitu incredibili recenſet: ſanè vterque vt Deum aduocet ſuæ imbecillitati adiutorem; nam qui in infirmitatibus gloriatur, nihil habet melius, aut fortius, cui nitatur; qui ſuas infirmitates tantopere amplificat, nihil firmũ in ſe agnoſcit; euocat igitur vterque diuinam ad ſe virtutem, quæ in illis inhabitet: Sic verò euocatus audit, adeſtq́; opportune Deus, quòd in ipſiuſmet gloriam, & hominis bonũ redundet. Nam *virtus* (Dei) *in infirmitate* (hominis) *perficitur*, dum perfecta, & admiranda fortitudinis opera per hominem edit. Ergo vir Iob inter primarios illos Fortes Iuſtitiæ, quos nimirũ Iuſtitia inſtruit Panoplia Dei, vt poſſint reſiſtere aduerſus inſidias Diaboli, jure cenſendus eſt; ſed non omnino quales Iſaias deſcribit: *Plenos, oleo gaudij, & amictos pallio Laudis. Vt ponerem* (inquit) *fortitudinem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris; & vocabuntur in ea fortes Iuſtitiæ.* Cuiuſmodi certè Diſcipulorum Chriſti ouatio narratur à Luca: *Reuerſi ſunt Septuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine etiã dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam Satanam ſicut fulgur de cælo cadentem, Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* At vero Iob Fortis quidem iuſtitiæ, ſed in cinere, luctu, & mœrore, non minus glorioſam de inimico victoriam adeptus, etiam dęmonia ſibi ſubiecit.

2. ad Cor. 12. 2. Cor. 11. & c. 12. 5. 9. 12. Ambroſ. eo loco ad Cor. 2. Cor. 12. 9. Epheſ. 6. Iſa. 61. 3. Fortes juſtitiæ, qui. *Luc. 10. 18.*

Sed tertiò tandem quamuis quæ de viri ſignificatione ab alijs ſunt ſapienter indicata, à nobis verò etiam promota, & illuſtrata, quòd re ipſa vera ſint, & multũ conferant ad Iobi laudem; ſed mihi tamen ſuadeo *Viri* nomen hoc loco eſſe honoris, & dignitatis; quæ vſurpatio frequẽtiſſima eſt in ſacro ſermone, præſertim cum in originali ſubeſt nomen (*Is*) Sic *vir*, opponitur *homini*, Prouerb. 8. *O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum.* Id eſt, tam nobiles, quàm ignobiles alloquor, Iſa. 2. *Incuruauit ſe homo, & humiliatus eſt vir*, Id eſt, cũ vulgo & plebe Principes etiam, & magiſtratus genu flectũt idolis: Vel, vt homo, & vir ad eundem pertineant; homo, qui pro ſua terrena, & fragili conditione à ſuo tantùm creatore auxiliũ implorare deberet; quique ita creatus eſt, vt eſſet *Vir*, id eſt, imperium & dominationem exerceret in reliquas creaturas, vtpote corporearum nobiliſſimus, is inquam (quod indigniſſimum eſt) ſe abijcit corã ligno, & lapide. Tandem etiam vim habet ſolitarie poſitum, 1. Reg. 26. Cùm dixit Dauid ad Abner Principem militiæ Saul, & ſub eodem pariter tentorio dormientem. *Numquid non Vir tu es?* (præclarus, inſignis, Regi amiciſſimus) *Et quis alius ſimilis tui in Iſ. aël.* Scitum vero eſt id Pſal. 4. *Filij hominum* (Hiero. iuxta Hebrçum, *Filij viri* pro virorum, id eſt viri) *vſquequo graui corde* (Hiero. *incliti mei*; explicat quos vocet Viros atque graues. *Hijos dalgo y gente graue haſta quando?*) Conqueritur
nimirũ de Saule, & eius principibus indefeſsè illum perſequentibus. Huius autem ſignificationis ratio, & Analogia eſt, quod ex triplici nomine, quod in ſacro Sermone homo habet, Sicut nomen *Adam*, id eſt, rubeus vel argilloſus à terrena cõditione, & rubeo limo, ex quo formatus eſt; & nomen *Enos*, id eſt, miſer, & deſperatæ ſalutis, aut æger deploratus, ab ægritudine & ærumna ductum eſt; ſic *Is*, id eſt Vir, hoc loco & alijs frequentibus non ſolùm à ſexu & virtute, ſed à præſtantia, dominatione, nobilitate, dignitate, officio, & muneris publici adminiſtratione dicitur; quibus omnibus Vir præſtat Fœminæ. nam licet pleriq; ex Hebraizantibus id nomen nullius radicis ramum faciant, ſed acutè alij deducunt à verbo ſubſtantiuo *Ies*, quod exiſtẽtiam ſignificat, ita vt vir dicatur *Is*, quaſi ens, aut primò exiſtens, videlicet ante fœminam, quare ſicut exiſtentiæ, ita honoris, omniſque dignitatis primas ferat. Hinc illud Hebraicę linguæ myſterium, vt dum aliquid fœminæ tribuitur publici muneris, aut quod potius ad virum ſpectaret, coniungat nominibus fœminarum, verba maſculina, vt cum Booz benè precabantur de coniugio Ruth; *Faciat Dominus hanc mulierem, vt ſit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Beth-lêhem.* In Hebræo eſt apoſtrophe ad ipſam Ruth per verba maſculina, *ſtrenue age, & acquire nomen celebre*; nam ſtrenuè, & cum virtute agere, & comparare celebritatem nomini, ad virum potius pertinet, quam ad fœminam. Similiter etiam primo Reg. 25. cùm Abigail occurrens Dauid virili pluſquam animo id præſtitit, quod Nabal, ſi vir eſſet, maturius

10 Tertia viri acceptio. Viri appellatio eſt honorifica. אִישׁ *Prou. 8. 4.* Vir opponitur homini in ſacris. *Iſa. 2. 9. 1. Reg. 26. 15. Pſal. 4. 3.*
11 Triplex nomẽ hominis in ſacris. Vnde nomina Adam, & Enos. Vnde dicatur Vir. *R. Mardoch. Complut. Pagn. Iaon. Fort.* יש Hebraicæ linguæ miſterium. Nomina fœminina iũcta verbis maſculinis. *Ruth 4. 11. 1. Reg. 25.*

præſtare debuiſſet, cum verbo maſculino *attulit* iungitur in Hebræo Dixit Abigail: *Suſcipe benedictionem, quam attulit ancilla tua.*

12 Prou.31.à v.13 Partitio munerum viri, atq. fœminę ex Salomóc.

Præclarè rem hanc docuit Sapiens, cùm propria cuique munia viro, atque fœminæ attribuit; *Mulier* (inquit) *Fortis*, atque virago, *quæſiuit Lanam, & linum; & operata eſt conſilio manuum ſuarum: manum ſuam miſit ad fortia* (propriè ad colum, vel ad vertibulum) *& digiti eius apprehenderũt fuſum.* Deinde textrinam exercet; *Sindonem fecit.* Acu polymitas telas cõficit, *& cingulum tradidit Chananæo.* Domeſticorum conueſtiendorum ſollicita eſt, *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.* prætioſiores ſibi ipſa veſtes elaborat, *Stragulatam veſtem fecit ſibi; byſſus & purpura indumentum eius.*

Fœminarum curę minimè publicæ.

Omnes quidem hæ priuatæ curæ, & quæ intra priuatos parietes in Gynecęo ipſo, id eſt, extremo domus angulo ſuſtineri, adhiberique poſſunt, ſcriptum eſt enim: *Vxor tua in lateribus domus tuæ.*

Pſal.127.3.

At viro tribuit Sapiens, vt *nobilis*, notuſque ſit *in portis*, videlicet publico vrbis foro; * Sedeatque *cum ſenatoribus terræ.* Eadem profectò priuata, & domeſtica miniſteria ſapientes fœminas edoceri à Pallade ſcripſit Homerus.

* Hiſp. Sea onbre de plaça, y de patio de Audiēcia, Regidor, o que tēga vara.

Homer. Odyſ. 21.

Pallas docuit varia labores,
Pingere acu veſtes, opera ardua intexere telis.

Telemachus vero omnē publici muneris curam, matri denegat Penelopi; & ad colum, fuſumque ac telam mittit.

Homer. lib.1. Odyſ.

Ergo domum mater repetas, muliebria penſa,
Atque opera exercens telaſque & pendula fila.
Et calathos relegas, famulaſque ad lumina longis
Adhibeas penſis, operumque adiiſſe labores,
Ipſa iube, nam ſermo viris debetur, & oris
Officium, & ratio, & cui tectis plena poteſtas
Telemacho eſt artis dicendi copia regi.

Sapienti verò conſilio paret fœmina prudentiſſima.

Obſtupefacta domum mater cœnacula ſumma
Aſcendit rurſum teneris comitata puellis,
Dictaque Telemachi defigens condita menti.

13 Vir pro magiſtratu.

Hinc iam videas proximum eſſe, vt Vir magiſtratum ſignificet, qua ratione Romani ſuos duum-viros ac trium-viros nominabant. Sic Geneſ.26. *Cùm interrogaretur* Iſaac à *viris* Gerarę *ſuper vxore ſua.* Intellige viros, qui & interrogandi, & inquirendi de rebus publico munere fungerentur.

Gen.26.7.

Sed clarius Iacob filijs, Gen.43. *Deferte munera viro illi*, videlicet ſupremo magiſtratui Aegypti Ioſepho.

Gen.43.11.

Eandem nominis vim expreſſiſſe videtur Paulus, Actor.17. *Iudicaturus eſt orbem in viro* (iudice ſupremo) * *in quo ſtatuit.* Ergo Iob *vir in terra Hus*, certè ſupremus illius regionis, aut ſuæ prouinciæ, ciuitatiſve magiſtratus, Dux, vel Rex fuerit; de quo ſtatim plura.

Act.17.31.

* Quę ya tiene dada la plaça deſupremo juez, y publicado quien ſea.

Magiſtratus vir eſto.

Obiter illud notandum, quòd, ſicut primam illam viri interpretationem nexuimus cum ſecunda, ita certè ſecunda cum noſtra hac tertia benè conſentit: namque vt quis princeps, aut Rex imperio dignus futurus ſit, vir eſſe debet, *Virtute valens irrumpere iniquitates.*

Eccleſ.7.6.

Quod cum Moyſes expertus munus ſuum, tum etiam humanorum humerorum imbecillitatem agnoſceret, Deum ſic precatur Numero. 27. *Prouideat Dominus Deus Spirituum omnis carnis* (cuius eſt carnis imbecillitatem, virtute, & robore ſpiritus fulcire, & cõfirmare) *hominem* (propriè *IS*, virum) *qui ſit ſuper multitudinem hãc.* *Dixitque Dominus ad eum, Tolle Ioſue filium Nun * virum, in quo eſt Spiritus Dei.* quaſi diceret viuidæ cuiuſdam, & actuoſæ virtutis, atque efficacitatis in negotijs tractandis, minime languidũ, aut inertem, mortui, & cadaueris inſtar, ſed in quo ſit ſpiritus. Sed rem hanc ſatis hoc loco fuerit indicaſſe, ne cùm plura dixerimus in vnius vocis tractatione, commẽtarij leges negligere videamur.

Num.27.16. & 18.

* Onbre de pecho, no remiſſo, ni muerto.

An IOB fuerit Rex?

14 *Caietani ſententia Iob non fuiſſe regem.*
15 *Iob regem fuiſſe verior Patrum conſenſus, & probationes.*
16 *Particulæ quaſi, vſus & vis in ſacro ſermone, & aliæ res inperiorum confirmatu. ari.*
17 *Palæſthinorum Regum conſuetudo de creando Rege regum: & quid nomen Melchiſedech.*
18 *Iob Rex regum.*
19 *Iob primogenitus, & quod primogenitj ius.*
20 *Iob regnum obtinuit ſapientia, & virtute.*
21 *Zelus & charitas proximorũ Iudicem conſtituit.*
22 *Iudices quondam non peregrini.*

QVod ſupra de Iobi regno indicauimus, nunc confirmandum eſt. Et quidem ſolum inuenio Caietanum de re nõ valde dubia dubitantem; imo negantem regem fuiſſe; id quod probat ex ipſius Iobi verbis infra cap.29. *Cum ſederem quaſi rex circumſtante exercitu.* vnde colligit duo; primum, non fuiſſe regem, ſed quaſi regem; alterum, fuiſſe principem ciuitatis, atque exercitus.

14 Sentētia Caiet cap.39. in fine.

Iob 29.25.

Sed quidem regem appellant Septuaginta, ſic enim ſcribunt in fine capitis. 42. *Hi ſunt reges, qui regnauerunt in Edom, cuius regionis etiam ipſe Iob dominatus eſt.* His licet ferè omnes Græcos adiungere. Aſſerit Theophanes Nicænus, epiſt. 2. de Patientia, profertque aliud ex LXX. teſtimonium. cap.2. (quod tamen non habetur, neque in Complut. neque in Vaticanis) *à capite enim*, inquit, *vſque ad pedes miſerabilis, & doloribus plenus, & nudus ſuper fimũ ſedet, qui paulò ante, potens & rex erat.* Iſidor. lib. de vita, &, morte ſanctorum appellat regem Idumęorum: Cæſarius germanus Nazianzeni, dialogo 3. ait: *Concedit Deus hoſti externa, vt innoteſcant omnibus interiora regis ſceptra ſuis fulgoribus obſcurantia purpuram adſpectabilem, & diadema. præerat enim ſolus regioni Vſitarum cum imperio.* Gaudentius Brixianus regem Arabiæ; D. Proſper de promiſſionibus numerat inter Duces de genere *Eſau*, idem plane docẽt Philippus, Beda, & alij mox adducendi.

15 Iob Regem fuiſſe, plurimorum Patrum cōſenſus.

LXX.

Theophanes.

Iſidorus.

Cæſarius,

Gaud. in præf. tract. in ſcrip.

Proſp. de promiſ. p.1. c.22.

Et primo quidem probari poteſt ex ipſius Iobi non vno tantùm teſtimonio, nam eam regis, ſupremique iudicis conditionem ipſe deſcribit, cap.29. ad *portam* enim *ciuitatis*, publicum videlicet vrbis forum, ait, ſolitam ſibi *parari cathedram* procedenti ad exercenda publica iudicia, publicæque rei adminiſtrationem. Commemorat aſtantes ſibi principes, duces, ſenes; meminit diadematis, quod erat regium inſigne, & iudiciariæ veſtis, quã principes iudicaturi aſſumere ſolebant: *Iuſtitia*, inquit, *in-*

Prima probatio.

Iob 29.7.

v.8. & 9.
v.14.
v.14.
v.25.

dutus ſum, & veſtiuit me ſicut veſtimento, & diademate iudicio meo; & tandem cõcludit: *Cùm ſederem quaſi rex circumſtante exercitu.*

16 *Particula quaſi in ſacro ſermone. Beda. Nicetas.*

Illud autem *quaſi*, in quo Caietanus hæſit, vt ſçpè docent ſacri doctores, non tam ſimilitudinem, quam veritatem affert: Hiſp. ſic exprimit, *Como Rey que era con ſu gente de guardia.* Quod ipſo loco agnoſcit Beda. Et Nicetas in fine capitis 42. eundem locum tractans ait: *Illud ſicut, non propter ſimilitudinem adhibetur, ſed vt re vera cum poteſtate regia viguiſſe intelligamus.* Simile id Ioan. 1. *Gloriã quaſi vnigeniti à Patre;* ex Hieron. & Pſal. 125. *Facti ſumus ſicut conſolati.* ex Auguſt. Marc. 6. *Alij dicebãt, quia Propheta eſt quaſi vnus ex Prophetis.*

Ioan. 1. 15. Pſal. 125. 1. Hiero. Ioan. 1. Chryſ. hom. 10. in Ioan. Auguſt. ſuper Pſal. 125. Marc. 6.

Quod verò illum circũſtaret exercitus, nihil minuit regiam dignitatem; imò potius confirmat; nam in illo tempore reges ſolebant ad bella procedere; nec alius erat Rex, quam dux, & Imperator. Neque vero valde moror quòd Regem, principem, aut ducem appellari velit Caietanus, dum concedat fuiſſe eius terrę magiſtratum ſupremum.

2. probatio. Iob 19. 9.

Deinde verò cap. 19. conqueritur: *Spoliauit me gloria mea* (opibus, quæ glorioſum reddunt hominem, vel glorioſo, & inclyto regni ſtatu) *abſtulit coronam de capite meo.* Quod cũ Polychronio eo loco volo potius ad regnũ referre, iuxta ſimplicem, & propriam vocum ſignificationem; quam, vbi ſenſus nihil abſurdi habet, cũ alijs detorquere ad metaphoram. Eadem rem olet, quod cap. 3. ait: *Nunc dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem cum regibus, & conſulibus terræ.* Significat enim pari cõditione fuiſſe cum Regibus, & ſupremis magiſtratibus; proptereaq; nihil mirum, ſi mors illum præripuiſſet, quæ innumeros alios reges proſtrauit. Huc tandẽ D. Iſidorus refert, quod cap. vlt. filiã vocauerit *Cornu-ſtibij;* nam cum in ſacro ſermone per *Cornu*, ſignificari ſoleat regni potẽtia, & robur, eo nomine ſignificauit regnum ſibi reſtitutum.

Polychron. Iob 3. 14. Iſidor. de vita & morte ſanctorum.

Tertia ratio.

Secũdus probationis locus eſt triũ amicorũ Iobi non leue hac de re teſtimonium, nam pro regni paterna adminiſtratione tyrãnidem illi paſſim obijciunt; Leonem illũ appellant, vxorem leænam, filios catulos Leonũ cap. 4. Quæ dicendi forma in regem crudelem, regiamque familiã refertur Prou. 19. Præterea quod munera acceperit, iuſq; peruerterit iniquè adminiſtrando iudicis munus cap. 15. & cap. 36. Accedit quod Eliphaz ait, c. 22. *In fortitudine brachij tui poſſidebas terram, & potẽtiſſimus obtinebas eam.* Et quod ab Eliu dicitur cap. 34. quod dubiũ non eſt tacitè propter ipſum Iobũ dici: *Qui dicit regi apoſtata, qui vocat duces impios, qui non accipit perſonas principum, nec cognouit tyrãnum cùm diſceptaret aduerſus pauperem.* Et rurſus: *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* Et iterum cap. 36. *Deus potentes nõ abijcit, cum & ipſe ſit potens, & reges in ſolio collocat in perpetuum, & illi eriguntur.*

Iob 4. 10. 11. Prou. 19. Iob 15. 34. & c. 36. 18. & c. 22. 8. c. 34. 18. 19. v. 30. c. 36. 5.

Tertia cõfirmatio. Iob 2. 11. Iob ſuis amicis regno ſuperior

Tertius locus ex libr. Tobiæ, vbi tres amici reges dicũtur, qui aut æquales, vt amicitia exigit, aut certè inferiores Iobo fuerunt, & ſapientia, & potentia, quæ duæ res regnum conciliabant; id quod ex totius libri decurſu apertè colligitur: quare & rex, & regno illis ſuperior fuiſſe exiſtimandus eſt.

17 *Regum Paleſtinorum conſuetudo.*

Quòd ſi ea, quæ inter Paleſtinos reges viguiſſe videtur conſuetudo, permanauit etiam ad Huſitas, quippe vicinos; profectò non ſolùm regem, ſed Regem regum aliorum, id eſt ſupremum inter alios illius regionis reges, vtpotè ſapientiſſimum, & ſanctiſſimũ, exiſtimare Iobum debemus. Enim verò Chananæi reges vnam aliquẽ ex ipſis ſine: delegiſſe videntur cõmunibus ſuffragijs, ad quem ex aliorum tribunalibus prouocatio & appellatio eſſet, tanquã ſupremum, iuſtiſſimum & incorruptiſſimum; qui etiam aliorum priuatorum regum cauſas, liteſq; componeret. Non enim ſine cauſa factũ credẽdum eſt, vt ex illis aliquis communi nomine appellaretur *Melchiſedech*, id eſt, *Rex iuſtitiæ*, vt interpretatur Paulus) aut *Adoniſedech*, id eſt, Dominus iuſtitiæ; ſicuti apud Aragonios nunc etiã ſupremus magiſtratus dicitur, *el Iuſticia.* Rei huius coniectura fieri poteſt ex ipſorum nominũ ſignificatione, quæ non tam propria videntur, quàm appellatiua; cõſtant enim ex partibus ſignificantibus, *Melchi-ſedech*, id eſt, Rex meus iuſtitiæ. *Adoni-ſedech*, id eſt, Dominus meus iuſtitiæ; dignitatis enim videtur hæc appellatio, quam veroſimile eſt habuiſſe reges Hieruſalẽ, *Melchiſedech & Adoni-ſedech* vrbis imprimis nobilis; atq; eo videtur Iſaias alludere cap. 1. cum ait cognomen illud *ciuitatis Iuſtitiæ*, quod propter peccata amiſerat, fore vt aliquã do illi reſtituatur: *Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? Iuſtitia habitauit in ea; nunc autem homicidæ.* Deinde: *Reſtituam iudices tuos, vt fuerunt priùs, & conſiliarios tuos, ſicut antiquitùs: poſt hoc vocaberis ciuitas iuſti* (Hæb. Ghir-Sedech, ciuitas iuſtitiæ) *vrbs fidelis.* Dauid verò vim & iniuriã paſſus ab hoſtibus ſupremum regem appellat, à quo, pro ſuo iuſtitiæ tuendæ munere, aduerſus potentiſſimos quoſque tyrãnos ſtatim exauditus eſt Pſalm. 4. *Cùm inuocarem exaudiuit me Deus* (*Eloah* iudex ſupremus) *iuſtitiæ* (*Sedech*) *meæ.* ſuam autem Dauid appellat iuſtitiã Dei, quod iudicis, ſicut Dei, æquitas in miſerorum, & oppreſſorum defenſionem incumbere debeat.

Supremus regum Chananæorum rex. Hebr. 7. 1. Ioſu. 10. 1. מַלְכִּי צֶדֶק אֲדֹנִי-צֶדֶק *Notio nominis Melchiſedech, & ſimilium. Iſa. 1. 21.* עִיר. צֶדֶק *Pſal. 4. 2.*

Rex regum apud nationes alias.

Neq; hæc Regis regum appellatio, & dignitas incognita fuit apud nationes alias; nam præter quàm quòd apud Parthos, Artabanus Rex magnus primus appellatus eſt, duplicique diademate vſus, vt Herodian. ſcribit: vt apud Perſas, vt Plutarch. autor eſt; vnde illud Ageſilai Aſiaticis ex conſuetudine, regem Perſarũ magnum vocantibus: *Et quid ille* (inquit) *me eſt maior, niſi & iuſtior & modeſtior?* Certè tum hæc magni Regis appellatio apud Parthos, & Perſas ad Regem regum pertinebat. Nam & Sueton. in Caligula Parthorum Regem regum appellat: & Plutarch. in Pompeio tradit, Pompeium noluiſſe Parthorũ regem appellare Regẽ regum vt à cæteris appellabatur. Perſarum etiam regem Saporem Regem regum appellat Iulius Capitolinus; illumq; ad Conſtantium Imper. hoc titulo ſcripſiſſe: *Rex regum Sapor particeps ſyderum, & frater Solis & Lunæ Conſtantio fratri meo S. P. D.* Marcellin. ſcribit: Magicam quoque in Oriente Regum regibus imperare tradidit Plin. Armeniorum regem Tygranem Plutarchus in Lucullo, Regem regum dicit: deinde Aegypti-

Artabanus. Herodianus. lib. 6. Plutarchus in Laconic. Dictum Ageſilai. Sueton. c. 6. Plutarchus. Iulius c. 24. Marcel. lib. 17 Plin. lib. 30. cap. 3. Plutarchus. Diodor. lib. 2. cap. 1.

18 orum reges Simandrum,& Seſoſtrum ſe Reges
Iob Rex regum. regum in ſuis tumulis cognominaſſe Diodor
meminit. Igitur (vt ad Iobum redeamus) his
Iob 1.3. proculdubio conſonant, quæ de Iob dicuntur,
quòd fuerit, *Vir, Rex magnus inter omnes Orientales.* Quæ magnitudo non ad opes ſolùm, ſed ad
dignitatis, & honoris gradum, pietatiſque, &
ſapientię peruulgatam apud omnes de illo exiſtimationem referenda eſt. Deinde cap. 29
Quòd *auris audiens beatificaret* illum, eo quòd *li-*
Iob 29.12. *beraſſet pauperem vociferantem, & pupillũ cui non erat
adiutor.* quo indicatur nõ ſolum ſuis ius dixiſſe,
ſed etiam exteris, qui in alijs tribunalibus aut
iniuriam patiebantur, aut ius ſuũ non aſſequebantur. Præterea ex eodem cap. quòd *principes*
illi aſſiſtebant, *duces* (propriè gubernatores, &
iudices) cohibebat vocem ſuam, & lingua eorum gutturi ſuo adhærebat: *Principes ceſſabant lo-*
verſ. 10. *qui, & digitum ſuperponebant ori ſuo.* Adde quod illud idem officium præſtabat, quod reges Geraræ regio, eodemq; communi nomine profitebantur, cùm ait: *Pater eram pauperũ*, quid enim
aliud ſignificat *Abimelech*, niſi, pater meus Rex?
verſ. 16. Abimélech quid. Ergo iudices alij, exteriq́, magiſtratus iudicantur ab illo expectaſſe poſtremum de litibus iudicium, & patrem etiam ſe præbuiſſe miſerorum aduerſus aliorum principum potẽtiam.

19 Iob primogenitus ex Philippo, & Beda. Hinc iam pro totius huius rei coronide pauca quædam colligamus. Primũ cum Philippo,
& Beda, Iobum fuiſſe primogenitum; nam regia, tum etiam ſacerdotalis dignitas non niſi
primogenitis deferri ſolebat. Id quod etiam
ante datam legem in Abrahami familia obſeruatum videmus, nam illa erãt *primogenita* Eſau,
Primogenita Eſau, quæ. Gen. 25.31. tum quòd ſacerdos eſſe deberet; ſacerdotales
namque fuiſſe *veſtes illas valde bonas*, quas apud
Gen. 27.15. ſe Rebecca domi habebat, veroſimile eſt ex
multorum ſententia; tum quòd eſſet quaſi Rex
Primogenitus ſacerdos, & ſuæ familiæ caput. duxve contubulium ſuorum, & caput vniuerſæ familiæ. Id quod aperte indicat Iſaac benedictionem impertiens Iacob, quem exiſtimabat eſſe primogenitum Eſau. *Seruiant tibi populi*
Gen. 27.27. *& adorent te tribus: eſto dominus fratrum tuorum, &
incuruentur ante te filij matris tuæ.* Deinde ad Eſau
reſpondit: *Dominum tuum illum conſtitui, & omnes
fratres eius* (Iacob) *ſeruituti illius ſubiugaui.* Idem
verſ. 37. Gen. 49.3. confirmauit Iacob moribundus filium allocutus primogenitum: *Ruben primogenitus meus prior*
(eſſe debuiſſes iure primogenij) *in donis* (capiebat enim duplicem hæreditatis partem præ alijs fratribus) *maior in imperio* (regis, aut ducis:
iudiciſve, tum etiã ſacerdotis) *non creſcas* (prop.
non excellas, neque caput attollas.) Res quidem ab alijs etiam gentibus obſeruata. De Iobi vero ſacerdotio inferius dicemus.

20 An Iob Regnum hereditario obtinuerit. Secundo non conſtat, an Iob regnum obtinuerit à ſuis maioribus iure hęreditario propter ſanguinem, & genus, an vero electione, &
ſuffragijs populi. Licèt quidem probabilius
ſit, non accepiſſe à parente regnum, ſed ſuæ ſapientiæ, & ſanctitatis merito ſibi comparaſſe
LXX. delatum à populo. Nam Septuaginta, qui Parentem Iobi nominant Zarem, regni aliquid
habuiſſe non ſcribunt; nec vero legimus illius
Gen. 36.13. & 15. nominis regem vllum. Tum & Moyſes deſcribens catalogum regum Idumæorum, quamuis
quidẽ recenſeat Zaram Ducem, nepotem Eſau,
& deinde ſcribat Iobab (quem dicemus paulo
poſt eundem eſſe, qui Iob) tamen Iobab filius
Zaræ ſcribitur ſucceſſiſſe in regno Belæ, non
Zaræ: & regi Huſam Themanitæ ſucceſſit in
regno Adad filius Badad: & Sauli ſucceſſit in
regno Balanam filius Achobor. An verò à Patre Zara imperium, poteſtatemve vllam iure
primogenij Iob acceperit, tunc dicemus, cùm
de illius genealogia diſſeruerimus, tum etiam
de opulẽtia & nobilitate, quæ illi ad regnum
viam patefecerunt.

Deinde vero conſequens hoc loco eſt illa 21
in hanc ipſam rem Chryſoſtomi interrogatio, Chryſoſt. in catena. c. 20.
atque reſponſio. *Quis enim iudicem conſtituit? à ſe
ipſo, hoc eſt ab ipſa virtute creatus eſt iudex quemadmodum Moyſes, tales videlicet dicebat eſſe principes.* Verè
quidem, atque ſapienter: Quemadmodum e- Ariſtot. 1. Pol. c. 1. 3. 4.
nim Ariſtoteles docuit, quoſdam eſſe, naſcique natura ſeruos, quoſdam ad imperandum;
illos, qui corpore; hos, qui mente plus valent,
ita ſanè quos fratrum ſuorum amor, iuſtitiæque, & veræ pietatis zelus inflamat, licèt non
nati, ſed à virtute tamen informati, & facti ad
imperandum, iudicãdumque, vel ſoli, vel primi cenſeri deberent. Stulte ſane Hebręus ille
cum Moyſe expoſtulauit: *Quis te cõſtituit iudicem,* Exod. 2.14.
& principem ſuper nos? Puerum duodecim annorum Danielem animi candor, & Dei ſpiritus
conſtituerunt iudicem presbyterorũ iudicum
nemine vel reclamante, vel prouocãte ad tribunal aliud, ſicut ſcribitur, *cù Suſanna duceretur* Dan. 13.45.
*ad mortem, ſuſcitauit Dominus Spiritum ſanctum pueri
iunioris, cuius nomẽ Daniel, & exclamauit voce magna,
Mundus ego ſum à ſanguine huius. Et dixerunt ei ſenes,
Veni, & ſede in medio noſtri, & indica nobis, quia dedit
tibi Deus honorem ſenectutis.* Ergo ſtulti, atque improbi Iudæi, qui Chriſto iudẽti, tum eijcienti
de templo vendentes, & ementes oues, & boues, & publico tunc per flagellum iudicis officio fungenti dixerunt: *Quod ſignum oſtendis nobis,* Ioan. 2.18.
quia hæc facis? cũ ex ipſo zelo domus Dei tuendæ
facere poſſent coniecturã iudiciarię illius, atq;
legitimę poteſtatis; tunc enim diſcipuli *recordati ſunt, quia ſcriptũ eſt: zelus domus tuæ comedit me.* Pſal. 68.10.

Tandẽ illud; non fuiſſe opus prioribus ſæcu 22
lis externos reges, aut iudices accerſere ex re- Iudices quòdam non externi aut peregrini.
motis regionibus, & gẽte ignota, vt procul eſſet, & de vltimis finibus pretiũ, & exiſtimatio
illorũ: creabãt enim principes, & magiſtratus
de genere ſuo, & de gente ſua; & præter generis, & Prou. 31.10.
familiæ claritatem, vt quiſq; ſapientia, fortitu- Deut. 18.15.
dine, pietate, & beneuolẽtia in ſuos præſtabat
cæteris, ita erat in patria ſua acceptus, & ſuis Luc. 4.24.
ciuibus ſumma fide, & charitate imperabat.
De poſterioribus autem ſæculis ſapiẽter dixit
Plutarch. *Appellationes & peregrina inſtituere ſub-* Plutarch. de natiua in progeniem ſuam charitate.
*iecti Græci primùm ob mutuam diffidentiam commenti
ſunt; quaſi aſcititiã iuſtitiã, ſicut rem neceſſariã aliã, quæ
apud ipſos non prouenıret, deſiderantẽ.* Sed nũc de hoc
non plura; neq. verò de viri honorifica appellatione, & S. Iobi regali ꝓpter virtutẽ honore.

Erat in terra Hus.

23 *Quæ proprietas, præteriti imperfecti in ſacro ſermone. Vulgati quoque defenſio.*

24 *Quã terra in ſacro ſermone comprehendat.*
25 *Regna vno, vel pluribus oppidis conſtantia.*
26 *Nomen Hus multipliciter ſcriptum. Et de Hebræorum denſiori aſpiratione.*
27 *Retinenda communi vſu recepta pronunciatio. Et rurſus de nomine Hus.*
28 *Situs terræ Hus, & dimidia tribus Manaſſe. Mons Hermon, Scænitæ, & Nomades. Theman.*
29 *An Hus ad Idumæam pertineat?*
30 *Præpoſitio (In) quid valeat. Idumæa duplex. Mõs Galaad, Hermon, Libanus.*

23

Per præteritum imperfectũ quid exprimatur in ſacris.

Apud Hebræos perfectũ & imperfectum præteritum idem.

MInuta interrogatio, ſed nõ omnino inutilis, Quare quod iuxta Hebræum, & Græcum vertendum videbatur, *fuit*, quo etiam modo legerunt Septuaginta, Interpres præterito imperfecto reddit? An quia Hebræũ præteritum valet vtrumq.? Liberũ ergo fuit hoc, vel illo modo vertere. An quia hic liber potiùs vitam Iobi, quàm mortem deſcribit? quare non tam illum præteriiſſe, quam eam, in qua tunc erat vitæ conditione, cùm in hoſtem, & latrones incidit, ſignificare voluit? Imperfectum namque præteritum ſeruire ſolet exprimendo cõtinuum aliquod viuendi inſtitutum, aut indeſinentem vitæ curſum; vt id Geneſ. 10 quod in Hebr. eſt: *Nemrod fuit robuſtus venator*, doctè reddit interpres, *erat robuſtus venator coram Domino*, id eſt, continuò ſe in venatione exercebat. Geneſis 42. *erat fames in terra.* Hebraicè, *fuit*, id eſt, durabat, & inualeſcebat quotidie. Exod. 8. *erant Ciniphes*, Hebr. *fuerunt*, indeſinẽtem vim eorum ſignificat. 3. Regum. 5. *Erat pax inter Hiram, & Salomonem*, Hebr. *fuit*, firma, ſtabiliſq. amicitia indicatur. An quia ea loquendi ratione exprimitur ſecurum quoddam vitæ genus, conſtans, trãquillum, cæterius nunquam abruptum? Sic ſanè Nabuchodonoſor ſubitã ex terrifico ſomnio conturbationem animi ſui, hiſtoriamq; vniuerſam narraturus, orditur ab illis verbis: *Ego Nabuchodonoſor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo.* Et id Exod. 1. poſt recẽſitam omnem familiam Iacob ſubiungitur, *Ioſeph autem in Ægypto erat.* Hebr. *fuit*, id eſt, proſperè agebat Ioſeph, illiuſq;, ac ſuorum fratrũ domus ſecuræ omnino, atque pacatæ florebat Sic etiam de ſe vir Iob: *Ego ille quondam opulentus* (prop. quietus, & ſecurè agens) *repente contritus ſum.* Igitur, *vir erat in terra Hus*, quietus in domo ſua, florens in palatio ſuo, qui ſubitò, & inſperato contritus eſt.

Gen. 10. 9.
Gen. 42. 5.
Exod. 8. 18.
3. Reg. 5.
Dan. 4. 1.
Exod. 1. 5.
cap. 16. 13.

24

Terra in ſacro ſermone

In terra Hus. Terram pro regione accipio latiore, & quæ plura ſub ſe regna cõplectatur. Licèt enim pro vno tantũ regno accipiatur aliquãdo. 3. Regũ 5. *Fecit Aſa rectũ, & abſtulit effeminatos de terra.* id eſt, de regno ſuo. Imo & ſtrictiùs pro vna tantũ vrbe. Deut. 34. *Nõ negabis mercedem aduenæ, qui tecum moratur in domo tua, & intra portas tuas.* Sed hoc tamen loco latiùs patere hoc nomen, res ipſa poſtulat; nã plures eſſe reges, Auſitidis Ieremias teſtatur cap. 25. dicit enim *propinatum calicem, acceptum de manu Domini cunctis regibus terræ Auſitidis.* Sed an ita late accipi debeat terra Hus, vt vel vniuerſam Idumeam, vel maximam illius partem cõprehendat, paulò pòſt diſſeremus. Illud hoc loco animaduertendum regna ſingula nõ ſingulis tantũ ciuitatibus, ſed

3. Reg. 5. 12.
Deut. 24. 14.
Ierem. 25. 17. & 20.

25

Regna quondam ſinguiis

pluribus etiam oppidis conſtare potuiſſe; nam licet Hebræi regẽ aliquando appellent, qui vnius tãtum vrbis, aut oppidi princeps eſt (vt obſeruant Lyra Iob. 1. Andreas Maſius Ioſue 13.) ſed eiuſmodi potiùs regulos, quam reges dixeris: Tamen Ioſue 10. reges numerantur, quibus plura parebant loca: *Sehon rex Amorrhæorum, & Og rex Baſan* Id quod etiam in alijs regnis, atque regibus Iericho, Hai, Hieruſalem cum alijs viginti octo, quos percuſſit Ioſue, annotauit eo loco Dauid Kimhi.

oppidis conſtantia, tum etiam & pluribus.
Lyra.
Maſius.
Ioſue 2. 10. & cap. 10.
Dauid Kimhi.

26

Hus qua ratione ſcribatur.

Quod verò ad ipſum nomen terræ Hus attinet, nil mirum ſi à ſuo fonte aliquantulum detorſum ſit, nam cùm nomina propria ex propria in aliam linguam tranſeunt, magnam mutationem ſubeunt; & pleraq; Hebræa corruptè legi in Græcis, Latiniſq; codicibus Hieronymus ipſe conqueritur ad Fabiolã manſione 9. Septuaginta ergo, atq; Græci terram Auſitidẽ dixerũt quaſi Huſitidem, vt Hieronymus dixit de locis Hebraicis; quam etiam nominis inflexionem ſeruauit Latinus interpres Ierem. 25. nominans reges terræ Auſitidis. Licèt quidem Aquila Hebræum, quoad fieri potuit, retinuerit in Greco, vertens terram *us*, quomodo legerũt etiam Septuaginta Complutenſes, & Chryſoſtomus ſermone de patientia Iob. Huius mutationis cauſa eſt lenior Græcorum, & Latinorũ pronunciatio; Hebræorum verò longè aſperior, & denſior, fortè etiam ſignificantior, præſertim in prolatione aſpirationum, & gutturalium. In Hebreo autem *Hus* ſcribitur per *Ghain*, quæ eſt denſiſſima aſpiratio, rurſus in fine per *Tſade*, quæ vix habet litterã ſibi reſpondentem ex æquo apud Græcos, & Latinos. Quare Græci, qui aſpiratione carent, non aliter potuerũt vertere denſiſſimã aſpirationem Hebræorum; de quo ſcribit Hieronymus ad Titũ 3. *Septuaginta nõ potentes conuertere in Græco aſpirationes Hebraicas, alijs litteris additis, vt poſſunt, exprimunt*; idemq; aſſerit, Latinos etiam in prolatione gutturaliũ ſolere ab Hebræis irrideri imperitiæ, cùm pleraque à Latinis corruptè proferantur. Sed præſtat tamen poſt confirmatum vſum veterẽ, atq; communem proferendi conſuetudinem, ab illa non diſcedere, quam ſi ſemel nomina propria ad ſua exemplaria exigas, ſcribas, & proferas, nomina ignota, & inaudita auditorũ auribus ingerere; quis enim cũ nimijs quibuſdam Hebraizantibus iam nunc, & proferre, & ſcribere inter Latinos velit, *Ieſahiahu, Irmeiahu, Iechezkel, Chaggahai*, pro Iſaia, Ieremia, Ezechiele, Aggæo. Rurſus, *Selomoh, Iardẽ, Ieſiahu, Iiſchak*, pro Salomone, Iordane, Ioſia, Iſaac. *Parath* pro Eufrate; *Chaſdim* pro Kaldea, *Madai*, & *Paras* pro Medis, & Perſis?

Hieron.
LXX.
Aquila.
Complutenſes.
Chryſoſt.
Denſior ſpiritus Hebræorum.
ע
צ
Hieronym. de Græca verſione.

27

Retinenda antiqua, & vſu communi recepta pronũciatio.

Sed vt reuertamur ad *Hus*, quot ſunt in Hebræo aſpirationes, tot modis variari poteſt ſcriptura illius, atq. totidẽ etiã, quot ſunt litteræ latinæ ſimiles litteræ *Tſade*, videlicet *Hus*, *Huſ, Huz*, Rurſus, *Hus, Hhus, vel Chus*, ſed proximè exemplari *Ghuſ.* atque hæc de nomine dicta ſunt. Quod verò ſpectat ad ipſam terram Hus, non multum differre videtur diſſenſio autorum nomine tenus, re tamen ipſe cõuenientium. Nam Chaldæus hanc ipſam vocat terram,

Variationes nominis Hus.
Hus alijs nominibus nominata.
Chaldæus.

Chryſ.

Armeniæ, Chryſoſtomus in caten. Arabiã; alij cõmuni nomine Idumæam; nam à vicinis prouincijs, aut regionibus hæc omnia deriuari poſſunt in terra Hus: fuiſſe namq; in confinio illarũ terrarum teſtantur Septuagint. cap. vltimo: *Habitauit* (inquiunt) *Iob in terra Auſitide in finibus Idumææ, & Arabiæ.* & Euſebius lib. 1. de præparatione euang. cap. 4. profert Ariſteam in Iudaica hiſtoria ſcribentem, Iobum habitaſſe in Idumææ, & Arabiæ finibus; conſentiunt Plinius lib. 15. cap. 13. & Ptolomæus dicentes terrã Hus eſſe in Arabia, & vtramq; affinem eſſe Idumææ. Id quod Ieremias indicat Thren. 4. *Gaude & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus.* Adde etiam quod Olympiod ait, Sermone tunc temporis celebratum eſſe extare ſepulchrum ſancti Iobi in Arabia. Idemq; aſſerunt Abul. Brochard. Fret. Breidemb. permanere etiam tunc Pyramidẽ ſepulchri S. Iob in finibus Idumææ, & Paleſthinæ. Quod veroſimile eſt, cùm in omni ſæculorum memoria illam ſepulchris regum ſuperſtruendi Pyramides cõſuetudinem viguiſſe AEgyptus teſtetur ſuarum miraculo Pyramidum, nõ quidem pro condendo frumẽto vt nonnulli frigidè ſenſerunt, ſed pro condendis regum cadaueribus, vt ſcripſit Herod.

Situs terræ Hus. *LXX.* *Euſeb.* *Plinius.* *Ptolomæus.* *Thren. 4. 21.* *Olympiod. initio caten.* *Abulenſ. ſuper prolog. Hiero. & Num. XV.* *Brochard. Fretelius. Breidenbachius in deſcriptione terræ ſanctæ.* Sepulchrum Iob. Pyramides ſuperſtructæ ſepulchris Regum. *Herodot.* *Europ. in Herodot.* Deſcriptio terræ Hus.

Cæterũ pro clariori intelligentia terræ Hus breuem quandã illius tabellam libuit ſubijcere, quã magna ex parte elaborauit, atq; in ſuo terræ Sanctæ Theatro repoſuit Chriſtianus Adrichom diligentiſſimus terræ Sãctæ deſcriptor, & quã nos in paulò diuerſam formã redactam ſubijcere curauimus, non quòd exiſtimemus minutiora quęque loca, quę nũc viſuntur, antiquis reſpõdere omninò, quamuis nomine aſſonent, aut certo quodam milliariũ, atq; paſſuum numero antiquã illam locorum, vrbiũ, prouinciarum diſtantiã nunc certò poſſe vbique conſtare poſt tot annorum ſeries, tot locorum ruinas, quæ aut bello, aut rerum viciſſitudine, aut temporũ vetuſtate, aut loci tædio incolis aliò migrantibus, aut alia de cauſa vbiuis gentiũ contigerunt; (in minutiſſimis enim huiuſmodi deſcriptionibus, quantũ fidei mereantur Geographi quidã, alij viderint) ſed vt præcipuarum partium, montiũ, regionum, regnorum, & quas vocant poſitionum ratio conſtet ad ſacræ noſtræ hiſtoriæ, & terræ Hus intelligentiam non inutilis.

Eſt igitur terra Hus cis Iordanem in ea ſor- 28
te, quæ dimidiæ tribui Manaſſæ attributa eſt. Cumq; dimidia tribus Manaſſæ porrigatur vſque ad montem Hermon, amplectatur etiam regionem Argob, quæ eſt ſita ſuper Iordanem. vt ait Hieronymus de Locis Hebraicis; & erat in ditione Baſan, vt dicitur 3. Regum. 4. *Bengaber præerat in omni regione Argob, quæ eſt in Baſan.* tũ etiam comprehẽdat ſub ſe iuxta Argob regionem Trachonitidem etiam ſuper Iordanem, vt ſcribũt Hieronymus de locis Hebraicis, & Ioſeph. lib. 3. de Bello. certè Hus, media eſt inter Trachonitidem, atq; Argob, & montem Hermon. Habet igitur ab Occidente Iordanẽ Trachonitidem, & Argob; ab Oriente verò Hermon; nõ illum, qui citra Iordanem monti Tabor cõiungitur, ſed alium maiorem, & celſiorem trans Iordanem, qui etiam Sanir dicitur: Ezech. 27. & Sion Deute. 4. abundatq; leonibus, & pardis Cant. 4. tum etiam laudatiſſimis abietibus ad tabulata nauium Tyriarum Ezech. 27. à Meridie verò habet montem Seir, ſiue Edom, quem incoluit Eſau; tum etiam Idumęã, & deſertum Arabiæ; paulò inferiùs ad latus Meridiei habet regnũ Baſan, & regionẽ Gala-

Situs, & topographia terræ Hus. Dimidia tribus Manaſſę vbi quondã. *3. Reg. 4. 13.* *Hieronymus.* *Ioſeph. de Bello lib. 3. c. 2.* Montis Hermõ variç appellationes. *Ezechiel 27. 5.* *Deut. 4. 143.* *Cant. 4. 8.* *Ezech. 27. 5.*



dividem

Beroaldus notatur.

ditidem,& Lacum Geneſareth: tandem ab Aquilone habet Damaſcum, & Libanum. Matthæus verò Beroaldus parum exactè videtur de Huſitis loquutus, dum illos miſcet, confundit potiùs, cum Scœnitis: namq; Scœnitæ ſunt incolæ Arabiæ deſertæ autore Plinio, qui propterea Scœnitæ, id eſt, tabernaculorum habitatores dicti ſunt quòd facilè frequenterque tentoria mutent; & commigrent libenter, quo illos meliora paſcua vocauerint; proptereaq; etiam Nomades, id eſt, vagi dicútur: fere enim, qui illas ſolitudines incolunt, paſcendis pecoribus viuunt: vt enim ait Hieronymus Ezech. 27. *Arabia, & Cedar abundant agnis, arietibus, & hædis, & ſyrenundinas hac illatione multiplicant*, ſicut ſcriptum eſt Ezech. 27. *Arabia, & vniuerſi principes Cedar cum agnis, & arietibus venerunt ad te negotiatores tui.* Hus verò licèt ſit contermina Arabiæ deſertæ, cæterum neque tam raros, neque tam vagos habitatores habuit. Qui verò fuerint fines terræ Hus, quæ vrbes, qua latè patuerint, omnino reticetur ab illius terræ deſcriptoribus. Hoc ſolùm indicant peculiare, videlicet Brochard. & Guilelm. Tyr. in ſuo Bello Sacro ad meridionalem partē terræ Hus proximam eſſe Suetam, vnde nomen originemq; duxerit Baldad Suhites; ad Septentrionem Fretelius conſtituit Naamath, vnde Sophar Naamathites: proximiorem vero Iobi ſepulchro ijdem deſcriptores faciunt Theman, ex qua Eliphaz Themanites, & ſimiliter Septentrionalē. Qua in re omnino cōtrarium habent Hieronymu, qui tum de Locis Hebraicis, tum etiam ſuper id Amos 1. *Mittam ignem in Theman*, ait *Theman* eſſe auſtralem prouinciam, & ipſam nominis Ethimologiam id ſignificare. Quare *Theman* appellatiue ſumptum ſepè in Scriptura pro meridie vſurpatur, quod noſter interpres *Auſtrum* vertit Iob. 9. & 39. Exod. 26. Habac. 3. & *mare*, quod ſit ad meridiem, Pſalm. 88. *Aquilonem, & Mare.* Cuius ſignificationis illa analogia eſt, quòd cùm, *Theman* deſcēdat a *Iamin*, quod eſt dextera, aut dexter, vel dextrum reſpicientibus Orientem, quæ eſt quaſi prima, præcipua, & anterior mundi plaga, Meridies dexter eſt, ideo dextrū pro Meridionali plaga. Tum etiam Theodore. ſuper id Ezech. 20. *Contra viā Auſtri*, ait, Theman Græce Meridiē eſſe, quā ſuntur, id quod Cantic. 4. Super id *veni auſter*, &c. addit, Theman Hebræorum, & Syrorum lingua ſignificare, vocē, neſcio vnde hauſerit. Sed ſtatim pauca alia de Theman.

Scœnitę qui, & vnde dicti. Plin. lib. 6. cap. 28. Nomades, qui. Hierony. Ezech. 27. 21. Fines terræ Hus, & latitudo. Brochardus in ſuo Itinerario Guilel. Tyri. de Bel. ſacr. lib. 22. Sueta. Fretelius. Naamath. Theman. Hierony. Amos. 1. 12. Theman appellatiue ſumptum. Iob. 9. 9. Iob. 39. 29. Abac. 39. 29. Pſalm. 88. 13. Theman à qua rad. ec. תימן ימין Theodoret. Ezech. 20. 45 Cant. 4. 16.

29

An terra Hus ad Idumęam pertineat. 1. obiectio. Threm. 4. 21.

His tamen, quæ diximus obijci poteſt, non videri terram Hus ſeparandā ab Idumæa, neq; à monte Seir; imo omnino ad Idumæam pertinere; id quod probari poteſt. Primò ex ſacra Scriptura quæ terram Hus coniungit cum Idumæa Thre. 4. *Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus*, vbi videtur non ſolum contineri terra Hus in Idumæa; ſed potiùs Idumæa in terra Hus.

2. ratio. Gen. 36. 33. Prosper. Ariſtæ.

Secundo, quoniā Iobab, quem dicemus fuiſſe Iob, recenſetur inter Duces Idumæos Gen. 36. atq; adeo Idumæum illum appellant ducti coniectura terræ Hus, Iſidor. Proſ. Euſe. Ariſtæas ſuperiùs adducti: neq; vero exteris imperaſſe, ſed ſuis certum eſt. ergo terra Hus Idumæa eſt.

3. ratio. Ierem. 49. 7. Amos. 1. 11.

Tertiò quoniam Theman, quæ vicina erat terræ Hus, erat etiam vel coniuncta Idumæę, vel potiùs in ipſa Idumæa; Iere. 49. *Ad Idumeā hæc dicit Dominus exercituum; nunquid non vltrà eſt ſapientia in Theman?* Et Amos 1. tamquam caput, aut præcipua Idumęæ vrbs proponitur Theman; *Hæc dicit Dominus ſuper tribus ſceleribus Edom, & ſuper quatuor non conuertam eum, &c. Mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Boſrræ.* Confirmo, ex Abdia, *Perdam ſapientes de Idumæa, & prudentes de monte Eſau.* Quo loco originali, pro meridie eſt, Theman, eandemq; vocem retinuerūt Septuaginta: *Pauebunt pugnatores tui, qui de Theman.* Rurſus corroboro ex Geneſ. 36. vbi inter Idumæos duces annumeratur Dux Theman; ſic enim ſcribitur: *Hæc nomina ducum Eſau in cognationibus, & locis, & vocabulis ſuis, Dux Thamna, Dux Alua, Dux Ietheth, Dux Oolibama, Dux Ela, Dux Phinon, Dux Cenez, Dux Theman.*

1. Confirmatio. Abd. 1. 8. LXX. 2. Confirm. Gen. 39. 40.

Responſio 1. obiectioni. Lyran.

Primæ obiectioni quidam ſatisfaciunt conſtituentes duas prouincias, aut vrbes eiuſdem nominis Hus, alteram in Idumæa, de qua ibi loquatur Ierem. alteram verò, in qua Iob vixerit: Sic Lyranus. proptereaq; diſtinguendæ æquiuocationis cauſa dictum videtur, *qui habitas in terra Hus.*

30

Præpoſitio In, quid valeat. Gen. 1. 26. Onkelos.

Secundo dici poſſet, habitare in terra Hus, idem eſſe quod ad Hus, vel iuxta Hus: nam præpoſitio illa *In*, quæ in Hebræo eſt ſimplex littera *Beth*, non vno tantùm modo vſurpatur à noſtro interprete, vertitur enim etiam, *ad*, vel *iuxta* Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, vel, *iuxta imaginem noſtram*, quod alij dicunt; vel *ſecundum imaginem*; quod Kaldæus Onkelos in ſua Paraphraſi perinde referre exiſtimauit, ac dicere: *Faciamus hominem in imagine noſtra.* Idumæam autem eſſe conterminam terræ Hus, ſupra diximus, cùm terram Hus, cōterminam eſſe Idumææ, & Arabiæ ex multorū teſtimonio probauimus. Sed illa facilior ſimpliciorq; reſponſio, Idumæam ibi late ſumi, vt comprehendat etiam terram Hus; ſecus, cum ſtrictè ſumitur, neque includit terram Hus, neque Galaaditidem, regnumue Baſan, ſed montem Seir, vel Edom, & quæ illi adiacet regio, vbi habitauit Eſau; quæ non tā eſt campeſtris, & plana; quàm montoſa & aſpera, atq; in ſciſſuris petrarum ſita, totaq; montiū faſtigijs cincta, vt deſcribit Abdias: *Superbia cordis tui extulit te habitantem in ſciſſuris petrarū, exaltantem ſolium tuum, quæ dicis in corde tuo, Quis detrahet me in terram?* Proptereaq; Eſau ditio, atq; regio, quam incoluit, nominatur in ſacra Scriptura *Mōs* Gen. 36. *Habitauit Eſau in monte Seir.* Cæterū a monte Seir, & a poſteris Eſau, qui ex Seir, ſiue ex mōte Edō deſcendētes maximam illorum campeſtrium partem, quæ inter Edom, & Iordanem interiacent, occuparunt, totus ille terræ tractus Idumæa dicitur, paulò largiori nomine: præſertim cùm Mons Edom, idem mons, continenter ſit cum monte Galaad, Hermon, & cum monte Libano; qui montes claudunt totam illam regionem à Meridie, Oriente, Aquilone; licèt in diuerſis partibus diuerſa obtineat nomina. Nam

Verior reſponſio. Abd. 1. 3. Gen. 36. 8.

Ierem.22.6. Initium, & finis montis Galaad.

na. Nam cum Galaad mons coniungatur à Ierem.ca.22. cum Libano,oportet medios etiam montes,coniunctos eſſe; ſeu potiùs cōtinuos. Ergo cùm Ieremias ait, *Galaad tu mihi caput Libani*, Docet Galaad eſſe initium, & primum caput reliquorum montium; tum quia primum ſitus ordine locum, tum quia cæteris prominentem occupat. Prima igitur pars montis illius longiſſime extēſi appellatur Galaad mōs. Secūda appellatur mons Seir,vel Edom,quem incoluit Eſau; tertia mons Hermon: quarta Libanus. Dicitur verò *Habitare Idumæa in terra Hus*, vt ſignificetur Propheta locutus de Idumæa, etiam ea ratione, qua complectitur terram Hus. Niſi malis terram Hus, vel ob ſoli vbertatem, vel ob cœli temperationem, vel ob aliquid aliud ſingulare,& excellens præ cæteris regionibus Idumçæ quodam quaſi priuilegio peculiariter à Propheta deſignatam. Atq; eò referri poſſet, quod Septuaginta Vaticani eum locum vertunt omiſſo nomine Hus: *Gaude & lætare filia Idumææ, quæ habitas ſuper terrā.* Quaſi dicat, de illa præcipua Idumçæ parte loquor, quæ *habitat ſuper terram*, id eſt, fœliciter,& beatè viuit; quod nos dicimus. *Que viue y reyna ſobre la haz de la tierra.* ſicut eodem ſenſu,eademq; phraſi dicitur Prouerb.2. *Qui recti ſunt habitabunt in terra, & ſimplices permanebunt in ea, impij verò de terra perdentur.* Ad ſecundum eadem reſponſio. Ad tertium cum ſuis confirmationibus non alia.

LXX. *Prouer. 2.21.* Reſponſio.2. obiect.& 3.

Quis Iob Fuerit: quod illius genus?

31 *Iobum fuiſſe Chananæum, Sententia Rab. Salomonis. Refellitur Benedict. Nemo filiorum Iacob Huſita.*

32 *3.& 4. Sent. de Iobi genere. 4. verior & illius probationes, & Septuag. interpretum autoritas.*

33 *Variæ obiectiones. Nominū Iob, & Iobab diſcrimen.*

34 *An Reges Idumæi numerati à Moyſe imperarint vniuerſæ Idumææ.*

35 *Quæ & qualia regna amicorum Iobi: & an Iobo ſubdita: & de priſcis Regum conſuetudinibus, ex 1. Paral.*

36 *A quo terra Hus nomen acceperit, qui etiam viri nominati Hus. Quis etiam Huſam.*

31 HIs quæſtionibus proponendis anſam præbet, præbebit etiam coniecturā ſoluendis terra Hus. Quamquam illa,quæ præcipua eſt, de genealogia Iobi,ſit pariter minimè facilis: vt quod Hieronymus ad Vitalem preſbiterum ſcripſit, *In rebus* (inquit) *obſcuris diuerſas debemus proponere opiniones, vt non tam ſcribere quàm familiariter loqui videamur*, certè quadret in rem præſentem; adeo eſt incerta & plena ſententiarum varietate.

Hieron. *R.Salom.* 1.Sent. Kananæi citra Iordanē.

Primò R.Salomon potiùs patriā, quàm certum genus aſſignauit,dicens fuiſſe Iobum Kananæum,& in Kanaan mortuum ante egreſſum Iſraël de Ægypto.Sed de tempore, quo vixit, poſteà. Ad Kanaan igitur, vel potiùs ad Kam primum Kananæorum caput Iobi genus referendum cenſuit. Kananæam verò cum dixit, nō vltrà Iordanem,ſed potiùs citra Iordanen in ipſa Paleſthina vixiſſe. Nam licèt Kananæi ſtrictè dicantur Paleſthini illi, vel Phænices, qui iuxta mare Magnum, Mediterraneumſue habitabant,vt conſtat ex Num. 13. *Kananæus moratur iuxta mare, & iuxta fluenta Iordanis*, Videlicet iuxta Libanum,& duos illos fontes *Ior*, & *Dan*, vnde Iordanis deriuatur, quare ab illis etiam partibus montoſis dicitur mons Nu. 14. *Kananæus, qui habitabat in monte*: Tamen etiam Paleſthinam Kananæam dici apertè liquet ex Gen. 10. vbi ex Kanaan diſſeminati dicūtur Sidonij, Hæthæi,Amorrhæi,Gergeſæi,cum alijs gentibus, quas expugnarunt filij Iſraël in ingreſſu terræ Sanctæ: qui omnes appellantur populi Kananæorum, ibiq; aſſignantur termini Kananææ à Sidone vſque ad Geraram,Gazam,Sodomam,& Laſa. Ergo R.Salomon autumat Iobū fuiſſe Paleſthinum.

Num.13.30. *Num.14.45.* *Gen.10.15.16.*

Secunda ſententia videtur eſſe Ioannis Benedicti in annot.ad cap.7.1.Paralip. qui exiſtimat Iobum fuiſſe filium Iſſachar, & nepotem Iacob: Nam eo loco filius Iſſachar nominatur Iaſub; & idem Geneſ. 46. appellatur Iobab,ſiue,vt in Biblijs Vaticanis correctius tam legimus,non Iobab,ſed Iob, Hunc ergo ait eſſe noſtrum Iob,quintū ab Abraham per Iſaac, & Iacob; atque idem videtur doceri in interpretatione nominum Hebraicorum, quæ in fine Bibliorum Regiorum habetur. Sed planè videtur hæc ſententia falſa; nemo enim ex filijs Iacob Huſita fuit,cum tam illius filij quam nepotes in AEgypto mortui fuerint. Cùm autem illorum familia, & tribus poſtea ſortem habuerint in terra promiſſionis, terram Hus obtinuit dimidia tribus Manaſſe, vt ſupra expoſuimus; & trans Iordanem ſortem quidem habuit Ruben,& Gad: citra Iordanem verò cū alijs tribubus Iſſachar ſortitus eſt terrā a Iordane vſq. ad campum magnum Eſdrelon non longè diſſitum à mari magno, vt deſcribitur Ioſue. 19. Quare illa nominis coniectura ſola non ſufficit,cum cætera repugnant.

2 Sent. *Ioan. Benedict* *1.Paral.7.1.* *Gen.46.13.* Biblia Vaticana. Refellitur Benedict. Tribus Ruben. & Gad. Tribus Iſſachar. *Ioſue.19.*

Tertia ſententia, & quidem celebrior vulg: 32
Iobum eſſe ex poſteris Nachor fratris Abrahā. Hanc docent Hieronym.in tradit.Heb.in Gen. & non obſcurè Iſidorus de vita, & morte Sanctorum cap.23.Rupertus lib. 6. in Gen.cap.34. Rabanus lib 3.cap 25. Magiſter hiſtor.Scholas. in Gen.cap.38.Philip. presbiter, & Beda initio huius cap.Lyra,& Gloſſa Carthuſianus,& Hugo Gen.22.Arboreus lib.9.Theoſop. c.12.Chriſtianus Adrichom in ſuo theatro terræ Sanctæ in deſcriptione Manaſſe Nu. 95. Probant autē ex coniectura nominis Hus,vidētur enim à terra duxiſſe nomen,& Huſitæ genus,ab Hus filio Nachor; de quo argumento poſteà.

3 Sent. *Hierony.* *Iſid.* *Rup.* *Rab.* *Pet.Com.* *Philip.* *Bed.* *Lyra.* *Gloſſ.* *Diony.* *Hugo.* *Arboreus.* *Adrichom.*

Quarta ſententia affirmat Iobum eſſe ex poſteris Abrahami per Eſau, videlicet quintū aut ſextum ab Abraham; tertiùm verò,vel quartū ab Eſau.Hanc docēt Origen. hic, Auguſt.18.de Ciuit.cap.47.Chryſoſt.concione.2.de Lazaro. D.Gregorius in Præfatione. Ambroſius & Sedulius ad Romanos.9.ſuper id, *Rebecca ex vno cōcubitu, &c.* Theodo quæſt. 92. in Geneſ. Proſper de prædict.parte 1.cap.22.Euſebius lib.1. de demonſt.Euang. cap.1.& 4.qui adducit Ariſtęam in Iudaica hiſtor.Greg.Turonen.lib.1.hiſtoriæ Francorum cap.8.Perionius lib.1. de vitis Prophetarum.

4 Sent. Iob fuiſſe ex poſteris Eſau verior. *Orig.* *Aug.* *Chryſ.* *Greg.* *Ambroſ.* *Sedul.* *Greg.Turon.* *Perion.* *Abul.* *Senenſ.*

Volaterr. *Albert. Mag.* *& alij.*

phetarum [illegible] Gen. 12. Sixtus Senenſ. lib. 1. verbo Iob, & lib. 5. hæreſ. 10. Volaterranus lib. 13. [illegible] Initio vero huius libri Albertus Magnus, & cum Titelmano recentiores alij. Eugub. idē tenet; ſed in eo quod dicit hanc eſſe [illegible] verum ſententiam, apertè contradicit Hieronymo.

1. ratio. *Orig.*

H[illegible] prima probatio, & quidem firma, vt cenſet [illegible] & Chryſoſt. [illegible] ab auctoritate Septuaginta interpretum, in quibus, tum etiam in [illegible] interpretatione Theodotionis, reperiri hæc verba aſſerit Origen. in epiſt. ad Iulium Africanum, & iam [illegible] certo conſtat ex editione, & correctione Vaticana cap. vltimo, *Iob ſuit de filijs Eſau filius, vt ipſe quintus ſit ab Abraham.* [illegible] ſunt [illegible] Idumæorum, vt ſupra diximus, [illegible] omnes videtur fuiſſe poſteri Eſau.

LXX Interpretum autoritas.

Huic teſtimonio Hieronymus, Rupertus, & [illegible] contrahere, ex eo, quòd ea verba non ſint in Originali Hebræo, neque etiam in Latina editione: bene quidem: neque [illegible] teſtimonium [illegible] rem hanc [illegible]. Sed magnum eſt Septuaginta [illegible] autoritatē, nec leuiter aſpernandam, [illegible] noſtræ lectioni non repugnant, negari à nemine poteſt: imo verò [illegible], & vulgatæ [illegible], ad [illegible] Sixtus [illegible] verbis grauiſſimè præcepit: *Volumus, & ſancimus ad Dei gloriam, & [illegible] vtilitatem, vt vetus Græcum Teſtamentum iuxta Septuaginta ita recognitū, & expolitū ab omnibus recipiatur [illegible], quo potiſſimum ad Latinæ vulgatæ editionis, & veterum Sanctorum Patrum intelligentiam vtatur.*

Sixti Quinti ſanctio.

2. ratio.

Deinde, quoniam procul dubio Iobab Rex Edom (quem dicemus Iobum fuiſſe) fuit ex genere Eſau [illegible] amicorum illius nomina, & cognomina [illegible] cognationem, & [illegible] Eſau. Nam Eliphaz Themanites nomine [illegible] Eſau. Gen. 36. & cognomen [illegible] Theman, nepotem Eſau: qui regioni Themanitarum nomen dedit; [illegible] appellatur enim Pax *Theman, [illegible] Eſau.*

Gen 36. 4. 11

[illegible] ſententiæ exiſtimat noſtrum [illegible] illum Iobab, qui Gen. [illegible] Reges Edom, *Reges qui regnauerunt in Edom, antequam haberent regem filij Iſrael, fuerunt [illegible] nomenq; vrbis eius Denaba. Mortuus [illegible] Bela, & regnauit pro eo Iobab [illegible] cumque mortuus eſſet Iobab regnauit pro eo Huſam de terra Themanorum, &c.* Ita etiam ſenſerunt Septuaginta ſcribentes Iob vltimo: *Hi ſunt Reges, qui regnauerunt in Edom, [illegible] Primus Balac filius Beor: & nomen ciuitatis eius Denaba: Poſt Balac autem [illegible]*

Gen. 36. 31.

LXX.

3. ratio.

[illegible] cum Iob [illegible], & [illegible]. D[illegible]cum, & Toparcharū vniuerſæ illius ditionis, [illegible] Edom, & [illegible], non videtur ab illo prætermitti potuiſſe Iob [illegible], atque notiſſimus toto Oriente; atque adeo non ſub alio nomine recenſitus, quam ſub nomine Iobab.

33 1. obiectio: איוב יובב

Quæ diximus tamen non carent impugnationibus, prima ſumitur ex diſcrimine nominum Iob, & Iobab; nam ſi eiuſdem hominis nomina ſunt, profectò non diuerſa, ſed vnum, & idem cum contractione quadam cenſenda ſunt. Atqui non ſolum differunt in contractione, ſed etiam in ipſa radicali littera; nam Iob per *Aleph*, at vero Iobab, per ſimplex *Iod* ſcribitur, ergo diuerſa nomina diuerſorum hominum ſunt. Hoc argumento [illegible] Oleaſter Gen. 36. vt aduerſus om[illegible] patres antiquos euincere exiſtimet, Iob non eſſe eundem, qui Iobab. Idem apertè ſentit Bellarm. tom. 1. controuer. lib. 1. de verbo Dei cap. [illegible].

Oleaſter.

Bellarm.

Reſp. 1. obiect.

Reſpondent quidam, non ſemper idem nomen ſcribi iiſdem characteribus, & verè; nā contractiones, aut diuerſæ nominis eiuſdem inflexiones tum in Hebræa, tum in alijs linguis frequenter fiunt; Adde non eſſe [illegible] litteram *Aleph*, aliquando [illegible], cum adeſſe deberet, cùm ſit ex [illegible] que in illo nomine [illegible] ſcribitur, ſed tamen ſono, aut [illegible] exprimitur, quippe quæ [illegible]. Ego vero [illegible] admitterem, illa eſſe diuerſa nomina, binomiumque fuiſſe Iob, [illegible] nomine [illegible].

Iob. & Iobab diuerſa nomina.

2. obiect.

34

Secunda, Iobab in Idumæa regnauit, at Iob *Vir erat in terra Hus*, [illegible] Denaba. Ad hoc reuocanda ſunt, quæ de terra Hus [illegible], pertinet enim Hus ad Idumæam, & Huſitæ Idumæi ſunt. [illegible] peculiari ditatione [illegible].

Roboratur obiectio.

Sed [illegible] Iobab, & alios [illegible] Edom numeratos à Moyſe, non priuatos duces, aut regulos, ſed [illegible] manifeſtè [illegible] Regibus. Primò [illegible] Duces [illegible], deinde ſucceſſiue [illegible] alicuius [illegible] ne dicuntur Reges Edom, id eſt [illegible] Idumææ, nam [illegible] Reges [illegible] non poterant, præterea [illegible] Regum ſcribitur in locum [illegible], & vita, & regno defuncti: *Mortuus [illegible] regnauit pro eo Iobab, cumque mortuus eſſet Iobab; regnauit pro eo Huſam, &c.* At verò primus Rex Bela non dicitur ſucceſſiſſe in [illegible], qui mortuus eſſet, quoniam Duces [illegible] in pluribus prouincijs ſuas ditiones [illegible]. Tandem poſt octo Reges [illegible] regimen redijt ad Duces, [illegible] cap. 1. *Adad mortuo* [illegible] Rex Edom, *Duces pro Regibus in Edom [illegible]* [illegible] eſſe Rex [illegible] Idumææ [illegible] illius amici Idumæi fuerunt, & Reges [illegible] prouinciarum [illegible] tempore. Fateor hoc mihi argumentum [illegible], [illegible] libenter [illegible] dicerem. Sed tentandū aliquid [illegible], & primo quidem videri [illegible] non ineptum aſſerere, terram Hus poſitam eſſe pro Idumæa, partem videlicet præcipuā pro toto, vti diximus ſupra, cùm ageremus de terra Hus. [illegible] idem ſonabunt Rex terræ Hus, & Rex Edom.

An Reges Idumæi fuerint [illegible], an [illegible] totius Idumæę.

1. Paralip. 1.

Superiùs n. 30

Sed

Sed eſto, hoc admittatur, adhuc obſtant illa trium Regum amicorum, Ducumue regna, aut imperia eâdem Iobi ætate. Rurſus ſi dicas, cùm recenſentur Reges Edom, Idumęam accipi ſtrictè pro monte Seir; nô largè, vt comprehêdat alias vicinas prouincias, aut toparchias; falſum dices, cum terra Hus ſubiecta fuerit Iobo, Regi Edom, in illaq; habitauerit; & inter Duces, quibus ſucceſſerit Reges Edom, annumeretur etiam Geneſ. 36. & 1. Paralip. 1. Dux Themam, à quo Eliphaz Themanites, amicus Iobi, & genus, & nomen, & imperium acceperit. *Gen. 36.* *1. Paralip. 1.*

35 *Verior reſponſio.* Ergo quid tandem vero-ſimilius exiſtimem his propoſitionibus, accipe. Prima; fortè tres Reges amici Iobi nô pertinebant ad ditionem Idumæi regni, Regumue Edom. Huius rei coniectura ſit ex eo, quòd inter Duces illos Idumæos non ſit vlla mentio horum nominum Sophar, & Baldad; & Septuaginta in fine cap. 42. *LXX.* cum tres amicos numerant, tantùm dicunt Eliphaz fuiſſe de filijs Eſau, neq; etiam ſit ibi mentio Ducis Suetæ, &c. Neque Ducis Naamath, quibus imperauit Sophar Naamathithes; & Baldad Suhites. Potuerunt ergo eodem tempore tum illi in ſuis regnis, tû Iob in Idumæa regnaſſe.

Secunda; quoniam Dux Theman, & Dux Eliphaz ibi nominantur, & Eliphaz Themanites Rex etiam dicitur in lib. Tobię (quippe tres Reges numerâtur) vero-ſimile eſt, omnes iſtos tres Reges, regulos potiùs, aut Duces fuiſſe, id eſt, priuatos Reges, & priuatarum regionum, qui tamen imperium, & poteſtatem haberent, ſicut & Reges, licèt nô ita longè patentem. Sic enim dicitur Geneſ. 36. *Hi Duces Edom habitantes in terra imperij ſui.* *Tobiæ 2. 15.* *Gen. 36. 43.*

Tertia; Duces nihilominus vnicuipiam parebant, vel quê ipſi elegiſſent, vt indicauit Môtanus lib. de duodecim Gentibus cap. 6. vel qui alia ratione, & via Regnum occupaſſet; ſicut & noſtrates Duces, aut Marchiones Regibus, vel Imperatoribus parent. *Montanus.*

Quarta; Cùm Reges regnabât, aliquid publicę adminiſtrationis, & regiminis etiá in priuatas Ducum ditiones exercebant. Cùm verò ceſſarunt Reges, omnis adminiſtratio rerum publicarum, & prouinciarum ad ſuos Duces deuoluta eſt; & hoc eſt, quod ille locus 1. Paralip. ſuperius adductus probat. Ergo potuit Iob Rex eſſe in Idumæa, & amici illius Duces, & Reguli: atque Reges quidem, ſi priuatos intelligas, vti iam explicuimus, qua etiam ratione accipiendû eſt illud teſtimonium libri Tobiæ, & quod in fine libri Iob legunt etiá Septuaginta, *Eliphaz de filijs Eſau Themanorû Rex, Baldad Tyrannus Sauchæorû, Sophar Rex Minæorum.* *Amici Iob Duces, aut Reguli.* *LXX.*

36 *3. Obiect.* Tertia obiectio; Terra Hus profectò nomen accepit ab Hus filio Nachor, quippe ab illius habitatore, & principe. eiuſmodi autem prouinciæ ſemper videntur in poſſeſſionem, & hæreditatê ceſſiſſe filijs, & poſteris eorum, qui primi vel illas occuparunt, vel in prouinciæ, aut regni formam redegerunt. ergo Iob Huſita, & Huſitarum Rex à Nachor, & Hus duxit genus.

Reſpon. *Olymp.* Sanè Olympiodorus in catena, & Eugubinus aliud agens ait, Hus fuiſſe filium Eſau, atq; ab eo regionem, in qua regnarût poſteri Eſau, fuiſſe appellatam terram Hus. Verùm hoc ex Scriptura non côſtat, cum nuſquam reperiatur Hus, qui ſit filius Eſau; licèt tres eius nomenclaturæ viri numerentur: Primus filius Aram, nepos Sem, pronepos Noë, Geneſ. 10. Secundus primogenitus Nachor fratris Abraham Gen. 22. Tertius filius Diſam, & nepos Seir Horræi, Gen. 36. *Eugub.* *Plures appellati Hus.* *Gen. 10. 22.* *Gen. 22.* *Gen. 36.*

Fortè autem Eugubinum fefellit nomê Seir, quod fuit etiá nomen, aut (ſi mauis) cognomê Eſau, ſed primû tamê fuit nomê viri Horręi, tû etiam montis, in quo Horræi habitarunt. Inde autem videtur Eſau accepiſſe cognomen *Seir*, quod expulſis Horræis occupauerit montem Seir, ſicut dicitur Deut. 2. *In Seir priùs habitauerunt Horræi: quibus expulſis atq; deletis habitauerunt filij Eſau, ſicut fecit Iſraël in terra poſſeſſionis ſuæ, quam dedit illi Dominus.* Licèt quidem Eugubinus anſam potuerit accipere ex eo, quod ait Hieronymus de locis Hebraicis littera V. vnum de poſteris Eſau hoc nomine appellatum. *Seir cuius nomen.* *Deut. 2.*

Alij exiſtimât terram Hus nomen accepiſſe ab Huſam, qui regnauit in Edom poſt Iobab Gen. 36. quod nomen licèt nondum habuerit tempore Iobi, potuit tamen habere tempore Moyſis, qui deſcripſerit hunc librû, & notiori iam tunc appellatione illam nominauit. Sed neq; hoc conſtare poteſt; nam Hus, & Huſam in ſuo originali in nulla omnino littera conueniunt; Huſam enim per *Heth, Sin, & Mem,* ſcribitur; Hus verò per *Ghain, Vau, & Tſade.* Tandem ergo dici poteſt ab aliquo illorum trium potuiſſe ſic nominari terram Hus, licèt nemo fuerit ex filijs Eſau; neque oportere ſemper à poſteris primi conditoris, vel habitatoris alicuius prouinciæ illam poſſideri; cùm tot ſint hominum, locorum belli, têporum mutationes. *Gen. 36.* *Hus, & Huſam à diuerſis radicibus.* חשם עוץ

Et quòd, ſi quæ eſſet in hoc difficultas, illa prorſus tolleret, ſic appellatam eſſe terram Hus, nô à filio Nachor, ſed à filio Arâ, nepote Noë clara coniectura eſt, quod docet Hieron. in quæſt. Hebr. Geneſ. 10. & Ioſeph. 1. antiquitat. quòd iſte Hus primus inſtituit, & incoluit Trachonitidem, & Cœleſyriam, & gentem harum regionum; atque adeo oportuit etiam conditorem, & inſtitutorem extitiſſe terræ Hus, & gentis Huſitanæ; nam Hus media eſt inter Trachonitidem, & Cœleſyriam. Adde etiá quod ait in quæſt. Heb. Geneſ. 10. quod ab Hus filio Aram Septuaginta interpretes in libro Iob, regionem Auſitidem, quaſi Huſitidem tranſtulerunt; vnde non ſolùm ſuſpicari, ſed & clare opinari poſſumus Hieronymum non fuiſſe alienum ab hac noſtra ſententia de Iobi genealogia ex Eſau, cùm hanc referat, nec reijciat ſcribens ad Euagrium, imo aſſerat ex propria ſententia, ad Theraſiam. Atque adeò illam de Hus filio Nachor potius ex Hebræorum traditione retulit, quam aſſeruit. *Hieronym.* *Ioſeph. 1. Antiquit. c. 14.* *Hierony. tom. 3. epiſt. 126.* *Tom. 9. epiſt. 10. ad vera circum.*

Quæ Iobi patria: qui parentes?

31 *Multiplex Boſra, illuſtratus locus Ioſue.*
32 *Iobi patria Boſra in Idumæa vel Trachonitide.*
33 *Septuaginta de Iobi matre refelluntur. Iobi pater Zara. & de iure Priſcorum Ducum.*

31 VNanimis omnium videtur fuiſſe conſpi-
ratio in aſſerenda Iobi patria, videlicet
terra Hus: hanc enim exiſtimát illorum
verborum ſenſum, *vir erat in terra Hus.* Sed cer-
tè hinc tantùm colligi poteſt in Hus habitaſſe;
nam quod deinde infertur, ergo ortu fuit Huſi-
LXX. ta, non neceſſariò ſequitur. Quare Septuagin
ta ad habitationẽ referunt cap. 42. dum legunt,
Geneſ. 36. 33. *In terra Auſitide habitans.* Cæterũ conſtat ex Gen.
36. Iob ſiue Iobab, habuiſſe patriã Boſram; *re-*
Multiplex Boſra. *gnauit Iobab de Boſra.* Eſt autem triplex eius no-
minis vrbs, prima in regione Trachonitide, in
ſorte dimidiæ tribus Manaſſe, quæ data fuit
Sacerdotibus, & vna ex ciuitatibus confugij,
Ioſu. 21. 27. ſicut dicitur Ioſ. 21. *Filijs Gerſon Leuitici generis de-*
dit de dimidia tribu Manaſſe confugij ciuitates Gaulon
in Baſan, & Boſram cum ſuburbanis ſuis ciuitates duas.
Andr. Maſ. Hæc in Hebræo dicitur *Beſthera.* vnde Maſius
exiſtimat, Latinum nomen eſſe corruptum, &
LXX. mendosè legi. Græci tamen, & Septuaginta eo-
dem ferè modo nominant Boſoram. Secunda
eſt in regione Moabitide, cis montes Abarim
ad mare mortuum in ſorte Ruben non valde
longè a Iordanis influxu. Hęc dicitur Boſor, in
Heb. Beſer, & Boſra etiam nominatur, vrbs et-
iam refugij & Sacerdotibus data, & deſcribi-
Ioſu. 20. 8. tur his verbis Ioſ. 20. *Trans Iordanem contra Orien-*
talem plagam Iericho ſtatuerunt Boſor, quæ ſita eſt in
Ioſu. 21. *campeſtri ſolitudine de Tribu Ruben.* Et Ioſ. 21. *Filijs*
Merari Leuitis data eſt de Tribu Rubẽ, vltra Iordanem
contra Iericho ciuitas refugij Boſor in ſolitudine Et rur-
Deut. 4. 43. ſus Deuteronomij cap. quarto verſ. 43. *Boſor in*
ſolitudine, quæ ſita eſt in terra campeſtri de Tribu Rubẽ:
erat quippe in campeſtribus Moab, atque in ea
parte, quæ erat, dicebaturq́; deſertum; ciuitas
1. Machab. 5. 2. quidem munita, & magna, vt dicitur Mach. 5.
Iſai. 34. 36. Tertia Idumæa; cùm Edom enim ſemper iun-
Amos. 1. gitur. Iſa. 34. & 63. & Amos. 1. Iam ergo certum
32 videtur patriam Iobab non fuiſſe Boſrã Moa-
Boſra Iobi patria. biticam; illa enim erat poſterorum Loth: non
improbabile fuiſſe alteram illam vrbem Idu-
mæam. cùm Idumæus appelletur Iob, fueritq́;
ex poſteris Eſau: Non minus vero ſimile, fuiſſe
primã illam in regione Trachonitide, vel iux-
ta illam de dimidia Tribu Manaſſe: nam vel e-
rat intra ipſam terrã Hus, vel cum illa coniun-
cta, & Arabiæ proxima; & fauet etiã, vxorem
Iobi fuiſſe Arabiſſam, vt ex Septuaginta poſtea
Iulianus. dicemus; & idẽ docuit Iulianus in Cat. ca. 42.
33 Nunc de Iobi parentibus. Et quoniam Sep-
LXX. tuaginta matrem illius nominant, prius de il
Iobi mater. la. Aiunt enim matrem fuiſſe Boſoram; vnde
autem hoc acceperint, ignoro prorſus. Quòd ſi
Gen. 36. ex Gen. 36. deſumpſerunt, certè ibi non recen-
ſetur mater Iobab, ſed patria, ſicut & reliquo-
rum regum Idumęorũ, *Bela filius Beor, nomenq́; vr-*
bis eius Denaba: mortuus eſt autem Bela, & regnauit pro
eo Iobab filius Zaræ de Boſra; cùmq́; mortuus eſſet Iobab,
regnauit pro eo Huſam de terra Themanorum. Sanè fa-
teor eam etiam eſſe familiarem Hebręis locu-
tionem, vt matrem conſtruant cũ præpoſitio-
ne De, cũ vtrunq; parentẽ alicuius exprimunt,
Matth. 1. vt Matth. 1. *Iudas genuit Phares, & Zarã de Thamar:*
ſed nõ ſemper ea locutione matrẽ ſignificant.
Niſi velis dicere patriã eſſe hominis matrem,
ſicq; allegoricè locutos eſſe Septuaginta. Hinc
collige non ſignificari eo loco Geneſis regias
vrbes regni Metropoles, & capita, vt quidam
opinantur; ſed regum patrias, vt clarè conſta-
re poteſt legenti.
Tãdem, pater Iobab Zara fuit, Dux quidem, Iobi parens
filius Raphaël, nepos Eſau. Inter Duces autem,
& Reges id diſcrimen conſtituunt quidam ex
Hebræorũ doctrina, vt duces tantùm nõ eſſent
redimiti corona, perinde ac Reges; alij quòd Ducũ & Regum diſcrimen.
duces tantùm eſſent capita familiarũ; alij ali-
ter. ſed certè antiqui illi Duces hæc ſimul om-
nia videntur habuiſſe, vt & capita familiarum
eſſent & populi, ciuitatiſq; principes, & domi-
nationem, imperiumq; exercerẽt; hoc enim il-
lis verbis Gen. 36. ſignificatur, *hæc ſunt nomina Du-* Gen. 36. 43.
cum in cognationibus & locis. Et deinde: *habitantes*
in terra imperij ſui, Iob ergo à parente Zara hære- Quid Iob acceperit à ſuo parente
ditario primogenij iure accepit, vt cognatio-
nis ſuæ caput eſſet; cum quo facit, quòd cum à
Deo reſtitutus eſt ſanitati, & priſtinæ dignita-
ti, venerunt ad eũ omnes fratres ſuæ familiæ,
& vniuerſæ ſorores ſuæ. Eodem iure priuatam
dominationem habuit in Boſoram, quippe pa-
triam ſuam, vel in aliquam aliam ſuæ gentis
ciuitatem. Sed tamen quòd Rex eſſet, id nõ ac-
cepit à parente, vti ſupra expoſuimus.

APPENDIX NOTATIONUM AD IOBI GENEALOGIAM.

APPENDIX. I.

34 *Iob Gentium ad Fidem adducendarum figura, &*
Pſalm. 107. illuſtratus.
35 *Iob Chriſti Chirotheca, aut calceamentum. Lucas et*
Matth. explicati. Antiquus belli mos.
36 *Hiſpanus certandi conſuetudo. Iob trium Magorum*
præcurſor.

PRimò obſerua cũ Proſpero, id, quod mul- 34
tùm facit ad ſanctitatem, & encomiũ ſan- Proſp. de prædiction.
cti Iobi, gentium ad veram Chriſti fidem con-
uerſionem quodam modo in Iob præfiguratã;
tam, inquit, per iuſtum virum tranſitura Chriſti veſti-
gia in gentes ſignabantur; de quibus David in perſona e- Pſal. 107. 10
ius dicit, In Idumæam extendam calceamentum meum,
mihi alienigenæ amici facti ſunt. Quaſi diceret, redi-
gam inibi meam poteſtatẽ atq; poſſeſſionem,
penituſq́; ſubiiciam: Sed ita tamen, vt ſubiectũ
populũ non habiturus ſim vt mancipia; neq;
enim dicam, vel nominabo eos, qui in me cre-
diderint, meq́; dilexerint *ſeruos, ſed amicos: quia o-* Ioan. 15. 15.
mnia, quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Tum et- 35
iam promittit Chriſtus extenſurum, proiectu-
rumq́; ſe ſua calceamenta in Idumæam, id eſt,
ſuæ Incarnationis, atq; conuerſationis cũ ho-
minibus myſteria gentibus reuelaturum; hæc
enim per calceamentum intelligunt Patres Lu
cæ cap. 3. & Matth. 3. huius igitur corrigiam li- Luc. cap. 3. 16. Matth. 3. 11.
cèt non ſit dignus ſoluere S. Iob, inſtar Ioannis,
ſed ſoluit tamen, atq; *portauit* (vt Matth. loqui- Iob portauit Chriſti calceamenta.
tur) dum Chriſti myſteria, & fidem habuit, at-
que decantauit illuſtratus prophetico etiã lu-
mine. Propterea enim Auguſt. ſermon. 6. de tẽ- Aug. ſerm. 6. de temp.
pore illum appellat, eximiũ prophetarũ, quòd
c. 19. prædicauerit, *in carne mea videbo Deum ſalua-* Iob. 19.

torem meum. Quod (inquit Auguſt.) *ad id tempus pertinet, cum Chriſti Deus ab habitu noſtræ carnis induta eſt.* Cum quo illud facit quod Rab. Himmanuel, apud Pagn. in radice *Naghal*, ait, in eo loco Pſal. 60. non ſolùm *calceamentum*, aut *compedem* legi poſſe, ſed etiã *chirothecam meam; Mos enim* (inquit ille) *erat regum, cùm aliquam obſidebãt vrbem fortem, vt chirothecam projceret Rex intra vrbem, ſignificans nunquàm ſe ab ea receſſurum niſi vrbe capta.* In cuius cõſuetudinis confirmationẽ affertur, quod in Antonium dixit Philip. 11. Cicero. *Miror tamdiu morari Antonium: ſolet enim accipere ipſe manicas, nec diutiùs obſidionis metum ſuſtinere.* Sed Cicerone omiſſo, cuius longè alius intellectus eſt (notat enim Antoniũ animi languentis, & timidi, vt qui facilè ſoleat ſe dedere hoſti, & prębere manus vinciẽdas; ſunt enim manicæ manuũ vincula) Certè ſi cum illa cõſuetudine locus ille Pſalmi colludit, dices Iobũ fuiſſe ſignũ, & quaſi pignus Gẽtilitatis aliquando manus daturæ, & ceruicẽ ſubmiſſuræ Chriſti iugo proiectum ab ipſo Deo inter medios hoſtes, atq; conteſtãte, nunquã ſe ab illis receſſurũ niſi priùs captis atq; deuictis. Porrò antiqua ſolenniſq; fuit apud Hiſpanos bellica cerimonia, vt qui alterũ laceſſeret ad ſingulare certamen, hoſti pręſenti, & hoſtiliter appellato, in multorum oculis chirothecã projceret, illumq; depoſceret ad pugnam: vnde etiã affirmare poſſis Deum veluti extendere calceamẽtum, & contorquere chirothecã in Dæmonum turbas, viro ſanctiſſimo atq; fortiſſimo Iobo inter Idumæos conſtituto, atque angelorum, hominumq; circumfuſa multitudine auide expectante, furialibus dæmonum exercitibus bellum denunciare periculoſum, & acerrimum. Vides igitur, vt tres Reges qui ab Oriente venerunt primitiæ gentium Deum hominẽ adoraturi, & regẽ Iudæorum veneraturi, præuium aliũ Regem habuerint magnum inter omnes Orientales, & quaſi pignus etiam gentiũ; qui non minori Deum hominem vidẽdi arſit deſiderio, *videbo*, inquit, *In carne mea Deum ſaluatorem meum.*

.Himmanuel.
Pſalm. 60.
[...]ntiquus [...]nos obli[...] [...]onis.
Cicero illuſtratus.
36
Priſcus Hiſpanorũ mos.
Iob præcur[...] [...]or trium Magorum.
Iob cap. 9. 26.

APPENDIX. II.

37 *Pulchra Iobi cum Iſraëlitico populo comparatio ex Hieronym.*
38 *Iudæorum ſuperbia. Illuſtratus Ioſue, & Matthæus de lapidibus ſuſcitandis in filios Abrahæ.*
39 *Gentium fides & incrementum. Quid dies magnus. Iudæorum Zelotypia & ſpiritus compunctionis.*

37
Iob compri[...]nit Iudęorũ ſuperbiam.
Hieronym.
Iobi cũ Iſraëlitico populo collatio.

SEcundò notandum cũ Hieronymo ad Theraſiam de verà circuncіſione Iudæorũ corpore, & littera, nõ corde, neq; ſpiritu circumciſorum ſuperbiam valde pungi, atq; comprimi, hoc propoſito Iobi Idumæi exẽplo. Quam rem elegãter, & copioſè perſequitur Hier. *Vbi* (inquit) *es in ſola carne circumciſa Iudæa? confer cum hoc viro pedem, concede & gloria: attolle te maiorũ ſuperba virtutibus: Iob aduerſum te procedit in medium ſanguinis auctore non erubeſcens, neque per Eſau in conceſſæ benedictionis ſortem transfuſione mentitus Iob ſpoliatus bonis omnibus nihil requirit; tu AEgyptũ in eremo poſt manna delitioſa ſuſpiras. Illum ab ſpe in Deo poſita tot malorum tentamenta non auocant: te ad eam ſpem, bonorum omnium blandimenta non prouocant. Ille magnum Dominus ſentiens benedicit in vulnere, tu virtutibus de Pharaonis iugo exuta non ſubiaces. Illi pro circumciſis, veniam poſtulare conceditur; tibi verò velut incircumciſæ Amorrhæus pater, & mater ingeritur eſſe Cethæa.* Hæc & alia pulchra Hieronymus. Quare hinc in veritate compertũ eſt, vt Petrus dixit, *Quòd non eſt Deus acceptor perſonarum, ſed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iuſtitiam acceptus eſt illi.* Si igitur filius Iſraël nolit benedictionem, quam Iſraël pater ſuus acquiſiuit, benedictio elongabitur ab eo, & tranſibit ad Idumæam, & ad filios Eſau. Fruſtrà enim gloriantur, vaneque intumeſcunt nomenclatura illa, & inſigni nobilitatis filiorum Abraham, cùm poſſit Deus de lapidibus ipſis, videlicèt gentibus abiectis, vilibuſque, & terræ (quos vocant) filijs ſuſcitare filios Abrahæ. Quo etiam modo loquendi dixit Homerus Odiſſ. 18. *Dic tuum genus, vnde es, non enim à quercu es antiqua, nec à petra:* quod alij dicunt, *neque lutea, neque terræ progenies.* Cùm verò Ioannes dixit, *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis*, demonſtrauit quaſi digito in ipſo Iordanis alueo, & eo loco, per quem traiecit populus Iſraël in terrã promiſſam, vbi baptizabat Ioannes, (videlicet in Bethabara, quod tranſitũ ſonat) illos lapides, quos poſuit Ioſue in medio Iordanis alueo, vbi ſteterunt Sacerdotes, de quibus eo loco dicitur, *& ſunt ibi vſque ad præſentem diem.* duraſſe etiam vſque ad Ioannem, ab eodemq; indicatos illis verbis Matth. 3. docent Remigius, & Anſelmus: Illi itaque lapides demerſi, & obruti in ipſo alueo Iordanis, atque vſque ad Ioannem baptizantẽ ſuperſtites, gentium figura erant, errorum, & ignorantiæ fluctibus obrutarum, ſed tandẽ ad Chriſti fidem, & Eccleſiam per Baptiſmi ianuam ingreſſurarum, & ſuſcitandarum de imo alueo, & de terra, in qua miſere iacebant ad filiorum Dei gloriam, & nobilitatem: filios autem deturbandos de ſede, quam ſuperbo faſtu potiùs, quàm vllis virtutum meritis occupabant: ſicut ſcriptum eſt: *Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles.* Illi ſanè vocabant Gentes * non gentem, & Ethnicorum populum, non populum; ſicut etiam Eſter 14. dicitur; *Ne tradas Domine ſceptrum tuum his, qui non ſunt*, id eſt, gentibus alienis à vera Dei cognitione, & cultu: ſed *qui aliquando nõ populus, poſtea populus Dei, & qui non conſequuti miſericordiam, poſtea miſericordiam conſequuti*, vt ex Oſeę 2. repetunt Paulus, & Petrus, dum vterque ad eos ſcribunt, qui ex gentibus crediderant, eum honorem illis deferentes, quem ſuperbi Iudæi non credentes amiſerant. *Aſcendit igitur de terra*, vt (Oſeas dixit) *quia magnus dies Iezrahel: ſuſcitabit* nimirum, *de lapidibus filios Abrahæ, ſuſcitabit de puluere egenos, & de ſtercore eriget pauperes*, tum etiam, pullulabunt, & creſcent, in magna copia, & numero, ita vt videãtur terram vniuerſam implere; idq; eueniet *Iezraheli*, id eſt ſemini, & filijs Dei, ſuſceptis ex gentilitate, in Die magno, lętiſſimo, maximè feſtiuo, epulis, & conuiuijs dicato: Hoc enim *Dies magnus* ſignificare ſolet, vt colligitur ex Ioan. 19. *Erat magnus dies ille Sabbathi*, & Iſai 1. vbi nos habemus: *Neomeniã, & Sabbathum, & feſtiuitates alias non feram.* Septuaginta legunt, *Neomenias veſtras, & Sabbatha, & Diem ma-*

Act. 10. 34.
38
Illuſtratus Matth. locus de lapidibus ſuſcitãdis in filios Abrahę
Homer.
Ioſue. 4. 9.
Remig. & Anſelmus in Matthæi. 3.
Lapides Iordanis quid præfigurãrint.
Luc. 1. 29.
* Hij que no eran nada ni nadie, ni gẽte de qui ẽ ſe vuieſſe de hazer caſo.
Eſter. 14. 11.
Rom 9. 25.
1. Pet. 2. 10.
39
Oſeæ. 1. 4.
Matth. 3.
Luc. 1.
Quid Dies magnus in ſacris.
Ioan. 93. 31.
Iſai. 1. 13.
Septuagin.

gnum

gatum non ferre. Ad magni igitur diei conuiuium opiparum ſuſcipiendæ fidei Chriſti, quoniam qui vocati primi ſunt, non fuerunt digni, iuſſi ſunt conuenire, atq; diſcumbere menſæ regali, quotquot per vicos, & plateas reperti ſunt pauperes, debiles, cæci, claudi; vt veriſſimè dictum ſit: *Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cælorum.*

Matth.8.11. Luc.13.

Inter eos vero, qui venerunt ab Oriente Iob non vltimus eſt, ſed omnino numerandus inter primos conuiuas, qui nullam vxoris ductæ excuſationem prætexuit, vxore licèt atque liberis onuſtus; nó quinq; boum iuga prætendit, quamuis quingenta habuerit; non quòd coemptam villam eſſet viſurus, qui regno ampliſſimo prouidebat. Interim filij regni rumpuntur dolore, & tabeſcunt inuidia, *diſſecantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eos*, quos vident eò admiſſos honorificè, vnde ipſi turpiter deiecti ſunt: ſicut ſcriptum eſt. *Dedit illis Deus Spiritum compunctionis*: id eſt pungentem, & exacerbantem corda illorum; tum etiam Zelotypiæ & inuidentię ſpiritū aduerſus gentes fidei participes; vt illa comminatio adimpleretur: *Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis, & * ego prouocabo eos in eo, qui nō eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos.*

Act.7.54. Rom.11.8.2. Iſai.29.ſecundum.70. Deut.32.21.

** Hiſp. yo les date un maltrato de celos*

Nam inuidentia, & Zelotypia faſtum, & arrogantiam, immoderatumq; ſui ipſius amorem, tanquam vmbra ſemper comitatur. Quare Paulus *Hebræus, & Hebræis*, qui benè illos intus, & in cute nouerat, ait Rom.11. *Quamdiu ſum gentiū Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo* (id eſt, ſtrenue, ac diligenter inſeruiam gentium ſaluti, & conuerſioni, atque id in ſumma gloria, & laude ponā) ſi quo modo ad æmulationem prouocem carnem *meam, & ſaluos faciam aliquos ex illis.* Sed rem tamē hanc, & Sacramentum abſconditū prioribus ſæculis, & generationibus cùm Iſaias ca. 24. diuerſis vijs, & rationibus indicaſſet (rem videlicet ſuo populo minimè gratam, ſed plenam inuidiæ, & offenſionis) quaſi latentem animi ſenſum aperire formidaret, remq; totam ſilentio premere conaretur, & erumpētia verba compeſceret, ait: *& dixi:* (ſtatui deinceps) *Secretum meū mihi.* adeo illos pungit electio gentium, & viri ſanctiſſimi Idumæi, non Iſraëlitæ ſanctitatis, veriſſimæq; fidei, & religionis celebritas.

Philip.3.5. Rom.11.11. Iſai.24.16.

APPENDIX. III.

40 *Nemo ſanctus refertur ad parentes impios, & ignobiles illuſtratus locus. Pſalm.36. & Ephes.3.*

41 *Vera nobilitas, non ex genere, ſed ex Sanctitate.*

42 *Eſt generi, & ſanguini ſuus honos, ſed ſine pietate inanis.*

40

Ambroſ. in Pſalm.36. 28.

Nemo iuſtus cenſetur parentum impiorum filius.

TErtiò cum Ambroſio in Pſalm. 36. colligendus eſt illius verſiculi ſenſus: *Semen impiorum peribit. Semen* (inquit ille) *non corporalis generationis, ſed mentis internæ, & impietatis ſucceſſio. Nam vtique Iob de ſemine Eſau ſcriptura ſignatur teſtificatione: Quo modo ergo Semen Eſau periſſe in Iob, cùm tantus vir fuerit, & venturum in terram Dominum præuideret, qui totum iſtius ſæculi Diabolum ſubiugaret. Ergo hæc quæritur, ne malitia transferatur in poſteros* Fieri ergo poteſt, vt ait Ambroſius, vt exuat vnuiſq;, quod natus eſt; & qui impio patre natus eſt, minimè cēſeatur illius filius, cui⁹ impietatis particeps nō eſt. Iā ergo Iob minimè Idumæus ſit, neq, filius Eſau prophani, neq, fædo ſanguine peccatorum, quem nomen Edom ſonat, cruentatus; ſint verò Idumæi quamuis nō ſint ex poſteris Eſau, *quorum manus ſanguine plenæ ſunt, viri ſanguinum & doloſi*, apud quos neque *veritas*, neque *miſericordia*, ſed *maledictum, mendacium, furtum, homicidium, & ſanguis ſanguinem tetigit*. Ergò vt Hieronymus dixit, nemo debet apud Deum erubeſcere ſanguinem: nam filiorum Dei generatio non eſt *ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, ſed ex Deo.*

Iob genere non moribus Idumæus. Iſai.1.15. Pſalm.5.7. & 24.24. Oſee.4.5. Hieronym.

Nemo debet apud Deum erubeſcere propter ſanguinem & genus. Ioan.1.13.

Quare cùm Paulus myſterium de gentium conuerſione, & concorporatione, & comparticipatione promiſſionum, quæ Iſraëlitis à Deo factæ fuerant, ſcriberet Epheſijs, qui ex gentibus crediderāt, ne, quòd non eſſent ex genere Iudęorum, putarent inueſtigabiles illas Chriſti diuitias ad ſe non pertinere, *huius* (inquit) *rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur. Paternitas*, propriè cognatio, familia, generis alicuius cōtribules, tribus; quod Pſalm. 95. nomine Græco retento, *Patria* dicitur: quamuis, inquit, non ſitis ex patre Abraham, neq; ex aliqua illarum duodecim illuſtrium tribuum, nō ideò minùs nobiles cēſebimini apud Deum, cùm filij Dei ſitis, nam ſi quæ tribus, aut *paternitas nominatur*, id eſt celebre & illuſtre nomē habet, non tam ex ſanguine habet primi progenitoris, quam ex Deo. Eritis ergo & vos *patriæ gentium*, in honore, & gloria. Adde etiam, quod in hâc ipſam rem facit, omnē paternitatē nominari à Deo; namque omnis familia ad Deum primū generis autorem, & creatorem reducitur; nobiles, & ignobiles; Iudæi & gentes: ne ſuperbiant illi, ne iſti concidant animo: quod innuit Paulus illis verbis: *Mihi data eſt gratia hæc, in gentibus euangelizare, & c. quæ ſit diſpenſatio Sacramenti abſconditi a ſæculis in Deo, qui omnia creauit.*

Epheſ.3.14. Quid paternitas. Pſalm.95.7. πατριὰ

Quid ſit nominari in ſacro Sermone.

Epheſ.3.8.

Id quod etiam Lucas docuit, dū Chriſti generationem retrò conuerſo ordine ac Matthæus dixit; Vniuerſos illos Patriarchas referēs in Adamum primum parentem; Adamum deinde in Deum plaſmatorem corporum, & patrem Spirituum. *qui fuit* (inquit) *Adam; qui fuit Dei.* Vt ex *Deo omnis paternitas nominetur.*

Lucas.3.38. Matth.1.

Matthæi, & Lucæ in Chriſti Genealogia ſeries inuerſa.

41

Fidei & ſanctitatis merito vera nobilitas.

In Dei igitur Eccleſia non eſt *diſtinctio Iudæi, & Græci*, nam *diues eſt in omnes, qui inuocant illum* & iure nobilitatis gaudent, qui Fidei, & religioni nomen dederunt; in hac Dei ciuitate *Rahab* (id eſt Aegypti) Babylonij, *alienigenæ*, (Philiſtæi) *& Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic; Numquid Sion dicet* (dicetur) *homo et homo* (propriè, vir, & vir) *natus eſt in ea?* Valdè mirandum, vt Eccleſię gratulantes dicere poſſimus, omnes illius ciues non ſolùm numero imménſo, ſed nobilitate etiā, & ortu eſſe clariſſimos: omnes videlicet naſci principes, viros, magnos, inſignes, & ex prima nobilitate, quos Deus in numerato habeat collectos ex omnibus populis, omniumq; ordinū, & omnis conditionis hominibus: videlicet *Dominus narrabit* (numerabit Hiſpanus ſic pulchrè explicabit; *Los cōtará, y los tendra por cuenta, y los temarà por memoria*)

Pſalm.86.4.

Fideles omnes cuiuſcūque generis Eccleſiæ indigenæ.

moria) in ſcriptura populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea. Quid enim nocuit Iephte, quòd *Hebr.11.33.* filius eſſet meretricis, quamuis vt ille dixit: *Iuuenal. Satyr.6.* *Oderunt natos de pellice*, quo minus *adipiſceretur repromiſſiones*? Quid Rahab meretrici, quod cauponariã exerceret, & quod alienigena eſſet? *Isai.56.6.* *Non dicat* (inquit Iſaias) *Filius aduenæ, qui adhæret Domino dicens; Separatione diuidet me Dominus à populo ſuo; quia hæc dicit Dominus, filios aduenæ, qui adhærent Domino, vt colant eum, & diligant nomen eius, vt ſint ei in ſeruos. Adducam eos in montem ſanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ; holocauſta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi ſuper altari meo; quia domus mea domus orationis vocabitur à cunctis populis.*
Ierem.31.29. Quid refert, *quòd comederint Patres vuam acerbam,* *Ezech.18.2.* *vt dentes filiorum obſtupeſcant*? cũ dicat Deus Ezech. *Ezech.18.3.* 18. *Si erit vltra vobis parabola hæc in Iſraël: ecce omnes animæ meæ ſunt, vt anima patris, ita & anima filij mea eſt, anima, quæ peccauerit, ipſa morietur. Quod ſi genuerit filium, qui videns omnia peccata patris ſui, quæ fecit, timuerit, & non fecerit ſimile eis, hic non morietur in iniquitate patris ſui, iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij erit ſuper eum.* Et rurſus Iſaias eodem loco. *Isai.56.2.* *Beatus vir, qui facit hoc, & filius hominis, qui apprehendet iſtud, cuſtodiens Sabbathum, ne polluat illud, cuſtodiens manus ſuas, ne faciat omne malum.* Pro Viro eſt in originali *enos*, quod ignobilitatem, & miſeriæ nomen eſt; pro *filio hominis*, filius Adã, quod terrenam, & vilem originẽ indicat. Quaſi dicat, omnem hominem cuiuſcumq; generis, & conditionis alloquens, ſiue virum, ſiue hominẽ, nemo miſer, nemo ignobilis, nemo obſcuris natalibus, qui Dei præcepta cuſtodiat, & per innocentiam fiat *noua creatura*, morumq; innocẽtia, & ſanctitate quaſi de integro interpolatur. Sed deſipiunt plane *filij Belial*, dum Saulem contemnunt, quod *filius Iemini ſit de minima* *1.Reg.9.21.* *tribu Iſraël, & cognatio eius noviſſima inter omnes fa-* *& 20.27.* *milias de tribu Beniamin*; cùm inſiluerit in eum Spiritus Domini, ⁊ corpus etiam deſipienti, improbe, ſed tamen ſine amentia, ſiue ſtultitia, ſiue fatuitas, qui frequenter illam vocem vſurpãt. *Ioan.6.41.* *Nonne hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrem, & matrem?* Sanum vero ſapientis conſiliũ Ec- *Eccl.8.5.* cleſ.8. *Ne communices homini indocto, ne malè de progenie tua loquatur.*
42
Sanè generis, & natalium claritas ſuum ſibi honorem deferri iure poſtulat; argentum eſt, & ſplendorem habet; ſed niſi cum pietate coniungatur, audiemus clamantem Iſaiam: *Isai.1.22.* *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam*, & qui filij candidorum pro ſua nobilitate, & generis candore habebãtur, in non minus obſcuros, quam æthiopes teterrimos, & abiectiſſimos euadunt. *Amos.9.7.* *Nunquid non vt filij æthiopum vos eſtis mihi filij Iſraël? ait Dominus.* neque verò eiuſmodi homines cõtaminatos ſceleribus æthiopes vocat Amos, & mãcipia viliſſima, ſed quãtumuis Iſraële, & Abrahamo progenitos *Isai.1.10.* *Idumæos* vocat cap. 9. Et Iſaias *principes Sodomorum, &* *Ezech.16.3.* *Gomorræ populum*: Ezechiel *Kananæos, Amorrhæos, Cethæos*: Paulus Roman.2. *Rom.2.28.29* *Non veros Iudæos, ſed Iudæos, cognomine tantùm*; & tandem poſtquã multa diſſeruerat hac de re, ſubiungit; *Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt*, id eſt, qui ſuum genus manifeſte probare poteſt ex Abraham Patre circumciſionis, *neque quæ in manifeſto in carne eſt circumciſio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circumciſio cordis in ſpiritu,* non littera, *cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.*

Quonam tempore Iob extiterit?

43 *Variæ ſententiæ.*
44 *Iobum extitiſſe ante Legem, & Moyſem.*
45 *An Iob fuerit tempore Patriarcharum, & filiorum Iacob.*

VIR quidem *erat* Iob *in terra Hus*; ſed quonam erat tempore, Scriptura non dicit; 43
quare hæc res non minùs eſt incerta, quàm illa de genealogia. Et primò Gregorius exiſtimat *Prima ſententia Greg.* fuiſſe poſt Legem, & Moyſem; Moyſem verò *Gen.36.34.* ſpiritu prophetico de illo in Geneſi locutum ſub nomine Iobab: ait ergo vixiſſe tempore Iudicum, probatque ex Geneſ. 36. vbi dicitur Iobab regnaſſe cum alijs Regibus Edom, *antequam haberent Regem filij Iſraël*. Sed hoc non habet *Bona externa ſæpius impijs conceſſa* magnam vim; illorum enim verborum is potius ſenſus, & energia eſt, vt indicet rem conſideratione dignam, filios videlicet Eſau prius peruenitſe ad regni faſtigium, & humani honoris culmen, quam poſteros Iacob, quos Deus dilexit. Hæc enim humana & adulatione ſplendida amicis, & inimicis communia vult eſſe Deus; non rarò denegat amicis; concedit inimicis; ſæpè differt in poſterùm, & nõ niſi poſt multos labores tandem largitur.

Secundo Burgenſis Gen.21. opinatur Iob vi- *Secunda ſenten. Burgenſis.* xiſſe poſt egreſſum populi Iſraëlitici ex Aegypto, dum adhuc peregrinaretur in deſerto, *Gen.21.* quia cùm Iob cap. 21. *Interrogate quemlibet de viato-* *Iob 21.29.* *ribus*, intelligi vult de Iſraelitis, adhuc peregrinantibus. Sed ſi nullum aliud firmius fundamentum habet Burgenſis, facilè concidet, cum eo loco illam expoſitionẽ minimè ſimus probaturi: tum etiam quoniam oportet multo antea præceſſiſſe Iobum, & illius amicos, atque veram Dei cognitionem, & cultum iam pridem exoleuiſſe ibi gentium, antequam vniuerſam regionem illam filij Iſraël occuparẽt vt armorum impijs habitatoribus profligatis, atque deletis. Acriter eo loco inuehitur Repli- *Replicator.* cator aduerſus Burg.

Tertiò; Seuerus Sulpitius lib.1. Sacræ hiſto- *Tertia ſent. Seuer. Sulp.* riæ, ſcribit eo tempore extitiſſe Iob, cum Moyſes diuerſabatur apud Ietro ſocerum ſuum. Verùm eadem poteſt eſſe huius ſententiæ confutatio, quæ præcedentis: nulli enim firmæ coniecturæ nititur.

4. Hieronymus de locis Hebrai. viſus eſt *4. Sentent. Hieron.* multò ſuperiorem Iobi ætatem, ſæculumq; fecisſe, cum Eliphaz Iobi amicum, & coętaneum ſcribat eſſe illum Eliphaz, qui Gene. 36. ſcribitur eſſe filius Eſau, de qua Hierony. ſententia poſtea cap.4. cum de Eliphaz, diſſeremus.

5. Chriſtianus Adrichom Iobum conſtituit *5. Sent. Adrichom in* circa tempora Iacobi demortui in Aegypto. *Chro. an. 2235* Geneb. verò paulo ſuperiorem ſtatuit Iobi na *Geneb. in* tiuitatem, tunc nimirum, quando Iacob cum *Chronol. an.* tota familia deſcendit in Aegyptum. *2239.*

Sed cùm nihil certò hac de re conſtare poſ- 44
ſit, id quod ad veritatem propius accedere vi-

Statuitur vera reſponſio. Iob ante exitũ Iſrael de AEgypto. *R. Salom.* *Num. 14. 9.* *Onkel.*

detur, paucis exponamus. Primùm vixiſſe Iob ante exitum Iſrael de AEgypto, in quo oportet conuenire Patres omnes mox adducendos. idẽ docuit Rabbi Salomon, ad cõfirmationem adducens illud Num. 14. *Ne timeatis populum terræ huius; receſſit ab eis omne præſidium;* Quod Hebraicè eſt, *receſſit vmbra eorum.* Onkel, *receſſit fortitudo eorum.* per *Præſidium* autem, *vmbram, fortitudinem,* quæ omnia idem ſignificãt, nimirum protectionem ac defenſionem, Hebræi intelligũt vel Deum, in cuius vmbra alarum, & protectione ſperamus, & commoramur; vel duces, & principes, quorum præſidio, & fortitudine vti non poterant, quòd iam nulli ſupereſſent; & præſertim Iob, qui ſuæ vitæ, atque pietatis meritis illos defendebat, vniuerſamq; prouinciam velut vmbra protegebat.

Iob ante Moyſem. *Chryſoſ.* *Aug.* *Ambroſ.* *Theodor.* *Orig.* *Euſeb.*

Deinde verò videtur etiam vixiſſe non ſolùm ante Legem, ſed etiam ante Moyſem. Primum docent, ſecundum non obſcurè indicant Chryſoſt. Auguſt. Ambr. Theodo. ſuperiùs adducti. Et Theodoret. præterea in Epitome diuinorum decretorum lib. 5. de creatione. Origen. homil. 4. ſuper Ezech. Euſeb. lib. 1. demonſtrat. Euang. cap. 3. & 4. namque Moyſes ſeptimus videtur fuiſſe ab Abraha, Iob verò quintus, vt deſcribitur Exo. 6. Leui genuit Caath, hic genuit Amram; hic verò Aaron, & Moyſem. Cùm ergo Leui fuerit pronepos Abrahã, Moyſes verò pronepos Leui, ſeptimus eſt Moyſes ab Abraham.

Exodi 6.

45

Tandem ſubtilis illa computatio, qua Titelmannus conatur Iob referre ad tempora Phares, vel Eſron ſecundùm ordinem generationum Iacob, & Eſau (eſt enim Eſron quartus à Iacob, ſicut & Iobab ab Eſau) elegans eſt, atque legi, probarique digna; quam ille latè & copiosè ſcribit, ego verò minimè deſcribam: illud tantum adiungam, Origenem ita loquutum loco ſuperiùs indicato, Iob vixiſſe temporibus patriarcharum, & Moyſis. Verùm iam nos in quæſtionibus (genere videlicet ſcriptionis aridiori, minuſque iucundo) diu immoratos, liberiores iam, & expeditiores ad ſacrarum ſentẽtiarum leniorem tractationem pergere oportet.

DE NOMINE IOB.

46 *Ratio, & notio nominis Iob.*

47 *Iobi nomen prædictum. idem eſt Patientiæ nomen. nominum quoque mutatio cum ſtatus mutatione.*

48 *Iuſtorum, & impiorum in conſeruati nominis diuturnitate diſcrimen.*

49 *Memoria iuſti iucundiſſima, impiorum longè moleſtiſſima, ex Salomone, quadã de Pomo Sodomitico.*

46 Præf. cap. 1.

Etymologia, & interpretatio nominis Iob. *Cyprian.* *Didymus.* *Greg.* *Chryſ.*

DIXIMVS nonnulla de nomine Iob in præfatione, ſed nominis nunc enucleatior Ethymologia tradenda. Nomen itaque Iob arcanam habet ſignificationem; & quidẽ à Cypria. aduerſus Iudæos, Iob interpretatur, *Chariſſimus Dei.* Sed ignoro, vnde hanc nominis interpretationem haurire potuerit. Didymus in catena, ait: nomen Iob eſſe nomen patientiæ; aliquanto etiam diuerſum à reliquorum Patrũ interpretatione. nam à Greg. Chryſoſt. Hierony. Philipp. illa probatur, quæ in vulgari nominum Hebraicorũ interpretatione circumfertur, vt ſit idem, quòd *dolens,* aut *gemens,* à *Iobab,* quod eſt eiulare, aut vlulare: quod verbum ſemel tãtùm habetur Iudic. 5. *Per feneſtram reſpiciens vlulabat mater eius.* dicuntq; peritiores Hebraicæ linguæ eſſe clamorem, aut vociferationem bellicam; quod etiam à Iobi certaminibus cum communi hoſte non eſt alienũ. Mihi magis arridet illa interpretatio Origenis hom. 14. in cap. 11. Ioſue; quòd *Iobab* (eadem eſt autem Ethymologia nominis *Iob*) idem ſit, quod *Inimicitia;* nam cùm nomen *Iob,* ab *Aleph* incipiat, rectè cõuenit cum radice (*aiab*) quod eſt inimicum eſſe; quaſi, qui Dæmonis, tum etiam ſuorum quondã amicorum graues aduerſus ſe inimicitias ſuſtinuerit.

Hieron. *Philip.* יבב *Iudic. 5. 28.*

אויב איב

47

Paucula quædam nunc obſeruanda. Primũ; ſi verum eſſet id, quod ſuprà ex Gregorio attulimus, Iob poſt Moyſem, & legẽ fuiſſe; magna fuiſſet illius laus nomen fuiſſe prædictum à Propheta, antequam naſceretur; quod non niſi pauciſſimis, atq; ſanctiſſimis viris contigit.

Iobi nomen prædictum ex Greg.

Secundum: cùm Didymus ait, Iobi nomen patientiæ nomen eſſe; *vt id iam fuerit, quod antea vocatum erat, aut verò vocatum ſit, quod quidem fuit;* indicare videtur nomen hoc illi impoſitũ poſt dolores perpeſſos, & admirandæ patientię exemplum præſtitũ, vt cum nouo ſtatu, nouũ etiã nomẽ acceperit; id quod frequenter factitatũ videmus, cùm alicuius conditio commutabatur in meliùs, ea ratione, quòd cùm poſt eam commutationẽ alius cenſeatur homo, & quaſi noua creatura, nomen etiam nouum obtinere debet; quod recenter natis, nouiſque hominibus imponi ſolet. Vnde videas eum, qui adoptabatur apud Romanos, nomen, & cognomen adoptatoris aſſumere, quaſi tunc denuo adoptatori filius naſceretur, illiq; ſuum nomen imponeret; & ſeruo libertate donato nomen etiam donabatur Patroni, quaſi tunc homo eſſe inciperet, qui liber eſſe incipiebat. Sed de hoc alibi. nunc tantùm repetendum, quòd ſuprà diximus, fortè Iobum binomium fuiſſe.

Iobi nomen eſt nomen patientiæ ex Didymo.

Mutatio nominis cum ſtatus mutatione.

Adoptatus, & libertus nomina mutabant apud Rom.

48

Tertium; hoc loco quidam obſeruant pro peculiari iuſtorum ſolatio nomina iuſtorum ſcripta eſſe in libro vitæ; cuius rei exemplum hic locus præbet, præferens Iobi nomen. Sed quid, quod impiorum etiam nomina ſcribuntur? neque ſolùm egregia ſanctorum facinora, ſed deteſtanda etiam corruptiſſimorũ hominum ſcelera deſcribuntur? ergo vt verior, & ſolidior, atque loco præſenti congruentior ſit obſeruatio, in hunc modũ habenda eſt; inſitam quidem eſſe omnibus cupiditatem illam conſeruandi nominis, atque tranſmittendi ad poſterorum memoriam ſempiternam; ſed in ea re dupliciter differunt pij, & impij; primò, quòd illi non ſunt valdè ſolliciti de propagatione ſui nominis, quippe Deo relinquũt eam curam, cùm ſcriptum ſit, *de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei.* qui igitur nomina ſanctorum ſuorũ celebrauit antequàm naſcerentur, pari etiam ratione poſtquam deceſſerint è vita, celebria reddet, & ab omni temporis, vetuſtatiſq, iniuria vindicabit. Sicut enim filius non valde laborat pro comparanda, & augen-

Inſitus appetitus conſeruandi nominis.

Iuſti non valde ſolliciti de nomine ſuo cuulgando. *Iſa. 49. 1.*

Deus iuſtorum nomina

50

Commẽdatus Iob ab animi bonis.

CVm cõmendatus iam ſit Iob à dignitate, patria, nomine; nunc ab animi bonis, atque inter ea primùm conſtituuntur, quæ ad æquitatẽ rationis naturalis pertinere videntur, ſimplicitas, veracitas in dictis & factis; rectitudo, virtutis & boni amor, odiũ mali. Neque enim infima laus eſt, naturam ducem recti, & rationem æquitatis magiſtrã ſequi; & cùm legẽ aliam *non habeas, naturaliter ea, quæ legis ſunt facere*. ab interna illa regula, inſitaq; lege boni proſequendi, malique vitandi nunquam deflectere; *vt tibi ipſi lex ſis, & oſtendas opus legis ſcriptũ in corde tuo*; & pædagogum illum animæ (ſic enim Origenes conſcientiam vocat) recta ſemper docentem, atque monentem, lubenter audire, & obſeruare. Certè Paulus huius recti dictaminis & naturalis legis, etiam poſt euangelicam acceptam, minimè nos oblitos vult, cùm ita Euangelio, & Chriſti fidei obſequendum doceat, *vt obſequium rationabile* ſit; neque enim Euangelium legem naturalem, quæ ſecũdùm rationẽ eſt, abrogauit, ſed potius inſtaurauit, redintegrauit, atq; errorũ caligine diſiecta protulit in lucem, vt priſtinæ pulchritudini reſtituta, euangelica diſciplina & fide colluſtrata niteret. & Iacob. cap. 1. *Inſitum verbũ nos ſuſcipere* iubet, quod Oecumen. interpretatur *naturali, ſermonem, qui diſcernit melius à peiori; à quo etiam rationales ſumus, ac dicimur*. Eſt enim hoc à natura inſitum verbum fidei comes, & diuinæ gratia præcurſor; quo ſuſcepto diuinę gratię, & fide ſe præpararunt ſancti illi Patriarchæ, qui ſine lege ſcripta iuſtificati ſunt. Ille verò Dei filius ex cuius fide iuſtificati ſunt omnes, quotquot Deo placuerunt, verbum dicitur, *Logos*, ratio, diſponit enim omnia ſumma cum ratione, & ſuos fideles, ſiue antiquos, ſiue poſteriores ad rectæ rationis regulam, & legem inſtituit, & cõformat: vt ſicut Apoſtol. Corinthijs ſcribit: *Omnia rectè, & ſecundùm ordinem fiant*.

Naturæ ductũ ſequi, nõ infima laus.

Rom. 2. 14.

Orig. Rom. 2.

Conſcientia pædagogus.

Rom. 12.

Iacob. 1. 21.

Oecumen.

Facientes quod in ſe eſt ſe præparant ad diuinam gratiam.

1. Cor. 24. 50.

51

תמים

Quid ſimplicitas in ſacris

Primò igitur dicitur, *ſimplex*, à radice (*Thamam*) quod finire, vel conſummare, aut cõſummari ſignificat, *ſer, o eſtar acabado*. & cùm ad mores refertur, conſummatum atque perfectũ, & omni ex parte abſolutum ſignificat. Latinus interpres non vno modo hanc vocem vertit; nam Iob 9. reddit. *Innocentem*, Gen. 6. *Perfectum*, Leu. 23. *Plenum*, Iſa. 1. *Sanum* vel *Sanitas*, Ezech. 5. *Integrum*, Leu. 1. & Pſal. 118. *Immaculatum*. Quare vt hoc quoq; obiter annotemus, cùm ſacrificij pecus iubebatur eſſe immaculatum, non pertinebat ad ſimplicitatem vel varietatem pellis, aut coloris; ſed ad perfectionem & integritatem, vt eſſet integrum, perfectum, ſanum, minime claudum, aut debile. Sæpè tamen etiam illa eadem vox redditur *ſimplex*, hoc loco, & infrà cap. 9. & Gen. 25. & paſſim in libr. Prou. eodemque modo Aquila, & Theodotio *ſimplicem* hoc loco legerunt, quamuis Symmachus, *immaculatum* dixerit. Quare illa omnia in hac ſimplicitate continentur; conſummatio, perfectio, integritas, ſanitas, & quædam innocentiæ & ſanctitatis plenitudo. Sed quare interpres ſimplicitatem verterit, aut quid peculiare nomine ſimplicitatis intellexerit, quave ratione ad ſimplicitatẽ retulerit perfectionem, & conſummationẽ viri iuſti, mirè variant interpretes. nam Gregor. cap. 2. & 5. eam ſimplicitatem ad manſuetudinem quandam refert, quàm ſimplices etiam columbas habere videmus. Chryſoſtom. ad veritatem quandam, rationalis naturæ nullo fuco permiſtam: Diuus Thomas virtutem doloſitati oppoſitam intelligit, quòd nemini iniuriã intulerit; ideo enim ſubijcitur, *& rectus*. Alij referunt ad veritatem quandam dictorum & factorum; Alij ad vnitatem rectæ intentionis, quæ dicitur *oculus ſimplex* in ſolo Deo defixus, & nihil præter Deũ quærentis. Sed quod huic loco maximè quadrare videtur, proximeque accedere ad vim ſimplicitatis exprimendam eſt, vt ſimplicitas veritatem quandam afferat omnis falſitatis & ſimulationis expertem: ſic enim ſimplicitatem vſurpauit Cicero 2. de finibus cùm dixit: *Vera diligimus*, id eſt, *fidelia, ſimplicia, conſtantia: tum vana, falſa, fallentia odimus, vt fraudem, periurium, malitiã, iniuriam*. Huius ratio, & analogia eſt, quòd ſimplicia tamdiu ſyncera & pura ſunt, quamdiu non ſunt compoſita, aut aliorũ admiſtione corrupta, cùm aliquid habent compoſitionis diſpar, atque diſſimile ſui iam apta ſunt fallere, & fucum facere, dupliciaque ſunt. Sic dixit Cicer. de ſenectut. *Cùm ſimplex animi natura eſſet, neque haberet in ſe quicquam admiſtum diſpar ſui, atque diſſimile nõ poſſe eum diuidi*. Ergo cùm Iob dicitur **ſimplex & rectus*, puritatem quandam ſanctitatis, & veritatis ſignificat. Is enim eſt perfectus & integer; ſic videas Ioſ. 24. Coniungi perfectionem, cum veritate. *Seruite ei corde perfecto, atque veriſſimo*. vnde etiam, qui verè amicus alicuius eſt; habere dicitur animũ ſimplicem atque ſyncerum. Hanc Deus animi verè pij, verè amici, propenſam voluntatẽ obſequẽdi, & ſynceram cordis ſimplicitatem diligit. *Scio Deus meus* (inquit Salom.) *quod probes corda, & ſimplicitatem diligas. Vnde & ego in ſimplicitate cordis mei lætus obtuli vniuerſa hæc*: id eſt ſimpliciter, verè, amicè, ſicut 1. Pet. 1. cap. *In fraternitatis amore ſimplici ex corde diligite attentiùs*.

Aquila, & Theodot.

Symach.

Gregor.

Chryſoſt.

D. Thom.

Matth. 6. 22.

Vera ſimplicitatis ratio.

Cicero.

Cicero.

* Vn onbre de veras ſanto, y puro.

Ioſu. 24. 14.

1. Paral. 29. 17

52

Hanc tamen veritatem cùm omnes ferè in ſimplicitate collimare cõtenderint, licèt non omnino, ex parte tamẽ attigerũt. primò Orig. & Chryſoſt. cum legerint in Septuaginta: *Et erat ille homo verus*, intelligunt eum verum hominem dici, qui diuinam in ſe ſimilitudinem, ad quam eſt conditus, prauis moribus non confuderit, neque corruperit, & diuinam imaginem ſuo animo impreſſam flagitiosè viuendo non affecerit iniuria; ſecus non cenſebitur verus homo, ſed falſus aut ſimilitudinarius; *cõparabitur* enim *iumentis inſipientibus & ſimilis fiet illis. Improbi* (inquit Origen.) *non ſecus, quàm picti falſi ſunt homines; Nam velut hiſtrio habitu, & corporis figura, ementitur hominem ratione vtentem, & diuinã ſimilitudinem prauis actionibus non obſcurantem*. Quare Sapiens, veri hominis definitionẽ ex virtutis & pietatis ſtudio tradit, Eccleſiaſt. vlt. *Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt enim omnis homo*. vel *totus homo*, vel *perfectus*, vel *quidquid homo eſt*. Hoc enim etiam capit Originalis vox, nec non etiam Latina, nam *omne* interdũ eſt idem, quod totum & perfectũ aliquid, integrumq; ſignificat. Paraphraſis

Origen.

Chryſoſt.

LXX.

Quis verus homo apud Græcos.

Pſal. 48. 13. & 21.

Origen.

Impius hiſtrioni ſimilis & falſus homo.

Veri hominis definitio

Eccl. vlt. 13.

Quid omne apud latinos ſonet.

Paraphraſt.

Tygurina.

phraſis Tygurina habet, *in hoc conſiſtet omniũ bonũ perfectio*. Vide in hác rem pulchra quædam in

Hilar. Niſſen. Hilar. ſup id Pſal. 118. *Manus tuæ fecerunt me*, Niſſ. in oratione cui titulus, Quid nomẽ, profeſſiove Chriſtiana ſignificet. qui exemplũ adducit

Euſeb. de ſimia ementita ſaltatorem: & Euſ. lib. 7. de præparatione euangelica, cap. 6. dum de hominis natura differit: & Philo. in lib. Abrahamo

Philo.

53 Simplicitas, & veritas pro innocentia impermiſta ſcelere.

Secundò ea veritas ſimplicitatis poni poteſt in Innocentia animi impermiſſa peccato, & in cõtaminata flagitio, in qua etiam puritate integritatem, & perfectionẽ Lyricus conſtituit

Horat. canens: *Integer vitæ, ſcelerisq; purus*. Apud græcos *Katharos*, eſt purus, mundus, impermiſtus, incontaminatus ſcelere aliquo. Hoc apud Ciceron.

Cicer. purum dicitur, integrũ, candidum, omni admiſtione liberum Sic enim ſcribit de Senect. *Animus omni admiſtiõe corporis liberatus, purus, & integer eſſe cæpit*. Hac ratione Niſſen. lib. ſeu diſputatione de anima & reſurrectione, definit naturã

Niſſen.

Quæ ſit natura ſimplex ſimplicem, *ſimplicem* (inquit) *& vnius modi vocamus, quæ in ſolo bono animaduertitur, & nullius mali communione permiſta eſt*. Quare Iacob. cap. 4. dum

Iacob. 4. 8. *animo duplices* ad meliorẽ ſimplicitatis frugem reuocare conatur, hanc mundiciem & puritatem præcipit, *Emundate manus peccatores, & purificate corda veſtra duplices animo*. Atque hæc ipſa eſt

Cordis mundicies, quæ. illa mundicies cordis, Matth. 5. Videlicet, ſimplicitas cordis, puritas ſceleris, *Beati mũdo* (Kathari) *corde*; vide Paul. in 1. Cor. 5. vbi vult eſſe

Matth. 5. 8. 1. Cor. 5. 8. *azymos in ſynceritate & veritate*, id eſt impermiſtos *fermento malitiæ, & nequitiæ*, quibus vitijs ſynceritatẽ, & veritatẽ opponit. Ergo ſynceritas, quę eadẽ eſt ſimplicitas, veritatẽ affert; rurſus veritas malitiæ, & nequitiæ pmiſtionẽ excludit.

54 Simplicitas pro veritate in dictis, & factis.

Tertiò, ſimplicitatem interpretari licet veritatẽ in dictis & factis, omnis fraudis, & doli expertem; cum quo faciunt Septuaginta Vaticani, qui habent. *Et erat homo ille verax*. Huc videtur perfectionem, & innocentiam vitæ im-

Pſal. 14. 2. maculatę virtutes iam reuocaſſe Dauid, Pſal. 14. nam deſcribere videtur eũ, *qui ingreditur* (viuit)

Maxima innocentiæ pars in veritate. *ſine macula*, id eſt perfectè, integre, immaculatẽ, ſimpliciter) ex eo quòd *operatur iuſtitiam*, id eſt, vniuerſam legem impleat; rurſus operari iuſtitiam eum, *qui loquitur veritatem in corde ſuo*: id eſt, quod loquitur non ore tantum, ſed ex corde loquitur; per expoſitionem addit, *& non egit dolum in lingua ſua, nec fecit proximo ſuo malum*, non detrahit neque accipit ęquis auribus detractores, *non decipit*, aut iniuriatam mentẽ gerit, cum exterius lingua *iurat*. Imò Paul. Epheſ. 5. omnẽ

Epheſ. 5. 27. ſponſæ gloriam, mundiciemque omnis maculæ expertem, in hanc animi ſimplicitatem, atque candorẽ retulit, & vt ſimplicem redderet omni duplicitate, quæ in rugis ineſt, reiecta, Chriſtũ ſponſum ſumma charitate laboraſſe.

Eccleſiæ ornatus ſimplicitas. *Chriſtus* (inquit) *dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea, vt eam ſanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi Eccleſiam, non*

* Sin dobleses, ni pliegues, ni bolſillos. *habentem* * *rugam, neque maculam, vt ſit ſancta, & immaculata*. vbi vides maculam, & rugas coniungi; haſque ad animi duplicitatem pertinere. Vafri omnes & verſipelles duplices ſunt;

Pſal. 11. 3. *In corde & corde loquuntur*, dum aliud cor labijs doloſis profitentur ſe habere, aliud verò immo

pectore gerunt: quin etiam duas in eodem ore linguas geſtant, non ſolum vt nunquam tacere poſſint, ſed vt nunquam loqui ſibi conſtantia valeant. Mirum, quam oderit Salomon duplicis linguæ homines, *viam* (inquit) *prauam* (cuniculis, & ambagibus interceptam, & difficultatibus detortam iam accliuem, deinde præcipitem) *& os bilingue* (quod nunquã ſibi conſtantia loquitur) *deteſtor*. Neque verò vnica via, & ea praua contenti ſunt. Sed, q̃ mirũ eſt, *terram ingrediuntur duabus vijs*, hac ſe tibi offerunt obuiam, & comitem viæ præbent, illa diſcedunt longiùs & penitus auerſantur. Et non ſecus atque duo homines, qui in eadem via contrarijs omninò motibus aguntur, dum alter à capite viæ, alter à fine proficiſcitur; ſic verſutus & callidus cùm duplex ſit, non ſimplex homo, duabus vijs idem iter conficit ſibi ipſi contrarius, omnibus vt apparet externa facie amicus, nulli verò non inimicus: quippe gradiens etiam auerſa facie, conuerſo dorſo. Geſtant etiam (vt non omninò latere poſſint, nam vt ait Sapiens: *Qui deprauat ſuas vias, manifeſtus erit*) non ſolum *veſtimenta ouium*, intrinſecus verò lupina, ſed veſtẽ etiam, *quæ ex duobus texta eſt*, & viſum vel leuiter commota fallit. Agrum ſuum *ſerunt diuerſo ſemine*; enituntur, vt *duobus dominis ſeruire videantur, Deo & Mammonæ, & in duas partes claudicant*. Sed miſeri *concident* * *ſemel* (penitùs corruẽt lapſu irreparabili), ſicut è contra, lenis ille ſimplicis hominis greſſus, de ſe licet exitu ſecurum illum reddit, cum prouerbium ſit; *Qui ambulat ſimpliciter, ſaluus erit, qui peruerſis graditur vijs, concidet ſemel*.

Qui duplici corde, duplici etiã lingua homines, Prou. 13. 8.

Eccl. 2. 14.

Vafri, quib. ſimiles.

Prou. 10. 9.

Leu. 19. 19.

* Daran vna y buena.

Prou. 28. v. 18

55 Gen. 25. 27.

Ad extremum non incongruè dici poterit, Iob vir ſimplex, ſicut & Iacob, Gen. 25. Similiter nominatur *vir* * *ſimplex habitans in tabernaculis*. Nimirum, qui ſe in externas res, & vanas ſollicitudines minimè effunderet, vt Deo, & ſibi vacaret habitans in tentorijs, quietus, domi conſiſtens Vel vt Chaldæus dixit: *miniſter domus doctrinæ*, quod ſchola frequentaret, vbi de Deo, diuiniſque rebus ageretur ſub magiſtro aliquo pietatis, veritatiſq; vnius Dei cultore; & vt quibuſdam placuit ſub Melchiſedech. Simplex autem Iacob opponitur Eſau, qui fuit *vir agricola, & venator*. Onkelus, *oberrans in agris*, quippe impatiens quietis, oſor domus, amator ruris, venationis ſtudioſus, & ſectator ferarum, & vt ſemel dicam, externarum rerum delectationi, & curis, & rei faciendæ deditus. Certe qui externa nimium ſollicitè, & cupidè procurat, extra ſe vagatur deſerta interni animi domo; qui verò ſibi Deoque vacat, is ad cordis penetralia ingreditur, & ſuæ domi quieſcit, ſicut ſcriptum eſt: *Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum*, quem locum hac paraphraſi illuſtrat Chaldæus. *Dominum cuſtodiat introitum tuum ad ſtudia legis, & exitum tuum, ad negotiationes mundi*. Atque id olere etiam videtur, quod Eſau fuerit *totus in morem pellis hiſpidus & piloſus, Iacob verò lenis*, id eſt, leuis & glaber, nõ vt eſt in prouerb. Hiſpano, *hombre velloſo o rico, o bueno*, homines villi aſperi, aut diuites aut induſtrij, hi ſũt ſapiẽtes, *& prudẽtes ſeculi huius*, quique profitẽtur illius *iacent in ſinibus terrenæ*,

* Onbre de buen trato, liſo, y quitado de peſadũbres, y ruydo Sanplex pro quieto.

Chaldæus.

Onkel.

Pſal. 120. 8.

terrenæ,

terrenæ, animalis, diabolicæ, ſimpliciorem viuendi rationem contemnunt, & ſe ſolos viros putãt; ſimplices *pueriles*, ignaros rerum gerendis, adminiſtrandiſque negocijs inutiles, & planè ineptos, quo nomine ignauiæ, & ſtultæ cuiuſdã inertiæ accuſati ſunt quondam ab ethnicis Chriſtiani, quòd viderẽtur infructuoſi in negocijs, & ſimplicius viuendi inſtitutum colerent, & proſternerentur, vt Tertullian. ſcribit in Apolo. Nimirum *ſapiens ſibi videtur vir diues*. Sed eo ipſo nomine, non ſimplex, ſed duplex eſt. *Melior* (inquit ſapiens) *eſt pauper, qui ambulat in ſimplicitate ſua, quàm diues torquens labia ſua, & inſipiens* Et iterum: *quàm diues in prauis itineribus*. Huiuſmodi enim, qui de ſua duplicitate gloriantur, illa comminatio intenta eſt, *væ* * *duplici corde*, id eſt, multiplicis cogitationis & intelligẽtiæ. Sed iã longior fuerit huius vocis (*ſimplex*) non ſimplex, ſed multiplex tractatio, illud modo dictum fuerit, in ſimplicitate Iobi peculiarem omnem ſimplicitatis vim, atque laudem emicuiſſe.

Tertul. in Apolog. à cap. 42. vſq. ad 45
Eccleſ. V. 4. & cap. 1. V. 36.

* Hombres de muchas intelligẽcias y traças.

Et rectus ac timens Deum.

56 *Quæ rectitudinis ratio, & varia acceptio in ſacris, quæ via recta, & via iuſtitiæ. Illuſtratur Salomõ, & Daniel.*

57 *Rectum pro iucundo, & huius analogiæ ratio.*

58 *Iuſtus placeto omnibus, diſpliceto carni, & ſanguini Pauli exemplo.*

59 *Quid Dei timor, quæ vis latriæ.*

60 *Quondam omnia timore fiebant, & timoris nomine lex vniuerſa, & Deus ipſe nominabantur.*

61 *Iuſtitia pars recedere à malo, quid recedere, quid ſtare in ſacro ſermone, quid præpoſitio à, ex Græco.*

62 *Illuſtratur Matth. locus ex Græco, non communicãdum cum impijs.*

ET rectus, videri poterit hoc additũ per expoſitionem, nam aliquando etiam vocem originalẽ latinus interpres vertit per ſimplex, infra cap. 22. v. 3. & quæ ſæpe dicitur *via recta*, id eſt plana, & minimè difficilis, Iſa. 40. v. 3. & 40. Oſeæ 14. v. 10. Prou. 29 & 27. eſt eadem, quæ viæ prauæ opponitur; videlicet ſimplex. Sed verius eſt, vt illam viri iuſti perfectionem iam explicet ſigillatim, & per partes. Nam rectitudo hæc, ea eſt, quæ dicitur æquitas infrà cap. 23. v. 7. Pſal. 10. v. 7. Deut. 9. v. 7. Prou. 4. v. 11. & iuſtitia, Pſal. 47. v. 11. Sicut autẽ hoc loco *ſimplex & rectus* iunguntur, ita etiã ſimplicitas & æquitas cohærent. 3. Reg. 9. v. 4. *in ſimplicitate cordis, & in æquitate*. Quod ſi ad alterum hæc rectitudo referatur, *rectus*, & æquus eſt, qui nemini nocet Sic Dan. 11. vbi nos habemus, *veniet ad Regem Aquilonis* * *facere amicitiã*, Septuaginta *facere fœdera*; in fonte eſt, facere rectitudines, *æquitates*, id eſt, æquis conditionibus fœdera inter duos Reges componere. Si verò ad cor & animũ rectus eſt, qui rectè viuit, rectè incedit, non declinat ad dexteram, neque ad ſiniſtram, mediam ſemper tenitit viam virtutis, quæ in medio conſiſtit fidus comes: qui nec inſoleſcit proſperis, nec frangitur aduerſis, nec metu, aut minis, prece, aut pretio à rectè & ſincerè iudicando dimouetur. Sic enim rectitudo exponitur à Salomo. Prou. 4. *Dirige ſemitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ ſtabilientur*. Septuaginta, *rectas orbitas fac tuis pedibus, & vias tuas dirige*. Propriè ad Hebr. *pondera, complana, rectifica librã ad æqualitatem*, vt nihil ſit eminẽs, nihil depreſſum; iſtæ enim ſunt, *ſententiæ æquitatis*, & *ſemitæ iuſtitiæ*, iuſtitia enim æquale reddit, id eſt pondus, æqualitatẽ, æquitatem ſeruat; & deinde per expoſitionem adiũgitur: *Ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram, auerte pedem tuum à malo.*

Rectitudo, pro æquitate.

Rectus qui nemini nocet.

Dan. 11 6.

* Hazer las amiſtades y ſin que nadie quede cargado.

LXX.

Quæ ſit cordis & vitæ rectitudo.

Prou. 4. 26.

LXX.

Quæ viæ Iuſtitiæ, & æquitatis.

Cæterùm idem verbũ (*Iaſar*) quod ſignificat rectum eſſe, ſignificat etiã placere, & iucundũ eſſe, hac analogia, quod quæ recta ſunt, eadem ſunt oculis pulchra, & venuſta, quare ab hac radice frequenter dicitur aliquid *rectum eſſe in oculis* alicuius, aut placere in oculis: rurſus quæ recta ſunt & plana, eadẽ ſunt minimè aſpera, ſed læuia, æquabilia, ſuauia, amica tactui: nam rectitudo hæc, non tam ea eſt, quæ in directum & longum protenditur, quàm quę ad amuſſim & rectitudinem cõplanata eſt; vti explicatur Iſa. 40. *rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur; & erũt praua in directa, & aſpera in vias planas*. Plana ergo leuia, & recta, ſenſibus amica, & ſuauia exiſtunt. Hinc rectũ idem eſt, quod ſuaue, atque iocundum, Pſal. 118. *Ad omnia mandata tua dirigebar*, id eſt ſuauiter, facilè, iocundè id illa ferebar, recto, prompto, facili animo complectebar, in Hebr. *omnia mandata tua direxi, aut rectificaui*; id eſt recta, ſuauia, iocũda, facilia duxi; digna, quę totis viribus & corde complecterer: & ideo ſubdit, *omnem viam iniquitatis odio habui*. Similiter Pſal. 44. *virga directionis, virga regni tui*, propriè *virga planiciei*, vel *rectitudinis*; nam (*Miſor*) eſt planicis, aut rectitudo terræ exculta, atque arboribus, hortiſq; amœna; quę dicũtur campeſtria: quare *virga directionis*, eſt ſceptrum, & regni gubernatio iocũda, facilis, amœna, minimè aſpera, aut dura: iuxta id: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ* (hæc eſt planicies, & campeſtriũ rectitudo) *ibi me collocauit. Super aquas refectionis educauit me, & animam meã conuertit; deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ* (hæ item ſunt ſemitæ rectæ) *propter nomen ſuũ*: tandẽ explicat clarius, *virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt*. Et Prou. 23. *Ne intuearis vinũ, quando flaueſcit, ingreditur blãde*. Heb. *illabitur in rectitudinib.* id eſt, ſine offenſione, ſine aſperitate, ſuauiter. Ergo cum Iob *rectus* dicitur, aut quicunq; alius vir iuſtus, dilectum Deo & hominibus ſonat, omnibus gratũ atque iocundum, nulli moleſtũ aut aſperum, ſuauem, mitem, comem erga vniuerſos. Hoc illud Pauli eſt Coloſſenſibus, imo vniuerſis Chriſti fidelibus præcipientis, *Grati eſtote*, id eſt gratioſi, amabiles omnibus (*Eucharíſti*) bene merentes de omnibus; & alio loco, *Quæcunque* * *amabilia ſunt, hæc cogitate*. propriè ex Græco (*proſphile*) amicabilia, amata, & chara omnibus, licèt enim paſſiuè accipere, id ſe præſtare Paulus profitetur. 1. ad Cor. 10. *Ergo per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis.*

57
Rectum pro iucundo.
יָשַׁר

Rectum eſt in oculis g.

Iſa. 40. 3.

Pſal. 118. 128

Pſal. 44. 7.
בְּ מִישׁוֹר

Pſal. 22. 1.

Prou. 23. 31.

58
Iuſtus placere omnibus ſtudet.
Col. 13. 15.
εὐχάριστοι
Phil. 4. 8.
προσφιλῆ.
* Penſad como podreis hazer amiſtad, y dar guſto, y contento à todos.
1. Cor. 10. 33.

Sed Paulum ſibi ipſi obijciamus ſcribentem ad Galatas 1. *Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem*. Pro reſponſione non indigemus alio, quam ipſo Paulo explicatore; nã *hominem* vſurpat pro

Iuſtus non placet hominibus.

Gal.1.10.
par pro carnali, pro carne videlicet, & ſanguine, & pro iis qui non ſapiunt quæ ſunt ſpiritus Dei: his in cauſa religionis minimè acquieſcédum eſt, ſicuti & Paulus ipſe, vt vocanti Deo
Gal.1.16.
reſponderet, *non acquieui carni & ſanguini:* Neque *Chriſti ſeruus eſſet, ſi ſuæ genti* placere vellet, Chriſtum & euangeliū non agnoſcenti;
1.Cor.5.5.
anathemate ferit infideles, & hæreticos cum opus eſt; quamuis ex ea re in offenſionem multorū ſciat ſe deuenturum; terribilem ſe præſtat per epiſtolas, nā illius *epiſtolæ graues, & fortes,* qualis
2.Cor.10.10.
autem *verbo eſt per epiſtolas, talem ſe præſens in facto exhibet;* contriſtat etiam ſuos, nec illum *pœnitet,*
2.Cor.7.8.
ſed *gaudet* etiam: quare minimè mirandū, quòd impij grauiter de iuſto cōquerantur, & *grauem* ſibi eſſe etiā *ad videndum* proclament, propterea habito inter ſe conſilio ſic ſtatuant, *Circumueniamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis.*
Sap.2.15. v.12.
Septuaginta, *quoniam iniucundus eſt nobis*, quo etiam modo legunt Cyprianus lib.2. teſtimon. ad Quirinum
LXX.
Cypr. & Aug.
cap.14. Auguſt.17. de ciuitate cap.20. vox Græca difficilem, moroſum, & intractabilē ſignificat. Ergo viri iuſti lenitas illa, ſiue rectitudo, & ingenij facilitas, atq; ſuauitas ad aras vſque.

Iuſtus alijs placeto vſq; ad aras.

59

Ac timens Deum. Subiungit alteram, quæ erga Deum eſt, iuſtitiæ partem, Dei videlicet timorem, id eſt, pium & religioſum veri Dei cultū, & venerationem. Quod maximè obſeruādum fuit ſæculo corruptiſſimo idololatria, & veri, vniuſque Dei ignoratione. Latria autem, vt periti Græci, & Phauorinus in Lexico tradit,

Latria affert intenſionem timoris.
Phauorinus.

affert ſua ſignificatione vehementiam, & intenſionem timoris; quare ſapienter D.Thom debitum Deo honorem, & reuerētiam refert ad donum timoris. Neque vero hæc timoris ſignificatio inaudita eſt apud Latinos, cum Poeta dixerit: *[illegible]* Idem prorſus, quod *[illegible]*, quare frequenter in ſacro ſermone *timor*, eſt Dei adoratio, & cultus, Matth.4. *Deum tuum adorabis*, quod Deut.6. vnde id ſumptum eſt, habetur, *Deum tuum timebis.* Quoniam autem Dei religioſa veneratio, & cultus duo affert, & internam numinis reuerentiam, & externū cultum, ceremoniarumq; piarum obſeruationem; vtrunque timoris nomine ſignificauimus. Primum Pſal.1. *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore*, id eſt, horrendi numinis maieſtate, & excellentiam debito honore, & reuerentia proſequimini, veluti ſerui (ſeruitutem enim latria ex vi ſignificationis affert) ſed ita tamen, vt exultare coram illo poſſitis, beneque vobis de veſtra ſeruitute, & timore gratulari, eſt enim magnifica, & glorioſa ſerui Dei, & illius maieſtatem, numenque timentis compellatio, & magni cuiuſdam præmij ex huiuſmodi ſeruitute, & timore prouenturi ſpeciem efficit. Secundum vero Pſal. *Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo*, id eſt, iuxta ritum ceremoniarum, & præſcriptum legis obſeruandæ iis, qui templum adeunt te adoraturi. Hinc *timens Deū*, vel *timoratus*, pro legis obſeruatore, & religioſo cultore; & iunguntur quidem, *religioſus ac timēs Deum.* Actor 10. *Iuſtus* vero, *& timoratus*, Luc.2. Quod timor autem in lege naturæ, & in veteri potiſſimum, omnem cultum, & legis

D.Thom.2.2. q.19.art.9. & q.18.art.2.
Ouid.5.meta.
Timor, Dei cultus.
Matth.4.10.
Deut.6.13.
Quæ includat timoris nomen.
Pſal.1.v.11.
Pſal.137.2.
Act.10.2.
Luc.2.25.

60

Timor inclu[debat quon]dam omnem legis obſeruationem.

vniuerſæ obſeruationem ſignificaret, & comprehenderet, illa ratio eſt, quòd tunc timore peragebantur omnia, & veluti ſerui colebant Deum, pœnæ potiùs, & vindictæ declinandæ gratia, quam amore numinis: timebant nimirum ſibi, niſi timerent punientem Deum, legemque minantem. Quare Dauid dum penitus compreſſam hoſtium audaciam, & vel ſupplicio, vel terrore inflicto ab inferenda ſibi iniuria coercitos deſiderat, *Conſtitue* (inquit) *lex latorem ſuper eos, vt ſciant gentes quoniam homines ſunt.* Hier. iuxta Hebr. *Pone terrorem*, ſiue *timorem.* Idē nimirum cenſebatur, *lex*, aut *legislator*, quod, *terror* aut *timor*. Quare legem illam terrificam timorē appellabant, nominis huius rationem reddente Moyſe, Exod.20. *Cùm enim cunctus populus videbat voces, & lampades, & ſonitū buccinæ, mōtemque fumantem; & perterriti, ac pauore concuſſi ſteterunt procul dicentes Moyſi, Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur*, ait Moyſes ad populum: *Nolite timere; vt enim probaret vos, venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis.* Nec verò modò Lex, Deus etiam legiſlator *timor* dicebatur iuſtorū, *Iacob, & patris ſui Iſaac*, abſtracto illo nomine ſignificante non leuiter, ſed vehementer timendum illius numen. Sed iam lex gratię, & Deus ipſe, *Charitas*, nomine abſtracto, ſignificante Dei *immenſam charitatem, quā dilexit nos in Chriſto*; redamandumq; à nobis *ex toto corde, ex tota anima, & omnibus viribus*; quippe optimum, & indulgentiſſimum patrem non aſtantem, ſed ā filiis. *Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorū, in quo clamamus*, dulciſſimam vocem ingeminantes, ſuauiſſimeque ſonantē nationibus vniuerſis Hebræis, Græcis, Latinis, *Abba pater.*

Pſal.9.21.
Exod.20. à verſ.18.
Cur lex timore tradita.
Deus timor.
Gen.31.53.
1.Ioan.4.8.
Deut.6.5.
Matth.22.37.
Luc.10.27.
Rom.8.15.

61

Et recedens à malo. Explicuit proſecutionem boni, videlicet facere bonum, nunc alteram iuſtitiæ partem adiungit, quod eſt *declinare à malo.* *[illegible]* autem hic iuxta originale propriè eſt, rebellio quædam, & defectio à tota malorum cohorte, & peccatorum factione, & ſtatas inimicitias cum peccato gerere, hoſtiū inſtar inferentiū hoſtibus bellum; quo recedendi verbo, licet ab alia radice, ſignificatur rebellio, 3. Reg.12. *Receſſit Iſrael de domo Dauid* & 4.Reg. *Rex Moab receſſit à me; veni mecum contra eum ad prælium.* Quare etiam bellicum aliquid ſonat, quod è contrario Eccleſiaſticus dixit, cap.2. *Accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem.* Ille enim acceſſus ad factionem ſanctitatis ſit recedendo à malo; illud autem eſt virtuti, & pietati nomē dare, & Domino exercituum militare. Cum quo facit, quòd *ſtare*, ſit etiam, ſtationem ſuam ſeruare inſtar ſtrenui militis; *& præparare ſe ad tentationem*, ſit diligenter ſe comparare, vallare, atque ſepire ad ſuſtinendum impetū aduerſariorum, quod Paulus dixit Epheſ.6. *Accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo.* Et deinde: *State ergo ſuccincti lumbos veſtros.* Hunc autem à malo, ſicut ab hoſte receſſum, Paul. etiā expreſſiſſe videtur, Rom.12. odij nomine, *odientes* (inquit) *malum, adhærentes bono*, quo loco Chryſoſt. ait: *Malum nos habere Apoſtolum aduerſus nos. iubet*

Iuſtitiæ pars declinare à malo.
Pſal.33.36.
Quid recedere in factis.
3.Reg.12.19.
4.Reg.3.7.
Eccl.2.1.
Quid ſtare in factis.
Epheſ.6.13.
Rom.12.9.
Chryſ.hom.21 ſuper ad Rom.

habere inimicitiam, multum odij, multum belli. Atque illud præterea obſeruat vehemens quoddam mali odium ſignificari particula Græca (*apò*) propriè dicas, *valde abhorrentes à malo, longe recedentes,* non enim tantum valet ea præpoſitio *a*, vel, *ex*, ſed etiam *longè, procul.*

ἀπὸ

62 Quam etiã habet vim Matth. 7. * *Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem,* id eſt, procul recedite, neq; in eadẽ regione mecum habitate, id enim etiam ſignificat verbũ ipſum *apochorêo*, ſolum vertite; inter me, & vos, non modò murus interſit, ſed etiam longiſſimũ ſpacium, vt ſignificet nulla ratione *communicandum operibus tenebrarum*; procul *recedendum à tabernaculis impiorum; non ſtandum in via peccatorum*: atque illud frequenti oratione poſtulandum à Deo, *Vide ſi via iniquitatis in me eſt, & deduc me in via æterna.* Exemplum omnis ſanctitatis tibi proponitur Iob, ita *à malo recedens*, vt longè, lateq; ab iniquitate abfuerit: cumque eo etiam nomine cum ſcelere, & impietate immortales inimicitias ſuſceperit, regno ſe, & imperio digniſſimum præſtitit; cum de Rege Chriſto dictum ſit, *dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatẽ, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.* Oleum autẽ lætitiæ id dicebatur, quo rex vngebatur in die lætitiæ, Can. 3. die videlicet, quo coronabatur, & inaugurabatur in regnum.

Matth. 7. 23. * Deſuez indaos de mi, y de mi reyno. ἀποχωρέω. Epheſ. 5. 11. Num. 26. 26. Pſal. 1. 1. Pſal. 85. 11. Regno dign[us] qui malum odio habet. Pſal. 44. 8. Oleum lætitiæ quale. Cant. 3. 11.

AN REGNVM IOBI Deum quoque timuerit, & ad Eccleſiam pertinuerit?

36 *In lege naturæ fuêre multi, qui ad ciuitatem Dei pertinerent. Eccleſia quid: cur catholica.*

64 *Iobi lux, circumfuſa tenebris impiorum, omnia in hoc mundo confuſa, & permiſta.*

63

IObi ſingularis pietas, ſanctitas, religio nos in hanc dubitationem adducit, quale videlicet regnũ extiterit ſub rege ſanctiſſimo: cui, vt cumulatè ſatisfaciamus, vnum, aut alterum præmittemus. Primùm cum Auguſt. de ciuit. 18. c. 47. Sanctitatem Iob, manifeſto argumẽto eſſe, in lege naturæ, & extra Iſraëliticum populum fuiſſe, qui ad ciuitatẽ Dei, & ſpiritualem Hieruſalem pertinuerint probatę fidei, & ſanctitatis ciues. In hac nimirum ciuitate, *homo, & homo natus eſt in ea*; id eſt, quilibet poteſt eſſe eius ciuis, & indigena, qui leges ciuitatis, iuraque obſeruet; atque fidem, & ſanctitatem colat. Quid enim aliud eſt ſpiritualis Hieruſalem, quam Eccleſia, hominumque multitudo, quos verus Dei cultus, veraque cognitio in vnam ciuitatem conuocat, & coniungit? Cuius muri, atque mœnia erecta & ſuperſtructa ſunt *lapide angulari*, qui nõ ſolùm *vtraque*, id eſt antiquæ, & nouæ legis fideles in Eccleſiam vnam, *vnum effecit*, ſed ab Adamo quotquot fidem, & religionem veram tenuerunt, ſub eodem ſepto, eodemque domus Dei tecto continuit. Quippe Eccleſia Catholica, & vniuerſalis eſt, tum ob alia, tum quod vniuerſa tempora cõplectatur, id eſt, ab exordio mundi cõſtans perpetuo extiterit, ad finem vſq; conſtanter, perpetuoque perſeueratura.

Auguſtin. In lege naturæ fuêre etiã ciues ſpiritualis Hieruſalem. Quid ſit Eccleſia. Epheſ. 2. 20. Eccleſia vniuerſalis.

64

Secundùm, cum Orig. hom. 1. & D. Gregor. lib. 20. cap. 1. Iobi ſanctitatem mundo extitiſſe velut fulgentiſſimũ lumen; quippe iuſti *in medio nationis prauæ, atque peruerſæ* (vt ait Apoſtolus) *lucent, velut luminaria in mundo.* Sunt itaque nunc lumina circundata tenebris, tenebræ reſperſæ luminibus; impios intermiſti ſancti, pijs circumfuſi peccatores; confuſa omnia, & perturbata; & vt Aug. dixit, *perplexæ nunc ſunt duæ illæ ciuitates, inuicemque permiſtæ, donec vltimo iudicio dirimantur*: nunc triticum, & zizania in eodem agro *creſcunt vſque ad meſſem*: in eadẽ area grana frumenti nondum à paleis expurgata, vſque *ad ventilabrum*; in eadem *ſagena* mali, boniq; pariter piſces concluſi, vſque *ad electionem bonorum in vaſa ſua*, in eadem Aegypto commorantes aduenæ Iſraelitæ cum indigenis, vſque *ad exitum de populo barbaro*, Babylõe inter Chaldeos detẽti Hieroſolymitani, vſque ad cõuerſionem *captiuitatis*: in ijſdem paſcuis hœdi, agnique pariter verſantes, vſque *ad ſeparationem*; in eadem domo magni patrisfamiliàs *vaſa in honorem, & vaſa in contumeliam*, aurea, & argentea, lignea, atque fictilia, vſque ad *virgam ferream, quæ vaſa figuli confringat.*

Origen. Gregor. Philip. 2. 15. Auguſt. 1. de ciuit. cap. 35. Matth. 13. 30. Matth. 3. 12. & Luc. 3. 17. Matth. 13. 4[8]. Pſal. 113. 1. Pſal. 125. 1. Matth. 25. 3[2]. Rom. 9. 21. Pſal. 2. 9.

PARS PRIMA.

Huſitas impios atque infideles extitiſſe.

65 *Prima ſent. de Huſitarum infidelitate.*

66 *Iuſtorum lucrum ex impiorum perſequutione. Iob ab impijs multa paſſus.*

67 *Impiorum conuictus exitioſus.*

68 *Impij conantur iuſtos corrumpere. Non tangenda, quæ illorum ſunt, auditu, & viſu lædũt prauorum exempla.*

69 *Reges læduntur etiam impietate ſubditorum.*

70 *Miraculi inſtar bonum inter malos eſſe.*

IAm nũc de dubitatione propoſita Græci atque Latini conſentire videntur, non ſolùm Iob ex gentibus alienis à veri Dei cognitione, & cultu genus ducere, ſed regionem Hus pari etiam infidelitatis, & idololatriæ impietate aſtrictam fuiſſe: nihilo enim melioris conditionis Idumæis, cæteriſq; Arabibus Huſitas cenſent. Ergo in ea regione errores illos peruagatos fuiſſe oportet, quos tres illi viri Iobo affingũt, & quos à ſe Iob cõſtanter depellit, adorati videlicet Solis & Lunæ, & abnegatæ diuinæ prouidentiæ; ex quo facilis, & planus patefit aditus ad omnia ſcelera. Sententiam hanc pluribus explicuit Orig. appellans Huſitas, vniuerſoſque poſteros Eſau *iniuſtos, impios, profanos, infideles, obſcenos.* Chryſoſtomus qui Auſitidem concludit intra Arabiam, ait *corruptos omnes in Arabia fuiſſe, & nullum ibi non extitiſſe improbitatis exemplum.* Gregorius impios illos, quibus cum vixerit, ſignificatos ab ipſo Iob, illis verbis, cap. 30. *Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum*; multaq; ab iniquis illata ſuſtinuiſſe mala exiſtimat; proptereaque roſæ cõparat, quam pungunt ſpinæ circumfuſæ, puncturis licet ipſis ſuaue ſpirãtibus; quare ſicut fingitur ille Cupidinis frater Antheros, mutuus videlicet amor, & beneuolẽtia, ſine quo neq; cupido creſcere ad debitã hominis menſurã, neq; exultare in infantili ætate mutuis luſibus, & pueril[i]bus con-

65 Prima ſententia. Origen. hom. 1. Chryſoſt. in catben. Gregor. lib. 1. c. 1. & lib. 20. cap. 29.

66

bus confabulationibus lætus poterat; quippe ſolus, & parili ætate, ſocietateque deſtitutus; ſic ſanè neq; perfectus vir eſſe poſſe videatur, qui fratrem non habeat, cum quo creſcat pariter; ſed non ſicut ille amor mutuũ amorem, & beneuolentiã; ſed odium potiùs, & inimicitiam, vt cũ his *qui oderunt pacem, ſit pacificus*; & inter eos viuat, *qui retribuunt mala pro bonis, quoniam ſequitur bonitatem*. Ille ergo renuit eſſe Abel iuſtus, qui Cainum fratrem habere renuit fratris oſorem, & fraterni ſanguinis effuſorem ſæuiſſimum. Iſaac eſſe non vult, qui Iſmaelem fratrem perſequutorẽ habere recuſat; Non Iacob *princeps cum Deo*, qui germanus eſſe nolit profani Eſau, nunquam non fraternam cędem anhelantis; neque Ioſeph erit, cui non fuerint fratres plures (non vnus modò) qui *ſemper illum oderint*. Propterea Iob ad tam excelſum creuerit ſanctitatis faſtigium, quòd *frater draconum* fuerit mortiferum vbique in illum malitiæ, & inuidiæ virus iaculantium. Cuius rei non obſcurum argumentum eſt, quòd data occaſione, virus in Iobum cóceptum euomuerint ſui ipſi ciues, *deridentes, abominantes, longe fugientes, & minimè verentes in illius faciem ſpuere*, cap. 30. v. 1. 9. 10. *opprimentes* etiam nemine opitulante, v. 12. 13. 14. ſe etiã odio habitum teſtatur, cùm cap. 31. ait: *Si gauiſus ſum ad ruinam eius, qui me oderat*, &c. Eandem Gregorij mentem habuiſſe videtur Origenes, qui Iobum inter Huſitas conſtitutum appellat, *columbam inter rapientes aquilas, agnum in medio luporũ diripientium; inter tribulos lilium Abrahamo perſimilem, qui eruditus in medio Chaldæorum idola colentium, eductuſque eſt de Vr* (de flamma & igne exardeſcétis perſecutionis) *Chaldæorum*. & argutè illud obſeruat videri aduerſus Satanam apoſtatam, illa verba directa & contorta *vir erat in terra Hus*. Nam qui *in terra ſanctorum iniqua geſſit, & de cælo cecidit cùm Lucifer eſſet, & in ignem æternum coniectus eſt, qui in medio lapidum ignitorum ambulâras*, non poteſt nõ acriter vulnerari, penituſque transfigi propoſito hominis exemplo, qui in terra Hus videlicet impiorum, ibidem natus, ibidem alitus, & educatus fuit *vir ſimplex, & rectus, & timens Deũ, & recedens à malo*; nunquam à bono deficiens, nunquam ab officio diſcedens; nihil mali, nihil vitij ex impiorum conuictu quaſi contagione contrahens. Quare niſi Huſitæ impij, & infideles fuerint, non videtur magna Iobi laus, rectum, & ſimplicem fuiſſe. *Neque enim* (ait Gregor.) *valde laudabile eſt, bonum eſſe cum bonis, ſicut enim grauioris culpæ eſt inter bonos bonum non eſſe, ita immenſi eſt præconij bonum etiam inter malos extitiſſe*.

67 Quis enim neſciat ex impiorum conuictu ſummum periculum ſanctitati creari; prauis exemplis ſępè, multumque lædi, non raro etiam vinci, & opprimi? nonne *commiſti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum?* Ea verò commiſtio qualis ſit, ex vini cum aqua temperatione commodè intelligi poterit; eſt enim ab Iſa. dictũ, *Vinum tuum mixtũ eſt aqua*; ſicut enim vinum aqua dilutum languet, friget, decoloratur, odorem amittit, tandem euaneſcit; non aliter ex impiorum familiaritate languet, friget, decolor, & acida redditur pietas; ſui commiſtioni faciendæ, & adulterandæ, cauponandæque virtuti nunquam non inuigilat calidiſſimus ille caupo dæmon, ſui ſemper quæſtus, noſtri diſpendij, damniq; diligentiſſimus procurator.

68 Neque modò feruentioris, purioriſque ſanctitatis vinum corrumpere & diluere ſtudet iniecta familiaritate impiorum, ſed eam mentem impijs omnibus inijcit, vt pelliciant, inuitentque iuſtos, quos apud ſe habent (ne quis ſe ab illorum viuédi ratione abſtineat) ad impuriſsima Babylonis pocula, turpeſque compotationes & turbidum, fœculentumque fœdiſſimarum vinum voluptatum: grauiter, nequiſſimum hunc dolum ferente Deo, grauiter etiam conquerente, Amos 2. *Suſcitaui de iuuenibus veſtris Nazaræos, & propinabatis Nazaræis vinũ*. à quibus, videlicet abſtinentiam diſcere debuiſſetis; illos veſtro vos exemplo, conſilijs, violencia oblato etiam poculo, & propinato vino, ad veſtræ ebrietatis, & vitæ impuriſſimæ imitationem conuertere ſtuduiſtis. Ergo tam difficile eſt bonum, iuſtumq; inter malos eſſe, vt ille tantùm fœlix, *beatuſque* eſſe poſſe Dauidi Regi viſus ſit, non qui inter improbos non vixerit; Sed *qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit*. Id eſt, qui tam diſceſſerit ab impijs procul, vt non ſolùm non excipere auribus conſilia, voceſque impiorum, ſed neque poſſit tangere, quæ ad illos pertinent, non ſedem, quam illi ſemel occupârint; non viam, quam illi calcauerint; non veſtem quam illi tetigerint, quamuis nunquam induerint; (propterea enim caſtus Ioſeph reliquit pallium in manu fœminæ turpiſſimæ, quòd, vt obſeruauit Hieron. contactu impuriſſimæ manus, contagione peſtilenti contaminatum eſſet:) non accipere illorum etiam ſpóte oblatum auxilium ad operarum laborem minuendum; exemplo Zorobabelis, & populi Principum, 1. Eſdr. 4. qui idololatris dicentibus, *ædificemus vobiſcum, quia ita, vt vos, quærimus Deum veſtrum; reſponderunt: Non eſt nobis, & vobis vt ædificemus domum Deo noſtro, ſed nos ipſi ſoli ædificabimus*. Quid, quòd etiã impiorum nomen ſumptum ore, & verſatum lingua lædere hominis animum poteſt? Eapropter ſic apud ſe ſtatuerat Dauid; *Nec memor ero nominum illorum per labia mea*. Quare quæ actione, quam vocant Phyſicam, lædere non poſſunt hominem, ſi ad impiorum familiaritatem & conuictum referantur, *bonos corrumpere mores* potentia ſunt; qualia ſunt *colloquia mala*, atque adeò etiam tacentem excipere eorum voces exitioſum eſt, in quam rem id Pſalmi. 140. *Non communicabo cum electis eorũ*, ita à Chaldæo explicatum eſt, *non ſuſtentabor cantilena domus conuiuij eorum*. Si illorum videas exempla improbitatis (mirum) tuis ipſis oculis faſcinaberis; minimum, ſi te nimium geſſeris cautè & ſanctè, cruciaberis acerbiſſimè. Tantùm audi Apoſtolum Petrum, rem hanc verbis grauiſſimis, grauiſſimoque exemplo confirmantem. *Iuſtum* (inquit) *Loth oppreſſum* (opprimitur nimirum inter improbos virtus) à *neſandorum iniuria* (vexant etiam contumelijs omnibus pietatem impij) ac

Left margin: Pſal. 119. 7. / Verſ. 4. / Geneſ. 21. & Galat. 4. / Verſ. 29. / Gen. 27. v. 41 & 42. / Oſea 1. 2. / Gen. 37. / Orig. / Gen. 15. 7. / Iſa. 14. 12. / Ezech. 28. 14. / Impiorum ſocietas exitioſa. / Pſal. 105. 35. / Iſa. 1. 22. / Pietas cum impietate coniuncta.

Right margin: aliquando euaneſcit. / Impij conantur pios ad ſe conuertere. / Apoc. 17. 4. / Amos 2. 11. / Difficile bonũ inter malos eſſe. / Pſal. 1. 1. / Gen. 39. 12. / Hieron. / Eſdr. 4. 2. / Pſal. 15. 4. / 1. Cor. 15. 33. / Pſal. 140. 4. / Chaldæus. / Prauorũ exemplorũ vis, atque virus. / 2. Pet. 2. & v. 7 illuſtratur bona ex parte.

pij) *ac luxurioſa conuerſatione eripuit* (videlicet redemit quaſi ex ſeruitute; nam iniuſtitia iuſtitiam detinere, & conſtringere, veluti captiuã nititur) *Aſpectu enim, & auditu iuſtus erat*, (nam quæ ille videbat, quæ audiebat, grauiſſima, & moleſtiſſima illi erant) *habitans apud eos, qui de die in diem* (ſingulis diebus, quotidie quotidianis exemplis improbitatis) *animam iuſtam iniquis operibus cruciabant*, (quippe non aliter quàm iudex cruciatibus, tormentiſque extorquere ſolet à reo admiſſi ſceleris confeſſionem, ita prauum exemplum hominem excruciat ad abnegandam pietatem, & vitæ honeſtatem deſerendam.) *Nouit Dominus pios de tentatione eripere*, id nimirum eſt diuinum quoddam, & immortale Dei beneficium, clariſſimum etiam diuinæ beneuolentiæ argumentum, iuſtum de medio impiorum, qui pietatem perdere tentant, educere, quauis exilio, quamuis morte faciat; ſicut ſcriptũ eſt, *Henoch placens Deo factus eſt dilectus, & viuens inter peccatores tranſlatus eſt; raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animã illius. Propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum.*

Dei beneficium de impiorum ſocietate hominem eripere. *Sap. 4. 10.*

69 Sed quantumuis (inquis) hæc veriſſima ſint, Rex tamen, aut Princeps non verſatur in magno diſcrimine, cum impijs licèt conuerſetur, non enim tangi, lædive poterit prauis ſuorum moribus, & exemplis. Quare minus iam miranda fuerit Iobi Regis pietas: Minime vero, nam non ſolùm caput in reliqua membra influit, ſed etiam, vt medici docent, alijs membris ægrotantibus conſentit, & parem ægritudinem participat; præſertim ab ſtomacho, in quem humores praui, ſordeſque ciborum omnes coguntur. Quare ſicut caput, ita Rex per conſenſum patitur nocumentum, quemadmodum ex rege illo intelligi poteſt, qui ſatraparum ſui regni conſilijs, & voluntati ita conſentiens erat, vt nullam aliam ablegati à ſe Dauidis rationẽ redderet, quàm illam: *Rectus es tu, & bonus in conſpectu meo, ſed ſatrapis non places, reuertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos ſatraparum.* Neque vero de regni tantùm proceribus; de tota plebe, & ignobili vulgo dictum eſt ab Hoſea. *Tranſire fecit Samaria Regem ſuum, quaſi ſpuma ſuper faciem aquæ.* Rex enim populo in idololatriam procliui, atque præcipiti placere volens, vſque ad ipſas aras idolorum, vitulos erexit: cumque populus tanti ſceleris non modò nõ pœnitens, verùm etiam cupidus, atque ſuſceptor improbo Regi minime repugnaret, ſed potiùs lubens aſſentiretur, tum ſui Regis, tum regni totius exitij cauſa extitit, ſic *tranſire* (propriè excidi, perireque) *fecit Regem ſuum, ſicut ſpumam* ſupernatantem; nam *aquæ multæ, populi ſunt; ſpumam* autem non ſolùm ventus diſpergit, verùm etiã aqua in ſeipſam
70 illam conuertit, penituſque conſumit. Omni ergo ex parte mirabilis iam fuerit Iobi pietas & Dei timor integer, & illæſus in medijs turbis infidelium, & numinis contemptorum, & perſimilis miraculis illis omnium ſermone celebratiſſimis, Danieli inter ſæuiſſimos leones ſoſpiti & incolumi; Ananiæ, Azariæ, Miſaëli ambulantibus in medio flammæ, laudantibus Deum, & benedicentibus Domino; Rubo igne toti perfuſæ, & ad ſpeciem ardenti, ſed minime combuſtæ, Iſraelitis maris alueo imprimentibus ſicco pede veſtigia; Heliſeo vati nihil damni perferenti ab equorum, curruum, & roboris exercitus Regis Syriæ obſidione; atq; cum hoſtibus ſuis pariter gradienti. Rarũ hoc, ſicuti & miracula, & cuius exempla vix pauca inuenias; vnum reliquit Tobias: *Qui in captiuitate poſitus viam veritatis non deſeruit, & cum irent omnes ad vitulos aureos, hic ſolus fugiebat conſortia omnium; & cum omnes ederent ex cibis gentilium, iſte* * *cuſtodiuit animam ſuam, & nunquam contaminatus eſt in eſcis eorum.* & alterum in tribus illis viris ſanctiſſimis inueniri poſſe fortè ſignificatum eſt illo Ezechielis loco, *Si fuerint tres viri iſti in medio eius*, (videlicet terræ, quæ peccauerit & præuaricans præuaricauerit) *Noe, Daniel, & Iob, ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas.* Simillimi namque extiterunt pietate inter impios conſeruata, ſicut enim Iob inter Idumæos *Deũ timuit, & receſſit à malo*, Sic Daniel etiam *propoſuit in corde ſuo ne pollueretur de menſa Regis, neque de vino potus eius*, abſtinens à profanis, communibuſque cibis, quibus alij pueri Regij veſcebantur, & propter eximiam ſanctitatem, & ſingularem pudicitiam de medio ſæuiſſimorum leonum illæſus euaſit, miraculo ſignificante illæſam pietatem in medio Chaldæorum impiiſſimorum; tandemque. *Noë vir iuſtus atque perfectus* * *in generatione ſua*, ſæculo videlicet corruptiſſimo; *Omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram.* Proptereaque dictum eſt ab Ezech. *Si fuerint tres viri iſti in medio eius.* quòd Iob, pariter, ac Noe, & Daniel in medio infidelium & improborum vixerit; ideo etiam prædicatur receſſiſſe à malo, *quod in circuitu eius impij ambularent.* Iobi ergo regnum, neque Deum timuiſſe, neque ad Eccleſiam pertinuiſſe, videri poteſt ex dictis abunde confici.

Princeps ſubditorum ſceleribus conſentiens.

1. Reg. 29. 6. & 7.

Oſea 10. 7.

Apoc. 17. 15.

Miraculi inſtar bonum inter malos eſſe.

Tob. 1. 5.

* Hiſp. propriè Guardo la boca.

Ezech. 14. v. 14.

Dan. 1. 8.

Dan. 6.

Gen. 6. v. 9.

* Hõbre ſancto ſien ſu tiempo lo vuo

ALTERA PARS VERIOR.

Huſitarum fidẽs, & religio probatur.

71 *Statuitur fides, & religio regni Iob.*
72 *Traditio veræ religionis. Quidam ex gentibus, religioſi & pij, non minùs quam Iſraelitæ.*
73 *Regna, Regiaſque vrbes in lege naturæ Deum coluiſſe, explicatus bona ex parte locus Gen. 20.*
74 *Rei ſuperioris confirmationes, & exempla.*
75 *Pij Principis officium, quid Lac, Mamilla, Nutritius, Diſpenſator quid.*
76 *Regis & Sacerdotis munus, locus Geneſis illuſtratur.*
77 *Exemplorum, quæ Princeps præbet, efficacitas.*

71 QVi Huſitarum regnum ſub Rege ſanctiſſimo impium, & infidele aſſerunt, atque ex eo celebrant pietatem Iobi, exiſtimare vidẽtur plus apud Regem valere ſolitum ſubditorum exemplum, quàm Regis vitam, & morum diſciplinam apud ſuos. Quod cùm verum eſſe non poſſit, aliter videtur de propoſita dubitatione ſtatuendum; neque Iobum, dum floreret in regno, odio habitũ à ſubiecto populo,

Iob imperauit fidelibus, & veri Dei cultoribus.

neq; perſecutionem ſuorum, malive quicquã ſuſtinuiſſe; imò verò ſumma omnium beneuolentia & obſeruantia ſuſceptum & cultum; nec non illius regnum aut ſaltem vrbem regiã veræ fidei, & veræ religionis cultricem fuiſſe, proptereaq; pertinuiſſe ad Eccleſiam. Rei huius probatio, coniectura potius, non omnino leuis peti poteſt ex his quæ ſequuntur.

72 Primò; (quod & aliarũ probationum fundamentum ſit) nam licèt vera Dei cognitio, atque religio à Noë vſque ad Heber; & ab Heber vſque ad Abraham, a quo ad Iſraelitas, quaſi per manus tradita permanauit; ſed tamẽ ante inſtitutam Synagogam, & Legem traditam, in Lege etiam, & populi Dei republica fundata, & conſtituta non fuit vera religio, & Dei cognitio vni tantum populo adſtricta; nam licèt antiquus ille tãtum cognominatus eſt Dei populus, peculium, acquiſitio, propter peculiarẽ quam illius gerebat curam, peculiareſq; leges & cęremonias traditas, tamen licèt nõ eadem lege, eadem tamẽ veri Dei cognitione & reuelatione vnius mediatoris Dei & hominũ, aut diuinitùs, aut per doctrinam accepta, potuerũt non pauci inter gentes pares eſſe pleriſq; ex populo Dei; atque adeò nõ ſolùm priuati quidam homines, ſed integra aliqua reſpublica, & populus cum ſuo Rege & capite verum Deum agnouiſſe & coluiſſe. Quam rem docuiſſe videtur Augu. 12. de ciuit. cap. 47. ſic ſcribẽs: *Nec ipſos Iudæos exiſtimo audere contendere neminem pertinuiſſe ad Deũ præter Iſraëlitas, ex quo propago Iſraël cæpit eſſe, reprobato eius fratre maiore; populus enim re-vera, qui propriè Dei populus diceretur, nullus alius fuit, homines autem quoſdam nõ terrena, ſed cæleſti ſocietate ad veros Iſraëlitas ſupernæ ciues pertinentes etiam in alijs gentibus fuiſſe negare non poſſunt; quia ſi negant, facillimè conuincuntur de ſancto, & mirabili viro Iob, qui nec indigena, nec proſelytus, id eſt, aduena populi Iſraël fuit, ſed ex gente Idumæa genus ducens, ibi ortus, ibidem mortuus eſt.* Hoc loco Augu. quamuis ſingularis hominis exemplũ protulerit, non tantùm ſenſit ſingulares quoſdam homines iuſtos eſſe potuiſſe præter Hebræos, quippe hoc iam docuerat ſuperioribus, libr. 11. & 15. Eccleſiæ initia progreſſuſq́. deſcribẽs; ſed illud proculdubio docet, gentem aliquam, aut populum, quàuis non diceretur propriè Dei populus, Deũ agnouiſſe, & religioſè coluiſſe: tum etiã loquitur poſt Dei populum, & rempublicam à reliquis gentibus ſeorſum inſtitutam, cùm erat, atque prædicabatur: *Notus in Iudæa Deus*; non ſolùm propter veram atque ſupernaturalem Dei cognitionem, ſed propter peculiarem aliam ex legibus, præceptis, reuelationibus, prodigijs, & miraculis frequentiſſimis, quaſi experiẽtia quadam collectam, vt indicarunt Theodor. & Baſil. *Ne Iudæi omnibus noti* (vt Auguſt. dixit in huius Pſal. præfatione) *glorientur, & inſultent gentibus, quibus Deus non diceretur notus* Non loquitur itaque Auguſtin. de prioribus ſæculis, quibus nulli Dei populo alligata vagabatur Dei agnitio, & cultus.

Gen. 10. 21.
1. Parał. 17.
Traditio veræ religionis.
Exod. 19. 4.
Pſal. 114. 2.
Aliqui ex gẽtibus pares Iſraëlitis.
Auguſtin.
Promitur Auguſtini locus
Pſal. 75. 1.
Baſil. & Theodor. ſuper Pſal. 75.

73 Secundò, nam alia etiam regna, aut regias vrbes tunc ferme temporis ſub iuſtis, Deumq; timentibus regibus pie, & fideliter Deum coluiſſe veroſimile eſt; vt de Gerara, & eius Rege Abimelech, exiſtimare oportet, ex circumſtantijs explicatis, Gen. 20. Primò, quòd non voluerit Saram priùs coniugem, quàm intellexiſſet eſſe ſolutam viro, & ſororem Abrahami; nam Dei & religionis contemptores Reges, *Videntes filias hominum, quòd ſint pulchræ, accipere ſolent ex omnibus*, nullo vxorũ, aut alijs viris deſponſarũ habito delectu, *quas eligunt*. Secundò, quòd familiariter loquebatur Deus Regi: familiariter reſpondit etiam Abimelech, atq; ſubmiſſè, ſi quid peccaſſet, deprecatus eſt Deum agnoſcens, & religioſè compellans, *Domine*, in Heb. *Domine mi*, quam lectionem retinuerunt etiam vulgati quidam codices. Tertiò, quòd fidenter appellat ſuos, *gentem iuſtam*, & non niſi per ignorantiam peccaturam; ſe verò ipſum ſimplici corde, & mundis manibus, cui etiã munditiei manuum ipſe Deus atteſtatus eſt. Quòd non videtur in hominem idololatrię impietate contaminatum conuenire poſſe. Quartò, quòd poſtquã expoſtulaſſet Abimelech cum Abraham, *quid feciſti nobis, quid peccauimus in te, quia induxiſti ſuper me, & ſuper regnum meũ peccatum grande?* ſubiecit* *Quid vidiſti vt hoc faceres?* Q. d. nihil in meis ciuibus videre potuiſti, aut iniquum, aut impium, quod te in hanc neceſſariò ſimulationem compelleret. Reſpondit Abraham; *Forſitan non eſt timor Dei in loco iſto* (rectè Septuaginta, *Theoſebia*, Dei cultus) *& interficient me propter vxorem meam.* planè videtur ſignificare nondum fuiſſe ſibi cognitam eius regni, & loci religionem & pietatem.

Abimelech fidelis & pius.
Geneſ. 20.
magna ex parte explicatur.
Gen. 6. 2.
* Quæ viſtis enim, o enim gente para vſſat de elie ter mino.
LXX.
Θεοσέβεια.

Sed oppones eum locum non per dubitationem, ſed per aſſertionem debere legi. Pagn. *Verè non*; in theſauro, *profectò non eſt timor Dei in loco iſto.* Vatab. in annot. *certè non eſt timor; id eſt, huius loci homines non timent Deum.* Onkelos, *vtique non eſt timor Dei.* Forſterus, Caietan. Regia, *ſolùm*, vel *tantùm non eſt timor Dei*. Quaſi diceret, hoc ſolùm vidi, vel cogitaui apud me, quo etiam modo particulam originalem (*RAK*) ſæpè vertit vulgatus per particulas excluſiuas, Geneſ. 14. v. 24. Deuter. 3. 11. Ioſue 1. 17. *Tantùm ſit Dominus Deus tecum.* Reſpondeo, cum ſub illa particula, & tota ſententia latere ſenſum, quem noſter interpres ſapienter expreſſit; quippe nullus alius quadrat, & argumento eſt contenſus Septuaginta. *Fortaſſè non eſt Dei cultus.* Chaldæus in Biblijs regijs. *Forſitan*, Tygurina; *Fortaſſis non viget timor Dei in loco iſto.* Et quidem hoc etiam modo particula (*Ach*) quæ alteri eſt ſynonyma vertitur Pſal. 138. *Forſitan tenebræ conculcabunt me.*

Obiectio.
Pagn.
Vatab.
Onkelos.
Forſterus.
Caiet.
Regia.
רק
Ioſue.
Reſpond.
Chald.
Tygurin.
אך
Pſal. 138.

Quintò, quòd vt pium decebat Regem, & Dei cultorem, inuitat ſanctum Abrahamum, vt quam maluerit regni ſui Deum quoque colentis ſedem, & habitationem deligat, *Terra* (inquit) *coram vobis eſt, vbicunque tibi placuerit, habita.* Cum tamẽ in re prorſus ſimili Pharao Rex à veri Dei religione alienus iuſtum Abraham exegerit tota Aegypto, honorificè licet; *Præcepit Pharao ſuper Abraham viris, & deduxerunt eum, & vxorem illius, & omnia quæ habebat.* quare Theodoretus quęſt. 62. in Gen. ait, Abimelech probiorem fuiſſe Pharaone. Addit etiã quæſt. 64.

Gen. 12. 20.
Theodor.

Abraha-

Abrahæ temporibus fuiſſe viros pios; idque conſtare ex Melchiſedech & Abimelech, & Hebronitis; nam hi Patriarcham magnoperè venerati ſunt: cum enim pro ſepelienda vxore peteret à Kananæis ius ſepulchri, reſponderunt filij Heth, dicentes: *Audi nos Domine, princeps Dei es apud nos, in electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuum tuum.* Theodor. cum Septuaginta. *Rex à Deo tu es in nobis.* Quaſi diceret, pro Rege, & Principe diuinitùs nobis cóceſſo te volumus, aut te habemus; neque verò impius populus iuſtum, & fidelem virum vellet regnare ſuper illos.

Gen.23.11.
Theodor.
LXX.

74 Eiuſdem confirmatio eſt, idem de Amorrhæis exiſtimaſſe Theodoret. in quem ſenſum aduocat id Geneſ.15. *Nondum impleta ſunt peccata Amorrhæorum*, nondum (inquit Theodor.) *exitio digna perpetrârant; non decet autem ante peccatum ex præſcientia pœnam infligere*; ſubiungens illis temporibus extitiſſe viros pios. De regno verò Salem (ſiue eadẽ fuerit quæ Ieruſalem, ſiue quædam alia vrbs regia, cui imperauerit Melchiſedech, *Rex iuſtitiæ ac Sacerdos Dei altiſſimi*) aliter apud me ſtatuere non poſſum, quam fidele, & religioſum regnum extitiſſe. Cum enim Rex ipſe, & ſacerdos pariter, Deo verò ſacrificia ſui populi offerret, nullas alias habebat Idolorum aras, aut templa, nullam falſam religionem. Idemque tandẽ conſtanter aſſeri oportebit de S. Iobi regno, cum ex ſupra dictis fuerit *rex iuſtitiæ*, ex dicendis verò etiam *Sacerdos Dei altiſſimi*. Vide Geneb. in Chronol. exiſtimantem temporibus Patriarcharum atque Iobi ætate, pleroſque Chananæorum ad Eccleſiam Catholicam pertinuiſſe; tum etiam Arabes, à quibus liber Iob acceptus eſt, indeque à Moyſe tranſlatus; filios præterea Loth in Moab, & Amon; & Eſau in Idumæa, vt qui circũciſionem, & ritus Abrahami retinerent. addit etiã nondum defeciſſe ab eccleſia Meſopotamios, apud quos prophetabat Balaam. Neque Madianitas, apud quos Sacerdotij munere Iethro fungebatur. Deum quoque cultum in Aethiopia à filijs Abrahæ ex Cetura; in India à poſteris Iectan, qui & circumcidebantur; in Aſſyria à Niniuitis vſque ad Ionam.

Theodor.
Amorrhæi quondam fideles, & pij.
Gen.15.16.
Regnũ Melchiſedech fidele.
Genebrar. in chronol. ann. mund.2235.
Chananæi pertinentes quondam ad Eccleſiam.
Arabes filij Loth.
Meſopotamij.
Madianitæ.
Aethiopes.
Niniuitæ.

75 Tertiò ex teſtimonio Eliphaz, cap.4. idem conficit videtur; *Ecce docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti, vacillantes confirmauerunt ſermones tui, & genua trementia confortaſti*, quòd manifeſtè pertinet ad veræ fidei, & doctrinæ ſanæ inſtructionem; tum etiam ad pietatis officia, quibus ſubiectum ſibi populum informabat, vt eo loco dicemus. Id porrò ſancti Regis, principiſve munus proprium eſt; eiuſmodique futuros in Chriſtiana eccleſia pijſſimos principes, qui vita, conſilijs, verbo ſuorum fidem, pietatemq; promoueant, Iſaias pollicetur, *Mammilla Regum lactaberis.* Quis porro neſciat lac ad doctrinam referri, qua teneræ fidelium mentes in fide & pietate nutriuntur & creſcunt, dicente Paulo: *Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi.* & Petro, *Rationabile, & ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem.* Conſequens verò ex hac Regum doctrina ſubiungit vates, *& ſcies quia ego Dominus ſaluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.* Sic videlicet proficies in me cognoſcendo, atque timendo. Neque modò fideles ex Regum pietate, & fide exugunt fidei, & pietatis incitamenta, ſed in ſemel concepta ſanctitate confirmantur, eriguntur, manu ducuntur, brachijs etiam geſtantur, ne cadant, neve offendant in viarum diſcrimina; eodem vate dicente: *Erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ.* Porrò nutritij nomen ab illius fide, ſeu fidelitate dicitur, cui puer educandus, atque inſtituendus committitur; aut ab eo, qui officium, munuſve aliud quale eſt œconomi, fideliter adminiſtrat: id enim ſignificat radix (*Amen*) fidum, aut fidelem eſſe, & cui credi aliquid, committique iure debeat, vti conſtat ex eo, quod Eſther 2. dicitur Mardochæus *nutritius Eſther*, non ſolùm educator, ſed etiam tutor, atque curator. Idem verò nutritij officium tunc Paulus explicat per miniſtrum, & œconomũ fidelem, cum refert ad *diſpenſationem myſteriorum Dei*, & puræ lacteæque doctrinæ prædicationem. *Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei: hic iam quæritur, inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur.* Ergo Reges nutritij ſunt, atque diſpenſant fidelibus myſteria Dei; non quòd vſurpare vlla ratione debeant Sacerdotum miniſterium, quorum eſt *paſcere verbo*, & verbi interpretatione *gregem*, qui in illis eſt; ſed quòd illorum etiam pietati, & fidei committatur regnum inſtituendum in fide, & ad pietatem excitandum. Quam igitur fideliter, & ſolicitè exiſtimare oportet Iobũ Regem ſanctiſſimum nutritij, & diſpenſatoris *myſteriorum Dei* munus, apud ſuos præſtitiſſe? Vis etiam magis priuatam, magiſque domeſticum officium veriſſime in Regibus agnoſcere? certè *Simile eſt regnum cælorum*, atque Reges Eccleſiæ ſimiles *fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.* namque Regum, & principum pietate, quaſi in ſubditorum animis abſcondita, fermentatur totum Regnum. & diuino Spiritus igni præparatur. Tres profecto Orientis Reges in recens nati Chriſti fide inſtructi, atque edocti, velut tria fermenti fruſta, ad tria ſua Regna redierunt, quòd ſinguli non ſatis farinæ ſingulis, ſed ſingulis Regnis fermentandis, & ad veram fidem, & religionem adducendis ſatis eſſent.

Iob 4. v.3.
Sancti Principis officiũ quod.
Iſa. c.60.16.
Lac, & mammilla in ſacris.
1.Cor.3.2.
1.Pet.2.2.
Iſa.49.23.
Nutritij nomen vnde ductum.
אמן
Quis nutritius & diſpenſator apud Paulum.
1.Cor.4.2.
Reges pii ijdem nutritij ſubditorum.
Rex, & princeps fermento ſimiles.
Luc.13.21.
Matth.2.
Tres Magi fermẽto ſimiles abſcõdito in farinæ ſatis tribus.

76 Quarto, nam ſi Sacerdotis miniſterium cum regio iungatur, nihil erit, quod ad ſubditorum in fide, & pietate inſtitutionem deſiderari poſſit amplius. *Legem enim requirent de ore eius.* de manibus verò, & poteſtate qua fungitur, obſeruationem & executionem legis, præmium obſeruatoribus debitum, tranſgredientibus ſupplicia digna; tum præterea de illius vita, & moribus requirent benè viuendi exempla. Nam cùm proprium Sacerdotis munus ſit docere, certè Regis etiam eſt, vt præluceare ſubditis obſeruatione legis, cum de illo ſcriptum ſit: *Poſtquam ſederit in ſolio Regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecum, legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire*

Malach.2.7.
Quid de ore quid de manibus & moribus principis requirendum.
Deut.17.18.

verba, & ceremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt. Quorſum enim in ſublime euehatur princeps, ponaturque *ſuper candelabrum,* niſi *vt luceat omnibus, qui in domo ſunt?* Quorſum Rex ſit *ciuitas ſuprà montem poſita,* niſi vt ſuos intra ſuos muros, ſuoſque mores contineat? Quorſum idem Rex, & populi princeps, *lux mundi,* & ſol quidam ſit, niſi vt ipſo exoriente, atque affulgente diſpareant tenebræ, & expergefactus homo, excitatuſque exeat, *ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam?* Iam ergo Iob Rex, paritérq; Sacerdos ſuis ita præluxit, vt ignorantię, & infidelitatis tenebras veriſſimæ doctrinæ ſplẽdore ex ſuo regno diſpelleret. Certè propter Sacerdotium, & publicum miniſterium Abraham quoque in id incumbebat, vt non ſolùm numeroſam vernaculorum turbam, ſed alios quoque pro temporis & loci occaſione natâ, verbo, & prædicatione ad veram fidem, & religionem adduceret: adductos verò ne deficerent, ſecum etiam duceret. nam egrediens de terra ſua: *Tulit Sarai vxorem ſuam, & Loth filium fratris ſui, vniuerſamque ſubſtantiam, quam poſſederant, & animas, * quas fecerant in Haran. & egreſſi ſunt, vt irent in terram Chanaan.* quem locum ſic legit Onkelus. *Et animas quas ſubiecerant legi in Haran;* nam Hebręi docent Abrahamum viros, Saram verò fœminas inſtituiſſe in vera Dei religione. Quare illorum *animas feciſſe,* id eſt, illos Deo, & eius præceptis procreaſſe, & genuiſſe dicuntur; tum etiam *feciſſe* quaſi ſacrificaſſe, & Deo obtuliſſe per conuerſionem ad verá religionem dici poſſunt, aut *feciſſe,* id eſt, acquiſiuiſſe, & comparaſſe Deo & eius cultui: aut cógregaſſe, & redegiſſe ad fidelium Eccleſiam. Hæc enim omnia cadere poſſunt in propriam ſignificationem verbi *faciendi,* quod in fonte eſt, *Ghaſa.*

Tandem, quòd incredibilis ſit in vtranque partem, quæ à Regibus ſumuntur, exemplorum vis, vt non modò facilè, verùm etiam efficacitate, & neceſſitate quadam ad religionis morumque principis imitationem animi ſubditorum agantur; non aliter, atque vmbra corpus ſequitur, & illud refert, à quo expreſſa, & effecta eſt; ſi corpus rectum, ſi curuú ſit, ſi ſtet, ſi moueatur, in vmbra ipſa expreſſum videbis, *mouetur* videlicet *cũ principe mobile vulgus;* fruſtrà tentabis vmbram commouere immoto corpore fruſtra inflectere, ſi illud ſtet rectum, fruſtra ad rectitudinem adducere, inflexo & recuruo illo. Non aliter mare, quamuis tranquillum ſit, ventorum vi agitatur, quàm commouetur vulgus vita, exemplo, verbo, & ſpiritu poteſtatem habentis. *aquæ,* videlicet *multæ populi ſunt;* princeps verò aut magiſtratus *Spiritus* eſt apud Eccleſiaſten, & *Ventus* apud Danielem. Non aliter Gubernator clauo in vtramque partem nauim reducit, quàm vitæ exemplo, qui reipublicæ clauum tenet. Neque tandem aliter primú mobile inferiores omnes orbes rapit contra proprias, peculiareſq; in partem aduerſam inclinationes, diurnum motũ à ſuperiori quaſi imperatum, & impreſſum incitatiſſime, breuiſſimeq; cohærentes in proprio, & peculiari curſu ſegnes, quaſi vix audeant ſuo regi, & gubernatori repugnare; quàm facilè princeps ſecum adducit, trahit, rapit quoquò pergat, ſubditorũ animos. *Eringion* (inquit Plutarch.) *puſillã herbam, ſi vna capra in os ſumpſerit, illam ipſam ferunt, ſimulque reliquum gregem conſiſtere, quouſque accurrat caprarius, herbamq́; ex ore eximat, vſque adeò acres efflatum è rebus vires, ſimili prorſus ratione ſi viro in magiſtratu poſito quis virtutem infuderit, hic multis per vnum profecerit, & ab incepto curſu reuocabit.* — *Plutar. quod Philoſ. debeat cum princip. ſermocinari.*

Præterea Regẽ Hemor, & Principem Sichem nullo negotio ſuadentes populo circumciſionem, grauiſſimumq́; dolorem, & religionem cæremoniaſque ignotæ apud illos gentis, nam potuit illud oratione ad perſuadendum appoſita tãdem obtineri. — *Gen. 34.* Sed illud non prætereundam ſolo conſpectu regis miſerabiliter interfecti adduci poſſe hominem, vt ſibi ipſi manus afferat, mortemq́; conſciſcat: nam *arripuit Saul gladium, & irruit ſuper eum; quòd cùm vidiſſet armiger eius, videlicet quòd mortuus eſſet Saul, irruit etiam ipſe ſuper gladium ſuum, & mortuus eſt cum eo.* — *1. Reg. 31. 4.* Ex hac tanta vitæ Regum efficacitate in ſubditorum animis permouendis facile colligi poteſt Iobi ſanctitatem & religionem, ita permanaſſe in vniuerſum regnum, vt ad illius exemplum ſe compoſuerit; præſertim cum Regem pijſſimũ ſingulari pietate coluerint, & vnicè dilexerint, dicebant enim, quòd illum certatim amarent viri tabernaculi ſui, *quis det carnibus eius, vt ſaturemur,* — *Iob 29. v. 24.* externi quoque, quòd mœrentium eſſet cõſolator, quòd cor viduarum reficeret, quod oculus eſſet cæco, & pes claudo, pater pauperũ, patronus pupillorum, liberator pereuntium, & vnica populi, regnique lætitia, ſolæq́; delitiæ, expectabant enim illũ ſicut pluuiam. Scriptum verò eſt: *Sicut ros ſuper herbam, ita & hilaritas Regis.* — *Prou. 19. 12.* Deinde nihil ſapere videbantur ſapientiſſimi quique, niſi quòd ab illo audiſſent, nam *qui illum audiebant, expectabant ſententiã, & intenti tacebant ad conſiliũ illius.* Quæ audiuiſſent verò, excipiebant auidiſſimè, & memori mẽte complectebantur, quippe os ſuum aperiebant quaſi ad imbrem ſerotinum. Ex hoc verò imbre quantum fuerit bonarum fœcũda frugum effecta terra Hus, quam floruerit religione, & pietate, quantum profuderit optimorum fructuum, diuinare opus non fuerit, neque verò dubitare ampliùs ad Eccleſiæ & fidei ouile vnum adductum eſſe à Rege, eodemque paſtore vigilantiſſimo Huſitarum populum; conueniunt enim in vnũ populi, & timent Deum, cùm Reges Deum timent, pſallente rege alio, *In conueniendo populos in vnum, & Reges vt ſeruiant Domino.* Et rurſus: *Timebunt gentes nomen tuum Domine, & omnes Reges terræ gloriam tuam.* — *Pſal. 101. 23. & 16.*

II. Natique ſunt ei ſeptem filij, & tres filiæ.

1 *Numeroſa proles præmij loco viris iuſtis olim conceſſa.*

2 *Danâs caſus ſæpè redundat in ſacro ſermone, elucidatur locus Amos 6. & Cantic. 1. Quid ignorare, & quid cognoſcere in ſacris.*

3 *Datiuus acquiſitionis in ſacro ſermone.*

4 *Filij poſſeſſio paterna.*

5 *Qui pater, idem dominus. Perſarum, & Sclauorū mos. Illuſtratus locus, Gen.49.*
6 *Diſcrimen inter filios, & reliqua externa bona.*
7 *Filij parentibus vtiles.*
8 *Filius illi naſcitur à quo verè genitus eſt: Ex Matt. 1. Luc. 1. Rom. 1.*
9 *Promiſcua filiorum ſoboles iucunda parentibus; nurunm, & generorum charitas erga ſoceros.*

1 Filij quondã pietatis præmium. *Pſal.126.2.*

COmmemoratę Iobi ſanctitati rectè ſubiungitur liberorum enumeratio; namque hi, antiquo præſertim tempore, non niſi à Deo propitio, & beneuolo concedebantur viris ſanctiſſimis, quos ille caros haberet, *Cùm dederit* (inquit Dauid) *dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini filij, merces, fructus ventris.* id eſt, dabit vtique Deus optimus ſuis dilectis, quietam & felicem vitæ rationem numeroſæ prolis ſuſceptione, & benedictione, quæ iuſtis viris mercedis & præmij loco tribui ſolet, ſic exponente Theodoreto. *Theodoret.*

2 Dandi caſus redundans. *Exod.34.1. Amos 6.1.*

Nati ſunt ei. Dandi caſus frequẽter per Pleonaſmon redũdat in ſacro, & Hebraico ſermone, Exod.34. *Præcide tibi duas tabulas*; idem ac ſume, vel præcide duas tabulas, Amos 6. *Ingredientes pompaticè domum Iſrael*, Hebr. venerũt ſibi. Hiſp. *Andanſe, contoneanſe, paſſeanſe.* Nam quod additur à Hieronymo, *pompaticè*, potiùs pertinet ad exprimẽdam vim verbi veniendi, quàm caſum illum redundantem. *Hieronym.* Quare viri docti exiſtimant typographorum vitio quartum caſum pro tertio irrepſiſſe in id, Cant.1. *Si ignoras te.* *Cantic.1.8.* Cum ex Hebręo videatur legẽdum, *ſi ignoras tibi*, ſicut & ſtatim, *egredere, & abi*, Hebr. *Egredere tibi.* *LXX.* Cæterùm benè vertiſſe noſtrum interpretem abundè probat cõſenſus Septuaginta; tum etiam verbi originalis proprietas expoſcentis accuſatiuum; ipſeque ſenſus commodiſſimus, *ſi ignoras te.* Ex Heb. *Si te non cognoſcis*, id eſt, nõ curas, ſi negligis tuam pulchritudinem, egredere, qua ſignificatione & verbo ignorandi, & verbo cognoſcendi vſus eſt, Paul. 1. Cor. 14. quod obiter pro vulgato dictum ſit. Quid ignorare, & quid cognoſcere. *1.Cor.14.*

3 Sæpè verò is datiuus caſus acquiſitionis (quem vocant) eſt, & commodum aut incõmodum ſignificat, ea prorſus ratione qua apud Latinos datiuus communis, Zach.9. *Rex tuus veniet tibi* (vtilis maximè & ſalutaris) *iuſtus, & ſaluator.* *Zach.9.9.* Iſa.63. *Saluabit mihi brachium meum*, id eſt, cedet victoria in meam gloriam. *Iſa.63.5.*

4 Filij ſunt paterna ſuppellex.

Hinc conſequens eſt, vt cùm eſt de filijs ſermo, dicantur parentibus ſuis naſci, quod tum ad rem, atq; ad ſuppellectilem paternam, tum etiam ad bonum, cõmodumque pertineant. Quare Iobi externa bona iam incipiunt numerari; eſt namque ex iure naturę patria in filios poteſtas, & propterea acquiri, vel poſſideri à parentibus dicuntur, Gen.4. *Poſſedi hominem per Deum*, Deut.32. *Ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te.* Patria in filios poteſtas. *Gen.4.1. Deut.32.6.*

5 Quare frequenter *patris*, & *domini* nomina iunguntur, quaſi per expoſitionem. Idem enim eſt dominũ eſſe, quod patrem, Matth.11. *Pater ac domine cæli & terræ.* *Matth.11.25.* Eccleſ.23. *Domine, pater & dominator vitæ meæ*, propterea Perſæ (vt author eſt Ar. in Poli.) liberis vtebantur, quaſi ſeruis: & in eandem rem de patria poteſtate diſſerens Accurſius ſcribit, Sclauos (à quibus non multũ abſunt Romani) filios arbitrio ſuo vendere, & occidere. *Eccleſ.23.1. Perſæ. Ar.1. Poli.8. Accurſ.C.lib.8 tit.47. de patria poteſtate in §. ius autẽ.* Ex quo fortè videtur ad Hiſpanos deriuatum, vt mancipia, *Eſclauos* nominent; & genas illorum inſigniant, & inurant duplici illa nota. S. &. †. videlicet figura claui. Sed de hoc plura. I. C. Porro Chryſ. homil.67. in Geneſ. in hanc rem affert id Iacob moribundi benedicentis Ioſepho: *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli in arcu & gladio meo.* *Chryſoſt. Gen.48.22.* Certè non ipſe Iacob, ſed ſui filij Sichimam cęperant, atque vaſtauerant: ſed ſi filiorũ dominus pater eſt, multò magis eorum, quæ à filijs poſſidentur; ſi autem dominus, cui voluerat, dare poterat.

6 Sed hoc diſcriminis inter filios, & reliqua bona externa conſtituunt ſacræ litteræ, quod peculiariter filij à Deo dentur; cætera ſubiaceant humanæ induſtriæ, *nam niſi Dominus ædificauerit domum* (familiã liberorum poſteritatem) *in vanum laborauerunt, qui ædificant eam* *Pſal.126.1.* Rurſus dicuntur, *hæreditas Domini*, id eſt, à Domino ſanctis ſuis conceſſa; hoc illud eſt, Gen.4. cùm Eua peperit Cain, *Poſſedi hominem per Deum.* *Gen.4.1.* Quaſi diceret, natus filius, & mea poſſeſſio, & Domini etiam hæreditas eſt mihi à Deo donata. Sic exponit Chryſ. homil. 18. ſuper Geneſ. *Non* (inquit Eua) *natura mihi puerũ dedit, ſed diuina gratia.* *Chryſoſt.* Quo illud pertinet Geneſ.30. *Cernens Rachel, quòd infœcunda eſſet, inuidit ſorori ſuæ, & ait marito ſuo, Da mihi liberos, alioquin moriar. Cui iratus reſpondit Iacob: Nunquid pro Deo ego ſum?* *Gen.30.1.2.* Et iterum cap.33. Eſau percontanti *quid ſibi volunt iſti, & ſi ad te pertinent?* reſpondit, *paruuli ſunt, quos donauit mihi Deus ſeruo tuo.* *Gen.33.5.*

7 Filij proficui parentibus. *Iſa.9.6.*

Dicuntur præterea filij naſci parentibus, quòd vtiles illis futuri ſint, Iſa.9. *paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Referuntur namque inter bona vtilia, vt qui timere & colere debeant parentes. Leu.19. v.3. & 3.Reg.2. v.19. Honorant illos, & victum ſubminiſtrãt, Gen. 27. v.1. Exod.20. v.12. Deuter.5. v.16. & 27. v.16. Eccleſ.3. v.2. & cap.6. v.18. & cap.7. v.29. Prou. 28. v.24. Matth.15. v.4. & 19. v.19. Epheſ.6. v.2. Operiũt ignominiam illorum, Geneſ.9. v.23. Propulſant iniurias, & defendunt, Pſal. 126. v.4. & ſunt fortitudo parentum, Gen.46. v.3. & lætitia, Prouer.10. v.1. & 15.20. & 24. Gen. 21. v.6. Enumeratio vtilitatum, quas patẽtes percipiunt à filijs.

8 Tandem illi dicitur naſci filius, à quo genitus eſt, Rom.1. *Factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundũ carnem* (ei) *Rom.1.3.* quo loco quamuis in Gręco illud, *ei*, nunc non extet, ex ſacræ tamen ſcripturæ more ſapienter potuit ab interprete addi, vt ſignificaret hominem Chriſtum verum eſſe Dei filium, verumque Deum. hanc ipſam dicendi rationẽ ex Hebræo retinent Septuaginta, cùm de alicuius familiæ primo parente loquuntur *LXX.* Num.27. vbi nos habemus, *Filius Ruben Phallu, à quo familia Phalluitarum, & Heſron, à quo familia Heſronitarum.* *Num.26.6.* Septuaginta ſic, *ipſi Phallu populus Phallui, ipſi Afron populus Afroni*, & 1.Paralip.7. vbi nos habemus, *de ſtirpe Thola viri fortiſſimi.* *1.Paral.7.2. LXX.* Septuaginta legunt, *ipſi Thola fortes virtute.* Quare cum Luc.1. dicat Angelus Zachariæ, *Eliſabeth pariet tibi* (ex te parente) *filium*; *Luc.1.13.* Ioſepho virginis ſponſo tantùm dicitur, *pariet filium*, non tibi, *quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt*, Matth.1. *Matth.1.23.* ſignificat ergo hæc locutio non dubiam, ſed

certam prolem, torum caſtum, omnis ſiniſtrę ſuſpicionis expertem: ex quo fit, vt filij chariſſimi habeantur patri; propterea namque filios minùs ſolēt patres amare, quàm matres, quòd hæ certiores ſint de ſuſcepta prole, illi minùs certi, ſæpè etiam dubij, vt Ar. ſcripſit.

Ariſ. 9. Eth. 7

9 Promiſcua ſoboles. *Philo.*

Septem filij & tres filiæ. Perfectus filiorum numerus ex vtroque ſexu; ipſi etiam per ſe maſculi Septenario, perfectoque numero, quo, vt inquit Philo, gaudet natura, vt quæ ſeptem diebus perfecta fuerit: rurſus filiæ ternario, eodemq; inſigni numero. Promiſcuam filiorum & filiarum ſobolem maximè eſſe parentibus in votis obſeruat Origen. quòd familia multum creſcat, & cognatio cum externis multò faciliùs iniri poſſit ex permutatione filiorum & filiarum, ſi, cùm pater dederit filios, & filias, rurſus accipiat alios filios adoptiuos, ſimileſque filias, generos videlicet, atque nurus; qui interdum erga ſoceros ſynceriores, atque beneficentiores ipſis filijs eſſe ſolent.

Origen. Gener, & nurus, loco filiorum.

III. Et fuit poſſeſſio eius ſeptem millia ouiũ, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingentæ aſinæ, ac familia multa nimis, eratque vir ille magnus inter omnes orientales.

1 *Quid poſſeſſio in ſacris.*
2 *Poſſeſſio incommodè redditur peculium, & quæ peculij ratio.*
3 *In Arabia paſtores potentiſſimi. Arabiæ fertilitas, veræ naturæq́ue diuitiæ, vnde pecuniæ nomen.*
4 *Iobus auri diues, aureo ſæculo aurum non magni æſtimatum.*
5 *Ouium certus numerus non ad parcitatem, ſed ad opulentiam expreſſus.*
6 *Oues Arabiæ quales; & pecorum vſus.*
7 *Camelorum vſus, & copia in Arabia.*
8 *Boum vſus.*
9 *Agri quondam facilè parabiles.*
10 *Iugerum, ſub iugo comprehenſum; & vtriuſque nominis ratio.*
11 *Aſinarum & aſinorum quæ vtilitates, elucidatur locus, Gen 36.*
12 *Mulorum genus in Syria quale.*

1 Quid poſſeſſio.

ET *fuit poſſeſſio eius.* Alteram bonorum partem ſubiungit, opes videlicet, non quæ auro & argento, ſed quæ pecoribus conſtarent, nó enim alias opes videtur locus hic *poſſeſſionis* nomine dignas admittere. quàre vim vocis eneruát, ne dicam corrumpunt, qui non ſimpliciter, & vniuersè *poſſeſſionem* vertunt, cum Latino interprete, ſed reſtringunt ad rem pecuariam, legentes, *& fuit poſſeſſio pecudum*, vt Pag. *poſſeſſio pecorum ipſius*, vt Tygur. *pecuaria res eius*, vt Regia. Nam nó ſolùm pecuaria poſſeſſio eiuſmodi fuiſſe aſſeritur, ſed in vniuerſum non alia illius poſſeſſio fuiſſe ſcribitur: præſertim cùm vox originalis (*mickne*) nullam peculiaris rei poſſeſſionem, ſed in vniuerſum quamcunque ſignificet; & hoc loco nulla alia voce addita reſtringatur; quæ tamen addi ſolet, cùm peculiarem aliquam poſſeſſionem exprimere volunt ſacræ literæ; vt Gen. 13. *Erat diues valde in poſſeſſione auri & argenti*, Gen. 26. *Habuit poſſeſſionem ouium, & armentorum.* & licèt quidem eandé originalem vocem ſæpè verterit Latinus interpres, *pecora*, aut *armenta*; ſed tamen id facit explicationis gratia, quòd ex antecedétibus, aut conſequentibus, aut aliqua alia voce oporteat ſic intelligi, vt cum Exod. 17. legimus: *Cur feciſti nos exire de Aegypto, vt occideres nos & liberos noſtros, ac iumenta ſiti?* iuxta Hebr. propriè, *ac poſſeſſionem ſiti*. certe non eſt alia poſſeſſio quæ ſiti interire poſſit, quàm iumenta & pecora. Sicut etiam Num. 20. *Si biberimus aquas tuas, nos & pecora noſtra dabimus quod iuſtum eſt.* Iuxta Heb *ego, & poſſeſſiones meæ*; nulla autem alia poſſeſſio aquam bibit, quam pecora. Quare cum bene hunc locum vertiſſet Pagn. *ego, & pecudes meæ*, & Chaldęus etiam *ego, & iumenta mea*, Tygur. *ego & pecora*, tamen Regia, vt à vulgato recederet, Hebraiſmũ retinuit, & obſcure reddidit, *ego, & acquiſitiones meæ.*

בִּקְנֵה

Pag. & Regia notantur.

Gen. 13. 2. Gen. 26. 14. Diligentia vulgati interpretis. Exod. 17. 3. Num. 20. 19. *Pag. Chald. Regia.*

Sed redeo ad noſtrum locum. Vatablus in annotationibus vertit, *peculium ipſius*. Quod impropriè videtur dictum: nam priſcis ſæculis peculium erat, dicebaturque, quaſi particula quædam gregis, quam patres filijs domini ſeruis, induſtriæ exercendæ cauſa concedebant, quanquam Vlpian. peculium dictum vult, quaſi puſillam pecuniam, puſillumve patrimonium; tum verò peculium propriè non eſſe patrũfamilias, atque nobilium, ſed ſeruorum, Cicer. in parad. apertè ſcribit: *An verò* (inquit) *ſeruitus dubia eſt, qui cupiditate peculij nullam conditionem recuſant duriſſimæ ſeruitutis?* Præterea neſcio quid afferc lucri, & induſtriæ cupiditatiſque mercatoriæ cura peculij conficiendi; quod in Iobum nulla ratione conuenit; cómodiſſimũ igitur nomen *poſſeſſio*, quod licet primum dictũ fuerit de agris, & fundis, vt ait Feſtus; poſtea tamen de quibuſcunque mobilibus bonis vſurpatum eſt. Adde quod potentiſſimi Arabes paſtores erant, quare rectè potuit Iobi poſſeſſio in vniuerſum deſcribi à gregibus potiſſimum, & armentis. de illo ſic ſcribit Diodor. lib. 3. ſuæ Bibliot. cap. 7. *Pecorum adeo fertilis Arabia eſt, vt nationes plurimas vitam paſtorum ducentes enutriat.* atque dum huius fertilitatis tot animantium, quæ ibi longè, lateque enumerat, rationem aliquam Phyſicam afferre videatur. *Videtur* (inquit) *Sol regionę ad meridiem poſita plurimam gignendi virtutem afferre, propterea que plurima in eis locis varia, ac pulchra animantia natura fieri.* Igitur ſi quæ ſunt, aut dici poſſunt non fallaces, aut falſæ, ſed veræ diuitiæ, & poſſeſſiones honeſtę, quæ quidé ſunt, quas Ariſtoteles tum veras, tum naturales appellat, 1. Poli. cap. 5. & 6. vt quæ vitæ ſeruiant, & quib. finis poſitus ſit, pro vitę & victus exigentia, cũ acquirendæ pecuniæ nullus ſit finis: nam quo plus ſunt potę, & deuoratæ, plus ſitiuntur. Quando itaq; nullus erat auri ſplendor, nulluſque vſus, aureum erat ſæculum: cùm verò *effoſſæ ſunt opes irritamenta malorum*, ferrea ætas, & ſæculũ ferrugineum eſſe iam cœpit.

2 *Vatablus.* Quid peculium. Vlpian. ff. de pecul. l. de poſiti. *Cicero.* *Feſtus.* 3 Potentiſſimi Arabes paſtores. *Diodor.* Veræ & naturales diuitiæ. *Ariſtoteles.* *Ouid. 1 Metamorph.*

Poſterius res inuenta eſt, aurumq; repertum,
Quod facilè & validos, & pulchros dempſit honorem.

Vnde pecunia dicatur. *Varro.*

Harum autem veriſſimarum opum antiquitatem, atq; præſtantiam ipſum pecuniç nomen nunc quoq; teſtatur, vtpote quod à pecu, vt ait Varro, vel à pecore, ſiue à pecude dictum fuerit: & ipſi etiã antiquiſſimi numi, pecudis nota, videlicet ouis, aut bouis inſigniebantur, vt autor eſt Plinius lib. 8. cap. 3. & lib. 33. cap. 1. & 3. & Marcus Varro lib. 4. de lingua latina, & de re ruſtica cap. 2. qua de re plura aliquando dicendi & occaſionem, & locum expecto.

Plinius. *Varro.*

4 Neque verò exiſtimandum eſt, Iobi tempore nullum fuiſſe aut auri, aut pecuniæ vſum; namque iam Abrahami tempore Sara accepit *mille argenteos* ab Abimelech, Geneſ. 20. & emit ius ſepulchri *quadringentis ſiclis argenti probatæ monetæ publicæ à filijs* Heth. Geneſ. 23. in Hebræo, *monetæ tranſeuntis* vel * *currentis*, videlicet quæ iam in communi vſu eſſet, & de manu in manum (quod dicunt) pro exercenda mercatura, vel contrahenda emptione, & venditione tranſire ſoleret. Septuaginta habent, *quadringẽta didrachma argẽti probati mercatoribus*. Onkelus verò legit, *quadringentos ſiclos argenteos, qui recipiuntur pro mercimonijs in qualibet prouincia.* Habuit etiã proculdubio Iob aurum, & argẽtum, vt colligitur ex c. 3. & 23. & 28. quo non ta indicat ſe abſtinuiſſe ab auro, quam cùm illo abundaret, cõtempſiſſe planè, & minimè illius ſe cupiditati tradidiſſe. tum etiã ex cap. vltimo cũ a ſingulis propinquis accepit *inaurem auream vnam*. & cap. 28. manifeſtè probat iã tunc auri diuerſas ſpecies, lapideſq; pretioſos in pretio fuiſſe, & ex regionibus ſemotis peti ſolere. Quare Origeni dicenti non fieri hoc loco auri, atq; argenti mentionem, quòd aurum, atque argentum minimè habuerit; minimè aſſentior: ſed rectè illud, homines primis illis ſæculis viuo adhuc mundo, & conſtituto in primo quaſi iuuentutis flore, viuas diuitias & florentes, atque creſcentes amaſſe, videlicet viua pecora, & ea quç humus profert: at verò iam nunc ſeneſcente, & propè mortuo mundo inhiare diuitijs mortuis, atque ſepultis, auro videlicet, atq; argento in ipſis terræ viſceribus recondito, & conſepulto. Sanè viri ſancti primæuam illam viuẽdi rationem, paſtoritiamq; vitam colebãt; paſtoribus autem cenſus, atq; diuitiç, conſtant pecoribus, vt Varro dixit: quare Iobo *fuit poſſeſſio tria millia ouium, &c.* Hinc illos videas ita aurum, & argentum habuiſſe, vt ab auri, & argenti comparandi & congerendi immodica cupiditate abſtinuerint; vt de ſe ipſo teſtatur Iob. *Si putaui aurum robur meum, &c.* has opes parentes relinquebant, & precabantur filijs, vt Iacob Geneſ. 49 benedicens Ioſepho, *Benedicat tibi Omnipotens benedictionibus vberum, & vuluæ.* Quòd ad pecorum fœcũditatem, & lactis vbertatem pertinet. eademq; res intelligitur commodè per *terræ pinguedinem* Geneſ. 27.

Gen. 20. 16. *Geneſ. 23. 16.* * De buena moneda y corriente. *LXX.* *Onkel.* *Iob 3. 15. & c. 23. 10. & 28. 1. & 6.* *Iob c. vlt. 11.* *Iob 28. 15.* *Origen.* Viuentes diuitiæ, & mortuæ quæ. *Varro.* *Iob 31. 24.* *Geneſ. 49. 25.* *Geneſ. 27. 28.*

Septem millia, &c. Catenç autor ſuper id capitis 31. *Si lætatus ſum ſuper multis diuitijs meis, & quia plurima reperit manus mea.* ſic ſcribit: *Id eſt, neque mearum opum vis extitit infinita. fortaſſe igitur oues, cameli, omniaque ipſius certo fuerunt numero, vt quæcunque ſuperaſſent, in egentium vſum, ac ſumptum converterentur.* Quibus verbis exiſtimaſſe videtur, ſibi, ſuæq; familiæ certum hunc ouium, camelorũ, aſinarumq; numerum præfiniſſe, vt reliquum pecorum cederet pauperibus. Sic enim legunt Septuaginta. *Si lætatus ſum; cũ eſſet mihi cenſus multus, & ſi in innumerabilibus poſui manum meam.* videtur eſſe ſenſus, certò numero, certoq; termino opes auxiſſe, & pro neceſſitate domus, atque familiæ dimenſum eſſe. Sed cùm hic ouium, & camelorum numerus proferatur, non in argumẽtum rei cuiuſdam parcæ, opumq; ad mediocritatem quandam comparatarum, ſed potiùs fortunæ cuiuſdam ſplendidiſſimæ, & diuitiarum magnitudinis præ omnibus Oriẽtalibus, non poteſt hic numerus is eſſe, quem Iob pro ſua ſobrietate & animi moderatione in acquiſitione, & vſu ſuç poſſeſſionis ſibi ſtatueret, ſed quem illi præ cæteris Regibus augendo, & locupletando larga Deus manu contulerit: quare innumerabiles fuiſſe illius diuitias ex illo cap. 31. loco, colligi oportet, vt ibi dicemus.

Nicetas. *Iob. 31. 25.* Certus pecorũ numerus quid indicet. *LXX.*

6 *Septem millia ouium.* Illud tãtùm de his ouibus ex Diodoro Siculo afferri poteſt non omnino ſcitu indignum, dum de Arabiæ fœcunditate ſcribit lib. 3. c. 12. copioſam eſſe ouium magnas, pingueſq; caudas habentium. Nos dicimus, *carneros de cinco quartos.* Sed, quod ad vtilitatem horum pecorum pertinet, D. Thomas poſt Origenem obſeruat, in ouibus indicari, quæ ad victum, & veſtitum; in camelis, quç ad onera ferenda; in bobus, quæ ad colendam terram; in aſinabus propter mulorũ generationem, quæ ad vehendũ erant neceſſaria. eleganter, & ſubtiliter, ſed dicemus tamen ſigillatim. Et ſanè Ouium præterea nõ vltimus vſus in ſacrificijs. *Magna* (inquit Plinius) *pecori gratia vel in placamentis Deorum, vel in vſu vellerum; vt boues victum hominum excolunt, ita corporum tutela pecori debetur.* Ouiũ verò in ſacrificijs vſus frequẽtiſſimus apud vniuerſas nationes, exceptis Aegyptijs, vt Exod. 8. conſtat; & Thebanis, vt ſcribit Herodotus in Euterpe, qui capras Dijs immolabant.

Diodor. Oues Arabicæ magnarũ pinguiumq; caudarum. *Origen. & D. Tho.* Vtilitates pecorum. *Plin. lib. 9. c. 47.* Ouium vſus in ſacrificijs. *Exod. 8. 26.* *Herodot.*

7 *Et tria millia camel.* Poſt oues, camelos, & eo etiam numero, vt cum ouibus perfectum numerum denarium expleant, adnumeratos fuiſſe ex eo fortaſſe fuerit, quòd *Camelos* (autore Plinio) *inter armẽta paſcit Oriens.* Nec vero ſolùm Arabici geſtandis oneribus, ſed prælijs etiam apti ſunt. Sic idem Plinius; *Camelorum duo genera; Bactriani, & Arabici: differunt, quòd illi bina habent tubera in dorſo: hi ſingula, & in pectore alterum, cui incumbant. Dentium ſuperiore ordine, vt boues, carent in vtroq; genere; omnes autem iumentorũ in ijs terris dorſo funguntur, atq; etiam equitantur in prælijs; velocitas inter equos, ſed ſua cuiq; menſura ſicuti vires.* Solinus quoq; ſcribit Arabiam plurimos camelos gignere; à Bactris verò camelos mares caſtrari, vt pugnaciores, atq; robuſtiores ſint exciſa petulantia. Sicuti Aelianus, fœminas etiã, quò ad bellum aptiores exiſtant, vuluas ferro exulcerari. Vegetius quoq; lib. 3. de re militari cap. 23. *Camelos* (inquit) *aliquantæ nationes in aciem produxerunt.* Sed de Arabicis etiam camelis, atq; illorũ vſu, & opera prætereundũ non eſt Diodori teſtimoniũ; Is igitur lib. 3. ſuæ bibliothe-

Plin. lib. 8. ca. 17. *Solinus.* *Aelianus.* *Vegetius.* *Diodor.*

Camelorum diuerſa genera. cæ.c. 11. de illa Arabiæ parte, quæ ſupra Fœli-
cem Arabiā poſita eſt, loquens ſic ſcribit; *Mul-*
ta,& diuerſa camelorum præbet genera; tum pinguium,
tum macilentorum: quorum nonnulli gibbum dupicem
in dorſo habent, à quo & Ditili nominantur. Horum car-
nibus, lacteq; veſcuntur incolæ. Quidam ferēdis oneribus
apti ſupra decem medimnas frumēti, homines verò quin
que in lecto iacentes vehunt. Anatoli verò Lagarij; qui
Dromadum ſunt formæ plurimum via conficiunt, præſer-
tim per deſerta, & aquis carentia loca; in bello quoque
duos in certamen ſagittarios ferunt dorſo contrariè inui
cem inſidentes, alterum à fronte aduerſus hoſtem, alte-
rum contra perſequentem pugnantes. Cùm igitur tum
ad pugnandum, tum ad gerenda onera, tum ad
cibum Arabes camelis vtātur, nemini iam mi-
1.Paralip. 5.21. rum fuerit, quod 1.Paralip.5.ſcribitur, quòd fi-
lij Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manaſſes,
Camelorum immenſus numerus. qui terram illam, quę quondam Iobi fuerat, &
amicorum illius, pugnantes contra Agarenos
cæperunt camelorum quinquaginta millia, &
ouium ducenta quinquaginta millia, & aſinos
duo millia.

Neſciò quid de ſeptem millibus ouium pro
ſeptem filijs; & de tribus millibus camelorū,
pro tribus filiabus, vt ſingulis filijs appropria-
rentur mille; rurſus idem de quingentis iugis
boum, & quingentis aſinabus efficientibus ſi-
Origenes. militer decem millia, excogitauit Origenes, a
cutè potius, quam ſolidè.

8 *Quingenta quoq; iuga boum.* Boum vſus non ſo-
lum in terræ cultura, quam non Buziges Athe-
Plin.l.7.c.56. nienſis, aut Tryptolemus, vt ſcripſit Plin. ſed
Geneſ.5.29. Noë inuenit, de quo prædixerunt illius paren-
tes, *Iſte cōſolabitur nos ab operibus manuum noſtrarum*
in terra, cui maledixit Dominus. boue nimirum atq;
aratro inuentis. Sed præterea in ſacrificijs vi-
ctimæ optimę, & laudatiſſima Deorum placa-
Plin. lib. 9.c. 44. tio, ex Plin. ſed apud Iob, & illius amicos æ-
qualis vtriuſq; victimæ vſus, & honor; par et-
iam numerus, ſic exigente Deo, *Sumite ſeptē tau-*
Iob.42.8. *ros, & ſeptem arietes, & offerte holocauſtum.* Rarius
Valer.M. lib. ...c.1. videntur ceſſiſſe bouillas carnes in cibū. Dam
natus aliquando, qui vt omaſo veſceretur, bo
& Plin. ſuprà. uem occidiſſet ſocium laboris, agriq; culturæ;
Orige. actusq; in exilium. Quamquam Orige. dixerit
boues viuos pro agricultura, occiſos pro cibo,
9 & calceamentis fuiſſe. Sed verò èxoritur hoc
Cur inter poſſeſſiones nulla fiat agrorū mētio. loco dubitatio cur inter poſſeſſiones. S Iobi a-
grorum nulla mentio fiat, neq; terræ iugerum
D. Thom. poſt iuga boum? D.Thom. illam cauſam aſſig-
nat, quòd propter infrequentes terræ habita-
tores, præſertim in Arabia, tum etiam propter
Agri quondā non valde pretioſi. ſoli vbertatem non erant agri valdè pretioſi;
quare antiquis patribus facilè erat mutare
ſubinde loca, & agros, numeroſiſſimos licèt
greges ſecum conueherent; vt patet in Abra-
ham, Loth, Iacob. Poterant ergo ſedē ſibi ſuiſ-
que pecoribus deligere: ſic enim potuit Abra-
Geneſ.13.9. ham dicere Loth. *Ecce vniuerſa terra coram te eſt,*
recede à me obſecro, ſi ad ſiniſtram (Aquilonem) *ie-*
ris, ego dexteram (Auſtrum) *tenebo: ſi tu dexteram e-*
legeris, ego ad ſiniſtram pergam, elegitq; ſibi Loth regio-
Quid ſit ter- [redacted] liquo eſſe. *nem circa Iordanem &c.* Terram autem coram a-
Gen.20.15. liquo eſſe, idem eſt in ſacro ſermone, quod ali-
cuius poteſtati, arbitrioue, & oculorum de-
lectui ſubijci; vt Geneſ.20. *Terra coram vobis eſt:*
vbicumq; tibi placuerit habita. & Ierem. 40. *Terra in* Ierem.40.4.
conſpectu tuo eſt: quo elegeris & quò placuerit tibi, vt va 10
das, illuc perge. Sed verior, æquè ac breuior re- Verior reſponſio.
ſponſio, in iugis boum terræ iugera intelligi:
id ne quemquam lateret, expreſſerunt Septua- LXX.
ginta legentes, *& opera magna erāt ei ſuper terram.* Quid iugum apud Latinos.
Ipſaq; Latina vox iugum aliquando pro iugero
terræ accipitur, ſic enim ſcribit Varro. 1. de re
Ruſtic.ca.10. *Iugum vocant quod iuncti boues vno die*
exarare poſſunt. quæ eſt eadem iugeris ſignifica-
tio, & diffinitio, autore Plin. lib. 18. cap.3. con- Plin.
ſentit etiam proprietas Hebraici nominis, quę
iugum vertitur, aliquando etiam iugerum, vt
Iſai. 5. *Decem iugera vinearum facient lagunculam v-* Iſai.5.10.
nam. Cum autem iugerum vnū ex Varrone ſu- Varro.
perius adducto, claudat bis cētum pedes quo-
quo verſus quadratum, facilè erit ſumma col-
ligere ampliſſimorum agrorum; præſertim
cùm oporteret non eundem quotannis agrum
ſeri, ſed veruacta multa, & noualia eſſe Neque
vero ſolùm frumentitios agros habuiſſe vult
Origenes; vineas quoq; illi attribuit, Chry- Origen.
ſoſtomus etiam conſitiones, prata, hortos. Chryſoſt.
Non indignū animaduerſione, quod aduertit
Chryſoſtomus, Regē hunc ſanctiſſimū non ha- Iob agros potiùs quàm [redacted]
buiſſe auratis laquearibus ornatas domos; nō
auro cōglutinatos currus; nullā fieri mentio-
nem equorum: adde etiam non venaticorum
canum, non accipitrum, non denique theſau-
rorum auri, & argenti, lapidumque pretioſo-
rum; ſed illa tantùm inter poſſeſſiones refer-
ri, quæ ad vitæ neceſſitatem ſunt accommoda-
ta, & quæ facultatem conferunt bene merendi
de omnibus, atque egentibus opitulandi.
Et quingentæ aſinæ. Has requiri ſolitas propter 11
mulorum & mularum generationem, quod D. D.Thom.
Thomas cum Origene cenſuit, confirmari po- Origen.
teſt; muli enim quondam in pretio fuerunt, &
illi pręſertim qui ex equo, & aſina eſſent, vt in-
dicatur Iudic.10. *Iair Galaadites iudicauit Iſraelem* Iudic.10.3.
per viginti & duos annos, habens triginta filios ſedentes
ſuper triginta pullos aſinarum. & c.12. *Abdō habuit qua-* Iudic. 12.13.
draginta filios, & triginta ex eis nepotes aſcendentes ſu-
per triginta pullos aſinarum. Quos mulos eſſe, Va- Vatab.
tab. alijq; cenſent. Hunc Hebraizantes tanto-
pere celebrant Anam illum, propter excogita- Mulorum origo.
tam artem admittendi equos ad aſinas; vbi e-
nim Geneſ.36. legimus; *Iſte eſt Ana, qui inuenit a-*
quas calidas (Iamim) *in deſerto, dum paſceret aſinas,* Geneſ. 36.24.
Hebraizantes retentis iiſdem litteris, variatis
punctis, legunt, *iſte eſt qui inuenit* (Iemim) *mulos* Reges mulis ad equitandum vſi.
cum paſceret aſinas. Reges etiam vtebantur mu-
lis. 2.Regum.18. & 3.Regum.1. & 18. & ad publi- 2.Reg.18.9.
cam lætitiam, & ouationem adhibebantur, vt & c.13.29.
colligitur ex Iſai.66. *Annunciabunt gloriam meam* 3.Reg.1.38.
gentibus, & adducent omnes fratres veſtros de cunctis Iſai.66.20.
gentibus donum Domino in equis, & in quadrigis, & in
lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem ſanctum
meum Ieruſalem, dicit Dominus. Cæterum aſinarum 12
hic mentionē fieri propter mulos, quibus inſi- Cuiuſmodi fuerint Arabici, & Paleſtini muli.
debant quondā viri principes, mihi valdè du-
biū eſt; nam mulos huiuſmodi non eſſe eiuſdē
generis cum noſtratibus, ſed ſui generis, Ariſt.
planè teſtatur lib.6.c.36 de hiſtoria animaliū. Ariſt.
Sunt (inquit) *in Syria, quos mulos appellant, genus di-*
uerſum ab eo, quod coitu equæ, & aſinæ procreatur, ſed ſi-

mili facie ; quomodo aſini ſyluestres ſimilitudine quadam nomen vrbanorum acceperc. Et quidem vt aſini illi feri, ſic muli præſtant celeritate : procreant eiuſmodi mulæ in ſuo genere. Et idem cap. 24. ſcripſerat, *in terra ſuper Phœnicem mulæ & coëunt, & pariunt omnes, ſed id genus diuerſum eſt, quamquam ſimile.* Ergo vel aſinarum mentio fit, quòd neceſſariè eſſent ſimul cum bobus ad terræ culturam ; ſic enim Iſai. 30. vtrique coniunguntur. *Tauri tui, & pulli aſinorum, qui operantur terram, commiſtum migma comedent, ſicut in area ventilatum eſt.* Vel quod vehendo etiam deſeruirent ; ſi enim non mulos aut hinnulos, ſed iuniores aſellos illis locis Iudicum intelligunt Rab. Dauid in lib. radicum, quem ſequitur Pagninus & non eſſe ineptos triumphis, aut vehendo, colligi poteſt ex Zach. 9. *Aſcendēs ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ.* Quos aſinarum vſus etiam apud Romanos fuiſſe Plinius teſtis eſt lib. 8. cap. 43. *Aſinum* (inquit) *CCCC. nummûm emptũ, Q. Axio Senatori auctor eſt Marcus Varro. haud ſcio an omnium pretio animalium victo opera ſine dubio geruli mirifica, arando quoque, ſed mularũ maximè progeneratione.* Idem confirmat Orige. dicens in regione Arabiæ, & Paleſtinæ pares eſſe equis in velocitate eundi, & redeũdi ; & valere ad negotia peragenda, & afferẽda; eademque officia præſtare, quæ nunc equi, & muli. Aſinarum autem potius quam marũ, videtur facta mẽtio, quòd vt eodem loco ſcribit Plin. mares ſint in remiſſione operis deteriores.

Aſini opportuni agriculturæ.
Iſai. 30. 24.
R. Dauid.
Pagn.
Zach. 9. 9.
Plinius.
Quæ aſinarũ apud Romanos vtilitates.
Origenes.
Aſini Arabici.
Plin.

Ac familia multa nimis.

13 *Familiæ nomen à miniſtrando, & ſeruiendo terræ. Agricola ſeruus. Explicatus Eccleſiaſticus.*

14 *Familia quos comprehendat. Qui familiares : qui Cēſiti Agricolæ.*

15 *Familia potiùs, & ruſticum inſtrumentum comparandum, quàm Latifundia. Correctus Plinius.*

16 *Superandus agrorum, & pecorum numerus à familiaribus. alia etiam præcepta Rei Ruſticæ.*

17 18. 19. 20. 21. 22. *Variæ Magnitudinis, Magni quoq; acceptiones in ſacro Sermone. Quid Paruulus, Puerulus. Comparatiua, & Superlatiua Hebræorum.*

23 *Quid Orientalis, & Oriens apud ſacros.*

24 *Diuitum compellatio in Scriptura. Diuitiæ nutrimentum vitiorum. Iobi laus.*

13 Ac *familia multa.* Numeroſum videlicet famulitium, quo opus erat ad pecorum & agrorum curam, Septuaginta, *Miniſterii multum valdè.* Aquila, *ſeruitium.* Symmachus, cũ noſtro, *famulitium*, aut *familia* conſonant omnia, & conſpirant cum fonte; nam *familia*, in Heb. deſcendit à radice (*Ghabad*) quod eſt miniſtrare, aut ſeruire ; Inde operari, vel colere terram, quod propriè eſt, ſeruire terræ : ſicut etiã Columel. dixit l. 3. c. 4. *Summa ſedulitate culturæ ſeruiat.* Nam ſicut ſeruus alitur ab eo, cui ſeruit, & vitæ neceſſaria accipit, non aliter homo à terra, quam excolit : & ſicut ſeruus non recipit laboris, & ſeruitutis aliã mercenarij mercedẽ, videlicet denarium diurnum ; ſic agricola præter victũ, & veſtitum, non alias pecuniæ vſuras exigit à terra. Hanc ſeruiendi tranſlationem, & rationẽ, quæ in agricultura poſita eſt, indicauit Eccleſiaſticus, c. 27. v. 18. dũ eum, qui ficum ſeruat, quod agricolæ eſt, coniungit cum ſeruo, & miniſtro, qui ſumma obſeruãtia & cura hero ſuo miniſtrat. *Qui ſeruat* (inquit) *ficũ* (Tygur. qui colit ficum) *comedet fructus eius ; & qui cuſtos eſt Domini ſui, glorificabitur.* Ergo ſeruit terræ agricola; tũ etiã in ſeruitio alicuius Patris-familias eſt ; ſic apud Iob c. 7. dicitur *ſeruus*, qui operatur terram, *deſiderare vmbram*; & Gen. 47. cum Aegyptij vendiderunt agros, ſeque ipſos addixerunt colendis, dicuntur facti ſerui Pharaonis. *Eme* (inquiunt ad Ioſeph) *nos in ſeruitutẽ regiam, & præbe ſemina, ne pereunte cultore redigatur terra in ſolitudinẽ.* Deinde verò : *quintam partem Regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis*, &c. Quare licèt familiæ appellatio in liberis tantùm hominibus diceretur, quorum Dux, & princeps generis vocabatur Pater, & Mater familiæ, vt ſcripſit Feſtus, deinde verò ita liberos contineat, vt ait Vlpia. *vt comprehendat eos omnes, qui in miniſterio ſunt, etſi liberi eſſe proponantur; vel alienos bona fide nobis ſeruientes.* at de ſeruis, aut famulis iã dicitur; non quidem de vno, aut altero, ſed de pluribus, *ne duo* (inquit Lex) *familiã faciunt.* Eandẽ rem eleganter dixit Cicer. pro Cæcin. *Quid faciliùs quàm probari ijs, qui latinè ſciant, in vno ſeruulo familiæ nomen non valere. Deinde neque dubium eſt, quin ſi ad rem iudicandam verbo ducimur, non re, familiam intelligamus, quæ conſtat ex ſeruis pluribus.* Hinc eſt, quòd olim qui ſerui eſſent, familiares dicebantur autore Macrob. in Satur. lib. 1. cap. 11. *Noſtri* (inquit) *maiores omnẽ dominis inuidiã omnem ſeruis contumeliam detrahentes, dominum patrẽfamilias, ſeruos familiares vocauerunt.* Idẽ ferè ijſdẽ verbis apud Senec. lib. 6. epiſt. 47. Serui itaque agricolæ alij erant verè ſerui in dominorum mancipio poſiti; alij liberi quidem, ſed tamen ita addicti, vt quaſi ſerui numerarentur, quippe ne peculium quidem ſuũ haberent ; & hi Cenſiti agricolæ dicebantur apud Rom. vt vt fuerit, poſterioribus ſæculis, Iobi ſeruitia ampliſſima erant, *& familia multa nimis*, ex ſeruis, & aſcriptitijs agricolis, vt tandem illud veriſſimũ ſit. *Vbi multæ ſunt opes, multi, qui comedunt eas.*

LXX.
Aquila.
Symmach.
עבד
Agricola terræ ſeruit.
Columel.
Eccl. 27. 18.
Iob 7. 2.
Gene. 4. 7. 19
14
Familia de quibus dicatur.
Feſtus.
Vlpia. l. 195. ff. de verbo. ſignifi.
Cicer.
Familiares qui dicerentur.
Macrob.
Senec.
Cenſiti Agricolæ.
Eccl. 5. v. 10

15 Sed mirabilis ſanè ſacræ huius hiſtoriæ ordo in enumerandis & proponendis, quæ faciunt ad Iobi laudem. Deſcribit enim optimum Patremfamilias, cùm potiùs ruſticum inſtrumentum, boues, iuga, aratra, familiam recenſet ; quam latifundia, aut agrorum multitudinem & amplitudinem; inter alia enim de agro colendo præcepta, hoc quoq; in hæc verba ſcripſit Plin. *Modum agri in primis ſeruandum antiqui putauère : quippe ita cenſebant, ſatiùs eſſe minùs ſerere, & meliùs arare. Qua in ſententia & Vergilium fuiſſe video* (eò alludit ex 2. Georg.

.... Laudato ingentia rura,

Exiguum colito. quam ſententiam expẽdit Colum. lib. 1. cap. 3.) *Verumque confitentibus latifundia perdidère Italiam, iam vero & prouincias.* Sed qualem oportuerit eſſe optimi Patrisfamilias, ſolertiſſimiq; agricolæ Iobi familiam, tum quid familiæ nomen ſignificet, ex ijs quæ de Furio Creſino ſubijcit Plinius, intelligendum eſt. c. *Furius Creſinus è ſeruitute liberatus, cum in paruo admodũ agello largiores multò fructus perciperet, quàm ex ampliſſimis vicinitas, in inuidia magna erat, ceu fruges*

Cur familiæ potiùs mentio, quam latifundiorum.
Plin. 18. c. 6.
Plin.
Qualis futura familia.

alienas pelliceret veneficijs. Quamobrem à Sp. Albino Curuli die dicta metuens damnationem, cùm in ſuffragium tribus oporteret ire, inſtrumentum ruſticum omne in forum attulit, & adduxit familiam validam atque (vt ait Piſo) benè curatam ac veſtitam (ſic enim omnino corrigendus eſt, & legendus locus, non vt exemplaria ferè omnia habent, *ſi tam validam*, parum enim, aut nihil ad agriculturā filia; multum familia) *ferramēta egregiè facta, graues ligones, vomeres ponderoſos, boues ſaturos. Poſtea dixit; Veneficia mea Quirites, hæc ſunt; nec poſſum vobis oſtendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliaſq;, & ſudores, omnium ſententijs abſolutus.* Cauit etiam Cato inter prima rei ruſticę pręcepta, *ne familia mala ſit.* Igitur Iobi familia tum multa nimis, tum minimè mala, ſed optima, valida, benè curata, beneq; veſtita, boues ſaturi, vomeres ponderoſi.

Plinius correctus & illuſtratus.

Ex eodem Plin.

16 *Multa nimis.* Certus familiarium, & agricolarum numerus colligi ex quingentis iugis boū, & certo quodam numero iugerum terræ curioſa quantumuis computatione minimè poteſt. Quamuis enim M. Cato operariorum numerum præfinire voluerit ſingulis agri iugeribus, idq; conatus fuerit Saſerna; ſed quidē (vt rectè dixit Varro) non poteſt ad certam certam, aut numerum familia dirigi; Neq; de huius magnitudine, aut multitudine aliter ſtatui, quam pro agri proportione; nam ſi ſit ita diſſimalis, vt totus arari non poſſit, vt ſi ſit confragoſus, atq; arduus, paucioribus eget bobus, atque bubulcis. Sed tamen cùm numeroſiſſimam familiā, & non niſi certum numerū iugerum, boum, certoſq; pecorum greges locus hic deſignet, videtur plane indicare agrorum numerum, ab agricolarum; & multitudinem pecorum, à paſtorū, & magiſtrorū pecoris familia & numero ſuperatā fuiſſe, vt maior & numeroſior fuerit familia, quā res neceſſaria agrorum poſtularet. Pręſtat enim paruulus agellus bene cultus, quam multo laxior male. Quippe acutiſſimam gentem Pœnos dixiſſe conuenit, referēte Columel. *imbecilliorem agrum, quam agricolam eſſe debere; quoniam cùm ſit colluctandum cum eo, ſi fundus præualeat, allidi dominum.*

Cato. c. 10. & 11. de re ruſtica.
Varro. 10.

Vt ſit cenſendū de multitudine Familiæ.

Agros ſuperandos eſſe à familia.
Pœnorum ſententia.
Columel. lib. 1. c. 3.

17 *Eratque vir ille magnus inter omnes Orientales.* Hebraiſmum retinuit interpres, carent enim Hebræi comparatiuis, & ſuperlatiuis, circumloquūtur verò particulis; *Præ, valde, inter.* Latinus diceret, Maximus inter omnes Orientales. Magnitudo vero hæc cum ex multis rebus ſpectari poſſit, etiam ex proprietate originalis vocis, quæ aliquando refertur ad nobilitatem, & honorem, ad tumorem, & arrogantiam animi; ad diuitias, & ad eiuſmodi generis vllam præſtantiam, & magnificentiam; hoc etiam loco multiplex exiſtit interpretatio.

Hebræi comparatiuis, & ſuperlatiuis carent.
Magnitudo quid comprehendat.
גדול

Prima Septuaginta legentium, *Erat homo ille nobilis inter eos, qui ab ortu ſolis.* ſic enim habent Vaticani. quamuis Compluten. habeant, *magnus.* & illo modo accepiſſe Græcos cōſtat, nam referunt ad generis nobilitatem ducti ab Abrahamo. Autor catenæ, Chryſ. Dydi. Sic *magni* dicuntur in ſcriptura, quos appellant Græci, *Megiſtanes*, quaſi dicas, magnos, aut maximos: eandem vocē Marc. 6. reddidit interpres, *Principes, Herodes natalis ſui cœnā fecit principibus.* nos, *Los grandes del Reyno.* Latinus etiam magnū pro nobili accipit, quale illud Horatij eſt *Magni Quo pueri magnis è centurionibus orti &c.*

LXX.
Prima expoſitio.

Nicetas.
Chryſoſt.
Didymus.
μεγιστᾶνες
Magni qui.

Marc. 6. ver. 21.
Horat. 1. ſer. Sat. 6.

18 Secundò alij, pro famoſo, & glorioſo nomine accipiunt. Quaſi dicat fama Iobi occupauerat regiones illas orientales; ſic exponit D. Thom. & Lyranus. qua etiam ratione dicitur. 2. Regum. 7. *Feci tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum, qui ſunt in terra.*

2. Expoſit.
2. Reg. 7. ver. 9.

19 Tertiò, vt referatur ad honorem; colebatur Iob ſumma omnium reuerentia, & obſeruantia præ cunctis Regibus Orientalibus; vel ab Orientalibus; omnium honoratiſſimus. ſic Ioſue. 4. *Magnificauit Dominus Ioſue.* 4. Regum 5. *Naaman Princeps militiæ Regis Syriæ erat vir magnus apud Dominum ſuum,* (exponitur) *& honoratus.* Exod. 11. *Fuit Moyſes vir * magnus valde in terra Aegypti * coram ſeruis Pharaonis, & omni populo.*

Tertia expoſitio.
Ioſue 4. 14.
4. Reg. 5. 1.
Exod. 11.
* Tenianle todos mucho reſpeto.

20 Quarto referri poteſt ad ſapientiam: cùm enim ſapientiſſimus Philoſophus, atq; Theologus fuerit, quam laudem ipſe ſponte licet a cæteris etiam delatā ſibi arrogat, cū in platea prodeunti ſibi parari cathedra, & intentos ad illius doctrinā inhiāti ore, ſingula verba quaſi cœleſtis pluuiæ ſtillas excipi ſolere teſtatur; Certè nō videbatur prætermittenda tam illuſtris laus; neque verò alio loco recenſita. Et de ſapientia quidem videtur illud accipiendum Eccleſ. 1. *Ecce magnus effectus ſum,* (ſequitur expoſitio) *& præceſſi omnes ſapientia, qui fuerunt ante me in Ieruſalem, & mens mea contemplata eſt multa ſapienter.* Quare per antitheſin dicuntur *paruuli, & diligere infantiam* qui deſipiunt; *effici pueri ſenſibus*, qui non rectè, neque verè de rebus ſentiunt, & iudicant. Quare Paulus 1. Cor. 13. ait; *Cum eſſem paruulus loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus; quando autem factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Magnus* ergo *erat* Iob, vir ſapientiſſimus, nihil puerile; nihil iuuenile aut laſciuiens verbo, aut opere, ſed mature omnia, & præmeditato conſilio faciens, vt qui in terra *Hus* habitauerit, quæ interpretatur Conſiliū; ſic obſeruante Didymo; & rectè, cùm ſapientia de ſe dicat: *Ego ſapientia habito in conſilio.*

4. Expoſitio.
Iob. 29. 7.
Eccle. 1. 16.

Qui dicantur Paruuli in ſacris.
Prouer. 1. 22.
1. Cor. 14. 20.
1. Cor. 13. 11.

Hus conſilium.
Didymus.
Prouerb. 8. 12.

21 Quintò illud videtur commodiſſimum, vt ad diuitias referatur, & poſſeſſiones ampliſſimas: namq; verbis ſimillimis (ijſdem potius) locupletiſſimus Iſaac deſcribitur Gen. 26. *Seuit Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno centuplum, benedixitq; ei Dominus, & locupletatus eſt homo, & ibat proficiens, atq; ſuccreſcens, donec magnus vehementer effectus eſt; habuitq; poſſeſſiones ouium; & armentorum & familiæ plurimum.* Non aliter deſcribitur ſtultus ille diues Nabal. 1. Regum 25. *Poſſeſſio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis, erantq; ei oues tria millia, & mille capræ.* Ergo dicetur Iob omnium Orientalium locupletiſſimus; quæ non eſt leuis opulentiæ amplificatio, cum Orientales gentium omnium ditiſſimi habiti fuerint.

5. Expoſitio.
Geneſ. 26. 12.
1. Reg. 25. 12.
Orientales ditiſſimi.

22 Sextò tamen ſi velis non ſeiungere omnes, quas enumerauimus magnitudinis formas, rectè poterunt claudi omnes intra magnitudinē & amplitudinem huius vocis, *Magnus.* pluribus namq; titulis *magnus* extitit Iob *inter Orientales*, ſicut etiam Salomō propter celebritatem no-

6. Expoſit. quæ ſuperiores alias conciliat.

minis,

minis; ſapientiæ, diuitiarum, & vniuerſæ illius gloriæ, magnus dicitur. 3. Reg. 10. *Magnificatus eſt ergo Rex Salomon ſuper omnes Reges terræ, diuitijs, & ſapiētia; & vniuerſa terra deſiderabat vultū Salomonis.*

3. Reg. 10. 23.

23 *Orientales.* Armeniam, Arabiam, Meſopotamiam, & alias conterminas prouincias intelligit; nam reſpectu Paleſthinæ, & Ieruſalem, quæ in meditullio terrę habitabilis conſtituta eſt, tota Aſia eſt Orientalis, ſicut Europa Occidentalis, quare vniuerſus ille terræ tractus, quā terminat Syria, ſurſum verſus, Oriens, aut Orientalis dicitur. Sicut & Balaan Chaldæus Syriā Orientē nominat Num. 23. *De Aram* (hæc eſt Syria.) *adduxit me Balac, de Montibus Orientis.* Non aliter dicti ſunt Magi veniſſe ab Oriente, quòd, vel ab Arabia, vel à Chaldæa, Ieroſolimam venerint.

Matth. 2. 1.

24 Illud indicabo potiùs, quàm dicā, ex ingentibus Iobi diuitijs valde locupletari illius ſanctitatē; cùm enim diues in Sacro ſermone peccatoris nomen habeat Pſal. 81. *Facies peccatorum ſumitis.* id eſt, potentum, atque diuitum: ſubiungitur enim; *Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris.* id eſt ditioris, atque potentioris. cùm ſuperbæ opes non ſuperbię ſolum, ſed libidini cæteriſq; vitijs materiam, & facultatem præbeant; Iobo tamen omnium virtutum pabulū, atq; nutrimentum extiterunt; vt neq; impoſſibile iā videatur (quod Plato exiſtimauit) valde diuitem, pariter ac valde probum eſſe; neq; ita virtutem à diuitijs diſcrepare (quod plerumq; videmus) quaſi vtraque in lance ſtaterę ſint poſita, ſemperq; in contrariam partem declinent; cùm in Iobo æquis librata ponderibuſ, opes ampliſſimæ, æquè ac pietas ſingularis reperiantur.

Diuitis nomen peccator. Pſal. 81. 2.

Diuitiæ vitiorum pabulum. Pla. 5. de repub. & dialo. de iuſto. Iob ditiſſimus, æquè ac ſanctiſſimus.

IV. Et ibant filij eius, & faciebant conuiuium per domos, vnuſquiſq; in die ſuo: & mittentes vocabant tres ſorores ſuas, vt comederent, & biberent cum eis.

1 *Quis vſus, & proprietas verbi, Eundi, in ſacro ſermone.*
2 *Vxorum ſponſis domos ædificandi vetus conſuetudo filij Iobi iam patres familias.*
3 *Origenis ſententia, filios Iobi adhuc fuiſſe filios familias. quid domus appellatio contineat.*
4 *Superioris difficultatis ſolutio. illuſtratus locus Iudicum.*
5 *Concordia fraternæ ſacer dies fauſtus.*

1 Hebraiſmus illuſtratus. Deut. 13. 2. Quid verbū eundi in ſacr. s. Oſeæ. 14. 7. 1. Reg. 15. 6.

IBANT, *& faciebant.* Hebraiſmus videtur; quē quidam explicant, vt ſingulare quoddam ſtudium, & curā ſignificet; pro, ſummo ſtudio celebrabant conuiuia ſicut & Deu. 13. *Ire poſt Deos alienos,* peculiare quoddam ſtudium, & animi contentionem affert. Alij etiam addūt verbū *eundi,* Epitaſim & incrementū habere Hoſe. 14. *Ibunt rami eius.* id eſt vehementer creſcent, & expandentur, conſurgentq; in altū. 1. Regum. 15 *Dixit Saul Cinæo; abite, recedite, atq; diſcedite ab Amalech;* id eſt celerrimè diſcedite; curam, diligentiam, celeritatē fugiendi importat. Sed certè hoc loco & pleriſq; alijs ſignificare videtur cōſuetudinem, aut curſum nunquā intermiſſum in ea re, quā verbum ſubſequens ſignificat; conſuetudo nunquā intermiſſa hęc apud illos erat faciendi conuiuia. Hiſpanus eodē idiotiſmo, pulchrè explicaret, *Iuan por ſu rueda combidandoſe.* Gen. 8. *Aquæ ibant, & decreſcebant vſq; ad decimum mēſem.* id eſt ſubinde, ſine intermiſſione decreſcebant. Ionæ. 1. *Mare ibat, & intumeſcebat.* Id eſt inceſſanter æſtus creſcebat. Ezech. 1. *Animalia ibāt, & reuertebantur.* id eſt continuò, ſine mora, atq; adeò celeriter. Geneſ. 26.* *Ibat proficiens, atq; ſuccreſcens.* Fortè verbū eundi ſimplicem ſignificationem habet hoc loco; cùm enim oporteret conuenire in aliena domo, ire oportebat in domum conuiuij. *Ibant* igitur, & celebrabant conuiuia. Sic ſanè Septuaginta intellexiſſe videntur. * *Conuenientes filij eius faciebant cōuiuium.* Quid ſi redundet hoc loco illud ipſum verbū, *eundi;* neque aliud ſit *ibant, & faciebant,* quàm ſi tantùm dixiſſet, *& faciebant?* Verbo veniendi aut eundi, redūdat, ſimilis Hiſpaniſmus. *Iuan y cōbidauanſe.*

Conſuetudo ſignificata verbo eundi.

Geneſ. 8. 5. Ionæ. 1. 11. & 12. Ezech. 1. 14. Gene. 26. 13.

* Yua con mucha pujāça y prieſſa enriqueciendo.

LXX.

* Andauanſe de caſa en caſa y de fieſta en fieſta.

2 *Per domos.* Vxores iā duxiſſe ſeptem filij hinc vidētur, vt qui ſeparatis in domibus eſſent, & Patres familias; nam ſolebant viri ſponſis domos ædificare; atq; idē à Salomone, vel ex Paleſthinorum, vel Aegyptiorū more ſeruatum eſt, ædificauit enim domū filiæ Pharaonis, quā vxorem duxerat; de qua dicitur, *Filia Pharaonis aſcēdit de domo Dauid in domum ſuam, quam ædificauerat ei Salomon.* Erant ergo iam filij Iob, *Filij excuſſorum,* id eſt, excuſſi & truſi è paterna domo.

An filij Iob, fuerint. cum hęc contigerunt filij familias.

Reg. 7. 8. & 9. Pſal. 126. 4.

Origenes.

Verùm Origenes ſenſiſſe videtur fuiſſe tunc
3 temporis filios familias, aut certè in paterna domo habitaſſe; cùm enim diſſerit de promiſcua ſobole, quæ parentibus multò iocundior eſt, quam ſi ex altero tantum ſexu ſuſcipiatur, ſic ait: *Si alicui filij tantùm naſcerentur, alij autem filiæ, cùm eas viris omnes traderet, domum vacuam relinqueret, atque hæreditatem ſuam deſolatam; nunc verò filias ſuas ſanè dat foras; filijs autem intùs accipit vxores, ac per hoc & extrinſecùs habet cognationem, & intrinſecùs hæreditatem.* Quibus verbis ad eum locum alludere videtur Iudi. 12. *Abeſan de Bethlehem, qui habuit triginta filios, & totidem filias; quas emittens foras maritis dedit, & eiuſdem numeri filijs ſuis accepit vxores introducens in domum ſuam.* Neq; huic ſententiæ obeſſe poterit nomen plurium domuum; nam domus in ſacro ſermone quodcūque receptaculum, aut partem domus ſignificare ſolet, cùm Paſſer dicatur *inuenire ſibi domū,* videlicet foramen parietis; & *Lepuſculus plebs inualida, in petra locet cubile* (Hebraicè domum) *ſuum;* & mulieres texebant *domunculas,* id eſt, cortinas tabernaculorum; Non aliter olfactoriola, ſeu capſulæ plenæ odoribus, rebuſque ſuauè ſpirantibus dicuntur ab Hebræis, *domus animæ,* aut *ſpiramenti.*

Iudi. 12. 9.

Domus quid cōprehēdat.

Pſal. 83. 4. Prou. 30. 26. 4. Reg. 23. 7.

Domus animæ quid Hebræis.

4 Cæterùm hæc domus acceptio ex adiunctis facilè colligi poteſt, cùm tranſlatitia eſt, aut paulò laxior, vel ſtrictior; ſed in præſenti loco propria non eſt deſerenda, neq; detorquenda; præſertim, cùm illud, quod eſt, *Mittere, & vocare,* domicilia ſeparata oſtendat; idemq; neceſſariò conuincat nuncium acceptum à Iobo de euerſione domus primogeniti; non enim

Difficultatis ſolutio.

potuit

potuit eſſe pars aliqua paternæ domus, cùm tota ipſa, quatuor angulis concuſſa, & labefacta ventorum violentia corruerit. Et ne maneat ſcrupulus ex Iudic. loco, cùm dicuntur nurus introduci in domum ſoceri, non intelligo domum ipſam lateribus conſtantem, parietibus, & tecto; (quanta enim deberet eſſe, vt præter ipſum Abeſan iudicem, & principem virum, caperet triginta alias virorum, & vxorum peculiares familias?) Sed per domum intelligo familiam, & cognationem: eſt enim vxor de familia viri, vt Iuris periti docent.

Vnuſquiſq; in die ſuo. Hebdomadam integram implebant ſeptem filij; & cùm ſuũ diem cuiq; aſſignatum dicit, fortè illum diem intelligit, qui cuiq; èx ordine reſponderet incipiendo à primogenito, & à Sabbatho, cuius diei prima quondam obſeruatio, primuſq; honor fuit; deinde ſecundò natus ſecundo diei ſuccedebat. Certè huius conuiuij dies notãdus albo lapillo, vt qui fraternã concordiam promoueret; ſicut è contrario Athenienſes referente Plutarcho, in deteſtationem fraternæ diſcordiæ, vnũ ſemper ex quolibet menſe diem eximere ſoliti erãt, quo inter Mineruam, & Neptunum nata fuerit contentio.

An filiorum Iob conuiuia quotidiana, perpetuaq; fuerint?

6 *Filios Iobi ſemel tantùm in anno conuiuia celebraſſe. 1. ſent. Quotidianas compotationes ad luxum pertinere.*

7 *Secunda ſentent. verior, verbum futuri temporis quid valeat in ſacris. illuſtratur Eccleſiaſtes. Vulgatus defenſus.*

8 *Quotidiana conuiuia fraternã caritatem promouent. Conuiuij Etymologia apud Hebr. Græc. Latinos.*

9 *Priſcorum conuiuiorum ritus, & frugalitas.*

10 *Diuitis epulonis locus & peccatum. illuſtratus Lucas ex Græco.*

11 *Filiorum concordia parentibus grata, & conuiuia procurata.*

12 *Quotidiana conuiuia pertinere tum ad filiorum, tum ad parentis laudem. Temperantia condimentũ quotidiani cibi.*

13 *Mittere, & miſſus; vocare, & vocatus in ſacris. Vocatores qui apud Latinos.*

SED illud quęſtionem habet, an quotidiana eſſent hęc conuiuia, ita vt nulla hebdomada conuiuio vacaret; an verò peculiari quadam, & certa hebdomada, ſemel videlicet in anno, ſeptem diebus continuis conuiuarentur. Hebræi exiſtimant non niſi ſemel in anno huiuſmodi conuiuia celebrata; illos ſequuntur Origen. Eugub. & Aſtunica. Caietanus verò paululum de hac ſententia remiſit; cùm enim dicat ſe dubitare, quantum temporis inter cõuiuium & conuiuiũ interceſſerit, & neſcire an menſtrua fuerint, an crebriora, rarioraúe; tandem cócludit rationi conſentaneũ videri non fuiſſe quotidiana, ſed moderatũ temporis ſpatium conuiuium à conuiuio ſeparaſſe.

Probari hæc poſſunt primò, quòd videãtur hæc conuiuia quaſi vmbra quædam legis præceſſiſſe; in lege autem præcipiebatur ſeptem diebus epulum celebrari, Paſchæ, Hebdomadarum; tum etiam Scenopegiæ; hac coniectura vtitur Origenes. Deinde, quoniam quotidianæ compotationes ad nimiũ luxum, & delitias potiùs referrentur, quam ad caritatem fraternam, quam filij Iob, quippe ſancti, ſanctoque parente nati coluerunt, cum modeſtia, & frugalitate coniunctam. Vitio ſanè ingenti datur epuloni diuiti, quòd quotidie epularetur ſplendidè. Non aliter luxuriantibus, & intemperantibus procis, atque opes ſuperbas iactantibus dicebat Telemachus.

Deut. 16. *2. Ratio.* *Luc. 16. 19.* *Hom. Odyſ. 1.*

Quin & diuitias, & opes aſſumite veſtras,
Mutuaque per domos conuiuia ferte viciſſim.

Ad hæc, ſi ſemper ſympoſia agitarent, id inter illorum, & ſui parentis laudes minimè nũc videretur referendum; neq; verò Iobi ſacrificium ſemper pro filijs offerendum, & pro expiandis conuiuiorum ſordibus, quod nũquam intermittendum eſſet, ſed craſtina die reparandum: hac ratione vtitur Eugu. Tum verò illud (quod Caietanum mouet) non eſt prætereundum, minùs grata, minuſq; iucunda conuiuia futura, nauſeam potiùs, & faſtidium allatura, quæ quotidiana eſſent, & nulla intermiſſione, nullaq; abſtinentia præteritæ diei condita: deeſſet nimirum illis tertia illa valde commendata lex conuiuij, vt certa, & delecta quadam die celebrentur, non promiſcuis, & profeſtis. Conſtare enim debere conuiuium his tribus dixit Varro, lectis viris, lecto loco, lecto tẽpore. quod etiã inter ipſos fratres, filioſq; obſeruandũ eſſe Aug. docuit de hac re differens. *Rogandi (inquit) ſunt parentes, & vicini, ſed rariùs rogãdi ſunt.* Sanè qui ſingulis diebus vel conuiua, vel conuiuij apparator eſſet, familiæ ſuæ benè præpoſitus, bonuſq; ſuorum liberorum educator eſſe non poſſet: nihil enim ſibi, ſuiſq; curandis temporis reſeruaret, integra menſis, & delitijs vita conſecrata.

3. Ratio. *Eugub.* *4. Ratio.* Cõuiuij lex. *Var. in Menalip.* *Aug. ſer. 2. de temp. dom. 2. aduentus.*

7 Verùm cõmunior ſenſus interpretũ quotidiana, perpetuaq; conuiuia planè aſſerit: & licèt pauci apertis, & diſertis verbis rem hanc doceant, nemo non videtur ita ſenſiſſe, cũ ipſa ſententia minimè ſit obſcura; *vnuſquiſque in die ſuo*: Et deinde. *Sic faciebat Iob cunctis diebus.* Quid quòd perpetua illa, & indefeſſa conſuetudo verbo *eundi* ſignificatur, vt ſupra explicuimus: tum etiam quia (vt Hebræus apud Caiet. dixit) poteſt exemplar ita verti, *& ibunt filij eius & facient conuiuium.* quæ verba futuri temporis rem perſeuerantẽ, & nunquã intermittendam ſolent indicare; licèt ſoleat verti à Latino interprete per alia tẽpora: vt Eccl. 1. *Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole.* Hebr. *quo laborabit ſub ſole.* vt ſignificetur labor perpetuus humanæ vitæ comes, & graue iugũ ſuper filios Adam à die natiuitatis, vſq; in diẽ mortis eorũ. Cæterum licèt futurum hoc loco non ſit in exemplari, quod nunc extat (aliud enim fortè tunc habebat præ manibus Hebręus ille) ſed præteritũ; ita vt propriè ſit, *iuerunt filij eius, & fecerunt conuiuiũ.* Sapienter Latinus interpres intellexit præteritũ illud perfectũ, idem valere, quod imperfectũ, quod cõtinuationem

Verior quæſtionis ſolutio. Verbum futuri tẽporis quid indicet. *Eccl. 1. 3.* Hebræus refellitur. Quid valeat præteritum perfectum in ſacro ſermone.

etiam

etiam, & perſeuerantiam actionis ſignificat, vt ſupra oſtendimus. ſicut Eccleſ. 1. ex Hebræo ad verbum dicas, *ortus eſt Sol, & occubuit*, quod rectè Vulgatus legit, *Oritur, & occidit*, vt ſignificet, eundem ſemper mouendi, oriendi, & occidendi curſum tenere, quem tenuit ab initio. Quod ſi dicas huic tot ſignis conſuetudini ſignificatæ ſufficere vnam totius anni hebdomadam; ridiculè dices. certè ſemel in anno hanc vitæ, & menſæ communionem inueteratæ illi conſuetudini dedisse ſatis non eſt, deficeret enim tam longo vnius anni ieiunio, quantumuis ſemel in anno ſeptem integris diebus continenter epularetur.

Eccle. 1. 5.

Vulgatus interpres defenditur.

8 Reſpõdetur ad obiecta. Ad 1.

Ergo vt hæc pars ſtabiliatur, ſatisfaciamus his, quæ pro parte aduerſa obiecta ſunt. Quod Origeni quaſi vmbra, & præambulũ legis, & epulorum Paſchæ & ſcænopegiæ etiã videtur; alijs non videtur. facilis, & vera reſponſio in re, quæ negari tam facile poteſt, ſicut dici.

Ad 2 obiectum.

Conuiuia caritatem promouent.

Cic. de ſenect.

Quod ſecundo loco additur, quotidianas cõpotationes pertinere ad luxũ, minimè aſſentior: ad confirmandã, & augendam caritatem, & cõmunis vitæ ſocietatem, concedo. Eleganter quidem docuit Cicero ex ipſa ratione nominis conuiuij, quoniam res ipſa cõuiuiorum, & epularum ſolennitã inſtitutũ eſſet. *Bene* (inquit) *maiores noſtri accubitionem epularum, quod amicorum & vitæ coniunctionẽ haberet, conuiuium nominarunt; melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationẽ vocant, vt quod in eo genere minimi eſt, id maximè probare videantur.* Et licet quidẽ

Cõuiuij ethimologia apud Latinos.

Vnde dicatur conuiuiũ Hebræis.

משתה

Iſai. 5. 11.

Lingua Sancta conuiuium nominet a (*ſathah*) quod eſt bibere, quaſi dicas potationẽ, aut cõpotationem; & profuſiora conuiuia, nõ ex alio quam ex vino, & largiore potu notet Iſa. c. 5. *Væ qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandã, & potãdum vſq; ad veſperã, vt vino æſtuetis; Cythara, & Lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs veſtris.* vigebant forte apud intemperãtiores Iudęos prandia antelucana, quæ apud Priſcos in vſu erant, & quorum meminit Hom. odiſſ. lib. 14. Strabo etiã lib. 15. ſcribit, Perſis abuſum inualuiſſe, vt à manè ad veſperam quidquid eſt tẽporis, vnico Prandio concluderent: & de Alexandro ſimiliter loquitur Plu. *Alexander Prandio, cum ab negotijs vacaſſet, accumbebat.* autor eſt Suetonius, Galbam ante lucẽ veſci ſolitũ, ſicut Aelianus, Tarentinos matutinis ſe poculis ingurgitaſſe. Sed redeo ad Hebraicam conuiuij appellationẽ, quæ quamuis a potando ſumpta fuerit, ſed tamẽ vt dixit Cicero, *qui Græcorum more bibunt, ex hoc conuiuij magnificentiam conſiderant, quod maximum apud illos eſt*, at vero viri ſobrij id minimum ducunt: amicitiæ, & vitæ coniunctionẽ, quæ conuiuiorum ſobrietate alitur, & confirmatur, maximum.

Prandia antelucana.

Hom.

Strabo.

Perſarũ abuſus.

Plutarch. lib. 2. de Virtute & Fortuna, Alex. Sueto. in Galb. cap. 22.

AElian. lib. 12. cap. 30.

9 Priſcorũ conuiuia qualia.

Iſai. 22. 5.

Non mandebant olim menſæ multo mero; non replebatur vomitu, ſordibuſq́; quod Iſa. deplorat; non onerabantur infinitis ferculis, quod noſtri nunc (ploranduq́;) mores, noſtra ferunt tẽpora; ſed cibus mundus, ſimplex, nullis ſictitijs condituris, atq; palati, & gulæ irritamentis, qualia exiſtimare oportet hæc familiæ Iobi conuiuia extitiſſe. Certè menſa, res apud antiquos Sacra fuit, vt ait Macro. &, quod de Perſarum regibus Serinus apud Stobæum, ſerm. 42. & 44. memoriæ prodidit, ante cibũ de modeſtia diſputaſſe, & ante potum de temperantia; hoc idem a cõuiuijs pijſſimis, & frugaliſſimis minimè prætermiſſum credẽdum eſt; ſicut neq; illa, quæ apud alias gentes à vera religione alienas obſeruata fuerunt, referente Macrob. vt numinis primum, & religionis pro conuiuij capite meminiſſent; deinde bene precarentur conuiuis, & ſecundùm precationem dapibus cum modeſtia veſcerentur. trinis tantum ferculis conuiuia exhibuit Aug. ſcribente Sueto. Seruius in 1. Aeneid. duobus tantum vſos antiquos Romanos dixit (non pluribus fortè Iobi filij) neq; poculis pluribus; quare ex quatuor poculis, quorum primum Anacharſis referente Laertio, & Aſclepiades ſcribente Apuleio, dixerunt pertinere ad ſitim, ſecundum ad hilaritatem, tertium ad voluptatem, quartum ad inſaniam; fratres illi ſancto parente nati, vtrumque duo prima ſumpſerunt neceſſitati, honeſtate, fraternęq́; hilaritati ſeruientia. rurſus ex nouem poculis alijs, quę Eubulus enumerauit, cum bacchum inducit ſic loquentem apud Athenæum.

Macro. lib. 3. cap. 11.

Stob.

Perſarum conuiuij initio mos.

Macrob.

Quot apud antiquos fercula, & pocula.

Sueto. in Auguſt. c. 74.

Serui.

Laërt. in vita Anachar.

Apule. lib. 4. Floridorum.

Eubul.

Athen. lib. 2. dipnoſ. cap. 1.

Nouem Bacchi pocula qualia.

Prudentibus viris ego tres miſceo
Crateras, vnum ſanitatis gratia:
Primum bibunt hunc: gratæ amoris alterum,
Dulciſque voluptatiſque: ac inde tertium
Somni, bibunt hos turba nam prudentium
Redeuntium domum. Nec eſt inde amplius
Quartus virorum potus, aſt iniuriæ.
At quintus eſt clamoris: eſt Laſciuiæ
Sextus ſacratus: ſuggillationibus
Eſt Septimus: vocatus eſt octauus: hinc
Eſt nonus ira.

Ex his inquã duo tantùm prima ebibebant; ſanitatis primum; mutui amoris, & beneuolentiæ alterum; quæ quoniã ſemper perſeuerare vigereq́; debebant, nunquam conuiuiorum celebritas intermittebatur.

10 Diuitis epulonis peccata.

Qui deinde affertur in exemplũ diues epulo, longè eſt diſſimilis; Is enim epulabatur (*Ephrenomenos*) lętũ ſe reddebat, delitiabatur, beatificabat ſe, depellebat omnes animi ſolicitudines & curas, ſolam voluptatem conſectãs in epulis: vt colligitur ex Phauorino in *Euphron.* & in *Diſphoros*, quę contraria ſunt; poteſt illud verbum *epulandi*, & delitiandi afferre abundantiam quandam, vt nullũ voluptatis genus prætermiſerit, nullamq́; occaſionem voluptatis: quam etiam abundantiam ſignificat verbũ *Laſciuienat*; Amos 6. ex proprietate radicis (*ſarah*) ſic enim quod Latinus dixit, *laſciuientes*, Septuaginta legerunt, *delitijs affluentes*. Epulũ vero non fratribus, nõ hoſpitibus, non peregrinis, nõ egenti Lazaro apparabat, ſed ſibi ipſi. *ſplendidè, lampros*, largè, lautè, magnificè, exquiſitis cibis, atq; cupedijs. Ergo iſte erat mancipiũ ſui corporis, ventrẽ pro Deo colens; huic libamina, & ſacrificia offerebat, quæ non ſacro, ſed execrando voracitatis igne abſumebãtur: Similimus profectò illis, quorũ immẽſam gulam, & turpem laſciuiam deſcribit cõminabundus Amos; *Opulentos in Sion, dormientes in lectis eburneis, & laſciuientes in ſtratis, comedentes agnum de grege, & vitulos de medio armenti, bibentes vinũ in phialis, optimo*

ἐφραινόμενος

Quid epulari.

Phauorin.

εὔφρων

δύσφρος

Laſciuire quid.

סרח

LXX.

λαμπρῶς

Philipp. 3. 19.

Amos 6.

Boni nomen ad cibum pertinere. ἀγαθὰ

vnguento delibutos, &c. nihil patientes ſuper contritione Ioſeph. Quare ille audire meruit in inferno, ſitiens, & eſuriés, *Memento quod recepiſti bona, (Agatha)* largã, & lautã ciborũ, & potus fruitioné.

11 Ad obiectionem tertiam. An quotidiana filiorum conuiuia pertineant ad parentis laudem.

Iam tertia ratio petit, an hæc conuiuiorum narratio pertineat ad laudem filiorũ, an verò ſolius parentis; poſſet enim videri alicui ex hoc ſolum commendari Iobus, quod ſacrificaret pro filijs intemperantioribus; tam erat religioſus, & de filiorum pietate ſolicitus; tum etiam quam fuerit fratrum concordia ſuo parenti grata, vt hoc quoq; ad fœlicitatis cumulũ accedat, ſignificatur: nam vt ille dixit, *fratrũ inimicitiæ parentibus grauiſſimæ.* Certe Plut. autor eſt, Xerxem, cũ audiuiſſet Ochum filium inſidiatũ fratribus, mærore contabuiſſe. Mortemque potius, quam filiorum diſcordiam mater ſapientiſſima probabat, precabaturq; ſibi Iulia Seueri Imperatoris vxor, hæc, vt Herodianus ſcribit lib. 4. cum Getam, & Antonium filios à cõtentione, & imperij diuiſione reuocare non potuiſſet, talem habuit apud eos orationem: *Terram quidem, & mare ô filij iam inueniſtis, quo pacto diuidatis, matrem vero quonam modo diuidetis? Quomodo infœlix ego diſtribuar inter vtrumq, veſtrũdue primũ igitur occidite, dimidiamq́, vterq; apud ſe partẽ ſepeliat.* ergo conuiuia per ſe nullã eſſe laudis materiã.

Filiorũ concordia parentibus gratiſſima. *Euripides.* *Plutarch. de pietate erga fratres.* *Herodianus.* Iuliæ Oratio

12 Solutio propoſitæ difficultatis.

Cæterùm vtriq; commendantur; tum filij, qui mutua caritatis officia honeſtis conuiuijs obibant; tum etiã illorum parens qui tam benè inſtitutos filios habuit, vt quam ſemel didiciſſent in paterna domo fraternæ beneuolentiæ diſciplinam, perpetuo colerent. Quare nõ pro cõuiuijs intemperãtioribus expiandis ſacrificabat, ſed pro occultis defectibus, ſi quos fortè in conuiuijs téperantiſſimis, & honeſtiſſimis, per incuriam incurriſſent. Neq; repetito conuiuio repetebatur parum honeſta conſuetudo, vt fruſtrà cenſeretur repeti etiam ſacrificium; non enim homo ſapientiſſimus ignoraret, veriſſime dici poſſe: *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio illius? ſic homo qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterũ eadem faciens, quid proficit humiliando ſe? Orationem illius quis exaudiet?* Caietanus vero, bene nouerit temperantiam, & frugalitatem eſſe condimentum quotidiani cibi atq; quotidianarum etiam epularum; eaſdemq; illas ſobrietaté videlicet, atq; modeſtiam tantùm abeſſe, vt tempus adimant rebus neceſſarijs, vt potiùs modũ, ordinemq; ſeruent in rebus, & tempus ſuum cuique præſcribant, liberumq; relinquant.

Ad 4. obiectionem. *Eccleſ. 34. 30.* Temperãtia condimentũ quotidiani cibi.

13 Mittere & vocare in ſacris *Geneſ. 31. 4.*

Et mittentes vocabant. Miſſo nuntio acceſſebãt, & inuitabant ad conuiuiũ; cum enim *mittere*, & *vocare* iunguntur, miſſus nuntius vocare vel inuitare, quempiã iubetur, vt Gene 31. *Miſit Iacob, & vocauit Liam*, &c. id eſt vocari iuſſit *Embio à lamar*; quo etiã modo Paul. Rom. 1. dixiſſe videtur; *Vos eſtis vocati Ieſu Chriſti.* id eſt, adducti ad fidem per Apoſtolos, qui ſunt miſſi internuntij ad prædicandum Euangelium omni creaturæ. Verbum auté *mittendi*, ſolitariè poſitũ aliquando habet nuntiũ adiunctum, vt 2. Reg. 2. & Prouerbiorum 9. & frequenter alibi. interdũ verò, nuntius, qui non exprimitur, in ipſo verbo latitat, præſertim ſequente præpoſitione, *ad*, ſed

Rom. 1. 16. *2. Reg. 2. 5.* *Prouerb. 9. 3.* Verbum mittendi quid includat.

abſolutè Pſal. 17. *Miſit de ſummo, & accepit me.* ſubintellige miſſum a Deo miniſtrum, aut angelum ſaluatorem, & diuinæ propitiationis nũtium. Pſal. 56. *miſit* (angelos) *de cælo, & liberauit me*: & iterum; *Miſit Deus miſericordiam ſuam, & eripuit animam meam.* id eſt, miſericordiæ hominibus impédédæ adminiſtratorios ſpiritus. Hinc *miſſi* dicuntur, qui diuinæ voluntatis, diuinique verbi perlatores ſunt ad homines, videlicet Apoſtoli, quaſi internuntij: ideo miſſus, quando de homine dicitur, eſt miniſtri, & inferioris nomen Ioan. 13. *Apoſtolus non eſt maior eo, qui miſit illum*, Vocare autem non ſolùm ex re ſubiecta pertinet ad conuiuiũ, ſed etiam ex vi ipſius vocabuli; eſt enim idem, quod inuitare. Numer. 25. *Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt* (inuitauerunt) *eos ad ſacrificia ſua. at illi comederunt, & adorauerunt Deos earum.* 2. Reg. 15. *Poſtea comedens vocati.* Prouerb. 9. *Miſit ancillas ſuas, vt vocarent* (inuitarent) *ad arcem; & inſipientibus loquuta eſt; Venite, comedite panẽ meum, & bibite vinũ quod miſcui vobis. & multi ſunt vocati, pauci electi.* Hinc fideles ſæpe dicuntur a Paulo, *Vocati*, neque ſemper exprimit ad quid ſint vocati; intellige inuitatos ad Euangelij conuiuiũ, & cœnã *nuptiarũ agni.* Græcis ſimiliter, *caleo*, eſt vocare ad cœnam, & *Cleſis*, id eſt, vocatio ad cœnam, ſicut etiam *autocletos* eſt, qui vltro, & ſpontanea vocatione a nemine inuitatus venit ad epulas. idem viſus Latinis; qui etiam Vocatores appellabat eos, qui ad cænas vocabant, & quibus négotiũ inuitandi demandabatur, vt ex Plinio conſtat lib. 35. c. 10. cùm de Apelle ſcribit per fraudé inuitato ad Regis Ptolomæi cœnã ab impoſtore quodã non ab ipſis Ptolomæi Vocatoribus.

Pſal. 17. 17. *Pſal. 56. 4.* Miſſus in ſacris quid ſit. *Ioan. 13.* Vocare pro inuitare. *Num. 25. 2.* *2. Reg. 15.* *Prouerb. 9. 3.* Vocatus. καλέω κλῆσις αὐτόκλητος Vocatores qui. *Plinius.*

Tres Sorores.

14 *Optimus conuiuarum numerus. quid de duodecim conuiuis.*

15 *Fœminas non tangunt conuiuiorũ curæ. Sororis Etymon. Græcarum fœminarum in conuiuijs mos.*

16 *Cur ſorores conuiuijs adhibitæ, opinio D. Tho. Fratrum erga ſorores caritas.*

17 *An filiæ Iob virgines fuerint, Gener eſt de familia ſoceri, & quis Generi appellatione contineatur.*

18 *Comedere, & bibere in ſacris.*

19 *Communio menſæ & calicis concordiæ Symbolum. Illuſtratur Abdias.*

20 *Fraterna beneuolentia. plura ex ſacris, & profanis ſcriptoribus.*

21 *Fratrũ odia grauiſſima. plura ex ſacris, & profanis.*

TRES *ſorores.* Cum multum laborarint antiqui in præfiniendo certo quodã numero conuiuarum, qui optimus videretur iucunditati, & ſobrietati; & tandé tres, quatuor, aut quinq; Græci ſtatuerint, vt ex Archeſtrato Syracuſio refert Athenæus. lib. 1. ca. 1 & Plato in Timæo, tres aut quinq; requiſierit, Homerus verò vſq. ad decé probauerit; ſed tamen illud tanquam optimum, inualuit, quod Gel. ex autoritate M. Varronis ſcribit præcipientis, conuiuarum numerũ incipere oportere à gratiarũ numero, & progredi vſq; ad Muſarum; id eſt, proficiſci à tribus, & conſiſtere in noué; vt non pauciores tribus, non plures nouem in eadem mẽſa accumberent, quod idem in his filiorum

14 Conuiuarũ numerus quis optim⁹. *Archeſtratus apud Athenæum.* *Plato.* *Homerus.* *Gel. lib. 2. c. 7.*

Iobi conuiuijs ſeruari neceſſariò debuit; nam cùm ſeptem eſſent filij, filię verò tres, conuiuator vnus nouē excipiebat conuiuas, vt vel hinc colligas falſum eſſe id quod prouerbio iactatur, Septem conuiuium, Nouem verò conuitiū facere. Iam numerum illum duodenarium ſacrauit Chriſtus Ieſus duodecim adhibens conuiuio corporis, ſanguiniſq; ſui. quod Lucium Verum Imperatorem feciſſe primum cū duodecim accumbentem ſolenni conuiuio; ſcribit Iulius Capitolinus in vita illius.

Duodecim conuiuæ. *Iulius Capit.* *Olimpiod.*

Sorores ſuas. Olympio. notat ſolos filios in obeundo conuiuiorum munere occupatos fuiſſe, neq; harum rerū curas requiſijſſe à fœminis. rectè; nam fortes virgines erant, quas nō tangunt eiuſmodi curæ; quòd ſi erant maritis locatæ, ſuæ tantùm domus, ſuorumq; virorū, atq; liberorum meminiſſe debuerūt: nam propter hos relinquit quoq; mulier, vt vicem rependat viro, patrem, matre, fratres. Neſcio enim quid magis ſeparatum à parētum domo filia habet; quàm filius. quod ipſum etymon vocabuli indicat, nam vt Labeo dixit, referente Gellio. 13. cap. 10. Soror appellata eſt, quòd quaſi ſeorſim naſcitur, ſeparaturq; ab ea domo, in qua nata eſt, & in aliam familiam tranſgreditur. quare iubetur ſponſa *obliuiſci populum ſuum, & domū patris ſui,* Pſal. 44. *filia* (inquit Epictetus) *aliena poſſeſſio eſt patri.* quò reſpicit illa Beotiorū conſuetudo referente Plutarcho in quęſt. centur. Roma. vt cum ſponſa curru vehebatur in domum mariti, axem currus pro ianua incēderent, quaſi ſublato eo, qui poſſet eam aliò abducere, aut in domum paternā reducere. Addit Chryſoſt. ſuę ſobrietatis, atq; temperantię ſorores teſtes adhibitas eſſe à fratribus, nullaſq; alias fœminas interfuiſſe conuiuijs, & rectè; nam fortè Chryſoſt. reſpicit his verbis antiquā illam fœminarum Græcarum conſuetudinem, quibus non licebat accumbere conuiuio niſi propinquorū; quod apud Macedones ſeruatū ſcribit Herodo. lib. 5. apud alios etiā Probus Aemil. in proæmio virorū illuſtrium, & Iuſtinus lib. 7.

Gellius. Sororis Etymon. *Pſal. 44. 11.* *Epictetus.* *Plutarch.* Romanorū [illegible] *Chryſoſt.* Fœminarū Græcarū cōuiuandi mos *Herodotus.* *Probus Aemil.* *Iuſtinus*

D. Thomas ideo ſororū mentionem fieri exiſtimat, quòd cōmuniter ſoleant deſpici à fra-
16 tribus; commendatur itaq; comitas, & beneuolētia fratrum erga ſorores. Ego verò ſic exiſtimo, fratribus erga ſorores beneuolentiam, & amorem ab ipſa natura peculiari ſenſu inditum, & commendatū eſſe; quare illarum iniurias acriter propulſant, vehemēterq; vindicant; exempla ſunt Simeon, & Leui, cæterique filij Iacob, grauiſſimè ferentes, atq; vlciſcentes Dinę ſororis ſtuprum; & Abſalon pro violata ſorore Thamar interficiens fratrē Amnon. Fratres verò Rebeccæ ipſa illorum matre in diligenda ſorore ardentiores videntur fuiſſe, primiq; ipſi ſororis diſceſſum, quem grauiter ferebant, cōperendinabant; nam Eliezer vrgenti profectionem reſponderunt: *Fratres eius, & mater, Maneat puella ſaltem decem dies apud nos.* Dimiſerunt tandem imprecantes proſpera ſorori ſuæ, atque dicētes: *Soror noſtra es, creſcas in mille millia.* Quaſi dicerent, quid non boni precemur ſorori, in cuius germanitate omnem dilectionis rationē habemus. Pręterea, quòd ſponſa nomen habet Sororis in Canticis; ſicut & Sponſus nomen fratris; quo mutua dilectio, eaq; feruentiſſima ſignificatur, qua proſequitur Sponſam ſororem.

D. Thom. Fratrū in ſorores caritas. Qui ſororū iniurias vlti fuerint. *Geneſ. 24.* *2. Reg. 13.* *Geneſ. 24. 55.* Spōſa ſoror; & ſponſus frater.

17 Sed expedienda nunc facilè eſt iam indicata quęſtiuncula, exiſtimare, ne oporteat locatas fuiſſe ſuis viris filias Iobi; curioſum hoc potiꝰ quàm neceſſariū; ſed non omnino inutile. Partē aſſerentē docuit Origen. ſuperius adductus. Sed tamen nō deeſt ſua cōiectura parti neganti; nulla enim generū Iobi mentio fit, quorum tamen, perinde ac filiorū, ſoleat Scriptura meminiſſe; & quę ad bonū pertinent filiorum, ad illos quoq; pariter pertineant. Gen. 19. *dixerunt* Angeli ad Loth: *Habes hic quempiam tuorum generū, aut filios, aut filias? omnes qui tui ſunt, educ de vrbe hac.* & (quod obſeruari debet) eò quòd ad virum iuſtum pertinerent quodā modo, generos vocat, non quibus iā nupſiſſent filię, ſed quibus locandæ, & iam deſponſæ eſſent, ſubditur enim; *Loth loquutus eſt ad generos ſuos, qui accepturi erant filias eius, & dixit: Surgite, egredimini de loco iſto.* quod idē eſt, quod poſtea l. 8. ff. de gradibus, ſtatuitur, Generi appellatione etiā ex ſpōſalibus cōtrahi; quod nō eſt ab eruditiſſimo Seruio prętermiſſum ad id Virgil.

An filiæ Iobi fuerint iam matrimonio locatæ. *Origen.* Iobi filias virgines fuiſſe. *Geneſ. 19. 12.* Generi appellatione quis contineatur. *l. 8. ff. de grad.*

Et gener auxilium Priamo, Phrygibuſq; ferebat
Infœlix, qui non Sponſæ præcepta furentis
Audierat.

Seruius in 2. Aeneid.

Quare ſicut Dauid meritò dicebat. *Num parum vobis videtur generum eſſe Regis?* ita ſanè permagni æſtimandū eſt, viri ſancti Generum eſſe. nō videtur itaq; integra Iobi familia numerata prętermiſſis generis; neq; præteriret hiſtoria generos etiā cū filijs oppreſſos ruente domo, multū enim valeret ad explicandā cladis magnitudinē, æquè ac doloris, patientiæ quoque S. Iob.

1. Reg. 18. 19. Viri familia Generos cōprehendit.

18 *Vt comederent, & biberent.* Sicut panis, & aquæ nomina quodcūq; eſculentum, & poculentum comprehendūt, ita ſanè *comedere & bibere* quæcunq; cibi, & potus genera, tum etiā pertinent ad ſolenne epulum, & lautum, hilareq; conuiuium. Luc. 12. pecuinus ille diues ſic ſecū colloquebatur, *Anima mea comede, bibe, epulare, habes multa bona poſita in annos plurimos.* Et qui ſe ad compotādum adhortabantur, apud Iſai. *Comedamus, & bibamus.* Et Sapiens dū docet conſectandam hilarem quandam vitam, cum honeſto, & frugali diuitiarum vſu, depulſis animi curis inutilibus, & ſordida parſimonia: *Nonne meliùs eſt comedere & bibere, & oſtendere animæ ſuæ bona? & hoc de manu Dei eſt.*

Luc. 12. 19. *Iſai. 25. 13.* *Eccleſ. 2. 24.*

19 *Cum eis.* Communio mēſę, & calicis concordiæ, & amicitiæ ſymbolum; nam ſeueritas illa, & grauitas, quam dicunt, quę amicitiam lædit, dimittitur inter epulas, vbi omnia communia ſunt & æqualia; atq; adeò amicitiam conciliantia. Certè ad magni cuiuſdā amoris ſignificationē, videlicet viri erga vxorē, dixit Nathā Propheta ad Dauid. *Pauper nihil habebat præter ouem vnam paruulam, quam emerat & nutrierat, de pane illius comedens, & de calice eius bibens.* Illud verò ad magnam conſuetudinem, & animorum coniunctionem refertur, *Simul mecum dulces capiebas cibos.* Sed elegans in primis eſt illa in hac ipſa re ſynonymia, & eiuſdem ſententię expo-

Communio menſæ & calicis, amoris ſymbolum. *2. Reg. 12. 3.* *Pſal. 54. 15.*

Abd.7. litio,& expoſitio apud Abdiam, *Viri fœderis tui, viri pacis tuæ, qui comedunt tecum.* Heb. *viri panis tui.* ſicut enim hoc loco *Fœdus, Pax, Panis* iunguntur, ita ſanè in conuiuijs fœdera, & amicitiæ celebrantur, cuius rei multa extãt antiquitatis exempla apud Alex.

In conuiuijs celebrata fœdera.

Alex.lib.5. c.3.

20 Mirantur verò hic Græci, atq; Latini mirabilem fratrum concordiam quotidiano conuictu & familiaritate conſeruata, & confirmatam: nam quotidianus conuictus, ad cõciliandam, promouendam, reuocandam beneuolentiam in primis valet, ſcriptũ eſt enim Prouerbio. 27. *Melior eſt vicinus iuxtà, quàm frater procul.* Nã ſi ſe frater à conuictu, & familiaritate ſubtrahat, fraternitatis iura lędet, violabit potius; quæ ſicut in eodem vtero ſancita ſunt, ita etiã eodē conuictu, & eadem domo ſeruari petunt, conuiuere nãq; deſiderant, qui amant, vt Ariſt. dixit lib.7. Ethic. Hanc igitur fraternæ caritatis legem ſi cõſideres ab ipſa natura acceptam, hauſtam, impreſſam fratrum animis; non valde miraberis: at ſi illã, quæ à natura inſita eſt, facilè quacunq; occaſione ex ipſis animis conuelli, penitusq; extingui, ſubeuntibus in eius locum rixis, contentionibus, odijs inueteratis; rem miraberis, quæ vt optima, & à natura ipſa poſtulata, ita vulgo minime euenire ſoleat, ſed inſolenter & raro. Mirabundus enim exclamauit ille, *Fratrũ quoq; gratia rara eſt.* Fratrum quidē amicitiam efficit, & commendat naturæ & ſtudiorũ æqualitas, & ſimilitudo quàm maxima eſſe poteſt; cum illis cõmunes ſint parentes, vterus, ſanguis, ortus, educatio, domus, generis claritas, res familiaris, patrimoniũ, diſciplina etiam, atq; mores vt Ariſt. ſcripſit, vt veriſſimum ſit illud etymon, Frater, quaſi ferè alter, ex ſententia P. Nigidij, vt ſcribit Gell. veriſſimaq; illa Xenophontis ſententia, *Se ipſum curat, qui fratri prouidet.* Porrò, *Omnis omni Phileon,* ſimile ſimili amicũ, ex Platon Phęd. Quis itaq; amicior quàm frater fratri? Neq; enim tam ſimilis eſt oculus oculo, & pes pedi. Quare id à Plutarcho acutè obſeruatũ eſt, in ipſa natura multiplex obſeruari fraternę beneuolẽtiæ argumentum, cum ea, quæ valdè neceſſaria ſunt in noſtro corpore, gemina effecerit, manus, pedes, aures, brachia, oculos; ita ſanè duos ex eodem vtero procreat, vt alter alteri mutuis officijs iuuent, & conſeruent; neq; enim pes pedem ſupplantat; neq; manus nocet manui; neque oculus germanũ oculum eruit. Quare qui fratrem abijciat, vt alios amicos paret, is certè ſuum pedem abijciet, & abſcindet, vt ligneum ſibi aſciſcat, qui multò minùs vtilis eſſe poterit, multoq; magis dedecori, oneri, moleſtiæ. Fraternitatis caritatem commendat ad Hebræos Paulus, vt quæ maxima videatur eſſe atque ardentiſſima, *Caritas fraternitatis* (fraternæ ſimilis) *maneat in vobis.* Neq; ſanè illam à Chriſto ſeruatore perfectæ caritatis Legē, alio quam fraternæ dilectionis exemplo, aut nomine nobis tradidit, *Vt eſſemus ſimiles patris cæleſtis.* Arnobius & perſtringens barbaros ethnicorum animos, & obiectionibus, quæ ab illis in primos Eccleſiæ fideles iactabantur, ſapienter pariter ac Chriſtianè reſpondens, *Sic mutuò* (inquit) *quod dele-*

Prouerb.27. 10.

Ariſt.

Fraterna beneuolentia à natura inſita facilè amittitur.

Ouid.1.Met.

Ar.lib.8. eth. c.11.

Gel.lib.13. c.10.

Xenoph.in Cirop.lib.8. ὁ κηδόμενος τῶν ἀδελφῶν

Plato. φιλέτερ ὅμοιος ὁμοίῳ.

Salust.in Iugurt.

Plutarch.de frater. beneuol.

Fratrũ mutua officia. Simile.

Heb.13.1.

Arnobius contra gent.

Chriſtianæ

tur, diligimus, quoniam odiſſe non nouimus. Sic nos, quod videtur, fratres vocamus, vt vnius parentis Dei homines. qui ſe diligebant ardenter in prima Eccleſia fideles, fratrum nomine ſe in amore confirmabant, & complectebantur, vt apud illos non aliud eſſet Chriſtianus, quàm frater; quod tum ex Paulo ſcribente ad Corint. apertè conſtat; tum ex his, quæ ſcribunt Clem. lib.5. ſtrom. Auguſt. lib.1. de ſerm. Domini, cap.43. Euſeb.3 de iuſto. cap.43. Niceph. lib.1. cap.3. Tertull. de corona mili. Tandem fraternus amor exemplar, & imaginē præferre videtur omnis veræ, conſtantiſq; amicitię, atque mutuæ beneuolentiæ; cum etiam Sponſus Sponſam ſororem vocet, Sponſa verò fratrem Sponſum. Et vt aliquid etiam de fratrum honore, & dilectione (quod ad Hunnarũ mores pertineat) proferamus, certè apud Arabes Lege ſtatuebatur (autore Strabone lib.16.) vt fratres gentilium hę reditatem ſucceſſores antecederent filios. Magna inter coniugatos caritas, ſed aſcititia, non accepta, neque hauſta ab ipſa natura, maior parentum erga filios; ſed minimè reciproca, propter diſſimilitudinem, & inæqualitatem; maxima inter fratres, vt cui æqualitas adſit, & mutuę beneuolentiæ procreatrix ſimilitudo.

gẽtis fraterna charitas.

1.Cor.7.12.

Clemens Alexandrin.

Auguſt.

Euſebius.

Nicephorus.

Tertul.

Arabũ mos.

Strabo.

Fratrũ, quã parentum, & coniugũ dilectio maior.

Sed mirum; tria hominu genera, qui ſe mutuo amore proſequi aut ex naturæ, & conſanguinitatis, aut ex vicinitatis, & cohabitationis aut ex coniugij lege tenentur, minimum ſe diligere ſolent, multum odiſſe. Rariſſima namq; rem Sapiens requirebat dicens: *In tribus placitum eſt Spiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo, & hominibus; Concordia fratrum, Amor proximorum* (vicinorum) *& vir, & mulier ſibi bene conſentientes.* Sicut enim quæ calidiſſima ſunt, eadem fiunt frigidiſſima; ita & ſanè ex amiciſſimo redditur quis inimiciſſimus, & ex fratre hoſtis acerrimus: videlicet non ſolùm vt Poëta dixit. 21

Eccle.25.1.

Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

Sed primo illo fraterno Abelis ſanguine iniuſtus Cain terram madefecit, quæ aperto ore ſanguinem fraternum excipiens, tantique ſceleris debitas pœnas fratricidæ expetijt, atque imprecata eſt, *Per iram homicidij,* (ait Sapientia) *fraternitas deperijt.* quod enim in ſe erat, fraternitatem ex mundo tollere viſus eſt, qui primã, quæ in mundo extiterat, fraternitatem ſuſtulit, fratremq; peremit. Et vt alia fraterni odij exempla prætercam, illud eſt mirabile, quod de Eteocle & Polynice fratribus proditum eſt; qui cum ſe mutuis vulneribus confeciſſent, & rogo cadauera mandarentur, ex eorum corporibus naſcentes flammæ ſe ſe diſſociauerunt; quare in prouerbium abijſſe. *Graues fratrum inimicitiæ.* tum etiam illud. *Quorum amor ſummus eſt, horum ſumma odia,* vt Ariſt. ſcribit in Polit. atque huius rei Phyſicam rationem tradit, quod cũ eadem pars appetitiua ſit, quæ Iraſcibilem & Concupiſcibilem continet, videtur homo à natura ita conſtitutus, & diſpoſitus, vt cùm propter naturę & ſanguinis coniunctionem aliquē amare teneatur, ſi ab illo ſe lędi contemnique intelligat, incredibiliter iraſcatur, acerbiſſimũq; odiũ concipiat, quod in fratris fortunas, honorē, vitamq; ipſam erũpere ſolet; atq;

Ar.4.meteo. cap.3.

Fraterna odia.

Luca.lib.1.

Gene.4.8.

Sap.10.3.

Sabel.ennead. 1.lib.7.

Ar 7.pol.c.7.

Vnde fratrũ odia naſcantur.

eiuſmodi

eiuſmodi interdum exiſtit, quod neq; mitigari precibus, neq; vtilitate deponi, neq; ſedari vetuſtate poſſit. Sunt enim fratres quidã, in quibus infinitum ſit odium, in quo ſemel ſuſceptũ ſit. Crimen profectò peſſimum apud Deum; & nefariæ turpitudinis, infamiæq; nota inurendum apud homines. De quo ſanè amator ille fratrum ſuorum Ioſeph, *accuſauit fratres apud patrem crimine peſſimo*. prop. *detulit infamiam, ſeu rumorem illorum malum apud patrem*. Onkelus. *Deferebat Ioſeph ſermonem eorum malum*, videlicet vel mutua illorum diſſidia, & fraternitatis caritatem minimè ſeruatam; vt Rabanus, & alij interpretãtur, vel ſane conqueſtus eſt Ioſeph apud Patrẽ, de opprobrijs, quibus afficiebatur a fratribus, & de detractione, quòd obloquerentur inter ſe, patrem contra ius, faſq; plus diligere Ioſephum quam cæteros. vnde natũ eſt, tum etiam ex eo, quòd ipſe à fratribus iniurię & mali acceperat, vt multis experimẽtis probare poſtea vellet ſuorum fratrum animũ, & caritatẽ fraternitatis, primum detẽto Simeone, deinde etiam reuocato ex itinere Beniamin; quod Ioſephus. 2. Antiquit. c. 6. ſapiẽter obſeruauit, dum ſic inducit Ioſephum loquentem cum ſuis fratribus ex Gen. 45. *Diſcedentibus omnibus ſemetipſum fratribus indicauit dicens: virtutem quidem veſtrã atq; fauorẽ circa fratrem veſtrũ valde collaudo, & meliores quàm ſperarem ex his, quæ in me cogitaſtis, inuenio, hæc autem omnia feci, experiri volens, amorem veſtræ fraternitatis.* Sed quæ non manent pœnæ huiuſmodi fraternæ beneuolentiæ contra naturæ legis violatores? acerbiſſimæ, ſanè atq; grauiſſimæ: quales & poeta agnouiſſe viſus ſit, dũ inter eos qui apud inferos cruciantur hos quoque conſtituit.

Illuſtratus locus
Geneſ. 32. 2.
Onkelus.
Raban.
Geneſ. 42. & 44.
Ioſephus.
Gen. 45. 3.
Pœnæ conſtitutæ fratrũ oſoribus.
Verg. lib. 6.

Hic quibus inuiſi fratres, dum vita manebat. Ignem quoque, qui non accenditur neq; extinguitur, in Eſau, & in illius imitatores, qui nũquam ſibi ab odio fraterno temperarint, iaculaturum ſe Deus ipſe comminatur, Amos. 1. *Super tribus ſceleribus Edom, & ſuper quatuor non conuertã eũ.* (quartum hoc videlicet inexpiabile) *eo quod perſecutus ſit in gladio fratrem ſuum, & * tenuerit vltra furorẽ ſuum, & indignationem ſeruauerit vſq; in finem. Mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Boſræ.* Nam ſi illum, *qui ſeminat inter fratres diſcordias*, deteſtatur Deus, ei ſanè placere nunquam poterunt qui fratres *inuicem* non dilexerint, *ſicut ille dilexit nos qui non confunditur fratres vocare dicens. Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.* vnde voluit, debuitq́, *per omnia fratribus aſsimulari.* Ergo iã non ſolum Iob, ſed Iobi etiã familia Deo, & hominibus probata extitit.

Amos. 1. 11.
*Por auer paſſado tan adelante con ſu enojo.
Prouerb. 6. 19.
Heb. 2. 11. 12.
Pſal. 21. 23. v. 17.

V. Cumque in orbem tranſijſſent dies conuiuij, mittebat ad illos Iob, & ſanctificabat illos, conſurgenſq; diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis. Dicebat enim, Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis. Sic faciebat Iob cunctis diebus.

1 *Vnde dicatur ſolemnitas in Hebræo.*
2 *Mittere in ſacris.*
3 *Quid Sanctum, quid Sanctificare. Illuſtratus Sophonias. Iſai. Ioel. Paulus.*
4 *Sanctificatio, id eſt, præparatio ante ſacrificandum, & orandum, qualis olim requiſita.*
5 *Præparatio requiſita ante eſum ſacrificij apud nationes omnes, & in omni Lege.*
6 *Iobi ſacrificia non exigenda ad ritus Legis. Quibus rebus ſanctificatio fieret.*
7 *Iob ad ſacras & ſacerdotales epulas inuitaſſe filios. Paternæ, & Regiæ tum humanitatis tum ſeueritatis exempla ex ſcriptura.*
8 *Pſal. 132. illuſtratus paraphraſi ad fratrum concordiam, & parentum caritatem erga ſuam familiam.*

C*Vm in orbem &c.* Id eſt, ſeptem exactis diebus, ſeptemq́; conuiuijs peractis; vel potiùs, vt cohæreat cum eo, quod additur, *ſic faciebat Iob cunctis diebus*, non ſignificat poſt exactos ſeptem dies, & euolutos in orbẽ, ſed cùm tranſijſſent, perinde valet ac * cũ tranſirent, labentibus diebus & vertente tempore. Quare tantùm abeſt, vt hinc colligatur ſemel tantùm in anno ſeptimanam conuiuialem celebraſſe, vt potiùs locus hic probet quotidianis repetitionibus, ſemper inſtauratum fuiſſe ſeptenarium illum, & hebdomadarium cõuiuiorum numerum. Quod autem hic dicitur, *in orbem tranſire*, aut circumire, Iſai. 29. dicitur, *ſolemnitates euolutæ ſunt*, actæ ſunt in orbem: quod ad ſtatutum aliquem diem, aut feſtiuitatem vel quotannis, vel menſibus, aut hebdomadibus repetẽdam pertinet. Quare ſolennitas etiam nomen habet in Heb. à (*Kagag.*) quod eſt gyrare, aut circundare, quaſi circuiens, aut dies euolutus in orbem, & rediens iterum. quare quod *Epulans*, vertitur Pſ. 41. *in voce exultationis, & confeſſionis ſonus epulantis.* Hieronymus legit, *feſta celebrantis*; reddiq; poteſt, gyrantis, aut circumeuntis, vel gyrantis in orbem, non tam quòd ſolennitates celebrarentur choræis, & circumuolutionibus tripudiantium; quam quòd ipſæ feſtiuitates ſolennibus diebus ſuam circuitionem temporis efficerẽt, & quotannis recurrerent. 1

*Yendoſe paſſando por ſu rueda, y dando la buelta los cõbites, la yuan tam bien dando los ſacrificios.
Iſai. 29. 1.
Vnde dicatur ſolẽnita.
קבב
Pſal. 41. 5.
Hieronym.

Mittebat ad eos Iob. Quid mittebat? reſpondet Origenes, orationes ad Deum, preceſq́; ſuas, confeſſionem quoque ac gratiarum actionem pro filijs. addit etiam, *mittebat ad eos*, qui pietatẽ admonerent. Eugub. miſiſſe ad templũ hoſtias: quod ex Chryſoſt. videtur ſumpſiſſe, qui verbo *mittendi*, munus ſacerdotale agnoſcit: quaſi intelligatur miſiſſe ad Deum ſacrificiũ: Miſſam vocat Eccleſia catholica, ex Innocẽtij, D. Tho. Hugo. & aliorum Theologorum ſentẽtia. Sed huic loco maximè congruit, vt intelligatur nuntius miſſus ad filios, qui eos admoneret, & conuenire iuberet, ad ſacrificium præparatos & priùs ſanctificatos. 2

Origenes.
Eugubinus.
Chryſoſt.
Innocent.
D. Thom.
Hugo

Et ſanctificabat illos. Non dubium, quin ſanctificandi verbum ad rem ſacrificij pertineat, ex communi ſacri ſermonis vſu. Poteſt itaq; particula (*Et*) ſumi per expoſitionem in ſequenti hemiſtichio, *ſanctificabat & offerebat*, id eſt, mundos, ſanctoſq́; reddebat, expiatis culpis, & ſordibus per ſacrificium; ſanctificabat offerendo: vel poteſt aliquid ſacrificio prædium ſignifi- 3

Particula (&) per e[x]poſitionem

care, vt rectè, riteque fieret. quod Septuaginta probarũt, legentes *Mittebat Iob, & purificabat eos.* ſed hæc tamen indigent maiori dilucidatione.

קדש
Quid Sanctum.

Obſeruandũ ergo eſt, verbum (*Kadas*) ſignificare ſanctum aliquid, ſacrum, Deo conſecratum, aut dicatum, ſanctificatum, vel factũ ſanctum ex oblatione, aut aliqua alia ſancta ceremonia, rituue ſacro, quo ſeparatur à communi, & profano vſu, & deſtinatur ad Dei cultũ, ſanctum habendum ab omnibus, & religiosè venerandum, atque tractandum. Quæ omnia rectè conueniunt in oblationes, & ſacrificia, atque in Sacerdotes, nam his rebus, quippe ſacratis & Deo deuotis, ſanctitas, aut ſanctificatio ineſt: 1. Regum 7. de Sacerdote. *Sanctificauerunt* (conſecrarunt, ſacris initiarunt) *Eleazarum vt cuſtodiret arcam Domini.* De ſacrificio paſſim in Exod. Leuit. Num. Deut. Ioan. 17. *Pro eis ego ſanctifico* (offero in ſacrificium) *me ipſum.* De vtroq; per tranſlationem à ritu ſacrificantium, & mactantium victimas transfertur ad occiſionem, & ſanguinis effuſionem quæ in bello fit. Iere. 12. *ſanctifica* (ſepara, ſepone tanquam rem ſacrã, ne quis tangat, aut ad alium vſum deſtinet, accommodetue) *eos ad diem occiſionis.* Sopho. 1. *Iuxta eſt dies Domini, præparauit Dominus hoſtiam* (impios ſtatuit mactandos, & cædendos; ſeparatos, & deſtinatos habet gladio, & neci; & ſacrauit, deuouit, ſibi ij ſi Deus, ſuæ iuſtitiæ ſacrificium, & victimã futuros. punitio impiorum in Dei gloriam & cultum ſicut ſacrificium,) *ſanctificauit* (huius mactandæ hoſtiæ & offerendi ſacrificij velut Sacerdotes conſecrauit, & initiauit Chaldæos hoſtes, qui cædant, & profundant ſanguinem, & deuorent impios Iſraëlitas; comedebat enim etiam Sacerdos de ſacrificio) *vocatos* (inuitatos ad ſacrum epulum) *ſuos* Iſai. 34. *Gladius Domini repletus eſt ſanguine, incraſſatus eſt adipe, de ſanguine agnorum, & hircorum* (impiorum videlicet, qui ſunt viri ſanguinum) *de ſanguine medullatorum arietum,* (qui curant cuticulam, & pingueſcunt ſordibus voluptatum impuriſſimarum) *victima enim Domini in Boſra* (nam Paleſthina ex peccatorum ſanguine, & colluuione, & ex ſupplicij profundendo ſanguine conuerſa videbitur in Idumæam rubentem, & ſanguinolentam) *& interfectio magna in terra Edom.* Hinc Paulus vocem hanc accommodat ad ſpirituale animorum per Euangelij ſuſceptionẽ, ſacrificium. Romano. 15. *Propter gratiam, quæ mihi eſt data, vt ſim miniſter* (Sacerdos Deo offerens, & faciens animas) *Chriſti Ieſu in gentibus ſanctificans* (faciens quaſi per prædicationem meam ſacrificium animorum) *Euangelium Dei, vt fiat oblatio gentium accepta, & ſanctificata in Spiritu ſancto.* Hinc extenditur ad præparationem, quæ antecedit ſacrificium, cum quis abſtinet ab immũdis, & profanis, quæ ineptum illũ redderent rei Sacræ, vel offerendo, vel faciẽdo ſacrificio. 1. Regum. 16. *Ad immolandum Domino veni, ſanctificamini & venite mecũ, vt immolem.* Exod. 19. *Sanctifica illos hodie & cras, lauentq. veſtimenta ſua, & ſint parati in diem tertium.* Quæ alij afferunt huius præparationis exempla, non ſunt valde congrua; nam *Sanctificare ieiunium.* Ioël. 1. & *Sanctificare bellum.* Iere. 6. non eſt præparare, aut diſponere, ſed indicere ſolenne, ſanctumque ieiunium, Deo dicatum, & quod nefas ſit violare; & indicere certò futurum bellum, certis ritibus, & ſolennitatibus Dei iuſſu, quod ſanctum ſolenneq; haberi oporteat. Iam ergo Iob *Sanctificabat*, ſanctificari, & præparari curabat, atque iubebat, vt ab immundis abſtinerent, vt vel ſic puriores intereſſent ſacrificio, quod eſſet pro illorum peccatis offerendum.

1. Reg. 7. 1. — Ioan. 17. 9. — Ierem. 12. 3. — Soph. 1. 17. Supplicium impiorũ eſt Deo ſacrificium. — Iſai. 34. 6. — Cur Paleſthina vocatur Idumæa. — Rom. 15. 16. — Sacrificium ſpirituale animorum. — Sãctificatio pro præparatione ad ſacrificium. — 1. Reg. 16. 5. — Exo. 19. 10. 11. — Quid ſanctificare ieiunũ, & bellũ. — Ioel. 1. 14. — Ierem. 6. 4.

4 Sed preſſius rogas, quorſum hæc ſanctificatio ſpectaret, quorſumue ab illis requireretur, qui Sacerdotis munere fungi non deberẽt, neque offerre, aut tangere victimam? Reſponderi dupliciter poteſt. primò eam ſanctificationem atque munditiam non ſolùm fortè, requiſitam, vt ſacrificio ſancto ſanctè digneque etiam ipſi, quorum intererat, filij intereſſent; ſed vt etiam ipſi non niſi mundi Deo ſupplicarent, mundaſque preces adhiberent, comites ſacrificio. non aliter atq; Iacob hunc religioſum ritum vniuerſæ ſuæ familiæ indixit ante Sacrificij oblationem; *Abijcite Deos alienos, qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra, ſurgite, & aſcendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Deo.* Idemque mos apud gentes alias ſeruatus eſt, vt acceſſuri vel ad ſacrificium, vel ad orationem præmitterent purificationem, aut religioſam aliquam præparationem. Vti Telemachus Palladi ſupplicaturus, lauit manus aqua marina, qua vtebantur in ſacris purificationibus, apud Homerum. Puramque ſumpſit veſtem ſacrificaturus apud Verg.

Puraque in veſte ſacerdos.

quam in rem plura affert Plutarchus de Iſid. & Oſyrid. Religioſum præterea præparationis, aut purificationis ritum Deus voluit ad Legem transferri, vti non ſemel præcipitur in Leuit. & cap. 15. *Docebitis filios Iſraël, vt caueant ab immunditijs, & non moriantur in ſordibus ſuis, cum polluerint tabernaculum meum, quod eſt inter vos.* id eſt, ne, ſi polluerint tabernaculum meum, pollutique ad ſacra acceſſerint, morte mulctentur. Idem indicatur Iſai. 1. cùm de ſacrificijs ſermo præceſſiſſet. *Lauamini* (fortè corpore) mundi eſtote (fortè veſtimentis puris, minimeque pollutis) *auferte malum cogitationum veſtrarum* (ne putarent externam tantùm munditiam, & puritatem requiri, & non potiùs internam) Igitur ne filiorum immunditia obeſſet, aut ex peccatorum ſordibus, coacta veluti nubes interponeretur, quominus ad cœlum tranſiret filiorũ oratio, & odor ſuauiſſimus ſacrificij oblatus à parente, præcipiebat Iob ſuis filijs ſanctificationem, & expiationem præmittere.

Cur ſanctificari iubebantur filij Iob. — 1. Reſponſio. — Mundi & ſancti iubebantur intereſſe ſacrificio. — Geneſ. 32. 3. — Sacrificaturi oraturiue purificabantur. — Hom. 1. Iliad. — Aeneid. — Plutar. 1. — Leuit. 15. 3. — Iſai. 1. 16.

5 Secundò potuit hæc ſanctificatio eò ſpectare, vt poſſent de ſacrificio, quippe ſancto, dignè comedere; nam ſacrificium, ſacramue oblationem non licebat niſi mundis, & ſanctificatis tangere; vti ille pius apud poetam de ſe profitetur.

Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq; penates,
Me bello è tanto digreſſum, & cæde recenti.
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero " " " " " " " " " " " " " " " " "

2. Difficultatis propoſitæ ſolutio. — Verg. 2. Aen.

Ad hanc verò coniecturam, atque expoſitionem inuitor à Chaldæo ſic locum hunc elu-

cidante

cidante, *Mittẽs inuitabat eos*: cuius is videtur ſenſus, vt filios inuitaret ad eas epulas, quæ ſanctificationem & munditiam poſtularent; quippe iam Deo ſacratas & oblatas.

Præparatio requiſita ante eſum ſacrificiorũ apud nationes omnes.

Nam apud nationes omnes is videtur ritus inualuiſſe, vt ſacrificio & oblatione peractis, vel in ipſo ſacrificio epularentur, veſcerenturque oblatis cibis, atque pecoribus: quale deſcripſit Virgil. Euandri ſacrificium, cum excepit Aeneam atque ſocios paratis iam menſis.

Dapes iubet & ſublata reponi.
Pocula ....
Tum lecti iuuenes certatim, aræque ſacerdos
Viſcera toſta ferunt taurorum, onerantque caniſtris
Dona laboratæ Cereris, Bacchumque miniſtrant.
Veſcitur Aeneas ſimul, & Troiana iuuentus,
Perpetui tergo bouis, & luſtralibus extis.

Num.25.1.2.

De Moabitis verò ſcribitur Num.25. *Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua. At illi comederunt & adorauerunt Deos earum.* Atque huc ſpectat id Exod.32. cùm coram vitulo obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas. *Et ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.* Idemque clarè conſtat ex Act.15. & 21. cum iubentur fideles ab immolatis abſtinere, & ex 1.Corinth. propter infirmorum ſcandalum prohibetur eſus idolothiti. & cap. 10. *Quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, non Deo. Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum.* Hunc ergo vniuerſarum gentium ritum tranſtulit ad legem Deus, cùm ſacrificij pars iubetur cedere in vſum offerentis, aut ſacerdotis, eiuſque familiæ. Huiuſmodi verò ſacras epulas ſanctificationem poſtulaſſe apertè ſcribitur Leu.22. *Mundatus veſcetur de ſanctificatis, &c.* Idemque Samuel præſtitit. 1.Reg.16. *Sanctificauit Iſai, & filios eius, & vocauit eos ad ſacrificium*, id eſt, inuitauit ad eſum vituli ſacrificati. & ſubditur. *Non diſcumbemus priùs, &c.* & cap.21. militibus Dauidis non niſi mundis, conceduntur Panes propoſitionis ſanctificati ab Achimelech. In Eccleſia verò Chriſtiana, & de noſtro ipſo ſacratiſſimo ſacrificio corporis & ſanguinis Chriſti proponitur nobis menſa lautiſſima, & nonniſi mundis diſcumbere licet, *nam qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Ex his ergo omnibus efficitur, etiã in lege naturæ aliquam ſanctificationis, & preparationis rationem requiſitam eſſe ab ijs, qui ſacris epulis diſcumbere deberent; & hanc eſſe illam filiorum Iob procuratam atque indictam à parẽte, eodemque ſacerdote ſanctificationem.

Exod.32.6.
Act.15.29. & 21.25.
1.Cor.10.19.20.
Leuit.22.7.
1.Reg.16.5.
Cap.21.4.
1.Cor.11.29.
In lege naturæ requiſita ſanctificatio ante eſum ſacrificij.

6
Obiectio.

Verum obijcies rem hanc eſſe alienam à præſenti inſtituto; nã in holocauſto, & in hoſtia pro peccato nihil relinquebatur ſacerdoti, nihilq; offerenti, ſed integra hoſtia comburebatur, Leu.1.4.& 6. quod offerebat verò Iob ſacrificium, holocauſtum erat, & pro peccato.

Leuit.1.12.13. 4.12. 6.9.10.11.
Reſpond.

Reſponſio in promptu eſt; holocauſtum, & victimam pro peccato non eſſe hoc loco exigendam ad legem, & ritum Leuitici, cum fuerint ante legem: neque verò holocauſti nomen ex vi ſuæ originis, aliud eſt, quàm ſacrificium; de quo ſtatim.

Quibus reb⁹

Qui verò rogaret, quibus rebus illa ſanctificatio purificatiove fieret; certè ex his, quæ diximus, ſolutionem ſibi parare poterit; nam vel ablutione, aut mutatione veſtium, aut abſtinẽtia ab immundis, præſertim à mulieribus, aut religioſa aliqua ratione alia, ſimilive aliquo ritu præſtari potuit. quarum rerum exempla nuper adduximus. conducetque conſulere in hanc rem, quæ de immundis cauentur, Leu.22. Num.15. Exod.19. 1.Reg.21. Certè acceſſuri ad ſacrificia apud Ethnicos venere abſtinebant, & certis quibuſdam cibis, vt capris, fabis.

ſanctificat... peragereti...
Leuit.22.3.

7

Ergo, vt rem hanc totam vnica obſeruatione claudamus, ſanctificatos filios ad ſacras epulas inuitabat parens ſanctiſſimus, tum quòd cùm eſſet ſacerdos, id videbatur pertinere ad ſuum ſacerdotale munus; tum ne laicis cõuiuijs tam frequẽtibus intereſſet vir pietate grauis, ac ætate, vt enim illius tenera, ſuauiſque amoris ſignificatio, & in filios indulgẽtia fuit, natis conuiuia, & honeſtam à moleſtijs aberrationem permittere; ita etiã viri grauitas, ſingulariſque conſtantia eluxit; cùm illud ipſum hilarioris vitæ inſtitutum ipſe vſque adeo vitàrit, vt neque filiorum conuiuijs interfuiſſe dicatur, neque illa quotidiana, & alia ex alijs nexa gaudia, ſibi voluerit eſſe cõmunia; quod forte regiæ dignitatis & ſeueritatis fuit. Nam Heraclit. Cuman. qui res Perſicas ſcripſit apud Athen. *Rex* (inquit) *apud Perſas ſæpiùs ſolus, & prãdet, & cænat: quamuis aliquando vna mulier cænet, & nonnulli filiorum*, atq; Plut. in Artaxerxe ſcribit, regiæ Perſarũ menſæ præter matrem, & Regis coniugem nemini intereſſe permiſſum. Quod ſuo quoque exemplo confirmauit Dauid Rex, nam ſe inuitanti Abſalon cum omnibus filijs Regis, reſpondit; *Noli fili mi, noli rogare, vt veniamus omnes & grauemus te.* Cæterùm hanc quoque lætitiæ, & fælicitatis partem non debuit perpetuo Iob deſiderare, vt filij eius eſſent, *ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ* illius: cùm infrà dicat cap.29. priſtinam fælicitatem recenſens; *Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, quando erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei.* erant ergo filij in circuitu menſæ, id eſt, illi aſtabant, vt pulchra & eleganti ſpecie patrem epulantem oblectarent, & illum ornarent, & conueſtirent, ſicut rami truncum, atq; radicem arboris, cui adnaſcuntur; & ipſi quoque epularentur, ſicut nouellę oliuarũ, & ſurculi ſemper virentes, beneque de ſe ſperare iubentes; cibum quoque ex illius manu capientes, in paternæ indulgentiæ, & amoris ſignificationem, ſicut ſurculus oliuæ ſuccum exugit ex radice & trunco, à quo alitur, & ſuſtinetur. Humanũ illud, & regia benignitate dignum, quod Herodotus Spartanorum Regum iura dignationeſque recenſens ſcribit: *Quoties* (inquit) *aliqua publica viſceratio fit* (viſceratio autem dicebatur, cùm in ſolẽnitate aliqua, publiciſve ludis, aut funere inſigni, epulũ dabatur, & carnes diſtribuebantur populo) *primi in cœna Reges diſcũbant, & ijs primùm diſtribui incipias duplum omnium, quàm cæteris conuiuis*: videlicet, vt quẽ vellet, elargito obſonio honoraret, vt eleganter rem explicuit Xenophon, in oratione de laudibus Ageſilai. *Duplicem* (inquit) *portionem in conuiuijs ex*

Sacræ epul... Paterna, R... giaque ſeu... ritas.
Athen.lib.... cap.6.
Perſatum ... ges ſoli me... tę accũbun...
Plutarchus.
2.Reg.13.2...
Iob 29.2.
Herod.lib....
Xenophon.

conſtituto acciperet, nec ſic quidem tota vtebatur, verùm ſimplici, nec integra contentus, reliquum diſtribuebat. Ratus geminã Regi portionem dari non ſatietatis gratia, ſed quo poſſit, quẽ velit honorare. Idemq; autor rem eandem à Lycurgo Lacędemonijs traditam teſtatur. Amoris illa ſignificatio mirabilis, cùm Chriſtus Ieſus proditori impijſſimo intinctũ panem porrexit. Capiebant ergo filij Iob ſuauiſſimas cum buccellis, paternæ caritatis ſignificationes, quibus virebant, & niteſcebant ſicut ſurculi oliuarum; ex oliuæ autem nomine, & ratione cuius ſimiles erant, pacem illi, & bonorum omnium abundantiam, & cœli rorem, terræque pinguedinem parenti pollicebantur.

Ioan.13.26.

Oliua quid ſignificet.

8 Porrò *filij oliuæ*, filij olei ſunt, filijq; ſacerdotis inuncti oleo ſacro; & licèt id vnguentum oleumq; ſuauiſſimum videamur iam ſubolfacere, quo capita conuiuantiũ vngebantur; ſed illud tamen redolet potiſſimũ, quo delinitus ipſe Sacerdos, qui caput erat conuiuij, atque menſæ, liberos deinde ſuos perfundit, nam cùm pater non aderat, læta erant, atque iocunda amiciſſimorum fratrum ſympoſia, ſed acephala, ſine patre ſine capite; at conuiuatore patre, atq; eodem ſacerdote multo lætiſſima, atq; iocundiſſima. (Ecce res mirabilis, & quæ non ſatis poſſit pro meritis explicari verbis); *quàm bonum* (honeſtũ, ſalutare, vtile, probatum Deo & hominibus) *& quam iocundũ* (ſuaue, dulce, non ſolùm propter honeſtatem & commoditatem gratũ, ſed propter ſuauitatem & delectationem iocundũ) *habitare* (conuiuere, & concordiã atq; mutua caritatis officia colere) *fratres* (vt natura & corpore, ita animis, & beneuolentia germanos) *in vnum*, (pariter, non ſolum vno atque eodem conuiuio iunctos, ſed vno parẽte, & capite colligante, & deuinciẽte illorum omniũ animos vinculo perfectionis. Cùm aũt videretur Pſaltes ſentire conuiuialis vnguenti fragrantiam, occaſione arrepta ſubdit) *ſicut vnguẽtum* (ſacerdotale, quod ex multis ſuauiſſimiſque aromatibus conficiebatur) *in capite* (caput hoc Aaronis, ſacerdotis videlicet, fragrat in conuiuio ſuauiter ſacerdotis caput, ſed non minus fragrat concordia fratrum, filiorumq; ſacerdotis, latè etiam ſpargitur bonus odor, non vnius tantùm rei, ſed multorum odorum cõmiſtio & temperatio, ita non vnius tãtum virtus, ſed omniũ bene conſentientium temperamentum & coniunctio) *quod deſcendit in barbam* (à capite & à parente pijſſimo & religioſiſſimo defluit vnctio, atq; in barbę pilos, filios adnatos, & cohærẽtes barbę, oleum charitatis fraternæ: docentur enim à parente, vt ſe diligant inuicem, ſicut ipſe illos diligit, vt ponãt ſibimet caput vnum, id eſt, idem inter ſe ſentiant, quod illorũ caput, & patrem ſentire velleq; viderint)* *barbam Aaron* (repetitio emphatica, qui pater eſt, vir eſto bene ſuę familię præpoſitus filios habens ſubditos cum omni caſtitate, fideles, non in accuſatione luxuriæ, in his ergo virum ſe præbeat. Barba, vt Hieronymus ait, virilitatis indicium, virũ oſtendit. vir erat Iob) *quod deſcendit in oram veſtimenti eius*, (deinde recta inſtitutio, & pietatis cultus diffunditur in reliquam familiam, quæ etiã particeps erat conuiuij, & ſacrarum epularum. Serui ad pedes menſæ & lecti, cœnanti patrifamiliàs aſſidebãt cœnaturi pariter. ſic etiam Iob non comedit buccellam ſuam ſolus) *ſicut ros Hermon.* (ſimilis eſt paterfamil. monti Hermon canis operto niuibus) *qui deſcendit* (diſtillat roris guttas) *in mõtem Sion* (non aliter paterfamiliàs fœcundos, & fertiles reddit domeſticorũ animos, inductione roris doctrinæ, vitæ exemplo, morum lenitate; non aliter illis honeſta conuiuia indulget, honeſtamque lætitiã, quam ros hermonicus exhilarat arbores, atq; herbas montis Sion; ſcriptum eſt enim, Sicut ros ſuper herbam, ita & hilaritas regis) *quoniã* (propterea) *illic* (vbi fuerint congregati filij, domeſtici, familia tota, cum patre-familiàs, corde vno & anima vna) *mandauit* (præcepit) *Dominus benedictionem* (ibi eſſe perſeuerareque perpetuò bonorum omnium abundantiam, vt concordia eſſet, quaſi cornu copiæ, pacis ſimulachrum tenet manu cornucopiæ) *& vitã vſque in ſæculum.* (viuunt quippe diu fœlices, qui ſe mutuis officijs iuuant & proſequuntur.

Pſal.132. Illuſtratus paraphraſi.

* El ſacerdote y el padre de familias ſea hombre de barba y de pelo en pecho.

Ad tit.1.6.
Hiero.Iſa.7.
& Ezech.5.

Senec.lib.3.de benefic.c.27.
Cicer.act.3.in Verrẽ. Mart. lib.3.epig.40 & lib.7 epig.19. & lib.12. epig.58.

Prou.19.12.

Conſurgenſque diluculo.

9 *Quid ſurgere, aut conſurgere in ſacris.*
10 *Duæ voces eiuſdem ſignificationis in ſacris. Quid, Manè conſurgere & diluculo agere.*
11 *A Deo capienda agendi principia prima luce.*
12 *Quærentibus primo manè Regnum Dei præmia ampliſſima propoſita, illuſtratus Pſal.124.*
13 *Quæ vis & notio holocauſti ex Græco, & Hebræo.*
14 *An ſingula pro ſingulis filijs ſacrificia obtulerit Iob.*

9 C*onſurgenſque diluculo.* Olympiod. ait verbo *mittendi*, patris curam nõ quamlibet, ſed inſomnem declarari; ſed potiùs id ſignificat, verbum, *ſurgendi*, videlicet celeritatem, & diligentiam in re conficienda; *conſurgens offerebat*; diligẽter, ſedulò ſacrificabat; prima cura, prima cogitatio de ſacrificio. Quare hoc verbum ſubire ſolet aduerbij locum, hortantis, & vrgentis, 2.Reg.15. *Surgite fugiamus*, id eſt, ſtatim, ſine mora; exponitur deinde, *Feſtinate egredi, ne fortè veniens occupet nos*, 1.Paral.22. *Conſurgite, & ædificate ſanctuarium Domino Deo.* ſtatim agite de ædificando ſanctuario, incunctanter aggredimini opus. Quare quod in Heb. dicitur Gen.28. *Surge & proficiſcere in Meſopotamiã*, vulgatus doctè vertit, *vade & proficiſcere*, duobus enim verbis rẽ eandem ſignificantibus, ſignificatio vim & augeſim capit; vade celeriter, citò fuge, excede, erumpe; quod clarioribus verbis dixerat Rebecca, *Conſurgens fuge.*

Olymp.

Quid afferat verbum ſurgendi.

2.Reg.15.14.
1.Paral.22.19
Gen.28.2.

10 Sed creſcit celeritas & diligentia adiuncto, *manè* vel *diluculo*, tum quod duæ iſtæ voces ad eandẽ rem pertinent, nam conſurgere hoc loco à radice (*Sacam*) ſignificat manicare, nos dicimus: *leuantarſe de mañana, madrugar*. quod iunctũ diluculo, valde manè, & magnam diligentiam ſignificant. Sicut enim aurora eſt prima diei pars, ita primã curam ſignificat, & primũ negotium peragendum. Conduplicatur enim eadem res diuerſis licèt vocabulis ſignificata. quare quod Prouerb. 7. dicitur: *Deſiderans te*

שכם
Duę voces eiuſdem ſignificationis in ſacris.

Prou.7.15.

videre: Hebraicè habetur; *Vt manè conſurgerē ante faciem tuam.* Licèt enim in tenebris & caligine occurrerit meretrix, & ad opera tenebrarum pellexerit iuuenē, donec illuceſceret dies, tamen illud *manè*, aut *de manè vigilare*, quod eſt in fonte, ſignificat curam, diligentiam, deſideriū,
Vulgatus. quod doctè expreſſit vulgatus. quod etiam, *in-*
Prou.13.24. *ſtanter* vertit, Prouer.13. *Qui diligit filium, inſtanter* (ſemper, omni cura & diligentia, Heb. *manè, diluculò*, nullā prætermittens occaſionem) *erudit.*
Pſal.100.8. Eadem analogia, Pſal.100. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*, id eſt, diligenter, & ſedulò puniendos curabam, non differebam per incuriam impiorum ſupplicia. ſic etiam prodigus ille filius, quem fames vrgebat, Luc.15.
Luc.15.17. dixit: *Surgam & ibo*, ſtatim ſine mora, nihil cunctatus, & eleganter Hebraiſmū Hiſpanus explicat; nam *madrugar*, idem eſt quod adeſſe tempori, non dormire in vtranq; aurem, neque ſurgere oſcitabundum. Sicut etiam è contrario veſpera ad negligētiam & obliuionem pertinet, nam (*tardarſe*) perinde valet ac non curare vel per incuriā occaſionem & opportunitatē rei gerendæ prętermittere. Vſus autem varius eſt; nam multis verbis aduerbium hoc ſolet habere; multis etiam modis ipſa hæc res dici:
Iob 7.21. *Manè quærere*, Iob 7. *Diluculò venire.* Pſal.77. *De*
Pſal.77.34. *nocte conſurgere.* Ier.25. *Manè vigilare*, Prouer.8. &
Ierem.25.3. Iſa.26. *De luce vigilare.* Pſal.62. *Manè conſurgere.*
Prou.8.17. Prou.1. *Ante lucem ſurgere.* Pſal.126. *Diluculo con-*
Iſa.26.9. *ſurgere.* hic & Prou.11. hic autem ita diligētia,
Pſal.62.2. & ſolicitudo ſignificatur, vt propriè etiam ac-
Prou.1.28. cipi debeat, de ipſo diluculi & auroræ tempo-
Pſal.126.2. re, quod ſacrificando impendebatur à Iobo.
Prou.11.27. Sunt enim à Deo, diuiniſque rebus agēdi à no-
11 A Deo nobis agendi capiendū principium. bis capienda principia, & ſimilem habet laudem Vlyſſes, apud Homer.1.lib. Odyſſ. non ab alio quam ab ipſo Ioue.

.... qui ſemper ſacra Deorum,

Ante alios fecit cumulans altaria donis.

Homer. Cuius rei contemptū & negligentiam videtur
Ambroſ. ſcriptura obſeruaſſe in Cain, vt obſeruat Am-
Geneſ.4.3. broſ. ſuper id Gen.4. *Factum eſt poſt multos dies, obtulit Cain ex fructibus terræ.* ſic enim ſcribit lib. de Cain & Abel, cap.17. *Duplex culpa, vna quod poſt dies obtulit, altera quod ex fructibus, nō ex primitiis fructibus. Sacrificium autē & celeritate commendatur & gratia.* Matutino tempore ſe inuiſurum templum, & vacaturum matutinis precibus, & matutino
Pſal.5.4. ſacrificio pollicetur Dauid, Pſal.5. *Manè * aſtabo tibi.* (ſiſtam me ante tuū tabernaculum, vbi te præſentem exhibes, locum ſacrū adibo ante alia negocia, vt tecum agam, conſulamque de agendis per diem) *& * videbo* (ſubaudi te) quare ſacrificij matutini fit peculiariter præ cęteris mentio Amos 4. *Offerte manè victimas veſtras*, atque hæc eſt, illa tantopere celebrata oratio Orientem verſus, quaſi ipſa orantis cōſtitutio corporis indicaret, Deū ſummo manè, & prima quaq; luce adeundū & orandum: quod fuiſſe Magis & Perſis ſolenne, vt primo ſemper diluculo dijs canerēt, hymnoſq; & laudes da-
Herodot. rent, ſcribit Herod. lib.1. de illoque Apollonio
Philoſtr. Thyanæo hęc refert Philoſt. *Cūm ſacerdotibus habitabat, & Oriēte ſole ſacra quædā in occulto faciebat.*

* Todas las mānanas os tengo de yr a ver.

12 Sed ſunt qui manibus vigilijs ſe macerāt, & de multa nocte conſurgunt, vt filiorum rem commodumq; procurent, quorum inanē fuiſſe laborem, & ſolicitudinem ſuperuacuam, tum euentus ipſe caſus comprobat, tum Pſal.126. a- Pſal.126.2.
perte docemur; qui enim domus ædificandæ, atque amplificandi familiam prima, eademq; bene firma fundamenta ponere velit, in pietate, in filiorum honeſta religioſaque diſciplina in Deo ponat, in quo *omnis ædificatio conſtructa creſcit*; ſecus nulla erit tam ampla domus, quę diù ſtare poſſit, nam *niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam*, (vigilare & ſummo manè exſurgere, niſi oraturos & ſacrificaturos pro filijs, vanum) *vanum eſt vobis ante lucem ſurgere* (nam, ſurgetis ſtatim ac ſederitis, id eſt, vix tātillo quietis ſumpto, cogemini iterum ſurgere; inſomnes peruigilabitis noctem integram) *ſurgite* (ſurgetis ad laborem & moleſtias ſolicitudinum) *poſtquam* (ſtatim ac *ſederetis* (vt tantillum quietis poſſetis capere) *qui manducatis panem doloris* (nam quicquid vobis liberiſq; veſtris comparaueritis, ingenti labore comparabitis. cum tamen quærentibus primùm regnum Dei & iuſtitiam eius, pro ſe, pro liberis, pro tota familia, rēliqua adijciantur. nam) *cùm dederit* (id eſt dabit) *dilectis ſuis ſomnum* (quietem & tranquillitatē animi, & vitæ) *ecce* (nimirū vt cū filijs ſimul etiā bonorū copiam, & quæ ad victum neceſſaria ſunt parentibus pijs largiatur Deus) *hæreditas Domini* (magna neceſſaria rerum copia; præterea) *filij* (ne triſtis dicere cogatur, ſicut Abrahā, *Domine Deus quid* Gen.15.2.
dabis mihi, & ego vadam abſque liberis, id eſt, quorſum tot opes in vnicum, & ſine filijs hominem cōfers) *merces* (lucra rei familiaris) *fructus ventris* (benedictio vberum, & vuluæ, & pecorum multiplicatio.) Is igitur deſcribitur Iob, qui quod quæſierit primum regnū Dei, & ſummo manè ſacrificauerit pro filijs, cūm filijs ingentes quoque diuitias conſequutus fuerit.

Offerebat holocauſta Iſta quoque vox ab eadem 13 עלה
radice, *Ghala*, quaſi diceret offerebat oblationes, vel ſacrificabat ſacrificia. Nō enim hic attendenda eſt holocauſti ab alijs ſacrificijs differentia, quæ poſtea in lege præſcripta fuerūt. Quare, quod quidam obſeruāt hoc loco, liberalem, & ſpōtaneam Iobi oblationem, qui victimam offerebat, totam comburendā & conſumēdam in Dei honorem, potiùs pertinet ad Græci vocabuli etymologiam (nam *holocauſtū* ſignificat, totum conſumptum) quàm ad Originale, quod eſt indifferens ad quodlibet ſacrificium. Quòd ſi vim radicis attendas, ſonat, *ele-* Sacrificium dicitur ab eleuando.
uabat; vel, *ſurſum efferebat eleuationes*; vel, *faciebat aſcendere aſcenſiones.* Sumunt autem Hebræi, eleuationem pro re oblata, & eleuata ſuper altare, vel aſſumpta & ſublata manib⁹ ſacerdotis, cuius odor dicebatur aſcendere in cælum, & ſuauiſſime olere Deo. propterea enim precabatur Dauid: *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in* Pſal.140.2.
conſpectu tuo, eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Cùm enim eſſet in exilio, & ſacrificijs intereſſe non poſſet, precabatur eleuationem manuum ſupplicantis reputari à Deo pro eleuatione ſacrificij ſuper altare, & orationem ſiue preces, quas manè dirigebat ad Deum,

pro ſacrificio matutino, & pro thure, ſiue thimiamate, quod manè incēdebatur, & cuius fumus, & odor videbatur eſſe Deo gratiſſimus, &
Quæ Deus probata habet, dicũtur penetrare in cælum.
quaſi ab illo propter ſuauitatem inſpirãdo attrahi, cùm ſurſum eleuabatur, quaſi in cælum vſque penetraret. Ne igitur (inquit) refles, ò Deus in meam orationem, neq; illius odorem, & fumũ quaſi diſpergas, quod tibi probata nõ ſit; quare quæ Deo probata, & accepta non erant, dicebãtur non eleuari, neq; ferri ſurſum, neq; penetrare in cælum, & in conſpectũ Dei.
Thren.3.44.
Thren.3. *Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio*, quę verò probantur Deo, penetrare vſque in Dei
Eccl.35.21.
tribunal, Eccleſ.35. *Qui adorat Deũ in oblectatione, ſuſcipietur, & deprecatio illius vſq; ad nubes propinquabit. oratio humiliãtis ſe nubes penetrabit.* Et vt de hac thuris eleuatione, & directione illud obiter
Kimhi.
dicamus, Kimhi exiſtimat alluſionem fieri ad
Ars ſuffumigandi apud Hebræos.
antiquam ſuffumigandi artem, ait enim, quòd veteres ex Alexandria vſq; artifices euocabãt, ſuffumigationis faciendæ peritos, quæ inſtar palmæ ſurſum recta aſcenderet, non obliquè hac illac fumus diſtraheretur. Nam licet Iſraelitæ ſuffumigãdi gnari eſſent, ſed non ſuſtollẽdi fumi. Ideo Cant.3. dicitur. *Sicut virgula fumi*,
Cant.3.6.
Ioël.2.30.
vtrobique autem eſt *palma fumi*, propter rectitudinem, qua ſurſum ferebatur. Hæc igitur tantùm ad originalẽ eleuandi vocem pertinent.

14
Vaticana.
Pro ſingulis. Vera hæc lectio ex correctione Vaticana, non *per ſingulos*, vt in ceteris ferè codicibus vulgatis legebatur; licèt ſenſus vtriuſ-
* Por cada vno el ſuyo.
que idem. Id quod diſertè explicuerunt Sep-
LXX.
tuaginta legentes ex Hebr. *ſecundum numerũ eorũ*. Quot autem eſſent peculiaria ſacrificia non conſtat, potuerunt enim ſeptem eſſe, ſeptem
Gregorius.
filijs reſpondentia, vt Greg. numerat; filiarum verò, vt quæ non eſſent conuiuiorum capita, nulla eſſet peculiaris victima, ſed ſibi ac fratribus cõmunis. Vel certè fuerint decẽ victimę,
Cyprian.
id quod indicat Cypr. de opere & eleemoſyn. numeroſa vocans ſacrificia, atque ſapienter animaduertit, plures filios non debere patrem familias negligentiorem reddere in rebus diuinis, ſed multò ſolicitiorem. ſic ille ſcribit. *Vt in hac vita ſæculari alendis, ſuſtinendiſq; pignoribus, quo maior eſt numerus, hoc maior & ſumptus eſt; ita & in vita ſpirituali atque cæleſti, quo amplior fuerit pignorum copia, eſſe & operum debet maior impenſa. Sic & Iob ſacrificia numeroſa pro liberis offerebat: quantuſque erat in domo pignorum numerus, tantus dabatur Deo*, & numerus hoſtiarũ. Potuit etiam vnum tantum holocauſtũ offerri pro conuiuatore, & conuiuis ſingulis diebus; id quod videtur indicare autor catenæ explicans illud, *ſecundum numerum eorum*, pro vnoquoq; & ſingulis ordine, neque ab hoc ſenſu aliena eſt lectio Latina. Iam præter exemplar Hebræum, & præter vulgatam lectionem, Septuaginta Vaticani addunt holo-
LXX.
cauſtis, *& vitulum vnũ pro peccato, pro animabus eorũ* interpres Origenis, *pro peccatis animarum eorum.*
Complutenſes.
quam lectionẽ licèt Complutenſes non agno-
Origen.
ſcant, habent tamen Origen. Chryſ. Olymp.
Chryſoſt.
in catena. Anton. Monach. Græcus, lib.2. Ser-
Olympiod.
monum, ſerm.9. quod vt cum Latino conſen-
Antonius monachus.
tiret, poſſet ſumi expoſitiuè, ita vt holocauſtũ eſſet vitulus pro peccato oblatus; non enim, vt

ſuprà diximus, eſt hoc loco magnifacienda diſtinctio illa holocauſti, & ſacrificij pro pecca-
Græci.
Didymus.
Origen.
to; licèt Græci in catena, præſertim Didymus, & Orig. voluerint diuerſa eſſe ſacrificia, videlicet holocauſta, quæ præceſſerint quaſi prophetia, & præludium legis, & vitulum vnum in figuram, vnici legis gratiæ ſacrificij, corporis & ſanguinis Chriſti.

Fuerit ne Iob Sacerdos?

15 *Offerre ſacrificium, ad laicos quoque pertinere.*
16 *Sacerdos aliquando honoris aut familiaritatis nomen. & quare publico munere, & autoritate fungitur, illuſtratus Paulus.*
17 *Primogeniti quondam ſacerdotes.*
18 *Sacerdotium olim regibus delatum.*
19 *Sacerdotium aliquando penes Principes, & nobiles viros.*

APpellatio offerendi ſacrificium cõmu- 15
nis eſt ſacerdoti & laico; nam etiam in
Offerre ſacrificium ad laicos etiã pertinere.
Scriptura offerre ſacrificiũ dicuntur, qui illud ad ſacerdotem deferunt, vel qui interſunt ſacrificio, & qui quauis alia ratione à Sacerdote faciendum procurant. Quare Exod.5. dicitur:
Exod.5.1.
Num.28.3.
Auguſtin.
Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi. & Num.28. *Hæc ſunt ſacrificia, quæ offerre debetis.* vt enim Aug. dixit lib. quæſt. veter. teſtam. qu.46. ille dicitur offerre, cuius ſunt oblationes, quas ſuper altare ponit ſacerdos. ipſique imputatur ſacrificiũ cuius munere offertur. Quare ex verbo offerendi holocauſtum, non cõtinuò ſequitur Iob fuiſſe ſacerdotem, id eſt, facientem & conſecrantem victimas, & ex publico munere & dignitate offerentem. Et quidẽ negaſſe viſus eſt
Alber. Magn.
Albertus Magnus, qui cùm dicitur Iob miſiſſe ad filios, ſubintelligendum putat, nũcium, vel ſacerdotem; ſi enim ipſe ſacerdos eſſet, aliena ſacerdotis opera non vteretur. Alij etiã quam-
16
uis ab antiquioribus Eccleſiæ patribus videãt
Sacerdos nomen honoris aut familiaris conſuetudinis.
vocari Iobum Sacerdotem, non continuò acquieſcunt, quòd nomen ſacerdotis non ſemper ſit miniſterij, & officij, ſed interdũ honoris: nam 2.Reg.8. filij Dauid dicuntur fuiſſe *Sacerdotes*, quod explicantur, 1.Paral.18. cum ijdẽ
2.Reg.8.
1.Paral.18.17
dicuntur, *primi ad manum Regis*, nam ſicut ſacerdos Deo aſſiſtit, & familiariter cum illo agit, ita qui regi eſt ad manum, & ex primoribus aulæ, cùm rex dicatur ſedere in ſolio Dei, ſacerdotis appellationem habet, 3.Reg.4. Poſt
3.Reg.4.5.
enumeratos ſacerdotes ex officio ſacro, Sadoc & Abiathar, ſubditur, *Zabud filius Nathã ſacerdos*, (per expoſitionem) *amicus Regis*, & ſimiliter, 2.
2.Reg.20.26.
Reg.20. *Ira Iairites erat ſacerdos* (amicus familiaris) *Dauid*. quamuis Hieron. ideo filios Dauid ſacerdotes vocatos velit, quòd eſſent ſuorum fratrum magiſtri. Ergo propter ſapientiam, aut honorem, & reuerentiam, in qua erat Iob apud omnes, potuit etiam ſacerdotis nomine
Chryſoſt.
appellari. Tum etiam Chryſ. loquens de ſacerdotio Melchiſedech, hom.35. in c.13 Geneſ. ait, dici ſacerdotem, fortè quòd quia ætate prouectior erat, à ſuis colebatur. Sed certè cũ hoc loco non vocetur Sacerdos, de nomine curan-
Origen.
Chryſoſt.
Hieron.
dum nobis non eſt, ſed res ipſa inueſtiganda. Iobum aſſerũt ſacerdotem Orig. lib.1. Chryſoſt. in cate. Hieronymus epiſt. ad Euagrium,

quæ eſt

Philip. *Beda.*

quæ eſt de Melchiſedech. Philip.presbyt. Beda & frequens poſteriorum interpretum ſententia: quod non ſolùm colligunt ex cura, & ſolicitudine quotidiani ſacrificij, & procuratæ ſanctificationis filiorum, ſed etiam ex Regia dignitate, & primo honoris & ſanctitatis gradu apud ſuos. Sed clarior erit, firmiorque huius rei probatio, ſi prius inquiramus quo iure potuerit Iob ſacerdotis miniſterio fungi. [Iob ſacerdos] Chryſ. ſic ait: *Aiunt nonnulli priſcos illos ſacerdotes more Melchiſedech per ſe ipſos creatos fuiſſe. hoc ergo ſignificat, mittebat.* Et eandem rem ex propria ſententia docet hom. 35. in Gen. agens de Melchiſedech. *Sacerdos* (inquit) *erat fortè à ſemetipſo ordinatus, ſic enim tunc ſacerdotes erant,* quibus verbis, ſi velit quoſdam ſacerdotale munus ex antiqua gẽtis inſtitutione, aut propter ſingularem alicuius rei excellentiam habuiſſe, & ſine noua populi electione, aut conſecratione extitiſſe ſacerdotes, rectè quidem, vt mox dicemus; ſi verò quemuis potuiſſe munus ſacerdotale vſurpaſſe pro libito, minimè id verum eſt. [Sacerdos publico munere, & autoritate fungit.] Nam cùm Sacerdos publico munere, publica etiam autoritate fungatur, fieri aut eſſe Sacerdos nõ potuit, qui neque à Repub. aut Principe Reip. vices habente electus, neque a Deo aut ab eo, cui a Deo demandatum eſſet, inſtitutus & initiatus non fuiſſet. [*Ari. 6. Polit. cap. 8. & lib. 7. c. 8.*] Certè Ari. non minùs ad publicam rem pertinere exiſtimauit ſacerdotem quam magiſtratum alium; quin potiùs inter magiſtratus, quibus nititur Reipubl. dignitas, integritas, & conſeruatio, ſacerdotes conſtituit; [Sacerdos potiſſima reip. pars.] qui certe publicam rem agunt. nam pro vniuerſo populo offerunt, tum etiam, nonniſi illud ſacrificiũ offerunt, de quo inter eos conueniat, ex quibus tota reipublic. vnum corpus efficitur. nam in ſacrificio conueniunt, qui in vnica religione cõueniunt, dicẽte Paulo: [*Heb. 7. 12.*] *Translato Sacerdotio neceſſe eſt, vt legis translatio fiat,* externus ille ſacerdotij, & ſacrificiorum vſus vnica religione, vnico cultu, vnica legis ratione homines continet. Sed rem totam eleganter docuit Paul. Heb. 5. [*Ad Heb. 5. 1.* Illuſtratus locus de officio Pontific.] *Omnis* (in omni politia, quæ vno religionis nomine fundata eſt) *Pontifex* (nõ ſolum princeps ſacerdotum, ſed Sacerdos, quicunq; etiam Pontifex eſt, id eſt, potens facere, & ſacrificare) *ex hominibus aſſumptus* (delectus, ſeparatus, ſegregatus à reliquis hominibus, aliorũ ſuffragijs & voluntate electus: tum etiã, qui eiuſdem cum alijs hominibus naturæ ſit, nã illos repræſentat, homo homines. Syriaca, *omnis Pontifex, qui eſt ex filijs hominum.* neque enim Angelus hominum Sacerdos eſſe poteſt) *pro hominibus* (loco & vice aliorum hominum, tum etiam pro illorum cõmodo & bono) *conſtituitur* (ſtatutis conſtitutiſque cæremonijs, & religioſis ritibus initiatur, qualis cõſtitutus eſt Aaron, Exod. 28. 29. & 39. ſicut etiã dicitur, Act. 14. [*Exod. 28. & 29. & 39.* *Actor. 14. 22.*] *Cùm conſtituiſſent per ſingulas Eccleſias presbyteros.* & ad Tit. 1 [*Tit. 1. 7.*] & alibi non ſemel) *in his, quæ ſunt ad Deũ* (pereunt enim male laici inuolantes in ſacerdotum functiones, cum Dathan & Abiron) [*Num. 16. 17.*] *vt offerat dona* (ſpontaneas & liberales oblationes panis, vini, olei, aut aliorum terræ fructuum) *& ſacrificia* (victimas; ea videlicet, quæ viuunt, & in ſacrificio iugulantur, mactantur, immolantur) Itaque nunquam ſe ipſum conſtituit, quis ſacerdotem. Quod aũt in 3. Reg. 13. dicitur; [*3. Reg. 13. 33.* Implere manum.] *Quicunq, volebat, implebat manũ ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorũ,* tantùm indicat facilẽ fuiſſe aditũ in falſa illa religiõe vitulorũ, ad falſam ſacerdotij conſecrationem. at verò pręterquã, quod illi ſacerdotes ſuos habebant conſecrandi ritus, nam *implebant manũ,* id eſt, conſecrabantur, vel vnctione manuũ quę implerentur vnguento, vel potius, vt colligitur ex 2. Paral. 13. [*2. Paral. 13. 9.*] cum ſummus Sacerdos oblationes, & ſacrificia imponebat in illorũ manus, ita vt impleret manꝰ ſacrificio. Quod enim in Hebr. dicitur, Exod. 28. *Cunctorum conſecrabis manus, ſanctificabiſque illos, vt ſacerdotio fungantur mihi,* in Hebr. Cunctorum implebis manus, [*Exod. 28. 41.*] & 2. Paral. 13. [*2. Paral. 13. 9.*] *Quicunque venerit, & initiauerit manum ſuam in tauro de bobus, & arietibus ſeptem, fit Sacerdos eorum, qui non ſunt Dij.* Hebr. quicunq; impleuerit manum. Non ſibi quiſq; ſacrificandi officiũ vſurpabat, ſed à Rege deſignatus. Dicitur enim, [*3. Reg. 13. 33.*] *Ieroboam fecit de nouiſsimis populi Sacerdotes.*

17 At veriorem aliam cauſam obtinẽdi muneris ſacerdotalis Hiero. tradit epiſt. cit. tr. & in trad. Hebr. in Gen. Iſidor. in Gen. c. 23. Philip & Bed. hic. gloſ. ſuper id Gen. 26. *Vende mihi primogenita.* & Heb. 2 *Vẽdidit primitiua ſua* D. Thom. 1. 2. q 103 a. 1. ad 3. & 2. 2. q 87. a. 1. ad 3. [*Hieron.* *Iſidor.* *Philip.* *Beda.* *Gloſ.* *Hebr. 2. 12.* *D. Thom.*] videlicet primogenitos, illuſtrium præſertim familiarum ſacerdotes fuiſſe. [Primogeniti olim ſacerdotes.] additque Hier. [*Hieron.*] Melchiſedech fuiſſe Sem primogenitum Noe: deindeque primogenitos omnes vſq; ad Aaron ſacerdotali honore præcelluiſſe. atque hæc ipſa eſſe *primogenita,* quæ Eſau vendidit. [*Gen. 25. 33.*] Quamuis Iſidor. exiſtimet, *primogenita* fuiſſe *veſtes* illas *valde bonas,* quæ ſacerdotales erant, quas induti primogeniti victimas offerebant. Propterea itaq; Paul. Heb. 12. [*Hebr. 12. 16.* Quare vocetur Eſau profanus & fornicator.] vocat Eſau, profanum, quaſi laicum, non conſecratum, neque initiatũ, indignum, qui fanũ intret, & in locis ſacris diuerſetur, aut ſacra cõtrectet; denique priuatũ ſacerdotio. vocat etiam *fornicatorem,* quod vitiũ cùm in Eſau ſcriptura alio loco non notârit, certè videtur ad rem eandẽ de religione & ſacerdotio referẽdum; nam qui veri Dei ſacerdotium cum *lente* cõmutauit, viſus eſt etiam verã religionẽ abijcere, & veri Dei cultũ in idololatriam cõuertere, quod in ſacro ſermone, *fornicari* dicitur. Idem indicatur Gen. 49. [*Geneſ. 49. 3.* Primogenitꝰ accipiebat tres partes hæreditatis.] a Iacob benedicente Ruben; *Ruben primogenitus meus, prior in donis, maior in imperio;* vbi Chaldæus ſic legit: *Te decebat, vt acciperes tres partes, primogenituram,* ſcilicet (id eſt, duplicem hæreditatis portionem) [*Chaldeus.*] *Sacerdotium & regnum:* quod & in Aegpyto ſeruari ſolitum Heliodorus Phœnicæus auctor eſt, [*Helio. Phœni.*] lib. 1. & 7. Scribens in vrbe Memphitica, quæ totius Aegypti caput erat, filium primogenitum Pontificis Maximi in patris locum, & dignitatem ſuccedere. [Iob primogenitus.] oportuerit ergo Iobum primogenitum filium Zaræ fuiſſe, penes quem etiam fuerit ius Sacerdotii. Verùm neque hæc primogenituræ ratio omnino ſolida, aut ſola viguit in obtinendo ſacerdotio: [Non ſoli primogeniti ſacerdotes.] non enim allegatum fuit ſolis primogenitis; cùm Abel natu minor Sacerdos aſſeratur à Hierony- [*Hieron.* *Auguſt.*]

Philip. *Beda.* *Gen.* 4. 4.

mo loco ſuperiori, & Auguſt. de mirab. Sacræ Scripturæ, cap. 3. Philip. Beda hic. & clarè indicatur, Gen. 4. cum dicitur obtuliſſe Deo *de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum*; videlicet non alterius Sacerdotis manu, aut miniſterio. Deinde Sem, qui aſſeritur fuiſſe idem qui Melchiſedech, à pleriſque negatur primogenitus Noe. Tum etiam Abraham, qui ex ſententia

Origen. Autor operis imperfecti. *Gen.* 15. *Gen.* 11. 26.

Orig. hoc loco, & auctore operis imperfecti in Matth. hom. 1. Sacerdos fuit, & Sacerdotali miniſterio functus, Gen. 15. non fuiſſe primogenitum Thare, Gen. 11. ſed natu minorem alijs fratribus, colligi non omninò malè poteſt ex illius atque Zaræ, cuius erat auunculus, ætate. Chryſ. licet oratione 4 cótra Iudæos affirmat laicum fuiſſe, & laici nomine benedictionem ſuſcepiſſe a Melchiſedech Sacerdote. Quãuis

Chryſoſt.

neque hæc Chryſoſt. ratio ſuam ſolutionem habeat, cùm fortè Pontifices Summi, & Sacerdotes maximi ſoli primogeniti eſſent; at vero minores Sacerdotes, qui a maximis, & ſupremis benedictioné petere, & accipere ſolerent, ex fratribus minoribus eſſe potuiſſent.

18 Tertiam, Sacerdotij obtinendi rationem ex regno Iſyd. Philip. Beda & alij deſumunt: exemplum afferunt Melchiſedech Regé Salem. Iſydorus viro etiam ex Romana politia; *Antea* (inquit) *qui Reges erant, & Pontifices erant, nam maiorum hæc erat cõſuetudo, vt Rex eſſet etiam Sacerdos & Pontifex. vnde & Romani Imperat. Pontifices dicebantur.* refertur verò hoc teſtimoniũ, cap. Cleros 21. diſt. Numa Rex ipſe ſe in primis Pontificem conſtituit, vt Dionyſ. Halicarn. & Plut. tradunt. Galba verò (Suetonio auctore) etiam triplex Sacerdotium geſsit. Lacedæmonij Regem, Ducem, & Sacerdotem agebat, vt ſcribit Xenophon; quo etiam ſpectat, quod Strabo ait: Sacerdotes in Zela rerum omnium poteſtatem habere. Illud vero vulgatum eſt, apud Aegyptios ex Philoſophis Sacerdotes, ex Sacerdotibus probatiſſimum creari Regem. Ad quam gentium, nationumq́ue aliarum inueteratam conſuetudiné forte colluditur, cùm Deus ſuũ populum appellat, *regale Sacerdotium*, vtraque ſimul Regia, & Sacerdotali dignitate fulgenté. Quas cum Deus in Eccleſiaſtica politia ſeparauerit, repetere voluiſſe per ſacrilegũ auſum Sacerdotalem functionem ex regio priuilegio viſi ſunt, Saul offerens holocauſtum, & pacifica, 1. Reg. 13. Cui dictum eſt a Samuele, *ſtulte egiſti.* Et Ozias; *qui cùm roboratus eſſet, eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum, & neglexit Dominum Deum ſuum, ingreſſuſq́ue templum Domini adolere voluit incenſum ſuper altare Thymiamatis; percuſſus ergo eſt leprâ.* Similis ſanè fuit Iob lepra, ſimilis regno, ſed ſacrilegio, ſed Sacerdotio diſſimilis.

Iſydo. 7. *ethy. cap.* 12. *Philip.* *Beda.* Reges olim Sacerdotes. *Cap. Cleros,* 21. *diſt.* *Dionyſ. lib.* 2. *Plut. in Numa.* *Sueton.* *Xenoph. de rep. Lacedem.* *Strab. lib.* 12. *Plat. quem affert Ficinus ſuper Triſmegi. Seuer. apud Stob. ſer.* 41. *Ale* [illegible] *c.* 5. 1. *Pet.* 2. 9. 1 *Reg.* 13. 9. 2. *Paral.* 26.

19 Ad hæc, penes nobilitatem fuit etiam ius Sacerdotij, & penes principes viros, & capita familiarum, vt Hiéro. & alij ſuperius adducti tradunt: id quòd indicatur, 3. Reg. 12. cum Ieroboam ingentis piaculi notatur, quod fecit *de nouiſsimis populi Sacerdotes.* Gręcis par erat Sacerdotij dignitas maieſtati regię, nec erat peruia ignobili vulgo, autore Plutar. problemat. 113. Solis patritijs concedebatur ex Romanis, vt ſcribit Liuius lib. 10. Dec. 1. tum deinde Conſulibus, Prætoribus, Cenſoribus, ex Oroſ. lib. 5. cap. 10. de P. Licinio ſcribente; & ex Liuio 4. Dec. lib 3. de Marco Marcello Conſule & Pontifice. Hoc quoque in Iobum conuenit, filium primogenitum Zaræ ducis clariſſimi; & capitis atque Principis familiæ clariſſimæ, vt quæ Ducibus, atque Regibus ſplenduerit.

Cum nobilitate olim cõiunctum ſacerdotium. *Hieron.* 3. *Reg* 13. *Plutarch.* *Liuius.* *Oroſius.* *Liuius.*

Illa tandem vltima eſt, non vltimo loco ponenda ſapientia, penes quam ius Sacerdotij fuit, vt ijdem autores tradunt, vnde apud Aegyptios Triſmegiſti nomé obtinuit Mercurius, quaſi ter maximus eſſet; maximus ſapiés, Rex, atque Sacerdos maximus, quem Eupolemus apud Euſeb. lib. 1. præpa. Euang. cap. 6. exiſtimat fuiſſe Moyſen, qui propter literarum inuentionem id nomen apud Aegyptios conſecutus fuerit. Et quidem Sacerdotium cum ſapientia coniunctum eſſe debere barbaræ etiam nationes agnouerunt, quæ a ſuis Sacerdotibus & rerum agendarum conſilia, atque reſponſa, & dubiorum explicationem & ſolutionem nunquam non petierunt. Iob igitur vir perfectiſſimus, atq; ſapientiſſimus, propter ſingularem diuinarum humanarumq; ac rerum ſcientiam, & cognitionem, qui in Sacerdotiũ veniret, dignitſimũ haberi potuit, & qui non Triſmegiſti ſed Polymegiſtus, multis modis maximus iure vocari debuiſſet.

Sacerdotium penes ſapientes. *Euſebius.*

Dicebat enim, ne fortè peccauerint filij mei, &c.

20 *Dicere, & dicere in corde quid.*
21 *Sacrificium poſtulat, & docet ipſa natura. ſacrificij multiplex finis. Scrupulus bonæ mentis ſignum. Peccare.*
22 *Multa vitia inter ſe nexa, & cum guloſitate præſertim.*
23 *Benedicere in vtramque partem, hoc loco in bonum accipi, aliorum ſententia.*
24 *Benedicere pro adorare. Guloſitas proxima Idololatriæ.*
25 *Benedicere hoc loco in malum, non tam pro blaſphemia, quam pro quouis peccato, & cogitationum importunitas.*
26 *Verbum faciendi in ſacro vſu, & an Iobi ſacrificia fuerint quotidiana.*
27 *Facere pro ſacrificare.*

20 D*Icebat enim.* Hæc ſcilicet ratio illum ad ſacrificandum excitabat; hęc cogitatio, & cura illum deducebat ad templum, & ſacrificia. Cum igitur verbo dicendi *in corde*, vel *intra ſe*, idem valet quod cogitare, & interiùs loqui, aut verſari in aliqua cogitatione. eandem vim ſæpè retinet ſolitariè poſitum, exempla paſſim occurrunt, 2. Reg. 21. *Dieſbenob, qui fuit de genere Arapha, iuſſus eſt percutere David.* Hæb. * *Dixit percutere David.* Rom. 1. * *Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* *Dicebat* ergo Iob intra ſe, hoc verſans animo; niſi velis etiam certis, conceptiſue verbis, & oratione ſuam mentem explicuiſſe inter ſacrificãdum.

Dicere in corde. 2. *Reg.* 21. 15. * Penſo de herirle y de matarle. * Teniendoſe por ſabios quedaro patanecios. *Rom.* 1. 22.

21 *Ne forte peccauerint filij mei.* Sacrificabat quidé pro peccato; potuit enim natura duce; atque magiſtra tum ſacrificare, tum multiplicem in ſacrificando finem doceri: cùm enim corpore conſtet homo, non ſolùm anima à natura

Sacrificiũ ab ipſa natura poſtulatum.

ipſa docetur tum externum, & corporeũ cultum Deo exhibere, tum etiam hunc per ſacrificia & oblationes cultum commodiſſimum eſſe: qua ratione dictum eſt à B.Clem.in conſtit. antiquos patres naturali lege admonitos ſacrificaſſe. Finis autem multiplex poteſt ab ipſa naturali ratione diſtingui; primus, vt ſacrificiũ ſit in Dei honorem, & primi auctoris rerum omnium, primæque cauſæ teſtificationem; ideo creaturas creatori offerimus, & illas quidem in ſignum noſtræ ſubmiſſionis, internæque oblationis, & obſequij animorum. Secundus pro impetranda venia peccati alicuius, aut verò pro impetrando beneficio aliquo. Tertius in laudem & actionem gratiarũ. hæc, quæ ab ipſa natura profecta videntur. tranſlata ſunt poſtea ad legem, holocauſta, hoſtia pro peccato, & hoſtia pacifica: & conueniunt pariter in vincũ nouę legis ſacrificium. & quamuis Septuaginta etiã in ſacrificio hoc Iobi diſtinguere voluerint holocauſtũ in Dei honorem, & proteſtationem diuinæ excellentiæ, à Vitulo pro peccato, certè id neceſſarium non fuit, tum quoniam vno, & eodem ſacrificio potuit S.Iob tres illos in ſacrificando fines attendere; tum quod non fuerit manifeſtum aliquod filiorũ peccatum, in cuius expiationem certe referri ſacrificium oporteret.

Clemēs lib.6. conſtit.c.20. Multiplex finis ſacrificandi. LXX.

Ne fortè. Scrupulus, & ſuſpicio peccati, quę hominem ſtimulat, & ſolicitat, bonæ mentis indicium eſſe ſolet; vt Gregor.dixit: Non aliter etiam hæc Iobi ſolicitudo, & ſuſpicio alicuius peccati filiorum occulti, atque latentis, manifeſtam illorum ſanctitatem teſtatur, cui teſtimonium quoque ſuum dicunt Gregor. & Græci omnes, Origen Chryſoſt.Baſil.Didym. Polychronius hic, & ſuperius. v.2.

Scrupulus, quem vocãt, ſignũ bonæ mentis. *Greg.epiſt.31. Gregor. Græci. Origen. Chryſoſt. Baſil. Didim. Polychron.*

Peccauerint, Propriè, aberrauerint, deuiauerint, à recto tramite (*hòata*) enim propriè eſt errare: ad quam vocis proprietatẽ alluditur, Pſalm.24. *Legem dabit delinquentibus in via*, id eſt, peccatoribus errantibus à recto tramite.

חטא *Pſal.24.8.*

22 Conuiuiorũ comes, luxus

Sed vnde nã hæc ſuſpicio ſtimulabat Iobũ? certè ex conuiuiorũ frequentia, & epulis paulò lautioribus, quæ ferè ſemper condiuntur immoderatą voluptate, & inani cordis iucunditate, loquacitate, ſcurrilitate, & intemperãtioribus alijs verbis, geſtibus, motibus. appoſita ſimilitudine explicat Greg. *Hi* (inquit) *qui chordarum harmoniam tempeãt, tanta hanc arte diſpenſant, vt plerumque cùm vna tangitur, longè alia ac multis interiacentibus poſita corda quatiatur; cumque iſta ſonitum reddit, illa, quæ in eodem cantu temperata eſt alijs impercuſſa tremit.* Sic ſanè, licèt virtutes omnes connexæ ſint, ſed tamen quædam quibuſdam iucundiùs reſpondent, & aſſonant; non aliter quibuſdã vitijs peculiaria vitia familiaritate, & cognatione quadam reſpondent. Neſcio qd habet cognationis turpis libido cum iurandi licentia & procacitate; vt ſi ſecundum, vt ita dicam, Decalogi præceptum percurias, reſpondeat ſextum; ſi ſextum reſonet, etiã conſequutione quadam ſecundum aſſonet; id quod in multorũ auditis confeſſionibus obſeruarunt exercitati confeſſarij. Gulæ vitium ludos intemperãtiores & laſciuiores iocos excitat; nã

Greg.li.1.c.4.

Quædã quibusdam vitijs cognata.

Gulam comitantur plera-

Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere: Sequitur etiam ſtultiloquium; vnde *diues qui epulabatur quotidie ſplendide, guttam aquæ* petebat in inferno, quod plus in lingua, quàm in alijs membris torqueretur, pœna indicante vitiũ linguæ, vt obſeruauit Greg. Nimius luxus in cibo & potu (mirum) coniunctus eſt cum animi quadam immanitate, & inhumanitate: cuius exemplum eſt ille diues epulo non miſeratus miſerrimum Lazarum: & illi etiã apud Amos vatem; *Comedentes agnũ de grege, & vitulum de medio armenti, bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, nihil patiebantur ſuper contritionem Ioſeph*, ad hæc ſacrorum, & religionis contẽptus, & Dei obliuio; ſic Salomon Prou 30. Petit ſibi tantum tribui neceſſaria victui, *ne forte ſatiatus illiciatur ad negandum*, & Iſa.5. *Cythara, & lyra, & tympanum, & tibia in conuiuijs veſtris, & opus Domini non reſpicitis.* Honeſtatis, dignitatis, rerumque aliarum precioſiſſimarũ nullam ducit guloſus rationem; ſicut ille, qui lente bene infertus, *abijt paruipendens, quod primogenita vendidiſſet.* de eiuſmodi certè illud dici poteſt, *Anima ſaturata calcabit fauum.* In verecundia prǽterea, & impudentia quædam comes eſt ventris; quare cum Sapiens deprecatur auferri à ſe ventris concupiſcentias, ſubiecit *animo irreuerenti, & infrunito ne tradas me.* *Infrunitum* autem aliquando Latinus interpres, pro inſatiabili, & vetri dedito ſumpſiſſe viſus eſt; & *irreuerentem* ſequẽte vocabulo exponit. Similes certè inſatiabiles impudentiſſimis canibus, cum ſcriptum ſit: *Canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem.* Denique cùm Cerere & Baccho incaleſcit, ardet potiùs Venus. vide Rom.14. v.21. Gal.5.v.21. Epheſ.5. v.18. Iac.5. v.5. 2.Pet.2.v.13. 1.Pet.4.v 3. In hæc igitur vitia trahuntur, qui, vt ait Iudas Apoſt. *Conuiuantur ſine timore*; cùm enim conuiuiũ res ſit plena periculo, oportet, vt cõuiuatores pleni ſint timore. Vides igitur ſingularem Iobi pietatem, & ſolicitudinem liberorũ, cùm pro illis conuiuantibus timeat, abſens ipſe conuiuio; nouerat quippe ſanctiſſimus, ſapientiſſimuſque vir cum corporis vires incaleſcunt, & reficiuntur, corporis etiã prauas appetentias, & affectiones excitari, vireſque ſumere, & vix (quod dixit Greg.) celebrari cõuiuia ſine culpa poſſe. Sic enim Iacob. Apoſt dixit, in conuiuio *enutriſti corda*, quæ ſedes eſt appetitus, id eſt, excitari, creſcere, vires ſumere & pingueſcere concupiſcentiam, & ad omnem licentiam, audaciorem fieri cibi copia & ſaturitate. *Epulati* (inquit) *eſtis ſuper terram, & in luxurijs enutriſtis corda veſtra.* Vides igitur quàm ſit neceſſaria ſapientia in conuiuijs, illius enim munus eſt, homi nem ſobriè deducere in operib⁹ ſuis, & ab omni intemperantia continere; non enim poteſt eſſe *continens* (ex Græc. ſobrius, *moderatus*, quæ maximè virtus in menſa requiritur) *niſi Deus det.*

que alia vitia. *Exod.32.6. Luc.16.19. Gregor. Amos 6.4. & 6. Prou.30.9. Iſa.5.12. Gen.25.33. Prou.27.7. Eccleſ.23.6.* Quid infrunitum. *Iſa.56.11. Iud.v.12. Gregor. Iacob.5.5.* Quid enutrire corda apud Iacobũ. *Sap.8.21. Græc.*

Et benedixerint Deo. Verbum *benedicendi* mediũ eſt, quòd in bonam & in malam partem accipi poſſit; pro laudare, gratias agere, adorare, & colere; tum etiam pro maledicere, irreuerenter, & impudenter ſe gerere erga aliquem; de quo enucleatiùs dicemus, v.11. Nunc ſenten

23 Benedicere in vtranque partem.

tiam germanam ex varietate interpretum colligamus. Quidam vtranq; præſentis verſiculi partem connectunt, vt Iob vereatur, ne ſi peccauerint filij, gratias egerint pro ipſa voluptate intemperantiori percepta; quaſi pro beneficio quodam diuinitùs ſibi conceſſo; hæc eſt D. Thomæ expoſitio, ſicut ſi latro famoſus Deo gratias ageret, quod in prædam opimam incidiſſet, & qui turpiter viuit, quòd optata voluptate potiri potuerit. Simile eſt id Zach. 11. Cùm Deus pater loquitur filio ſuo, hominum iam duci & præceptori; *Paſce* (inquit) *pecora occiſionis*, (id eſt, cum paſtores alij nõ gregem, ſed ſemetipſos paſcant, tu fili paſtor bonus eſto populi Iſraelitici) *quæ, qui poſſederant, occidebant* (nõ enim paſtores, ſed immites & ſæui tyrãni in illos dominantur, & quotidie mortificant & mactãt, tanquam morti, occiſioni, & macello deſtinata) *& non dolebant* (Hebr. non delinquebant, non ſibi videbantur conſcij alicuius peccati, exiſtimantes obſequium ſe præſtare Deo) *& vendebant ea* (vt ex populi damnis, & detrimẽtis lucrum facerent) *dicentes; Benedictus Deus* (gratias agunt quaſi pro cæleſti beneficio) *diuites facti ſumus*. rectè omnia D. Thomas. Sed ſenſus hic paulò durior, & non valde è proximo petitus.

D. Thomas.

Zach. 11. 4.

D. Thom.

Caietanus.

Caietanus verò vtranque etiam partem cõiungit, ſed diuerſa ratione, videlicet, *ne, ſi forte filij peccauerint*, non tantùm verbo, aut ioco, ſed quod grauius eſt, corde & cõſenſu prauo, cùm pro more prandentium & conſurgentium à menſa debuerint *benedicere*, id eſt, gratias agere Deo bonorum omnium largitori, & deprecari cuiuſque delicti veniam; illi tamen ſurrexerint peccatorum & pœnitentiæ obliti, & ieiunam quandam, & ſine pœnitentia, & lachrymis aridam gratiarum actionem retulerint. Probat autem ille, verbũ *benedicendi*, in bonam partem debere accipi, in malam non poſſe. Primo quoniam blaſphemia, maledicentiaq; in Deum ſcelus rariſſimum, & nonniſi flagitioſiſſimorum, atque impudentiſſimorum hominum eſt; cuiuſmodi minimè cenſendi ſunt extitiſſe filij viri ſanctiſſimi. Secundò, quoniam non decuit parentem ſanctiſſimum, & liberis ſanctiſſimè educatis honeſta conuiuia permittentem ſuſcipere dubitationem de grauiſſimo aliquo flagitio: potuit tantum leuioris alicuius errati, & interni quidem, quod occultius eſt, ſuſpicione & ſcrupulo cõmoueri. Tertiò, quod putet Caiet. *Peccare, & benedicere* ad diuerſas actiones referẽda; nam in Heb. diuerſis temporibus dicuntur, poteſt enim ſic reddi ex exemplari. *Fortè peccauerint filij mei, & benedicent Elohim in cordibus ſuis*. acutior Caietanus, quam ſolidus. Sed cum aduerſus has duas interpretationes nihil maioris momenti obijcere poſſimus, non video, cur Titelmanus neothericos quoſdam, verbum *benedicendi* propriè & ſine antiphraſi vſurpantes appellare auſus ſit ſuperſtitioſos, & vano timore anxios.

Benedicere in bonam partem.

Titelmanus notatur.

24 Tertia, & quæ nunc dicam, minùs commoda, minuſque lenis interpretatio aliorum, vt *benedicere* ſit adorare, idque non ſine exemplo, cùm dicatur Iſa. 66. & 2. Paralip. 6. *Flexit genibus contra vniuerſam multitudinem Iſraël, & palmis in cælum eleuatis ait, Domine*, &c. pro *flexis genibus*, eſt idem verbum *benedicendi*; nam affert ex ſua proprietate geniculationem; qui enim benedicit ſolet genu flectere, & qui genu flectit; benedicit; qui autem flexo genu benedicit, etiam adorat. Quoniam verò Dei nomen hoc loco eſt, *Elohim*, quod nomen cùm plurale ſit, aliquando accipitur pro Angelis, Pſalm. 8. 6. & Pſal. 137. 2. pro falſo etiam Deo, Dan. 11. 38. & pro multis dijs, atque idolis gentium, Exod. 18. 11. Deuter. 4. 7. Hunc ſenſum eliciunt; Ne fortè peccauerint in conuiuio, & ex ſaturitate, & ingluuie ad Angelorũ, vel plurium deorũ benedictionẽ, laudes, hymnos, adorationem cordibus ſaltem, & interno affectu inclinauerint. Huius interpretationis ratio illa eſſe poterit, quod peculiaris ſit Gulæ cum idololatria, & apoſtaſia à fide cognatio & vicinitas, de qua re ſapienter diſſerit Ambroſius lib. 6. epiſtol. 36. vtens illo Exod. 32. *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*. conſonant alia teſtimonia, Deut. 6. *Cùm comederis, & ſaturatus fueris, caue diligenter ne obliuiſcaris Domini Dei tui*. Chaldæus hac paraphraſi illuſtrat; *Cùm comederis, & ſaturatus fueris, benedicas Domino Deo tuo, in terra illa bona, quam dedit tibi. Caueas tibi ne fortè obliuiſcaris timoris Domini Dei tui*. & Deut. 31. *Cùm comederint, & ſaturati, craſſique fuerint, auertentur ad Deos alienos, & ſeruient eis, detrahentque mihi, & irritum facient pactum meum*. & Deut. 32. Poſt enumerationem mellis, olei, butyri, lactis, adipis, arietum, hircorum, medullæ tritici, & rubentis vini meraciſſimi, ſubiungitur; *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit; incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo. Prouocauerunt eum in dijs alienis*. Prouer. 30. *Tribue tantùm victui meo neceſſaria, ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam; Quis eſt Dominus?* Huc reſpexiſſe videri poteſt Chaldæus legens; *Ne fortè filij mei ad iracundiam prouocauerint Deum*. nam prouocationis, exacerbationis, aut irritationis nomine Zelotypia propter idololatriam ſignificari ſolet iuxta id, *Prouocauerunt eum in dijs alienis, & ad iracundiam concitauerunt*. Ergo cùm videret Iob comeſſationibus, compotationibus, ebrietatibus idolorum feſtiuitates celebrari, timere potuit, ne ex cibo & potu conuiuali ad idolorum recordationem, & cultum aliquem, aut religioſam inuocationem deſiluiſſent. Hæ omnes interpretationes *benedicendi* verbum in bonum vſurpant.

Tertia expoſitio.

Benedicere pro adorare.

Iſa. 66.

Paral. 6. 13.

Nominis elohim varia acceptio.

Gula idololatriæ proxima.

Ambroſ. epiſt. 36. ad finem.

Exod. 32. 6.

Deut. 6. 11.

Chaldæus.

Deut. 31. 20.

Deut. 32. 15.

Prou. 30. 8.

Chaldæus.

Prouocare ad iracundiã quid.

Deut. 32. 16.

25 Sed verò in malum debere accipi, pro maledicere & blaſphemare, acriter contendit Titelmannus, & neceſſario ſe probare exiſtimat ex alijs locis, quibus benedictio eſt idem quod maledictio, & blaſphemia: certè coniectura veroſimilis; argumentum verò minimè efficax, aut neceſſarium. Carthuſianus, quam præ ſe fert hæc expoſitio duritiam, & acerbitatem ingentem blaſphemiæ, emollire conatur, quod non exiſtimauerit Iob ſuos filios eos eſſe, qui blaſphemiæ aſſenſum præbuiſſent, ſed veritus tantummodò fuerit, ne

4. Expoſitio.

Titelm.

Benedicere pro blaſphemare.

Carthuſian.

parum

parum cautè ſe geſſerint in ſed in his primis motibus, primiſq; blaſphemiæ impulſionibus, & cogitationibus depellendis.

5. Expoſitio.

Quintò, tandem illa videri poteſt, vt leniſſima ita optima interpretatio, vt *benedicendi* verbum accipiatur quidem in malum, ſed non tamen pro blaſphemia, ſed pro quouis peccato quantumuis leuiſſimo, ſiue interno, ſiue etiam externo; quodcunque enim, cùm in Dei cultus contemptum quendam, & oblivionem cedat, contrarium eſt diuinis laudibus, & benedictioni: quare per contrarium intellectum recte ſignificari verbo *benedicendi*, poteſt. Quare leuem aliquam cogitationem, errabũdam, & ab honeſto, rectoque alienam, peccati & benedictionis nomine intelligunt Origenes, Baſilius, Polychronius, Olympiodorus, cum etiam Hieronymus & Beda. Præterquàm enim, quòd ex adiuncto illo, *in cordibus ſuis*, ſic oporteat intelligi; Septuaginta rem hanc illuminarunt legentes: *Ne fortè filij mei in mente ſua cogitauerint mala erga Deum*, lenius legit Polychronius. *Ne fortè cogitationes conceperint, quæ Deo diſplaceant*. Certus itaque Iob de honeſtate operum, & verborum puritate, & candore, de cogitationibus tantùm filiorum erat ſolicitus, nam cum opera, loco, & tempore, atque opportunitate indigeant, neque ſine labore perficiantur, cogitationes tamen momento abſoluuntur, & facilè irrepunt, & nullum eſt illis tempus importunum, nullus locus imperuius, in medio etiam honeſtiſſimorum hominum cœtu, in abdita cordis officina latentem & occultam, ſed certam voluptatem fabricare ſolent. Veritus igitur Iob Deum, cui à videndo, & penetrando cuncta (*Theos*) nomen eſt; nam nouit *in tenebris conſtituta, & lux eſt cum eo*; qui *cor prauum* & inſcrutabile ipſi homini, cognoſcit, qui *probat renes* (internas affectiones) *& corda* (cogitationes & reconditos, tacitoſque animi ſenſus) certo, & conſtituto ſacrificio quotidiano incertum, dubium, occultum, ſed veroſimile (quæ infirmitas cordis humani, & pronitas ingendi interiùs mala) filiorum peccatum expiabat. Propterea Chryſoſtomus homil. in Iob & Abraham, appellare videtur Iobum virum Euangelicum, quòd tantam curam, & ſolicitudinem de internis cogitationibus ſuſciperet, quantam Euangelicæ leges præcipiunt. de quo plura, cum iterum recurret ſermo de ſuis ipſius Iobi cogitationibus.

Origen. Baſil. Policron. Olympiod. Hieron. Beda. LXX. Polichron.

Cogitationũ leuitas, & importunitas.

Dan. 2. 22. Ierem. 17. 9. & 20. 12.

Chryſoſt. Iob vir Euãgelicus.

Inferiùs, cap. 31. 1.

26 עשה

Sic faciebat Iob cunctis diebus. Verbum faciendi, curam & ſolicitudinem affert in re paranda, præparanda, impigrè, & diligenter præſtanda, aptè, commodè, opportunè, ornatè efficienda. quo verbo dicitur, Geneſ. 2. *Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat.* Indeſinenti igitur ſtudio *faciebat*, id eſt, ſacrificabat pro illis, *cunctis diebus*, videlicet, vel quotidie, ad præcedentis diei expiationem, vt legit Hieronymus in epiſto. ad Euagrium, & admittit Olymp. in catena. vel cum diſtributione accommoda, octauo quoque die, poſt alios ſeptem conuiuiales euolutos, quod verba illa indicant: *Cumque in orbem tranſiſſent dies conuiuij.* ad quem locum recurrere oportet. Genebrar. in chronol. in continuatione religionis, & doctrinæ, anno mundi 2269. ait ſingulis diebus ſeptimus obtuliſſe pro ſeptem filijs holocauſta; celebraſſe etiam ſuum proſabbathum, aut peruigilium ſabbathi, & quaſi paraſceuen, ſiue præparationem, qua præſanctificabat, præparabatque filios in craſtinum holocauſtum; nam quædam legalia tempore, & lege naturæ fuiſſe obſeruata, vt ſacrificium de animalibus mundis, & abſtinentia à ſuffocato, indicatur Geneſ. 8. 9. 17. & ſimiliter fortè ſabbathizârunt antiqui patres ante legem latam; vt affirmârunt Abenezra in Decalogo, & R. Salom. Gen. 16. Lyran. Gen. 7.

Gen. 2. 2.

An Iob ſacrificauerit diebus ſingulis.

Hieron.

Genebrar.

Gen. 9. 17. Abenezra R. Salom. Lyranus.

Sed quanta deuotio, quanta alacritas, quantum gaudiũ, de quo nihil detrahebat frequentia quotidiani ſacrificij? familiaritas ſacrorum nullum efficiebat contemptum, nullam acediam; idem ſurgebat quotidie, eandem adhibebat curam & ſolicitudinem; in eodem ſemper cordis ꝓpoſito manebat; *mutabat* quotidie *fortitudinem*, quod ab Iſaia de illis dicitur quorum virtus renouatur de die in diem, & commutant priſtinæ diei fortitudinem, cùm hodierna nihilo ſegniori aut minori in rerum diuinarum cura: ſicut familiari Hiſpaniſmo de illis qui recentibus in dies ſingulos veſtibus vtuntur, dicere ſolemus, *cada die muda ſu veſtido. Sic* igitur *faciebat Iob cunctis diebus.* Verbum præterea, *faciendi*, ad ſacrificia pertinet: nam *facere*, eſt ſacrificare, vti ille dixit: *Facere vitula pro frugibus*. & Varro libr. 5. de lingua Latina, *Agnum Ioui facit*: Idemque lib. 4. etymologiam huius nominis *Pontifex*, tradit ex ſententia Q. Sceuolæ, quòd ſit, potens facere, id eſt, ſacrificare. Sacris ſcriptoribus familiaris etiam ſignificatio: Exod. 29. ab hac ipſa radice, *Vitulum pro peccato offeres per ſingulos dies*. Heb. facies per diem, & verſ. 38. *Hoc eſt, quod facies*, (ſacrificabis) *agnos anniculos duos per ſingulos dies*. Numer. 28. *Holocauſtum iuge eſt, quod obtuliſtis* (quod factum eſt iuxta Hebr.) *in monte Sinai*. 3. Reg. 18. 23. *Ego faciam bouem vnum, & imponam ſuper ligna*. Ezech. 46. 22. *Faciet vitulum pro peccato*. & verſ. 44. *Sacrificium Ephi per vitulum faciet*, Hoſeæ 2. *Ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt* (ſacrificarunt & obtulerunt) *Baal*. Pſal. 66. *Offeram* (Hebraic. faciam) *tibi boues cum hircis*. Et de noſtro ſacrificio Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*. Et iiſdem faciendi verbis, eiuſdem ſacrificij fit mentio. 1. Corint. 11. Huius autem ſignificationis analogia ad primariam & propriam hæc eſt, quòd quæ Deo offerri, & ſacrificari debent, diligenter parari, & præparari debent, opportune, ornate, & quoad fieri poſſit, exquiſitè, & ſedulò quæ ad ſacra ſpectant, cùm ſcriptum ſit: *Maledictus qui opus Domini facit fraudulenter*. Et iterum: *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? Et ſi offeratis claudum, & languidum nonne malum eſt? Offer illud duci tuo, ſi placuerit, ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum?* Et tandem: *Domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis vnuſquiſque in domum ſuam.* Quod ſi *qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſ-*

Iſa. 40. 32.

27 Facere pro ſacrificare.

Verg. eclog. 3. Varro. Q. Sceuola. Exod. 29. 36. Num. 28. 6. Hebræus. 3. Reg. 18. 23. Ezec. 46. 22. & v. 44. Oſeæ 2. 8. Pſal. 66. 15. Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. 24. Ier. 48. 10. Malach. 1. 8. Hag. 1. 9.

ſapientis: Quid qui in diuino opere, mollem & diſſolutum ſe præſtiterit?

VI. Quadam autem die, cùm veniſſent filij Dei, vt aſſiſterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.

1 *Particula, autem, nota illationis. Iuſto viro deeſt probatio.*

2 *Quid deſignet in ſacro ſermone dies illa. quid dies iudicij. Tota controuerſia inter Iobum, & Dæmonem ſtatus.*

3 *Filij Dei pro Angelis. notatur Chryſoſt.*

4 *Verior acceptio filiorum Dei pro Angelis, ſiue pro ſanctis hominibus. Hoc loco potiùs pro Angelis, quibus ea appellatio peculiarior eſſe probatur.*

5 *Septem aſſiſtendi acceptiones & modi Angelorum coram Deo.*

6 *Venire in ſacris. In medio eſſe, Dæmonis impudentia, & quomodo Deo aſſiſtat.*

7 *Quis Satan: quæ illius nominis notio.*

1 LXX.

QVadam autem, &c. Illud, *autem*, quod in Hebr. eſt, *Et fuit dies*, in Sept. *Et factum eſt*: non ſolùm videtur eſſe particula tranſitioni ſeruiens, ſed etiam propriè, copula, atque nota conſecutionis, ergo, itaque, ex tot, ac tantis virtutibus ſanctiſſimi hominis côſequens fuit inuidia dæmonis, tentatio, perſecutio, & vt manifeſtum fieret, quem verborum ſonitum, & tinnitum percuſſus redderet, vacuus ne, an ſolidæ ſanctitatis plenus exiſteret. Tantum itaque virum non potuit ampliùs ſuſtinere inuidus dæmon ſine calumnia, ſine delatione & criminatione, qui ſuorum fratrum accuſator eſt, nedum hominum. *Affuit* itaque Satan. Igitur, quod Dei optimi ingenium eſt, virum hunc non externis tantum opibus locupletatum, ſed virtutum cumulo exaggeratum probari voluit, & mundo proponi omnis patientiæ & ſanctitatis exemplar, atque ipſis etiam Angelis ſpectaculū fieri; propterea illis concilium indixit, cui interfuit quoque Satan, nihil enim viro recto, ſimplici, timenti Deum, recedenti à malo deeſſe ampliùs videbatur, quam vt tentaretur & probaretur; vt illi quoque, ſicut & Abraham diceret Deus: *Nunc cognoui, quod timeas Deum.* Quod ſi dicas, Bene Deo probatam extitiſſe ſanctitatem Iobi. Rectè: Sed illud deerat adhuc, vt vinceret, & fortitudinis ſpecimen aliquod prȩberet. Eleganter Ambroſius dixit: *Iob erat Deo probatus, victor tamen non erat: probata erat deuotio, tamen præmium non habebat.* Ergo Iobo ſanctiſſimo diuina ſapientia *certamen fortè dedit, vt vinceret, & honeſtauit* (locupletauit) *illum in laboribus, & compleuit* (menſuram bonam & confertam, & coagitatam, & & ſupereffluentem, ſunt enim labores, velut vacua menſura, in quam confertur præmium) *labores illius.*

Gen. 22. 12.

Ambroſ. ſuper 10 Luc. 4. Diabolus receſſit ab illo.

Sap 10. 12. *& Luc. 10.*

Labor eſt præmij menſura.

2

Dies pro tempore.

Iuſtinus.

Plato.

Quadam die. Dies pro tempore frequenter in ſacra Scriptura. Vide Iuſtinum oratione ad Gentes, qui etiam ait, à Platone, *diem* vocari tempus, cùm ait, tempus vnà cum cælo natum eſſe; hoc enim illud eſt, quod dicitur: *In principio creauit Deus cælum & terram.* Et deinde: *Factum eſt dies vnus*, ſed abſtinuiſſe Platonem à verbis Moyſis, ne, ſi illum ſequeretur, ab Athenienſib. deferretur. Quodam igitur tempore hęc acciderunt, &c. Niſi malis cum Gregorio, diem accipere nocti oppoſitum, in quo Sol lucet; atque eam temporis circumſtantiam hic notari, boni omnis cauſa. *Quia* (inquit) *Iob tentatio à die cœpta perhibetur, ad victoriam deducebat.* eiuſmodi multa ſolent myſticè, & tropologicè obſeruari a Patribus; & ſimilia quædam exempla proponuntur à Gregor. hic libr. 2. & homil. 12. in Ezech. Sic etiam Ambr. Luc. 22. ait: *Petrus negauit in nocte, confitetur in die.* Diē autem hunc quo Angelorum concilium coactum, & peractum eſt, ſic deſcribunt Septuaginta *Et factum eſt, ſicut dies hæc*, nihil mirum ſi in illa hebdomadę die, quo Iob ſacrificabat, cum iam in orbem tranſiſſent dies conuiuij, Satan criminatus Iobum illum expetierit ad pugnam. Rurſus, ſi ſimili die, hæc poſtea à Iobo literis, & memoriæ mandata, aut a Moyſe deſcripta ſunt, dici ab ſcriptore, vel à deſcriptore potuerit, *factum eſt ſicut dies hæc.* Nos exempli gratia dicere ſolemus; *Pato eſto tal dia como oy.* Origen. legit: *Sicut dies illa*, atque cum à ſe ipſo petat, quæ dies illa? Reſpondet; *illa dies, quæ Dei longanimitatem, & Iob alacritatem, & diaboli nequitiam publicauit, quemadmodum ille dies manifeſtabit, qui in igne reuelabitur*, quibus verbis deſcribit iudicij diem: licet incertum omnino ſit, & *de die illa nemo ſciat*, tamen quia cum certo futura ſit, & quaſi digito propter certitudinem indicari poſſet; hac circuitione verborum notari ſolet, *Dies illa.* Iſa. 34. v. 8. & Marc. 13. v. 11. 19. 24. Quod videtur à Chaldæo ſumptum, qui legit: *Et fuit tanquam dies iudicij magni, & venerunt Angelorum cateruæ, vt ſtarent coram Domino.* quod fortè ideo dictum a Chaldeo eſt, quòd eo tempore inter dæmonem & Iobū cauſa agenda, & excutienda eſſet, diuturnæque patientiæ, & incredibilium ærumnarum exempla proponenda. Sic enim in ſubita, repentinaque calamitate Hiſpani noſtri illa vocem vſurpant. *Fue vn dia de iuizio.* neque immeritò: cùm Iobo, eiuſq́; familiæ ille dies miſer, & luctuoſus extiterit, Aut etiam diem illum iudicij magni vocat, quaſi audiendæ, diiudicandæque liti grauiſſimæ, & magnæ controuerſię peragēdæ ad Dei ſubſellia deſtinatum. Inſtat dæmon, accuſat acriter, ipſe eſt enim *accuſator fratrum ſuorum*, qui accuſat illos die ac nocte. Iob rapitur ad iudiciū, ſeque tuetur; Iudex litem admittit, conteſtari iubet; accuſatoribus poteſtas fit, vt accuſatorio iure ea omnia conquirant, quibus Iob innocentiam criminari, & labefactare poſſint; calumniantur, & mendacijs circumueniunt, producuntur iurati aduerſus Iobum teſtes, videlicet coniurati illi tres, quatuorve quódam amiciſſimi; Iobus contra, fideliſſimis & grauiſſimis pro ſe teſtib. vtitur, videlicet calamitatibus, & cladibus ingētibus ſumma conſtantia toleratis. Inſtat iudex, vt videtur ſeueriſſimus; côqueritur Iob, dum ait: *Inſtauras teſtes tuos contra me*, interea vt ab illo vel verbū elicere aduerſarius poſſit, acerbiſſima tormenta parantur. * Neque ſolum ponuntur

Gen. 1. 1.

Ibid. v. 5.

Gregor.

Greg. in Ezechiel.

Ambroſ.

LXX.

Dies illa, de qua dicatur.

Chaldæus.

Dies iudicij quid ſignificet.

Litis grauiſſimę inter Iobum & Dæmonē ſtatus.

Iob 10. 17.

ante ocu-

ante oculos vincula, verbera, equuleus, carnifex, tortorq; ſæuiſſimus, ſed in manu tortoris ipſe, omniaq; ſua ponuntur, iudice poteſtatem torquendi faciente: *Ecce* (inquit) *in manu tua eſt*, percutitur, vulneraturque grauiſſimè à planta pedis vſq; ad verticem capitis. Nullam aliam vocem extorquere poſſunt hoſtes quam illam: *Sit nomen Domini benedictum*, quam ipſe quaſi confirmans crebro repetit, certus in tormentis potiùs vitam profundere, quam à veritate & innocentia diſcedere; *etiamſi me occidas* (inquit) nullum aliud à me verbũ extorquebitur. Tandem fertur ſententia, ſanctiſſimuſque vir abſoluitur; ſi abſolui poteſt, qui nihil piaculi admiſerat, liberque ab omni culpa ſumma cum laude & gratulatione declaratur.

3 *Cùm veniſſent filij Dei.* Propriè, *filij Elohim*, fortium, potentium, magnatum; vel Dei, fortis, potentis, efficacis. De nomine Elohim plura aliquando; nunc tantum examinandi, qui ſint *filij Dei*, aut *filij Elohim*, in qua re duæ extremæ ſententiæ ſicut à media, ita à veritate receſſerunt.

Qui filij Dei.

Filij Dei pro Angelis. *Gen. 6.2.* *LXX.* *Philo lib. de Gigan.* *Aug. 15. de ciuit. cap. 23.* *Tertul.* *Iuſtin.* *Cyprian.* *Clem. Alexan.*

Prima exiſtimauit eo nomine Angelos tantummodò ſignificari: audientes itaque Gen. 6. *Cùm vidiſſent filij Dei filias hominum*, &c. & Septuaginta eo loco dicentes: *Videntes Angeli Dei* (quã lectionem habent Philo, & Auguſt.) intellexerunt Angelos, ſiue bonos, ſiue malos captos impuro mulierum amore progenuiſſe gigantes. in quem ſenſum Tertull. Iuſtin. Cyprian. Clemens Alexandr. & poſt hos alij, lapſi ſunt. cum tamen hoc loco, filij Dei ſint filij potentum, procerũ; id eſt, potentes viri, atque magnates (nam quæ Dei dicuntur, excellentiam habent in ſacro ſermone.) tum etiam filij potentum, *Hebraiſmo* dicuntur ipſi potentes; aut certè *filij Dei*, erunt pietatis, & diuini numinis cultores, Dei omnium parentis veneratores tanquam filij chariſſimi, niſi fortè ſint filij, & poſteri Seth, & Enos; quorum illum, appellatum fuiſſe ſuo tempore Deum Suidas ſcribit: Hunc verò etiam Dei cognomento inſignitum fuiſſe author eſt Cyrillus Alexandrin. & quod Gen. 4. dicitur: *Iſte cœpit inuocare nomen Domini*, Theodoretus explicat, & legit cum Aquila; *Iſte ſperauit vocari nomine Domini*, id eſt, vocari Deus. Eadem eſt expoſitio Euſeb. Emiſſ. eadem lectio Chryſoſt.

Suidas in Seth. *Cyril. Alex. li. 9. aduerſus Iulian.* *Gen. 4. 26.* *Theodoret.* *Aquila.* *Euſeb. Emiſ.* *Chryſoſt.*

Secunda ſententia Chryſoſt. affirmat Angelos nunquam appellatos filios Dei, cùm Paul. Heb. 1. ſcribat. *Cui angelorum dixit aliquando, filius meus es tu?* Sed Paulus non de filiatione adoptionis, ſed de naturali & ſubſtantiali locutus nihil fauet Chryſoſt. neque placere poteſt choro reliquorum Patrum, non ſemel id nomen accipientium de angelis, quod illis conuenit, tum propter gratiam adoptionis, tum propter naturæ præſtantiam & virium robur; quare è conuerſo nomen angeli pro forti & potenti ſumitur, vt dicetur infra cap. 41. v. 16.

Heb. 1. 5. *Chryſoſt.* *Iob 41. 16.*

4 Tertia ergo, eaque veriſſima ſententia eſt, nomen filiorum Dei anceps eſſe, vt angelis, vel hominibus, aut propter potentiam, aut propter ſanctitatem tribuatur. Sic hoc loco Philip. Angelos, aut Sanctos homines intelligi vult, eſtque etiam ad vtroſque procliuis, Pſalm. 28. *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum.* Nam Chaldæus angelicos choros inuitatos ad diuinas laudes exponit. Alij filios potentum, & inſignium virorum, filios Abraham, Iſaac & Iacob, veræ religionis cultores, piorum poſteritatem. O vos, inquam, verè pij, & veri Dei adoratores ſacrificijs & oblationibus honorate Deum. Sic Daniel. 3. *ſpecies* (ſplendore, & maieſtate inſignis) *quarti ſimilis filio Dei*, id eſt, angelo: exponitur enim vel ab ipſo Nabuchodonoſore dicente, *Benedictus Deus eorum, qui miſit angelum ſuum, & eruit ſeruos ſuos*, & Malach. 2. dicitur, filia Dei alieni, mulier alienigena cultrix idolorum, *Contaminauit Iudas ſanctificationem Domini, & habuit* (vxorem duxit, & iure cõiugij poſſedit) *filiam Dei alieni.* Rurſus filij Dei pro angelis, Iob 38. 7. & pro hominibus ſæpe in nouo teſtamento. Hinc Paul. ad Epheſ. ſcribit: *Ex quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur.* eſt enim Deus pater-familias, ex quo *omnis paternitas* (id eſt, cognatio & familia) habet appellationem filiorum Dei, in cælis (id eſt, inter angelos, qui ſunt filij Dei) *& in terra* (inter homines iuſtos, quos adoptionis gratia dignatus eſt Deus: quare illi de meliore parẽte, aut nobiliori cognatione gloriari nõ poſſunt, natura enim ſuperiores ſunt hominibus, ſed gratia adoptionis, & diuinæ conſortio naturæ homines nunc inferiores. Quare ſapienter D. Thomas docuit, 3. parte, quæſt. 13. differens de adoptionis gratia, nomen filiorum Dei, non cõuenire primò & præcipuè angelis. Quamuis peculiari quadam ratione illis potius, quam hominibus conuenire negandum non ſit. Primò, quia vt idem D. Thomas autor eſt, illi primò adoptionem filiorum receperunt. Secundo, quoniam in rerum gerendarum alacritate, & obedientia, exequendiſq; iuſſis ſunt ſimillimi filijs. Tertiò ſunt optime affecti erga res humanas, atque ea charitate referunt Dei optimi parentis, naturæ & viſcerum imaginem, & ſimilitudinem filiorum. Quartò, ex etymologia, & proprietate vocabuli, ſunt verè filij fortium, & potentum; potentia & robore mirabili Deum potentiſſimum atque fortiſſimum repræſentant, tanquam filij progenitorem & creatorem. Quintò, (quòd etiam pertinet ad proprietatem nominis, & phraſis Hebraicæ,) filij dicũtur, adminiſtri & diſcipuli, vt filij Prophetarum; quare in illos etiam quadrat nomen filiorum Dei, qui miniſtrant & aſſiſtunt Deo. ex quibus omnibus efficitur, vt qui filij Dei venerunt, vt aſſiſterent coram Domino, ſancti angeli neceſſariò fuerint.

Filij Dei tam Angeli, quã Sancti homines.

Philippus. *Pſal. 28. 1.* *Chaldæus.* *Dan. 3. 92.* *Malach. 2. 11.* *Epheſ. 3. 15.* *Matth. 13. 15.* *Luc. 24. 22.* *D. Thom.*

Angeli potius, quam homines filij Dei.

5 Sed duo illa verba, quod ad Angelos attinet, premenda ſunt. *Cùm veniſſent, vt aſſiſterent*; ex primò namque Origen. Athanaſ. & Gregor. tanquam fidei dogma tradũt angelos moueri localiter, neque omnibus locis præſentes eſſe, ſed eſſe cuique ſuum locum, & ſpatium præfinitum, cùm illud neceſſariò requiratur, ſi ex vno loco in alium veniunt. Eadem ratio conficitur à patribus, ex verbis illis Satanæ. *Circuiui terram, & perambulaui eam.* Similiratione confirmant hanc Theologicam veritatem Tertul.

Origen. *Athanaſ.* *Gregor.* Angelos definiri loco. *V. 7.* *Tertull.*

Chryſoſt. *Ambroſ.* *Nazianz.* *Athanaſ.* *Damaſc.*

in Apolog. cap. 22. Chryſoſt. ſuper id Hebr. 1. *Omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus.* Ambroſ. libr. 1. de Spiritu ſancto, cap. 10. Nazianzenus oratione 2. de Theol. rurſus Athanaſ. in epiſtola ad Serapionem de Spiritu ſancto. Damaſcenus lib. 2. de fide, cap. 3. nam omnis creata ſubſtantia ſicut mutationis ſecundũ locum capax eſt, ita loco definita eſt, ſolus Deus, qui mutari nõ poteſt, quippe immenſus, vniuerſo ſpatio, etiam quod fingi, & imaginatione cõcipi poteſt, præſens eſt. Illud tantum in Gregor. obſerua, cum ait angelos eſſe loco circumſcriptos, non tribuere illis continentiam in loco inſtar corporum, ſed definitionem in loco; qua etiam dicendi ratione, & circumſcribendi vocabulo vſi ſunt tum alij patres, tum decima generalis Synodus.

Deus præſens ſpatio imaginario.
Greg.
Circumſcribi Angelos quomodo accipiendũ.

Angelos aſſiſtere quomodo.

In ſecundo verbo, cùm de angelis dicitur, multiplex aſſiſtendi, aut ſtandi coram Deo ratio, & modus cõſiderari poteſt. Primus ſtrictè & anguſtè eos ſolùm angelos comprehendit, qui nõn exeunt ad miniſteria, neq; ad externa munera peragenda mittuntur. Ideoque Deo aſſiſtere dicitur, quia in Deo immediate multorum myſteriorum, rerumque agendarum rationes vident, de quibus alios inferiores illuminant, qui exequuturi ſunt eiuſmodi miniſteria. Quare alij dicuntur Aſſiſtentes, Seraphim, Cherubim, Throni, Dominationes; alij Miniſtrantes, videlicet reliqui ordines, de qua diſtinctione vide Dionyſ. cap. 9. & cap. 13. de cæleſti hierar. Greg. 17. moral. cap. 9. D. Thom. cum Theologis 1. p. q. 112. art. 3. Hic aſſiſtendi modus non quadrat præſenti.

Dionyſ. *Gregor.* *D. Thom.*

Aſſiſtere inferioris eſt.

Secundus importat habitum inferioris ad ſuperiorem, nam ſicut ſedere Regum, principũ & ſupremorum iudicum eſt, cùm ſcriptum ſit; *Sedebit Dominus rex in æternum.* Et, *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit,* &c. Ita etiam *aſſiſtere*, vel ſtare, tum etiam coram aliquo conſurgere, eſt honorẽ & reuerentiam exhibentis. Iſa. 49. *Reges videbunt & conſurgent Principes, & adorabunt propter Dominum Deum tuum, qui elegit te.* Sic igitur aſſiſtunt corã Deo, quem honorificant angelorum chori, horum enim proprium munus eſt laudare Deum, dicente Deo ipſo: *Cùm me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei.* & propterea videntur dici filij Dei, & angeli Dei, quòd diuinis laudibus celebrandis addicti ſint, iuxta id: *Benedicite angeli Domini Domino.* Ideo in maieſtate, & gloria apparitutus Dominus angelorum comitatum præfert; *Filius hominis venturus eſt in gloria ſua cum angelis ſuis.* Quare cùm vidit Iſaias, *Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum,* vidit *ſtantes Seraphim*, & millia millium Seraphinorum, qui ſtantes honorem & reuerentiam exhibebant, verbis etiam illis: *Sanctus, ſanctus, ſanctus,* conteſtãtes digniſſimum eſſe, quem creaturarum vniuerſitas coleret, & cuius nomen religioſiſſime ſanctificaret. Verum neque hic modus requiritur ab hoc loco; nam non dicerentur angeli veniſſe, vt laudando aſſiſterẽt Deo, quem ſemper laudãt, ſicut neque qui ſequitur eadem ratione.

Pſal. 28. 10. *Luc. 1. 33.*
Aſſiſtere, ſtare, & conſurgere in ſacris
Iſa. 49. 7.
Iob 38. 7.
Dan. 3. 58.
Iſa. 6. 1.

Aſſiſtere pro miniſtrare.

Tertius eſt miniſtrantis, Prou. 22. *Vidiſti virum velocem in opere ſuo, coram regibus ſtabit* (regibus miniſtrare dignus) *neque erit ante ignobiles.* 3. Reg. 10. *Beati ſerui tui hi, qui ſtant coram te.* hac etiam ratione aſſiſtunt Deo adminiſtratorij Spiritus, & apud Danielem: *millia millium*, qui miniſtrant, ijdem aſſiſtunt, niſi fortè eo loco diſcrimen fiat miniſtrantium, ab ijs quos peculiari ratione aſſiſtentes ſuperiùs nominauimus.

Prou. 22. 29. *3. Reg. 10. 8.*

Aſſiſtere, aut ſtare militũ eſt.

Quartus miniſtrantis etiam eſt; ſed id peculiare importat, quòd velut miles paratus ſit, & in procinctu ad Ducis nutum, & imperium; nam ſtare militis eſt, ſiue dimicaturi cũ hoſte, ſiue alium ab hoſte defenſuri, qui ſuæ tutelę & fidei commiſſus ſit: Sic apud Iob. *Cùm ſederem quaſi Rex circũſtãte exercitu.* Sic angelus euaginato gladio dicitur ſtetiſſe contra Balaam, & princeps ille exercitus Domini, quem Ioſue vidit, *Stantem contra ſe, euaginatum tenentem gladium.* & apud Daniel. *Conſurget Michael princeps magnus, qui ſtat pro filijs populi.* Angeli itaque veluti parati & præcincti milites aſſiſtunt coram Deo, cum dicantur militare Deo, id eſt, aſtare illi tanquã Duci milites imperata executuri, Zach. 9. *Circundabo domum meam ex his qui militant mihi euntes & reuertentes.* Sed neque hæc ſtandi ratio conſiſtit in hoc loco.

Num. 22. 27. *Ioſue 5. 3.* *Dan. 12. 1.* *Zach. 9. 8.*

Quintus habitus eſt orantis, Iere. 18. *Recordare quod ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum.* Sic dicitur angelus ſtare ante Altare, Apoc. 8. quod idem eſt, quod aſſiſtere coram Domino. & cùm Raphaël dixiſſet Tobiæ: *Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam Domino.* ſubiungit, *Ego ſum Raphaël vnus de ſeptem, qui aſtamus ante Dominum.* Atque hic aſtandi modus poſſet conuenire in præſentem locum; non enim incommodè dicetur, aut intelligetur veniſſe angelos, vt aſtarent coram domino oraturi, & pia opera, ſacrificiaque & preces Iobi oblaturi coram Deo.

Ierem. 18. 20.
Stare, orantis habitus.
Apoc. 8. 3. *Tob. 12. 12.*

Stare forẽſe.

Sextus ad iudicij & ſubſelliorum formam, ordinemque refertur ſedente iudice, & ſtantibus ijs, qui vel rationem requiſiti reddunt, vel ſententiam expectant; ſicut Exod. 18. *Sedit Moyſes, vt iudicaret populum, qui aſſiſtebat Moyſi à mane vſque ad veſperam.* Quid autem ſit aſſiſtere iudici, explicuit deinde Moyſes; *Venit ad me populus quærens ſententiam Dei.* Ideo de impijs qui propter ſcelerum conſcientiam non audebunt prodire ante tribunal, dicitur; *Non reſurgent* (non ſtabunt) *impij in iudicio.* Sic etiam cùm apud Danielem dicatur, *Millia millium aſſiſtebant, & miniſtrabant;* ſubiungitur, *Iudicium* (iudex cum iudicij forma) *ſedit & libri aperti ſunt.* Hoc etiam cadit in rem præſentem; nam vt ex Chaldæo diximus, hic concilij dies, fuit dies iudicij magni, in quo ſedente iudice Angeli aſſiſtunt, patroni hominum, cauſas acturi, & præ nominis opera a nequiſſimi dæmonis calumnijs, & criminationibus defenſuri: Adſtat Satan reos agens homines; expectant vtrique ſententiam: boni ergo angeli apparitores aſtant iudici, & dæmon tortor & carnifex.

Exod. 18. 13. *Pſal. 1. 5.* *Dan. 7. 10.*

Aſſiſtere angelos, cùm

Septimus tãdem eſt peculiaris Deo aſſiſtendi modus, cùm Angelus cum Deo loquitur, &

ad Deum loquuntur.

D.Tho.1.p. q. 107.a.3.ad 2.

noua quadam ratione illi præſens efficitur, petens illuminari, aut certior de diuina volūtate fieri ſuper re aliqua agēda. Quā de re ſapienter Diuus Thomas ſcribit. 1. part. in hæc verba: *Locutione, qua angeli loquuntur Deo laudantes ipſum, & admirantes, ſemper angeli Deo loquuntur; ſed locutione, qua eius ſapientiam conſulunt ſuper agendis, tunc ei loquuntur, quando aliquod nouum per eos agendum occurrit ſuper quo deſiderant illuminari.* Hæc ergo de aſſiſtentia angelorū dicta ſint. De illa verò particula, *coram*, hoc vnum; non eſſe in hoc loco eam, quæ alibi occurit in Sacro ſermone, ſed quę ſingulariter verſa ſit ab interprete Latino, *coram*, cum ſæpe eandem verterit, *ſuper*, aut *ſupra*, interdum etiam, *iuxta*, *propè*, eſt enim in fonte *Ghal*, a *Ghalah*, quod eſt aſcendere; quaſi dicas ſuper, aut iuxta Dominum. Sed ſenſus idem. de voce verò *Domini* aliqua ſtatim.

על

עלה

6

Albertus

D.Thomas.

Aſſuit inter eos. Illud obſeruarunt Albertus, & D.Thomas, ſanctos angelos veniſſe; Satan verò non veniſſe, ſed affuiſſe, quaſi coactū coram iudice. Sed certè alij patres potiùs hinc colligunt dæmonis impudentiam, & calumniandi deſiderium, nullamque prætermitti ab illo aduerſandi occaſionem, & ſanctorum hominum merita vel extenuandi, vel falſis criminationibus, & mendacijs obſcurandi. Nec vero in illo verbo *veniendi* vllum diſcrimen ſolidè aſſeri poteſt, nam in Septuaginta; *Venerunt angeli, vt ſtarent coram Domino, & diabolus venit cum eis.* Aquil. Chryſo. Complut. *In medio eorum.* & hoc ſumptum eſt ex fonte; quæ locutio æqualitatem quandam afferre ſolet, vt Prou. 1. *Sortē tuam mitte nobiſcum.* Heb. *ſortem tuam proijce in medio noſtrum.* Et Deut. 18. *Prophetam ſuſcitabit tibi de medio fratrum ſuorum ſimilem tui.* idem rectè explicatur à Latino *inter eos*, videlicet, Spiritus ſe ſe interſeruit angelis alijs ſimilis naturæ, conatus ſi quomodo poſſet delitęſcere inter angelos lucis, emētito ſplendore. Sed qua tandem ratione adeſſe præſens potuit dęmon, aut *quæ communicatio lucis ad tenebras.* Reſpondet Grego. Satana præſentem adfuiſſe Deo, ſicut cæcum ſolis luci; non enim affuit vt contemplaretur Deum, aut ſplendorem ſanctorum Angelorum, ſed vt potiùs videretur ab illis; atque in eandem ſententiam ferè Nazianzenus.

Verbum veniendi. LXX.

In medio eſſe quid. Prouerb.1.14.

Deut.18.15.

Greg. lib. 2. c.2.

7

Angelorum patrocinium 4.Reg.6.16.

Satan. Ingens ſolatiū, quòd cùm vnus Satan adfuerit, plures tamē hominis patroni numerentur; vt veriſſimè à nobis dici poſſit. *Plures nobiſcum ſunt, quàm cum illis.* Rurſus ingens timor, dum in terris agimus; nam etiam irrepit in angelorum cœtum Satanas, quippe *In circuitu impij ambulant*; id eſt, quocumq; te vertas, in medio iniquitatis, & improborum verſari videaris; *abundat* tandem *iniquitas*.

Pſal.11.9.

Matth.4.12.

Eugubinus.

Quis Satanę nomine intelligi oporteat.

Sed quis tamen nomine *Satan* intelligi oportet? Steuchus veroſimile putat eſſe diuinā Nemeſin, aut iuſtitiam, quæ omnia luſtrat & circunſpicit, & circuit vniuerſam terram, quæq. vult nos Dei amatores, perfectos, & in aduerſis coſtantes; & ad eam Nemeſis & diuinæ Iuſtitię perſonam accōmodare nititur omnes interrogationes, & reſponſiones, quæ ſcribuntur in hoc Dei cum Satana colloquio. Hebræi alij commenti ſunt, hūc Satanam fuiſſe vnum aliquem hominem, Iobi inimiciſſimum, qui dignus fuerit & Satanæ, & diaboli nomine. Cæterum veriſſima, dicam etiam, catholica omnium patrum interpretatio dæmonem ſpiritum nequam intelligit. Septuaginta *Diabolum* dicunt. Proſper non quempiam vnum ex Angelis apoſtatis, ſed ſupremum cenſet: appellat enim illum totius militiæ principem, qui popoſcit Iobum fortiſſimum ad certamē. Neque mirum, vt cum Iob figuram perſonamque geſſerit Chriſti domini, vterque vtriuſq; tentator fuerit. Quam ſententiam ex Hebræis affert Hierony. Habac. 3.

LXX.

Proſper.

8

שטנה

Nominis Satanæ interpretatio.

Oleaſter refellitur.

שטה

Irinæus.

Sed quid *Satana* nomen ſignificet, petendum eſt ex radice Hebræa: dicitur enim à verbo, *Satan*, quod eſſe idem, quod declinare, aut diuertere, docet Oleaſter, ad id Geneſ. 26. *Appellauit eum* (puteum) *inimicitias*. ſed eiuſmodi ſignificatio non placet Hebraicè peritis, potiuſque pertinet ad verbū (*Sateh*,) quod eſt diuertere, aut declinare, quàm ad *Satā*. quamuis Irenæus lib. 5. aduerſus hæres. cap. 21. ait, *Satana* verbum, Hebraicè apoſtatā ſignificare, idemque docet Iuſtinus in dialogo, his verbis. *Satan, Iudæorum, Syrorumque lingua deſertorem ſignificat.* quod deinde Iuſtinus addit, minus cōgruit, *Hæc* (inquit) *vox* (*Nas*) *quod interpretatur ſerpens Hebræis, idem quod Satan valet: ita ex vtroq; vnum vocabulum componitur Satanas.* cum certum ſit *Satanas* ad terminationem, & inflexionem Græcam, aut Latinam pertinere; *Satan* verò ad Hebraicam; quo etiam indeclinabiliter vtitur Tertul. lib. 3. aduerſus Marci. c. 10. Illud ergo verius apud cæteros ſignificat, odio habere, inimici eſſe, aduerſari, detrahere alicui malitioſè, propter odium, & inimicitiam. Ego vt vnico verbo plura complectar, exiſtimo hoc ſignificare, obſiſtere alicui hoſtili animo; atque in hac ſignificatione, quæ propria, & germana eſt, cæteras omnes contineri. Sic enim illa aduerſandi tamquam germana à Hieronymo agnoſcitur eaque apud Latinos non alia eſt, quàm repugnandi, & obſiſtendi. Hæc enim apud Cice. ſinonyma ſunt, *aduerſans & repugnans.* Tum Baſil. homi. *quòd Deus non eſt autor malorum*, *Satanas* (inquit) *quod bono aduerſetur, appellatur. id enim ſignificat vox Hebræorum.* idem Cyril. Hieroſoli. cathec. 2. Res exēplis confirmabitur Zach. 3. *Satan ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei.* alluditur enim verbo aduerſandi, ad nomen *Satan*. vel potiùs per coniugata, cùm ex eadem radice ſint, vis & proprietas vocabuli exprimitur. quaſi diceret, aduerſarius, vt aduerſaretur, vt conāti Ieſu ſacerdoti magno religionis inſtaurationem, & meliorem ſtatū, obſiſteret, mente inimica, & hoſtili animo oppugnaret diuinarū rerū augmentū, & curam. Matth. 16 Petro diſſuadenti mortē, & paſſionem acerbiſſimā dictum eſt a Chriſto Ieſu, *Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi*. ne mihi impedimentum, obſtaculumue fueris; ne obſiſtas velut meæ crucis inimicus; ſed potiùs amicum & ſocium te mihi paſſuro, præbe. Geneſ. 26. cùm exhauriendis puteis paſtores Geraræ obſiſterent, & hoſtili animo repugnarent paſtoribus Iſaac, rixati ſunt, *Appellauitq; eum* (puteum) *inimicitias*: quaſi dicas,

Iuſtinus contra Tryphō.

Tertul.

Vera ſignificatio verbi Satā, multis exemplis cōfirmata.

Cicero.

Baſilius.

Cyrillus Hieroſolimitan.

Zacha.3.1.

Matth.16.23.

Geneſ.26.20.

3.Reg.5.4. reſiſtentiam & oppugnationem inimicam. 3. Reg.5. *Non eſt Satan, neque occurſus malus*; nemo eſt qui rebellet, qui repugnet, qui obſiſtat. Nõ malè hoc loco vertit Tygurina (Tygurin.), *vt non ſit qui ſe mihi opponat, aut malum obijciat*: videlicet Salomoni ſe ſponte ſubijciebant vicini omnes amicè & beneuolè. Num.22. (Nu.22.32.) *Ego veni, vt* * *aduerſarer tibi, quia peruerſa eſt via tua, mihiq; contraria* (deinde explicatur idem eſſe aduerſari, quod hoſtiliter reſiſtere) *Niſi aſina receſſiſſet de via dans locum reſiſtenti, te occidiſſem*. 2.Reg.19. (2.Reg.19.22.) filijs Saruię repugnãtibus, & aduerſantibus voluntati, & animo Dauidis mitiſſimo erga Semei, ait; *Quid mihi, & vobis filij Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in Satan?* Tũ etiam Matthei.12. (Matth.12.26.) opportune videtur Chriſtus Dominus vſus vocabulo Satanæ, cum ait: *Si Satanas Satanã eijcit, aduerſus ſe diuiſus eſt; quomodo ergo Regnum eius ſtabit?* id eſt, ſi Satanas ſibi ipſi aduerſatur, & repugnat ſuimet conatibus, & ſeipſum oppugnat, vti fieri ſolet, cùm regnum in ſeipſum diuiſum eſt. Tandem. 1 Eſd.4. (1.Eſd.4.4.) *Factum eſt, vt populus terræ impediret manus populi Iuda, & turbaret eos in ædificando*. deinde ſubijcitur, *In Regno autem Aſsueri in principio Regni eius ſcripſerunt* * *accuſationem aduerſus habitatores Iudæ, & Ieruſalem*. Hebraic.* (*Sitnah*) id eſt aduerſationem animo inimico, & calumniatorio. Quare quod hoc loco dicitur, *impedire manus p puli*, idem eſt quod aduerſatio, aut aduerſari. Rurſus hoc illud eſt, *Satan ſtare à dextris (y r à la mano)* & optimarũ rerum conatibus obſiſtere. Hinc primò obſeruandum, cùm dæmon appellatur *aduerſarius*, certe alludi ad nomen *Satanæ*. 1.Pet.5. & 1. ad Thim.5. Secundò Satanam verti à Septuaginta, Diabolũ, hoc loco, Zach.3. (Zach.3.1.) Pſalm.99. & duo hęc nomina ſibi reſpondere mutuo indicatur Apocalyp.12. (Apoc.12.9.) *Proiectus eſt Draco ille magnus Serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas*. Diaboli autem nomen licèt Iſidorus voluerit Hebræũ eſſe, certe conſtat eſſe Græcum à (*diaballin*) quaſi dicas criminatorem, mendacem, calumniatorem, ſic enim nominis explicatio, & ratio redditur eo ipſo loco Apoc.v.10. *Proiectus eſt accuſator fratrũ, noſtrum, qui accuſat illos ante conſpectum Dei noſtri die, ac nocte*, fortè vt creſcat, quod hic dicitur, *Quadã die*, imo etiam, *die ac nocte*. Tertullia. (Tertul.) lib.2. aduerſus Marcio. c.10. Delatorem, quod idem eſt, explicat & lib.5. cap.18. Sed qua ratione Satanas, & Diabolus ad eandem ſignificationẽ reuocari poſſint, explicandũ eſt, cũ certè omnino diuerſæ ſignificationis videãtur, aduerſarius, & calumniator. aut criminator. Sciendum eſt ergo, Aduerſariũ, ex proprietate Latini ſermonis nõ ſolũ eſſe eũ, qui quoquo modo alteri aduerſetur, aut repugnet, ſed etiã qui in iudicio aduerſus nos cõtendit, qui nobis litẽ intendit, & noſtræ cauſæ cõtradicit; quæ nominis proprietas ex illo cõſtare poteſt Matth.5. (Matth.5.26.) *Eſto conſentiens aduerſario tuo cito, dũ es in via cũ eo, ne fortè tradat te aduerſarius iudici*, &c. Et Lucæ.12.58. Eadem autẽ eſt vis, & ſignificatio calumniatoris, diaboli, & malitioſi criminatoris; quare illud, quod eſt aduerſari, Septuaginta dixerunt (LXX.), *detrahere alieni*; quaſi apud iudicem. Pſalm. 108. (Pſal.108.4.) *Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi*. Hieronym. *aduerſabantur mihi*. Et iterum: *Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum*. Hierony. *qui aduerſantur mihi à Domino*; id eſt, qui calumnijs, & mendacijs in iudicio prolatis meam innocentiam obſcurare conantur. ea propter Iudas opportunè dicitur diabolus. Ioan.6. (Ioan.6.70.) Qui & pijs operibus repugnabat, & aduerſabatur, & calumniabatur, atq; accuſabat Chriſti Domini facta, & aliorum Apoſtolorũ; tum etiam Diaboli, & Phariſæorum Chriſtum calumniantium, miniſtrum ſe præbuit, vt deferret Ieſum apud Iudicem iniquum. Ergo cùm non tam viribus ad nocendum, quàm malitia, & mendacio, ac fraude valeat Dæmon, non tã nobis aduerſatur viribus, quàm calumnijs & criminationibus falſis: atque in eo peculiariter mendacij, & falſæ criminationis verus autor & pater eſſe cognoſcitur, quod cùm nobis ad peccatum autor ſit, deinde peccati, ad quod nos incitauit, reos agit; veri quidem peccati, falſus tamen criminator, & malitioſus accuſator. in quem illud quadrat, quod in Ioab ſuadentem cuidam necem Abſalon, ſapienter ab illo reſponſum eſt; *Nequaquam mitterem manum meam in filium Regis; ſed etſi feciſſem contra animam meã audacter, nequaquam hoc regem latere potuiſſet, & tu ſtares ex aduerſo*. Baſil. hom. quod Deus non eſt autor malorũ. ſic ait: *Diabolus dicitur, quoniam idẽ & in peccatoribus cooperatur, & accuſator meſler eſt*. Ab hac igitur aduerſandi, & calumniandi libidine Satanæ, & Diaboli nomen habet. (2.Reg.18.12.13.) Quamuis etiam aduerſandi officium habeat ſanctis angelis, qui noſtras res procurant, & nobis ipſis, ne conſequamur quod ille amiſit: tum etiam calumniatus fuerit Deum apud primos parentes, vt explicant Tertul. lib.2. contra Marci. Iuſti. ad gent. Chryſoſt. hom.2. in 2. ad Corin. (Tertul. Iuſtin. Chryſoſt.)

Ex his videas iam appoſitè omnia in rem præſentem conuenire: nam vbi angeli conueniunt acturi, de rebus hominum procurandis, & promouendis, ille adeſt continuò pro ſuo Satanæ munere, vt aduerſetur & obſiſtat; cùm ſubſellia, & iudicium aperiuntur, & parantur, adeſt criminator, & aduerſarius pro ſuo Diaboli officio; cùm laudatur Iob, calumniatur ille malitioſiſſimè, & detrahit apud iudicem. Sed iam hæc quanam ratione peracta fuerint, tandem diſcutiendum eſt.

Margin notes:

* Para impedirte el paſſo

* Dieron aui ſo dela reſiſtẽcia, que les auian hecho, y del embargo dela obra שטנה

LXX. Quid nomẽ Diabolus.

Διαβάλλειν

Significatio Diaboli proxima Satanæ.

Dæmon non tam viribus, quàm calumnitate & malitia nobis aduerſatur.

AN HVIVS ANGELORVM concilij acta ita vt ſcribuntur, vel potiùs per metaphoram accipienda ſint?

9 *Prima ſententia, hæc non accidiſſe vt narrantur, ſed dici propter ſignificationem.*

10 *2. Sent. Concilium hoc imaginaria viſione repreſentatum.*

11 *Tertia ſent. verior, rem ita contigiſſe vt narratur.*

12 *Angelos, præſertim Iobi & filiorum cuſtodes in locum certum conueniſſe; & quorſum?*

13 *Angelus ne, an Deus ipſe concilio huic præfuerit?*

9 *Prima ſententia.*

IN re nō omnino facili, triplex eſt ſententia. Prima negat hæc ſecundum hiſtoriam debere intelligi; affirmat tantum quaſi fictione quadam poëtica, aut figurata ſcriptione rem nobis proponi, nō tamen falſo aut inutiliter, ſed vt vtilia multa, atq; veriſſima nobis ſignificarentur: nam certa illa, & ſtata dies, qua dicitur conuocatum hoc concilium, ſignificat certum & conſtitutum à Deo tempus, quo cuncta hæc funeſta, & calamitoſa Iobo acciderunt. Non aliter licèt dicere Dei ſit æternum, tamen dicitur dixiſſe primo, aut ſecundo die, *Fiat lux*, aut quiduis aliud quod res eo die, vel tempore creata extiterit. *Geneſ. 1. 3.* Deinde cōuenire ſanctos Angelos manifeſtat illorum in Deo laudādo alacritatem, & curam adminiſtrandi, & pia hominum opera Deo ſiſtendi: illos Deo aſſiſtere eſt, aut Dei viſione frui, aut paratos eſſe Dei imperata exequi; aut nihil Deum latere poſſe, cùm nuda ſint omnia, & aperta oculis eius. Adeſſe etiā inter illos Satan, indicat hunc etiā ſubeſſe diuinis oculis, & iuſſibus; aut etiā ſimilis eſſe naturæ alijs Angelis, proptereaque quaſi inter illos deliteſcere. Non interrogari ſanctos Angelos vnde veniant, eſt illorum, atq; in vniuerſum filiorum Dei opera probari Deo. Satan verò interrogari, inde naſci, quòd illius, atq; impiorum conatus, & actiones quaſi Deo ignoratæ ſint, id eſt, minimè illi probatæ. Dæmonē deambulare, & circuire vniuerſam terram, declarat vagum eſſe, & inquietū ſpiritum, celerē in conficiendo, & peragēdo, nocendi cupidum poſſidendi, dominādi; iactabundum, ſuperbū, mendacem, quærentem quem deuoret, & omnia tentantem, atq; explorantē, vt nocere poſſit. Iobi virtutes recenſeri à Deo, exprimit Iobi pietatem & ſanctitatem bene Deo perſpectā, atq; probatam. Satanæ calumnia prodit officiū Diaboli, criminatoris, inuidi, malitioſi. Collocutiones denique cæteræ oſtendunt dæmonem nocere minime poſſe, niſi permiſſa ſibi à Deo facultate; atq; ea, non quam vellet dæmō, ſed quam Dei bonitas & prouidentia præfinit, atq; præſcribit. Hanc interpretandi rationē videntur ſequi Origenes, Grego. Saluianus lib. 1 Anticim. Philip. presbiter. D. Tho. & alij recentiores. Caieta. Carthuſianus. Iſidorus Clarius, Titelm. cenſent nāq; hic ſubeſſe proſopopæiam quandam, fictamq; perſonarum inductionem, quæ potius eſſet dicenda mimeſis, per quam verarum perſonarum verba & dicta, interdum etiam geſtus per imitationem effinguntur, & repræſentantur.

Origen. Gregor. Saluianus. Philip. D. Thom. Caietanus Cartuſian. Iſid. Clar. Titelm. Mimeſis.

10 Secunda ſententia concilium hoc imaginariò repræſentatum eſſe.

Alij ſecundò exiſtimarunt hanc eſſe viſionē quandam huius libri ſcriptori oſtenſam imaginario, qua illi ſignificarentur ea omnia, quæ in prima interpretatione expoſuimus. rē itaq;, quæ hoc loco narratur, non ita eſſe peractam, ſed ita eſſe viſam & repræſentatā, vt ſcribitur. Quæ exponendi ratio confirmari ex ſimili poteſt. 3. Reg. 22. *3. Reg. 22.* vidiſſe namq; Michæas teſtatur Dei & Angelorum conciliū, in quo omnis exercitus cœli aſſiſtebat Deo. adfuit quoq; ſpiritus nequam & mendax paratiſſimuſq; ad decipiendum; vltrò, citroq; habitū eſſe inter Deū & dęmonem colloquium, permitente Deo facultatem decipiendi Regem Achab. Hanc exponendi rationèm indicauit Polychron. & in exemplum adducit illam alteram viſionē Zachariæ. 3. *Polychron. Zachar. 3. 1.* *Oſtendit mihi Dominus Ieſum Sacerdotem magnum ſtantem coram angelo Domini, & Satan ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei.* Idem videtur placuiſſe Vatablo, veroſimile putat Hugo, latè perſequitur Euſeb. *Vatablus. Hugo. Euſeb.* cenſens quòd Moyſes, aut tres Iobi amici, qui hūc librum ſcripſerint, cū quibus etiā locutus eſt Deus, rem hanc per viſum internum exceperint. Niſi fortè ipſi Iobo reſtituto in priſtinum ſtatum ſuę tragædiæ initium, & quaſi primus actus phantaſiæ ſpectandus datus eſt; qui poſt peractā vniuerſam tragædiam tragicus eſſe non potuit, ſed multò lętiſſimus, atq; iocundiſſimus. Et verò nihil huic expoſitioni obeſt, quòd nullum hic verbū exprimatur, quod viſionem aut oſtēſionem imaginariam indicet; nam cùm hæc non per modum prophetiæ, ſed per modum hiſtoriæ narrentur, vt ipſi veriſſimæ Iobi hiſtoriæ reſponderent, hiſtorica & ſimplici narratione dici, & ſcribi debuerunt. Quædam alia obijcit Aſtunica contra expoſitionem hanc, ſed nihil aduerſus illam efficit. *Aſtunica*

11 Tertiò poteſt ſimplici intellectu accipi res ita geſta, atq; peracta vt ſcribitur; nō quidem corporea ratione, ſed ea, quæ veriſſimè inter ſpiritus poteſt intercedere, vt in certū quendā locū angeli cōuenerint cui ſe præſentes exhibuerint; adfuerit Satā per ſuā ſubſtantiā, habitęq; fuerint inter illos ſpirituales collocutiones & manifeſtationes ſuarū cogitationū, vnus aliquis ex ſuperioribus Angelis Dei loco & nomine toti cœtui præfuerit; Dæmoni innotuerit peculiaris aliqua Dei voluntas, aut permiſſio, ſicut & ſanctis Angelis, qua in re tractando minus Phyſice, minuſq; Theologice quidā hoc loco ſcripſerunt. Ego verò ab hac exponēdi ratione nō diſceda, tum quod videam nihil incōmodi ex illa ſequi; vbi verò nihil abſurdi in proprio primo, & Gramatico ſenſu ineſt, nō oportere ad figurā, aut Metaphorā diuertere, ſed vt dicitur, & vt verba ſonāt, rē intelligere, veriſſima eſt Sacræ Scripturæ regula, tum etiā quod grauiſſimis patribus nō diſplicuerit. *Scripturæ regula.* Nā Athanaſ. in quæſtionibus in ſacra Scripturā, ad Antioch. q. 8. *Athanaſ.* claro hac de re loquitur; ſic ille quęrit; *Cùm ex cœlo Diabolus prolapſus ſit, quo modo ſcriptū eſt in lib. Iob, quod ingreſſi ſunt Angeli Dei, vt ſtarent in conſpectu Dei, & in medio eorū Diabolus? Reſponſio: Non dicit Scriptura, quòd in cœlis Diabolus venerit in mediū angelorum; manifeſtū igitur eſt, quòd in terra. Etenim vbicunq; ſunt Angeli, aſtant Deo. Verùm ſciendum eſt, quod per ſanctum aliquem angelum Diabolo eſt Deus locutus. Quemadmodum etiam Reges per hominem aliquem intermedium ſuum alloquuntur aduerſariū.* Ecce, vt certum reipſa locum conuentui angelorum, atq; veram & realem colloqutionem per intermedium angelum Satanę cum Deo ſine vlla figura aut metaphora doceat Athanaſius. Eandē rē indicauit Auguſt. in annotation. in Iob: *Auguſt.* rogans enim quare Satan cùm angelis dicatur veniſſe: *Numquid* (reſpondet) *quia niſi per illos audire non potuit?* realem collocutionem & aduentum præſentiamq; dæmonis planè cōcedit. Na-

dit Nazian. ex eadem dæmonis præſentia impudentiam illius conſiderat, quòd niſi re ipſa euenniſſet, inanis videretur conſideratio. *O impudentiam* (inquit) *eius, qui talia audeat; iam inde à principio in paradiſum ille contra figmentum irrepſerat, nunc quoque inter angelos medius conſiſtit, vt Iobum ad ſupplicium depoſcat.* Simili ſententia idem videtur ſenſiſſe Lactan. lib. 2. cap. 10. dum de Satana in idolo Appollinis reſponſa dante, & ſe non dæmonem, ſed angelum dicente ſcribit; *De ſe ille mentitus eſt, qui cùm ſit è numero dæmonum, angelis ſe Dei aggregauit.* Olymp. rem totam confirmat *Angelos* (inquit) *cùm Diabolo diſceptando ſermocinari, ex ijs quæ apud Zachariam leguntur perſpicuum fieri poteſt; ſic enim Angelus Diabolo; imperet tibi, &c. Tum ex epiſtolis Catholicis, cùm Michaël contenderet de Moyſis corpore cum Diabolo, &c. Itaque exiſtimare poſſumus angelum quempiam diuina mandata exhaurientem, cum Diabolo collocutum eſſe: neque enim ſuo ſermone dignatur Deus Diabolum.* Ex alijs interpretibus Lyranus in hanc ſententiam non inuitus trahi poterit; Hugo verò cardinalis lubẽs ipſe deſcendit; Ioannes verò Ferus non longè recedit.

Naziãzen. *Lactan.* *Olympiod.* *Lyranus* *Hugo. Card.* *Ioan. Fer.*

12 Sed quorſum, inquis, hic angelorum cõuentus, vt verba ſonãt intelligi debeat, cum etiam realis ipſa, & vera angelorum locutio, quæ nõ eſt aſtricta corporeo loco, potuerit inter Angelos interceſſiſſe, vbicunq; extiterint, etiã locis valdè diſſitis, dummodo ſuæ mentis cõceptus alter ad alterum direxerit, volueritq; alteri innoteſcere? Reſpondeo; Cùm dęmon Iobi aduerſarius, & tentator circa ipſum Iobũ verſaretur, adeſſetq; præſens non ſolùm in terra Hus, ſed etiã à dexteris ipſius Iobi, vt illi aduerſaretur; cumq; etiam Angelus cuſtos in eodem eſſet loco, res ipſa poſtulare videbatur, vt & Angeli, qui nouam illuminationem petebant ſuper Iobi ſalute & rebus, aut procurãdis, aut promouendis, ſimul etiã cum alijs cuſtodibus filiorum Iobi, tum etiã Satanas petens facultatem nocendi & perdendi, ibi locorum conuenerint, vbi res ipſa, & Iob atq; filij verſabãtur. Tum etiam in Angelorũ cuſtodum auxilium ad dęmonis audaciam cõprimendam, & illius calumnijs & criminationibus repugnandum alij Angeli in eundẽ locum accurrerint. Quare potius hunc localem conuentum & concilium res ipſa peragẽda petebat, quàm vlla neceſſitas propinquioris loci ad colloquẽdum.

Obiectio. Reſponſio. Angeli cuſtodes Iobi, & filiorũ conuenientes in concilij locũ

13 Rurſus quod Athana. & Olympiod. dixerũt, aliquem ex ſuperioribus Angelis colloquutũ eſſe cum Satana, non Deum, quodq; nos indicauimus eum angelum fuiſſe, qui toti concilio pręfuerit, vocari poteſt in dubium, ex eo quòd cùm aſtitiſſe dicuntur coram Domino, ſubeſt in Hæbreo nomen, *Iehoua*, quod non niſi Deo vero tribuitur, & nunquam eo nomine angelum appellatum inuenimus, cùm tamen non rarò, *Elohim*, appellentur: Reſpondet; Angelum quidem in propria perſona nunquam appellari, *Iehoua*, quamuis *Elohim*, aut Dominus aliquando ipſe dicatur: at verò qua ratione Deum repræſentat, & illius perſonam vicemque gerit non ſemel dicitur, Iehoua; videlicet cum dicitur *Iehoua* apparuiſſe, vel locutus vt Genes. 12. 13. 15. 18. vbi tres viri vel angeli vocantur nomine *Iehoua*; & in vniuerſum non Deum ſed angelum apparuiſſe, aut locutum hominibus quotieſcunque dicitur Deus apparuiſſe, docuerunt Diony. Origen. Cypria. Naz. Athana. Ambroſ. quos refert Auguſt. epiſtola. 111. eademque eſt D. Thom. & Scholaſticorum ſententia, Adde id nomen *Iehoua* idolo tribui Iudic. 17. quòd exiſtimaretur ab ethnicis verus Deus.

Athanaſ. *Olympiod.* An toti concilio quiſpiã angelorum præfuerit. *Geneſ. 12. 13. 15. 18.* *Dionyſ.* *Origen.* *Cyprianus* *Nazian.* *Athanaſ.* *Ambroſ.* *D. Thom.* *Iudic. 17.*

VII. Cui dixit Dominus; Vnde venis? Qui reſpondens ait, Circuiui terram & perambulaui eam.

1 *Dicere, pro interrogare, aut reſpondere. Verbum futuri temporis cum interrogatione. Deum interrogare, aut dubitare quid?*

2 *Reſpondere Deo angelum, aut Deũ angelo, quomodo.*

3 *Circuire, celeritatem, malitiam, ſæuitiã affert. illuſtratus locus. 1. Petri. 5. 8.*

4 *Perambulare, pedem ponere, circuire, venire, ad poſſeſſionem & adminiſtrationem publici muneris refertur. Dæmonis impudentia. Chriſti Ieſu verus dominatus.*

Cui dixit. Verbum *dicendi* commune eſt interrogando & reſpõdendo; itaq; Dominus (Iehoua) qui Dei loco præſidebat, & cæteris quaſi ius dicebat, ſedens in cathedra Dei, *dixit*, rogauit Satanam, *vnde venis?* in Hebræo per futurum effertur hæc interrogatio, *vnde venies?* quo etiã modo legunt Regia, & Hebræus apud Caieta. habebitq; admiſtã increpationẽ quandam peruerſæ conſuetudinis, & prauarum excurſionum: qua etiam ratione vago, & inquieto filio indignabũdus pater redeunti domum dicere apud noſtrates ſolet. *De adonde vendras tu aora?* Nam interrogatio de re iam facta, & pręterita per verbũ futuri temporis deſignare poteſt conſuetudinem nunquam mittendam. Simile quid obſeruauimus ſuperius verſ. 4. 1

Regia, & Hebræus.

Alij ex proprietate linguæ Hebręæ exiſtimant, futurũ illud cum interrogatione idem valere, quod præteritum, quaſi dicat, *vnde veniſti?* neque deeſt illis exemplum ex Gene. 31. Sed bene vertiſſe Latinum interpretem ipſa lenitas interrogandi per verbum temporis præſentis abundè probat. Poteſtq; quaſi ex geſtu habere ſuſpicionem, aut ſignificationem ſceleris alicuius perpetrati; vt nõ tam dubitando interrogatio fiat, quam aſſerendo; quaſi dicat,* Venis vtiq; ab homicidijs, adulterijs, furtis, & omnis generis ſceleribus procurandis, vt Origenes hoc loco notauit. Quod autẽ per interrogationem, & ſpeciem quandã dubitationis, aut ignorationis oſtendat ſe Deus reprobare, id quod ſibi eſſe ignotum ſignificat, eleganter explicat Orige. & D. Grego. & varijs exemplis illuſtrant. Illud in præſenti ſatis fuerit ex Hoſeæ. 8. *Ipſi regnauerunt, & non* * *ex me, principes extiterunt &* * *non cognoui.* Septuaginta, *Principes extiterunt, & non indicauerunt mihi.* Cũ enim de peccatis neq; conſilium a Deo petatur, neq; auxilium, neque prauam cupiditatẽ homo ſuis ad illum precibus Deo manifeſtet, dicitur Deus ignorare, quod ex nullo hominis officio cognoſcit.

Origen. * I Hiſpanus familiari locutione diceret De adonde vienes tu agora, que yo ſeguro que dexes hecho algun buen recaudo. * Alomenos no por mi ni por mi quenta. * que no tengo en ello arte ni parte. *LXX.* Quid dicat Deus ignorare.

Qui

2 *T.1.p.q.13.a.3* *Gregorius.*

Qui reſpondens ait. Subtiliter docuit Diuus Thom. 1. p. non eodem modo Deum loqui angelo, atque angelum Deo: nam Deus loquens ordinatur ad angelum ſicut agens illuminans, & reuelans; angelus verò loquens ad Deum, velut paſſum, admirans, cõſultans, cognoſcens & accipiens ex Deo aliquid. vide Gregorium copioſè hac de re diſſerentem, atq; diſtinguentem quatuor modos, quibus Deus Diabolo loquitur; tres verò alios, quibus Deo Diabolus.

3 Angelorũ in mouendo celeritas. *Greg.Palud.* *Mat.Gab.2.* *Tertul.in apolog.c.22.* *D.Iſid.lib.1. different.c.12* Dæmõ quietis impatiẽs. *Luc.11.24.* *Geneſ.4.12.* *Geneſ.49.7.* *Chaldæus.* שׁוּט *Plautus* *2.Reg.24.8.* *2.Reg.16.9.* *Zach.4.10.* *1.Petr.5.8.*

Circuiui terram. In fonte, à circumeundo in terra. ſed vim latenté in Hebraiſmo expreſſit Vulgatus, cùm terram circundari dixit. Quod ad naturam Satanæ pertinet, mira illius & aliorum ſpirituum celeritas indicatur; quam eſſe tantam, vt nulla mora, nullo tempore moueri loco, & circuire etiã vniuerſam terram Theologi quidã exiſtimauerint. Sed illud tamen verè aſſeritur, infinitam videri illorum celeritatem, quippe ſi velint quodcũq; iter, ſpatiumue loci tempore quantumcumq; breuiſſimo conficiant. Tertullia. in apolog. ex eo quòd aues in Scriptura nominentur Dæmones, id colligit. *Omnis* (inquit) *Spiritus ales eſt. hoc angeli, & Dæmones; igitur momento vbiq; ſunt; totus orbis illis locus vnus eſt; quid vbique geratur tam facilè ſciunt, quàm enunciant, velocitas, diuinitas creditur, quia ſubſtantia ignoratur.* Quod verò attinet ad ingenium & mores prauitatemq; naturæ, cùm in malo fixi & obſtinati hæreant, ſunt tamen ad malum procurandum & res humanas perturbãdas, inſtabiles, inquieti, vagi. Ab his notis illos deſcribit Iſidor. *Dæmones ſunt impij ſpiritus ſubtiles, & vagi, commouẽt ſenſus, fingunt effectus, vitam turbant, ſomnos inquietant; morbos inferunt, mentes terrent, innocenti adſunt, mutantur in diuerſas figuras, &c.* Quippe vagi, & profugi in terra, ſicut Cain, poſtquam à facie Dei eiectus eſt, *Ambulabũt per loca arida & inaquoſa, quærentes requiẽ, & non inuenientes.* Et quòd quietis ſit impatiens, circũeundi, & itinerum amator, illa nomina indicant, *Coluber in via, Ceraſtes in ſemita.* Sed verbum circumeundi affert præterea malitiam, & nocendi cupiditatem; Chaldæus, *à perſcrutando* Et rectè; nam ſubeſt in Hebræo. (*Sut*) quod eſt perluſtrare, attentè diſcurrere, & circunſpicere. Quod bene poſſet illis verbis exprimi quibus Euclio Plautinus odioſam vetula inſectatur; *Circumſpectatrix cum oculis emiſſitijs.* Idem verbũ eſt. 2. Regum. 24. *Luſtrata vniuerſa terra.* Et. 2. Reg. 16. *Oculi Domini contemplantur vniuerſam terram.* Zach. 4. *Oculi Domini qui diſcurrunt in vniuerſam terram.* Sic ergo Satan *circuit*, peruagatur, omnia contemplatur, perſcrutatur, circunſpicit, quid in mundo agant mortales, qua via poſſit illis nocere, qua parte aggredi, irrepere. Hũc ſanè locum videtur Diuus Petrus paraphraſticos illuſtraſſe. *Aduerſarius Diabolus circuit quærens*: non deambulat recreationis gratia, aut captandæ auræ, ſed ſtudio quærẽdi; inueniendi ſtudioſiſſimus; incredibili fame ſtimulatus; nocẽdi cupiditate exagitatus; *Circuit* ſicut hoſtis, cum murum vrbis obſeſſæ explorat, quanã parte imbecillior ſit, aut oppugnari & expugnari facilior; tum etiam *circuit*, circumuenitque; non enim eſt ſimplex, aut aperta circuitio, ſed perfidiæ pluſquam Punicæ, atque malitiæ, & omnis doli plena circumuentio. *Se ipſum* (ait Chryſoſt.) *accuſat, quòd nullum fixum habeat domicilium, ſed cunctas regiones perluſtret, aduerſus cunctos mortales pugna ſuſcepta.* Deinde quod addit Petrus; *Sicut leo*, quẽ fames ſtimulat, & exagitat, neq; patitur vſquã conſiſtere. Sic Didymus circuitionem hanc ad feritatem, & immanitatem refert: *Inſani* (inquit) *& præ furore circumcurſantis ſunt illa verba.* Simile id. Pſalm. 58. quod in hoſtes Dauidis, & in apparitores a Saule miſſos primò dictum eſt, veriſſime autem in Dæmones quadrat; *Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatẽ.* videlicet ne elabi poſſit homo. *Ipſi diſpergentur ad manducandum, ſi verò non fuerint ſaturati, & murmurabunt.* vides *circumeuntes* dæmones, illos ipſos eſſe qui per vniuerſam terram diſperguntur ad manducãdum, ſemper fameſcentes, nunquam ſaturi, ringentes ſemper, & in prædam inhiantes: non aliter calliditate & nocendi cupiditate ſtimulabatur, qui eundem Dauidem quæritabant huc illuc aberrantes, & vias omnes occupantes, & intercludentes, cum dixit; *In circuitu impij ambulant.* vide Cyprian. de zelo, & liuore eleganter hac de re diſſerentem.

Chryſoſt. *Didymus* *Pſal.58.18.* *Pſal.11.9.* *Cyprian.*

4 *Pſal.59.10.* *Didymus.* דרך *Deut.11.24.* *Ioſue.1.3.* *Deut.33.29* *Iudic.5.21.* *Pſal.90.13.* הלך Pedũ poſit. apud I C. *Paul.l.3.ff. acquir.poſſe.* *Cælius.* Venire qu. ἐμβατεύω

Et perambulaui eam. Perambulare terram, Hebræis eſſe, eam ſubigere, in poteſtatemq; redigere, quidam hoc loco docent, reſpõdente etiam Hiſpaniſmo: *Poner debaxo del pie.* ſicut in Pſalmo dixit Dauid: *In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ ſubditi ſunt.* Et quidem Didymus ſcribit hanc eſſe Satanæ ſententiam: *Cùm terrena & aërea ſubegerim ſolus mihi Iobus aduerſatur; ego illius depoſcendi cauſa venio.* Sed quod ad verbum attinet, certe hic non ſubeſt (*Darac*) quod eſt ambulare, conculcare, triturare, aut pedibus proterere, & ad dominationem, ſubigendiq; poteſtatem refertur. Vnde dicitur Deut. 11. *Omnis locus, quem calcauerit pes veſter, veſter erit.* Et Ioſue. 1. *Omnem locum, quem calcauerit veſtigium pedis veſtri, vobis tradam.* Et cùm ad homines refertur, eſt id vulgatum; *Tener el pie ſobre el peſcueço.* Deut. 33. *Et tu eorum colla calcabis.* Iudic. 5. *Conculca anima mea robuſtos.* Atq; eodem ab eademque radice illud pertinet. Pſal. 90. *Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis.* Subeſt igitur hoc loco (*Halac*) quod eſt ſimplici quadam ſignificatione egredi, incedere, procedere, tranſire. Sed quidem licèt non ex vi, & proprietate vocabuli, ex ipſa tamen actione ambulandi, & libere incedendi iuris ſui, ſuaque tyrannidis terram, vniuerſoſque mortales eſſe ſignificat. Eſt namque naturalis actus (quem Iuris periti dicunt) in acquirenda poſſeſſione pedum poſitio, vti decreuit Paul. l. 3. ff. de acquirenda poſſeſſione. *Adipiſcimur* (inquit) *poſſeſſionem corpore, & animo. Sed non ita vt qui fundum poſſidere velit, omnes glebas circumambulet; ſed ſufficit quamlibet partem eius fundi introire.* addit præterea. *Quod ſi ibi ſcias eſſe theſaurum, & velis etiam illius poſſeſſionem quærere, acquires terræ inambulatione.* Et Cælius ad Ciceronem ſic ſcribit lib. 8. epiſtolarum. 11. *Furnius & Lentulus quaſi res eorum eſſet, vna nobiſcum circumierunt.* Græcis verò (*embateuo*) quod eſt pedem infero, aut pedem

Act.25.21. *Auiendo entrado en ſu officio con buen vie. *Prouer.23.10* *Ioan.1.11.* *1.Reg.2.35.* *Pſal.11.9.* *Los menos buenos ſon los quo lo andan todo, y los que ſe lleuan las plaças y officios.

pono ad acquirendam poſſeſſionē refertur, vt Actor.25. *Feſtus cùm* * *veniſſet in prouinciã.* &c. propriè, cùm ingreſſus eſſet prouinciam, aut, cùm pedes poſuiſſet in prouincia; id eſt, cùm ſuſcepiſſet prouinciam. Idem ab alia licèt radice eſt, Prouerb.23. *In agrum pupillorum ne introeas*; id eſt, non vſurpes tibi ius, neque per vim occupes. Similis eſt apud Ioan.1 phraſis. *In propria venit.* Illud enim *venire*, ingredi, ambulare, eſt tanquam Dominum legitimumque hæredem. Tandem illa libera inambulatio videtur ad publicam officij, & magiſtratus adminiſtrationem pertinere, iuxta quod accipiendum videtur id 1.Reg.2. *Ambulabit cum Chriſto meo*; id eſt, publico, & Sacerdotali officio fungetur; miniſtrabit mihi in templo. fortè huc reuocandum id Pſalm.11.* *In circuitu impij ambulant.* Id eſt, circumquaque, vbique, publicè impij poſiti ſunt in dignitate ſublimi, & publicis muneribus funguntur: videtur enim ſermo eſſe de proſperitate, & honore impiorum, ſubditur enim; *Secundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.* Iam ergo ſuperbiſſimus Dęmon, idemque ſui lucri cupidiſſimus, nō eſt contentus in qualibet terræ parte pedem ponere, ſed vniuerſas terrę glebas terit pede, circuit, & perambulat, quo theſaurum animarum, qui in fundo huius mundi eſt, ſibi acquirat, & in omnia, omneſq́, dominetur, mundiq́ue ſe rectorem, & publicum ſupremumq́; magiſtratum conſtituat. Mētitur ergo poteſtatem & dominationem, ſicut & mentitus eſt oſtendens Chriſto, *Omnia regna mundi*, dicens: *Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam, & gloriam illorum, quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa.* Mentitur, inquam; nam licèt dominatus hic non ſit naturæ, ſed malitiæ, vt Cypri. dixit, ſed nequiſſimus ſeruus, & viliſſimum mancipium nihil poteſt ſibi acquirere, ſed vero Domino. Quare cum *iudicium mundi* factum eſt, *princeps mundi*, qui ingreſſus alienum fundum circuibat, & perambulabat, *eiectus eſt foras*; & ille, qui *exaltatus* eſt, cœli atque terræ verus Dominus, fixis licet pedibus in cruce, cùm antea circuiſſet, *ciuitates, & caſtella, pertranſiſſetque benefaciendo*, omnia traxit ad ſe ipſum.

Luc.4.6. *Cypri.hom. de ieiunio.* *Ioan.12.31.* *Ioan.12.32.* *Luc.11.22.* *Act.10.38.*

VIII. Dixitq́; Dominus ad eum: Numquid conſideraſti ſeruum meum IOB, quòd non ſit ei ſimilis in terra homo ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo?

1 *Ponere cor ſuper aliquid. Iuſti pulchritudo allicit ad ſe diuinos oculos.*
2 *Iuſtus vir ſpectaculum dat Angelis gratiſſimum. Explicatur Zacharias.*
3 *Homines iubentur attentius conſiderare vitam, & mortem viri iuſti.*
4 *Apponere cor, ſolicitudinem, & anxietatem affert. Iuſtus grauis eſt Dæmoni ad videndum.*
5 *Serui Dei appellatio honorifica. Quod ſit diſcrimen inter pia, & ſeruilia opera.*
6 *Qui alteri, quàm Deo ſeruit, ſeruus eſt viliſſimus.*
7 *Diſcrimen inter Dei, & Dæmonis ſeruitutem.*
8 *Iuſtum virum in creaturas omnes, & ipſum etiam Satanam Dominari.*
9 *Vnicum ſeruum ſuum præ reliquis creaturis facere videtur Deus.*
10 *Nominis proprij compellatio, aut recordatio, quid indicet.*
11 *Qui inſigniter Iuſtus eſt, non ſolum, improbis, ſed etiam ipſis Iuſtis eſt diſsimilis. Iobi laus.*
12 *Cum quibusnam comparetur Iob ſanctitate: an Moyſe & Patriarchis ſanctior?*

NVMQVID *conſideraſti.* Quod in Heb. eſt; Numquid poſuiſti cor tuum ſuper ſeruum meum? Eleganter Septuaginta reddiderunt: * *Attendiſti mente tua?* nam Hebraiſmus ille obſeruationem, & attentionē animi affert ſtudioſam, atque diligentem, cùm quod oculis videtur, mente percipitur, & intimę cogitationi, atq. conſiderationi mandatur. Conſideraſti virum omni attentione, & conſideratione digniſſimum? cùm ad Iobum peruoniſti leuiter ne prætcriſti, an verò illius te conſideratio fixum, & hærentem tenuit? 1.Reg.25.* *Ne ponat, oro Dominus meus Rex cor ſuum ſuper virum iſtum iniquum, quia ſecundum nomen ſuum, ſtultus eſt.* Exod.7.23. Poſt illud inſigne miraculū verſi in ſanguinem fluminis, dicitur de Pharaone: * *Auertit ſe, & ingreſſus eſt domum ſuam, nec appoſuit cor etiam hac vice.* Id eſt non curauit, nihili fecit, nihilo melior, aut mollior redditus eſt tanto miraculo. Fieri igitur, inquit Deus, non poterit, quin rem pretioſiſſimam, iuſtum meum, longeq́ue pulcherrimam conſideraris. Enimuerò ea eſt iuſti viri ſpecies, & pulchritudo, vt & meum cor, meoſq́ue oculos ad ſe conuerterit, neque de illo vnquam deijciam. Neque verò oculos tantùm, ſed quod in oculis accerrimum eſt, cui ipſa ineſt videndi facultas, pupillam dico, id eſt ipſam videndi, & contemplandi vim, & optimam prouidentiæ partem in iuſto defigit. Quid quòd non ſolùm illum aſpicit, atq; contemplatur, ſed videndo & contemplando attentiùs oculis & animo ita in illum fertur, vt velut diſſilientes (quod aiunt) oculi ipſum iuſtum contingant, & ipſa diuina lumina hominem penetrent, vt veriſſimè dicere poſſit: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Quippe hærent iuſto Dei lumina, luminumq́ue pupillæ. Hoc cùm probè noſſet Dauid, ſic precabatur Pſalm.16. *Cuſtodi me vt pupillam oculi.* Quaſi dicat, tuos oculos cuſtodies, ſi me, ô Deus, cuſtodias: ſcio enim in me tuos oculos defixos eſſe, tuam igitur rem ages, ſi meam procures.

1 *LXX.* *Reparaſte en el quando le viſte. Ponere cor ſuper aliquid.

*No hagays ſenno: caſo deſte ruyn y necio de mi mando. ni reparays en ſus coſas. *Aparto de cabeça no ſe caſo mas del milagro que ſi no vuieſſa paſſado delante del. Iuſtorū pulcritudo atrae diuinos oculos.

Zach.2.8. *Pſal.16.8.*

Hinc iam videas iuſtum fieri ſpectaculum mundo, angelis, & hominibus, velleq́; Deum vt vndique accurrant ſpectatores, ex cœlis ſancti angeli, vt congaudeant ſancto homini, & prælıantem adiuuent, vincentem coronent, triumphantem deducant, & in natura diſſimili ſimilem, forteq́ue maiorem ſanctitatem ſuſpiciant, & colant. Certè de illo qui eſt iuſtæ Eccleſiæ primum, idemq́ue veriſſimum fundamentum dictum eſt. Zach.3. *Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt.* Eſt, inquit, lapis angularis, ſed non lapis inanimis, ſed viuus, oculatus, qui non duobus oculis ſed ſeptem præditus eſt, vt ſuæ Eccleſiæ prouideat, vt ſuorum iuſto-

2 Angelis iucūdiſſimū ſpectaculum virtutius.

Zach.3.9.

rum

Pſal.120. *Ezech.20.12.*

rum conſpectu iucundiſſimo abundè ſuos oculos paſcat,& animum ſingulari voluptate exſaturet. Hi igitur eſſe etiam poterunt oculi illi ſeptem,qui ſuper vnum lapidem ſunt, videlicet beati Spiritus hominum cuſtodes, atque rerum humanarum patroni, vigiles, qui nunquam *dormitabunt neq; dormient, cuſtodientes Iſraël.* Qui *ſuper lapidem vnum* videlicet iuſtum in fide & pietate conſtantem,& viuum lapidem con iecti,& poſiti ſunt,illum conſiderant,atq; ſuſpiciunt,illi prouident atque proſpiciunt, aponẽtes ſuper illum cor, & intima cogitatione attendentes.Et verò huiuſmodi adminiſtris humanæ ſalutis Deus vtitur in ſuæ illo gloriæ curru magnificentiſſimo præſidens, & prouidens ſuæ Eccleſiæ; quippè vehitur quatuor Cherubinis,quæ *plena ſunt oculis antè, & retrò*, vt vndique ſanctis proſpiciant,& vndequaq; contemplentur.

3 Homines iubẽtur contẽplari vitã & mortem ſanctorum. *Pſal.30.26.* *Sapien.2.15.* *Iob.12.5.* *Ad Heb.13.7.* *Iſai.57.1.*

Spectatum etiam ex terra accerſuntur homines contemplaturi hominem ſimilis naturæ, diſſimilium morum. Et quidem tum iuſti hominis vitam, tum mortem cæteri iubentur contemplari attentiùs, atq; inde ſalutaria ſibi documenta colligere; quod etiam in iuſtorum cultum & honorem redundet; ſic enim *perficit Deus* (parat, efficitque ſuis iuſtis honorem & cultum) *his qui in illum ſperant, in cõſpectu filiorum hominum.* Sed dolendum; nam iuſtus *grauis eſt* impijs *ad videndum*; & cum lampas ſit iucundiſſima,atque fulgentiſſima,contemnitur planè, id quod ſibi ipſe eueniſſe conquerebatur Iob; *Lampas contempta apud cogitationes diuitum.* Cùm verò etiam iubeamur Sanctorum *intueri exitũ conuerſationis, vt imitemur fidem*, nihilo attentiores efficimur in illorum obitu; *Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo, & viri miſericordiæ colliguntur quia non eſt qui intelligat.* ex tandem regione,& inferorum ſedibus euocati maligni ſpiritus conſiderare iubentur Dei ſeruum,eò ſanctitatis euectum,vnde ipſi ceciderunt.

4 Apponere cor curã, & indignationem affert. *1.Reg.9.20.* *2.Reg.13.33.* *Iob.34.14.*

Sed quod ad hanc Dæmonis conſiderationem facit;notandum præterea eſt, illam locutionem *apponendi cor*, poſſe etiam referri ad curam,& ſolicitudinem, tum etiam ad timorem aliquem,& anxietatem animi, aliquãdo etiam ad indignationem.1.Reg.9.*De aſinis,quas perdidiſti,ne ſolicitus ſis*:Heb.aſinis quæ perierunt ne apponas cor tuum. 2. Reg.13.Cum fama peruenit ad Dauid dicens: *Percuſſit Abſalon omnes filios Regis*; Dauidi ſcindenti veſtimenta ſua dixit Ionadab; *Ne ponat Dominus meus Rex ſuper cor ſuum verbum iſtud,dicens: Omnes filij regis occiſi ſunt.* Tandem id Iob.34.*Si direxerit* (Heb.poſuerit)*ad* (ſuper) *eum cor ſuum,ſpiritum illius & flatũ ad ſe trahet.* id eſt,ſi indignatus Deus cogitet de perdendo homine.&c.Hinc ea ſententia confici poterit; Cùm liber tibi pateat inceſſus in terrã vniuerſam,quantã ſolicitudinẽ afferet tibi vnus Iob, quem ſubigere non potes? quantam curam efficiet vnus homo cæteris diſſimilis, æqualis angelis,te quoque ſuperior? nunquid itaq; illum ſolicitè & anxiè conſideraſti? grauis ne tibi ille extitit ad videndum? plus ne ex illo moleſtiæ,ignominiæ, damniq; ſuſtines, quàm ex cæteris,qui te colunt,honoris & lucri?nunquid indignabundus illum contuitus es:toruo vultu, minacibus oculis, illius perdendi ſtudioſiſſimus,aggrediendi inuadendique ſolicitus,vincendi dubius,maleque ſecurus?Hac ratione interrogatio hæc vim aſſertionis habebit,vt Olympiod.exiſtimauit.*Scio* (inquit) *Scio te aduertiſſe animum ad ſeruum meum Iob*, anxiè, ſolicitè,ſtudenter. Et verò in ſuperbiſſimum Dæmonem,quem iuſtus vnus eludat, illud conuenit, quod contumaciter, & arroganter dum à Mardochæo,neq; adorante, neq; genu flectente contẽneretur Aman, cùm vidiſſet illum ſedentem ante fores palatij nõ ſolum non aſſurrexiſſe ſibi, ſed nec motũ quidẽ de loco ſeſſionis ſuæ,indignatus valde, dixit: *Cùm hæc omnia habeam*, (videlicet magnitudinem diuitiarum, filiorum turbam,& magna ſuper omnes principes & ſeruos Regis gloriam) *nihil me habere puto,quamdiu videro Mardochæum.*

Olympiod. *Eſther.3.* *Eſther.5.13.*

5 Appellatio ſerui Dei honorifica. Seruire Deo pertinet ad obſequia minime ſeruilia. *Exod.7.16.* *Iſai.43.23.* Diſcrimẽ inter pia,ſeruiliaq; opera.

Seruum meum. Ex tanta in vniuerſam terram dominatione inſoleſcẽti Satanæ obijcit Deus vnicum ſuum ſeruum, vt illius contumaciam, & arrogantiam comprimat. Porro Serui Dei, ex ipſa proprietate nominis, nomen honorificentiſſimum eſt, & ingenuo vereq; libero homine dignum; tum quia ſerui nomẽ miniſtros & famulos comprehendit, tum præcipue quia ſeruire Deo omnem pietatis cultum,& ſancta omnia obſequia & miniſteria minimè ſeruilia comprehendit.Quare Paulus propter Euangelij prædicationem ſe appellat *Chriſti ſeruum*; Sic Exo.7.*Dimitte populum meum,vt ſacrificet mihi.* Heb. *vt ſeruiat mihi.* Et Iſai.43. *Nõ te ſeruire feci in oblatione,neq; laborem tibi præbui in thure.* id eſt, non exegi a te laborioſam,ſumptuoſamq; pecudum & thuris oblationem. quantum ergo diſtat inter dies feſtos & profeſtos,tãtum inter opera hæc pia,& religioſa aliaq; opera, quæ ſeruilia appellantur,& ad animum non referuntur.certe dies feſtus liber eſt,ingenuus,nobilis; dies alij ſeruiles ſunt, & velut ſerui atque mancipia; non aliter pia & religioſa opera libera ſunt, ingenua; reliqua, quæ ad corpus attinent,ſeruorum conditione continentur. qui in illis ſe exercet liber eſt,ingenuus,nobilis,qui in iſtis, mancipium. Seruus igitur Dei liber eſt, atque ingenuus.Hinc eſt vt qui in cõſpectu Agni ſunt interdum imponant ſibi coronas, & ſedeant; interdum deponant, & procidant; vt ex hoc ſeruire ſe Deo, ex illo verò nihil ſibi veræ libertatis,regiæque nobilitatis imminui,vel auferri ſignificẽt,ſi Dei ſerui ſint.

6 Qui alteri quam Deo ſeruit mancipium eſt. Seruus ſeruorum extremam ſeruitutẽ ſignificat. *Gen.9.25.* *2.Paral.12.8.*

Hinc rurſus conſequẽs eſt,vt qui alteri quàm Deo ſeruit,verè ſeruus ſit, minimeq; ingenuus, quippe dignus, qui appelletur ſeruus ſeruorũ. quo nomine extremam, abiectiſſimamq; ſeruitutem ſacra Scriptura ſignificat; vt Geneſ.9. *Maledictus puer Chanaan ſeruus ſeruorum erit.* Satanas ergo cùm ſeruus ſit, & viliſſimum mancipium,qui ſe illi ſeruum exhibet, ſeruũ ſeruorum ſe efficit. Hoc igitur inter ſeruitutem Dei & ſeruitutem Dæmonis atque peccati diſcrimen eſt. *Seruient* (inquit Deus) *ei* (videlicet Regi Aegypti Seſac) *vt ſciant, diſtãtiam ſeruitutis meæ & ſeruitutis regni terrarum.*

7 Sed ſi hęc (inquis) vera ſunt (ſunt autem ve-

Dei iugũ, & ſeruitus ſuauia. At Dæmonis grauiſſima.

riſſima) quid cauſæ eſt, vt in Sacra Scriptura nomen ſerui Dei tam frequens ſit, & iugũ, vincula, alligatura, quæ ſeruis Dei imponútur, toties repetantur, At vero cũ de Dæmonis, Mundi, Carnis obſequio, & ſeruitio agitur, vix aut raro ſerui nomen detur hominibus, iugũ verò, vincula, lora, quibus alligantur improbi, nunquam veniant in ſermonem? Reſpondeo quidem primo. ſeruitutem duriſſimam atq; ignominioſiſſimã peccati, non ſemel dici in ſacris. Deutero. 5. v 6. Ierem. 16. v. 13. & 34. v. 13 Exod. 13 v. 3. Micheæ. 6. v. 4 Roman. 6. Sed tamẽ illud Serui Dei nomẽ, quod honorificentiſſimum eſt, & creaturis cæteris colendum, atq; formidandũ, frequẽtius repeti, quòd huiuſmodi nomine velit Deus iuſtos ſuos ſæpè mundo, angelis, hominibus commendare. Iugum verò, quod ſuſtinẽt, trahuntq; miſerrimi peccatores, non ſemel etiam indicatur. Num. 25. *Initiatuſq; eſt Iſraël Beelphegor;* propriè ex Heb. alligatus, vel ſubiugatus, aut ſub iugum miſſus. proptereaq; eo reſpiciẽs Paulus monet Corinthios, ne velint: *Iugum ducere cum infidelibus.* At quòd Dęmon non iugum, nõ vincula, non ſeruitutem proponat, nihil de illius tyrannide minuit: nam (quod non eſt indignum conſideratione) ad iugum Deus vocat ſuos, ſed nõ meminit, ſtimuli, non aratri, non trituræ; propterea iugum & ſeruitutem ſuauia dixit, onera leuia, quę non re, ſed ſolo nomine terreant. At Satanas ſupprimit nomina ſeruitutis, & iugi, cum tamen miſeros peccatores grauiſſimis oneribus defatiget, fortiſſimis atq; duriſſimis vinculis conſtringat, & intolerabili trituradi labore diuexet. Scriptũ eſt enim: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Et: *Funibus peccatorum ſuorum conſtringitur impius;* Fitq; *Ephraim vitula docta diligere triturare;*

Num. 25. 3.

2. Cor. 6. 14.

Iſai. 5. 18.
Prouer. 5. 22.
Hoſ. 10. 11.

8 Deus de ſuo ſeruo gloriatur.

Sed cum *Meum* dicit, emphaſim habet. Si ad Deum referatur; videbitur Deus de ſuo ſeruo gloriari contra impudentem Dæmonis ſuperbiam. Quaſi dicat; Quid te iactas dominari in vniuerſam terram, cũ vnicus ſeruus meus vniuerſę terræ pręſtet multis partibus? Hoc igitur nunc mirandum, quòd non ſolùm nomen ſerui Dei ſit homini glorioſum, ſed (quod maius eſt) ipſi etiam Deo glorioſum, & honorificum exiſtat: *Seruus meus* (inquit) *es tu Iſraël, quia in te glorìabor.* illud; *quia*, aſſeuerantis eſt: Licèt quidem ſeruus meus ſis, & cum feceris omnia quę præcepta fuerint tibi, dicere debeas ſeruus inutilis, inutilis, inquam, Domino tuo, qui cum Deus ſit, bonorum tuorũ nõ indiget (*Quid enim ei dabis, aut quid de manu tua accipiet?*) ſed rem pręter omnem exiſtimationẽ affirmo veriſſimam fore, vt multum mihi honoris & gloriæ per te accreſcat apud homines, & Angelos. *quia*, etiã, adhuc, licèt ſeruus ſis, &c. Quòd ſi ad ipſum iuſtum emphaſis pertineat, hæc erit ſententia. Quid tam magnificum & ſingulare iactas, cùm ais tibi obſequi terram vniuerſam, cum multo verius in creaturas vniuerſas ſeruus meus dominetur, & multò libentiùs illi cuncta obediant? Tyrannidẽ tu exerces, ſeruus verò meus verè regiam poteſtatem; in terram tu, in cœlũ ille; tu non tam circuis perambulando, & terendo terram pedibus, quam ſuper pectus gradiendo; os ille gerit ſublime, & ad ſydera tollit erectos vultus, interim te quoque pedibus calcat, *& ſuper aſpidem, & Baſiliſcum ambulat, & conculcat leonem, & draconem.* Vel ignis è cœlo vocatus adeſt ſeruo meo; *Si homo* (inquit Elias) *Dei ſum, deſcendat ignis de cælo.* Dominatur aſtris, ſoli, lunæ, & ad nutum illi obediunt, atque illorum motui ſempiterno, legique perpetuæ poteſt vim afferre. An non in *iracundia Ioſue impeditus eſt Sol, & vna dies facta eſt quaſi duo?* Retro etiam aget, ſi oporteat, quaſi adductis, & contentis habenis, & quoquo velit furentes ſolis equos circumaget. *Ecce* (inquit Dei nomine Iſaias) *Ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas deſcenderat in horologio Achaz in ſole retrorſum decem lineis.* Deniq; tibi imperat ſeruus meus, poteſtatemq; omnem, atq; faſtum proculcat; quippe: *Reuerſi ſunt Septuaginta cum gaudio dicentes: Domine etiam Dæmonia ſubijciuntur nobis: & ait illis, Videbam Satanam ſicut fulgur de cælo cadentem; Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & Scorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.*

Iſai. 49.

Pſal. 15. 2.
Iob. 35 7.

Iuſti in vniuerſas creaturas dominatus.

Pſal. 90. 13.

4. Reg. 1. 10. 11. 14.

Eccl. 46. 5. & Ioſu. 10.

4. Reg. 20. 11.

Iſai. 38. 8.

Luc. 10. 9.

Seruum meum Iob. Non producit hic Deus aduerſus contumaciam dęmonis numeroſum famulitium, aut angelorum, aut hominum; ſed vnico ſeruo contentus pro ſua regia & diuina maieſtate comitatus incedit. Olim ſe Elias exiſtimabat derelictum ſolum, qui Deo ſeruiret, & tantam Dei maieſtatem vnico tantùm ſeruo comitatam, rem videlicet indigniſſimam, conquerebatur; ſemel & iterum: *Derelictus ſum ego ſolus.* Sed tum ad Prophetæ ſolatium, tum vt ſuam apud illum Deus maieſtatem, & exiſtimationem tueretur, plura præterea ſeruorum milia ſibi ſupereſſe expoſuit. *Derelinquam mihi in Iſraël ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt curuata ante Baal.* At nunc vnicum proponit Iobum, vnice dilectum, cuius ſe Deum, Dominumq; teſtetur; non aliter atque cum crebris ſermonibus reperit, *Se Deum Abraham, Deũ Iſaac, Deum Iacob;* ſingulis videlicet ſeruis ſe totum tribuens, & tribus hominibus ter Dei nomine repetito ſe adiungens; vt vnicum ſeruum ſuum cæteris rebus prætermiſſis, ſibi eſſe in pretio & in honore ſignificet. Hoc ſi animaduertiſſet Abraham, poterat certe Sodomæ veniam tanti excidij petere & impetrare, non ſolùm propter, quinquaginta iuſtos, vel propter quadraginta quinque, propter quadraginta, propter triginta, propter viginti, aut propter decem Dei ſeruos, qui Sodomis reperirentur; ſed ſi pauciores decem, vel ſi vnicum Loth, proponeret, propter hunc toti populo parceret Deus, qui terram vniuerſam prę vnico ſeruo ſuo Iob videtur hoc loco deſpicere.

9 Vnico ſuo ſeruo comitatus incedit glorioſè Deus.

3. Reg. 19. 18.

Singulis ſeruis ſuis ſe totum tribuit Deus.

Geneſ. 18.

Præ viro iuſto reliquum terræ deſpicit Deus.

Sed cum Iob nominat, cariſſimum ſibi eſſe ſignificat, & familiariſſimũ, & cuius peculiarem valdeq; ſolertem curã habeat; hæc enim omnia ſignificat nominis proprij alicuius hominis cognitio, & memoria. Sic Ioan. 10. Inter alias veri, bonique paſtoris conditiones numeratur, *quòd proprias oues vocat nominatim, & educit eas.* Nam cùm ſua nomina ſingulis imponit, indicat ſingularẽ omnium curã gerere, beneque ſibi notas & familiares eſſe. quare cùm vocantur proprio nomine, *vocem eius * audiunt, &*

10 Cappellatio nominis proprij, quid indicet.

Ioan. 10. 3.

Nomen imponere curæ & prouidentiæ eſt.

*Reconocen

educit

la boz y el regalo del paſtor.

educit eas; nam compellatione proprij nominis quaſi delinitæ & allectæ facilè ſequuntur paſtorem quocunque illas ducat. Nam fieri non poteſt, vt qui illas nominatim cognoſcit, ſolerter non curet, & ſplendidè non paſcat. Propterea Chriſtus Ieſus vt homo erat, aut Chriſti præcurſor Ioannes, ſeu quilibet iuſtus, quem Deus peculiari prouidentia tuetur, ait apud Iſai. *Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei*. Id eſt antequã prodirem in hanc lucem, Deus me vocauit nominatim, me dilexit, mei rationem habuit; antequam hominum aliquis meum nomen noſſet, aut mei rationem duceret, iam Deo meo curæ eram. Idem eſt cum illo: *De ventre matris meæ tu es protector meus*; & cum illo Ierem. 1. *Priuſquam te formarè in vtero noui te, & antequàm exires de vulnâ ſanctificaui te*. Conſuetudo autem, & familiaritas coniunctiſſima ſignificatur. Exodi 33. cum præmittatur: *Loquebatur Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum*; ſubiungitur. *Non indicas mihi, quem miſſurus es mecum, præſertim cùm dixeris, noui te ex nomine* (exponitur in ſequenti) *& inueniſti gratiam coram me*. pro illo, *noui te ex nomine*; Septuaginta habent, *Scio te præ omnibus*; id eſt tu mihi probaris præ omnibus alijs; ſic exponit Auguſtinus. q. 152. ſuper Exodum. *Præ omnibus Deus Moyſem ſciebat, quia Deo præ omnibus Moyſes placebat*. Hinc collige quoſdam inſigniter iuſtos dici Deo notos ex proprio nomine quaſi ex ſuis meritis, non propter aliorũ patrociniũ commendatitios; alios verò Deus alieno nomine notos & caros habet, vt populum illum, qui opus habebat ſubinde vſurpare non ſuum nomen, ſed nomina aliena; *Recordare Domine Abraham, Iſaac & Iacob ſeruorum tuorum*, ſicut Ex. 2. dicitur; *Audiuit gemitum eorum, ac recordatus eſt fœderis, quod pepegit cum Abraham, Iſaac, & Iacob*; & reſpexit Dominus, *Filios Iſraël, & * cognouit eos* (hæc enim eſt vera lectio Vaticana) id eſt illos non ex ſe, ſed ex ſuorum parentum notos eſſe declarauit.

Iſai. 49. 1.
Recordari nominis alicuius.
Pſal. 70. 6.
Ierem. 1. 5.
Exod. 33. 12.
LXX.
Auguſtinus.
Notum eſſe Deo ex nomine.
Exod. 32. 13.
Exod. 2. 25.
* Reconocio los no por ſi, ſino por el nõbre de ſus padres.

11 Particula, quòd, ad multos ſenſus anceps.

Quod non ſit ei ſimilis. Vel particula illa cauſalis (*quod*) redundat in ſenſu, ſicut ſæpè ſolet, vt tantundem referat, ac ſi diceretur; Conſideraſti Iob cui non eſt ſimilis; vel cauſam reddit, conſiderare te oportuit, quia illi nemo ſimilis eſt, latere enim non poteſt inter alios, ſibi diſſimiles, cõſtitutus; vel explicat id, quod conſiderandũ eſſet à Satana; conſideraſtine Iobum eſſe alijs diſſimilem, & abſtinere ſe à vijs aliorum, neq; agi communi errore reliquorũ mortalium? in Hebr, non eſt nomẽ, ſed aduerbium ſimilitudinis; *Non ſicut ipſe*: quo Hebraiſmo pariterq́, Hiſpaniſmo, *nadie como el*, quaſi quædam apoſiopeſis eſt maximarũ laudum. Singularis igitur Iobi ſanctitas ſignificatur. atque in hanc rem Origenes accepit id, quod ſuprà dictum eſt ex lectione Septuaginta: *Erat quidam homo*: videlicet vnus, ſingularis, cui nemo ſimilis; ſicut & id, quod de Patre Samuelis ſcribitur. 1. Reg. 1. *Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim*: quaſi ſingularis præ cæteris. Cæterum hac comparatione duo continentur; alterum, diſſimilitudo vitæ ab alijs improbis, ſicut, Sapien. 2. De iuſto, ægrè id ferentes, dicebant, impij; *Grauis eſt nobis etiã ad videndũ, quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius*. Hæc enim diſſimilitudo morum, & diuerſitas vitæ redundat in ignominiam, & deteſtationem improbæ illorum vitæ. Ideo enim ſubiungitur; *Abſtinet ſe à vijs noſtris tanquam ab immunditijs*. nam qui ita ab improbis recederet, vt tantum loco cederet, & eorũ exiſtimationem nihil læderet, hic minimè illis eſſet moleſtus: iuxta id quod Chriſtus Ieſus ſuis fratribus dixit. Ioan. 7. *Non poteſt mundus odiſſe vos, me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quòd opera eius mala ſunt*. Sanè nemini nem vellet impius ſui ſimilem; ſuperbus iurgatur cum ſuperbo; diues inſidiatur diuiti: libidinoſus ſolus ſua prędà potiri vult. Alterum verò; in morum & vitæ ſimilitudine cum alijs iuſtis, excelſus quidam, & præſtantia, & ſublimioris cuiuſdam gradus diſſimilitudo ſignificatur in Iob fuiſſe; ſicut etiã ſimilitudinẽ cum diſſimilitudine coniunctã habet, cõparatio illa Eccl. 47. *Quaſi adeps ſeparatus à carne, ſic Dauid à filijs Iſraël*. Intelligit autem adipem, qui ex carne hoſtiæ pacificę ſeparabatur, ſoluſq; in honorẽ Dei cremabatur. Quaſi diceret, Licèt reliquæ hoſtię caro Sãcta ſit, ſed adeps multò ſanctior; ita Dauid cõparatus alijs iuſtis ſui temporis; quare non ſolũ erat ſegregatus, ab improborũ ſocietate; ſed etiã ſanctitatis præſtantia ab aliorũ iuſtorum cõmuniori vitæ, & morum ratione. vtrumq; itaque includet hæc Iobi laus.

V. 1.
1. Reg. 1.
Sap. 2. 15.
Ioan. 7. 7.
Eccli. 47. 2.

Sed quæſtio hoc loco oritur, an cum Abrahamo quoq́; Iſaac, Iacob, Moyſe, hęc Iobi comparatio fiat, atq; illis etiam ſanctior aſſeratur? Lyranus cõſtanter negat fuiſſe Abrahamo, aut Moyſe ſanctiorem. Carthuſianus Moyſi non præfert. Caietanus exiſtimat tũc temporis potuiſſe etiam inferiorem fuiſſe Iobum ſanctitate & caritate alijs hominibus (id quod etiam priùs placuerat Lyrano) quod vero ad huius comparationis veritatem ſpectat, aliqua peculiari prærogatiua ſuperiorem alijs omnibus fuiſſe; ſicut & de quolibet ſancto propter eximium aliquid, & ſingulare donũ, canit Eccleſia; *Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi*; aut quia nemo tunc temporis cũ tantis opibus tantam pietatem coniunxerit.

12 1. Sent. Iob non fuiſſe patriarchis ſanctiorem.
Lyra.
Carthuſ.
Caiet.

At partem oppoſitam docere planè videtur Origen. ſuper id. *Sic faciebat Iob cunctis diebus*, efficit enim illum non ſolum parem, ſed etiã alijs prioribus, poſterioribus etiã iuſtis ſanctiorẽ. *Magnus* (inquit) *erat Abraham in fide, ſed excellit illũ Iob in tolerantia: Magnus erat Iacob in cordis munditia, ſed non fuit illo minor Iob in miſericordia. aduerſus cæteros omnes priores, & nouiſsimos non ſuccubuit in virtutum ſtudijs, omnia enim quæ fecerunt ſancti, fecit etiam Iob, quod autem ſuſtinuit cum gratiarum actionibus, hoc nihilominus nullus alius ſuſtinuit*.

Origen ſent. Iob fuiſſe patriarchis ſanctiorem.

Ego duo, aut tria aſſero. Primùm comparationẽ fieri cũ cæteris mortalibus illius ætatis; quod indicatur, cùm dicitur; *Quòd non ſit ei ſimilis in terra*. terrã autem oportet intelligi vniuerſam; nã de vniuerſa locutus fuerat Satanas: tũ verò de illa ipſa ætate, & ſæculo; ſicut & comparatur Noë cũ alijs omnibus ſui tẽporis hominibus, Gen. 6. *Noë vir iuſtus atq; perfectus in generatione ſua*. Et: *Te vidi iuſtũ corã me ex omnibus gẽtib⁹*.

Quæſtionis vera abſolutio.
Gene. 6. 9.
Gene. 7. 1.

Alterum, comparationē fieri non in peculiari aliqua virtute, ſed in omni ſanctitate, quæ illis vocibus explicatur, *ſimplex, rectus, timēs Deum, recedens à malo.* nā hæc explicationis gratia poſt factam comparationem ſubiunguntur. Tandem, cùm ſuperius ſtatuerimus Iobum poſt Abrahamum & Iſaac, atque Iacob fuiſſe, Moyſe quoque priorē, certè cum his comparatio non fiet. quòd ſi Ioſeph aut alij filij Iacob, tunc temporis exiſtebant, illis quoque ſanctis ſanctiorem fuiſſe ſanctum Iob. Illud vero quod de Abraham Eccleſiaſticus ſcribit: *Non eſt inuentus ſimilis illi in gloria*; quod videlicet valde illum Deus apud homines glorioſum opibus, honore, ac gloria, & numeroſa ſobole reddiderit, prætereaq; cōmendauerit, in Iob noſtrum appoſitè conuenit. Quantam enim illi gloriam dedit hoc Dei ipſius præconium, & in cōcilio angelorum (non ad turbas, vt cum *cœpit de Ioanne dicere*) publica laus, & prædicatio? Quos D(eu)s ipſe cōmendat, hos iuſtos ſuos nominat, quippe veriſſimo iudicio probatos, atq; commendatos; vti Paulus ex Abac. ad Hebr. ſcribit; *Iuſtus meus ex fide viuet.*

Eccle. 44. 20

Luc. 7. 24.

Heb. 10. 38.
Abac. 2. 4.

IX. Cui reſpondens Satan, ait: Numquid IOB fruſtra timet Deum?

1 *Particula, fruſtra, quid valeat. Dæmon malitioſè calumniatur intentionem, è contrario iuſti excuſant etiam praua aliorum opera.*
2 *Dæmonis malitia. Diuitū obliuioſorum ingratus animus erga diuina beneficia. Iob nunquam immemor.*
3 *Quæ gratuita caritas & amicitia: quæ mercenaria. Virtus ſui ipſius præmium.*
4 *Deū non moueri vlla ſui vtilitate: Multosq; habere ſeruos gratuitos, das gratis, & miſeretur ex gratia.*
5 *Vitium virtuti finitimum. Improbi veram aliorum virtutem non admittunt.*

1 HINC etiam verū eſſe conſtat id, quòd paulò ſuperiùs obſeruauit Chryſoſt. Solere Deum interrogationibus vti, vt vel hominis, vel Dæmonis mentem & conſilium eliciat, & à ſe ipſa improbitas vulneretur, ſuaq; confeſſione, & verbis cōtra ſe ipſam ferat ſententiā. Hoc loco inuidiam, & immanitatem ſuā rogatus Dæmon prodit ſua reſponſione. Diſcipuli euntes in Emaus ſuā in fide reſurrectionis inconſtantiam. Martha cū reſpondit, *Domine iam fœtet, quatriduanus eſt enim*, modicam fidem. eius rei paſſim exempla occurrunt. Præterea (ait Chryſoſt.) *Vt is, qui egregium habet athletam, de eius virtute periculum fieri cupit, ea propter percōtatur Diabolum, vt ille ipſi cauſam afferat.* Ille verò reſpondit, interrogando etiam; ſed ea interrogatio non aſpectat reſponſum, & æqualis eſt malitioſæ aſſertioni; *Iob non fruſtra timet Deum.* exiſtimat queſtum eſſe pietatem, virtutem à religionis authoritate ad lucrum traducit. Quaſi dicat, lucro allectus, aut pretio conductus colit Deū; non fruſtra; non gratis; non ſine pretio; ex conuentione & mercede pietatis; non ſine cauſa. Noſtrates dicerent, *No ſin buen porque.* Ezech. 6. Immiſſo ſupplicio, *ſcient quia ego Dominus non fruſtra loquutus fuerim*: id eſt, ſcienter vera iracundia minas proceſſiſſe; non fuiſſe inanes, & ſine cauſa. eadem particula vertitur *gratis, ſuperuacuè.* Pſalm. 34. *Gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui, ſuperuacuè exprobauerunt.* id eſt, ſine cauſa aut iuſta occaſione; minimè à me læſi, aut laceſſiti; vel gratis, id eſt, ex gratia amicitiæ, & grato ac beneuolo animo, ſine alia mercede, & pretio. Gen. 29. *Nū quia frater es, gratis ſeruies mihi.* quare illa particula duo affert, & gratiam, beneuolentiamq; animi; & præterea excludit quiduis aliud præter gratiam. vtrūq; ergo negat Diabolus, cum ait: *Non fruſtra*, id eſt, non ex vera amicitia, ſed neque ſine pretio, & mercede; aut ſine animo & intentione conſequendi lucrum, & vberem prouentum ex pietate, & labore colendi Deū. Vbi primò obſeruanda eſt Iobi ſanctitas mirabilis, cui nihil a Satana obijcitur, aut affingitur mali, præter intentionē, quàm iſte prauā eſſe mētitur, & ignoras certis calumnijs criminatur. Eſt hoc ſuperbi, doloſi, & proſpectoris ingenium, vt ſcribit Eccleſiaſticus c. 11. *Bona in mala conuertens inſidiatur, & in electis* (bonis, laudabilibuſq; operibus, aut viris ipſis iuſtis) *imponet maculam.* Sicut qui in eiectione Dæmoniorum ex corporibus obſeſſis, latentem virtutem, & quam ipſi ignorabant calumniabātur, dicentes, *In Beelzebub principe Dæmoniorum eijcit Dæmonia.* è contrario tamē vir ſimplex, & iuſtus in aliorum improbè factis, vel ignorantiæ, vel intentionis, vel rei alicuius excuſationem quærit, *Non enim ſciunt, quid faciunt.* Exemplum ſit ipſe Iob, qui ne de interna cordis ſuorum filiorum ſanctitate temerè iudicare videretur, quamuis conuiuiorum frequentia ſuſpicionē non omnino leuem alicuius peccati efficeret, ſacrificabat tamen incertus, dicēs: *Ne fortè benedixerint Deo in cordibus ſuis*: vide Greg. lib. 1. cap. 5.

Chryſ.
Quare Deus vtatur interrogatione.

Luc. 24.

Ioan. 11. 34.

Interrogatio quæ non expectat reſpōſum.

Particula fruſtra quid ſignificet.

Pſal. 34. 7.

Gene. 29. 15.

Mirabilis Iobi ſanctitas.

Dæmon ſolā intentionē calūniatus.
Eccl. 11. 13.

Improbi intentionē calumniatur in bonis operibus.
Luc. 11. 15.
Iuſtus aliorū etiam prauorum operum excuſationē quærit.
Luc. 23. 24.

Gregor.

Secundò dæmonis malitia, & calliditas in his ſuis temerarij iudicij tenebris relucet, nam ſua illa reſponſione, & verbis nihilo mutatis, tantùm mutato geſtu, & animi prauo affectu, poterat Iobū virtutis & grati animi laudare. Ad Iobi enim ſanctitatem pertinuit, quòd propter acceptas à Deo ingentes diuitias, & beneficia ſingularia, gratum ſe, piumq; diuinæ munificentiæ præberet, & ſuæ pietatis & cultus cauſam, debitum, & obligationem frequenter cogitaret, dicens: Non fruſtra Deū timeo, cùm ille ſummis beneficijs, & liberalitate diuina me obligauerit. Quid enim tam pium, quàm illa opulentiſſimi Regis grati animi vox, *Quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi.* Hinc & ſe, & alios inuitabat Pſaltes, ad diuinas laudes. Pſalm. 146. *Laudate Dominum, quoniam* * *bonus eſt Pſalmus*, bonus, inquam, vtilis, in rem veſtram, & ex quo multa in vos redundant bona. & deinde, *Præcinite Domino in confeſſione.* Heb. propriè, reſpondete, accinite illi. Cùm enim illum laudamus, ille reſpondet, & accinit nobis conferendo beneficia, & præmium noſtri obſequij; cùm verò ille nobis confert beneficia, iterum quaſi ſono muſico nos excitat, & prouocat ad ſuas laudes, vt illi reſpōdeamus, & accinamus noſtro pio, & religioſo obſequio. Certè Xenophon

2

Diuites diuino obſequio valde obſtricti.

1. Paral. 14.

Pſal. 146. 1.
* No os yra mal conſerui lle y alaballe.

Plutarch.1.de tranquil. anim. *Xenophon.* Ingrati diuites. *Iſai.2.*

phon (referente Plutarcho) iubebat ſecundis maximè rebus, homines Deorum meminiſſe; eoſque tunc enixius venerari. quo nomine Ieruſalem tum ſępè ingratitudinis arguit Deus, tum verò Iſa.2. *Repleta eſt terra argento, & auro, & repleta eſt idolis.* Quaſi dicat, cum illos locupletauerim, eaq; ipſa re deuinxerim ad meum cultum, illi tamen beneficiorum immemores, me quoq; idolis poſthabent. Cui ſimilis eſt illa

Hoſ.2.8. altera per Hoſeam vatē querimonia; *Hæc neſciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinū, & oleum, & argentum multiplicaui ei & aurum, quæ fecerunt Baal.* Acriter hac ipſa de cauſſa expoſtulat cum Da-

2.Reg.12.8.9 uid; *Ego vnxi te in Regem ſuper Iſraël, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui, & vxores Domini tui in ſinu tuo, dediq; tibi domum Iſraël, & Iuda; & ſi parua ſunt iſta adijciam multo maiora: quare ergo contempſiſti verbum Domini, vt faceres malum in conſpectu meo?* Hi ſunt diuites obliuioſi, quos *intelligere & meminiſſe* iubet acceptorū beneficio-

Pſal.49.22. rum ſermo diuinus: *Intelligite hæc, qui obliuiſcimini Dominum.*

Deut.32.15. *Incraſſatus* enim, *impinguatus, dilatatus dereliquit deletus Deum factorem ſuum, & oblitus eſt Domini creatoris ſui.* quod ingratitudinis genus cùm proprium diuitibus ſit, peſſimum tamen eſſe ſapienter Seneca ſcripſit lib. 3. de bene ca.

Seneca. 1. *Ingratus* (inquit) *ille eſt, qui beneficium accepiſſe ſe negat quod accepit; ingratus eſt, qui diſſimulat; ingratus qui non reddit, ingratiſſimus omniū, qui oblitus eſt. Hic enim nunquam fieri gratus poteſt.*

3 Tertiò illud obijcit ſanctiſſimo viro nequiſſimus delator, quod multū valere cognoſcit ad amicitiam vel diſſoluēdam, vel diluendam & debilitandam: quòd Iobi erga Deum

Caritas gratuita. *Cic.1.de nat. Deor.* caritas, & amicitia non ſit gratuita; *quàm ſi,* vt Cicero dixit; *ad fructum noſtrum referemus, nō ad illius commoda, quem diligimus, non erit iſta amicitia, ſed mercatura quædam vtilitatum ſuarum.* idemq; lib.1.

Cic.1.de legi. de leg. *Qui nō ipſo honeſto mouemur, vt boni viri ſimus, ſed vtilitate aliqua, atque fructu, callidi ſumus, non boni.*

Qui vtilitate ſua ducūtur non ſunt veri amici. Eiuſmodi ſunt, quos Sapiens vocat *amicos dona tribuentis*; quę locutio (vt Logicorum more dicam) formalis eſt, habent enim amicum, dona

Prouer.19.6. tribuentem, qua ratione dona tribuit, ſecus neque amici ſunt hominis illius, neq; illū de nomine aut de facie notum habere volunt: quam falſæ amicitiæ rationem expreſſit elegāter Se-

Seneca. neca, cùm de turba adulatorum loquitur; *Prædam* (inquit) *ſequitur turba iſta, non hominē.* Qui er-

Geneſ.2.17. go apud primos homines Deum calumniatus eſt, quòd nō propter hominis bonum, ſed propter ſuam ipſius vtilitatem pomū interdixiſſet, nimirum vt ſolus ipſe Deus eſſet & omniſci⁹, vt hac ratione hominis à Deo animū abalienaret: idem nunc calumniatur hominem apud Deum, falſæ, & minimè gratuitæ pietatis atque religionis ſordida namq; eſt pietas, quæ præter Deum, præterque ipſam pietatem præmium aliud quærit: ſicut enim ipſa impietas eſt pœna impio, vti Plato dixit, *Pœna iniuſtitia comes,* ita ſanctitas præmium eſt ſanctè operan-

Prouer.13.21. ti. vtrumque teſtatur Sapiens Prouerb. 13. *Peccatores perſequetur malum, & iuſtis retribuentur bona.* propriè dicas, peccatores perſequitur, ſequitur, perpetuò inſequitur, inſectatur malum (quod ipſi agunt) iuſtis verò retribuet bonum;

quia videlicet ipſa bona opera ſibimet ſunt præmia: *Pax enim, & gaudium omni animæ operanti bonum.* eodem pertinet id Eccleſiaſtici. 2. *Qui diligunt eum, replebuntur lege ipſius*; quòd videlicet lex ipſa benè ſeruata ſatisfaciat non ſolùm voluntati hominis, ſed ſuo labori & honeſtis a- *Rom.2.10.* *Eccle.2.59.*

ctionibus lex ipſa præmium ſit, & cumulatè menſurā honeſti laboris impleat pręmio. Grauiter rem hanc, æque ac ſapienter docuit Seneca, de beata vita. & de benefi. 4. lib. 3. eleganter etiam ille cecinit. *Ouid. de Pōt.*

Nec facilè inuenies multis in millibus vnum.
Virtutem pretium, qui putet eſſe ſui.
Ipſe decor recti facti ſi præmia deſint.
Non mouet, & gratis pœnitet eſſe probum.

Ergo inquit dæmon, Non eſt Iob gratuitus Dei cultor, non amicus, ſed mercenarius, ſed præmij & lucri temporalis ſpe conductus.

Quartò tandem, tantò iniquius, quantò la- 4
tentius Deum calumniatur Satanas, quòd pręmio & pretio conducat ſuos ſeruos, quodque nemo illi gratuitò ſeruire velit: quaſi diceret, Quid mihi obijcies vnicum ſeruū tuum, quem etiam nō haberes, niſi pręmio & vtilitate allice res? nulla itaq, tibi cum illo vera amicitia, ſicut ille gratuitus non eſt, ita neque tu erga illum verè beneficus, aut liberalis, nā qui beneficium ſua cauſà dat, nō verò, vt proſit illi, cui dat, is neq; eſt liberalis neq; beneuolus. *Multū,* inquit Cleanthes referente Seneca *à beneficio diſtat negotiatio.* Sed mentitur diabolus nō eſſe qui *Senec.lib.6. de benef.c.12.*

Deo ſeruiat gratuito; ſunt enim multi, fuit etiam olim Iob, qui illam vocem emiſerint. *Poſſederunt nos domini abſque te, tantùm in te recordemur nominis tui.* Id eſt, hoc ſolùm volumus, & enixè precamur, vt ab aliorū dominorum tyrannide liberi nullo alicuius domini nomine apellemur, quàm tuo; non ſerui peccati, non mundi, non dæmonis, non carnis mancipia; ſed ſerui Dei: hoc tantùm ſerui Dei nomen ingentis mercedis loco nobis erit, nullo alio præmio, aut mercede poſtulata. Et quidē innumeri etiam gratuiti Martyres, qui illā vocem fortiſſimorum iuuenum vſurparunt: *Ecce Deus noſter, quē colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis; quòd ſi noluerit, notum ſit tibi Rex, quòd deos tuos non colimus.* Mentitur etiam Deum ex nobis vtilitatem aliquam captare. Dei, enim qui verax eſt, eſt illa vox veriſſima: *Miſerebor cui voluero,* ipſa miſerendi voce, quæ ex mera gratia, & voluntate gratuita deducitur, rem totā explicante. Quod Paulus Rom.9. Miſerendi voce cōduplicata, vt omnem vtilitatis rationē à veriſſima, & prorſus ſyncera Dei miſecordia excluderet ſic repetit; *Miſerebor cui miſertus ſum.* Non vendit Deus ſua beneficia accepto pretio noſtri obſequij, ſed donat gratis: *Paruuli* (inquit Iacob) *ſunt, quos donauit mihi Deus.* Et deinde v. 11. *Suſcipe benedictionem, quam donauit mihi Deus tribuens omnia.* Hoc enim eſt Dei gratis nobis benefacientis proprium, in Sacro ſermone epithetū, profuſam illius munificentiam exprimens; * *Tribuens omnia.* Idem dicitur: *Miſerator,* id eſt gratus, beneficus, & propenſus ad benefaciendum gratis, & * *propter ſe ipſum, aut propter nomen ſuū.* Exo. 22. v. 27. Pſal. 85. v. 15. Pſal. 110. v. 4. Sed quid mi-

Iſai.26.13. *Daniel.3.17.* *Exod.33.19.* *Rom.9.15.* *Geneſ.33.5.*

* El que todo lo da y nada vende.
*Por ſer quiē es, y por el nōbre y obras q̄ tiene de liberal y dadiuoſo.

Pſal.111.5. rum, nam etiam hæc eſt viri iuſti nota, & proprietas. Pſalm.111. *Iuſtus miſeretur* (gratis) *& commodat*, dat, donat. magna eſt igitur *gloria gratiæ Dei*, id eſt illius gratuitæ voluntatis, & diuini beneplaciti erga homines ſine vlla ſua vtilitate aut ſpe fructus. De quo aliquando dicendi locus, & tempus erunt, cap.38.v.26.

5 *Baſil.* Vitium virtuti finitimum. Sed duo hîc obſeruanda; alterum, quod acutè colligit Baſil. vitium virtuti eſſe finitimum, & facilem eſſe tranſitum ab vno in aliud. Propterea temeritas interdum exiſtimatur fortitudo; & è contrà; & hoc loco gratuita Iobi pietas & Dei timor, appellatur à Dæmone mercenarij auariq́ue hominis inſatiabilis cupiditas, & ſtudium propriè vtilitatis. *Didymus.* Alterum, quod eleganter ſcripſit Didymus, eſtq; dignum quod illius ipſius verbis deſcribatur. *Proprium* (inquit) *eorum eſt, qui virtuti ſunt inimiciores, cæterorum bona minimè vera eſſe exiſtimare. Sed potiùs per calumniam dicere, hic quidem ob ereptam ſibi nocendi poteſtatem, iuſtus eſt: ille verò frugi ac temperans propter ſtoliditatem: ille alter penuria opibuſque caret, quia ijs parandis haud eſt idoneus. Denique nemo improbus cuiuſquam virtutem vel legitimam ſolidamque admittit.*

X. Nónne tu vallaſti eum ac domum eius, vniuerſamq́ue ſubſtantiam per circuitum, operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſſio eius creuit in terra?

1 *Deus erga ſuos ſeruos munificentiſſimus. Non differt præmium laborantibus, ex Deut. Eccleſi. & Iſai.*
2 *Quid vallum, aut murus in Sacro Sermone, & ad rem paſtoritiam pertinere.*
3 *Vallum pro Angelis: horum proprium munus eſſe in circuitu.*
4 *Deus ipſe murus, & murus ignis, Galea, Scutum, vt ſuis ſeruis proſit.*
5 *Domus pro familia, quid filij domus apud Hebræos.*
6 *Subſtantia quid, & quare Pauper exinanitus.*
7 *Quid Opera manuum. Benedicere ex adiunctis varietatem accipit. Iuſtorum fœlicitas in rebus gerendis, econtrà impiorum infœlicitas, illuſtratur Dauid & Deus.*

1 VERE iſta dicútur a Satana; ſed malignè interpretatur: quamuis enim ſit lucrum reportatum ex pietate, ſed neq; Iob propterea Deum timet Neq; Deus propterea Iobum tuetur, vt ſeruũ ſibi vtilem compararet; at ſicut Iob beneficijs acceptis gratum ſe, atq; gratuitũ ſeruũ Deo exhibet; ita Deus ſeruis ſuis, ſtrenueq́ue laborantibus, munificũ ſe & liberalẽ, quaſi ex diuina quadam gratitudine præbet. Niſi enim aliud ſaluti, & ampliori iuſtorum merito expediat, bonis etiam temporalibus, vellet Deus iuſtos ſuos cumulare: neq; ſolùm in futura vita, ſed etiam in præſenti centuplum conferre. *Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat.* (neq; enim expectat noctem, ne cum illo pernoctare videatur labor mercenarij; ſed ante noctis tenebras: *Cùm serò factum eſt*, veſperè: ante veſperum etiam, nam, feſtinat) *& in hora veloci proceſſus illius fructificat*; id eſt velociter, in eadem etiam laboris hora & iacti ſeminis boni operis, germinat, & creſcit culmus, & matureſcit, & fructum, præmiumq́, colligere licet. vix pedem mouebit homo vt procedat in Dei obſequio, cum ſtatim mouebit, porrigetq; manum Deus, vt præmium largiatur. Non enim Deus ſicut alij patres familias, qui quamuis liberales ſint & iuſti pariter, atq; benigni erga mercenarios, tamen laboris pretium non ſecũ deferunt, ſed domi in ſcrinijs ſeruant; eò mercenarios ire iubẽt, mercedem ſui laboris accepturos: at Deus ſecum defert præmia noſtri laboris, & ad manum parata habet: *Ecce* (inquit Iſaias, quod mirabilis cuiuſdã liberalitatis & benignitatis eſt) *merces eius* (quam ipſe proponit ijs, qui ſe coluerint) *cùm eo* (ad manum habet, ſecum defert, ſtatim redditurus laborantibus. neq; ſatis fuit hoc ſemel dixiſſe: repetit iterum, quò de Dei liberalitate, & benignitate erga ſuos ſeruos nos certos faceret) *& opus illius coram illos.* neq; oportet feſtinare mercenarios pro accipienda mercede; ille mercedem redditurus *feſtinat*. Nam homo lui præmij luçq; veritatis licet audiſſim⁹, tardior atq; ſegnior eſt præ velocitate, & feſtinatione diuinæ munificentiæ. Eleganter res hæc delineata eſt illis verbis, quibus terra promiſſa deſcribitur, & commendatur à diuina prouidentia; *Non eſt ſicut terra Aegypti, vbi iacto ſemine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ* (vide quanto labore conficeret perceptio fructuum his, qui in Aegypto terram ſerebant) *Sed montuoſa eſt, & campeſtris* (quæ quaſi diuina lex montuoſum & aſperũ habere videtur, diuina gratia & largitate, benigniſſimaq; Dei prouidentia emollitur) *de cælo expectans pluuias* (vberes fructus ſine vllo labore noſtro, aut perquam tenui cœlũ pollicetur) *quam Dominus Deus tuus ſemper inuiſit* (ipſe accurate viſitat⁹ quid ſui ſerui, ſuiq; agricolæ opus habeat, quid præmij, quid fructus debeant accipere) *& oculi eius in ea ſunt à principio anni* (non enim in finem anni fructum reſeruat, ſed ſingulis mẽſibus, perpetuiſq; fructibus, alijs atq; alijs terrã locupletat, & agricolas reficit) *vſq; ad finem eius.* Eleganter, inuitus licèt, inuiduſque Satan rem alijs tranſlationibus illuſtrat in ſequentibus.

Deus erga ſuos ſeruos munificẽtiſſimus.

Eccle.11.24.

Matt.20.8.

Eccle.11.24.

Deus nõ differt laborantibus præmium.

Iſai.62.11.

Deut.11.11.

Agricolæ Aegypti multo labore fruct⁹ percipiunt.

Nónne tu vallaſti eum. Singula verba emphaſim habent: & primò quidem *vallandi*, aut valli nomine, muri, ſepis circumiecta fundo, aut vrbi, firmum præſidium fidaq́, ac tuta cuſtodia ſignificatur: cuiuſmodi eſt illud. 1. Regum. 25. *Pro muro erant nobis tam in nocte, quam in die.* Et. 1 Eſdræ. 9. *Inclinauit miſericordiam ſuam, vt extrueremus ſolitudines, & daret nobis ſepem in Iuda, & Ieruſalem.* Id eſt, vt haberemus, vbi nos poſſemus tutos defendere ab hoſtibus; & aliquam vrbem muratam; quo poſſemus confugere. Sic Pſalm. 31. *Sperantem in Domino miſericordia circumdabit*, inſtar valli, aut muri: ergo Iobum vallabat, cuſtodiebat, muniebat diuinum præſidium; pateret profectò quaqua verſum iuſt⁹ dæmonis incurſibus, niſi interpoſito muro diuina illũ prouidentia tueretur, & *miſericordia circumdaret*. Quare 2

2 Vallum aut murus, firma tutaque cuſtodia.

1.Reg.25.16.

1.Eſdræ.9.9.

cùm

Aduerſarius ſemper paratus ad nos impugnandum.

cùm *vallari* iuſtus dicitur, ſimul etiá ſignificatur, paratos eſſe hoſtes humanæ ſalutis ad noſtram impugnationem, qui nos obſideant & circumeant: & niſi hoc muniméto intercepto, non poſſe mortales vlla pace aut tranquillitate potiri: cùm enim Satan circuit, & obſidet, & inuadere conatur, experitur murum ſibi obſtare, & vndique negari ſibi acceſſum, prohiberique, ne iuſtis noceat. Quid, ſi fortè hoc vallũ etiam pertineat ad paſtoritiam cuſtodiam, qua paſtor circuit gregem ſuum, quærens ne quis deuoret, atque circuitiones lupi ſua cura, & circuitione propulſans?

Vallãdi verbum ad paſtoritiam curam pertinere.

Iere. 31. 10.

Deũ verò cuſtodire homines, *ſicut paſtor cuſtodit gregem ſuum*, dixit Ieremias. ſe vero à Deo cuſtodiri Iob ipſe teſtatur infra cap. 29. v. 2.

3 Sed quod, qualecumque ſit hoc diuinæ cuſtodiæ vallum, dupliciter poteſt intelligi; primo, vt referatur ad Angelorum cuſtodiam, qui dicantur nos vallare, & cingere, licet enim velit Origenes etiam intra nos multos eſſe Angelos, quibus animarum, corporumq́; noſtrorum cura, atque cuſtodia demandata ſit, de qua re accipit id Pſalm. 102. *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius.* Tamen ſæpius Scriptura circa nos illos deſcribit; ſicut cum Syris obſidentibus ciuitatem Dotam, vidit miniſter Eliſei, montem plenum equorum, & curruum igneorum in circuitu Eliſæi. & illud Pſalmo 33. *Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum*; ſingulare pro plurali, id eſt, ſeſe Angeli immittent, aut diffundent, caſtrametabuntur in circuitu iuſtorum; cingentque illos militari cuſtodia. Hieronymus ex Hebr. *Circundat angelus Domini in gyro timentes eum.* Eodem pertinet illa ſuæ Eccleſiæ promiſſa tutela, *Circundabo domum meam ex his, qui militant mihi, euntes, & reuertentes.* vnde licet colligere iuſti hominis dignitatem, & pretium apud Deum, quem velit DEVS, perinde ac ſe ipſum, ſuis angelis circundari, atque ſtipari, id enim eſt angelorũ munus, eſſe *in circuitu throni*, & coronare, ac cingere ſuum regem; ſicut ſcribitur, Pſal. 88. *Deus qui glorificatur in conſilio ſanctorum, magnus & terribilis ſuper omnes, qui in circuitu eius ſunt.*

Orig. hom. 20. in Ioſ.

Angeli intra nos, ex ſententia Orig.

Pſal. 102. 1.

Angeli nos circundant.

4. Reg. 6. 17.

Pſal. 33. 8.

Hieron.

Zach. 9. 8.

Angeli in circuitu throni.

Pſal. 88. 8.

4 Secundò poteſt referri ad DEVM ipſum, cum emphaſi illius pronominis, *Tu*. Tu ipſe pro muro es Iobo, ac domui eius; tuam ego cuſtodiam, atque potentiam expertus ſum in illo defendendo, meque prohibendo, ne cum illo confligerem, aut propiùs accederem tentaturus. Verè hoc quoque dicit dæmon: nam videtur Deus grati animi vicem rependere hominibus: egit enim quondam DEI populus excubias, & cuſtodias inſtar valli, & muri in circuitu DEI, cùm *caſtrametabantur filij Iſraël per gyrum Tabernaculi fœderis*; erat ergo tunc Deus in medio cuſtodiæ eorum, nunc nos viciſſim in medio diuinæ cuſtodiæ: coronabant illum quondam homines, & vallabant illius tabernaculum; nunc nos ille coronat, & vallat iuſtum ſuum ac domum eius: non ſemel ſe ipſum murum opponit noſtris hoſtibus, & Eccleſiæ ſuæ vallum, atque munimentum, viciſſimque petit, vt in circuitu eius conſiſtamus. *Ego ero ei* (inquit ille) *murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius.* Murum verò ignis ſe dicit, vt rem terribilem hoſtibus, inacceſſam, & in quam nemo audeat, aut tentet irrumpere, niſi ſuo malo: tum etiam ex qua multas ad vitam commoditates lucis, & temperati, proficuique caloris petere homo poſſit. Hunc igitur murum igneum reformidabat *Leo*, qui *circuibat rugiens & quærens quem deuoraret*: terretur enim Leo vel accenſo titione, nam cum alia timeat, ſed maximè ignes, vt naturæ ſcriptores tradunt. Sed quid mirum Deum muri, & valli vices ſubire pro ſuo iuſto defendendo, hoſteſque propulſando? Galea eſt iuſto, vt caput illius coronet, dicente Dauid. *Obumbraſti ſuper caput meum in die belli.* Veriſſimè pollicitus eſt, præſtat etiam ſidus, fore vt circundet, & contegat inſtar ſcuti hominem in die belli: *Scuto* (inquit ille, tantùm Dei præſidium expertus) *circundabit te veritas eius*, vndique videlicet ſe vertet (vt humano modo dicamus) vt te contegat inſtar ſcuti, aut parmæ, quàm quoquo verſus verſat, & circumagit homo, quo ſe ab hoſte defendat; quaqua verſum te ille proteget ſicut ſcutum: ad dexteram hominis ſe conſtituit, vt extento brachio hominem etiam ſua virtute complectatur, & contineat tutum ab hoſtis ictibus, *Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam.* Inde: *Dominus à dextris tuis confringet hoſtes.* Sed tandem obſerua cum audis Deum ſuorum iuſtorum murum eſſe, intellige etiam propugnaculum, qualia in muris extrui ſolent: tum etiam vigilem, & ſpeculatorẽ, qui in muris, turribuſve eminentioribus excubias agere ſolẽt, vt nihil hoſtes agere, nihil moliri, aut cogitare poſſiat, de quo ſuos ſtatim non admoneat.

Num. 2. 2.

Deus murus eſt ſuis ſeruis.

Grati animi vicem rependit Deus viris iuſtis.

Zach. 2. 5.

Quid ſignificet murus ignis.

1. Petr. 5. 8.

Plin. lib. 8. 16.

Deũ galeam eſſe, ſcutum, propugnaculum, vigilẽ.

Pſal. 139. 8.

Pſal. 90. 4.

Pſal. 120. 5.

Pſal. 109. 6.

Cum vero *eum* dicit, intelligit quæ ad Iobi corpus, & animam pertinent vniuerſa, vt & capillos illius non ſolum in numerato habeat ſed etiam in tutela, atque præſidio; de cuſtodia enim rerum aliarum externarum eſt, id, quod ſequitur.

5 *Ac domum eius.* Chaldæus dixit: *Homines domus eius*, videlicet non ſolùm vxorem, & liberos, ſed vniuerſam familiam ex ſeruis, & vernaculis, nam hi cùm domi contineantur, per metonymiam domus dicuntur. vnde Hebræus ſermo, famulos, aut vernaculos appellat viros, vel filios domus, vt Geneſ. 15. *Filius procuratoris*, (id eſt, procurationis, vel diſpenſationis) *domus meæ*: id eſt, diſpenſator, & famulus, & cap. 17. *Circumciſus eſt Abraham, & Iſmaël, & omnes viri * domus illius, tam vernaculi, quàm empticij, & alienigenæ.* & ita vir domus, aut natus domi, vertitur *vernaculus*, à Ierem. 2. v. 14. & *familia*, Eccleſiaſt. 2. v. 7. quod manifeſtè ad ſeruos, & ancillas pertinet. *Acquiſiui ſeruos, & ancillas, & familiam* (Hebr. filios domus) *multam nimis*, ſed exiſtimo hoc loco potiùs pertinere nomen *domus* ad filios, iuxta cõmuniorem vſum domus in ſacro ſermone; vt eodem ordine hæc enumeratio reſpondeat initio capitis. Nam poſt Iobum, ſtatim recenſentur filij, deinde cum poſſeſſione armentorum iungitur familia ſeruorum, ita & hoc loco adiungitur

Chald. cum.

Metonymia.

Filius domus Hebræis pro famulo.

Gen. 15. 2.

Gen. 17. 26. & 27.

* Todos los criados y gẽte de caſa.

Eccleſ. 2. 7.

ſubſtātia, quod ad poſſeſſiones, & famulitium pertinet.

6 *Vulgatus.* *Vniuerſamque ſubſtantiam.* Hæc facultates, & rem omnem familiarem continet: Rectè explicatur à vulgato, quod in Hebræo obſcurius dicitur; *Et omne quod ei*, id eſt, quicquid ad illum pertinet. *Subſtantia* autem facultates dicuntur, tum in ſacro ſermone, tum apud profanos ſcriptores, quòd illæ ſint velut firma, ſolidaque materia, robur, ac firmitas hominis; ſicut Prouerb. decimooctauo ſcribitur: *Subſtantia diuitis, vrbs roboris eius, & quaſi murus validus circundans eū.* inde pauper dicitur exinanitus, exhauſtus, euacuatus, Eccleſiaſtic. 13. v. 8. Philip. 2. v. 7.

Quare ſubſtantia diuitias ſignificat. — *Prou. 18. 11.*

7 *Polychronius.* *Operibus manuum eius benedixiſti.* Hoc Polychron. refert ad rem agrariam, vt reſpondeat ei, quod ſupra dictum eſt: *Et quingenta iuga boum.* ſed fortè commodiùs, ſi in vniuerſum accipiatur de negotijs, & rebus gerendis, & procurandis, in hunc ſenſum; tu efficis, vt quæcunque ille aggreditur, aut inſtituit, procuratve, proſperè illi ſuccedant, velociter, & fœliciter conficiat. ſignificatio autem verbi *benedicendi*, quod ex ſua proprietate eſt cum geniculatione, aut corporis incuruatione benignè, & blandè atque beneuolè loqui ad aliquem, modum peculiarem accipit ex circumſtantia perſonarum. Nam Deus benedicit homini, aut alicui creaturæ, cùm propitiùs, atque beneficus erga illam vult illi, & confert bona, aut cùm in bonis collatis complacet. Homo homini benedicit, bona illi à Deo precando, & omnem fœlicitatem, aut deſiderando, aut gratulando. Homo Deo benedicit, illum propter infinitam bonitatem, & excellentiam laudando, & in tanta bonitate complacendo. Ergo Deum operibus manuum hominis benedicere, erit hominem in agendo dirigere, benè agēdi facultatem tribuere, inſtitutis & votis fœlices progreſſus, fœliciores etiam abſolutiones dare, vt proſperè cuncta cadant, & nihil maneat infectum. Sic Iſa. 53. Dei voluntas, & beneplacitum coniungitur, cum operibus, & manibus Chriſti Domini, *Voluntas Domini in manu eius dirigetur.* Quaſi diceret, Dei voluntati & decreto, tum etiam illius benignitati, & charitati erga genus humanum adſcribendus eſt fœlix quicunque euentus operum, & prædicationis Chriſti: ſic etiam Dei benedictioni tribuēdus eſt proſper exitus operum manuū hominis. illam verò pollicetur Deus iuſtis ſuis, Deuter. 12. *Lætabimini in cunctis, ad quæ miſeritis manum vos, & domus veſtræ, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus veſter*, benedictio Domini tanquam cauſa præcedentis ſubiungitur; quare propriè vertendum, vt annotauit Vatablus. *Quia benedicet te Dominus*, Deuter. 28. *Benedictus eris* * *ingrediens & egrediens.* Per ingreſſum autem, & egreſſum, cunctorum gerendorum ratio, initium, & exitus ſignificantur. Fœliciter ad negotia gerenda pedem efferes; & manum lætus admouebis; lætus etiam redibis domum re confecta, & ad finem optatum perducta. Neque arctandus eſt locus ad ingreſſum ex bello, vel egreſſum ad confligendum cum hoſte, vt Hebraizantes volunt, ſed ad quæcunq; opera pertractanda, ex ſcripturæ phraſi & more, ſimilis locus, Pſalm. 120. *Dominus cuſtodiat introitum, & exitum tuum.* Te comitetur euntem, & redeuntem, quocunque pergentem ad aliquid operis agendum Chaldæus: *Dominus cuſtodiat introitum tuum ad ſtudia legis, & exitum tuū ad negotiationes.* Idem ſub arboris metaphora promittitur iuſto, Pſal. primo. *Omnia* * *quæcunque faciet, proſperabuntur.* Cùm enim iuſtus conſitus ſit ad decurſus aquarum diuinæ benedictionis, & largitatis, neque flores (id eſt, gerendarum rerum initia, vota, deſideria) habet deciduos, & inutiles; neque folia (id eſt, verba, quæ in rebus tractandis fieri ſolent) defluentia, languida, arida, parum efficacia; ſed ad fructum, & debitam maturitatem ſuo tempore perueniunt cuncta. Sed *Omnia quæcunque faciet, proſperabuntur.* Mirum, quam torqueantur impij fruſtrati votis, & triſtibus infauſtiſque conſiliorum, & operum ſuorum, euentibus, ſententiam hanc in illos ferente Deo: *Maledictus eris ingrediens & egrediens, & non diriges* * *vias tuas.* Ergo pietate, & frequenti oratione promerenda eſt à Deo iſta operum & conſiliorum benedictio; *cùm ignoremus quid agere debeamus. Quoniam* (inquit Dauid) *non cognoui litteraturam*, (Pſalt. Romanum, Auguſtinus, Arnobius; *Non cognoui negotiationem.* Id eſt, negotiorum tractandorum rationem) *Introibo in potentias Domini.* me totum committam diuinæ potentiæ, atque ſapientiæ, quæ me de rebus agendis inſtruat, ſatiſque inſtructum implicari me difficultatibus non patiatur, ſed expediat, & facilem exitum commonſtret. Propterea ſuam ſponſam a capillis benè pexis, atque compoſitis ab ſponſo commendatam ait Theodoretus, quo ſignificaret in humanis negotijs, in quibus non poſſumus, non implicari, laudabiliter, decorè, fœliciter ſe gerere.

Verbum benedicendi ex adiunctis varietatem capit. — *Iſa. 53. 10.* — *Getēdarum rerum fœlicitatem quādam, & facultatem cōfert ſuis iuſtis.* — *Deut. 12. 17.* — *Deut. 28. 6.* — *Vatablus.* — * Entraras cō buen pie en qualquier negocio, y ſaldras biē del.* — *Pſal. 120. 8.* — *Chaldæus.* — *Pſal. 1. 3.* — * Ni ay flor que no tēue fruto, ni entiera fruta vn ſolo tallo, que quede deſmedrado. — *Impij inepti negotijs tractandis.* — *Deut. 28. 19.* — * No acertes a dar paſſo, ni a encaminar vn negocio. — *Pſal. 70. 15.* — *Pſalt. Roman.* — *Auguſt.* — *Arnobius.* — *Cur ſponſa à capillis commendata.* — *Theodoretus.*

8 *LXX.* *Et poſſeſſio eius.* Septuaginta, *Pecora eius multa*; Et rectè, licèt vox originalis tam bona mobilia, quàm immobilia comprehendat; de quo diximus ſupra. * *Creuit.* propriè excreuit, erupit, effudit ſeſe, terminum tranſiuit; oportet nouos pro tot gregibus paſcendis agros, & alia paſcua quærere, à radice (*Parats*) *In terra*, videlicet in terra Hus; aut in ea terra orientali, vt aut comparatio fiat cum alijs illius regionis diuitibus; vt reſpondeat illi, quod ſupra dicitur: *Erat magnus inter omnes Orientales.* Cùm verò dicitur *terra*, aut etiam *omnis terra*, in ſacra Scriptura, non oportet vniuerſam intelligi. Sic enim Hieronymus, Iſaiæ decimotertio ait: idioma ſacræ ſcripturæ eſſe, vt omnem terram, illius ſignificet prouinciæ, de qua eſt ſermo. Quid ſi hac enumeratione omnium facultatum Iobi latenter ſignificare contendat Dæmon, fieri non poſſe, vt tanta ſanctitas quanta de Iobo prædicatur, cùm tanta diuitiarum copia bene conſentiat? cùm illud maiori ex parte verè dicatur: *Si diues fueris, non eris immunis à delicto.*

* Ya no le cabe el ganado en las deheſas. — פרץ — *Hieron.* — *Eccleſ. 11.*

XI. Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi:

1 *Extendere, dare, mittere manum, quid in ſacro ſermone.*
2 *Probatio per tribulationes res viris iuſtis neceſſaria.*
3 *Tangere, tum de grauiſſima, tum de leui plaga dicitur. Multiplex Dæmonis calliditas.*
4 *Particula, Niſi, ad iuramentum imprecatorium refertur, & quid ſua ſignificatione contineat.*
5 *Quid ſuppleri oporteat, cùm Deus vtitur imprecatoria iurandi formula.*
6 *Quid ſit in faciem: quid benedicere, in bonumne an in malum?*
7 *Benedicere, pro maledicere, an per Antiphraſim, vel potiùs per Euphemiſmum: rei vtriuſque plura exempla.*

1 — *Iſa 5.25. Pſal.10.12. Pſal.105.26.* Extendere manum.

EXTENDE. Extendere manum, aut brachium habitus eſt percutere volentis, Iſaiæ 5. *Adhuc manus eius extenta,* Pſalmo 10. *Exurge Domine Deus, & exaltetur manus tua.* Pſalmo 105. *Eleuauit manum ſuam ſuper eos, vt proſterneret eos in deſerto.* Inde extendere manum non ſolùm ad animum percutiendi refertur; ſed etiam, eſt idem quod percutere, 1. Regum 26. *Quis extendet manum ſuam in Chriſtum Domini, & innocens erit?* Ezechiel. 6.14. *Extendam manum meam ſuper eos, & faciam terram deſolatam.* quod alio etiam Hebraiſmo ſolet ſcriptura ſignificare, videlicet; dare manum. nos dicimus: *Darle vna mano.* Quod enim Exod. 7. dicitur, *Immittam manum meam ſuper Aegyptum,* propriè in Hebr. eſt. Dabo manum meam. Alij; ponam manum, *Yo le aſentare la mano.*

1. Reg. 26.9. Ezech. 6.14. Exod. 7.4. Chald. & Vatab.

Itaque percute (inquit dæmon) Iobum, ſentiat vim atque duritiam manus tuæ, da illi manum. ſed quia hic ad externa bona Dei manum immitti petit, fortè hæc locutio referenda erit ad habitum auferre aliquid volentis, aut diripientis: vt illud Threnor. primo. *Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius. Dio le ſaco mano.* Ait ergo repete ab illo, quæ illi dediſti; quæ ille habet multa, atque pretioſiſſima auferto; hoſtem te ſimula; diripe, ſpolia, detrahe. Sic tandem ille ſuæ pietatis verane, an ficta ſit, certiſſimum ſpecimen præbebit.

Threno. 1.10.

2 — *Rom. 5.3.* Tribulatio, & patientia prodūt qualis quiſq; ſit. *Eccleſ. 27.7. Sap. 3.6. Zach. 13.9. Eccleſ. 2.5.*

Verè hoc Satanas, cùm ſcriptum ſit; *Tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem:* nam ad patientiæ, & tribulationum cotem attritum aurum, prodit quale ſit; *ſicut probatur vas figuli in fornace, & aurum,* vel *argentum igne.* Rem verò proponit Deo per ſeſe gratiſſimam; quippe vult (quod ad ſuum honorem, & gloriam pertinet) vt de vera ſolidaque pietate ſuorum ſeruorum conſtet apud homines, & Angelos: neque aliter fieri poteſt, quaſi ex pacto, firmo & ſtabilito, quin DEI ſeruus probetur, & grauiter de illo ſumatur experimentum.

Tribulatiōis & patientiæ examen res neceſſaria. *Tob. 12.13. Luc. 24.26.*

Rem neceſſariam dixit Angelus Raphaël Tobiæ, *Quia acceptus eras Deo, neceſſè fuit, vt tentatio probaret te.* Non aliter dicitur, *Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam.* ſic ante legem tradendam, & teſtamentū paciſcendum veræ amicitiæ, quo illos in ſuum populum & peculium reciperet Deus, & ante ingreſſum in terrā promiſſam probauit Iſraelitas, Deut. 8. *Recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per deſertum, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent, quæ in tuo animo verſabantur, vtrùm cuſtodires mandata illius, an non.* *Deut. 8.2.*

Denique quicunq; *acceſſerit ad ſeruitutem Dei, ſtet in timore,* & paratus ad tentationem ſic accedat, vt *in tempore tentationis,* quæ proculdubio de illo fiet, *non recedat.* Certe cùm Ananias in viſu admonitus, vt quæreret Saulum, dubitaret ea de re, atque timeret lupū infeſtiſſimum gregi dominico inferre, neque planè cognoſceret, qua ratione ſeruus Chriſti effici poſſet ex inimico & hoſte, ſtatim vt accepit à DEO, fore vt in ſuam ſeruitutem & fidelium congregationem per patientiam, & tribulationes pateret illi aditus, neque niſi probatus admitteretur, & ſciens atque volens experimentum, quod de ſe ſumēdum eſſet; dubitationem omnem, & cunctationem depoſuit. *Dixit ad eum Dominus, vade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte. Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati: & abijt Ananias.*

Eccle. 2.1. Act. 9.15.

3 — Verbum tangendi. *Gen. 26.29.*

Et tange. Licèt verbo tangendi grauior plaga ſignificari ſoleat, nonnunquam tamen quæcunque etiam leuiſſima, Genel. 26. *Nihil tuorum attigimus, nec fecimus, quod te læderet.* quo ſenſu videtur dictum à Satana, *tange,* etiam leuiſſimè; non enim auderet magnas clades ſtatim imprecari Iobo Dei amiciſſimo, & id videtur Latinus interpres explicuiſſe, cùm dixit; *paululum;* cùm in Hebr. non ſit paululum, ſed *extende* * *nunc manum tuam,* quaſi diceret, ad breue ſaltem tempus, ne videretur ex inueterato odio, & inuidia veteri perpetuis ærumnis velle Iobum conficere: tum etiam, vt rem non omninò difficilem poſtulaſſe videretur. D. Gregorius ideo paululum dixiſſe notat, quoniam quæcunque externa mala inferat Satanas, parui æſtimat, niſi animam læſerit. Porrò callidè petijt, vt Deus ipſe faceret, quod ſibi horum malorum procuratori, & executori demandandum fore intelligebat. Cùm verò dixit: *Cuncta,* videtur Chryſoſtomo crudelitatem ſuam prodidiſſe, vt qui cuiuſdam partis bonorum direptione non fuerit contentus, ſed cupierit penitùs euertere bonis omnibus.

* Por aora. *Gregor. Chryſoſt.*

4 — Particula *niſi* quid ſignificet. *Vide Franc. Riber. Hom. 8. nab. 21.*

Niſi, Particula compoſita tum apud profanos ſcriptores, tum apud ſacros ex duplici, *Si, Non.* Sed quam habeat vim illa particula controuerſum eſt. Nam quidam non obſcuri ſacrarum litterarum interpretes exiſtimant tantum habere vim ſimplicis affirmationis,

aut ne-

aut negationis: vt hoc loco, *Si non, aut niſi in faciem benedixerit*, id eſt, certiſſimè benedicet, Iſa. 5. *Niſi Domus multæ deſertæ*: id eſt, proculdubiò efficiam, vt deſertæ & abſque habitatore ſint, Iud. 5. *Noua bella elegit Dominus, Clypeus, & haſta, ſi apparuerunt in quadraginta millibus Iſraël*, id eſt non apparuerunt. Sic Septuaginta Vaticani per ſimplicem affirmationem conuertunt; *Certè in faciem te benedicet.* Sed exiſtimo tamen illam particulã. *Niſi*, aut, *ſi non*, aut particulam, *Si*, quando neque interrogat, neque conditionalis eſt, habere vim iuramenti; tum vbi iuramenti ſit mentio, vt Pſal. 88. *Iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar*, Pſalm. 94. *Iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam*, Iſaiæ 14. *Iurauit Dominus exercituum, ſi non vt putaui, ita erit*, vel cùm ipſa iuramenti verba exprimuntur, Ezech. 5. *Viuo ego dicit Dominus, niſi pro eo quod ſanctum meum violaſti*, Geneſ. 14. *Leuo manum meam*, (habitus eſt iurantis) *ad Dominum Deum excelſum, quod* (Hebr. ſi.) *à filo ſubtegminis, vſque ad corrigiam caligæ non accipiam.* Tum etiam cùm nulla iuramenti forma, aut mentio præcedit, Iſaiæ 22. *Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini.* Ieremiæ 15. *Si non reliquiæ tuæ in bonum, ſi non occurri tibi in tempore afflictionis.* Sed notanda in hac iuramentũ forma duo; alterum cùm negatiuè effertur idem valere, quod iuramentum affirmatiuum: *ſi non*, id eſt, iuro ita eſſe, aut ita fore: cùm verò ſine negatione dicitur idem valere, ac iuramenti negatiuum, non ita eſſe, vel non ita fore. Alterum, huiuſmodi iuramentum eſſe execratorium, aut imprecatorium: aliquando autem imprecatio, vel execratio imprimitur, vt Pſalm. 7. *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis*, 4. Regum 6. *Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, ſi ſteterit caput Eliſæi ſuper ipſum hodie.* Aliquando verò execratio ſupprimitur per apoſiopeſim, cùm vehementia affectus, ſicut illud Terentij. *Ne me attingas ſcelesſte, ſi Pol Glicerio non omnia hæc.* ſupple, *diſperream*, aut, *me dij perdant.* Hæc autem reticentia fieri ſolet religionis cauſa, & vitandi mali ominis. Orationem ergo ſic complet Auguſtinus: *Niſi in faciem*, &c. ſupple, * *Quid iubes?* quaſi diceret, vel ſuſtinebo, aut patiar, quod mihi pro pœna iniunxeris. Diuus Thomas ſupplet, malum mihi accidat. Alij, mendax inueniar, aut diſpeream, vel quid ſimile. Sicut dixit ille:

Iſa. 5. 9.
Iudic. 5. 8.
LXX Vatican.
Particula, niſi, eſt nota iuramenti.
Pſal. 88. 36.
Pſal. 94. 12.
Iſa. 14. 24.
Ezech. 5. 11.
Gen. 14. 23.
Iſa. 22. 14.
Ierem. 15. 11.
Pſal. 7. 5.
4. Reg. 6. 31.
Apoſiopeſis.
Terent.
Auguſt.
* Vaya lo que mandaredes.
D. Thom.
Ouid. 2. meta.

Mentiar obſcurum, niſi cùm nox fecerit orbem. Sed
5 tamen non deerit, qui his, quæ diximus, obijciat; cùm Deus in Scriptura iurare dicitur ſub hac iuramenti imprecatorij forma cum reticentia, nihil poſſe commodè ſuppleri. Neque verò in aliquo Scripturæ loco exprimi, vt inde petatur ad ſupplenda alia loca. Reſpondetur, ſubaudiri poſſe, non ſim Deus, aut non habear fidelis, & verax; ne meis verbis fidem adhibeatis poſthac, vel quid ſimile. quòd vero id nunquam exprimatur, eam cauſam eſſe Titelmannus cenſet, quòd Deus non habeat maiorem ſe, per quem iuret. Sed hoc dubitationi non ſatisfacit, cùm iuramentum execratorium non videatur requirere alium maiorem, per quem fiat. commodiùs dici poterit, cauſam huius reticentiæ eſſe, quòd impoſſibile ſit execrationem in Deum cadere; ideo nuſquam exprimi, quod fieri nuſquam poteſt. De re hac docti quidam ſapienter diſputant.

Titel. ſuper Pſal. 94.
Titelm. ſuper Pſ. 94. Forer. Iſa. 5. Ianſ. c. 62. concord.

In faciem. Publicè, apertè, impudẽter, tuam maieſtatem nihil reueritus; ſicut & id, Gal. 2. 6
In faciem ei reſtiti, (ſtatim ſe explicat,) *coram omnibus.* ait ergo, * ſi illum tangas, aduerſum te excandeſcet, & in tuam ipſam faciem iratus inuolabit. D. Thomas aliter, *faciem*, ſumit. D. Greg. aliter, de quo ſtatim.

Galat. 2. 11.
* Tocalde y vereis ſi ſe os viene a las barbas.
D. Thom.

Benedixerit tibi. Benedicendi verbo impudentiſſimum Diabolum minimè vſum fuiſſe, ſed potiùs maledicendi conſiderat Origenes, Philippus, Beda: Moyſen vero, vel quicunque alius fuerit huius libri ſcriptor, ſanctè & modeſtè locutum verbo benedicẽdi, pro maledicendi. Didymus è contra exiſtimat; ſic enim ſcribit: *Pro diris precationibus, & maledictis proſequetur, benedicet, à Diabolo poſitum eſt: in quo verbum adhibuit ſpecioſius, ne Deum verbo aſperiore figere videretur.* idem dixit Hieron. ſuper id, Gal. 3. *Maledictus omnis. Etiam ipſe Satanas, cùm de Iob polliceretur, quod ſi grandibus* * *ius fuiſſet anguſtijs, blaſphemaret, à meliori parte hoc ſignificauit dicens: Niſi te benedixerit.* Mihi Didymus placet; poteſt enim etiam in mente, quam Logici dicunt, vltimata, & inter ſpiritus colloquentes eſſe hæc antiphraſis, cùm notitia, aut conceptus benedictionis dirigitur ad alterum, ita vt ex ea ille alius neceſſariò colligat benedictionem pro maledictione ſibi eſſe repræſentatam; ſed hæc alterius negotij ſunt.

Origen.
Philip.
Beda.
Didymus.
Hieronym.
Antiphraſis in mente vltimata.
Didymus.

Quod verò ad ſignificationem *benedicendi* attinet, Diuus Thomas exiſtimat poſſe accipi propriè in hunc ſenſum; ſi Iobum tangas, manifeſtum erit, quòd non benè, & ex corde tibi benedixerit; id eſt, laudauerit, coluerit: *Sed in faciem*, ſecundùm apparentiam, & ſpeciem externam, ſicut Paulus Epheſ. 6. dixit: *Serui obedite Dominis carnalibus, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo.* quare idem erit *in faciem*, quòd, *ad oculum.* Certe paulò durior & coactior interpretatio. Chaldæus etiam propriè videtur accepiſſe, ſic enim legit: *Niſi coram te orauerit*, quaſi diceret, ſi illi eripueris, quæ dediſti, orabit inſtanter, vt illi ablata reſtituas: neque enim volet tibi ſeruire, bonis ſpoliatus; videbis re ipſa quantum amet diuitias, cùm pro illis obtinendis ſupplicem ſe tibi præbuerit, niſi fortè per contrarium intellectum *orare* accipiat Chaldæus, pro maledictis, & contumelijs cum Deo agere, aut murmuratione, quam dicunt, & diuinæ maieſtatis detractione quadam; ſic enim etiam Hiſpanus detractionem ſignificare ſolet, *Rezar por alguno*, cùm alicui detrahit, cum quo videtur facere id, Pſalm. 34. Cùm Dauid teſtatur ſe ab odio & maledicentia ſuorum inimicorum abſtinuiſſe; * *Oratio mea in ſinu meo conuertetur.*

D. Thom.
Epheſ. 6. 5.
Chaldæus.
Pſal. 34. 13.
* Eſſo me venga, lo que yo les deſeo, y por mi alma vaya lo que por ellos rezo.

Tandem Latinorum, atque Græcorum ſummus in hac re conſenſus aſſerit hoc loco

benedi-

7 *Greg. li. 2. c. 6.*

benedicere, pro maledicere poſitum. Rurſus licet Gregorius *benedicere in faciem*, ſic expoſuerit; *Si accepta perdiderit, faciem*, id eſt, *reſpectum tuæ gratiæ non requiret. Si enim ea, quibus delectatur non habuerit, fauorem tuum etiam maledicendo contemnet*, quaſi diceret, amicitiam tuam nihili faciet, nam illam propter lucrum colebat; tum etiam te maledictis & contumelijs laceſſet, vt quæ non ſit firma & ſtabilis, ſed quæ ſemel dederit, repetat. hoc, inquam, acutè potiùs à Gregorio, quàm ad ſcripturæ phraſim accommodatè dictum eſt, cùm cæteri exponant, *benedicere in faciem*, eſſe, palàm, & impudenter maledicere, vt ſuprà diximus. Sed huius rei contrariæ ſignificationem, ad antiphraſim, ſeu contrarium intellectum refert Auguſtinus, libro contra mendacium ad Conſentium, cap. decimo, in cuius tropi explicationem, & exemplum hunc ipſum locum adducit; ſicut & id, 3. Regum 21. *Benedixit Deo & Regi*, eundemque tropum nominant Philippus & Beda; qui eò dicitur ab Ironia differre, quòd hæc geſtu indicet contrarium ſenſum, Antiphraſis verò non geſtu, ſed ipſis rebus: & quidem etiam Quintilianus, libro octauo Antiphraſim ſub Ironia comprehendit. Sed qui grammaticorum antiphraſim explodunt, quamuis ex illorum grege ſint, non omninò male contrarios hos verborum intellectus, non tam ad antiphraſim, quàm ad Euphemiſmon, id eſt, bonam ominationem pertinere voluerunt. Eſt autem Euphemiſmos, vt Demetrius Phalereus docuit, cùm res odioſas bonis verbis; & impia itidem facta pijs ſignificamus, boni ominis cauſa. Nam Pythagoræi, vt Cicero author eſt, non ſolum deorum voces, ſed etiam hominum obſeruabant; quæ vocant omina. Quæ poſtea Romani, quæ valere cenſebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, fauſtum, fœlix, fortunatumque eſſet præfabantur, præſertimque in ſacrificijs, quocunque temerè prolato verbo triſti, aut miſerando, rem ſacram temerari credebant. Quare rebus diuinis quæ publicè fierent vt fauerent linguis imperabatur, id eſt, vt bona & fauſta loquerētur, à malis & ominoſis verbis abſtinerent. vnde id Tibull.

Augustin. — *3. Reg. 21. 10.* — *Philip.* — *Beda.* — *Quintil.* — Frãc. Sanct. — *Demetr.* — *Cic. 1. de diuin.* — *Tibul. eleg. 2. lib. 2.*

Dicamus bona verba (venit natalis) ad aras;
Quiſquis ades lingua, vir, mulierque faue.

Ergo cum ſermo ſanctarum Scripturarum ſacer ſit, per Euphemiſmon oportet triſtia, & mala verba in bona, & fauſta conuertere, non tam boni augurij captandi gratia, quàm puritatis & ſanctitatis diuinarum Scripturarum conſeruandæ; tum etiam diuini honoris, & laudis colendæ: quare Hieronymus ad Galatas 3. negat vbi *Maledictum*, aut, *Maledictio* dicitur, nomen Dei exprimi. *Audacter* (inquit) *pede ad hoc procedo certamen, vt ad libros prouocem, nullo loco ſcriptum à Deo quenquam eſſe maledictum, & vbicunque maledictio ponitur, nunquam Dei nomen adiunctum.* Si ergo vbi DEVS maledicit creaturæ, non dicitur maledicta à DEO, ſed tantùm, *Maledicta terra in opere tuo; Maledictus Serpens*, &c. quantò magis cùm de hominis maledicto, & blaſphemia agitur, aut Deus nominandus non erit, aut malum verbum in bonum conuertendum, vt hoc loco; aut alia periphraſi circumloquendum fuerit, quale eſt id Eccleſiaſt. 23. *Eſt & alia* (præter iuramētum) *loquela* * *contraria morti*, id eſt, proxima, vicina, è regione mortis, habitans, tendens verſus mortem: intelligit blaſphemiam, quæ Leuit. vigeſimoquarto, morte & lapidatione mulctari iubetur. Alia periphraſi explicant Septuaginta. *Eſt alia loquela induta morte.* Quaſi diceret, tota obuoluta morte, comprehenſa, poſſeſſa à morte, diceret blaſphemum ita eſſe morti certiſſimè deſtinatum, vt iam ſit indutus morte, illis videlicet veſtibus miſerandis, quibus capitis rei induti ducuntur ad ſupplicium. Sed de hac Sanctarum ſcripturarum puritate, & candore verborum, quæ honeſtiſſimę inſtar matronę nullum verbum parùm decens, aut profert, aut audire æquis auribus poteſt, plura dicemus, cum aliquando locus alius feret. Sed illud tandem explicandum eſt, quale nam maledictionis, aut blaſphemiæ genus intellexerit Sathanas, cùm affirmauit Iobum benedicturum Deo? Reſpondeo; Maledictionem quamcunque intellexiſſe, id eſt, quicquid in DEI contemptum, aut contumeliam caderet, detractionem, aut criminationem diuinæ bonitatis, & prouidentiæ, quod ad iram, & blaſphemiam refertur, ex doctrina D. Thomæ.

Hieron. — *Gen. 3. 14. & 17.* — *Eccleſ. 23. 15.* — * Palabras ay que van a parar a la horca y eſtan pared en medio de la caſa de la muerte. — *Leu. 24.* — *LXX.* — *D. Thom.*

XII. Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce vniuerſa, quæ habet, in manu tua ſunt: tantùm in eum ne extendas manum tuam. Egreſſuſque eſt Satan à facie Domini.

1 *Impetrare ſtatim quod petas, non eſt argumentum Dei propitij.*
2 *In manu eſſe, quid?*
3 *Dæmonis fames, humani potiſſimum ſanguinis.*
4 *Dæmon expleri non poteſt, niſi extrema hominum ſtrage; Illum cohrcet Deus. Illuſtratur Iſai. Dæmonis quædam nomina.*
5 *Egredi, quid denotet. Dæmonis celeritas, cur appelletur volatile, & quid, A facie Domini. hoc loco & alijs.*

ECCE. Lubens protinùs tibi meum athletham concedo. Iniquiſſimo Sathanæ concedit Deus ſtatim quod poſtulat, vt hinc diſcas, neque eſſe ſanctitatis argumentum, ſi ſtatim obtineas à Deo, quod petis, neque diuinæ iræ, ſi non obtineas. Simili de re quæſtionem mouet Auguſtinus, tractatu 6. in epiſtolam Ioan. 1. *Diabolus* (inquit) *petijt Iob, & accepit. petijt Apoſtolus, vt auferretur ab eo ſtimulus carnis, & non accepit. Sed Apoſtolus magis exauditus eſt, quàm Diabolus. Apoſtolus enim exauditus eſt ad ſalutem, & ſi non ad voluntatem; Diabolus exauditus eſt ad voluntatem, ſed ad damnationem: ideo enim conceſſus eſt iſte tentandus, vt eo probato eſſet ille cruciandus.*

1 Impetrare quod ores non eſt ſanctitatis argumentum. — *Auguſtin.*

2 *In manu tua.* Ne poſtea calumniaretur leniorem Dei manum, quam oportet, ad probãdam illius ſanctitatem. Non ego eum tangam, tuæ manui & poteſtati committo. *In manu eſſe*, vel, *in manum tradi*, protectionem, & defenſionem ſignificat aliquando; qua ratione iuſti dicũtur eſſe in manu Dei, Pſal. 9. *Tu laborem, & dolorem conſideras*, (quo opprimuntur iuſti ab iniquis) *vt* (deinde) *tradas eos in manum tuas*, (id eſt, vt illos tuearis, & illorum patrocinium ſuſcipias. & ſic cohæret; quòd ſequitur) *Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor*, hoc verò loco *manum* poteſtatem denotat: ſicut & Pſalm. 88. * *Ponam in mari manũ eius.* per Hyppallagem. ponam mare in manu eius, vt non ſolùm terræ imperet, & cum lapidibus regionis pactum ineat, atque terræ beſtiæ pacificæ ſint illi; ſed vt & *venti & mare obediant ei.* Exod. 4. *Reuerſus eſt Moyſes in Ægyptũ portans virgam Dei in manu ſua. Dixitque ei Dominus: Vide vt omnia oſtenta, quæ poſui in manu tua* (in tua facultate, & voluntate) *facias coram Pharaone.*

In manu eſſe ad protectionem referri.
Pſal. 9. 14.
Manus poteſtatem denotat.
Pſal. 88. 14.
*Datele mano en la mar.
Matth 8. & Luc. 8.
Exod. 4. 20.

3 *Tantùm in eum ne*; &c. Non permitto tibi poteſtatem illius ſaluti & incolumitati corporis nocendi. Benè hinc licet cum Apollinari colligere voluiſſe Satanam, vt totus ipſe Iobus illius arbitratui, & poteſtati permitteretur; negaſſe verò Deum. Vt hinc primò diſcas, plus à te Diabolum elicere velle, quàm prima ipſa facie oſtendat, primiſque verbis exigat. nam cùm ille poſtulauerit, vt tangeret Deus cuncta, quæ Iobus poſſideret, deinde verò Deus permitteret, quæ habebat vniuerſa perdenda, & diripienda; contentus tamen non eſt; & ab illius voluntate, & intentione poſtulandi excipit Deus, potiùs ab illius inexplebili fame, eripit potiſſimũ bolum, Iobum ipſum; hunc enim ille ſitiebat, hunc fameſcebat vaniſſima elatus fiducia, *quod influeret Iordanes in os eius*: nunquid enim de bobus cura illi erat? Homines ille appetit. *Væ* (inquit angelus) *terræ & mari.* Sed quid tandem Satanæ inimicitiarum eſt cum terra, & mari? hominibus ſanè cauendum admonet angelus, terra mariqùe degentibus. *Quia deſcendit Diabolus ad vos habens iram magnam.* Omnia ille mundi regna facilè tecum commutabit; neque æſtimabit precium vllum pro commutatione animæ tuæ.

Apollinar.
Satanæ nocẽdi fames.
Satanas plus expetit, quã petere videatur.
Luc. 22. 31.
Apoc. 12. 12.
Matth. 4. 8.

4 Secundò hinc doceberis, Dæmonis inexplebilem humani ſanguinis ſitim, quæ tantis hominum ſtragibus extingui non poteſt; non niſi omnium mortalium extremis calamitatibus ſatiari potuiſſe, niſi illius belluæ hiantem cupiditatem iniecto fræno Deus comprimeret, & ex noſtrarum virium tenuitate nocendi illius facultatem opportunè metiretur. Quam rem clariſſimo experimento diſces, ſi cruciatus implacabiles obſerues, quibus illorum corpora afficit, in quos iuſto & occulto Dei iudicio ſæuiendi poteſtas illi à Deo fit. nam ſi cuiuſquam corpus inuadat, ſenſus omnes lædit, & à propria natura & ſtatu euertit, obſcurat lumina, obſtruit aures, debilitat crura, obſtupefacit linguã, turbat (qua poteſt ratione) mẽntem, & corpus vniuerſum velut inanimem truncum efficit; tundit, vulnerat, cruentat, allidit ad ſaxa, & in obuia quæque vitæ diſcrimina præcipitem agit miſerum hominem. Ille igitur hominum amator, qui *venit vt vitam habeant, & abundantiùs habeant*, in hoc venit, *vt diſſoluat opera Diaboli.* Quare quod ad noſtrum aduerſarium attinet, nunquam noſtris malis expleri poterit, quod duo illa, quæ apud Iſaiam habet nomina, indicant; *Viſitabit Dominus ſuper Leuiathan ſerpentem vectem.* Dicitur: *Leuiathan*, id eſt, additamentum, vel augmentum, nam nullo noſtro malo contentus eſt, nullam poteſtatem ſibi ſatis eſſe, plus ſibi poteſtatis addi, nobis malorum plus inferri ſemper poſtulat. Appellatur præterea, *Serpens vectis.* Pagn. legit, *Serpens tranſiens.* Alij etiam iuxta Hebr. *Serpens fugiens*, aut velox, aut diſcurrens de extremo ad extremum, videlicet omnem locum occupans, omnem exitum obſtruens velut inductus * *vectis*, ab extremo in extremum littus; in nos totos, omniaque noſtra, nulla re excepta dominari cupiens. Quia verò Deus dæmonis poteſtatem, calamitateſque noſtræ imbecillitati attemperat, ſubditur; *Nunquid, iuxta plagam percutientis ſe percuſſit eum, aut ſicut occidit interfectos eius, ſic occiſus eſt?* Quaſi diceret minime ego cum percutio aut percuti Iſraëlem permitto, eo ſum animo, quo illius hoſtes: iſti enim penitus delere, ſtirpitùs excindere, ſibi atque ipſas radicum euellere conantur; neque nocendi modum aliquem ſibi ſtatuunt: Sed ego tamen, & iræ meę modum, & menſuram ſtatuo, atque hoſtium furorem intra certos limites coerceo. *In menſura contra menſuram.* Id eſt, non ſemel, funditùſque deleo, & conſumo hominem; ſed calamitates diuerſis vicibus immitto, ſæpiùs impleo menſuram, ſæpiùs effundo: non totam ſimul, neque ſemel Satanæ nocendi copiam facio. Quæ Dei mirabilis prouidentia hoc loco maximè relucet, cùm ſemper aliquid ſubtrahat cupiditati Satanæ, neque totum Iobum ſemel illi permittat. Secus cùm bona, & beneficia confert: *Miſericordiæ eius non eſt numerus.* quaſi diceret, nulla menſura. *Domine in cælo miſericordia tua.* (nam nullis terminis conſtringitur) *& veritas*, (fidelitas promiſſorum) *vſq; ad nubes: iuſtitia tua ſicut montes Dei* (gradatio quædam eſt, quæ deorſum verſus redit.) *Quemadmodum* (quo modo? quantum? res admiratione digniſſima) *multiplicaſti miſericordiam tuam Deus.*

Satanæ ſitis humani ſanguinis.
Iſa. 27. 1.
Pagnin.
* Es vna tranca que todo lo atrauieſſa de parte a parte.
Pſal. 35. 6.

5 *Egreſſuſque eſt Satan à facie Domini.* Alacritatẽ, ſtrenuitatem, ſolicitudinem in re gerenda videtur ſignificare verbum, *egrediẽdi*: nihil enim aliud expectabat, quam facultatem nocendi Iobo; ea igitur obtenta, nihil moratus, nihil reſpondens ampliùs egreſſus eſt, abijt, exceſſit, erupit, rem perfecturus celeriter. eadem ferè vis huius verbi, Haba. 3. *Egredietur Diabolus ante pedes eius.* in Heb. egredietur (*Reſeph*) id eſt, volatile, vt Hieronymus eo loco exponit, atque ex Hebræorum ſententia propter nimiam velocitatem principi Dæmonum id nomen cõuenire ſcribit, qui Chriſto poſt baptiſmũ ſtatim occurrerit; nec ſolùm *poſt pedes eius*,

Egredi. quid indicet.
Dæmonis celeritas.
Habac. 3. 5.
ורשף
Cur dæmon appelletur volatile.
Matth. 4. 1.

vt inſidia-

LXX.

vt *inſidiaretur calcaneo*, ex lectione Septuaginta; ſed *ante pedes eius*, egreſſus fuerit in campum, locumque certaminis, tempus, & locum præoccupans. Quòd verò eſt, *à facie Domini*, id eſt Angeli, qui ex Dei perſona illi loquebatur Sicut dixit Cain: *Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar*. Id eſt, nó permittis mihi habitare inhoc loco, vbi te præſentẽ exhibes. Secus in alijs locis Scripturæ, illud *à facie Domini* habet longè alium ſenſum.

A facie Domini quid ſignificet.

Geneſ. 4. 14.

AN HAEC DEI VERBA ſolam permiſſionem Dæmoni faciant: an verò etiam nouam illi facultatem aliquam præbeant.

6. *Teſtimonia Patrum quæ videntur probare his verbis contineri Dei præceptum, aut determinatam voluntatem.*
7. *Vera quæſtionis ſolutio. Deus tantùm velle potuit paſsionem Iobi, non verò iniquam tortoris actionem.*
8. *Dæmonis manus & poteſtas à Deo ligata circa naturalia.*
9. *Illa eadem conſtricta in tentando, & ſuperando.*

6. An hæc Dei verba contineant Dei imperium, an verò ſolá permiſſioné.

SED iam hoc loco duas nobis quæſtiones excitabit Theologus. Primam, an his Dei verbis contineatur imperium, præceptumve diuinum, aut Dei voluntas (quam dicunt) determinata; an verò ſola permiſsio facta Dæmoni? nam cum hoc loco de pœnis infligendis ſermo ſit quarum Deus autor eſſe poteſt, neq; ſolum permittere, ſed præcipere etiam, atq; determinatè velle, vt Dæmon Iobum affligeret, nihil videretur ea res lędere diuinam bonitatem. Adde etiam Deum voluiſſe Iobum affligere, cum illum ipſe Dæmoni obiecerit, vt illum expeteret, & poſtularet ad certamẽ, expetitum verò concederet aduerſario. In quam rem Gaudentius Brixianus dixit: quòd Deus quaſi ingeſsit Diabolo Iobi ſanctitaté, vt doleret, indignaretur, inuideret. Et Chryſoſt. voluiſſe Deum, vt Iobus tẽtaretur; proptereaq; percontatum fuiſſe, *Numquid conſideraſti*, &c. Vt luctæ ipſi cauſam afferret. Olymp. crebris laudibus ſuum iuſtum efferre Deum, vt ad ineundum cum athleta certamen, laceſſeret aduerſarium. Grego. Deum prædicaſſe laudes Iobi in deſpectum Diaboli, neq; conceſſiſſe ſemel poteſtatem ſæuiendi in illius corpus, quòd pluribus illum tentationibus, atque certaminibus ſeruaret.

Gauden. Brixian. tract. in ſcriptur. in præfa.
Chryſoſt.
Olympio.
Gregor.

7. Reſponſio.

Reſpondeo, Cùm hæ Iobi pœnæ, atque perpeſsio tot cladium per iniquam ſiue Dæmonis, ſiue aliorum latrunculorum operam, & voluntatem effectæ, & exercitæ fuerint, certè Deus non præcepit; & moraliter tãtùm velle potuit paſsionem, quæ in Iob fuit bona; minimè verò actionem, quæ in agentibus iniqua fuit. Permiſit tamen Deus, dum Dæmonis manum, id eſt, potentiam, quę arctata, & ligata erat, ſoluit, id eſt non coercuit, neque frænauit, quod illa verba declarant: *Ecce in manu tua eſt*, quam cum adhuc coercuerim, nunc expeditam, & liberam relinquo. Quare dixit Grego. quòd vnus, & idem ſpiritus, 1. Reg. 18. *Dicitur Spiritus Domini malus irruere in Saul. Domini* per licentiam poteſtatis; quæ iniuſta non eſt; *malus* per deſiderium voluntatis iniuſtæ. Quare illud *tange*, fortè eſt, permitte, vt tangam nam quod Deo permittente fit, Deus facere dicitur. Neque verò excluderetur Gregorij ſenſus, ſi dicas, illum Spiritum Domini malũ irruentem in Saul, ita vt prophetaret in medio domus ſuæ fuiſſe vehementiorem quendam * iræ motum, qui illum propemodum ad inſaniam adigebat.

Grego. lib. 2. cap. 10.

* Vna rabia diabolica que le hazia hazer locuras.

8.

Altera quæſt. An nunc det nouam aliquam facultatem dæmoni Deus, quam ille naturâ ſua non haberet. Reſpondeo, Naturalem Dæmonis, ſicuti aliorum angelorum potentiam duplicem eſſe circa hæc inferiora; alteram ad applicanda actiua paſsiuis per motum localem; alteram per ſuggeſtionem internam, & propoſitionem obiectorum, commotionem ſpecierum, & ſpirituum, & id genus alia. de quibus Theologi cum D. Thoma diſputant. 1. p. q. 111. & vtraque hæc manus, ſiue facultas dæmonis ligata eſt a Deo, ne tantum noceat, quantum poſſet. Et de prima quidem ex hoc conſtat, cùm ad diripiendas facultates, & domum euertendam, petat & obtineat facultatem, tum etiã, quòd ſine peculiari Dei facultate non potuit gregem illum porcorum in mare præcipitem agere, Matth. 8. Marci. 5. Lucæ. 8. quem locum in hanc rem notauit Tertullianus. lib. de fug. in perſecutione. & acutè in eo loco Diuus Thomas obſeruat non petiſſe legionem illam, vt in homines mitterentur, quia Chriſtum Ieſum de noſtra ſalute ſollicitum minimè id permiſſurum ſibi perſuaſerant. In vniuerſum autem D. Auguſt. 7. de ciuit. capit. vltimo de dæmonibus agens; *Non poſſunt* (inquit) *quod non ſinuntur facere*. Et lib. 2. cap. 23. *tantum poſſunt, quantum ſecreto Dei arbitrio permittuntur*. vide etiam lib. 18. cap. 18. Greg. hoc loco. Cypria. lib. 3. teſtimo. ad Quirin cap. 80. Theophil. Marci. 5.

D. Thom.
Matth. 8. 30.
Marc. 5. 11.
Luc. 8. 32.
Tertullianus
D. Thom.
Auguſti.
Gregorius.
Cyprianus.
Theophilac.

9.

1. Cor. 10. 13.

De ſecunda verò illa Dæmonis facultate videtur locutus Apoſtolus. 1. Cor. 10. *Non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum*: videlicet vt nõ ſolum creſcente, & ampliùs ſæuiente tentatione vires vobis ſuppeditet, quo pares ſitis ferendæ, & perferendæ tentationi; ſed vt eas vires ſubminiſtret, quæ vos validiores, & ſuperiores ipsâ tentatione efficiant. Propterea Apocalip. 20. Vidit Ioannes: *Angelum deſcendentem de cælo* (Chriſtum Dominum) *habentem clauem abyſsi, & catenam magnam in manu ſua*. (id eſt, vt Aretas exponit, vim cohibendi operationem vitiorum) *& apprehendit draconem, ſerpentem antiquum, qui eſt Diabolus, & Satanas, & ligauit eum per annos mille*. detinet itaq; in carcere, & vinculis Satanam ne egrediatur, à facie ſua ad nocendum, & ſeducendum gentes) *& poſt hæc* (videlicet tempore Antichriſti) *oportet illum* * *ſolui modico tempore*. Eleganter verò Gregorius hanc ipſam Diaboli catenam, & vincula habenis comparat; nam Deus optimus, qui prouidentiæ ſuæ

Apoc. 20. 1.
Aretas.

* Por algun tiempo andara el diablo ſuelto.

Gregorius.

Quid, qualitve ſit catena diaboli.

curru vehitur, & ad debitum finem creaturas omnes confert, nunc Dæmoni remittit, nunc intendit habenas; calcaria verò nunquam adhibet.

Cyprianus. *Auguſtinus.*

Hinc eliciunt Cyprian. Sermone 6. de oratione Dominica. & Auguſtinus lib. 2. de ciuitat. cap. 23. Diabolum nec timendum, nec honorandum, cum nihil niſi ex Dei permiſſu agere poſsit. Sed Deum quidem colendum; quem *qui timent, magni ſunt per omnia.* Qui verò nõ timuerit, *Augebit Dominus plagas eius.* Hebr. mirificabit; id eſt mirabiliter augebit, & multiplicabit: videlicet inueniet mirabilia quædam tormentorum genera, quibus impium excruciet; & ſoluet Satanam, qui liber minimeque coercitus exquiſitis illum cruciatibus conficiat.

Diabolꝰ nec timẽdus nec honorandus. *Iudith.16.19.* *Deut.28.58.*

XIII. Cùm autem quadam die filij, & filiæ eius comederent, & biberent vinum in domo fratris ſui primogeniti:

1. *In noſtro aduerſario tum violẽtia, tum aſtutia. Ate Homerica.*
2. *Priſca indumenta. Dæmonis pellis ex leonina & vulpina, Lyſandri apophteg. Nazi. de Iulian.*
3. *Quo tempore inierit Satanas cum Iobo certamen. Ars Dæmonis: & quæ ſint inſidiæ, ſiue methodia apud Paulum.*

I. Vtrum in hoſte valeat aſtutia, an violentia.

VETVS illa controuerſia, plus ne in hoſte valeat, & commendetur aſtutià, an violentia? certè vtrumque valere plurimum in aduerſario humani generis, nihil vero cõmendandum, ſed cauendum & timendum vtrumque, vel ex hoc loco licet colligere; ex quo perſpici poteſt tum immanitas incredibilis, teterrima feritas, & immaniſsima audacia; tum fraudulenta aſtutia, malitioſa calliditas, fallax obſcuritas, veteratoria, multiplex, verſuta nocendi ars. Quid inquam ars, *cui nomina mille, mille nocendi artes?* qualis Ate ab Homero deſcribitur, quæ ex Iouis filia in teterrimam mortalibus noxam conuerſa eſt.

Satanas tum calliditsimus tum ſæuiſsimus.

Homer. li. 19. Iliad.

Ipſa Iouis proles, mortalibus omnibus Ate
Noxia mille modis, pedibus non mollibus vnquam
Repit humi, verum capita ipſa, & maxima rerum
Aggrediens homines affligit.

Homerica Ate.

Hunc ſe eſſe Dæmon ipſe teſtatus eſt, dum monacho roganti quiſnam eſſet, aut qui vocaretur, reſpondiſſe fertur, Mille modis artifex vocor. Hercules Nemæi ſe Leonis tergore cõtegebat. Mauri, vt ſcribit Strabo, Leonum & pardalium, & vrſorum pelles induũt; & dormientibus ſubſternunt: ſimilibusque indutos pellibus in Xerxis exercitu Æthiopes fuiſſe, ſcribit Herodotus. Barbarorum alij eodem autore, ſerpentum, ac piſcium corijs, indumentis, ac ſtramẽtis vtuntur. Alij quibus tam immanis feritas non placuit, vt magna Scytharum pars, tergis vulpium induitur, referente Seneca: tum etiam Thracibus in more, fuit autore Herodoto, caſsides ex pelle vulpina conficere. Sed verſutus Dæmon vtrumque coniungens Leoninę vulpinam aſſuit, qua ſe totum veſte contegat, vt quod vi non poteſt, actu tandem perficiat. ad quod alludere videtur familiare id noſtratium hominum prouerbium, quo veteratorem appellant, Pellem Diaboli, *La piel de Satanas*, Quod vſurpaſſe aliquando Lyſandrum Lacedemoniorũ ducem Plutarchus ſcribit. nam ad eos qui ipſum concidebant, quòd pleraq; fraude tranſigeret, vt indignum Hercule, dixit, *Quo non pertingat Leonina, ibi aſſuendam Vulpinam.* Quod prouerbium à Nazianzeno in Iulianum torquetur, ferum ſimul æquè ac veteratorem: atque illud etiam quod de eodem Iuliano ſcribit, in humani generis hoſtem melius, veriusq; conuenit, ſic ille ait. *Quemadmodum chamæleontem aiũt in quiduis facilè mutari, atque omnes ſubinde colores, candore vno excepto, ſuſcipere. ſic etiam ille Chriſtianis, præter clementiam, in quiduis ſe vertebat, ac perquam crudelis erat ipſius lenitas, & violenta perſuaſio.* Non aliter ſanè Dæmon cum vulpem agit, Leoninam crudelitatem ſpirat; cum leonem, vulpina ſe pelle contegit: veriùs, totus ipſe Leo eſt, totus vulpes, totus crudelitas, totus fraus. Simul vtrumque in Iobo tentando videas, ſeſe mille modis verſare, verſatiorem, vt aiunt, rota figuli, mille laruas induere, mille artibus in mille figuras, inſtar Prothei, ſe conuertere; tempora obſeruare, occaſiones captare; verba componere; ſemper vulpem, nunquam non leonem. In ſumma, omnia dæmonis nomina, quæ plurima ſunt, & illius ingenium ſignificant; aut ſunt violentiæ & crudelitatis, ſiue aſtutiæ atque malitiæ, aut odij & inimicitiarum aduerſus hominem; & ſicut aſtutia vires acuit, & ſæuitiam extimulat; ita odium, & inuidia ſæuitiam, atque aſtutiam exacuit, & incitat. eſt ergo *nouacula acuta*, quæ excindit *faciendo dolum.*

Dæmonis nomen.

2. Feta priſcarum gẽtium indumenta.

Strabo li. 17. *Herodotus lib. 17.* *Senec. lib. 2. epiſt. 90.* *Herodotus.*

Plutarch. in Apopht. Lyſandri apophtegma.

Naz. oratio. 3. in Iulian.

Omnia dæmonis nomina aut ſæuitiæ, aut aſtutiæ.

Pſal. 51. 4.

Sed vt ad rẽ præſentẽ deueniamus, expectauit callidus hoſtis primũ cõuiuiorum diẽ lætiſsimũ, atq; ſplẽdidiſsimũ, vt qui in domo primogeniti celebraretur; atq; eo pertinet, quod cum v. 4. tantum dicatur, *Comederent, & biberent*; nunc, *vinum* addatur, quod ad lætitiam, lautitiamque maiorem pertinere videretur. nam non niſi potentiores, & opulentiores bibebant vinum Iſai. 5. v. 22. & Pſal. 68. Eſt autem in fonte, vini nomen, *Iain*, vnde fortè dictus eſt, *Ianus*, quem dicunt fuiſſe Noë, vſus vini inuentorem. de quo vide Beroſ. lib. 3. Chryſoſtomus, *quandam diem*, intelligit, tempus ante meridiem, cùm præliandi initium factum eſt; nam vltimus nuntius meridie venit, tempore videlicet prandendi. Atque oportuit rem à Diabolo eo tempore procurari, ut vnius diei ſpatium tot acerbitatibus, & certaminibus commode ſuffectura videretur. Sed Origenes tempus primi nuntij colligit meridiem fuiſſe. videlicet ipſam horam prãdij, vt Iobo diſcumbenti ad menſam acerbius & inopinatius accideret. Hæ ſunt illæ technæ, & *inſidiæ* Diaboli, aduerſus quas paratos ſtare iubet Apoſtolus: quæ Græcè dicuntur, *Methodiæ*, id eſt inſidiæ, & aſſultus cum me-

Iſai. 5. 22. *Pſal. 68. 13.* יין Ianus idem qui Noë. *Beroſus* *Chryſoſtomus.*

Origenes.

Epheſ. 6. 11.

μεθοδεῖαι.

thdo, cum ratione, & arte ad fallendum, ad cendum commodiſſima.

XIIII. Nuntius venit ad Iob, qui diceret: Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta eos:

XV. Et irruerunt Sabæi, tuleruntq; omnia, & pueros percuſſerunt gladio, & euaſi ego ſolus, vt nuntiarem tibi.

1. *An nuntij fuerint Dæmones ementiti famulorum habitum. Nomen ſerpentis à nuntiando.*
2. *Nequitia prauorum ſpirituum quid apud Paulum tum etiam apud profanum. Iſtorum nuntiorum acerbitas.*
3. *Nondum ſatis ſubacta terra ab aratoribus Iobi. Ludi Cereales reſpicere potuerunt Samſonis artem cremandarum frugum.*
4. *Quo anni tempore hæc contigerint.*
5. *Amplificatio huius cladis. Quid irruere, ſeu cadere ſuper prædam.*
6. *Qui Sabæi. Saba duplex. Vnde Regina Sabæ? & quibus litteris hæc nomina ſcribantur in fonte.*
7. *Aliorum ſententia de Sabæis. diſcrimen ex ſcriptura nominum non eſt ſolidum. Iſtos Sabæos fuiſ. Arabes. At Regina Saba non de Arabia ſed ex Aegypto. Sabæis, & Thraconitas latrocinijs vnere.*
8. *An Sabæorum habitum ementitus fuerit Dæmon.*
9. *Quid percutere: quid puer. Inuidorum ingenium.*

1. *Origenes.* NVNTIVS. Id quod Orig. in tertio nuntio exiſtimat fuiſſe vnũ aliquẽ è famulis Iobi, idem fere interpretes omnes de omnibus nuntijs intellexiſſe videntur; ſed ita tamen, vt ſemper in illis reluceat Dæmonis tum immanitas, quæ hoſtes ad prædam & cædem accenderit; tum calliditas, quæ a communi plaga nuntios exceperit, & miſerabili oratione inſtruxerit, atque eo ordine, temporeque diſpoſuerit, vt vni alius opportunè ſuccederet, vt importunitate tot cladium, & infauſtorum nuntiorum Iobi conſtãtiam commouerent. Sed Chryſ. Hom. 2. & 3. de patientia Iobi; exiſtimat Dæmonem ipſum nuntiorum formam, & ſpeciem ementitum: ſimile verò exiſtimant Polychro. Et Olympiodorus. & quidem non ſolùm ſæuus, & ſanguinarius nuntius, ſed etiam infœlix & ominoſus, quicquid noui afferat, aut indicet, ſemper Satana eſt. vnde etiam ſerpentis nomen, quod hebraicè dicitur *Nachas* à curioſitate, & callida, inſidioſaq; obſeruatione, in Chaldaica paraphraſi dicitur *Chewia*, ab indicando, ſeu nuntiando quaſi dicat, nuntium, qui nuntiauit Euæ pomũ vetitum. Ergo cum ingens lucrum reportauerat ex prima illa nuntiatione, nunc alicuius vtilitatis ſpe allectus nuntij formam, & officiũ iterum aſſumit. Et videtur ipſa rei geſtæ narratio ſic exigere; non enim aliter videretur fieri potuiſſe, vt vnus ſemper ex his cladibus liber euaderet, & renũtiare poſſet, an alij omnes famuli perijſſent, an verò quidam alij euadere etiam potuiſſent; nec etiam ſi homo eſſet, potuit tam opportunè vnius aduentus alterius extrema verba excipere; vt quoad fieri poſſet nullum reſpirandi ſpatium Iobo cõcederent. Quid, quod verba ipſa, in quibus multum erat momenti ad commouendum animum, non videretur Dæmon commiſſurus homini ruſtico, ſed ſuæ tantummodo aſtutiæ & calliditati crediturus? & ſicut, qui boni aliquid volunt afferre, affingunt aliquid, quo faciant id quod nuntiant lætius; ita certè nuntius improbiſſimus multa affingeret acerbitatis, & doloris, quo nunc rem efficeret luctuoſiorem. Quare ementita figura, habitu, & geſtu miſerabili, dilaceratis veſtibus, tunſus, & fortè etiam ſaucius, facie & manibus cruentatus, fugiendi celeritate creberrimè anhelans, & vix interclusũ ſpiritum potens emittere, ſingulis quibusq; verbis inſiſtens, orationem diluens lachrymis, inauditis verborum exaggerationibus, & ad efficiendam in Iobi animo mollitudinem, & doloris ſenſum comparatis, & quâ potuit acerbitate conditis, atque compoſitis, rem totam expoſuit.

Chryſoſt. *Polychron.* *Olympiod.* נחש חויא

Hinc perſpicies veriſſimum id Pauli, ad Epheſ. ſcribentis, *colluctationem* nobis eſſe *aduerſus ſpiritualia nequitiæ*. Id eſt aduerſus ſpirituales nequitias; vel aduerſus ſpiritus nequiſsimos. Per nequitiam autem, quæ Græcè eſt (*poneria*) malitiam & verſutiam intelligit: quã etiam voce poſtulamus oratione dominica liberari (*apo tù ponerù*) *a malo*. Quo nomine etiam Hiſpanus callidum, & veteratorem atq; mendaciorum, & fraudum non ſolum architectum, ſed etiam diſsimulatorem aliquem appellare ſolet, *Es vn malo, y diſſimulado, que ſabe mil ruindades.* Certè apud Latinos autores illam ipſam vim habet vocabulum, *nequitia*: Quã expreſſit Cicero ijs verbis, quæ in nequiſsimum Dæmonẽ eſſe hic ementita nuntij figura ſimulantem, & contegentem rectè quadrent; inuehitur ille in Antonium, ad amiculam diuertentem: *Delituit* (inquit) *in quadam cauponula, atque ibi ſe occultans perpotauit ad veſperum, ad vrbem aduectus domum venit, capite inuoluto, Ianitor, quis tu? à Marco tabellarius. O hominem nequam; nihil enim magis propriũ poſſum dicere.* neq; verò nos hîc, quàm, ô ſpirituales nequitias, ſpiritum nequam. Quãta verò fuerit horum ſeruorum acerbitas, tum ex re ipſa, tum ex comparatione cum illis mæſtiſsimis nuntijs, qui ſcribuntur. 1. Machab. cap. 5. colligi poteſt. Cùm enim Galaaditæ cõgregati ſunt aduerſus Iſraelitas, huiuſmodi litteras, nuntioſque miſerunt ad Iudam & fratres eius. *Congregatæ ſunt aduerſum nos gentes per circuitum, vt nos auferant. Cecidit multitudo de nobis, & omnes fratres noſtri, qui erant in locis Tubin interfecti ſunt, & captiuas duxerunt vxores eorum, & natos, & ſpolia, & peremerunt illic ferè mille viros. Et adhuc epiſtolæ legebantur, & ecce alij nuntij venerunt de Galilæa conſciſsis tunicis nuntiantes conueniſſe aduerſum ſe à Ptolemaida, & Tyro, & Sidone.* Hi, inquam, nuntij adferunt diſcrimen, in quo prouincia verſabatur. At verò funeſtiores alij, plures etiam numero, rem iam confectam, cum ſummo malo cladeque renuntiant. Sed

Epheſ. 6. 12.

2. Quid nequitia apud Paulum. πονηρία ἀπὸ τοῦ πονηροῦ

Malus dæmonis no- [illegible]

Quid nequitia apud Latinos.

Cic. Philip. 2.

1. Mach. 5. 10.

eſto nuntium triſte perferat nuntius ipſe Dæmon, iuſtus nihil ſibi ab infauſto nuntio timet, cum de illo ſcriptum ſit: *Ab auditione mala non timebit.* *Pſal. 111. 7.*

3\. *Amplificatio infauſti nuntij.* *Boues arabant.* Singulis verbis amplificatur calamitas: nondum enim erat ſatis ſubacta terra, neque ſatis cultus ager excipiendo ſemini, vt ſementis, aut frugis ſpes vlla relicta fuerit. Nondum tunc temporis natæ fruges, nã illas Dæmon, non relinqueret intactas; cum enim ipſe ſit *turbo, grãdo, & Spiritus procellarũ*, illas dilapidaret, atq; conuelleret, aut ſi iã maturuiſſent, violentus, pariter atq; aſtutus velut Samſon alter, vulpina opera vſus, pluſquã trecentas vulpeculas accenſis facibus ligatis ad caudas in ſegetes dimitteret, quas, cum vineis quoque & oliuetis demolirentur, atque conſumerent. *Iudic. 15.* Vim enim ignis, & vulpinas artes ſibi eſſe ad perdendas fruges comminatus eſt hominibus, cum deluſam antiquitaté docuit, vt in ludis Cerealibus, qui in Cereris honorem magnificentiſsimè fiebant, vulpes ſtipulis alligatæ accẽsâ flammâ curſitare in circo maximo cogerent. Cuius rei Alexander meminit. *Alex. lib. 5. cap. 26.*

4\. Quo autem anni tempore hæc contigerint, nõ erit facilè diuinare; nam pro varietate regionum tempus etiam colẽdi agros diuerſum eſt. Et ſunt etiam terræ, quæ bis in anno frumentum, & fructus ferant. In terra autẽ Chanaan tẽpus meſſis hordeaceæ cadebat in mẽſem Martium, vt patet Ioſue, 3. & Leuit. 23. Meſſis verò triticea in finem Aprilis, & initiũ Maij: de qua re doctè diſſerit Abulen. 1. Reg. 12. q. 15. *Ioſue. 3. Leuit. 23. Abulenſis.*

5\. *LXX.* *Et aſinæ.* Septuaginta, *Feminæ aſinæ*, vt fœtus, & propagationis ſpes adempta fuerit *iuxta eos*; vt non per cuſtodum incuriam furto ſublatæ intelligantur, ſed per iniuriam, & vim prædonum. Tum etiam, vt amplificetur infortunium, quaſi ex Iobi infœlicitate natum fuerit, vt adeſſent ibi aſinæ in prædam Sabæorum: quæ, ſi longius paſcerẽtur, vt quondam ſolebant, euaſiſſent prædonum manus. Hebr. *Aſinæ paſcentes* * *ad manum eorum.*

** Q. d. quiſo la deſgracia, que eſtuueſſen a mano.*

** Dicton ſobrecilo.*

Et * *irruerunt.* Lapſi ſunt, præcipites ruerunt in prædam more hoſtili, a (*Naphal*) quod eſt ruere, & cadere ſuper prædam, vnde dicitur Pſalm. 9. *Inclinabit ſe, & cadet cùm dominatus fuerit pauperum.* translatione ſumpta a venatoribus, qui dum feram illaqueatam tenent, aut ſagittis confixam proſtrauerunt, irruunt in eam, & cadentes ſuper eam opprimunt. *Pſalm. 9.*

6\. *Duplex Saba.* *Sabæi.* in Heb. *Seba*; metonimicôs, pro Sabæis. Cæterum duplex eſt Saba, altera, quæ nõ tam eſt regio, quam vrbs in Aethiopia, vel Inſula Nili; cuius meminerunt Ioſep. lib. 2. antiquitat. & Strabo lib. 7. cuius Regina erat illa quæ venit ad Salomonẽ. 3. Reg. & quę dicitur. Regina Auſtri, Matth. 12. & ſic Saba coniungitur cum Aethiopia, & Aegypto, Iſaiæ. 43. v. 3. & 45. v. 14. cum quo etiam facit quod fœminas in Saba, & Aethopia regnaſſe ſcribunt Plinius lib. 6. cap. 29. Strabo lib. 16. Euſeb. lib. 2. hiſto. cap. 1. & res clare colligitur ex 3. Reg. & Act. 8. p. opterea Claudianus dixit. *Ioſephus. Strabo. Plinius. Strabo. Euſeb.*

> *...minis, Medis, leuibuſque Sabæis*
> *Imperat hic ſexus, Reginarumque ſub armis,*
> *Barbariæ pars magna iacet.* *Claud. in Eutrop.*

Sicut etiam Aegyptus paruit Cleopatræ; Maſſagetæ, Thomiri; Aſsyrij, Semiramidi; & ſuis etiam Scythæ Reginis. Altera vero fuit Saba Syriæ regio. ſeu potiùs eadem, quæ dicitur Arabia fœlix, vt Hieronymo placet, in locis. Act. apoſt lit. A. & Strab. lib. 16. Plini. lib. 6. ca. 28. vocant enim incolas Arabiæ fœlicis Sabæos; & ita Pſalm. 71. Saba iungitur Arabiæ. *Reges Arabum, & Saba dona adducent.* & Iſai. 60. *Omnes de Saba venient aurum & thus deferentes* quod dubium non eſt dictum eſſe de Arabia fœlici, quæ auro & thure abundat, vt indicatur Ezech. 27. & ſcribunt Hieronymus in loca apoſt. lit. A. & quæſt. Hebr. in Geneſ. 25. Plin. lib. 1. cap. 11. & lib 18. cap. 17. & lib. 37. cap. 6. & 10. *Altera Saba Syriæ regio. Hierony. Strab. Plin. Pſalm. 71. 10. Iſai. 60. 6.* *Arabia fœlix thure abundat.*

Huius autem Sabææ regionis, vrbiſque diuerſitatis argumentum eſt diuerſitas nominũ in Heb. nam alterum ſcribitur cum *Sin*, *Seba*, hoc loco, & Iſai. 60. & Ezech. 27. 22. & tunc Ianſenius Pſalm. 71. exiſtimat ſignificare Arabiam fœlicem, aut eius regionis vrbem: alterum verò ſcribitur per *C*, *amech C*, *eba*, & tunc ait ſignificare regionem Aethiopiæ, vt Iſai. 43. v. 3. & 45. v. 14. *Nominis Saba diuerſitas in Hebræo.* שבא *Ianſenius.* סבא

Contrario modo Genebrardus, & Interpretatio nominum Hebraicorũ; quæ in fine Bibliorum circumfertur, rem tradunt; nam aiunt priori modo ſignificare Sabæorum Aethiopiam, poſteriori Arabiam fœlicem, cuius metropolis (*Saba*) in monte ſita erat. *Genebrard.* Rurſus horum nominum diſcrimen natũ videtur ex nominibus ſuorum primorum habitatorum; nam filius Regma; dicitur, Saba, Geneſ. 10. v. 7. & ſimiliter filius Iecſan. Gen. 25. v. 3. At verò C, eba dicitur filius Chus, Geneſ. 10. v. 7. & 1. Paralip. 1. v. 9. à quibus vtraque Saba ſua nomina acceperunt.

7\. *Caietan.* Ex his argumentum ſumit Caieta. exiſtimandi hos Sabæos, eſſe quidem Syriæ conterminos, atque hanc ipſam eſſe regionem Saba, vnde Regina Auſtri dicitur Ieroſolimam ad Salomonem veniſſe. Quam rem docuit etiam Ioannes Benedictus in annota. ad cap. 10. 3. Reg. & idem ſenſiſſe videtur Chriſtianus Adrichom. in ſuo Terræ Sanctæ Theatro, in tabula tribus Manaſſe. *Ioan. Bened. Adrichom.* Quibus fauet Hieronymus in Iſai. 65. dicens, Madian & Epha eſſe regiones trans Arabiam, omnemque prouinciã appellari Saba, vnde fuit Saba Regina, quæ venit audire Sapientiam Salomonis. *Hierony.* Argumẽtum, inquam, Caietani eſt, quoniam per litteram *Sin* ſcribitur Saba, tum hoc loco; tum etiam. 3. Reg. 10. ש

Sed in hac re primùm cenſeo, differentiam illorum nominum, non debere admodum religiosè obſeruari, ita vt, *Saba*, & *C, aba*; perpetuo differant, cum enim, *Sin*, &, *C, amech*, ſint ſimilis ſoni, poſſunt etiam in eodem nomine, & re ſignificanda permutari. *Sin & C, amech permutabiles.* Quare potiùs ex re ſubiecta, & antecedentibus & ſubſequentibus vera ſignificatio petenda eſt; & ita Hieronymus qui Saba per *Sin*, ait ſignificare Arabiã de locis Hebraicis Gẽ. 16. ait accepiſſe nomẽ a Saba filio Chus; qui tamen ſcribitur p *C, amech*

Vnde venerit Regina Saba. *Ioſeph.* *Origen.* *Hieronym.*

Secundo non venit Regina Saba de Arabia fœlici, ſed de Aegypto, aut Aethiopia, aut de inſula Meroe: in quo ferè omnes conſentiunt. Ioſeph. 8. antiquitat. cap. 6. Origen. homil. 1. in Cant. Hieronymus ſuper id Ioelis. 3. *Venundabunt eos Sabæis genti longinquæ.* Sic ait: *Sabæum gens trans Iudæam dicitur, de qua fuit & Regina Saba, quæ venit ſapientiam audire Salomonis. de quibus & Iſai. loquitur cap. 45. & Sabaim viri excelſi ad te tranſibũt. vnde & thus venire perhibetur, licèt quidam Sabæos Arabes ſuſpicentur.* Vide Abulen. 3. Reg. 10. q. 2. & 2. Paralip. q. 2. *Abul.*

Tertiò tandem iſti Sabæi ex Arabia fœlici excurſiones facere ſoliti in regiones vicinas hoc loco nominantur. Sic Strabo lib. 16. ait; *Sabæos qui erant in Arabia fœlici, ſolitos excurrere in Syriam & Arabiam petræam.* & Plinius li. 6. ca. 28. dum agit de Arabibus fœlicibus, qui vel ſunt ipſi Sabæi, vel his vicini iuxta mare Rubrum ait; *Ex innumeris populis pars coæqua in commercijs, & latrocinijs degit.* Diodorus quoq; lib. 3. bibli. ca. 12. de Arabia ſic ſcribit: *Quæ vergunt ad Orientem partes Arabes incolunt, quos nominant Abatæos, habitantes patriam, tum deſertam, tum inaquoſam, tum in paucis ferentem fructus. ideo latrocinijs vicinis gentibus infeſti ſunt, atque inuicti bello.* Adde etiam quod Thraconitæ Huſitis etiam vicini, latrocinia exercebant, prędaſque agebant, ex vicinis agris, vt teſtatur Ioſeph. lib. 15. antiquitat. cap. 12. & 1. de bello cap. 15. *Strab.* *Plin.* *Diodor.* *Ioſeph.*

8. Sabæorũ habitum an ſumpſerint dæmones. *LXX.*

Rurſus hoc loco Origines cenſet, id, quod Olympiodoro non diſplicet, hos non fuiſſe veros Sabæos, ſed potiùs dæmones habitum, & figuram Sabæorum ementitos, proptereaque legi apud Septuaginta. *Venerunt prædones,* iſti enim ſunt dæmones nequiſsimi, non niſi ex rapto viuentes, poſtquã ſemel diuinæ gloriæ rapinã tentauerunt, Dæmones ergo, pro ſuo incredibili in res humanas odio, *tulerunt omnia,* propriè, aſſumpſerunt, acceperũt prędã, deprædati ſunt: inde à radice, *lakach.* nomen prædæ, *ma. loac,* inde etiã dicuntur fauces quæ accipiunt & deuorant, & forcipes, quæ extrahunt, & eruunt aliquid, & fortiter capiunt.

לקח
מלקוח

9. Percutere ad magnã plagã pertinet.

Et percuſſerunt. De ingenti plaga dicitur & propriè ad pulſationem aut verberationem pertinet: Hiſpani de quacunque plaga, aut dolore, aut clade alia dicere ſolent, *recio golpe es eſte.* Sed ex adiunctis diuerſas ſignificationes obtinet; nam *percutere* cæcitatem. Geneſ. 19. eſt cæcos reddere. *percutere lingua,* Ierem. 18. eſt falſum teſtimoniũ dicere contra aliquẽ, aut deterre apud iudicẽ. *percutere ciuitatẽ,* eſt vaſtare. *percutere gladio,* vel *in gladio,* eſt vulnerare, interficere. *percutere in ore gladij,* vel *in acie gladij,* eſt adigere mucronem, & ipſam aciem gladij: quã ratione hoc loco etiam ſcribitur in Hebræo, Percuſſerunt eos in ore gladij.

Puer ad miniſterium refertur.

Pueros. Famulos, ſeruos, cuſtodes pecorum, bubulcos, aratores. Pueri autem nomen licèt aliquando ætatis ſit, ſæpè eſt miniſterij, & obſequij: inde ductã ratione, quòd maioribus, & ſenioribus aſſurgere, obſequi, inſeruire debeant iuniores adoleſcentioreſq;. quos Hiſpanus non tam ex ætate quàm ex officio vocat *mocos.* eadem analogiã ætatis & miniſterij, in Græco, *Pais* ſignificat enim omnes qui in familia ſunt, domeſticos, præter patrem & matrẽfamiliâs; tum etiam in Latino *Puer,* vt ait Paulus de verb. ſignific. l. puer, *Pueri* (inquit) *appellatio tres ſignificationes habet; vnam cùm omnes ſeruos pueros appellaremus: alteram, cùm puerum contrario nomine puellæ diceremus: tertiam cùm ætatem puerilẽ demonſtraremus.* Vt igitur acriùs pungat, cædes & hoſtium immanitas cum rerum amiſsione miſcetur à Dæmone. *Paulus.*

Et euaſi ego ſolus. Bis in Heb. repetitur ego tãtum, ſolus ego. vt cladẽ exaggeret, ex qua mirum fuerit vnum tantum euadere potuiſſe, tũ etiam vt indicet non per hyperbolem loqui, ſed nullum alium fuiſſe re ipsa ſuperſtitem, & incolumem ex omnibus famulis.

Ingenium inuidorum. *Baſil. hom. de inuid.*

Vt nuntiarem. Vel inuitus fatetur Dæmon, aut is cui Dęmon ſuppeditabat verba, non ſolatij, ſed augendi doloris, & Iobum pungendi causà hunc famulum à communi clade ſeruatum eſſe. Illa autem eſt inuidi hominis natura, illud ingenium inuidi Dæmonis, vt Baſilius notauit, vt cùm fortunę commutationem dolere ſe oſtendit, & verbis priora narrat, aut collaudat, non id faciat humanitate aut caritate commotus, ſed vt grauiorem proximo calamitatem ex horum memoria, ac deſiderio faciat.

XVI. Cumque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit: Ignis Dei cecidit è cœlo, & tactas oues, puerosque conſumpſit, & euaſi ego ſolus, vt nuntiarem tibi.

1. *Dæmonis methodus, & ordo ſeruatus in his cladibus.*
2. *Dæmonis improbitas & importunitas muſcæ ſimilis. Beelzebub. aſsiduitas tentationum.*
3. *Tot cladium perpetua, continensque ſeries,*
4. *An verus fuerit ignis qui oues tetigit. Quid ignis Dei in Sacro Sermone.*
5. *Quid Tangere, cùm ad ignem refertur. Quid conſumere. Os & lingua tributa igni. Dæmonem fingere Deum faſtidientem ſacrificia. Fulmine tacta nefanſta ſacrificijs.*
6. *Patientiſsimi Iobi cogitatio opportuna. Fulmine tacta, Deo conſecrari exiſtimata. Proterniam facere apud Latinos. Patientia Ceramniæ gemmæ ſimilis.*

1. Methodus à dæmone in cladibus ſeruata.

CVM prima plaga ex hominibus, ſecunda ex cœlo prouenerit, rurſus tertia ex hominibus, quarta ex cœlo & ſuperiori impreſsione, obſeruanda eſt Methodus à dæmone ſeruata, & ordo iſte vicibus alternis; cùm enim humanus animus aliquid mali paſſus ab homine, ſoleat ad Deum confugere, & opem ex cœlo implorare; rurſus percuſſus à Deo atq; repulſam ferens, regrediatur ad humanã opem, & ſolaria rerũ externarum captãda: vt omnem ſolatij & remedij ſpem præcideret, & aditum præcluderet, poſt Sabeorum ſæuitiã fingit Deum iratum, & cœlum aduerſum ſe exardeſcens, ne eò cõfugiat. Deinde ad homines reuertenti, Chaldæos obijcit; tandem ne filios, neue iterum Deũ requirat, vllamve hominum aut numinis fidem implorare poſsit,

ventum è cœlo vehementem immittit, qui domus ruinam, & miſerandam filiorum necem efficiat.

2. *Beelzebub Deus muſcarum.*

Deinde iam hic nõ ſolùm hoſtis noſter Satanam & calumniatorẽ ſe exhibet, ſed quod illius etiam proprium nomen eſt, Beelzebub; licet enim id nomen ſit idoli Acharonitarũ 4. Reg.1. tamen rectè tribuitur principi dæmoniorum, Matth.12.v.24. Luc.11.v.15. idẽ enim ſignificat, quod *Deum muſcæ*, aut *Deus muſcarũ*. Sicut enim muſca, ſordida & importuna beſtiola, quod viribus non poteſt, pertinaciâ tamen, & importuna atq; infeſta impudẽtia vincere conatur, & omnibus locis incõmoda nobis eſt; ſæpè repulſa, redit ſæpè & ab vno loco fugata, certo itinere in eundem locum inſilit; non aliter muſcoſus, & infeſtiſsimus Dæmon inſtat, & iterat tentationes, vt importunitate & infeſtatione obtineat, quod viribus non poteſt; ſcit namq; aſsiduitatem tentationũ multum valere ad labefactandam viri fortiſsimi conſtantiam. Importunitate Dalilæ victus eſt Samſon; victus Adam importunitate Euæ, ſæpius ingerentis pomi dulcedinem. In hanc rẽ D.Greg. explicat id ca.14. *Mons cadens deſluit, & alluuione paulatim terra conſumitur, & homines ergo ſimiliter perdes;* atq; de duarum tentationum generibus ſapienter diſſerit lib.12.cap.13.

Dæmonis improbitas & importunitas. *Iudic.14.* *Iob.14.v.19.*

3. *Cumque adhuc ille loqueretur.* Naziã. oratione in laudem Athanaſij, *Ita* (inquit) *hæc amiſit, vt nec luctib. ipſis ob afflictionum ſeriem, perpetuamque connexionem locus eſſet.* Vnde colligo non plures has clades, ſed vnam continentemq; fuiſſe, ne ſingulæ poſſent deferbere, ſi luctu & lachrymis per partes lenirentur: imo neq; piæ alicui cogitationi ineundę, quã vires & animum colligeret aduerſus dolorẽ, & acerbitatem ſecũdi nũtij, neq; reſpirandi locũ relinquere voluit dæmon. Quare piè potiùs, quàm commodè, aut ſolidè conſiderat Origenes, multa in primo nuntio Iobum mente loquutum fuiſſe, de hoſtium rapina, quos ille nullâ iniuriâ prouocaſſet: de diuitiarũ inſtabilitate; de Dei benignitate, quem alia multò plura reſtiturũ ſperaret: Dæmonemque huiuſmodi pijs cogitationibus occurriſſe nuntio ſecundo.

4. *An iſte fuerit verus ignis. Origen. Chryſoſt. Luc.10.18.*

Ignis Dei. Hunc non fuiſſe verum ignem, ſed à Dæmone per ſpeciem ſimulatum, vel dęmonem ipſum ſub ſpecie ignis, dicunt Origenes, & Chryſo. tanquam fulgur enim, aut fulmen ſatanas de cælo cecidit. Cæteri verùm ignem intelligunt, potuit enim Dæmon applicando actiua paſsiuis, ignem in aere accendere, vel e ſuperiori regione partem aliquam ignis dẽſatam aduehere in terras. Porrò *ignis* pro fulmine; ſicut & Pſal.147. *Ignis* (fulmina) *grãdo, nix, glacies.* & Pſal.104. *Dedit pluuias eorum grandinem, ignem* (fulmina) *comburentem in terra ipſorum.* Pſal. 103. *Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis.* id eſt, qui tempeſtate, ventis, fulgetris, fulminibus tanquam miniſtris vtitur & imperat. vide Exod.9.v.24. & Sap.16.v.16. *Nouis aquis, & grandinibus & pluuiis perſecutionem paſſi, & per ignem cõſumpti.* Cæterum *ignem Dei*, Caietanus dici exiſtimat, quia etſi productus fuerit procurante dæmone, ſed tamen non debet dici

Ignis pro fulmine. Pſal.147.8. Pſal.104.32. Pſal.103. *Caietan.*

creatura dęmonis, ſed Dei. Bella philoſophia, ſed alio in loco opportunior. Cum Gregorio Chartuſianus, qui à Deo permiſſus. D. Thomas, Lyranus, quaſi à Deo miſſus, vt fingat Deũ aduerſus Iobum iratum, & cœlum, exardeſcens in ſuam vltionem.

D. Thom. Lyranus.

Acerbiora certè huius ſecundi nuntij verba: quare Chryſoſtomus dixit, pænituiſſe diabolum primi nuntij, quòd minus rectè cladem expoſuiſſet. ſed, quod ad Scripturæ phraſim pertinet, *ignis Dei* multipliciter dici poteſt; aut quia ad Dei cultum, & miniſterium peculiari ratione pertinet, vt Leuit.11. *incenſum* (propriè, ignẽ) *Domini, & panes Dei ſui offerẽt.* aut quia à Deo irato immiſſus; vt Num.11. *Dominus iratus eſt, & accenſus in eos ignis Domini deuorauit extremũ caſtrorum partem.* aut quia magnus, & vehemens; ſicuti frequenter, quæ magna, & excellentia ſunt in quoque genere Dei, aut diuina, aut ſacra, eſſe dicuntur; vt etiam apud profanos *Auri ſacra fames.* id eſt inextinguibilis, magna. & *ſacra anchora*, maxima & validiſsima, & quã nulla vis poſsit abrũpere. Aut dicetur ignis Dei, quaſi cœleſtis, ex cœlo delapſus, vt per expoſitionem addatur, *cecidit de cælo*; ſicut etiam dicuntur *montes Dei*, montes altiſsimi, & cœlum ſummis cacuminibus ferientes. & Geneſ.19. *Dominus pluit ſuper Sodomam ſulphur, & ignem à Domino de cælo.* id eſt cœlitùs. cœlum verò pro aere aut regione ſuperiori.

Chryſ. hom.3. de patien. *Ignis Dei multipliciter dicitur. Leuit.11.v.6. Num.11.1.* *Vergil.3.Aen.* *Geneſ.19.24.*

5. *Et tactas oues.* D.Thomas primum ipſum leuemque contactum ignis videtur intellexiſſe; nam ait eſſe ſupra vim naturalem ignis, quòd ad primum tactum res conſumpſerit. Sed prę terquam quòd verbo *tangendi* quælibet etiam grauior plaga ſignificari ſoleat, & quòd in Originali propriè ſit, *ignis exarſit in pecore & in pueris* certè Latinus interpres latinius reddidit verbo *tangendi*, quod de fulminum ictibus dicitur: ſicut & Pſal.103. *Qui tangit montes, & fumigant.* & Pſal.143. *Tange montes, & fumigabunt.* & ſtatim exponitur per *fulgura, coruſcationem. &c.*

Pſal.103.32. Pſal.143.6.

Conſumpſit. Propriè deuorauit. Solet lingua, os, ventriculus, fames, tribui igni voraci & conſumptori. Cùm autem oues, potiùs, quàm aſinas, aut camelos, tactas, & concrematas fulmine dicit, videtur velle dæmon non ſolùm percellere Iobum cœlo irato, ſed etiã præteritorum ſacrificiorum pœnitentiã ſuggerere, aut ad deſperationem quandam adducere defectu pecorũ, quæ deinceps poſsit mactare, ad placandum iratum Deum; vt extremam illius cladem amplificet, cui extremum Deũ placandi, & deprecandi remediũ negari iam videatur. Cui ſimile eſt id Pſalm. 108. imprecantis Iudæ proditori extremam miſeriã. *Oratio* (quæ in malis extremum ſolet eſſe perfugium miſeris) *eius fiat in peccatum.* non ſolùm oratione nihil obtineat, ſed ex ea dignior maiori ſupplicio cenſeatur. rem eandem Salomõ explicat Prouerb. 15. *Victima impiorum abominabilis.* Sed in hoc loco augetur vis; non ſolùm victima abominabilis fuiſſe indicatur, cùm Deus iratus victimæ faciendæ pecora ſubtraxerit, ſed iam nulla victima. Suggerebat itaq;

Pſal.108.7. *Prouerb.15.8.*

illi

Pſalm. 3.3. LXX.

illi dæmon, quod ſui hoſtes Dauidi Regi Pſal. 3. *Non eſt ſalus ipſi in Deo eius.* Illud *eius* energiam habet, quod non inutiliter addiderunt Septuaginta; cùm in Heb. deſideretur. Quaſi diceret. Deus à ſe reijcit, qui ad illū cōfugere ſolebat; faſtidit illum; abominatur ſacrificia; inimicū ducit; & neq; aures oranti, neq; ſacrificāti benignum vultum præbere deinceps volet. Quę fulmine tacta eſſent nefauſta habebantur ſacrificijs: ſic Plin. li. 14. ca. 19. ſcribit, fas minimè fuiſſe prolibare dijs vina vitis fulmine tactæ: tum etiam homines de cœlo tāgi malum auſpicium, triſteq; euentum portendiſſe ſemper obſeruatum eſt, vt Titus Liuius ſcribit lib. 2. Deca. 3 & Iulius Obſequens Prodigiorum. ca. 71. 83. 87.

Fulmine tacta nefauſta Sacrificia.
Plinius.
Tit. Liuius.
Iul. Obſeq.

6.

Sed Iobum tamen huic ſuggeſtioni dæmonis ſapienter occurriſſe elegāter ſcribit Orig. *Ego* inquit, *paulatim oues ſacrificaturus erā; ſed illi gratias, qui omnium ouium vnicum holocauſtū ſuo ipſe igne effecit, atq; ſuſcepit.* Mactaſſe me oēs boues in Dei honorem, immolaſſe & cōbuſſiſſe oues & dico, & glorior. Adde etiam potuiſſe Iobū hunc cæleſtē ignem accepiſſe in ſignum Dei propitij, & ſibi ſoli, ſacriſq; vſibus tantummodo Iobum, & omnia eius pecora depoſcentis. Nā ſic etiam exiſtimatum eſt à priſcis, vt quæ loca aut res fulmine tacta fuiſsēt, in nullius bonis fierent, ſed religioſa haberentur, quòd ea Deus conſecraſſe ſibi videretur. Honoriq; , & pietatis teſtimonio, & laudi duxerunt, quod Lycurgi reliquiæ, quòd Euripides item iam conditus, & mortuus de cœlo tacti fuiſſent, vt Plutarchus ſcribit, his verbis rem totā claudens: *Itaq; argumentum ac teſtimonium magnū id eſt, quæ ſunt Euripidis ſtudioſi, illi ſoli poſt mortem contigiſſe, quæ priùs diis immortalibus dilectiſſimo, pi ſſimoq, Lycurgo contigiſſent.* Et quidem quod de Albidio quodam per iocum dixiſſe fertur Cato, grauiter ac ſeriò de ſe ipſo dicere potuit Iob. Albidius ille patrimoniū vniuerſum luxu abſumpſerat (autor eſt Macrob.) vnis exceptis ędibus, quæ incendio conflagrarunt. Tum feſtiuiter in illum Cato; *Proteruiam, inquit, fecit: propterea quòd ea, quæ comeſſe nō potuerit, quaſi combuſſiſſet.* Proteruiam autē facere genus ſacrificij erat, cum ea quæ ex ſacris epulis reliqua fuiſſent, igne abſumebātur. Iob verò exiſtimare potuit verum ſe Deo ſacrificium obtuliſſe ouium, cùm ea quæ comeſſe non potuit, neq; in alios vſus conuertiſſe, igne cœleſti abſumpta fuerint. patientiſsimo, ſapientiſsimoq; viro digna ſane cogitatio, longeq; apud Deum pretioſiſſima. Quare ſicut naturæ ſcrutatores tradunt, quoddam gemmæ pretioſiſſimæ genus, quàm Ceraūniam vocant, quamque Magi apud Parthos diligenter quærant, non alibi inueniri quàm in loco fulmine icto; ita ſanè & hoc fulminis ictu, & conflagratione in Iobi mēte ſapientiſsimi hāc cogitationem pijſsimam gigni, & inueniri potuiſſe credendum eſt. Ex qua diſcere poteſt, qui vel ob afflictam valetudinem, vel rei familiaris iacturam angitur, non debere ſe nimiùm macerare, quòd neque habeat vires integras ad quotidiana pietatis opera, neq; intactas fortunas ad quotidianam

Alex. lib. 14. cap. 14.
Plutarch. in Lycur.
Catonis locus.
Macr. lib. 2.
Quid proteruiam facere.
Plin. lib. 33. cap. 9. 28.
Ceraunię gemmæ natura.
Tribulatio patienter tolerata ſuggerit ſapientem cogitationem.

egenorum ſubleuationem: quam enim victimam veluti per dies, & per partes diſtributā ipſe Deo deſtinārat, Deus anteuertit, ſemel q́, totam, & integram ſibi ſacrificari, offerrique non ſine ſingulari in eum amore prouidentiaque decreuit.

XVII. Sed & illo adhuc loquente venit alius, & dixit: Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaſerunt camelos, & tulerunt eos, nec non & pueros percuſſerunt gladio, & fugi ego ſolus, vt nuntiarem tibi.

1. *Chaldæus profeſsionis & ſcientiæ nomen. Tum etiam & Gentis. Chaldææ Regionis ſitus.*
2. *Chaldæi quare equites. Chaldæi equi & Parthici. Ex præda illi viuunt. Quid nomen Chaldæorū ſonet.*
3. *Quid turma apud Latinos & in Sacro Sermone Numerus ternarius acertum ex militari diſciplinæ præcepto.*
4. *Inuadere quid.*

CHALDAEVS. Chaldæorum nomen aliquando eſt ſcientiæ, profeſsionis, & viuendi inſtituti, quaſi dicas ſapientes aut diuinos. de his ſic Strabo lib. 16. ſcribit: *Diuinatores in pretio erant, vt etiam imperio digni iudicarentur, vt apud Boſphoranos Achaicaras, apud Indos; gymnoſophiſtæ, apud Perſas Magi, apud Aſsyrios Chaldæi, apud Romanos Hetruriæ haruſpices.* cū quo id facit, quod ſcribit Hieron. Iſai. 48. & Ezech. 11. Chaldæos interpretari dæmones, id eſt ſciētes. Cęterùm frequentius eſt nomen gētis, & regionis ipſi⁹, apud quam illa Aſtrologiæ, & diuinandi ars colebatur. Cùm autem in Hebr. *Caſdim*, id eſt Chaldæi, legatur; Septuaginta legerunt. *Equites*, quos dubium non eſt eoſdem intelligi, atque Chaldæos. Eſt autem Chaldeæ regio finitima Arabiæ deſertæ; quæ, vt ſcribit Hieronymus de antiqu. Heb. in Gen. 10. & 22. Hebraicè *Caſdim*, dicitur, a Chaſed filio Nachor fratris Abraham. Geneſ. 22. Ioſeph. 1. antiquit. cap. 14. ait ab Arphaxad illorum principe Arphaxadæos nominatos, Chaldæos. Quidam cum Babilonijs miſcent, cum Syris, cum Aſſyrijs. Alij ab his omnibus diſtinguunt, & nomine terraque ſeparant. Sed magna eſt Syrię, atque Aſsyriæ varietas apud ſcriptores, & quam enodare nō ſit præſentis loci. Chaldæos paruiſſe, ad hæſiſſeq; Babylonijs dubium nō eſt. De his ſic ſcribit Plin. lib. 6. cap. 26. *Babylon Chaldaicarum gentium caput, diu ſummam claritatem obtinuit in toto orbe propter quam reliqua pars Meſopotamiæ, Aſſyriæq; Babylonia appellata eſt.* Strabo. lib. 3. Chaldæos, & Tybacenos Armenijs ſubijcit; & qui nunc Chaldęi olim Chalybes dictos fuiſſe Xenoph. lib. 3. Cyripæd. Armenios & Chaldæos coniungit. Sed certè ſacræ litteræ Babylonios, & Chaldæos pro iiſdem accipiunt, vt patet Ezec. 12. *Adducam eum in Babylonē, in terram Chaldæorum.*

Sed quia reſpectu Paleſthinæ, & Iudææ dicitur Chaldæa, *terra longinqua.* 4. Reg. 20. oportet etiam remotiores fuiſſe Chaldæos à terra Hus: propterea non pedites ſed equites excurſiones in alias regiones facere ſolitos: ideo-

1. Chaldæos idem quod Sapientes.
Strabo.
כשדים
LXX.
Chaldææ regio.
Hieronymus.
Ioſephus.
Chaldæos ad Babylonios pertinere.
Plinius.
Strabo.
Xenophon.
Ezech. 12. 13.
2.
4. *Reg.* 20. 14
Quare dicantur Chaldæi equites.

que à Septuaginta equites meritò dicti ſunt. commendantur autem velocitate, & ferocià equites, equique Chaldæi, tum etiam gens illa à latrocinandi & prędandi induſtria, & inueterata côſuetudine. Hab. 1. *Ego ſuſcitabo Chaldæos gentem amaram, & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat tabernacula non ſua, leniores pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis, & diffundentur equites eius, equites namque eius de longè venient; volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum; omnes ad prædam venient.* Quod de velocitate equorum & equitum ait Habac. traditur etiam a profanis ſcriptorib. Oppianus namque dum de equorum velocitate ſcribit, ſic ait.

Habac. 1. 6.

Oppianus.

Armenij Siculi, Parthique Euphratis ad vndas
Præſtant ....

Et iterum alio in loco,

Qui habitant virides Euphratis ad vndas
Magnanimus viuntur equis in bella leonum;
Accedit leuitas curſus, quodque ora leonis
Intrepidè perferre valent, vocesq; ſuperbas:
Cum reliqui fremitus nequeant tolerare minaces.

Cũ quo facit, quod Parthi & Perſæ Chaldæis vltra Tigrim contermini equitandi fuerint ſtudioſi; & Parthicos equos agilitate & curſu excelluiſſe ſcribit lib. 3. Strabo. Quod verò de viuendi inſtituto ex præda, & rapina ſuprà diximus; teſtatur etiam Xenophon li. 3. de prędia Cyri, ſcribens Chaldæos quoſdam ex pręda viuere, neſcireq; terrã colere, ac nec poſſe quidem aſſuetos ex rebus bellicis vitam degere. lib. autem 4. de expeditione Cyri minoris, arma Chaldæis propria deſcribit, quæ nõ niſi ab equitibus geſtari ſoleãt, videlicet prægrandes cetras, & lanceas: & nomen ipſum, conſentit eadem re, nam *Caſdim*, id eſt Chaldęi Hebrai. ſonat prædatores, aut vaſtatores, à radice *Sadad*, quod eſt vaſtare, aut deprædari.

Equi Parthici.
Strabo.
Chaldæi viuunt ex præda.
Xenophon.
Vnde dicantur Chaldęi. כשדים
שדד

3\. Hi ergo excurrentes per Huſitarum fines, & agros, *fecerunt tres turmas*; nomen Latinum propriè ſignificat equitum aciem; licèt quidẽ in ſacris libris dicatur etiam de peditum, aut quorumcunque hominum cohorte, aut peculiari aliqua congregatione; vt patet Geneſ. 32. v. 7. Exod. 6. v. 26. Hebraicè habetur. *Poſuerunt tria capita*, aut tres duces; ſic etiam Septuaginta Vaticani, *Fecerunt nobis capita tria.* Aquila, *Tria principia.* eodem recidunt omnia; nam ſingulis turmis ſingulos duces, aut Præfectos, aut Decuriones conſtituerunt. Quod autem numerũ ternarium dicit, ad bellicam diſciplinam, & ordinem benè inſtructæ aciei pertinet: eſt itaq; is numerus in diuidendis, & inſtruendis militũ turmis ſeruatus Iudic. 9. *Abimelech iniit exercitum ſuum, & diuiſit in tres turmas tendens inſidias in agris.* & infrà, *Cum cuneo ſuo oppugnans, & obſidens ciuitatem: duæ autem turmæ palantes per campum aduerſarios perſequebantur.* eo etiam reſpexiſſe videtur Iacob, qui poſtquam ſe in caſtris exercuit luctatus cum Angelo tres omnino turmas inſtruxit obuiam Eſau proceſſurus. Licet enim Geneſ. 32. v. 7. dicatur diuiſiſſe populum, qui ſecum erat in duas turmas, ſed tamẽ poſtquam Geneſ. 33. doctior & peritior militaris diſciplinæ euaſerat ex luctatione cum angelo, tres ordines, treſve acies inſtruxit: diuiſit filios Liæ, & Rachel, ambarumq; famularum, & poſuit vtramq; ancillam, & liberos earum in principio in primam aciem: Liam verò & filios eius in ſecundo loco; hæc eſt cohors ſecunda: Rachel autem & Ioſeph nouiſsimos; tertia hæc turma erat. Oportuit autẽ à Chaldæis plures turmas, & cohortes inſtrui, vt alij prędam abigere, alij cuſtodes & famulos cædere, alij vel cædentibus, vel prædam agentibus auxilio eſſe poſſent. Ait ergo nuntius non caſu, ſed hoſtili animo, & pręmeditatos adueniſſe Chaldæos, inſtructo exercitu, & cohortibus ex militiæ præcepto ad inuadendum diſpoſitis.

Turma quid in ſacro ſermone.
LXX. Vatica.
Aquila.
Ternarius numerus acierum ex præcepto militaris diſciplinæ.
Iudic. 9. 43. v. 44.
Geneſ. 32.

4\. Quod autem dicit, *inuaſerunt camelos*, propriè ex He. eſt, irruerunt prædonũ aut graſſatorum more, vt ſpolia detraherent: & prædam agerent. Quare quod ab hac radice, *Paſat*, dicitur. 1. Reg. 27. *Dauid, & viri eius agebãt prædas de Geſſuri*, propriè dicas, excurrebant, vel inuadebant ad prædandum: rurſus per idem verbum dicebat ei Achis. *In quem irruiſti hodie?* id eſt quem inuaſiſti, quem ſpoliaſti, aut ex quo prædam egiſti; In reliquis verbis eadem vis quæ in ſuperiori verſiculo; *gladio*; in ore gladij: *Ego ſolus*, ſolus ego.

Inuadere quid.
פשט
1. Reg. 27. 8.

XVIII. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit: Filijs tuis & filiabus bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti.

XIX. Repentè ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt: & effugi ego ſolus, vt nuntiarem tibi.

1. *Particula Repente, quid valeat.*
2. *Mors ſubita non ſemper cum peccato coniuncta. Filij Iob ſancti. Repentinus interitus impijs dignus. Illuſtratus Dauid ex Græco.*
3. *An verus ventus iſte fuerit? ventus à regione deſerti in bonum, & in malum, idem qui Auſter. Hebræorum ſententia.*
4. *Anguli ædificiorum oſſa pro Principibus. Fundamenta etiam conuulſa.*
5. *An Iob habuerit filios alios ab hac plaga exceptos.*
6. *Extremi nuntij acerbitas ex multis capitibus conſideratur. Dauidis pro Abſalone luctus. Venti Deo, non hominibus obediunt.*
7. *Parentum Caritas erga liberos maxima. Dolor ex illorum morte grauiſsimus. Quædam ex profanis. Explicatus Ezechiel.*

1\. REPENTE. Particula originalis idẽ valet quod *Ecce*; quæ aut referri poteſt ad venti

1\. Particula repentè quid valeat.

venti vehementiam & vim formidandam; ſic enim ea particula ſeruire ſolet admirationi excitandæ rerum maximarum, vt Geneſ. 6. *Ecce ego adducam diluuij aquas ſuper terram.* aliquádo ad tempus refertur, cùm præſtò eſſe, aut ſine vlla temporis mora rem eſſe, aut fieri ſignificamus. Quo modo frequenter eſt particula reſpondentis, & paratum ſe præbentis ad iuſſa præſtanda. Iſai. 58. *Primum ad Sion dicet, ecce adſum.* hoc ergo modo Latinus interpres & Septuaginta acceperunt legentes, *repentè*, quaſi diceret nullà morà, adhuc illis accumbentibus, nemine quippiam tale ſuſpicante, cælo adhuc ſereno, & tranquillo. Repentina verò mors, & inauſpicatus interitus, non eſt manifeſtum, & indubitatum hominis peccatoris teſtimonium, cum hi filij Iob Iuſti fuerint, vt hoc loco aſſerunt Origenes. Greg. Anaſtaſius Epiſcopus Nicænus. q. 17. in Scripturam, vbi rem hanc luculenter tractat. Sic enim Chriſtus Dominus Lucæ 13. docuit illos ſuper quos cecidit turris Siloe non fuiſſe ſceleratiores alijs. Sed frequenter ſanè inſignibus peccatoribus ſubitam mortem tanquam illis commeritum, dignumque ſupplicium Sacræ litteræ comminantur, quale illud eſt Pſalm. 33. * *Mors peccatorum peſsima.* Supple, eſſe debet, aut eſſe ſolet. Sed quid ſit mors mala aut mors peſsima elegantèr explicat Theodorus ex proprietate linguæ Græcæ: *Poneros* (inquit) *eſt prauum & malum genus mortis; mors, non communis, & ſimilis cum reliquis hominibus, ſed amplius aliquid & grauius habet, ſicuti Aſſyriorum interitus, qui mortem formidabilem ſubiere, vſque adeo repentè, & inopinatè angeli cæde proſtrati, ac ſublati ſunt.* Sic fere paucis demptis Theodorus. quare admonetur tanti diſcriminis improbus illis Sophoniæ verbis. *Conuenite, congregamini gens non amabilis, antequam pariat iuſsio quaſi puluerem tranſeuntem diem.* id eſt antequam repentino turbine, & ſæuâ tempeſtate ſubitò exortâ, & puluere excitato obruamini; ideſt repentino interitu, quæ velut æſtiua tempeſtas vos momento proſternat, & breuiſsimè tranſeat nullo inflicto, aut morbo aut dolore

Geneſ. 6. 17.
Iſai. 58. 9.
Subitus interitus non ſemper cum peccato coniunctus. Iobi filios ſanctos fuiſſe.
Origenes.
Gregorius.
Anaſtaſius.
Luc. 13. 4.
Mors ſubita dignum impijs ſupplicium.
Pſalm. 33. 22.
* La mala muerte para el malo ſe hizo.
πονηρὸς.
Sophon. 2. 1.

Ventus. Rurſus de hoc quoque vento, ſicut & de nuntijs ſentiunt Græci, Origenes, & Chryſoſt. & Hieronymus ſuper Hoſæam infra adducendus; non verum fuiſſe ventum, ſed dæmonem, qui ſpiritus nequiſsimus eſt, potuit autem vi dæmonum excitari interim ex colliſis corporibus vel aere vêto ſimili concuti, & conuelli tota domus. Addũt præterea Græci plures dæmones illius ruinæ efficiendæ cupidiſſimos accurriſſe, & in angulos domus incubuiſſe, de quo ſtatim. Si verò fuit verus ventus, qui à regione deſerti ſpirabat, videtur certè Auſter fuiſſe, propterea Hieronymus ait in trad. Hebr. quia deſerta Arabia erat ad meridiem terræ ſanctæ, Auſtrum, & deſertũ pro eodem vſurpari, de quo ſuprà diximus. Forte etiam quia vaſtiſsima illa ſolitudo Pharan ad Auſtrum erat, Auſter intelligitur per regionẽ deſerti, ſicuti exponitur Habac. 3. *Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte Pharan.* Accipitur verò ventus de deſerto veniens in malum; cum tamen Hoſeæ. 13. accipiatur in bonum; *Adducet vrentem ventum Dominus* (Chriſtus Ieſus autor vitæ) *de deſerto aſcendentem, & ſiccabit venas eius*, mortis videlicet. Sed de hoc vento ſic eo loco ſcribit Hieronymus. *Legi in cuiuſdam commentarijs ventum vrentem, quem adducit Dominus de deſerto, illum eſſe, qui percuſſerit domum Iob in quatuor angulis, & fecerit eam ſuper filios ruere conuiuantes: & vnum eſſe de his ventis, quos in euangelio legimus flare & venire cum turbine pluuijs, atq. fluminibus, vt ſubuertant domum, quæ ſuper petram ædificata eſt, ſiue ſuper arenas; quod nequaquam mihi videtur: neque enim in Iob ſcriptum eſt, quod ventum de deſerto Dominus adduxerit, ſed nomen Domini tacitum eſt, vt ventus de ſolitudine qui contra ſanctum virum ſua venerat voluntate, contraria poſsit accipi fortitudo; & venti, qui domorum fundamenta ſubuertunt, vtique ad bonam partẽ non poterunt referri.*

3.
An verus iſte ventus fuerit.
Origen.
Chryſoſt.
Ventus à regione deſerti, Auſter.
Hab. 3. 3.
Ventus à regione deſerti in malum, & in bonum.
Hoſ. 13. 15.
Hieronymus.

Et concuſsit quatuor angulos. In angulis tota domus firmitas conſiſtit, ſunt enim veluti ædificiorũ oſſa; quapropter negat Vitruuius in angulis feneſtras fieri, ne angulorum iuncturæ diſſoluãtur, & firmitas debilitetur. Sic Sophoniæ 1. comminatur ruinam & vaſtationes; *Dies tubæ, & clangoris ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos*: turres plerique intelligunt, quibus munimenta ciuitatum murorumque firmitas continetur, & nititur; ego omnem firmitatem intelligo, metaphora ducta a domo, cuius firmitudo angulis conſtat. Solent verò anguli ædificari prægrãdibus, æquè ac firmiſsimis lapidibus; vnde pro ducibus, principibus, regibus, quib. totius regni fortitudo, & firmitas innititur. ſicuti Iudicũ 20. dicitur, *Omnes anguli*, (Duces, Principes, Decuriones) *populorũ, & cunctæ trib. Iſrael in Eccleſiã populi Dei cõuenerunt* Quare cum Babyloni minatur Deus, deinceps neque proprium Regem, aut Ducem habituram, neque vllam Principis poteſtatem aut fortitudinem, ſic per Ier. 51. loquitur, *Dabo te in montem cõbuſtionis, & non tollent de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamenta.* vnde non diſsimili fortè metaphora quotidẽ Duces quaſi angulares dicimus, *el Cabo*, Heluetij etiam vocant *Cantones.* ergo angulos, qui erãt pregrandibus firmiſsimisq; lapidibus erecti, ventus vehemẽs diſſoluit, atque diſiecit. Quia verò ædificiorum firmitas non ſolùm in angulis eſt, ſed etiam in fundamentis, conſiderant in Catena Græci nõ ſolum concuſſos, & proſtratos angulos; ſed etiam fundamenta ipſa conuulſa, quod extremæ crudelitatis & odij acerbiſsimi eſt; quale illud, *Exinanite, exinanite, vſq; ad fundamentũ in ea.*

4.
Anguli ædificiorũ oſſa.
Vitruuius.
Soph. 1. 19.
Anguli principes.
Iudic. 20. 2.
Ierem. 51. 26.
Pſal. 136. 7.

Oppreſsit liberos. Cùm reliquos domeſticos ruina oppreſſerit, ſolùm meminit liberorum vt Iobum exulceret. An vero alij quidam fuerint filij Iobo, non ex matre familias, ſed ex ancillis ſuſcepti, qui ex hac clade excepti, fuerint, indicare videtur auctor Catenæ ſuper id c. 22. *Per hæc habebis fructus optimos.* idemque ſenſerunt Septuaginta ſuper id cap. 19. *Orabam filios vteri mei.* Hos ergo, vtpotè minus præcipuos, & qui liberorũ primorũ nomine non cõprehendũtur, ſuperſtites fuiſſe nõ ad miſeriarũ leuamẽ, ſed ad augmentũ, fieri potuit. De quo ſuo loco. *Et mortui ſunt.* Acerbitatem huius nuntij hæc efficiunt; Primò, quòd repentina do-

5.
An Iob habuerit ſuperſtites alios filios.
LXX.
Iob. 19. 17.

mus

6. Acerbitatis huius nuntij multa capita.

mus ruina nemini cōceſſerit euadendi locū. Secundò, quòd oppreſsi fuerint edentes, & bibentes, nondum pro illo conuiuio expiati ſacrificio aliquo, ne forte benedixiſſent Deo in cordibus ſuis; quod oportuit eſſe parenti ſanctiſſimo magnam ſegetem doloris; qualis Dauid extitit inopinatus Abſalonis interitus in peccatis ſuis mortui; propterea enim tam largiter fleuiſſe, & intimè doluiſſe credendus eſt. Tertiò, quòd cum filij omnes mortui fuerint, ſeruus tamen aliquis, qui nuntium afferret, euaſerit incolumis, atque eodem reſpicit, quod cum omnes qui in ea domo eſſent, oporteret opprimi, ſed tamen ſolum filiorum ſtrages commemoratur, vt acriùs pungat; ſic obſeruauit Olympio. Quartò, quòd notat Chryſoſtomus, ſic fuiſſe filios Iobi obrutos, & cadauera ita deformata, & compreſſa, vt quod cuiuſque corpus eſſet ſepulturæ mandandum internoſci non poſſet. Quinto, quod cum ventus non hominibus, ſed Deo obſecundet (ſic enim cùm Chriſtus Ieſus *imperauit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna, homines mirati ſunt dicentes, Qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei*) Deum immiſsione vehementiſsimi venti fingit iratum aduerſus vniuerſam Iobi familiā, & elementa omnia in illius malū coniurata; ignem priùs dixit, nunc vētum. Vnde peti poteſt reſponſio illi dubitationi, quam proponit Polychro. Cur in liberorū interitu non armauit hoſtes? Reſpondet ipſe; Ne irruptione perturbaretur vniuerſa ciuitas, cum tamen in Iobum tantùm, illiusq́; domum, non item in cæteros poteſtas illi data eſſet. Sed aptior reſponſio, vt Deum cœlumque iratum repræſentaret, & pugnare contra Iobum orbem terrarum. Adde etiam non fuiſſe facilè credendum regiam prolem ſublatā iri in ſua ciuitate, & domo inopinatis inſidijs: aut hoſtes tā fuiſſe temerarios, & proiectos, vt in regiam ciuitatē irrumpere tentarent, niſi magno quodam, beneque inſtructo exercitu.

Lyranus. *Olympio.* *Chryſoſt.* *Matth. 8. 17.* Polychronij interrogatio. Aptior reſponſio.

7.

Tandem acerbiſsimum nuntium extremo loco ſeruatum eſſe Satanæ methodus & inſidiarum ars petebat, dolorem autem ex liberorum morte conceptum fuiſſe maximum amor parentum erga liberos, qui maximus eſſe ſolet, planè teſtatur. ſunt quippe filij parentū viſcera, in quib. ſenſus doloris, & vt ita dicā, animi mollitudo ſita eſt. Quo nomine cū Paulus ſeruum Oneſimum dignatus eſſet ſcribēs ad Philem. *Obſecro* (inquit) *te pro meo filio, quem genui in vinculis.* ſubijcit, *tu autem illum vt mea viſcera ſuſcipe.* ſunt enim, vt inquit eo loco Hieron. omnes filij parentū viſcera. Appollonius Tyanæus (referente in illius vita Philoſtrato) cū multa de animaliū in ſuos fœtus caritate diſſeruiſſet, illud Euripidis dictum commendat. *Omnibus profectò hominibus filij ſunt anima.* ſed videri ſibi verius, atque ſapientius, ſi de cunctis animalibus eandem ſententia protuliſſet. certe Ariſt. in Ethic. *æque* (inquit) *parentibus vita liberorum cara eſt, atque ſua.* Sed paulò amplius Latinus Paccatus in Panegirico quem Theodoſio dicit, *Influuente* (inquit) *natura plus ferè filios, quam nos metipſos diligimus.* Hinc ſapienter

Parētum erga liberos amor. Filij parentum viſcera. *Ad Philem. 18.* *Hieronymus.* *Philoſtrat. lib. 2.* *Ariſt. lib. 8. ethic. c. 12.* *Latinus Paccatus.*

Paulus Iureconſ. dixit, Nihil intereſſe an aliquis in ſe malum veritus ſit, an in ſuis filijs, *cùm parentes* (inquit) *magis in liberis terreantur.* quare iudices in filijs torquere ſolent parentes, vt citiùs ab illis criminis confeſsionem extorqueant, cùm dubij ſunt, vter illorum crimen admiſerit. Hinc eſt vt decedentibus parentibus filij ſuperſtites maximum ſint mortis ſolatium; non enim omnino mori ſe exiſtimant, qui viuentes relinquant filios, nam vt ait Eccleſiaſticus, *Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilē enim reliquit ſibi poſt ſe.* Si verò filius mortuus ſit viuente patre, & ſe & filium eiuſdem mortis participes exiſtimant, quare pleriq; parentes cuperent alterna, vicariaq; ſua morte filiorum vitā redimere, illud Dauidis lugentis vſurpantes. *Quis mihi det vt ego moriar pro te fili mi.* vnde & id apud iuris peritos; vt ſi accuſato filio pater iudicium, ac defenſionem ſuſceperit, is æque tranſigere poſsit, ac ſi ſuam ipſius vitam, ſanguinemque redimeret.

Paul. l. iſti quidem. ff. de eo quod met. cau. *Eccli. 30.4.* *2. Reg. 18.33.*

Hinc ille locus Ezec. 14. elucidari poteſt. *Si fuerint tres viri iſti in medio eius Noe, Daniel & Iob, ipſi iuſtitia ſua liberabūt animas ſuas, ſed nec filios, nec filias liberabūt:* proponuntur. n. hi viri ſanctiſsimi tanquam oratores feruentiſsimi, pro aliorum ſalute & vita; quorum tamen orationes pro aliorum ſalute exauditæ non ſint, ita Deo diſponente: videlicet non eripuit Noe ſui ſæculi homines à diluuio; neque Daniel fratres ſuos Iudæos à captiuitate; neq; Iob filios ſuos à miſerando interitu.

Ezech. 14. 20.

XX. Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adorauit, & dixit.

1. *Iuſti doloris ſigna. Stoicorum ſtupor, & indolentia. Explicatus Panim. Doloris ſenſus commendat aliquando fortitudinem.*
2. *Surgere celeritatem rei conficiendæ affert.*
3. *Surgere habitus conſtantis animi. Iuſti in ærumnis caput attollunt, impij non ſubſiſtunt. Eccleſiaſtes explicatus.*
4. *Surgere inuicti animi & hoſtem laceſſentis habitus.*

1.

TVNC. Græci ad nuntium extremum hęc referunt, videlicet cùm exceptis alijs nuntijs Iob immotus perſtitiſſet; ſed tamen cognitā morte filiorum iuſte pro humanitatis & patris debito commotus ſurrexit. Poteſt tamen ad omnia referri, ita vt cum oēs quatuor nuntios ſine vllo tēporis interuallo excepiſſet, iam tūc ſibi copia temporis facta ſurrexerit, vt iuſta triſtitiæ, & luctus documenta præberet. Ex quo loco inſenſibiles Stoicos ſancti patres damnant, quippe ad omnem dolorem & humanitatis ſenſum dedolentes, & ſine ſenſu: quos carpunt Auguſt. de ciuit. cap. 9. Lactant. lib. 7. a cap 14. plurib. ſequentib. capit. Senec. lib. 1. epiſt. Cice. Tuſcul. 3. Plinius lib. 7. Hos Paulus perſtrinxit, cum ad Roma. 1. dixit, *ſine affectione, abſque fœdere*, id eſt ſine vllo commiſerationis affectu. Qui ex proprietate Græcæ vocis, *Storge*, eſt ille affectus caritatis, quo parētes afficiūtur erga liberos, viciſsim-

Iuſti doloris ſigna. Stoicorum dedolentia. *Auguſt.* *Lactant.* *Seneca.* *Cicero.* *Rom. 1. 31.* ϛοργὴ

que liberi erga parentẽs, frater erga fratrem &c. qui etiam ſunt abſque fœdere, vt qui cum nemine velint vllo pacis, aut communis vitæ fœdere copulari. Tandem *abſque miſericordia* vt qui nullius miſeria tangantur. Et ſanè idem

Matth. 27. 34. & Marc. 15. 23.

ipſe, qui *cùm guſtaſſet* myrrhatum vinum, *noluit bibere*, ne in medijs doloribus ſenſus retunderetur aut ſtuperet, vult, ne in calamitatibus & ærumnis hebeſcamus, aut conſopiamur indolentiæ, vel ſtupiditatis veterno, neue nobis conueniat, quod in ebrium dicit Sapiens.

Prou. 25. 23.

Eris ſicut dormiens in medio mari, & ſicut ſopitus gubernator amiſſo clauo, & dices, verberauerunt me ſed non dolui, traxerunt me, & ego non ſenſi. Monet ergo Ieremias cap. 2.

Ierem. 2. 19.

Scito, & vide, quia malum & amarum eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum, & non eſſe timorem tuum apud te. id eſt vt amaritudinem calamitatũ ſapiamus, & guſtum ſumamus ærumnarum, quas pro peccatis ſuſtinemus, vt vel hoc ſenſu & amaritudine ad ſanam mentem reuocemur. Tum præterea, tantum abeſt, vt doloris ſenſus extenuet fortitudinem, vt potiùs amplificet, & commendet. vide Ambroſ.

Ambroſ.

ſuper id Lucæ. 22. *Pater ſi vis &c. Non habent* (inquit) *fortitudinis laudem, qui ſtuporem: magis vulnerum tolerant, quam dolorem: propterea dicitur* Iſai. 53. *Sciens infirmitatem.*

Iſai. 53. 3.

2.

Surrexit Iob. Videlicet è ſede regia, aut è mẽſa, vt ſe proſterneret humi, niſi fortè Hebraiſmus ſit. *ſurrexit & ſcidit veſtimenta ſua.* id eſt ſtatim ſcidit veſtimenta ſua; ſicut id Iudic. 20.

Surgere celeritatem affert.

Iudic. 20. 18.

Surgentes venerunt in domum Dei. id eſt confeſtim 2. Reg. 14. *Surrexit Ioab & venit ad Abſalom.* id eſt ſtatim vt accepit nuntium. nam venientes ſerui ſciſſis veſtibus ſuis dixerunt, *ſuccenderunt ſerui Abſalom partem agri igni, ſurrexitque Ioab & venit.*

2. Reg. 14. 30. & 31.

3.

Surgere conſtantis animi habitus.

Philip. ad animi conſtantiam, & patientiæ firmitatem pertinere exiſtimat hunc ſurgentis habitum: tantum enim abfuit, vt conſternaretur caderetue animo, vt ſurgeret potius, atque ſurgendo animum quoque aduerſus tot mala erigeret, & firmaret. Surgẽs itaque non eſt obrutus tot calamitatum fluctibus, ſed caput extulit vndis, iuſtorum more, qui dum de *torrente* laborum in huius vitæ *via bibunt, exaltant caput*, & ſe ſuperiores laboribus & calamitatibus oſtendunt, eoque altiùs ſurgunt, quò magis intumuerit pelagus, magiſque fluctus æſtuauerint, ſicut ſcriptum eſt, *Multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra.* Cum econtra impij *in miſerijs non ſubſiſtant.* in miſerias (inquit Theodoretus) *incident, ſed his ſuperiores non erunt.* obruentur, ſubſidebunt in fece miſeriarum, hærebunt in profundo, non emergent, neque enatabunt. Hi ſunt ſapientes illi, quos à cordis fortitudine & conſtantia deſcripſit Salom. Eccleſ. 7. *Cor ſapientum vbi triſtitia.* quia videlicet, non vecordes, aut languidos ſe exhibent in rebus triſtibus, & aduerſis, ſed animo conſtantes, corde inuictos & inſuperabiles. ſurgere itaque Iob non eſt, locum in quo conſidebat deſerere, ſed potiùs antiquam conſtantiam & mentis ſedem nunquam dimittere, ſed perſtare firmum, immoto pede, erecto animo, recto corpore, & ad obſiſtendum parato: quò id præſtitit cumulatè, quod faciendum præcipit Sapiens Eccleſ. 10.

Iuſti erigunt caput.

Pſalm. 119. 7.

Geneſ. 7. 17.

Pſal. 139. 17.

Impij in miſerijs nõ ſubſiſtunt.

Eccleſ. 7. 5.

Eccleſ. 10. 4.

Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris, quia curatio faciet ceſſare peccata maxima. Id eſt, ſi ſpiritus nequam obtenta à Deo facultate, in te irruat, ne te moueat, neque tua ſede & tranquillitate deijciat; neque te extra te poni permittas, ſic enim optima per ærumnas, & tentationes tuæ vitæ, ſalutariſque medicina peccatis reſcindendis, & præcauendis adhibebitur. ergo ne fugias vſtiones, & ſectiones, ſed conſiſte firmus, neque loco mouearis, vt te dolori ſubtrahas.

4.

Si verò habitus ſurgendi referatur non ſolùm ad conſtantiam in perferẽdis laboribus, ſed ad virtutem & robur animi ſe ad victoriã comparantis, & de hoſtibus triumphum pollicentis, certe dices Iobum præteritas ærumnas ita ſuperaſſe, vt reliquas, ſi quæ eſſent, grauiores & acerbiores ſurgens, ſtansque laceſſeret, & expectaret alacris, victoriam ſibi de omnibus pollicitus. ſimilem ſignificationem habet id cùm in extremis iam malis, deſperatiſque propemodum cladibus populus Dei verſaretur, cum videlicet,

Iſai. 33. 9.

Luxit & elanguit terra, confuſus eſt Libanus, & obſurduit, & factus eſt Saron ſicut deſertum, & concuſſa eſt Baſan, & Carmelus. tunc ſe Deus non ſolùm in tantis malis ſubſidium, atque perfugium, ſed cladium omnium, ærumnarumque triumphatorem, hoſtiumque debellatorem pollicetur, & numen ſuum atque potentiam manifeſtaturum, *Nunc conſurgam dicit Dominus, nunc exaltabor, nunc ſubleuabor.*

Et ſcidit veſtimenta ſua.

5. *Dilaceratæ veſtes lugentium habitus apud ſacros, & profanos. Iobum lugere filiorum mortem.*
6. *Laceratæ veſtes pœnitentiam agentium. Iob ſponte pœnas altas ſuſcepit iuſti in ærumnis ſe præterea macerant. Illuſtratus Pſal. 34.*
7. *Conſciſsio veſtium ad blaſphemiæ deteſtationem. Iob. occurrens primæ ſuggeſtioni blaſphemiæ.*
8. *Priſcus condendi cadauera ritus cum pretioſa veſte, ſed diſciſſa, illuſtratus Chryſoſt. Iob cum hoſte, quaſi cum viliſsimo furunculo agens.*
9. *Abiectio veſtium, ad ineundum certamen ex Paulo, & Salom. Iob laceris veſtibus hoſtes laceſſens.*
10. *Abiectio & conſciſsio veſtium ad liberalitatem pertinens. Matthæus de dextera & ſiniſtra maxilla explicatus ex Auguſt.*

5.

Veſtium dilaceratio quorſum fieret.

ET *ſcidit &c.* Diſciſsio veſtium ad ingẽtem calamitatem, & ſenſum doloris pertinet, quò ſignificetur cor diſrumpi & lacerari dolore. Fiebat tamen nõ in vnam tantùm doloris, aut infauſti euentus ſignificationem, ſed plures; vt poſsit etiam hæc Iobi veſtimentorum dilaceratio ad plura referri. Et primo quidẽ is erat mos, habituſq; lugentium in alicuius obitu, & funere. 2. Reg. 1. *Apprehendẽs Dauid veſtimẽta ſua, & ſcidit, omneſq; viri, qui erant cũ eo, & planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vſque ad veſperã ſuper Saul.* & ca. 3. verſ. 31. dixit Dauid ad Ioab & ad omnẽ populũ, qui erat cum eo, *Scindite veſtimenta, & accingimini ſaccis, & plangite ante*

Lugentium habitus.

2. Reg. 3. 31.

te ante exequias Abner. idque etiam ante legem
Geneſ.37.34. Geneſ.39. *Iacob ſciſsis veſtibus indutus eſt cilicio lugens filium ſuum multo tempore.*
Idem apud profanos.

Vergil.12. Aeneid.
"""" It ſciſſa veſte Latinus.
Coniugis attonitus fatis, vrbisque ruina
Caniciem immundo perfuſam puluere turpans

Et iterum alius.

Iuuen. Satyr.
"""" vt primos edere planctus
Caſſandra inciperet, ſciſſaque Polyxena palla. Lacædæmoniorum hanc fuiſſe in luctu cæremoniam teſtatur
Herodot. Herodot. lib.6. & Græcorum,
Lucianus Lucian. dialogo de luctu, & Romanorũ, Dio-
Diony. Hali. nyſ. Halicar. lib.7. cum de condemnatione Marci Coriolani ſcribit. ergo vt lugeret miſerandam omnium filiorum necẽ, non ſolùm diſcidit veſtes humeris, atque pectore; ſed quod conſequens erat, lugubrem & pullum ſaccum induiſſe credendus eſt, atq; etiam cinere, & puluere conſperſiſſe caput: cum ipſe quoque dicat. c.16. *ſaccum conſui ſuper cutem meam,*
Iob.16.55. *operui cinere carnem meam.*

9. Secundò hæc actio pœnitentiam agẽtibus, & ſeſe coram alijs deprimentibus, & coram Deo humiliter deprecantibus conueniebat;
Ioſue.7.6. Ioſue.7. *Ioſue ſcidit veſtimenta ſua, & pronus cecidit in terram coram arca Domini.* Vid: etiam. 2. Paralip.34.v.19.& 1.Machab.3.v.47. huc illud Ioel. 2. *Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* id eſt plus corda, quàm veſtimenta; ſicut & id
Hoſ.6.7. *Miſericordiam volo, & non* (pluſquam) *ſacrificium.* nam illa externa declaratio, niſi ficta & inanis eſſet futura, internæ contritionis, & doloris cordis ſignificatio quædã erat; ſicut & carnis circumciſio, cordis circumciſionem ſignificabat, & expoſcebat. Ergo tot acceptis cladibus, & plagis ſcindit prætereà ipſe veſtimẽta ſua, & ſpontaneam pœnitentiam agẽs, ſubiectum ſe & humilem Deo exhibet, vir ſapiẽtiſsimus, & Deo flagellanti comitem ſe adiũgit; quò ſe ampliùs maceret, & fatiget. Tam enim longè abſunt viri ſancti, vt immiſſas à Deo calamitates reſpuant, vt cum illas placere Deo intelligant, alias etiam ipſi adijciãt, ſponteq; ſuſcipiant. Hoc ſuorum malorum vnico leuamine vtebatur Dauid. Pſal.34. *Cum*
Pſal.34.13. *mihi moleſti eſſent induebar cilicio.* (non contentus videlicet hoſtium moleſtijs, mihi ipſi hoſtis eram ego ipſe, & moleſtiſsimo cilicio ex animalium ſetis contexto me macerabam) *Humiliabam in ieiunio animam meam* (præter hoſtis inſidias, ego mihi cibum ſubtrahebam & ieiunio animales, corporeaſque vires debilitabam) *& oratio mea in ſinu meo conuertetur* (cum mihi illi male precarentur, bene illis precabar; quod & difficilè, & moleſtum humano ſenſui eſſe ſolet, ijs bene velle, à quib. læſus ſis.) *Quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacebam.* (Cum illi mihi moleſti, & infeſti exiſterent, ego mihi ipſi vim afferebam, vt omni via & ratione illis poſſem placere, & proximi fratriſque officio prodeſſe) *Quaſi lugens, & contriſtatus ſic humiliabar* (illi me ſublatũ de medio cupiebant, ego verò, quò illorum conatus promouerem, & anteuerterem, lugubrem veſtem ſumebam, qua honorificè quaſi meum feretrum proſequerer, in quod me illi iam dudum illatum, & repoſitum cupiuiſsẽt. Fortè ad id alludit, cum 2. Reg.15. fugiens Abſalonem ſponte vrbe fortiſsima ceſsit, cùm in vrbe, quàm in agro meliùs ſe tueri, & defendere poſſet. vt obſeruauit Abulen. tamen ſponte ignominioſam fugam ſuſcepit, ceſsit regia vrbe, regalique ſede, fugit nudis pedibus, non enim tam fugam celerem, quam moleſtam & laborioſam inibat; non equo, non calcaribus vſus, ſed calceis etiam, qui in montes arduos & difficiles aſcendentem leuare poſſent, depoſitis: tum etiam, *Scandens & flens, & nudis pedibus incedens, &* * *operto capite aſcendebat plorans*; videlicet pro more lugentium lu- 2.Reg.15. * Con vna loba, o con vn capirote de luto.
gens & contriſtatus; ſic igitur ſuam mortem, quam expetebat Abſalon) lugebat, & contriſtatus humiliabatur. Non aliter ſe feciſſe teſtatur Iob; poſtquam multa, quæ pertulerat mala commemorauit, & mille ſe vulneribus proſciſſum dixit, *Cõcidit me vulnere ſuper vulnus;* quas ipſe pœnas alias adiecíſſet, ſubiungit, *ſaccum conſui ſuper cutem meam, & operui cinere carnem meam.* quaſi diceret, accepta vulnera non oleo, non reſina, non malagmate leniui, neq; obligaui; nõ ſanguinem fluentem compeſcui, neque vinciui; ſed quaſi aceto, ſaleq; perfunderem, ſeroſo cilicio cooperui, & cinere conſperſi. Scidit etiam veſtimẽta ſua quaſi primis verberibus admonitus, vt veſtem proijceret, quo ſe nudum flagellanti præberet: quaſi illud vſurpans Pſal.37. *Quoniam ego in flagella* (futura infligenda) *paratus ſum,* &(quàuis) *dolor meus* Pſ.37.18.
(quem nunc iam perfero à te, ab hoſtibusque meis illatum) *in conſpectu meo ſemper.* Nõ hoc impiorũ ingenium, qui Dei comminatiobus, ſupplicijs etiam, quibus poſſunt voluptatum generibus occurrere nituntur; nam *Vocabit Dominus exercituum in die illo ad fletum, & ad planctum,* Iſai.22.12. 13.
& ad caluitium, & ad cingulum ſacci, & ecce gaudium, & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum.

Tertiò hæc veſtium dilaceratio, & intimi doloris ſignificatio ſæpè vſurpata eſt in blaſphemiæ deteſtationem, & Dei honorem, vt qui Dei iniuriam accepiſſet, rumperetur præ dolore. ſic fecit Ezechias. 4.Reg.19. & Iſai.37. *Audiens blaſphemias Rabſacen.* atque Iere.36. cum ſacrum volumen dilaceratum & combuſtum eſt, criminis ingentis notantur, qui nullã doloris ſignificationem ad tantum ſacrilegium præbuerunt. *Non timuerunt, neque ſciderunt veſtimenta ſua rex, & omnes ſerui eius, qui audierunt omnes ſermones iſtos.* Eodẽ videtur ſpectare id Act. 12. cùm Rex Herodes argentea veſte coruſcãs, & diuinos ſibi honores deferri à populo intelligens, miſerè interijt, *eo quòd non dediſſet honorem Deo,* videlicet diſciſſa veſte, quæ tunc peculiari ratione debuiſſet: diſcindi, cũ ea fuiſſet populo erroris occaſio. aliter Paul. & Barnab. act.14. quibus cum Iouis ſacerdos ſacrificare pararet, *conſciſsis tunicis exilierunt in turbas clamantes & dicentes Viri quid hæc facitis? & nos mortales ſumus.* Iam ergo, licet de hac veteri cæremonia nihil ſciatur ante legem ad blaſphemiæ deteſtationem præceſſiſſe; ſed pulchrè

7. Dilaceratio veſtium in blaſphemiæ deteſtationem.
Iere.36.24.
Act.12.13.
Act.14.v.13.& 14.

tamen extendi euſque poterit, atque cum dilaceratis Iobi veſtibus conſui. Namque cum illi propoſitum eſſet dæmoni, ſicut pollicitus eſſet, fore vt Iobus Deo benediceret, credendus eſt multos ſtimulos hominis animo adhibuiſſe, & multas blaſphemiæ cogitationes ſuggeſſiſſe, vt illum ad aliquod blaſphemiæ verbum pertraheret. Sed blaſphemaret, ſcilicet, aut diuinæ prouidentiæ detraheret, qui ad primam cogitationem, primamque tanti criminis ſuggeſtionem, quam interius ſibi audire videbatur, illico ſurrexit, & quaſi præcordia in Dei honorem, & blaſphemiæ deteſtationẽ diſrumperet, veſtimenta etiam conſcidit.

Iob primæ blaſphemiæ ſuggeſtioni reſpondit veſtium dilaceratione.

8 Quarto nūc vocat Origenes illam alia condendi cadauera antiquam cæremoniam: nam ſi quando pretioſa veſte contectum cadauer condi oporteret, veſtem prius conſcindebant, ne forte, ſi integra eſſet, furandi occaſio daretur, & cupiditas furibus iniiceretur exhumandi corpus, & indigne tractandi. Neſcio an de hac re intelligendus ſit Chryſoſt. hom. ſuper orationem Annę, paulo ante finem, dum de diuitum morte, & funere loquitur in hęc verba. *Cùm defuncto multam inuolueris veſtem pretioſam, & aurea, aut, nihil aliud niſi maiorem mœſtitiam, & acuta ſatiorem attuleris, & aduerſus defunctum omnium ora reſeraueris, & accenderis acriorem auaritiæ accuſationem, ſingulis lacerantibus, & ſuffocantibus defunctum, ac maledicentibus, quod neque mortuus circa pecuniæ inſaniam diſſoluit, nec hoc tantùm eſt graue, verùm & quod furum oculos aperit.* Hoc ſibi ipſi officiū præſtitit Amata Regina Latini Regis vxor; nam cum furore ad ſuſpendium adigeretur.

Origen.
Antiquus funerum ritus.
Chryſoſto. explicatus.

Purpureos moritura manu diſcindit amictus,
Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.

Virgil.12. Aene.

Iob itaque viuus adhuc, paratus in quamcunq; ſortem, pro ſingulari ſui animi virtute ſcidit veſtimenta ſua, & aduerſarios ſpiritus his verbis compellat, Iam vos nequiſſimi hoſtes de me actum putatis; iam me ſublatum vultis de medio, & repẽtino aliquo caſu obrutum; iam de præda diſceptatis, & ſuper veſtem meam ſortẽ mittitis, ſed furunculi viliſſimi, regales has meas veſtes ego prius dilacerabo, ne me mortuo nunc vos prædam incolumem, & integram vobis retinere aut iactare poſſitis. Non aliter vir fortiſſimus ſtipatus latronum caterua, hoſtibus inſultaret, prius vitam profuturus cum ſanguine, quam pallium largiturus. Hiſpanus id diceret, *primero ſaldrá de mis manos verdaderas.* Non ſic diabolo, non dæmonibus cum pallio, non oculi, non manus, non pedes, rumparis prius, & membratim conſcindaris, quam de te viuo & ſoſpite ille triumphet, quam ve ſtis ſeruitas integer. Elegans illud in primis eſt & quod huc faciat, quod de mundi cõtemptu Seneca diſputans ſcripſit ad Lucill. *Circumſpiciendum nobis* (inquit) *eſt quomodo a vulgò tuti eſſe poſſimus. Primùm nihil concupiſcamus, vnde rixa eſt inter competitores: deinde nihil habeamus, quod cum magno emolumento inſidiantis eripi poſſit, quam minimū ſit in corpore tuo ſpoliorum, nudum latro tranſmittit: etiam in obſeſſa via pauperi pax eſt.*

Iob eſt hoſte [illegible]
Simile.
Non ſunt noſtra ſpolia tradenda hoſti.
Senec. epiſt. 14 ad Lucil.
Paupertatis, & laceratarum veſtium laus.

9 Quinto, Græci, Orig. atque Nilus, eximium luctatorem, & inſuperabilem monomachum Iobum agere, dum veſtes lacerat, exiſtimant. Nam Syrorum gens, teſte Orig. cum conſerendæ erant cum hoſte manus, veſtes conſcindebant, & abiiciebant, & nudo pectore ſeſe in medios hoſtes audacter cõiiciebant: aliæ quoque barbaræ nationes ſpoliatæ, atque tunicis ſuccinctæ, nudis pectore & humeris hoſtes excipiebant, *Omnis* (inquit Paulus) *qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet.* non enim niſi nudos, vt Nilus ait, in ſtadiū lex certaminis deducit. Hinc illud vulgatum Gregorij dictum: *Qui ad pacis agonem venimus, uel tamen contra malignos ſpiritus ſumimus. Nihil autem maligni ſpiritus proprium in hoc mundo poſſident: nudi ergo cum nudis luctari debemus, nam ſi veſtitus quiſquam cum nudo luctatur, citiùs ad terram deiicitur, quia habet vnde teneatur: qui ergo contra diabolum ad certamen properas, veſtimenta abiicias, ne ſuccumbas.* Non aliter Ioſephus ille caſtitatis athleta in manu voluptatis illum tenere conantis veſtimenta reliquit, nuduſque profugit victoriam triumphumque reportans, non aliter primus homo dum in ſtadio conſiſtebat, cum hoſte conflicturus, nudus erat; vbi autem victus eſt, & è paradiſo, videlicet loco certaminis, repulſus, indutus eſt, vt qui nuditatem ſimul cum certandi virtute receſſiſſet. In quam rem Nilus accommodat id Salomonis præceptum, Prou. 27. *Tolle veſtimentum eius, qui ſpopondit pro extraneo.* Quem locum ſic Septuaginta Complutenſes legunt: *Tolle veſtimentum eius; aduenit enim iniuriator, qui aliena diſperdit.* Septuaginta autem Vaticani, ſic; *Aufer veſtimentum eius, prætergreſſus eſt enim iniurioſus, qui quidem a iena vaſtat.* Ait itaque Nilus, auctorem prouerbiorum præcipere ludi, certaminiſque magiſtro, vt eius, qui luctaturus cum hoſte in arenam deſcendit, veſtimenta detrahat; Ergo Iobus prouocatus ab hoſte hoſtem prouocat, atque laceſſit; & qui terrenis rebus nuncium remiſerat, veſtes conſcindit, & abiicit, diuinæque virtutis oleo perunctus, nudus nudum & corporis integumentis carentem aduerſarium expectat.

Origenes & Nilus.
Syrorū mos in prœlio.
Abiicere veſtes habitus ineuntis præ lium.
1. Cor. 9. 25.
Gregor. homil. 32. in Matth. 16. & Luc. 19.
Ioſephus dimittens pallium.
Prou. 27. 13. LXX. Complut. Vaticani.
Iob nudus nudū prouocat hoſtem.

Sexto tandem hanc dilaceratione veſtium dicas eſſe infracti cuiuſdam, pariter, ac liberalis pectoris; quaſi diceret ad ſuos hoſtes: 10
Alijs ſpoliatus rebus omnibus, ſi quid mihi reliquum eſt, videlicet veſtem hanc, qua contegor, mihi inuidetis, non eſt quòd per inſidias illam auferre moliamini, libenter illam abiiciam, nulla iterum ſumendi ſpe: nam ne poſſim iterum illa vti ego prius abiiciam, in fruſtaque comminuam. Neque ſic tamen bona me vlla amiſiſſe exiſtimo, nam quæ extra me ſunt, nihil ad me; bona mea in pectore aſſeruata & recondita habeo, & omnia bona mea nudus licet mecū porto. Conſonat cum Chriſti aſſertoris doctrina, Matth. 5. *Dico vobis non reſiſtere malo,* (Chryſoſt. diabolo in impijs operanti) *ſed ſi quis te percuſſerit in dexterā maxillam, præbe illi & alteram: & qui vult tunicam tuam tollere, præbe ei & pallium.* Nullū finem patientiæ præſcribere, nullum ſpoliationi, nuditati, paupertati: quem locum acute tractat Auguſt. epiſt. 5. ad Marcel. maxilla quidẽ dextera ſecurior eſt, quòd non reſpondeat dexteræ manui, ſed ſiniſtræ aduerſarij percutientis (cum etiam melior & hono-

Veſtium abiectio ad liberalitatẽ pertinere.
Externa omnia non ſunt vera bona.
Matth. 5. 39.
Auguſtin.
Quid dextera maxilla, quid ſiniſtra,

ratior eſt: cùm ergo meliora bona tibi voluerit inimicus auferre, cùm interiorem tunicam & animæ virtutes, expone terrena omnia bona, & ſiniſtrã maxillam, externumq́; pallium, quæ cum ille abſtulerit, nihil quod vere bonũ ſit, amiſiſſe te puta. Paulus verò eximius laborum exantlator, qui cum vincula audit, *non ſolùm alligari, ſed & mori paratum* ſe præbet, vt nullum ſuſtinentiæ finem faciat, ſic nos inſtruit, 1.Cor.6. *Delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos, quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?*

Actor.21.13.
1.Cor.6.7.

Et tonſo capite corruens in terram adorauit.

11 *Capitis & barbæ abraſio in commutatione fortunæ, vel in malum, vel in bonum.*
12 *Recindere barbam militare volentis. idem etiam recindere capillos. Iobi certamen.*
13 *Abraſio capitis in ſacrificijs. Iob ſpontaneam oblationem cum aliorum tum ſui ipſius offert.*
14 *Morituros abſcidiſſe comam. Quædam ex profanis. Iob paratus mori, non ſolùm ſpoliari.*
15 *Corruere in terram lugentis, adorantiſue habitus, varij adorandi geſtus, ex ſacris & profanis.*
16 *Adorare pro incuruare ſe, aut genuflectere ex Heb. & huius analogiæ ratio. explicatur locus 4.Reg.*
17 *Militem procedere ad pedes Imperatoris quid. Iob ſupp. ex coronam petit.*
18 *Iobi virtus in medio duorum vitiorum.*
19 *Comparatio cum alijs qui ſ. ſuorum mortem luxerũt in ſacris. explicatur luctus Dauid.*
20 *Eadem cum alijs quoq; comparatio. expenſa mors Heli.*

11
Origenes.
Gen.41.14.

ET *tonſo capite.* Origen. vult, hoc non luctus, ſed lætitiæ cauſa factũ; ſicut & de Ioſeph ſcriptum eſt, Geneſ.41. *Eductum de carcere Ioſeph totonderunt, ac veſte mutata obtulerũt ei.* Certum eſt tamen vt diſciſionem veſtium, ita & tonſionẽ capitis ad lugendi conſuetudinem, & cæremoniam pertinuiſſe. Quia verò tum in ſacris literis, tum in profanis mos tondẽdi aut radendi caput, & barbã, iam mœroris & luctus eſt, iam vero lætitiæ & melioris fortunæ, ideo ſapienter docet in Catena Chryſ. & Greg. lib.2. c.17. pro varietate regionum, & temporum, ita quoque varios mores, & ritus, atque adeo contrarios viguiſſe. Semper quidem fortunæ, & ſtatus cõmutationem ſignificare volebant tonſione capitis, & abraſione barbæ, vbi coma & barba prolixa ornamento erat: vbi verò abraſa barba, & tonſum caput amabatur, intonſi erant in luctu. Mæroris & luctus caluitium & detonſio ſunt, 1.Eſdr.9.v.3. Iſa.15.v.2.& 22.v.12. Ier.7.v.29.16.v.6. Ezech.24.v.17.& v.23 Mich.1. v.16. fuit etiam captiuitatis, & ſeruilis contumeliæ, aut ingentis ignominiæ, & opprobrij, 2.Reg.10.v.4. 2.Eſdr.13. 1.Paral.19.v.4. Deut.32. v.42. Ezech.29.v.18. *Nabuchodonoſor ſeruire fecit ſeruitute magna, omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus.* vnde Ariſtot.1.Rhetor. dixit, comam eſſe libertatis argumentum. Quare cùm apud ethnicos probro, & ignominiæ haberetur tonſura capitis, tonſus eſt D.Petrus ab his, qui eius ſermoni non credebant, & hac ratione illuſus, vt ſcripſit German. epiſc. Conſtantinopol. in Theoria rerum Eccleſiaſticarum. E conuerſo comam & barbam prolixã aliquando fuiſſe luctus, & mœroris ſignum indicatur Gen.41. v.14. & 2.Reg 19. v.14. cum *Miphiboſeth deſcendit in occurſum regis illotis pedibus, & intonſa barba, veſteſque ſuas non lauerat, &c.* Ad honorem quoq; & dignitatem videtur pertinere id Baruch 6. *Sedent habentes capita & barbã raſam.* Qua re quo ab illis ſecernerẽtur, ſuis ſacerdotibus præcepit Deus, Leuit.19. *Non attondebitis capus in rotundum, nec barbam radetis.* Quo etiam ſpectaſſe Nazaræorum lex, Num.6. de nutrienda coma, viſa eſt. Apud Romanos, vt Martial. lib.2. indicat, barba reorum prolixa erat. Nos ſimilem vocamus, barba lugentis vxorem, *barba de biudo.* Imperatorum vero vſque ad Neronem barba raſa fuit, vt Aulus Gellius ſcribit, lib.3. cap.4. Verum cùm multa de hac re dici poſſent, multaque eleganter cõgeſſerint noſtræ ætatis viri doctrina excellentes, & bene de ſacrarum literarũ ſtudio meriti, ſatis fuerit illos indicaſſe, quo nos ad alia properemus. illi ſunt Antonius Gueuara dum explicat Habac. dicentem: *Denudaſti fundamentum eius vſque ad collum.* & Alfonſus Mẽdoça quæſtione ſua 5. de Nazarçorũ capite non tondendo.

Tondere caput luctus eſſe.
Chryſoſt.
Gregor.
Capitis & barbæ abraſio in fortunç & ſtatus cõmutatione.
Tonſura D. Petri.
German.
Baruch 6.30.
Leuit.19.27.
Martia. lib.2. epigram.
Agellius.
Gueuara.
Mendoca.

Quia vero non ſolum ad lętitiam, aut luctũ ſed etiam ad militarem habitum vſurpabatur capitis & barbæ abraſio, tum etiã ad quædam ſacrificia, ideo nihil molle aut imbecillium, nihil parum pium aut religioſum de hac capillorum detonſione exiſtimandum eſt. Certè Ambr. lib 6. Examer. dixit, comam eſſe terribilem in bellatoribus: ſed tamen barbã raſiſſe erat militare volentis, vt ille dixit: 12

12
Capitis & barbæ abraſio militaris.
Ambroſ.
Alexis.

Si quem recisa forte barba videris,
Mihi videtur militare velle.

Abantes quoque natura pugnaces, & cominus pugnandi periti, anteriorem capitis partem tondebãt, ne vllas hoſtibus ad capiendũ anſas darent; ob eandemque rem ſuis ducibus, vt barbas raderent imperauit Alexand. vt ſcribit Plutar. in Theſeo. Iob itaque non ſolum veſtimenta abijcit luctaturus cum hoſte, ne teneri poſſit, ſed etiã capillos tõdet, vt expeditior ſit, cum reliquerit omnia.

Plutarch.

Sacrificari vero ſolitos capillos præterquã quod ex Num.6. conſtat, de ethnicis idem aſſerunt Cyril. in Leuit. & Theod. q.28 Eugub. & Caieta. Num.6. ex profanis Lucian. in Dea Syriæ, Sueton. in Nerone c.12. Tum etiam qui ex maris tempeſtate euaſiſſent, abraſam comam ſacrificabant. Conſiderare igitur licet Iobum de his, quæ ſibi reliqua eſſent, ſpontaneã Deo oblationem facere; quo ſignificaretur, quę ſibi ablata eſſent, ſua ſponte ablata, non inuito, & incolumem ex tempeſtate formidanda tot fluctuum, atque tentationum euaſiſſe. Quid quod non ſolum capitis comam, & externa omnia bona Deo ſacrificat, ſed ſeipſum illi hac cæremonia initiat, & deuouet? nam ſolebant quidem in ſacrificijs ſumma pecudũ capita abradi; id quod ſignificauit Virgil. cum pro fœdere illo ſanciẽdo minutatim ſacrificium Latini regis deſcribit.

13
Capillorum abraſio ad ſacrificia pertinens.
Cyrillus.
Theodoret.
Eugub.
Caietan.
Lucian.
Lucian.
Iobo non inuito ablata cuncta.
Virgil.12. Aeneid.

Dant fruges manibus ſalſas, & tempora ferro
Summa notant pecudum, patriſque altaria libant.

Homerus.

Sumptum verò hoc ex Homero Iliad.3. qui in ſacrificio deſcribendo ſcribit.

Hic rex Atrides cultrum, quem fortè ferebat,
Maioris gladij vaginæ in parte repoſtum,
Eximit, & media villos de fronte reuellit
Agnorum pecudum.

Quod, ſi ex Græco ad verbum reddas, eſt *pilos è capitibus agnorum diſſecuit.* Non aliter manſuetiſſimus, & patientiſſimus Iob ſuos ipſe capillos diſſecuit, & gratiſſimum Deo ſacrificium obtulit.

14

Morituri comam abſcindebant. Iob ſe mori paratū abſciſſione capillorum profitetur.

Sed illud omninò prætereundum non eſt, poſſe quoq; cæremoniam hanc abſciſſæ comę, ad mortis votum, aut præuiam quandam animi præparationem, & promptitudinem referri, qua ſe Iob profiteatur non ſolùm omnia externa bona, ſed vitam etiam Deo iubente reddere paratum eſſe: nam ſolebant morituri omnia priùs ornamenta, & honoris inſignia, ne illo habitu morerentur, deponere, capillos pręſertim, & capitis honorem, vti Amphiaraus vates iam abſorbêdus capitis coronam comamque, atque alia ornamenta his verbis deponit apud Stati.

Statius extremo.7.

Audio iam rapidæ curſum Stygis, atraque Ditis
Flumina, ter geminoſque mali cuſtodis hiatus.
Accipe commiſſum capiti decus, accipe laurus,
Quas erebo deferre nefas.

Atque iam iam ſibi manus allatura Phædra.

Seneca in Hypol. act.5.

Placemus vmbras; capitis exuuias cape,
Laceræque frontis accipe abſciſſam comam.

Et quidem exiſtimaſſe videtur deluſa antiquitas eos, qui morti proximi eſſent a Proſerpina primùm tonderi, & hos quaſi primitijs initiari Orco, ſicq; faciliè è corpore ſolui poſſe. Hanc profectò cauſam Didonis difficulter morientis Virgilius aſſignat, lib.4.

Virgil.4.Aen.

Tum Iuno omnipotens longum miſerata dolorem,
Difficileſque obitus, Irim demiſit Olympo,
Quæ luctantem animam, nexoſque reſolueret artus.
Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat, Stygioque caput damnauerat Orco:
Ergo Iris croceis per cœlum roſcida pennis
Deuolat, & ſupra caput aſtitit. Hunc ego Diti,
Sacrum iuſſa fero, teque iſto corpore ſoluo;
Sic ait, & dextra crinem ſecat, omnis & vnà
Dilapſus calor, atque in ventos vita receſſit.

Seruius.

Seruius certè eo loco docet, ſolitos homines certis cõſecrationibus aduerſus fortunam aduerſam ſe comparare, nec aliter diem ſuū obire. Sic quoque Glaucias iam iam periturus apud Statium.

Stat.lib.2. Syluarum.

Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno.

Et eò certè reſpiciens Horatius dixit.

Horat. Od.18.

Mixta ſenum, ac iuuenum denſantur funera, nullum,
Sæua caput Proſerpina fugit.

Attonſus Iob nihil ſe dolere ex direptione facultatum teſtatur.

Se ipſum itaque Iob tanquam vitem fructiferam, caputque ſuum ipſe putat, vt fructū plus afferat in patientia. Et demum aduerſario inſultat, quod neq; capillum ſui capitis tangere potuerit, neq; maiorem ſibi dolorē, aut detrimentū intulerit ex direptione bonorū omniū, quam ſi capillos prolixiores, rem videlicet ſuperfluam, ſenſuque carentem totondiſſet.

15

Corruere in terram habitus lugentis, aut adoratis.

Corruens in terram. Luctus eſt corruere in terram, & ſedere in puluere; ſed hoc loco potiùs eſt adoratis habitus; quare exponitur ſequenti verbo, *adorauit.* non aliter procumbentes, & proſtrati ſingulari animi gaudio perfuſi Magi, adorauerunt Matth.2. ſed quidem ſciendū non eundem ſemper fuiſſe adorandi geſtum, & habitum; aliquando enim ſtantes adorationem exhibebant, vt notauit Auguſt.lib.2.ad Simplici.q.4.& indicatur Iſa.49. *Reges videbunt, & conſurgent principes, & adorabunt Dominum.* aliquando etiam ſedentes orabant, & adorabant, 2.Reg.7. *Ingreſſus eſt rex Dauid, & ſedit corā Domino, & dixit Quis ego ſum Domine Deus, &c.* Numa etiam Pompilius, referente in eius vita Plutarcho, ſedens adorabat, atque adeo non Reges ſolum, ſed cuiuſuis generis homines adoraturos ſedere iubebat Pythagoras, volens nimirū ſignificare in quiete & tranquillitate animi Deo & orationi vacandum. Sed certè inter omnes orādi & adorandi habitus, magnæ cuiuſdam animi demiſſionis, & penitùs ſe Deo deuouentis eſt, ſupplicem ſe præbere, veneraturū ſupplicare, procidere in genua, nam qui procidit, nihil in ſe agnoſcit firmū & ſtabile, & nihil in eo non agnoſcit gloria, & adoratione dignū ad cuius pedes accidit. *In conſpectu eius* (inquit Dauid) *cadent omnes, qui deſcendunt in terram.* id eſt mortui, cum terræ & ſepulturæ mandātur, videntur in terram corruere adoraturi Deū vitæ, & mortis Dominum, & auctorem reſurrectionis. Cadere itaq; mortuos in conſpectu Dei, videtur idem eſſe cum illo Pauli, præcipientis, *vt in nomine Ieſu omne genu flectatur*, non ſolum *cæleſtiū, & terreſtrium*, ſed *& infernorum;* videlicet eorū, qui in ſepulchris reſurrectionem expectant. Ergo per Pleonaſmos dictum eſt *adorauit*, poſtquam dixit, *corruens in terram.* Gen.18. *Adorauit Abraham pronus in terram*, Gen.37. *manipuli adorantes;* id eſt, incuruati, aut proſtrati corā manipulo Ioſeph, & paſſim in libris Regum. Eſther.3. *Mardochæus non flectebat genu* (exponitur ſequenti verbo) *neque adorabat.* Matt.4.v.9.& c.8.v.2. Apoc.7.v.11.

Stantes adoratiſe. *Iſa.49.* Sedentes oratiſe. *3.Reg.7.* *Plutarch.* Adoraturū procidere quid. *Pſal.21.30.* Pleonaſmos. *Gen.18.* *Gen.37.* *Eſther.3.*

16.

Adorare pro incuruare ſe. שחה *4.Reg.5.*

Quia igitur adoratio fiebat peculiari geſtu corporis, videlicet incuruatione aut genuflexione, aut capitis inclinatione, ideo verbū adorādi, *Sachab*, propriè eſt incuruare, aut humiliare ſe. Tum etiam *adorandi* verbum pro ſola incuruatione corporis, aut genuflexione externa accipitur, 4.Reg.5. cum Naaman poſtulabat ne ſibi culpę imputaretur corporis incuruatio & genuflexio in templo Remnon eo tantùm fine, vt rex genuflexus commodè poſſet humero eius inniti, hoc enim nō erat intrinſecè malū; *Quando ingredietur dominus meus templum Remnon, vt adoret, & illo innitente ſuper manum meam ſi adorauero in templo Remnon adorāte eo in eodem loco, vt ignoſcat mihi Dominus.* Eadem ferè incuruandi, aut procumbendi ſimul, & adorandi ſignificatio in Græco, *Proſcyneo.* Non diſſimilis apud Latinos, cum etiā Plin.lib.8.c.1. de elephantis dicat, *Regem adorant, genua ſubmittūt.* Propterea Damaſ. oratione 3. de imagin. cap.5. ſic adorationem definit, *Adoratio eſt animi cedentis, id eſt, ſubmiſſio, & humilis ſignificatio.* cedit animus cadēte & pcumbente corpore. Itaq; Iob *corruēs in terrā adorauit.*

προσκυνέω. *Plinius.* *Damaſcen.*

17 Illud breuiter addam genuflexionem, & ſupplicationem ad pedes Imperatoris habitū fuiſſe ſtrenui militis coronam accipientis. ergo Iob priùs ſurrexit, quaſi laceſſiturus hoſtē & ſtrenuè dimicaturus, nunc procidit Deo ſupplicaturus, iuſtam patientiæ & fortitudinis coronam, & præmia conſecuturus.

militem procidere ad pedes Imperatoris, quid.

18 Hoc tandem loco Gregorius inter duo vitia extrema Iobum cōſtituit, vtrinque reductum, videlicèt inter indolentiam illam Stoicorum, ſeu dicas inſenſibilitatem & ſtupiditatem; & ex altera parte mollitudinem, & puſillanimitatem, nimiumq; ſenſum verberam & doloris. Nam ſurgens, ſcindens veſtem, tondens caput, oſtendit ſe flagella ſenſiſſe, & doluiſſe: corruens verò in terram, & Deum adorans, in bonitate de Domino ſenſiſſe, & Deum pluſquam ſuos filios honoraſſe.

Iobi virtus inter duo extrema vitia conſtituta.

19 Poteſt autem ſumma cum laude vir patientiſſimus cum alijs comparari, qui ſuorum filiorū mortē non acceperunt ſimili conſtantia; ſed vel in altero extremo conſtituti ſine ſenſu fuerunt, vel ad alterum propiùs accedentes luctui miſerabili ſe totos tradiderūt. Ex ſacris proferri poſſunt hæc exempla. Iacob vnius Ioſeph morte nunciata ad quem neque imperium, neque ſacerdotium, neque duplex rei paternæ portio, aut familiæ conſeruatio pertinere poterat, vt qui primogenitus non eſſet, multis liberis alijs viuentibus, tamen *ſciſſis veſtibus indutus eſt cilicio, lugens filium ſuum multo tempore. Congregatis autē cunctis liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit conſolationem accipere: ſed ait* * *Deſcendam ad filium meum lugens in infernum.* Quaſi diceret: filio meo Ioſeph mortuo, non poſſum ampliùs viuere. Malo mori quàm viuere non viuente Ioſeph. Quæ verba perturbati, & grauiter dolentis, & mala ſua exaggerantis dixit eſſe Auguſt. in quæſt. ſuper Geneſ. tranſegit autem Iacob in luctu & lachrymis, tres & viginti annos, qui à 16. ætatis Ioſeph anno, vſque ad eiuſdem quadrageſimum fluxerunt. Deinde Dauid impiū licèt Abſalonem, regni & paterni ſanguinis ſitientem, neque regni, neque diuinarū promiſſionum hæredem, tamdiù, tamque grauiter mortuum luxit, vt oportuerit ab immoderato inutiliq; fletu & gemitu à fortiſſimo duce Ioab cohiberi, & deterreri propoſita militum & populi defectione, niſi ſibi à lachrymis temperaret. Cum vero Amnonem filium nefarij inceſti & ſtupri reum fleuit interfectum, quod ea in re minùs conſtantē ſe præbuerit, verbis fœminini generis rem hanc explicat ſacra Scriptura, quaſi mollem, & effœminatum fletum viro indignū tribuens. 2. Reg. 13. *luxit.* (in Hebr. verb. fœmininum luxit fœmina) *Dauid filium ſuum multis diebus.*

Geneſ. 37.

*Con eſte dolor moriré, que no ſe me quitara haſta que me echen la tierra encima.

Auguſt.

2. Reg. 19. 33.

2. Reg. 13. 37.

Ex profanis hæc. Solon vnus è ſeptē Græciæ ſapientibus, apud Thaletem Mileti diuerſabatur; cùm vero Thales ex eodē numero ſapiens quēdam peregrinū ſubornaſſet, qui ſimularet ſe Athenis veniſſe & interfuiſſe funeri filij Solonis; cœpit Solon caput cædere, vt ſcribit in eius vita Plutarch. atque alia facere, & dicere, quæ ab hominibus afflictis & calamitate aliqua perfunctis fieri ſolent. Tum Thaletem ridentem his hominē aggreſſum ferunt. Hæc me Solon à nuptijs, & à procreādis liberis dehortantur, quæ te hominē fortiſſimū, & cōſtantiſſimum infringunt. Iulius Capitol. ſcribit Gordianū ſeniorem audita filij morte laqueo vitā finiuiſſe. ſimilis mollitudinis & paternæ incōſtantiæ mille paſſim occurrunt exempla.

Plutarchus.

Iulius Capitolinus.

Inter alia verò ad ſtupiditatem illud pertinet, quod de M. Horatio Puluillo ſcribit Titus Liu. Deca. 1. lib. 2. Is cum templi dedicationi vacaret filij morte nunciata, nihilo plus à propoſito auerſus, quā vt cadauer afferri iuberet; orationē peregit, & templū dedicauit, quod ſi hoc ad conſtantiam & religionis pietatiſque cultū referatur, (quo etiā maiori iure referendum eſt, quod Heli ſuorū filiorum morte nunciata, nihil cōmotus eſt; ſed tunc tandem cùm accepiſſet arcam Dei captā eſſe a Philiſthæis, *cecidit de ſella retrorſum, & fractis ceruicibus mortuus eſt.*) Multo tamē conſtantior, multoq; pietatis & diuini numinis obſeruantior Iobus, qui dolorem ex filiorū interitu maximū, lachrymas, & luctū in orationem & pietatis diuiniq; numinis cultum ita conuertit, vt totū ſe commotum humanitatis ſenſu oſtenderet; totū etiam ſe Deo & orationi committeret; ſanctiſſimiſque verbis de Dei prouidentia, & de ſua orbitate philoſopharetur. Res par miraculo illi, cum vaccæ vitulis earum concluſis domi, trahebant arcam Dei, *itinere vno gradiebantur pergentes & mugientes, & non declinabant ad dexteram, neq; ad ſiniſtram.* 20

Tit. Liuius.

1. Reg. 4. 18.

1. Reg. 6. 12.

XXI. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ & nudus reuertar illuc, Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum.

1 *Præclara Iobi ad omnes mortes reſponſio. Ærumnæ impellunt ad philoſophandum.*
2 *Terram vocari matrem. Puerum recens natum ſtatui ſolitum in terra veluti in matris gremio.*
3 *Puerum in terram cadere & tolli, quid. Sepulchrū matris vterus.*
4 *Matris vterum ſimpliciter ab alijs accipi. Qui moritur, ſimilis eſt concepto.*
5 *Matris vteri nomen commune ſepulchro, & econtrà. Quid inferiora terræ, in Dauid & Paulo, quid terra natiuitatis.*
5 *Relatiuum in ſacro ſermone aliquando indicare aliquid interius menti obiectum.*
7 *Iob bene in Deum animatus. Philoſophiæ rationes & conſolationes vſurpatæ in ſacris.*
8 *Iob ſpoliatus non plus dolet, quàm ſi perpetuò miſer fuiſſet. Quædam ex Seneca.*
9 *Iob gloriatur ſe ſcire penuriam pati. Patientia, & Philoſophia tabula in naufragio.*
10 *Argumentatio, qua ſe Iob conſolatur. Particula & nota illatiua.*
11 *Vita hæc via, ſicut etiā fabula peracta in terræ theatro.*

EXſpectabant nuncij omnes, intenti ora tenebant dæmones, quid Iobus reſpōderet, & quam affecti dolentiſq; animi verbis ſignificationem daret: nam internas animi cogita- 1

tiones

Qualis fuerit Iobi reſponſio.
Proſper.
Chryſoſt.
Olymp.

tiones clarè intueri non poterant. Reſpondit tandem ille, reſponſionemque fuiſſe telum, quo aduerſarius fuerit confixus atque proſtratus, ait Proſper. cumque multa ab hoſte tela excepiſſet illæſus, ſed vno ipſe ictu percuſſit diabolum. Chryſoſt. pulchrè dixit horum verborum ſonitum clariorem, atq; magnificentiorem extitiſſe, quàm ſi multarũ tubarum clangoribus victor renũciaretur. Olymp ſuis improbum Satanam iaculis non confixiſſe, ait: nam pro ironica illa, & in contrarium accepta benedictione, quam Satanas ſibi, Deoque pollicebatur, hymnũ canorũ & dulcẽ ad diuinas laudes & gratias agẽdas pro calamitatibus cõparatum, edidit. Dixeris etiam hanc eſſe cantilenam, quam coram mundo latrone cantat Iobus viator; nudus & vacuus. Non minus ſanè, multò etiam præclarius aduerſa vtitur fortuna, & Philoſophiæ præceptis, quã Zeno ille ſapientiſſimus, cui cum nauis vna oneraria ex bonis omnibus tantùm reliqua eſſet, cum accepiſſet cum mercibus perijſſe, Benè ſane, inquit agis fortuna quæ ad pallium obſoletum illud me, & ad Stoam redegiſti. Diogenes in exiliũ pulſus tunc tandem philoſophari auſpicatus eſt; vtriuſque autor Plutarch. Iobum tamen ad ſublimiorem, excellentioremq; philoſophãdi rationem tanta bonorum omnium, filiorumq, orbitas redegit. Simile quid Gregor. Niſſenus obſeruat in Moyſe; nam ab eo, quem ſeruãdæ pacis, & non contendendi cum fratre admonebat, iniuriam & repulſam paſſus, ad contemplationem impulſus eſt, vt ciuitatum relicta turbatione ſecum ipſe viuere mallet.

Iob præclarè vtitur Philoſophiæ præceptis.
Zeno.
Diogenes.
Plutarchus de tranquil. ani.
Grego. Niſſen. de vita Moyſ.

2 Sed vt grauiſſimam ſententiã intelligamus, illa prius verba explicanda ſunt, quæ de vtero matris loquuntur, & de reuertẽdo illuc. Chryſoſtomus exiſtimat terrã vocari matrem, tam in prima parte, quam in ſecunda, quem ſenſum D. Thomas non reijcit, ita vt de Adamo in ſua perſona loquatur, aut vero in vniuerſum de homine, namque cum primum formatus homo eſt a Deo, de terræ gremio, quæ formando corpori materiã ſubminiſtrauit, prodijt, ſuſceptuſque eſt in lucem. Similique ratione videtur, Gen. 2. dictum, *Formauit Deus hominem de limo terræ*, ſicut cum pater materq; hominis explicantur, Matt. 1. *Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar.* Quare cum ſuæ mortis, & reuerſionis in terram admonetur homo, ſimul etiam ſuæ originis, ſuæque natiuitatis ex terra admonetur à Deo, Geneſ. 3. *donec reuertaris ad terram, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* res quidem non obſcura ijs, qui naturali lumine ducuntur, nam Pythicam illam vocem, quæ ex intimo ſpecu Tarquinijs ab oraculo ſciſcitantibus, ad quem prius ſumma Romani imperij deuoluenda eſſet, reddita eſt huiuſmodi, *Imperium ſummum Romæ habebit, qui veſtrûm primus, ô iuuenes oſculum matri tulerit;* percalluit quidem alio ſpectare ratus, ac deſuſi comites, Brutus, qui velut ſi prolapſus cecidiſſet, terram oſculo contigit, ſcilicet, quòd ea communis mater omnium mortalium eſſet rem ſcribit Liu. 1. annal. Quare cum primum naſcebatur puer, non tam puerperæ, quæ illũ

Chryſoſt.
D. Thom.
Terra hominis mater.
Gen. 2. 7.
Math. 1. 3.
Geneſ. 3. 19.
Liuius.

Puer ſoccus.
Varro.

enixa fuiſſet, quàm terræ matri filius tribuebatur acceptus & editus: ſi enim puer vitalis erat, ſublatus ab obſtetrice ſtatuebatur in terra, vt Varro ſcrib. apud Martial. lib. 2. de vit. Patrum. idemque lib. 1. de lingua Latina ait: antiquos vbi primo infans natus eſſet, nudum conſueſſe in terra ſternere, opemque Deam, quæ & ipſa terra eſt, implorare, quæ velut mater naſcenti eſſet auxilio, eiuſdem rei meminerunt Feſtus Pomp. Suetonius in Auguſto cap. 5. & in Nerone cap. 6. Seruius in 10. Aenei. atque Auguſt. 4. de ciuit. cap. 10. cùm falſa numina in vnicum verum numen, Deumque refert ſic ſcribit: *Ipſe opem ferat naſcentibus excipiens eos ſinu terræ, & vocetur, Ops; ipſe leuet de terra, & vocetur Leuana.* Seneca quidem de ea ceremonia loquitur libello de moribus, *omnes* (inquit) *infantes terra nudos excipit.* & Plinius lib. 2. cap. 63. *Terra nos naſcentes excipit.* initio vero lib. 7. comparans hominem cum reliquis animantibus, quòd inter cuncta ſolùm inermem, nudumque natura creauerit; *Hominem* (inquit) *tantùm nudum, & in nuda humo natali die abijcit ad vagitum.* tandem Macrobius lib. 1. cap. 12. ex Labeonis ſententia tradit, Maiam Deam terram eſſe, & Mercurium illi in ſacris adiũgi, quia vox naſcenti homini contactu terræ datur, eandemque opem vocari, quòd ipſius auxilio vita conſtet, & Fatuam à fando, quòd infantes partu editi non priùs vocem edunt, quam attigerint terram, & Faunam à fauendo, quòd omnium vſui animantium fauet; & Bonam, quod omnium nobis ad victum cauſa bonorum eſt; denique magnam matrem in ſacris appellari.

Feſtus Pomp.
Suetonius.
Seruius.
Auguſtinus.
Seneca.
Plinius.
Macrob.

3 Hinc natum videtur, vt naſcentes infantes dicerentur in terram cadere: qua ratione Iuſtinianus Imperator dixit: *Poſthumum, qui viuus perfectè natus eſt, licèt illicò poſtquam in terram cecidit vel in manibus obſtetricis deceſſit, teſtamentum rumpere.* huc illud pertinet Statij Papinij libr. 2. Syluarum.

l. 3. C. de Poſth.
Statij Pap.

. . . . Tellure cadentem
Excepi, fouique ſinu, nec colla genaſque
Comere, nec pingui crinem deducere amomo.
Ceſſauit mea vox e manus.

Planeque hoc videtur eſſe quod Salomon Sap. 7. de ſe teſtatur: *Ego natus accepi communem aerem, & in ſimiliter factam decidi terram.* Atque inde tollere filium dicitur qui filiũ habet; quòd illum pater de terra iacentem tollebat. Quem verò parentes non agnoſcerent, neque vellẽt ſuo nomine educari, aut nutriri, non tollebãt. Hinc Soſtrata ad Chremetem maritum.

Sap. 7. 3.
Terent. in Heaut. Sc. 1.

Meminiſtin' me eſſe grauidam,
Et mihi te magnopere interminatum,
Si puellam parerem, nolle tolli?

Ex his igitur perſpici poteſt terræ gremium *matris vterum* vocari a Iobo, de qua homo ſublatus ſit nudus. Atque huius interpretationis illa confirmatio eſſe poteſt, quòd ſecũda pars de terra quoque intelligenda ſit; quare particula, *illuc*, quæ vim referendi habet, terram intelligi poſtulat in prima parte, ſic legunt; *& nudus reuertar in terram.* Hieronymus epiſtol. 20. ad Taraſiam. Proſper parte 1. de prædictionibus. Gaudent. Brixianus, ſuo tract. in ſcripturã.

Hiero. tom. 9.
Proſper.
Gauden. Brix.

Cyprianus. Cyprian.orat.de mortalitate. *Nudus exiui de vtero matris, nudus etiam ibo ſub terram.* Is ergo erit ſenſus, quem Greg.quoq; expreſſit, nudum me naſcentem, & in hanc lucem venientem terra protulit; nudum me hinc exeuntem, & diſcedentem terra recipiet.

Gregorius.

4 Alij ſimpliciter accipiunt *matris vterum*, quæ illum genuit, & peperit. Et relatiuũ, *illuc*, non accipiũt pro illo eodẽ loco, ſed pro alio ſtatu, vel loco ſimili, vt hæc ſententia ſit, *nudus reuertar* in locũ & ſtatum ſimilem, in quo ſpoliatus ſim omnibus humanæ vitæ præſidijs, & iaceam in tenebris & anguſtijs; nimirum in terræ ſepulchro, quod ſimile profectò eſt materno vtero. nam licet moriens homo videatur naſci ad alteram meliorẽ vitam, & auelli quaſi ex terræ viſceribus dolore mortis obſtetricante, ideoq; ſicut naſcitur nudus & repugnãs puer, ſic etiam ex terra auellitur, cui hærebat, nudus, & repugnans homo (qua vtriuſque ſtatus comparationem eleganter perſequitur Greg.Niſſen. oratione de dormientibus). Tamen ad repræſentem defunctum videtur parens terra intra ſe, quaſi in ſuo vtero excipere, & cõcipere tanquam mortuũ ſemen, vt viuum reddat in reſurrectione, & quaſi nouũ fœtum in regeneratione excludat. Pulchra item eſt apud Niſſ. natiuitatis cum reſurrectione collatio. Hæc vero interpretatio ſimile habet Eccleſ. 40. *Iugũ graue ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſq; in diem ſepulturæ in matrem omniũ.* Nam de ventre *matris eorum*, dixit: id eſt, de ventre matris, quæ vnumquemque genuit, & peperit. poſtea verò dixit, *matrem omnium*, communem omnium defunctorũ parentem, ſepulturam vero quaſi terræ vterum; quippe viſcera.

Greg. Niſſen. Terra cadauer excipit velut mortuũ ſemen.

Niſſen. Eccleſ.40.1.

5 Hinc eſt, vt nomen ſepulchri vtero materno commune ſit in ſacro Sermone. Sepulturam ſignificant *inferiora terræ*. Pſal.62. *Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt*, id eſt, occidentur vel gladijs confoſſi vel beſtiarum dentibus dilacerati. & tandem ſepulturæ tradentur. eodem nomine intelligitur maternus vterus. Pſal.138. *Non eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto, & ſubſtantia mea in inferioribus terræ*. in matris videlicèt aluo, tanquam in recondita, & ab omni perturbatione ſemota officina, tu ipſe hominis opifex qui omnium es artifex, pro tanti tamque ſubtilis & elegantis opificij dignitate remotis arbitris me feciſti, & quaſi acu pinxiſti, & variegaſti. Iam enim vim habet verbum *faciendi*, in fonte. ſic & Paulus de Chriſto Domino ad Epheſ. ſcripſit: *Deſcendit primũ in inferiores partes terræ.* Quod alij de deſcenſu ad infernorum limbũ; alij de ſepulchro accipiunt: argutè verò alij de deſcẽſu ex cælis in viſcera puriſſima ſanctiſſimæ virginis; ſubterranea namq; ſtatio ſicut & maternus vterus, caliginoſa loca ſunt, & valde humilia & abiecta, quem tamen locũ non horruit Dei filius, qui lux ipſa eſt. Simili ratione *Ceti ventrem*, cum ſepulchri & inferiorum terræ partium nomine coniunxit Ionas, cap 2. *De ventre* (inquit) *inferi clamaui*, id eſt, de ventre, qui eſt velut infernus locus, & ſepulchrum, quod vſurpauit Chriſtus Dominus, &

Sepulchrum atque maternus vterus re, & nomine [illegible]. Pſal.62.10. inferiora terræ [illegible] in ſacro ſermone. Pſal.138.15.

Epheſ.4.9.

Ionæ 2.3.

ſimilitudinis figuræq; rationem expoſuit: *ſicut fuit Ionas in ventre Ceti, ſic erit filius hominis in corde terræ.* quaſi diceret: *in inferioribus terræ*, in viſceribus, in ſepulchro. non aliter Prou 30. Sepulchro æquè ac vuluæ, aut matrici tribuitur inſaturabilitas. *Tria ſunt inſaturabilia infernus, & os vuluæ, & terra quæ non ſatiatur aqua.* Vt autem relatiuum, *illuc*, commodiorem habeat ſignificationem, non debet accipi pro quolibet ſepulturæ loco, aut pro qualibet terræ parte indiſcriminatim, ſed pro illa, quæ illum genuit, quæ dici ſolet terra natiuitatis, à qua cùm cadauer excipitur, mortis quoddam ſolatiũ eſt, ſicut Ierem.22.dicitur: *Nolite flere ſuper mortuum, neque lugeatis ſuper eum fletu; plangite illum, qui egreditur, quia non reuertetur vltra, neque videbit terram natiuitatis ſuæ.* Propterea Iacob de terra & ſepultura Aegypti, non tanquam de matre, ſed tanquam de nouerca loquebatur: Ioſeph quoque aſportari alio iuſſit oſſa ſua cum moreretur.

Matth.12.40.

Prou.30.16.

Terra natiuitatis peculiariter mater. Ierem.22.10.

Gen.47.30. Gen.50.24.

Tandem licèt paulò duriùs, ſed tamen non eſt inutile, quod alij relatiuum, *illuc*, non referunt ad præcedentia, ſed accipiunt demonſtratiuè; ita vt indicetur Deus, vel beatitudo, & ſtatus futurus, in quẽ Iobus tunc haberet cogitationem defixam, Sic Clemens in Catena, & Niſſen.oratione de 40.martyribus. *Deponebant* (inquit) *tunicarum amictum, dictum illud Iobi adijcientes, nudi introiuimus in mundum, nudi ad eum, qui huc nos introduxit, abibimus*, quaſi diceret, qui me nudum huc miſit, cùm nudus ad eum rediero, non me non agnoſcet; non aſpernabitur, ſimiliter Pſal.35. relatiuum non refertur ad præcedentia, ſed demonſtrat aliquid cogitationi, & intellectui: *ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem*, videlicèt in barathrum, & gehennam, quàm ſibi obijciebat Pſaltes. cùm nulla illius mentio præceſſiſſet. Iam nunc totius ſententiæ expendenda vis. 6

Relatiuũ deſignat aliqd ad intellectũ & cogitationem.

Clemens. Niſſenus.

Pſal.35.13.

Nudus egreſſus ſum. Ante alia obſeruandum, quam ſit Iob bene in Deum animatus, cum pro Dei cauſa & prouidentia aduerſus ſe ipſum, ſuaque bona omnia exquiſitis argumentis diſputet: at econtra improbus dæmon rationes & calumnias cõtra Deũ excogitauerit, & mulieri obtruſerit. Deinde ponderandũ eſt virum ſapiẽtiſſimũ non vti ſolatio aliquo, aut ratione ſublimiori, quam illa, quæ ex Philoſophia peti potuit, quod ad animi conſtantiã, & calamitatum contemptũ quendam referendũ eſt, non enim calamitates amplificat, ſed potiùs extenuat; nam illis non cenſet adhibendum aliud acrius remedium, aliudve magis præſens alleuamentum ex reconditiori medicina petitum; ſed facilè quoddã, & quod cuique obuium ſit: quaſi diceret, nihil mirum me ſic affici; quod enim patior, ex communi naturæ, diuinæque prouidentiæ lege prouenit; agit mecum Deus tanquã cum homine; homo ſum, humani à me nihil alienum exiſtimo, *tentatio* me non *apprehendit niſi humana*, leuis, facilis toleratu, non difficilis ad vincendũ. Non aliter Paulus cùm virtutis, & pietatis colendæ laborem & difficultatem extenuat: *Humanum* (inquit) *dico, propter infirmitatem carnis veſtræ*, 7

Quàm bene de Deo ſentiat Iob.

Philoſophiæ conſolatione vſus Iob.

Rom.6.19.

(quod

(quod in hominis ratione, quod in quotidiana conſuetudine, quod in humanis viribus poſitũ ſit, diuina etiam accedente gratia) *ſicut exhibuiſti membra veſtra ſeruire iniquitati, ita nunc*, &c. Adde etiam in his verbis conſiderari poſſe affectum viri conſtantis, & mundo valedicentis, penituſq; renunciantis; nihil, inquit, eſt quod erga mundum me gratum, aut vllius beneficij memorem exhibeam; nihil ex hoc mũdo mecum aufero; nihil illi acceptũ referam, nihil, quod a me ille repoſcat, nihil rurſus quod cũ illo nudus expoſtulem; nam nudus in mundũ veni, abeo nudus.

Animi recti conſtantia, & Mundo renunciantis.

8

Paupertas æqualis amiſſioni fortunarum.

Et nudus reuertar. Videtur parem facere paupertatẽ amiſſioni fortunarum, cum hæc ratio par alicuimetum eſſe poſſit, aut homini, quem ſemper preſſit inopia, aut qui magnarũ facultatũ iacturam fecit. Et rectè quidem, nam qui diues extitit, ſpiritu tamen pauper extitit, neq; plus cruciatur bonorum ſpoliatione, quam ſi nunquã diues extitiſſet. Secus multo acerbior eſt diuiti miſer ſtatus, quam homini miſero illa ſua perpetua, & conſtans inopia: ingentis enim infœlicitatis genus eſt fuiſſe aliquando fœlicẽ. eleganter de re hac diſſerit Seneca lib. de tranquillitate vitæ cap. 8. *Erras, inquit, ſi putas animoſius diuites detrimenta ferre. Bion eleganter ait non minùs moleſtum eſſe caluis, quam comatis pilos vellere. idẽ ſcias licet de pauperibus locupletibuſq; par illis eſſe tormentum, vtrique enim pecunia ſua adhæſit, nec ſine ſenſu auelli poteſt. tolerabilius autem eſt faciliuſq; non acquirere, quàm amittere; ideoq; lætiores videbis, quos nunquam reſpexit fortuna, quam quos deſeruit. Reſpice agedum mundum. nudos videbis Deos omnia dantes, nihil habentes. Hunc tu pauperem putas, an Dijs immortalibus ſimilem, qui ſe fortuitis omnibus exuit?*

Infœlicitatis genus fuiſſe fœlicem. Seneca.

9

Gloriatur in ſua nuditate Iob.

Gloriari præterea in ſua nuditate videtur Iob; quaſi diceret, quod homo inter cuncta animalia inermis ſit, nuduſq; naſcatur, ingens naturæ parentis beneficiũ eſt, nã intellectum illi, & ſapientiã pro armis, pro indumentis, & pro reliquis vitæ ornamentis dedit, & nuditas ipſa ad Philoſophiã, ſolertiã, induſtriam hominem compellit, vt qui nudus natus eſt, ſciat omnia comparare, quæ ad victum & veſtitum neceſſaria ſunt: ſed ego tamen ſublimiorem aliam ſapientiam edoctus, *ſcio* nõ ſolum *abundare, ſcio eſurire, & penuriam pati, in omnibus & vbique inſtitutus ſum*, didici in quibus ſum, *ſufficiens eſſe*; nudus viuam; nudus quod vitæ, & vitæ mihi reliquum eſt, conficiam; nudus reuertar, & cum nuditate coniunctam vita Deo gratus referam acceptam. Sapienter Plutarchus de animi tranquillitate ſcripſit, in fortunarũ amiſſione non eſſe obliteranda communia, ſed aliquo in loco numeranda; gaudendumq; quod viuimus, quod valemus, quòd ſolẽ aſpicimus; ſtultumq; eſt cruciari perditis, ſaluis non lætari, ſed puerorum more, qui ſi quis ex multis ludicris, vnum ademerit, etiam reliqua omnia diſijciunt, plorantque, & eiulant.

Plutarch.

Patientia & Philoſophia veluti tabula in naufragio

Ad hæc cum nudum ſe reuerti dicit in terram, videtur de naufragio fortunarũ ſuarum vnica patientię, & Philoſophię tabula arrepta nudum ſe committere fluctibus, nudumq; conari enatare ad ſepulturæ littus, terramque tenere, quæ futura ſit ſuæ calamitatis, & naufragij ſubſidium. Simile Plutarchus ad animi tranquillitatem præceptum tradidit, *Si inopinatum quid & graue ingruerit, prolabereturque enim, prope eſt portum, atque ex corpore ſicut e rimoſo lembo enatare licet.*

Plutarch.

10

Argumentatio a Iob contexta.

Tandem hæc ſententia argumentationis cuiuſdam vim habere videtur. Ego, inquit, anticipare mea voluntate extremam ſortem, & nuditatem volo, & gaudeo; neceſſarium enim eſt, vt nudus ex hac vita diſcedam. probat id neceſſarium fore, hac ratione; *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, &* (ergo, propterea,) *nudus reuertar illuc.* illa enim coniunctio vim habet particulæ, quã vocant, rationalis, aut cauſalis, & notæ illationis, ſicut Geneſ. 3. *Vocem tuam audiui in paradiſo, &* (ideo) *timui, &* (propterea etiam) *abſcondi me.* Iſaiæ, 43. *Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & glorioſus, ego dilexi te, &* (propterea) *dabo homines pro te.* Sic etiam conſequentiæ vim habet apud Paulum 1. ad Thim. 6. *Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia neque auferre quid poſſumus.* Eccleſiaſt. 5. *Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, quomodo venit, ſic reuertetur.* vis autem illationis in eo conſiſtit, quòd cum nudi naſcamur, non ſunt propria nobis hæc bona externa, quæ nobis vita ſubminiſtrat, ſed commodato, & ad vſum conceſſa quamdiu hic ſumus, quare non licet nobis hinc abeuntibus ea nobiſcum aſportare. ſicut dicitur Pſalm. 48. *Quoniam cùm interierit, non ſumet omnia* (nihil) *neque deſcendet cum eo gloria eius*; non aliter atque famulus, qui in viri principis domum nudus ingreditur, veſtes ſtatim & ornamenta accipit, gladium, pallium quibus aut aſſeclam, aut anteambulonem viri nobilis honeſte poſſit agere; ſed depoſiturus tamen, & relicturus ea omnia, cùm domum dominumque deſeruerit: quippe quomodo venit, ſic reuertetur; nudus ingreſſus eſt, nudus abibit. ſic ferè philoſophatur Seneca, dũ Polybium in fratris morte conſolatur. ca. 30. *Si quis pecuniam creditam ſoluiſſe ſe moleſtè ferat, eam præſertim cuius vſum gratuitum receperat, nonne iniuſtus vir habebitur? cogita iucundiſſimum eſſe quod habuiſti, humanum quod perdidiſti.* ſed de hoc paulo poſt cum ipſo Iobo iterum.

Gene. 3. 10.

Iſai. 43. 4.

1. ad Thim. 6. 7

Eccleſ. 5. 14.

Pſal. 48. 18.

Senec. in Conſolat. ad Polyb.

11

Vita hæc via quædam.

Egreſſus ſum & reuertar. Indicatur vita hæc eſſe via quædam, & iter difficile; mortales verò oẽs viatores. res in Scripturis frequens. Quod dicit *reuertar*, intellige, conficiam integrum vitæ ſpatium, & iter; cumque in fine conſtitero, circulum videbor abſoluiſſe, & ad initium reuertiſſe, vnde digreſſus ſum, ſed non iterũ per eadem viam reuerſurus, ſicut ſcriptum eſt: *Semitam per quam non reuertar ambulo.* Et iterum: *Quaſi aquæ dilabimur, quæ non reuertuntur.* Sed verbo *egrediẽdi*, oſtium humanæ vitæ ſignificatur; oſtiũ item alterum, per quod intrant, qui reuertuntur; eſt enim vita hęc quaſi ſcęna quædã, in qua humanarũ rerum omnium & vanitatis fabula peragitur, mortales oẽs fabulæ actores ſunt, veniunt, abeunt; terra theatrum eſt: *Nam generatio præterit, generatio aduenit; terra autem in æternũ ſtat.* Duo in theatro oſtia, egredientibus vnũ, id eſt ortus, abeuntibus & reuertentibus alterum,

Iob. 10. 22.

2. Reg. 14. 14.

Eccleſ. 1. 4.

rum, id eſt occaſus, & mors; veſtes ſcænicæ cõmodatæ ſunt, neque ſecum defert veſtem regiam, qui Regẽ egit, omnes nudi ingrediuntur, ſi quas ſumãt veſtes, alienæ ſunt, & commodato acceptæ, tantiſper, dum fabula agitur, eſt enim *quaſi dives, cum nihil habeat*. Illud verò ſeriò cogitandum, quòd ſtatim atq; quis egreſſus eſt, in hoc vitæ, terræq; theatrum, non permittitur immorari: *Præterit enim figura huius mundi*. ſtatim reuerti cogitur, nam quantum in vita procedimus; tantum ad mortem, & vitæ exitum accedimus. noſtrum itaque viuere, reuerti quoddam eſt.

Prouerb.13.7.

1.Cor.7.31.

Dominus dedit, Dominus abſtulit.

12 *Diuinæ prouidentiæ conſideratio ad leuandas ærumnas. Iob nullam agnoſcit cæcam fortunam. Prouidentia aſſerta in Eccleſiaſt. & Iſai.*

13 *Deo permittente aliquando tribuitur effectus viri conſtantia aduerſus hoſtem.*

14 *Deus bona conferens non abdicat à ſe Dominium. Male parta, male dilabuntur.*

15 *Diuinum beneplacitum pro ingẽti ſolatio. Dei verbum ratio, & cum ratione omnia diſponens.*

16 *Iniqua actio Deo diſplicens, paſſio placens. Harum conſideratio & præciſio in ſacro Sermone. explicatio Geneſis, Ieremias, Ioan. Petrus.*

17 *Nomen pro re ipſa. nomen fama celebrior.*

18 *Glorioſus Deus in afflictis iuſtis ex Paul. & Petro.*

19 *Gratiæ pro calamitatibus agendæ: hæ ſunt bona, lætra. Beatitudo. Pſal. illuſtratus paraphraſi.*

12

HAEC eſt ſecunda ſuę calamitatis, & inopiæ conſolatio; & præcedente quoque paulo ſublimior, vt quæ non petatur ex conditione humanę naturæ, ſed ex diuina prouidentia; ſunt enim mala omnia, & calamitates eiuſmodi, vt velut in ſtatera poſita, quantò in lance vna, grauiora ſunt, tantò in ſublimiores de Deo, & de illius prouidentia cogitationes, mentem in lance altera conſtitutam attollere poſſint.

Calamitates quò grauiores, eo ſublimiores cogitationes adminiſtrant.

Primò ergo rectè, & accõmodatè ad cogitationẽ, quam illi Dæmon ſuggerebat, de criminando aut negando diuiña prouidentiã, illam tuetur: & aſſerit, cum iudicio, & ratione nunc Deũ dare, nunc auferre mortalibus bona: quare nullũ agnoſcit caſum, aut fatum, nulla cæcam fortunã, quę ſine delectu, aut ſcientia mala, & bona diſtribuat. quod etiam Eccleſ. 11. explicuit Sapiens, contra cæcam fortunã diſputans, dum de ſubita & inopinata pauperis fœlicitate loquitur: *Oculus Dei* (non cæca dea, ſed prouidentia diuina, quæ procul videt & prouidet omnibus) *reſpexit illum in bono* (vt bonis locupletaret) *bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt*. cuncta ex illius oculo, & prouidentia proueniũt hominibus, quare rem hanc falſis numinibus à deluſa antiquitate tributam ſibi vẽdicat Deus; & fortè cum alluſione ad biformem, bicoloremq; fortunã, quam pingebant duplici facie, anteriore alba, poſteriore nigra, apud Iſaiam. 45. *Formans lucẽ & creans tenebras* non ſolum ſingula per ſe, ſed viciſſitudinem, & commutationem *inter lucem & tenebras*, fœlicitatis cũ miſeria, *faciens pacem* (bonorum

Iob nullum agnoſcit fatum, ſed diuinæ prouidẽtiæ omnia tribuit.

Eccleſ.11.14.

Iſai.45.7.

Bicolor fortuna.

omnium affluentiam) *& creans malum* (egeſtatẽ, inopiam) *Ego Dominus faciens omnia hæc*.

Deinde, quæ alij abſtulerãt ait Deum abſtuliſſe; vel quia, vt Origenes ait, non cogitaret hæc contigiſſe procurante dæmone, ſed ſolo Deo iubente & volentẽ; aut verò permittẽnte id latronibus (nam quoad fieri potuit ſeſe dæmon occultauit) Permiſſio autem non ſolum negatiua, ſed etiam ea, per quam Deus velit auferre ſuperabundantia auxilia, quæ ſi conferret, res nõ fieret, ſufficit vt Deo effectus aliquis tribuatur, licẽt is cũ peccato in homine agente coniunctus ſit. Hinc nõ ſolum impie, ſed ignoranter etiam Caluinus colligebat, & quidem ex hoc loco, Deũ eſſe cauſam peccati. Qua de re pluribus Theologi diſputant in ſcholis & contra Zuinglium, Caluinum, Bezam docte & copioſè Pater Robertus Bellarminus Tom. 3. Controuerſiarum lib. 2. Præterea id pertinere videtur ad viri iuſti conſtantiam, & animum virtutibus exaggeratum, vt quæ Dæmon diripuerit, dicat Deum permittentẽ diripuiſſe, ne vlla in re videatur agnoſcere dęmonem ſe ſuperiorem, aut ſibi vlla ratione nocere potuiſſe. nihil enim ſibi negotij cum illo, nam vt eſt in * Prouerbiali vulgi Sermone, nihil illi boni acceptum debere, nihil inferendum mali timere ſe profitetur, refert in Deum cuncta.

13 *Origenes.*

Permiſſio tribuit Deo effectum.

Caluini ignorantia, & impietas.

Bellarminus.

Viri iuſti cõſtantia contemnentis hoſtem.

*Ni ie teme, ni le deve.

14

Verba verò huius ſententiæ ſingula vim habent: *Dominus dedit*. qui dedit commodato, nec abdicauit à ſe dominium, vt cum velit, ſuo iure repetere poſſit. Dominus enim cùm ſit, auferre poteſt, quod ſuum eſt.

Deus dans, non abdicat Dominium à ſe.

Si debetur periatur ero; repoſtuerit, æquum.

Seneca. Ad Pæ...c.29

Qua de re ſapienter Seneca dixit: *Iniquus eſt, qui muneris ſui arbitrium danti non relinquit; auidus qui non lucro loco habet, quod accepit, ſed damnum quod reddidit: ingratus eſt, qui iniuriam vocat finem voluptatis; ſtultus, qui nullum fructum eſſe putat bonorum, niſi præſentium, qui non & in præteritis acquieſcit, & ea iudicat certiora, quæ abierunt, quia de illis ne deſinant, non eſt timendum*. In Heb. *Iehoua dedit, & Iehoua abſtulit*; hęc omnia à principio eſſendi, & bonorum omnium fonte manarunt, ad locum vnde exierunt reuertuntur: interim gratias illi agam, quod dum præterfluerent, me, domũq; meam ſtudio & lætitia perfuderũt. ſed *reuertuntur* tamen, vt in ſpem adducor, *vt iterum fluant*. idem enim permanet fons ille affluens bonorum omnium, *ſine pœnitentia enim ſunt dona Dei*, quare *abſtulit*, nõ vt auferret, ſed vt meliora, dupliciaq; de eius manu recipiã. Inſuper cum benignus, atq; propitius fuerit cum dedit, benignus profectò atque propitius extitit auferendo; idem enim omnino extitit, qui *dedit*, & qui *abſtulit*. Denique cum Deum abſtuliſſe dicit, ſuam innocentiam profiteri videtur, ſuaſque diuitias & facultates non ex iniquitate, & rapina conflatas ſed à Deo bonorum omnium largitore donatas. Has enim nemo aufert, niſi qui dedit; alias verò, quæ *Mammona iniquitatis* dicuntur, facile patent diripiẽtibus; & *ærugo & tinea demoliuntur fures effodiunt & furantur*.

Male parta male dilabuntur.

Luc.16.9.

Matth.19.10.

15

Sicut Domino placuit. Deſideratur hæc ſententia in Hebræo; habetur tamen in Septuaginta, & eam retinuit Gregorius ex antiqua le-

LXX.

Tertia conſolationis ra-

ctione

tio ex diuino beneplacito.

ctione Latina, atque hęc eſt tertia ſe conſolandi ratio, reliquis quoq; ſublimior, & excellentior, quæ ſumitur ex diuino beneplacito; qua videtur occurrere tacitę ſuggeſtioni, vt aduerſus hoſtes & latrones excandeſceret; nihil enim ſibi cum hoſtibus interceſſiſſe negotij dicit, neque ſentire ſe ab illis laceſſitum aut læſum; nam in diuinam voluntatem tantum reſpicit, cui nihil iniquum, aut iniuſtū placere poteſt: quare minime ſe ſpoliatum ab iniquo hoſte conqueritur. Deo, cui ſumma, & prima agēdi ratio ineſt, hoc ita fieri placuit; mihi igitur illius voluntas pro ratione ſumma eſt. Verbum Dei, qui Dei filius, & ſapientia Patris eſt, *Logos*, Græce dicitur, quod vocabulū etiam rationem ſonat; quòd ſicut per filiū, ita per ſummam rationem cuncta diſponat. hac ſe ratione ſolabatur in ſuo morbo & dolore Nazian. *Gratias* (inquit) *ago, vt in lætis rebus, ita etiam in acerbis, quandoquidem illud exploratum habeo, nihil rerum noſtrarum apud ſummam rationem expers rationis eſſe.*

Deus ſumma ratio, & cum ratione diſponens omnia.

Naz. epiſt. 63.

16 *Ita factum eſt.* In ijs malis, quæ cum ſummo hoſtiū ſcelere accepit, habet vir ſanctiſſimus, quod ſibi, quod etiā Deo ſummoperè placeat, videlicèt nō actionem iniquam Dæmonis, aut latronum, ſed ſuam ipſius paſſionem; quæ, à quocumq; inferatur, & fiat, peccatum non eſt ea ratione qua paſſio eſt; atq; in ea Deus complacet, tanquam in re ſibi gratiſſima; quæ paſſionis pijſſimæ ab iniqua actione diſtinctio, & quaſi præciſio Theologica indicatur, cùm per verbum paſſiuum hæc ſententia profertur, *Sicut Domino placuit, ita factum eſt.* cum tamen ſicut Domino placuit, non fecerint Dæmon, atque Sabęi. eiuſmodi loquendi formę vim atq; proprietatē in re ſimili explicanda ſubtiliter ſemper obſeruant Sacræ litteræ. Geneſ. 45. ait Ioſeph fratribus: *Non veſtro Conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum.* cum tamen minimè Dei voluntate inuidi fratres illum ablegauerint, & vendiderint. deinde ca. 50. dum ſuorum fratrū ſcelus extenuat, aut excuſat: *Nolite timere; num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* cuius loci lectio varia eſt. Septuaginta, *Dei enim ſum ego.* Aquila & Sym. *Nūquid enim pro Deo ego?* quod reſpōdet Hebræo. Alij ex eodem fonte; *Quoniam numquid ſub Deo ego?* aut, *Nunquid loco, aut vice Dei ego?* eodem recidūt omnia. ego res meas nō mea voluntate aut cōſilio agendas duco; Dei voluntati me totum numquam non permiſi; Non ſum ego Deus, neque loco aut vice Dei, vt mea volūtas ſit regula gerendorum; Dei ſum ego; Dei voluntati ſubijcior, illi de me decernenti, prout illi placuit, reſiſtere neq; poſſum, neq; debeo. hæc autē Dei voluntas fuit, vt mitteretur, Ioſeph, non vt fratres mitterent. Subtiliter hic Caietanus obſeruat, cùm Deus atq; fratres non eodē modo in Ioſepho vendēdo ſe habuerint Ioſephū dicere *loco Dei* ſe ſtare, id eſt à Dei partibus, ita vt non quid hoſtes fecerint iniqua actione, ſed quid Deus vellet ſua paſſione & tolerantia, attenderit, ſe gaudere quòd venditus, quòd in Egyptum miſſus ſit; quod id quoque Deo placuiſſe intellexiſſet. Ierem. thren. 3. in illa maxima clade, ijs, qui de hoſtiū immanitate conquererentur, videtur reſpondere, præteriens actionem iniquam, & attendens tantùm paſſionem ſuam, quam Dei voluntate ſuſtinebāt. *Quis eſt iſte, qui dixit, vt fieret Domino non iubente?* Simile eſt id Ioan. 11. Caiphæ dictum: *Expedit nobis, vt vnus moriatur homo, pro populo,* quod ab Spiritu Sancto & non à ſemetipſo dixiſſe Ioannes teſtatur; quod enim Chriſtus moreretur, quòd mortem illi per ſummam inuidiam ſummumque ſcelus pateretur illatam expediens, atque adeò neceſſarium erat vniuerſo hominum generi; ſed væ tamē homini illi, per cuius actionem traditus eſt, væ crucifixoribus, væ deicidis. vide quam Theologice apex ille Theologorum (ſic vocat Dionyſius) Petrus de hac re loquitur Acto. 2. *Hunc definito cōſilio, & præſcientia Dei traditum per manus iniquorum affligentes interemiſtis.* Iniquæ manus agentes, affligentes, interimentes; Dei conſilium æquiſſimum vt traderetur, & traditus pro noſtris delictis ſolueret. Deinde: *Conuenerunt aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Iſraël facere, quæ manus tua, & conſilium tuum decreuerunt fieri.* Vide vt illi egerint quæ Deo diſplicuerint, vt verò factum fuerit, ſicut Domino placuit. ſapiēter hac de re loquitur Leo Ser. 16. de Paſſio. Domini.

Præciſio Theologica & Metaphyſica actionis à paſſione in Sacro Sermone.

Geneſ. 45. 8.

Geneſ. 50. 19.

LXX.

Aquila.

Symmach.

Thren. 3. 47.

Ioan. 11. 50.

Actor. 2. 23.

17 *Sit nomen Domini benedictum.* Huius primi certaminis hæc eſt clauſula, primiq; triumphi decantatio per ſummam patientiam, & feruentiſſimæ charitatis affectū: quam Deus in vniuerſis rebus moderādis ęquitatis, & prouidentiæ rationem ſeruare ſolet, illā in me quoque oſtendit, dignus propterea, qui omnium vocibus, & gratiarum actione concelebretur: *Benedicam Dominum in omni tempore,* vtcumq; mecum ille egerit. his verbis omnē videtur ſuggeſtionis blaſphemiæ aditum præcluſiſſe.

Clauſula, & finis primi certaminis.

Pſalm. 33.

Nomen Domini. id eſt Deus ipſe, Nomē rei pro re ipſa. frequenter in ſacris. Pſal. 43. *In te inimicos ventilabimus cornu & in nomine tuo* (quod dixerat in te) *ſpernemus,* &c. Pſal. 47. *Secundùm nomen tuum Deus, ſic & laus tua.* id eſt talem te præſtas, qualem te omnes prædicant. illuſtris vero ille locus eſt Acto. 1. *Erat turba hominum ſimul ferè centum viginti.* Græcè; (*onomaton*) nominum; nominatim enim homines cenſeri ſolent frequens quoq; apud profanos nominis pro re vſurpatio, vt ille dixit.

Nomen pro re ipſa.

Pſalm. 43. 6.

Pſalm. 47. 11.

Acto. 1. 15.

ὀνομάτων.

,,,,,,,,, *Nec fidum fœmina nomen.*

Et apud Lyricum Europa inquit.

Pater, relictum filiæ nomen.

Et eadem dicendi figura, Ariadnes.

Nam pater, & tellus iuſto negata parenti

Prodita ſunt facto nomina cara meo.

Tibul.

Hora. 3. carm.

Ouidius.

Sed cum nomen rei alicuius dicitur, ſignificatur res excellentis nominis, & gloriæ, videlicet res nominari digna, ita vt nomē rei ſignificet,* rem nominis præclari. Quare hoc loco *nomen Domini,* erit Dominus glorioſus, cuius bonitatis & ſapiētię laus longè lateq; patet, & omnium linguis hominū, & angelorū celebratur. *Benedictum* verò optat *Dei nomē.* id eſt, vt pro illius in nos paterna prouidētia gratias agamus & laudibus pijſq; hymnis proſequamur, vtrūq; verbo benedicēdi ſignificante, vel gratias agere, vt 2. Paralyp. 31. v. 8. Daniel. 2. v. 19. & 4. v.

Nomen pręclara rei alicuius fama.

* Coſa de nonbre y fama.

31. Matth.

Benedicere eſt gratias agere, aut laudare.

31. Matth. 14. v. 19. vel laudare vt Pſalm. 33. v. 2. & Pſalm. 95. v. 2. & 102. v. 1. 2. & alijs locis frequenter.

Vnde obſeruare licet primò, in ea prouidén-
18 Glorioſus Deus in iuſtorum ærumnis. tiæ ratione, quam Deus erga iuſtos ſuos exercet, mirabilem ſe Deum, mirabiliſq; nominis & gloriæ maieſtatem oſtendere; eo enim nomine agnoſci vult, & prædicari, non tā quòd filios ſuos delicate nutriat, quàm quod illos ſeueriori diſciplina contineat, & quòd ſeruos habeat fideles & conſtantes in laboribus, & ęrumnis; hunc ſibi honorem, hanc ſibi gloriam a ſuis ſeruis deferri exigit, ſicut Petrus dixit. *Si exprobramini in nomine eius, beati; quoniam quod eſt honoris & gloriæ, & virtutis Dei, & qui eſt ſpiritus eius* (1. Pet. 14. 4.) *ſuper vos requieſcit.* videtur enim ſpiritus eius, qui igneus eſt, ſeuerioriſq; diſciplinæ, velut illa Noë columba, quærere in quo poſſit pedem figere, & cùm vix inueniatur, qui labores & ærumnas à Deo oblatas admittere velit, non habet *vbi requieſcat pes illius*: ſi quis verò lætus, & gratus exprobratur in nomine eius, ſuper illū Dei glorioſum nomē, virtus, & ſpiritus requieſcunt, iſq; Dei nomen celebrat. Sic etiam Paulus ait, *Stigmata Domini mei in corpore meo porto.* nota ſerui inultus ſum; igne tribulationum inſignitus; Dei ſpiritu ſuccenſus; hæc verò ſtigmata, quę alia ſunt, quàm crux, quam verbera, quā perſecutiones & ærumnæ terra mariq;? Hæc igitur *ſtigmata porto*, oſtento, & omnibus conſpicua videndaque præbeo, quo ex meis ærumnis (Galat. 6. 7.) Dominum meum, & Ieſu nomen celebrem, & prædicem. quod iterū idem Apoſtolus clariùs ſcripſit: *Magnificabitur Dominus in corpore meo* (Philip. 1. 20.) (id eſt, magnus habebitur & prædicabitur,) *ſiue per vitam* (cū me eripuerit ex multis, ingentibuſq; vitæ diſcriminibus) *ſiue per mortem* (videlicet cùm mea mors illius nomine ſuſcepta teſtificetur digniſſimū eſſe, pro quo mori parati ſim⁹.)

19 Secundò, Iobum gratias agere pro accepta

Tribulatio ingens beneficium, & gratiarum actione ſuſcipiendum. Philip. 1. 24.

clade, velut pro ingenti beneficio: *Donū* vocat Apoſtolus *non ſolum in Deum credere*, ſed etiam *pro illo pati*, videturq; vtrumque beneficium ſimul coniungere, Vocationis, atq; Patientiæ, acceptarumq; ærumnarum, quod vtrumq; ſimul initio naſcentis Eccleſiæ conferretur a Deo. Nam qui ad Chriſti Euangelij ſeruitutē accedebāt, ſtabant in timore, & pręparabant animam ſuā ad tentationem. Beatitudinē dicit Petrus: *Beati eritis*; quoniam tribulationes vidētur eſſe pignora futuræ gloriæ. Ioannes lucra, & bonorum omnium opportunitatem; quid enim aliud exiſtimas ſignificare, cùm ait Apocal. 1. *Tempus propè eſt*, quam calamitates, & perſecutiones, quæ multorum ſunt præmiorum, atque ingentium bonorum ampliſſima occaſio? Et, vt Aretas exponit, beatitudinis conſequendæ commoda idoneaq; opportunitas? Pro tanto igitur beneficio Iobus gratias agit; ſicut ſcriptum eſt: *Deferetur munus* (gratiarum actionis & laudis) *à populo diuiſo, & dilacerato.* Vide Pſal. 28. quo ad ſacrificia facienda, & ad dicendam gloriam nomini Domini cōuocat Dauid vniuerſam Eccleſiā: eo præſertim tempore, cùm Deus ſæuam tempeſtatem concitat; cùm tonitrua & fulgura terrifica edit; cùm ignes iaculatur in terras; cùm confringit cedros; cùm arbores antiquiſſimas conuellit, cùm ſyluas, memoraq; decutit, cum reuelat condenſa, & decorticat, ſpoliatq; arbores honore ſuo, cùm vitulos, cum ceruos, cùm feras, cùm Rhinocerota terret, atq; proſternit, cū pluit, cùm grandinat, cùm tonat, cùm rugit, cū tremit. Tunc videlicèt cùm nos terret, cùm honore boniſq; omnibus ſpoliat, cùm humanū faſtum deijcit, cum humi proſternit, cum proterit, cùm laboribus & calamitatibus frangit, *afferre* nos illi oportet *filios arietum, & vitulos labiorum noſtrorum, atq; gloriam & honorem nomini eius; & in templo eius omnes dicere* huiuſmodi *gloriam*, huiuſmodique gratias agentes hymnum concinere; *Dominus diluuium inhabitare facit, & ſedebit Dominus Rex in æternum.* nimirum diluuium immittit & ærumnarum pluuiā; quibus impios puniat, pios exerceat: *Dominus virtutem populo ſuo dabit.* Pios interim ſua virtute corroborabit, ne cedant malis, ſuſtinebit, ne fluctibus ſuperentur, ne frangantur laboribus, ne conſternentur calamitatum metu, & triſtitia; ſed bene eis cedat tempeſtas, tandemque ad tranquillitatem cuncta perducet. *Dominus benedicet populo ſuo in pace*: cumulans ſuſtinentiam laborum ingenti menſura omnium bonorum, ampliſſimorumq; præmiorum.

Tribulationum perpeſſio, beatitudo apud Petrum.

Tribulationes dicuntur tēpus, id eſt, occaſio lucri. Apocal. 1. 3. Aretas. Iſai. 18. 7. Pſal. 28. breui Paraphraſi illuſtratus. Agendę gratię Deo in diluuio, & turbine tribulationum.

XXII. In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis: neque ſtultum quid contra Deum loquutus eſt.

1 *Dæmon temeritatis, & mendacij notatus. Laudatus Iob. Defenſus Vulgatus.*
2 *Iob illæſus ex prælio. Nemo læditur niſi à ſemetipſo.*
3 *Expenditur lectio LXX. ſtultitia ad vitium linguæ, & quid propriè in Sacro Sermone.*
4 *Qui Fatui, quid fatuitas. Pulchra ex Chryſoſt. totius cap. clauſula.*

CONCLVSIO, quæ oſtendit, dæmonem temerè pollicitū, fore vt Iobus Deo be- 1
Dæmon temeritatis, & mendacij arguitur.
nediceret, quaſi dęmonem ipſum mendacij arguat ſacer ſcriptor. Nos diceremus: *à lo menos baſta aqui mentir oſo ha ſalido.* Origenes, & Græci, (Origenes.) ad cogitationes referūt; nullam videlicèt impiam cogitationem habuiſſe de Deo, ſed benè de illius bonitate ſenſiſſe. fauent Septuaginta, (LXX. Iob non peccauit neque verbo, neq; cogitatione.) qui legunt: *In omnibus his, quæ acciderunt ei, nihil peccauit Iob coram Domino.* ſed tamen Latinus interpres ad peccatū, & lapſum linguæ pertinere exiſtimauit, addidit enim, & quidē ſapiēter, *labijs ſuis*, cum in Hebræo tantum ſit, *Non peccauit Iob.* Nam tota dæmonis intentio eò incumbebat, vt verbum minùs conſideratum, aut minus pium ab illo extorqueret, quod blaſphemiam ſaperet.

Præterea hac ſententia aſſeritur Iob illæſus 2
Iob illæſus ex prælio.
euaſiſſe ex pręlio, nam *nemo læditur niſi à ſe ipſo*, id ergo conabatur dæmon vt Iobus ſe ipſum per impatientiam læderet, & vel vnico verbo ſaltem ſibi noceret, itaque qui hactenus non peccauit, minimè læſus à ſeipſo eſt; de quo ſic ſcripſit Chryſoſt. *Sciebat hunc rerum ordinem diabolus, & ideo cùm expetiiſſet beatum Iob, om-* (Chryſoſt. hom. quod nemo læd. niſi à ſe. tom. 5.)

nem

non ſubſtantiam eius perditum dedit, non vt eum pauperem faceret, ſed vt pro his doloris tempore aliquem ſermonem proferret in Deum. &c. Tandem cùm plura differuiſſet, colligit inanes eſſe illas querelas, quibus ſe quis læſum, & violatum ab alio queritur; nam neque dæmon ipſe lædere poteſt eum, qui ſibi ipſi voluntate ſua peccati autor non fuerit. vide Cyril. Hieroſol. Catech. 2.

Nemo læditur, qui non peccat.

Cyril. Hieroſolymit.

3 *Neque ſtultum quid.* in Hebræo & Septuaginta: *Non dedit inſipientiam Deo.* Olympiodorus ait Hebræum legere; *Non incuſauit Deum;* aut, non eſt conqueſtus de Deo. Quaſi diceret, non ſenſit iniquè de diuina prouidentia, neque dixit ſupremum iudicem parum iuſtè, parumq; ſapienter egiſſe. Pro, *Deo,* vox Originalis, *Elohim* iudicem & gubernatorem ſonat, Chryſoſt. *Deum iniuſtitia aliqua non condemnauit.* ſicut qui cõtra ſe ſententiã iudicis expertus eſt, iniquè de illo ſentire ſolet; Iob tamen nullam iniuſtitiæ aut ſtultitiæ notam ſupremo iudici affingit, quicquid ille contra ſe decreuerit, imò cùm ſua bona proſcripſerit, & calumniatori permiſerit, nihil contra ſe; ſed pro ſe Deũ egiſſe intelligit. Origenes, refert ad præcedens illud Iobi præconium, vt Iobus effecerit, ne Deus vllius ſtultitiæ, aut leuitatis, mendaciique argui poſſet, nam talẽ ſe præbuit, qualem prædicauit Deus.

Olympiod.

Origenes.

No le ſalio à Dios mentiroſa.

Sed Latinus interpres *ſtultitiam* illam ex parte Iobi conſiderauit; quaſi diceret, nihil reiecit in Deum ſtulti ſcommatis, aut blaſphemiæ; non rependit Deo ſtultam aliquam querimoniam pro clade, quam ab illo acceperat: non retulit Deo ſtultam aliquam ingrati animi ſignificationem; & hic ſenſus tum fini propoſito, tum verbis ipſis congruentior eſt; nam *ſtultum,* aut ſtultitia, eſt id quod petulantius aut inconſiderantius dicitur, *Hablar necedades.* quæ ſignificatio *ſtulti* nõ eſt à Latino ſermone aliena; nam Cicero aliquando loquacem appellauit ſtultitiam; ſtultitiæ enim index eſt lingua, & vox: & quæ ſunt ſtultitiæ, eadem ſunt ſigna loquacitatis; cum tradat Plinius lib. 11. c. 52. auricularum magnitudinem; ſtultitiæ, & loquacitatis notam eſſe. in Hebræo autem pro ſtulto eſt, *Thiphla:* a radice *Taphal,* quod propriè eſt id, quod debitum temperamentum non habet. Rabi Mardochai ait eſſe, quicquid non eſt ſufficienter paratum, & conditum, ſiue ſit cibus, ſiue cæmentum, ſiue res alia. Quare ſi ad cibum & guſtum referatur, dicitur inſipidũ, inſulſum; ſic vertitur infrà cap. 6. verſ. 6. ſi ad rem cæmentariam, dicitur lutum abſque temperamento, Ezech 13. v. 14 ſi ad verba & veritatem aut falſitatem cuiuſpiam narrationis, dicitur falſum & ſtultum. Thren. 2 v. 14. ergo, vt quod ad cibum pertinet atque guſtum coniungamus cum verbis, & lingua, profectò *ſtultum* aliquid loqui, idem erit quod inſipidum, & inconditum loqui. Hoc verò (vt vel ex hoc vno exemplo conſtare poſſit non fruſtra nos Hiſpanis noſtris locutionibus in explicando Sacro Sermone frequentius vti) nihil aliud erit, quam, *hablar deſabrido,* videlicet verbum paulo aſperius, pauloque amarulentius ex palato inſipido & amarulento proferre. Mirum ergo, quod Iob ita ſibi temperarit, vt cor, linguam, ſingula verba ſale cõdierit, nihil inſulſi, nihil ingrati aut ſibi, aut diuino palato proferens.

Stultitiã ad loquacitatẽ referri.

Cicero 3. de ora.

Stultitiæ, & loquacitatis ſigna ex Plin.

תִּפְלָה
תפל

R. Mardoch. in ſua Cõcordan.

Stultum loqui.

4 Huc facit, quod fatuos (iidem ſunt ſtulti) id eſt inconſideratè loquentes, & ſtultiloquio laborantes, inſulſos etiam interpretatur Donatus. & Seruius ſcribit eoſdem à Fatua Fauni vxore ſic dictos, quæ nomen quoque à fando acceperat; id eſt à vaticinando, vt tradit Iſidorus lib. 7. Ethymologiar. Fauno enim vxor fuit nomine Fatua, quæ aſſiduè diuino ſpiritu impleta, velut per furorem futura prædicebat. vnde fatuari dicuntur, qui inſpirari ſolent. Quare fatui ſunt commotioris animi, commotioris, linguæ homines. Iob itaq; qui orationem ſuauiſſimam fundit, nihil, ſtultũ, nihil fatuũ, nihil inſulſum loquut9 eſt. Iam totũ caput pulchra illa Chryſoſtomi clauſula, elegantique ſimilitudine concludamus; ſic ille ſcribit: *Quemadmodum in ſimulachrorum crepidine, ſtatuarumque baſi ſolet inſcribi, Hic, illum poſuit: ita hoc loco libri auctor poſtquam Iuſti ſimulachrum verbis abſoluit, in crepidine hanc veluti inſcriptionem reliquit: IN OMNIBVS HIS NON PECCAVIT IOB.*

Fatui qui.

Donatus in Terentij Eunuc.

Seruius lib. Aeneid.

Iſidorus.

CAPVT PRIMVM.

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

QVO TEMPORE ILLE DEI populus, qui iam inde ab Abrahamo peculiari ſigno ſecerni à cæteris, internoſciq; poterat, in Iacob eiuſq; filijs nō ſolum propagari, verùm etiam illam reipublicę, regniue formam adumbratam (in alieno licèt Aegypti regno, & ſolo) habere cœpit, in quam poſtea duodecim in tribus diuiſus, redactus eſt, iam ſanè *a* tunc poſteri Eſau, qui à fratre ſuo Iacob in Chananæam redeunte receſſerat in montem Seir, ad tantam multitudinem tantamque potentiam creſcere, & augeri cœperunt, vt à montoſis in finitimas regiones, planicieique camporum deſcendentes vniuerſum illum Idumææ tractum, quæ inter montes, Iordanemque media interiacet occuparent; plurimarumque prouinciarum, atque regnorum dominationem obtinerent. Verùm ex reliqua poſteritate vnus extitit *b* pronepos Eſau, ita * cæteris hominibus ſanguinis cōmuniōq; *c* humanitatis ſocietate ſimilis, vt ſingulari virtute viri. & præſtantia animi conſtantia cunctos mortales longè lateque ſuperaret; digniſſimuſq; cenſeretur, cui *d* propter tantā virtutē, tantumque generis ſplendorem, (nam ab Abraham quintus erat) nec non propter ſingularem humanarum diuinarumque rerum ſcientiam, nō ſolum terræ Hus, ſed vniuerſæ etiam *e* Idumæorum ditionis principatus & imperiū deferretur, & *f* rex regum communibus aliorum regum votis & ſuffragijs renunciaretur.

1. * Vir.

Is inter Huſitas regni ſedem fixit: *g* interim conſtantem quendam dominandi, rectumque fœlicitatis curſum nulla aduerſæ fortunæ incurſione abruptum, aut retardatum tenebat. * Eſt verò *h* Huſitarum prouincia cis Iordanem in ea ſorte, quæ poſtea dimidiæ tribui Manaſſe attributa eſt, Thraconitidem & Argob cum Iordane ab Occidente habet, ab Oriente verò maiorem illum Hermon, ſeu Sanir montem; Arabiæ deſertæ contermina; Armeniæ vicina; non longe diſtans ab Idumæa illa montoſa, quæ in cauernis petrarum ſita eſt. Huic ſingulari viro, principique clariſſimo nomen Iob *i* apud alios Iobab, non ſine diuino numine inditum fuit; quippe non leue aut vanum, * ſed quod frequenti fama cum laude glorioſum eſſet, & reliquæ vitæ fortunam variam, varioſque euentus (*l* dolorem enim, & ærumnas ſonat) arcana ſignificatione præferret.

erat in terra * Hus

* Nomine Iob.

Patria *m* Boſra fuit, ſiue illa quæ in Idumæa eſt, ſiue illa altera, quæ in Thraconitide. Patrem habuit Zaram ducem Rahuelis filium, Eſau nepotem. * Sed cùm *n* ſanguinis nataliumque impuritas nihil illius vitæ candorem, lucemque obſcuret, qui pietatem colat, & vitiorum ſordibus ſe non contaminet, extitit ſanè vir hic omnibus virtutum ornamentis officijſque eximius. *o* Fuit namque naturæ ducis agendique magiſtræ, atque rationis rectæ obſeruantiſſimus; * veræ ſolidæque *p* ſanctitatis, quæ nihil fucati, nihil impuri admiſtum habeat, ſtudioſiſſimus ſectator: omnes perfectæ innocentiæ numeros in ſe habens, conſtans cum ſumma veritate dictorum atque factorum, quæ in locuplete & principe viro non extrema tandem virtus eſt. Hanc ſummam æquitatis, * & rectitudinis ſemitam cùm teneret, *q* bene tamen de omnibus mereri & ſtuduit & aſſequutus eſt; nec non vniuerſis ſubditis frugi, benignuſque ſemper eſt viſus: *r* Sed non ideo ſe non Dei ſeruum obſequentiſſimum, & * pietati addictiſſimum imprimis exhibuit * atque *ſ* vniuerſæ impiorum & vitiorum co-

* & erat vir ille

* Simplex,

* & rectus,

* ac timens Deum,

* & recedens à malo,

BREVIS NOTATIO EORVM, QVAE in Paraphraſi ſtrictim dicuntur, & in comentarijs fuſius explicantur.

a *Quo tempore Iob vixerit. V. 1. à num. 34.*

b *Quod Iobi genus. V. 1. à num. 30. vbi diſputatur.*

c *Viri ſignificatio triplex pro homine vniuerſo, pro forti, pro magiſtratu. V. 1. à num. 2.*

d *Ex quibus ſtirpibus olim Reges crearentur. V. 1. à num. 19.*

e *Iob Rex vniuerſæ Idumææ. V. 1. à numer. 14. & in deſcriptione terræ Hus à num. 28. & 29.*

f *Iob Rex regum. V. 1. à num. 14.*

g *Quæ ſit vis & vſus præteriti imperfecti. V. 1. num. 23.*

h *Situs terræ Hus. V. 1. num. 28. 29. 30.*

i *Iob an fuerit binomius. V. 1.*

l *Iobi nominis interpretatio quæ V. 1 num. 46. & in præfat. c. 2.*

m *Iobi patria, & parentes. V. 1. à num. 31.*

n *Parentum impietas nihil lædit filiorum pietatem. V. 1. num. 40. 42. 43. in Appendice 3. ad Iobi gene.*

o *Prima laus rationalis hominis à virtutibus, quæ in ratione naturali poſitæ ſunt V. 1. à num. 50.*

p *Multiplex ſimplicitatis acceptio in ſacro ſermone. V. 1. nu. 51. 52. 53. & 54. & ſequ.*

q *Rectus pro iucundo & grato. V. 1. nu. 56. 57.*

r *An virtus ſit placere hominibus. V. 1. nu. 58.*

ſ *Timor Dei vniuerſam religionem ſignificat. V. 1. num. 59. 60.*

horti, quæ in mundo graſſantur per ſummam licentiam, s hoſtem atque inimicum grauiſſimum oppoſuit. t Quale verò tandem exiſtimare oportet Huſitarum regnum extitiſſe ſub rege ſanctiſſimo? quam benè fidei myſterijs rerumque diuinarum cognitione informatum, bene, & piè viuendi præceptis inſtructum? quantum apud illos pietas, religio, æquitatis, & virtutis ratio potuerit? Neque minus præclarè inſtructam domum habuit, ſeptem generoſæ indolis filijs, tribuſque filiabus honeſtiſſimis, v ſanctè omnibus & liberaliter educatis; x qui ſicut rei paternæ atque domeſticæ ſuppellectilis pars optima erant, ita etiam bonæ parentum ſpei, omniſque gaudij atque lætitiæ materiam ampliſſimam ſuppeditabant. Illæ deinde minores erant, ſed neque non ampliſſimæ diuitiæ, non quæ auro, & argento, y quibus nullus ſit comparandis finis præſcriptus, ſed quæ pecoribus & armentis conſtarent veræ ac naturales facultates. Habuit namque ſeptem millia ouium: z ex quibus ad victum, veſtitum, ſacrificia multæ ſunt vtilitates; camelos (quos inter armenta paſcit Oriens) tum geſtandis oneribus, tum prælijs, præſertim Arabicos, idoneos; Iuga boum quingenta non ſacrificijs ſolum, ſed colendis agris ampliſſimis neceſſaria: quingentas aſinas tum ad mulorum generationem, a (qui tunc habebantur in pretio) tam ad vehendum, aliaſque operas agrorum opportunas: b Familiam denique ampliſſimam, & numeroſiſſimum ſeruitium ex bubulcis, paſtoribus, magiſtris pecorum, agricolis, ſeruiſque ad omnem rem idoneis comparatum.* His rebus omnibus toto Oriente c omnis celebritate & re ipſa nobilitatis diuitiarum, ſapientiæ, pietatiſque laude inter* Arabes, Armenos, Idumæoſque omnes maximus atque clariſſimus effectus eſt. Quoniam vero illa non eſt vltima fœlicitatis pars, quæ ad filios pertinet, certe filios habuit honeſtiſſimis d matrimonij vinculis iunctos, qui licet priuatis domibus, & facultatibus ſeparati diuiſique vitam traducerent, ſed incredibilis erat omnium concordia, maxima caritas, ſumma atque perpetua vitæ lætitiæ; quippe ſolenne illis ſemper fuit, e quotidianis, ſed f modeſtis honeſtiſque conuiuijs ſe inuitare, excipereque viciſſim: & ſuum ex ſeptem hebdomadæ diebus diem cuique, vt conuiuator eſſet, præfigere.* Eiuſmodi tamen rerum curam à ſororibus minimè requirebant, hoc contenti, quo fraternam beneuolentiam nutrirent, vt illas ad communem conuiuiorum iucunditatem accerſerent; vocatæ vero tres g caſtæ, verecundæque virgines temperantiæ atque frugalitatis teſtes adeſſent. Sic agitabantur per h gyrum ex ordine conuiuia, ſuamque circuitionem ſinguli ſingulis hebdomadis conficiebant. His cùm parens optimus ſiue pro ſua regia maieſtate, & dignitate, ſiue pro filius ætatis, regioniſque apud Reges conſuetudine, cum minime intereſſet, ne hac quoque iucunditate priuaretur, quam diſcumbentibus afferre ſolent filij, ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ, i ad ſacratiores alias epulas liberos ipſe inuitabat, atque per nuntium præuiam aliquam purificationis ſanctificationiſque cæremoniam indicens, ſacrificio matutino ſanctè & dignè iubebat intereſſe: deinde his, quæ primum Deo oblata eſſent, cum religione & iucunditate frui, quorum ipſe Iobus eſſet conditor, & inſtructor. l Erat enim pro ſuo Primogeniti iure, & pro Regni, Sapientiæ, ſanctitatiſque priuilegio Sacerdos Dei altiſſimi. m Sed mirum, quantum in re Sacra diligentiæ & ſolicitudinis adhiberet; ſummo ſurgebat diluculo; quippe hæc illum religionis cura excitabat à ſomno, eademque vigilantis animum prima occupabat. n Pro ſingulis filijs, quos ſigillatim vnice diligebat, ſingula apparabat ſacrificia, quibus illorum peccata expiaret,* ſi quid forte inter lautiores epulas per negligentiam admiſiſſent, o & vel leuiorem cogitationem, quæ Dei conſpectu corda ſcrutantis indigna eſſet, cordibus concepiſſent.* Sic p ſacrificabat Iob poſt euolutam conuiuialem hebdomadam octauo quoque die. Cæterum cum in viro integerrimo ad perfectæ ſanctitatis cumulum nil aliud deſiderari poſſe videretur, quàm certaminis cum hoſte labor, & virtutis atque fortitudinis ex manifeſta victoria publicum teſti-

2
Natiq; ſunt ei ſeptē filij, & tres filiæ.
3
& fuit poſſeſſio eius ſeptem millia ouiū & tria millia camelorū, quingēta quoque iuga boum, & quingentæ aſinæ, ac familia multa nimis.

*Eratque vir ille magnus
*inter omnes Orientales.
4
Et ibant filij eius, & faciebant conuiuium vnuſquiſque in die ſuo.
* & mittentes vocabant tres Sorores ſuas, vt comederent & biberent cum eis.
5
Cumq; in orbē tranſiſſent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob & ſanctificabat illos,

Conſurgenſque diluculo,
Offerebat holocauſta pro ſingulis. *Dicebat enim ne fortè peccauerint filij mei & benedixerint Deo in cordibus ſuis. *
Sic faciebat Iob cunctis diebus.
6
Quadam autem die

s Verbum recedendi, ſicut & ſtandi, multiplicare. v. 1. num. 61.
t Huſitas fideles fuiſſe, & ad eccleſiam pertinuiſſe. v. 1. à nu. 63. & ſequentibus latè diſſeritur.
v Iobi filios ſanctos fuiſſe. v. 1. nu. 1. & v. 19. num. 2. & promiſcuæ ſobolis ex viris & fœminis conſideratio. nu. 9.
x Filij cibus dicuntur parentibus, quod tertio illo caſu ſignificetur in ſacris. v. 2. à nu. 3. vſque ad. 8.
y Quæ naturales diuitiæ quondā amatæ. & de poſſeſſione Iobi diſputatio. v. 3. à nu. 1. vſq; ad 4.
z Quæ horum omnium pecorum vtilitates. v. 3. à nu. 6.
a Cuiuſmodi fuerint olim muli in pretio habiti, an ſui generis, vel potius eiuſdē generis cū noſtratibus. v. 3. nu. 11.
b Quos familiæ nomen comprehendat v. 3. à nu. 13. ex Hebræo, & Latino.
c Quid magnitudo afferat in Sacro Sermone, & qui orientalium nomine intelligantur. v. 3. à nu. 17. vſque ad 23.
d An filij Iob fuerint tunc temporis ſui iuris, explicatur. v. 4. nu. 3 & 4.
e An Iobi conuiuia quotidiana fuerint, annon, peculiari quæſt. diſputatur. v. 4. à n. 6. vſq; ad 13
f De horum conuiuiorum frugalitate & modeſtia plura. v. 4. v. à nu. 8. vſq; 12. & ad ſorores non pertinuiſſe eam curā. nu. 15. & 16
g Iobi filiæ an virgines tunc fuerint diſputatur v. 4. nu. 17. cur conuiuijs adhibitæ. num. 16.
h Conuiuij & ſolemnitatis nomen orbicularem circumuolutionem ſonare, & quare. v. 5. nu. 1.
i Iob ad Sacras alias & Sacerdotales epulas ſuos filios inuitaſſe
l Iobum Sacerdotem fuiſſe & quibus titulis Sacerdotium obtinuerit peculiaris diſput. v. 5. à n. 15. vſque ad 19.
m De diluculo, & manè ſurgendi arcana in Sacro ſermone ſignificatione v. 5. & de diligentia in re diuina adhibenda. v. 5. à num. 9. vſque ad 12.
n Peculiaris quæſtiuncula an ſigillatim pro ſingulis filijs Iob ſacrificarit. v. 5. nu. 14.
o Quid verbo benedicendi ſignificetur; an grauiora tantum peccata, an verò leuiſſima etiam cogitatio. v. 5. à nu. 23. vſque ad 25
p De verbo Faciendi, quod ad ſacrificium pertinet, pluſcula. v. 5. num. 26.

te ante exequias Abner. idque etiam ante legem
Geneſ.37.34. Geneſ.39. *Iacob ſciſsis veſtibus indutus eſt cilicio lugens filium ſuum multo tempore.*

Idem apud profanos.

Vergil.12. Aeneid. *""""" It ſciſſa veſte Latinus.*
Coniugis attonitus fatis, vrbisque ruina
Caniciem immundo perfuſam puluere turpans

Et iterum alius.

Iuuen. Satyr. *""""" vt primos edere planctus*
Caſſandra inciperet, ſciſſaque Polyxena palla.

Lacædæmoniorum hanc fuiſſe in luctu cæremoniam teſtatur Herodot. lib. 6. & Græcorum,
Herodot. Lucianus Diony. Hali. Lucian. dialogo de luctu, & Romanorũ, Dionyſ. Halicar. lib. 7. cum de condemnatione Marci Coriolani ſcribit. ergo vt lugeret miſerandam omnium filiorum necẽ, non ſolùm diſcidit veſtes humeris, atque pectore; ſed quod conſequens erat, lugubrem & pullum ſaccum induiſſe credendus eſt, atq; etiam cinere, & puluere conſperſiſſe caput: cum ipſe quoque dicat. c. 16. *ſaccum conſui ſuper cutem meam,*
Iob.16.55. *operui cinere carnem meam.*

9. Secundo hæc actio pœnitentiam agẽtibus, & ſeſe coram alijs deprimentibus, & coram Deo humiliter deprecantibus conueniebat;
Ioſue.7.6. Ioſue. 7. *Ioſue ſcidit veſtimenta ſua, & pronus cecidit in terram coram arca Domini.* Vid: etiam. 2. Paralip. 34. v. 19. & 1. Machab. 3. v. 47. huc illud Ioel. 2. *Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* id eſt plus corda, quàm veſtimenta; ſicut & id
Hoſ.6.7. *Miſericordiam volo, & non* (pluſquam) *ſacrificium.* nam illa externa declaratio, niſi ficta & inanis eſſet futura, internæ contritionis, & doloris cordis ſignificatio quædã erat; ſicut & carnis circumciſio, cordis circumciſionem ſignificabat, & expoſcebat. Ergo tot acceptis cladibus, & plagis ſcindit præterea ipſe veſtimẽta ſua, & ſpontaneam pœnitentiam agẽs, ſubiectum ſe & humilem Deo exhibet, vir ſapiẽtiſsimus, & Deo flagellanti comitem ſe adiũgit; quò ſe amplius maceret, & fatiget. Tam enim longè abſunt viri ſancti, vt immiſſas a Deo calamitates reſpuant, vt cum illas placere Deo intelligant, alias etiam ipſi adijciãt, ſponteq; ſuſcipiant. Hoc ſuorum malorum vnico leuamine vtebatur Dauid. Pſal. 34. *Cum*
Pſal.34.13. *mihi moleſti eſſent induebar cilicio.* (non contentus videlicet hoſtium moleſtijs, mihi ipſi hoſtis eram ego ipſe, & moleſtiſsimo cilicio ex animalium ſetis contexto me macerabam) *Humiliabam in ieiunio animam meam* (præter hoſtis inſidias, ego mihi cibum ſubtrahebam & ieiunio animales, corporeaſque vires debilitabam) *& oratio mea in ſinu meo conuertetur* (cum mihi illi male precarentur, bene illis precabar; quod & difficilè, & moleſtum humano ſenſui eſſe ſolet, ijs bene velle, à quib. læſus ſis.) *Quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacebam.* (Cum illi mihi moleſti, & infeſti exiſterent, ego mihi ipſi vim afferebam, vt omni via & ratione illis poſſem placere, & proximi fratriſque officio prodeſſe) *Quaſi lugens, & contriſtatus ſic humiliabar* (illi me ſublatũ de medio cupiebant, ego verò, quò illorum conatus promouerem, & anteuerterem, lugubrem veſtem ſumebam, qua honorificè quaſi meum feretrum proſequerer, in quod me illi iam dudum illatum, & repoſitum cupiuiſsẽt. Fortè ad id alludit, cum 2. Reg. 15. fugiens Abſalonem ſponte vrbe fortiſsima ceſsit, cùm in vrbe, quàm in agro meliùs ſe tueri, & defendere poſſet. vt obſeruauit Abulen. tamen ſponte ignominioſam fugam ſuſcepit, ceſsit regia vrbe, regalique ſede, fugit nudis pedibus, non enim tam fugam celerem, quam moleſtam & laborioſam inibat; non equo, non calcaribus vſus, ſed calceis etiam, qui in montes arduos & difficiles aſcendentem leuare poſſent, depoſitis: tum etiam, *Scandens & flens, & nudis pedibus incedens, & * operto capite aſcende-* 2.Reg.15. * Con vna loba, o con vn capirote de luto.
bat plorans; videlicet pro more lugentium lugens & contriſtatus; ſic igitur ſuam mortem, quam expetebat Abſalon) lugebat, & contriſtatus humiliabatur. Non aliter ſe feciſſe teſtatur Iob; poſtquam multa, quæ pertulerat mala commemorauit, & mille ſe vulneribus proſciſſum dixit, *Cõſcidit me vulnere ſuper vulnus;* quas ipſe pœnas alias adiecíſſet, ſubiungit, *ſaccum conſui ſuper cutem meam, & operui cinere carnem meam.* quaſi diceret, accepta vulnera non oleo, non reſina, non malagmate leniui, neq; obligaui; nõ ſanguinem fluentem compeſcui, neque vinciui; ſed quaſi aceto, ſaleq; perfunderem, ſetoſo cilicio cooperui, & cinere conſperſi. Scidit etiam veſtimẽta ſua quaſi primis verberibus admonitus, vt veſtem proijceret, quo ſe nudum flagellanti præberet: quaſi illud vſurpans Pſal. 37. *Quoniam ego in flagella* (futura infligenda) *paratus ſum,* & (quãuis) *dolor meus* Pſ.37.18.
(quem nunc iam perfero à te, ab hoſtibuſque meis illatum) *in conſpectu meo ſemper.* Nõ hoc impiorũ ingenium, qui Dei comminatiobus, ſupplicijs etiam, quibus poſſunt voluptatum generibus occurrere nituntur; nam *Vocabit Dominus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum,* Iſai.22.12.13.
& ad caluitium, & ad cingulum ſacci; & ecce gaudium, & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum.

Tertiò hæc veſtium dilaceratio, & intimi doloris ſignificatio ſæpe vſurpata eſt in blaſphemiæ deteſtationem, & Dei honorem, vt qui Dei iniuriam accepiſſet, rumperetur præ dolore. ſic fecit Ezechias. 4. Reg. 19. & Iſai. 37. *Audiens blaſphemias Rabſacis.* atque Iere. 36. cum ſacrum volumen dilaceratum & combuſtum eſt, criminis ingentis notantur, qui nullã doloris ſignificationem ad tantum ſacrilegium præbuerunt. *Non timuerunt, neque ſciderunt veſtimenta ſua rex, & omnes ſerui eius, qui audierunt omnes ſermones iſtos.* Eodẽ videtur ſpectare id Act. 12. cùm Rex Herodes argentea veſte coruſcãs, & diuinos ſibi honores deferri à populo intelligens, miſerè interijt, *eo quòd non dediſſet honorem Deo,* videlicet diſciſſa veſte; quæ tunc peculiari ratione debuiſſet diſcindi, cũ ea fuiſſet populo erroris occaſio. aliter Paul. & Barnab. act. 14. quibus cum Iouis ſacerdos ſacrificare pararet, *conſciſsis tunicis exilierunt in turbas clamantes & dicentes Viri quid hæc facitis? & nos mortales ſumus.* Iam ergo, licet de hac veteri cæremonia nihil ſciatur ante legem ad blaſphemiæ deteſtationem præceſſiſſe; ſed pulchrè

7. Dilaceratio veſtium in blaſphemiæ deteſtationem.
Iere.36.24.
Act.12.13.
Act.14.v.13.& 14.

tamen extendi eouſque poterit, atque cum dilaceratis Iobi veſtibus coniui. Namque cum illi propoſitum eſſet dæmoni, idque pollicitus eſſet, fore vt Iobus Deo benediceret, credendus eſt multos ſtimulos hominis animo adhibuiſſe, & multas blaſphemiæ cogitationes ſuggeſſiſſe, vt illum ad aliquod blaſphemiæ verbum pertraheret. Sed blaſphemaret, ſcilicet, aut diuinæ prouidentiæ detraheret, qui ad primam cogitationem, primamque tanti criminis ſuggeſtionem, quam interius ſibi audire videbatur, illico ſurrexit, & quaſi præcordia in Dei honorem, & blaſphemiæ deteſtationē diſrumperet, veſtimenta etiam conſcidit.

Iob primæ blaſphemiæ ſuggeſtioni reſpodit veſtium dilaceratione.

8 Quarto huc vocat Origenes illam abscondendi cadauera antiquam cæremoniam: nam ſi quando pretioſa veſte contectum cadauer condi oporteret, veſtem prius conſcindebant, ne forte, ſi integra eſſet, furandi occaſio daretur, & cupiditas furibus iniiceretur exhumandi corpus, & indigne tractandi. Neſcio an de hac re intelligendus ſit Chryſoſt. hom. ſuper orationem Anne, paulo ante finem, dum de diuitum morte, & funere loquitur in hæc verba: *Cum defunctis multam inuoluerent veſtem pretioſam, & aurea etiam, nihil aliud niſi incitorem tumulum, & accuſationem attulerunt, & aduerſus defunctum omnium ora reſeruauerunt, & accenderunt acriorem auaritiæ accuſationem, ſingulis lacerantibus, & ſuffocantibus defunctum, ac maledicentibus, quod neque mortuus circa pecunias inſaniam depoſuit, nec hoc tantum eſt graue, verum & quod furum oculos aperit.* Hoc ſibi ipſi officiū præſtitit Amata Regina Latini Regis vxor; nam cum furore ad ſuſpendium adigeretur.

Origen.
Antiquus fu[illegible]
Chryſoſto. explicatus.

Purpureos moritura manu diſcindit amictus,
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.

Virgil. 12. Aene.

Iob itaque viuus adhuc, paratus in quamcunq. ſortem, pro ſingulari ſui animi virtute ſcidit veſtimenta ſua, & aduerſarios ſpiritus his verbis compellat, Iam vos nequiſſimi hoſtes de me actum putatis, iam me ſublatum vultis de medio, & repentino aliquo caſu obrutum, iam de præda diſceptatis, & ſuper veſtem meam ſorte mittitis, ſed furunculi viliſſimi, regales has meas veſtes ego prius dilacerabo, ne me mortuo hanc vos prædam incolumem, & integram oſtentare aut iactare poſſitis. Non aliter vir fortiſſimus ſtipatus latronum caterua, hoſtibus inſultaret, prius vitam profuſurus cum ſanguine, quam pallium largiturus. Hiſpanus ita diceret, *primero ſaldra de mis manos hechas tiras*: Non ſeruiat hoſti, non dæmoni tuum pallium, non oculi, non manus, non pedes; rumparis prius, & membratim cōſcindaris, quam de te viuo & ſoſpite ille triumphet, quam ve illi ſeruias integer. Elegans illud inprimis eſt & quod huc faciat, quod de mundi cōtemptu Seneca diſputans ſcripſit ad Lucill. *Circumſpiciendum nobis* (inquit) *eſt quomodo a vulgo tuti eſſe poſſimus. Primum nihil concupiſcamus, vnde rixa eſt inter competitores: deinde nihil habeamus, quod cum magno emolumento inſidiantis eripi poſſit, quam minimum ſit in corpore tuo ſpoliorum, nudum latro tranſmittit: etiam in obſeſſa via pauperi pax eſt.*

Iob cū hoſte [illegible] diſceptans a[illegible]
Simile.
Non ſunt noſtra ſpolia tradēda hoſti.
Senec. epiſt. 14 ad Lucil.
Paupertatis, & laceratarum veſtium laus.

9 Quinto, Græci Orig. atque Nilus, eximium luctatorem, & inſuperabilem monomachum Iobum agere, dum veſtes lacerat, exiſtimant. Nam Syrorum gens, teſte Orig. cum conferendæ erant cum hoſte manus, veſtes conſcindebant, & abiiciebant, & nudo pectore ſeſe in medios hoſtes audacter cōiiciebant: aliæ quoque barbaræ nationes ſpoliatæ, atque tunicis ſuccinctæ, nudis pectore & humeris hoſtes excipiebant. *Omnis* (inquit Paulus) *qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet*. non enim niſi nudos, vt Nilus ait, in ſtadiū lex certaminis deducit. Hinc illud vulgatum Gregorij dictum: *Qui ad hunc agonem venimus, ſed tamen contra malignos ſpiritus luctamur. Nihil autem maligni ſpiritus proprium in hoc mundo poſſident: nudi ergo cum nudis luctari debemus, nam ſi veſtitus quiſquam cum nudo luctatur; citius ad terram deiicitur, quia habet vnde teneatur: qui ergo contra diabolum ad certamen properat, veſtimenta abiiciat, ne ſuccumbat.* Non aliter Ioſephus ille caſtitatis athleta in manu voluptatis illum tenere conantis veſtimenta reliquit, nuduſque profugit victoriam triumphumque reportans, non aliter primus homo dum in ſtadio conſiſtebat, cum hoſte conflicturus, nudus erat; vbi autem victus eſt, & è paradiſo, videlicet loco certaminis, repulſus, indutus eſt, vt qui nuditatem ſimul cum certandi virtute receſſiſſet. In quam rem Nilus accommodat id Salomonis præceptum, Prou. 27. *Tolle veſtimentum eius, qui ſpopondit pro extraneo.* Quem locum ſic Septuaginta Complutenſes legunt: *Tolle veſtimentum eius; aduenit enim iniuriator, qui aliena diſperdit.* Septuaginta autem Vaticani, ſic; *Aufer veſtimentum eius, præteriit enim iniurioſus, qui quidem aliena vaſtat.* Ait itaque Nilus, auctorem prouerbiorum præcipere ludi, certaminiſque magiſtro, vt eius, qui luctaturus cum hoſte in arenam deſcendit, veſtimenta detrahat; Ergo Iobus prouocatus ab hoſte hoſtem prouocat, atque laceſſit; & qui terrenis rebus nuncium remiſerat, veſtes conſcindit, & abiicit, diuinæque virtutis oleo perunctus, nudus nudum & corporis integumentis carentem aduerſarium expectat.

Origenes & Nilus.
Syrorū mos in prælio.
Abiicere veſtes habitus ineuntis prælium.
1. Cor. 9. 25.
Gregor. homil. 32. in Matth. 16. & Luc. 19.
Ioſephus dimittens pallium.
Prou. 27. 13.
LXX. Complut.
Vaticani.
Iob nudus nudū prouocat hoſtem.

10 Sextò tandem hanc dilacerationē veſtium dicas eſſe infracti cuiuſdam, pariter, ac liberalis pectoris; quaſi diceret ad ſuos hoſtes: Alijs ſpoliatus rebus omnibus, ſi quid mihi reliquum eſt, videlicet veſtem hanc, qua contegor, mihi inuidetis, non eſt quòd per inſidias illam auferre moliamini, libenter illam abiiciam, nulla iterum ſumendi ſpe: nam ne poſſim iterum illa vti ego prius abiiciam, in fruſtaque comminuam. Neque ſic tamen bona me vlla amiſiſſe exiſtimo, nam quæ extra me ſunt, nihil ad me, bona mea in pectore aſſeruata & recondita habeo, & omnia bona mea nudus licet mecū porto. Conſonat cum Chriſti aſſertoris doctrina, Matth. 5. *Dico vobis non reſiſtere malo*, (Chryſoſt. diabolo in impijs operanti) *ſed ſi quis te percuſſerit in dexterā maxillam, præbe illi & alteram: & qui vult tunicam tuam tollere, præbe ei & pallium.* Nullū finem patientiæ præſcribere, nullum ſpoliationi, nuditati, paupertati: quem locum acute tractat Auguſt. epiſt. 5. ad Marcel. maxilla quidē, dextera ſecurior eſt, quod non reſpondeat dexteræ manui, ſed ſiniſtræ aduerſarij percutientis (tum etiam melior & hono-

Veſtium abiectio ad liberalitatē pertinere.
Externa omnia non ſunt vera bona.
Matth. 5. 39.
Auguſtin.
Quid dextera maxilla, quid ſiniſtra,

ratior eſt: cùm ergo meliora bona tibi voluerit inimicus auferre, cum interiorem tunicam & animæ virtutes; expone terrena omnia bona, & ſimiliter maxillam, externumq; pallium. quæ cum ille abſtulerit, nihil quod vere bonũ ſit, amiſiſſe te puta. Paulus verò eximius laborum exantlator, qui cum vincula audit, *non ſolùm alligari, ſed & mori paratum* ſe præbet, vt nullum ſuſtinentiæ finem faciat, ſic nos inſtruit, 1.Cor.6. *Delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos, quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?*

Actor.21.13.

1.Cor.6.7.

Et tonſo capite corruens in terram adorauit.

11 *Capitis & barbæ abraſio in commutatione fortunæ, vel in malum, vel in bonum.*

12 *Recindere barbam militare volentis. idem etiam recindere capillos. Iobi certamen.*

13 *Abraſio capitis in ſacrificijs. Iob ſpontaneam oblationem cùm alterum tum ſui ipſius offert.*

14 *Morituros abſcidiſſe comam. Quedam ex profanis. Iob paratus mori, non ſolùm ſpoliari.*

15 *Corruere in terram lugentis, adorantiſue habitus, varij adorandi geſtus, ex ſacris & profanis.*

16 *Adorare pro incuruare ſe, aut genuflectere ex Heb. & huius analogiæ ratio. explicatur locus 4.Reg.*

17 *Militem procedere ad pedes Imperatoris quid. Iob ſupplex coronam petit.*

18 *Iobi virtus in medio duorum vitiorum.*

19 *Comparatio cum alijs qui filiorum mortem luxerũt in ſacris. explicatur luctus Dauid.*

20 *Eadem cum alijs quoq; comparatio. expenſa mors Heli.*

11 *Origenes.* *Gen.41.14.*

ET *tonſo capite.* Origen. vult, hoc non luctus, ſed lætitiæ cauſa factũ; ſicut & de Ioſeph ſcriptum eſt, Geneſ.41. *Eductum de carcere Ioſeph totonderunt, ac veſte mutata obtulerũt ei.* Certum eſt tamen vt diſciſionem veſtium, ita & tonſionẽ capitis ad lugendi conſuetudinem, & cæremoniam pertinuiſſe. Quia vero tum in ſacris literis, tum in profanis mos tondẽdi aut radendi caput, & barbã, iam mœroris & luctus eſt, iam vero lætitiæ & melioris fortunæ, ideo ſapienter docet in Catena Chryſ. & Greg. lib.2. c.17. pro varietate regionum, & temporum, ita quoque varios mores, & ritus, atque adeo contrarios viguiſſe. Semper quidem fortunæ, & ſtatus cõmutationem ſignificare volebant tonſione capitis, & abraſione barbæ, vbi coma & barba prolixa ornamento erat: vbi verò abraſa barba, & tonſum caput amabatur, intonſi erant in luctu. Mæroris & luctus caluitium & detonſio ſunt, 1.Eſdr.9.v.3. Iſa.15.v.2. & 22.v.12. Ier.7.v.29.16.v.6. Ezech.24.v.17. & v.23 Mich.1. v.16. fuit etiam captiuitatis, & ſeruilis contumeliæ, aut ingentis ignominiæ, & opprobrij, 2.Reg.10.v.4. 2.Eſdr.13. 1.Paral.19.v.4. Deut.32. v.42. Ezech.29. v.18. *Nabuchodonoſor ſeruire fecit ſeruitute magna, omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus.* vnde Ariſtot.1.Rhetor. dixit, comam eſſe libertatis argumentum. Quare cùm apud ethnicos probro, & ignominiæ haberetur tonſura capitis, tonſus eſt D.Petrus ab his, qui eius ſermoni non credebant, & hac ratione illuſus, vt ſcripſit German. epiſc. Conſtantinopol. in Theoria rerum Eccleſiaſticarum. E conuerſo comam & barbam prolixã aliquando fuiſſe luctus, & mœroris ſignum indicatur Gen.41. v.14. & 2.Reg.19. v.14. cum *Mephiboſeth deſcendit in occurſum regis illotis pedibus, & intonſa barba, veſteſque ſuas non lauerat, &c.* Ad honorem quoq; & dignitatem videtur pertinere id Baruch 6. *Sedent habentes capita & barbã raſam.* Quare quo ab illis ſecernerẽtur, ſuis ſacerdotibus præcepit Deus, Leuit.19. *Non attondebitis caput in rotundum, nec barbam radetis.* Quo etiam ſpectaſſe Nazaræorum lex, Num.6. de nutrienda coma, viſa eſt. Apud Romanos, vt Martial, lib.2. indicat, barba reorum prolixa erat. Nos ſimiliter vocamus, barba lugentis vxorem, *barba de biudo.* Imperatorum vero vſque ad Neronem barbarata fuit, vt Aulus Gellius ſcribit, lib.3. cap.4. Verum cùm multa de hac re dici poſſent, multaque eleganter cõgeſſerint noſtræ ætatis viri doctrina excellentes, & bene de ſacrarum literarũ ſtudio meriti, ſatis fuerit illos indicaſſe, quo nos ad alia properemus. illi ſunt Antonius Gueuara dum explicat Habac. dicentem: *Denudaſti fundamentum eius vſque ad collum.* & Alfonſus Mẽdoça quæſtione ſua 5. de Nazaręorũ capite non tondendo.

Tonſura D. Petri.

Tondere caput luctus eſſe.

Chryſoſt. *Gregor.*

Capitis & barbæ abraſio in fortunę & ſtatus cõmutatione.

German.

Baruch 6.30.

Leuit.19.27.

Martia. lib.2. epigram.

A.Gellius.

Gueuara.

Mendoca.

Quia verò non ſolum ad lętitiam, aut luctũ ſed etiam ad militarem habitum vſurpabatur capitis & barbæ abraſio, tum etiã ad quędam ſacrificia, ideo nihil molle aut imbecillum, nihil parum pium aut religioſum de hac capillorum detonſione exiſtimandum eſt. Certè Ambr. lib 6. Examer. dixit, comam eſſe terribilem in bellatoribus: ſed tamen barbã raſiſſe erat militare volentis, vti ille dixit:

12 Capitis & barbæ abraſio militans.

Ambroſ.

Si quem reciſa forte barba videris,
Mihi videtur militare velle.

Alexis.

Abantes quoque natura pugnaces, & cominus pugnandi periti, anteriorem capitis partem tondebãt, ne vllas hoſtibus ad capiendũ anſas darent; ob eandemque rem ſuis ducibus, vt barbas raderent imperauit Alexand. vt ſcribit Plutar. in Theſeo. Iob itaque non ſolum veſtimenta abijcit luctaturus cum hoſte, ne teneri poſſit, ſed etiã capillos tõdet, vt expeditior ſit, cum reliquerit omnia.

Plutarch.

Sacrificari vero ſolitos capillos præterquã quod ex Num.6. conſtat, de communi idem aſſerunt Cyril. in Leuit. & Theod. q.28. in gb. & Caieta. Num.6. ex profanis Lucian. in Dea Syria, Sueton. in Nerone c.12. Tum etiam qui ex maris tempeſtate euaſiſſent, abraſam comam ſacrificabant. Conſiderare igitur licet Iobum de his, quæ ſibi reliqua eſſent, ſpontaneã Deo oblationem facere; quo ſignificaretur, quę ſibi ablata eſſent, ſua ſponte ablata, non inuito, & incolumem ex tempeſtate formidanda tot fluctuum, atque tentationum euaſiſſe. Quid quod non ſolùm capitis comam, & externa omnia bona Deo ſacrificat, ſed ſeipſum illi hac cæremonia initiat, & deuouet? nam ſolebant quidem in ſacrificijs ſumma pecudũ capita abradi, id quod ſignificauit Virgil. cum pro fœdere illo ſanciẽdo minutatim ſacrificium Latini regis deſcribit.

13 Capillorum abraſio ad ſacrificia pertinens.

Cyrillus. *Theodoret.* *Eucub.* *Caietan.* *Lucian.* *Linius.*

Iobo non inuito ablata cuncta.

Virgil. 12. Aeneid.

Dant fruges manibus ſalſas, & tempora ferro
Summa notant pecudum, patriſque altaria libant.

Homerus.

Sumptum verò hoc ex Homero Iliad.3. qui in ſacrificio deſcribendo ſcribit.

Hic rex Atrides cultrum, quem fortè ſtrebat,
Maioris gladij vaginæ in parte repoſitum,
Eximit, & media villos de fronte reuellit
Ambarum pecudum.

Quod, ſi ex Græco àd verbum reddas, eſt *pillos è capitibus agnorum diſſecuit*. Non aliter mànſuetiſſimus, & patientiſſimus Iob ſuos ipſe capillos diſſecuit, & gratiſſimum Deo ſacrificium obtulit.

14 Morituri comam abſcindebant. Iob ſe mori paratū abſciſſione capillorum profitetur.

Sed illud omninò prætereundum non eſt, poſſe quoq, cæremoniam hanc abſciſſæ comę, ad mortis votum, aut præuiam quandam animi præparationem, & promptitudinem referri, qua ſe Iob profiteatur non ſolùm omnia externa bona, ſed vitam etiam Deo iubente reddere paratum eſſe: nam ſolebant morituri omnia priùs ornamenta, & honoris inſignia, ne illo habitu morerentur, deponere, capillos pręſertim, & capitis honorem; vti Amphiaraus vates iam abſorbēdus capitis coronam comamque, atque alia ornamenta his verbis deponit apud Stati.

Statius extremo.7.

Audio iam rapidæ curſum ſtygis, atraque Ditis
Flumina, ter geminoſque mali cuſtodis hiatus.
Accipe commiſſum capitis decus, accipe laurus,
Quas erebo deferre nefas.

Atque iam iam ſibi manus allatura Phædra.

Seneca in Hypol. act.5.

Placemus vmbras; capitis exuuias cape,
Laceræque frontis accipe abſciſſam comam.

Et quidem exiſtimaſſe videtur deluſa antiquitas eos, qui morti proximi eſſent a Proſerpina primùm tōderi, & hos quaſi primitijs initiari Orco, ſicq; facilè è corpore ſolui poſſe. Hanc profectò cauſam Didonis difficulter morientis Virgilius aſſignat, lib.4.

Virgil.4.Aen.

Tum Iuno omnipotens longum miſerata dolorem,
Difficileſque obitus, Irim demiſit Olympo,
Quæ luctantem animam, nexoſque reſolueret artus.
Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat, Stygioque caput damnauerat Orco:
Ergo Iris croceis per cælum roſcida pennis
Deuolat, & ſupra caput aſtitit. Hunc ego Diti,
Sacrum iuſſa fero, teque iſto corpore ſoluo;
Sic ait, & dextra crinem ſecat, omnis & vnà
Dilapſus calor, atque in ventos vita receſſit.

Seruius.

Seruius certè eo loco docet, ſolitos homines certis cōſecrationibus aduerſus fortunam aduerſam ſe comparare, nec aliter diem ſuū obire. Sic quoque Glaucias iam iam periturus apud Statium.

Stat. lib.2. Syluarum.

Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno.

Et eò certe reſpiciens Horatius dixit.

Horat. Od.18.

Miſta ſenum, ac iuuenum denſantur funera; nullum,
Sæua caput Proſerpina fugit.

Se ipſum itaque Iob tanquam vitem fructiferam, caputque ſuum ipſe putat, vt fructū plus afferat in patientia. Et demum aduerſario inſultat, quod neq; capillum ſui capitis tangere potuerit, neq, maiorem ſibi doloré, aut detrimentū intulerit ex direptione bonorū omniū, quam ſi capillos prolixiores, rem videlicet ſuperfluam, ſenſuque carentem totondiſſet.

Attōſus Iob nihil ſe dolere ex direptione facultatum teſtatur

15 Corruere in terram habitus lugentis aut adorātis.

Corruens in terram. Luctus eſt corruere in terram, & ſedere in puluere; ſed hoc loco potiùs eſt adorātis habitus; quare exponitur ſequenti verbo, *adorauit*. non aliter procumbentes, & proſtrati ſingulari animi gaudio perfuſi Magi, adorauerunt Matth.2. ſed quidem ſciendū non eundem ſemper fuiſſe adorandi geſtum, & habitum; aliquando ènim ſtantes adorationem exhibebant, vt notauit Auguſt. lib.2. ad Simplici. q 4. & indicatur Iſa.49. *Reges videbunt, & conſurgent principes, & adorabunt Dominum.* aliquando etiam ſedentes orabant, & adorabant, 2.Reg 7. *Ingreſſus eſt rex Dauid, & ſedit corā Domino, & dixit Quis ego ſum Domine Deus, &c.* Numa etiam Pompilius, referente in eius vita Plutarcho, ſedens adorabat, atque adeo non Reges ſolum, ſed cuiuſuis generis homines adoraturos ſedere iubebat Pythagoras, volens nimirū ſignificare in quiete & tranquillitate animi Deo & orationi vacandum. Sed certè inter omnes orādi & adorandi habitus, magnæ cuiuſdam animi demiſſionis, & penitùs ſe Deo deuouentis eſt, ſupplicem ſe præbere, veneraturū ſupplicare, procidere in genua, nam qui procidit, nihil in ſe agnoſcit firmū. & ſtabile, & nihil in eo non agnoſcit gloria, & adoratione dignū ad cuius pedes accidit. *In conſpectu eius* (inquit Dauid) *cadent omnes, qui deſcendunt in terram.* id eſt mortui, cùm terræ & ſepulturæ mandātur, videntur in terram corruere adoraturi Deū vitæ, & mortis Dominum, & auctorem reſurrectionis. Cadere itaq; mortuos in conſpectu Dei, videtur idem eſſe cum illo Pauli, præcipientis, vt *in nomine Ieſu omne genu flectatur*, non ſolùm *cæleſtiū, & terreſtrium*, ſed *& infernorum*; videlicet eorū, qui in ſepulchris reſurrectionem expectant. Ergo per Pleonaſmos dictum eſt *adorauit*, poſtquam dixit, *corruens in terram*. Gen.38. *Adorauit Abraham pronus in terram*, Gen.37. *manipuli adorantes*; id eſt, incuruati, aut proſtrati corā manipulo Ioſeph, & paſſim in libris Regum. Eſther.3. *Mardochæus non flectebat genu* (exponitur ſequenti verbo) *neque adorabat*. Matt.4.v.9. & c.8.v.2. Apoc.7.v.11.

Stantes adoraſſe.

Iſa.49.

Sedentes adoraſſe.

3.Reg.7.

Plutarch.

Adoraturū procidere quid.

Pſal.21.30.

Pleonaſmos

Gen.18.

Gen.37.

Eſther.3.

16. Adorare pro incuruare ſe. שחה

4.Reg.5.

Quia igitur adoratio fiebat peculiari geſtu corporis, videlicet incuruatione aut genuflexione, aut capitis inclinatione, ideo verbū adorādi, *Sachah*, propriè eſt incuruare, aut humiliare ſe. Tum etiam *adorandi* verbum pro ſola incuruatione corporis, aut genuflexione externa accipitur, 4.Reg.5. cùm Naaman poſtulabat ne ſibi culpę imputaretur corporis incuruatio & genuflexio in templo Remnon eo tantùm fine, vt rex genuflexus cōmmodè poſſet humero eius inniti, hóc enim nó erat intrinſecè malū; *Quando ingredietur dominus meus templum Remnon, vt adoret, & illo innitente ſuper manum meam ſi adorauero in templo Remnon adorāte eo in eodem loco, vt ignoſcat mihi Dominus.* Eadem ferè incuruandi, aut procumbendi ſimul, & adorandi ſignificatio in Græco, *Proſcyneo*. Non diſſimilis apud Latinos, cum etiam Plin. lib.8. c.1. de elephantis dicat, *Regem adorant, genua ſubmittūt.* Propterea Damaſ. oratione 3. de imagin. cap.5. ſic adorationem definit, *Adoratio eſt animi cedentis, id eſt, ſubmiſſi, & humilis ſignificatio.* cedit animus cadēte & pcumbente corpore. Itaq; Iob *corruēs in terrā adorauit.*

προσκυνέω. *Plinius.* *Damaſcen.*

17 militem procidere ad pedes Imperatoris, quid.

17 Illud breuiter addam genuflexionem, & ſupplicationem ad pedes Imperatoris habitũ fuiſſe ſtrenui militis coronam accipientis. ergo Iob prius ſurrexit, quaſi laceſſiturus hoſtẽ & ſtrenue dimicaturus, nunc procidit Deo ſupplicaturus, iuſtam patientiæ & fortitudinis coronam, & præmia conſecuturus.

Iobi virtus inter duo extrema vitia conſtituta.

18 Hoc tandem loco Gregorius inter duo vitia extrema Iobum cõſtituit, vtrinque reductum, videlicèt inter indolentiam illam Stoicorum, ſeu dicas inſenſibilitatem & ſtupiditatem; & ex altera parte mollitudinem, & puſillanimitatem, nimiumq; ſenſum verberum & doloris. Nam ſurgens, ſcindens veſtem, tondens caput, oſtendit ſe flagella ſenſiſſe, & doluiſſe: corruens verò in terram, & Deum adorans, in bonitate de Domino ſenſiſſe, & Deum pluſquam ſuos filios honoraſſe.

19 Poteſt autem ſumma cum laude vir patientiſſimus cum alijs comparari, qui ſuorum filiorũ mortẽ non acceperunt ſimili conſtantia; ſed vel in altero extremo conſtituti ſine ſenſu fuerunt, vel ad alterum propius accedentes luctui miſerabili ſe totos tradiderũt. Ex ſacris proferri poſſunt hæc exempla. Iacob vnius Ioſeph morte nunciata ad quem neque imperium, neque ſacerdotium, neque duplex rei paternæ portio, aut familiæ conſeruatio pertinere poterat, vt qui primogenitus non eſſet, multis liberis alijs viuentibus, tamen *ſciſſis veſtibus indutus eſt cilicio, lugens filium ſuum multo tempore. Congregatis autẽ cunctis liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit conſolationem accipere. ſed ait* * *Deſcendam ad filium meum lugens in infernum.* Quaſi diceret: filio meo Ioſeph mortuo, non poſſum ampliùs viuere, Malo mori quàm viuere non viuente Ioſeph. Quæ verba perturbati, & grauiter dolentis, & mala ſua exaggerantis dixit eſſe Auguſt. in quæſt. ſuper Geneſ. tranſegit autem Iacob in luctu & lachrymis, tres & viginti annos, qui à 16. ætatis Ioſeph anno, vſque ad eiuſdem quadrageſimum fluxerunt. Deinde Dauid impiũ licèt Abſalonem, regni & paterni ſanguinis ſitientem, neque regni, neque diuinarũ promiſſionum hæredem, tamdiu, tamque grauiter mortuum luxit, vt oportuerit ab immoderato inutiliq; fletu & gemitu a fortiſſimo duce Ioab cohiberi, & deterreri propoſita militum & populi defectione, niſi ſibi à lachrymis temperaret. Cum vero Amnonem filium nefarij inceſti & ſtupri reum fleuit interfectum, quod ea in re minùs conſtantẽ ſe præbuerit, verbis fœminini generis rem hanc explicat ſacra Scriptura, quaſi mollem, & effœminatum fletum viro indignũ tribuens. 2. Reg. 13. *luxit.* (in Hebr. verb. fœmininum luxit fœmina) *Dauid filium ſuum multis diebus.*

Geneſ. 37.

* Con eſte dolor muerte, que no ſe me quitara haſta que me echen la tierra encima.

Auguſt.

2. *Reg.* 19. 33.

2. *Reg.* 13. 37.

Plutarchus.

Ex profanis hæc. Solon vnus è ſeptẽ Græciæ ſapientibus, apud Thaletem Mileti diuerſabatur; cùm verò Thales ex eodẽ numero ſapiens quẽdam peregrinũ ſubornaſſet, qui ſimularet ſe Athenis veniſſe & interfuiſſe funeri filij Solonis; cœpit Solon caput cædere, vt ſcribit in eius vita Plutarch. atque alia facere, & dicere, quæ ab hominibus afflictis & calamitate aliqua perfunctis fieri ſolent. Tum Thaletem ridentem his hominẽ aggreſſum ferunt. Hæc me Solon à nuptijs, & à procreãdis liberis dehortantur, quæ te hominẽ fortiſſimũ, & cõſtantiſſimum infringunt. Iulius Capitol. ſcribit Gordianũ ſeniorem audita filij morte laqueo vitã finiuiſſe. ſimilis mollitudinis & paternæ incõſtantiæ mille paſſim occurrunt exempla.

Iulius Capitolinus.

20 Inter alia verò ad ſtupiditatem illud pertinet, quod de M. Horatio Puluillo ſcribit Titus Liu. Deca. 1. lib. 2. Is cum templi dedicationi vacaret filij morte nunciata, nihilo plus a propoſito auerſus, quã vt cadauer afferri iuberet; orationẽ peregit, & templũ dedicauit, quòd ſi hoc ad conſtantiam & religionis pietatiſque cultũ referatur, (quo etia maiori iure referendum eſt, quod Heli ſuorũ filiorum morte nunciata, nihil cõmotus eſt; ſed tunc tandem cum accepiſſet arcam Dei captã eſſe a Philiſthæis, *Cecidit de ſella retrorſum, & fractis ceruicibus mortuus eſt,*) Multo tamẽ conſtantior, multoq; pietatis & diuini numinis obſeruantior Iobus, qui dolorem ex filiorũ interitu maximũ, lachrymas, & luctũ in orationem & pietatis diuiniq; numinis cultum ita conuertit, vt totũ ſe communem humanitatis ſenſu oſtenderet, totũ etiam ſe Deo & orationi committeret; ſanctiſſimiſque verbis de Dei prouidentia, & de ſua orbitate philoſopharetur. Res par miraculo illi, cum vaccæ vitulis earum concluſis domi, trahebant arcam Dei, *itinere vno gradiebantur pergentes & mugientes, & non declinabant ad dexteram, neq; ad ſiniſtram.*

Tit. Liuius.

1. *Reg.* 4. 18.

1. *Reg.* 6. 12.

XXI. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ & nudus reuertar illuc, Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum.

1 *Præclara Iobi ad omnes nuncios reſponſio. Ærumnæ impellunt ad philoſophandum.*

2 *Terram vocari matrem. Puerum recens natum ſtatui ſolitum in terra veluti in matris gremio.*

3 *Puerum in terram cadere & tolli, quid? Sepulchrũ matris vterus.*

4 *Matris vterum ſimpliciter ab alijs accipi. Qui moritur, ſimilis eſt concepti.*

5 *Matris vteri nomen commune ſepulchro, & econtrà. Quid inferiora terræ, in Dauid & Paulo, quid terra natiuitatis.*

5 *Relatiuum in ſacro ſermone aliquando indicare aliquid interim menti obiectum.*

7 *Iob bene in Deum animatus. Philoſophiæ rationes & conſolationes vſurpatæ in ſacris.*

8 *Iob ſpoliatus non plus dolet, quàm ſi perpetuò miſer fuiſſet. Quædam ex Seneca.*

9 *Iob gloriatur ſe ſcire penuriam pati. Patientia, & Philoſophia tabula in naufragio.*

10 *Argumentatio, qua ſe Iob conſolatur. Particula & nota illationis.*

11 *Vita hæc via, tũ etiã fabula peracta in terræ theatro.*

1 Exſpectabant nuncij omnes, intenti ora tenebant dæmones, quid Iobus reſpõderet, & quam affecti dolentiſq; animi verbis ſignificationem daret: nam internas animi cogita-

Qualis fuerit Iobi reſponſio. *Proſper.* *Chryſoſt.* *Olymp.*

tiones clarè intueri non poterant. Reſpondit tandem ille, reſponſionemque fuiſſe telum, quo aduerſarius fuerit confixus atque proſtratus, ait Proſper. cumque multa ab hoſte tela excepiſſet illæſus, ſed vno ipſe ictu percuſſit diabolum. Chryſoſt. pulchrè dixit horum verborum ſonitum clariorem, atq; magnificentiorem extitiſſe, quam ſi multarũ tubarum clangoribus victor renũciaretur. Olymp ſuis improbum Satanam iaculis non confixiſſe, ait: nam pro ironica illa, & in contrarium accepta benedictione, quam Satanas ſibi, Deoque pollicebatur, hymnũ canorũ & dulcẽ ad diuinas laudes & gratias agẽdas pro calamitatibus cõparatum, edidit. Dixeris etiam hanc eſſe cantilenam, quam coram mundo latrone cantat Iobus viator, nudus & vacuus.

Iob præclarè vtitur Philoſophiæ præceptis. *Zeno.* *Diogenes.* *Plutarchus de tranquil. ani.* *Grego. Niſſen. de vita Moyſ.*

Non minus ſanè, multò etiam præclarius aduerſa vtitur fortuna, & Philoſophiæ præceptis, quã Zeno ille ſapientiſſimus, cui cum nauis vna oneraria ex bonis omnibus tantùm reliqua eſſet, cum accepiſſet cum mercibus perijſſe; Benè ſane, inquit, agis fortuna quæ ad pallium obſoletum illud me, & ad Stoam redegiſti. Diogenes in exiliũ pulſus tunc tandem philoſophari auſpicatus eſt; vtriuſque autor Plutarch. Iobum tamen ad ſublimiorem, excellentioremq; philoſophãdi rationem tanta bonorum omnium, filiorumq; orbitas redegit. Simile quid Gregor. Niſſenus obſeruat in Moyſe; nam ab eo, quem ſeruãdæ pacis, & non contendendi cum fratre admonebat, iniuriam & repulſam paſſus, ad contemplationem impulſus eſt, vt ciuitatum relicta turbatione ſecum ipſe viuere mallet.

Chryſoſt. *D. Thom.* *Terra hominis mater.* *Gen. 2. 7.* *Matth. 1. 3.* *Geneſ. 3. 19.* *Liuius.*

2 Sed vt grauiſſimam ſententiã intelligamus, illa prius verba explicanda ſunt, quæ de vtero matris loquuntur, & de reuertẽdo illuc. Chryſoſtomus exiſtimat terrã vocari matrem, tam in prima parte, quam in ſecunda, quem ſenſum D. Thomas non reijcit, ita vt de Adamo in ſua perſona loquatur, aut vero in vniuerſum de homine; namque cum primum formatus homo eſt a Deo, de terræ gremio, quæ formando corpori materiã ſubminiſtrauit, prodijt, ſuſceptuſque eſt in lucem. Similique ratione videtur, Gen. 2. dictum, *Formauit Deus hominem de limo terræ*, ſicut cum pater materq; hominis explicantur, Matt. 1. *Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar.* Quare cum ſuæ mortis, & reuerſionis in terram admonetur homo, ſimul etiam ſuæ originis, ſuæque natiuitatis ex terra admonetur a Deo, Geneſ. 3. *donec reuertaris ad terram, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* res quidem non obſcura ijs, qui naturali lumine ducuntur, nam Pythicam illam vocem, quæ ex intimo ſpecu Tarquinijs ab oraculo ſciſcitantibus, ad quem prius ſumma Romani imperij deuoluenda eſſet, reddita eſt huiuſmodi, *Imperium ſummum Romæ habebit, qui veſtrûm primus, ô iuuenes oſculum matri tulerit*; percalluit quidem alio ſpectare ratus, ac deſiali comites, Brutus; qui velut ſi prolapſus cecidiſſet, terram oſculo contigit, ſcilicet, quòd ea communis mater omnium mortalium eſſet rem ſcribit Liu. 1. annal. Quare cum primum naſcebatur puer, non tam puerperæ, quæ illũ enixa fuiſſet, quàm terræ matri filius tribuebatur acceptus & editus: ſi enim puer vitalis erat, ſublatus ab obſtetrice ſtatuebatur in terra, vt Varro ſcribit apud Martial. lib. 2. de vit. Patrum. idemque lib. 1. de lingua Latina ait: antiquos vbi primo infans natus eſſet, nudum confeſtim in terra ſternere, opemque Deam, quæ & ipſa terra eſt, implorare, quæ velut mater naſcenti eſſet auxilio, eiuſdem rei meminerunt Feſtus Pomp. Suetonius in Auguſto cap. 5. & in Nerone cap. 6. Seruius in 10 Aenei. atque Auguſt. 4. de ciuit. cap. 10. cùm falſa numina in vnicum verum numen, Deumque refert ſic ſcribit: *Ipſe opem ferat naſcentibus excipiens eos ſinu terræ, & vocetur, Ops; ipſe leuet de terra, & vocetur Leuana.* Seneca quidem de ea ceremonia loquitur libello de moribus, *omnes* (inquit) *infantes terra nudos excipit.* & Plinius lib. 2. cap. 63. *Terra nos naſcentes excipit.* initio vero lib 7. comparans hominem cum reliquis animantibus, quòd inter cuncta ſolùm inermem, nudumque natura creauerit; *Hominem* (inquit) *tantùm nudum, & in nuda humo natali die abijcit ad vagitum.* tandem Macrobius lib. 1. cap. 12. ex Labeonis ſententia tradit, Maiam Deam terram eſſe, & Mercurium illi in ſacris adiũgi, quia vox naſcenti homini contactu terræ datur, eandemque opem vocari, quod ipſius auxilio vita conſtet, & Fatuam à fando, quòd infantes partu editi non priùs vocem edunt, quàm attigerint terram; & Faunam à fauendo, quòd omnium vſui animantium fauet; & Bonam, quòd omnium nobis ad victum cauſa bonorum eſt; denique magnam matrem in ſacris appellari.

Puer toccus. *Varro.* *Feſtus Pomp.* *Suetonius.* *Seruius.* *Auguſtinus.* *Seneca.* *Plinius.* *Macrob.*

Hinc natum videtur, vt naſcentes infantes dicerentur in terram cadere: qua ratione Iuſtinianus Imperator dixit: *Poſthumum, qui viuus perfectè natus eſt, licèt illicò poſtquam in terram cecidit vel in manibus obſtetricis deceſſit, teſtamentum rumpere.* huc illud pertinet Statij Papinij libr. 1. Syluarum. 3

l. 3. C. de Poſth. *Statij Pap.*

.... Tellure cadentem
Excepi, fouique ſinu, nec colla genaſque
Comere, nec pingui crinem deducere amomo
Ceſſauit mea, nate manus.

Sap. 7. 3.

Planeque hoc videtur eſſe quod Salomon Sap. 7. de ſe teſtatur: *Ego natus accepi communem aerem, & in ſimiliter factam decidi terram.* Atque inde tollere filium dicitur qui filiũ habet; quòd illum pater de terra iacentem tollebat. Quem verò parentes non agnoſcerent, neque vellẽt ſuo nomine educari, aut nutriri, non tollebãt. Hinc Soſtrata ad Chremetem maritum.

Terent. in Heaut. Sc. 1.

Meminiſtin' me eſſe grauidam,
Et mihi te magnopere interminatum,
Si puellam parerem, nolle tolli?

Hiero. tom. 9. *Proſper.* *Gauden. Brix.*

Ex his igitur perſpici poteſt terræ gremium *matris vterum* vocari à Iobo, de qua homo ſublatus ſit nudus. Atque huius interpretationis illa confirmatio eſſe poteſt, quòd ſecũda pars de terra quoque intelligenda ſit; quare particula, *illuc*, quæ vim referendi habet, terram intelligi poſtulat in prima parte, ſic legunt; *& nudus reuertar in terram.* Hieronymus epiſtol. 20. ad Taraſiam. Proſper parte 1. de prædictionibus. Gaudent. Brixianus, ſuo tract. in ſcripturã.

…prianus.
…egorius.

Cyprian.orat.de mortalitate. *Nudus exiui de vtero matris, nudus etiam ibo ſub terram.* Is ergo erit ſenſus, quem Greg. quoq; expreſſit, nudum me naſcentem, & in hanc lucem venientem terra protulit; nudum me hinc exeuntem, & diſcedentem terra recipiet.

4 Alij ſimpliciter accipiunt *matris vterum*, quæ illum genuit, & peperit. Et relatiuũ, *illuc*, non accipiũt pro illo eodẽ loco, ſed pro alio ſtatu, vel loco ſimili, vt hæc ſentẽtia ſit, *nudus reuertar* in locũ & ſtatum ſimilem, in quo ſpoliatus ſim omnibus humanæ vitæ præſidijs, & iaceam in tenebris & anguſtijs, nimirum in terræ ſepulchro, quod ſimile profectò eſt materno vtero, nam licet moriens homo videatur naſci ad alteram meliorẽ vitam, & aueli quaſi ex terræ viſceribus dolore mortis obſtetricante, ideoq; ſicut naſcitur nitens & repugnãs puer ſic etiam ex terra auellitur, cui nectebat, moriens, & repugnans homo (qua vtriuſque ſtatus comparationem eleganter perſequitur Greg. Niſſen. oratione de dormientibus). Tamen ad rẽ præſentem defunctum videtur parens terra intra ſe, quaſi in ſuo vtero excipere, & cõcipere tanquam mortuũ ſemen, vt viuum reddat in reſurrectione; & quaſi nouũ fœtum in regeneratione excludat. Pulchra item eſt apud Niſſ. natiuitatis cum reſurrectione collatio. Hæc verò interpretatio ſimile habet Eccleſ. 40. *Iugũ graue ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſq; in diem ſepulturæ in matrem omniũ.* Nam de ventre *matris eorum*, dixit: id eſt, de ventre matris, quæ vnumquemque genuit, & peperit. poſtea verò dixit, *matrem omnium*, communem omnium defunctorũ parentem; ſepulturam verò quaſi terræ vterum; quippe viſcera.

…rego. Niſſen.
…erra cada…
…er excipit
…eiut mor…
…ui ſemen.
…iſſen.
…cleſ.40.1.

5 Hinc eſt, vt nomen ſepulchri vtero materno commune ſit in ſacro Sermone. Sepulturam ſignificant *inferiora terræ*. Pſal. 62. *Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt*, id eſt, occidentur vel gladijs confoſſi vel beſtiarum dentibus dilacerati, & tandem ſepulturæ tradentur. eodem nomine intelligitur maternus vterus. Pſal. 138. *Non eſt occultatum os meum a te, quod feciſti in occulto, & ſubſtantia mea in inferioribus terræ*, in matris videlicèt aluo, tanquam in recondita, & ab omni perturbatione ſemota officina, tu ipſe hominis opifex cui omniũ es artifex, pro tanti tamque ſubtilis & elegantis opificij dignitate remotis arbitris me feciſti, & quaſi acu pinxiſti, & variegaſti. Tam enim vim habet verbum *faciendi*, in fonte. ſic & Paulus de Chriſto Domino ad Epheſ. ſcripſit: *Deſcendit primũ in inferiores partes terræ.* Quod alij de deſcenſu ad infernorum limbũ; alij de ſepulchro accipiunt: argutè verò alij de deſcẽſu ex cælis in viſcera puriſſima ſanctiſſimæ virginis; ſubterranea namq; ſtatio ſicut & maternus vterus, caliginoſa loca ſunt, & valde humilia & abiecta, quem tamen locũ non horruit Dei filius, qui lux ipſa eſt. Simili ratione *Ceti ventrem*, cum ſepulchri & inferiorum terræ partium nomine coniunxit Ionas, cap. 2. *De ventre* (inquit) *inferi clamaui*, id eſt, de ventre, qui eſt velut infernus locus, & ſepulchrum, quod vſurpauit Chriſtus Dominus, & ſimilitudinis figuræq; rationem expoſuit: *ſicut fuit Ionas in ventre Ceti, ſic erit filius hominis in corde terræ.* quaſi diceret: *in inferioribus terræ*, in viſceribus, in ſepulchro. non aliter Prou. 30. Sepulchro æquè ac vuluæ, aut matrici tribuitur inſaturabilitas. *Tria ſunt inſaturabilia infernus, & os vuluæ, & terra quæ non ſatiatur aqua.* Vt autem relatiuum, *illuc*, commodiorem habeat ſignificationem, non debet accipi pro quolibet ſepulturæ loco, aut pro qualibet terræ parte indiſcriminatim, ſed pro illa, quæ illum genuit, quæ dici ſolet terra natiuitatis, a qua cum cadauer excipitur, mortis quoddam ſolatiũ eſt, ſicut Ierem. 22. dicitur: *Nolite flere ſuper mortuum, neque lugeatis ſuper eum fletu; plangite illum, qui egreditur, quia non reuertetur vltra, neque videbit terram natiuitatis ſuæ.* Propterea Iacob de terra & ſepultura Aegypti, non tanquam de matre, ſed tanquam de nouerca loquebatur: Ioſeph quoque aſportari alio iuſſit oſſa ſua cum more[illegible].

…epulchrum
…que mater…
…u. vterus
…,& nomine
…
…ſal.26.10.
…nteriora ter…
…q[illegible] in ſa…
…o ſermone.
…ſal.138.15.
…pheſ.4.9.
…one 2.3.

Matth.12.40.
Prou.30.10.
Terra natiuitatis peculiariter mater.
Ierem.22.10.
Gen.47.30.
Gen.50.24.

6 Tandem licèt paulò durius, ſed tamen non eſt inutile, quòd alij relatiuum, *illuc*, non referunt ad præcedentia, ſed accipiunt demonſtratiuè; ita vt indicetur Deus, vel beatitudo, & ſtatus futurus, in quę Iobus tunc haberet cogitationem defixam; Sic Clemens in Catena, & Niſſen. oratione, de 40. martyribus. *Deponebant* (inquit) *tunicarum amictum, dictum illud Iobi adijcientes, nudi introiuimus in mundum, nudi ad eum, qui huc nos introduxit, abibimus*, quaſi diceret, qui me nudum huc miſit, cùm nudus ad eum rediero, non me non agnoſcet; non aſpernabitur, ſimiliter Pſaltes relatiuum non refertur ad præcedentia, ſed demonſtrat aliquid cogitationi, & intellectui: *ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem*, videlicèt in baratrum, & gehennam, quam ſibi obijciebat Pſaltes. cùm nulla illius mentio præceſſiſſet. Iam nunc totius ſententiæ expendenda vis.

Relatiuũ deſignat aliqd ad intellectũ & cogitationem.
Clemens.
Niſſenus.
[illegible]
Pſal.35.13.

7 *Nudus egreſſus ſum.* Ante alia obſeruandum, quam ſit Iob benè in Deum animatus, cum pro Dei cauſa & prouidentia aduerſus ſe ipſum, ſuaque bona omnia exquiſitis argumentis diſputet: at econtrà improbus dæmon rationes & calumnias cõtra Deũ excogitauerit, & mulieri obtruſerit. Deinde ponderandũ eſt virum ſapiẽtiſſimũ non vti ſolatio aliquo, aut ratione ſublimiori, quam illa, quæ ex Philoſophia peti potuit, quod ad animi conſtantiã, & calamitatum contemptũ quendam referendũ eſt, non enim calamitates amplificat, ſed potiùs extenuat; nam illis non cenſet adhibendum aliud acrius remedium, aliudve magis præſens alleuamentum ex reconditiori medicina petitum; ſed facilè quoddã, & quod cuique obuium ſit: quaſi diceret, nihil mirum me ſic affici; quod enim patior, ex communi naturæ, diuinæque prouidentiæ lege prouenit; agit mecum Deus tanquã cum homine; homo ſum, humani a me nihil alienum exiſtimo; *tentatio* me non *apprehendit niſi humana*, leuis, facilis toleratu, non difficilis ad vincendũ. Non aliter Paulus cùm virtutis, & pietatis colendæ laborem & difficultatem extenuat: *Humanum* (inquit) *dico, propter infirmitatem carnis veſtræ*,

Quàm bene de Deo ſentiat Iob.
Philoſophiæ conſolatione vſus Iob.
Rom.6.9.

(quod

(quod in hominis ratione, quod in quotidiana conſuetudine, quod in humanis viribus poſitu ſit, diuina etiam accedente gratia) *ſicut ex aribus ſui membra veſtra ſeruire iniquitati, ita nunc*, &c. Addc etiam in his verbis conſiderari poſſe affectum viri conſtantis, & mundo valedicentis, penituſq; renunciantis; nihil, inquit, eſt quod erga mundum me gratum, aut vllius beneficij memorem exhibeam; nihil ex hoc mūdo mecum aufero; nihil illi acceptu referam, nihil, quod a me ille repoſcat, nihil rurſus quod cu illo nudus expoſtulem; nam nudus in mundū veni, abeo nudus.

Animi recti conſtantia, & Mundo renunciantis.

8

Et nudus reuertar. Videtur parem facere paupertatē amiſſioni fortunarum, cum hæc ratio par alleuamentum eſſe poſſit, aut homini, quem ſemper preſſit inopia; aut qui magnarū facultatū iacturam fecit. Et recte quidem, nam qui diues extitit, ſpiritu tamen pauper extitit, neq; plus cruciatur bonorum ſpoliatione, quam ſi nunquā diues extitiſſet. Secus multo acerbior eſt diuiti miſer ſtatus, quam homini miſero illa ſua perpetua, & conſtans inopia: ingentis enim infœlicitatis genus eſt fuiſſe aliquando fœlicē. eleganter de re hac diſſerit Seneca lib. de tranquillitate vitæ cap. 8. *Erras (inquit) ſi putas animoſius diuites detrimenta ferre. Bion eleganter ait non minus moleſtum eſſe caluis, quam comatis pilos velli. idē ſcias licet de pauperibus locupletibuſq;, par illis eſſe tormentum; vtriſq; enim pecunia ſua adhæſit, nec ſine ſenſu auelli poteſt. tolerabilius autem eſt faciliuſq; non acquirere, quam amittere; ideoq; lætiores videbis, quos nunquam reſpexit fortuna, quam quos deſeruit. Reſpice agedum mundum. nudos videbis Deos omnia dantes, nihil habentes. Hunc tu pauperem putas, an Dijs immortalibus ſimilem, qui ſe fortuitis omnibus exuit?*

Paupertas æqualis amiſſioni fortunarum.

Infœlicitatis genus fuiſſe fœlicem.

Seneca.

9

Gloriari præterea in ſua nuditate videtur Iob, quaſi diceret, quod homo inter cuncta animalia inermis ſit, nuduſq; naſcatur, ingens naturæ parentis beneficiu eſt, nā intellectum illi, & ſapientia pro armis, pro indumentis, & pro reliquis vitæ ornamentis dedit, & nuditas ipſa ad Philoſophiā, ſolertia, induſtriam hominem compellit, vt qui nudus natus eſt, ſciat omnia comparare, quæ ad victum & veſtitum neceſſaria ſunt: ſed ego tamen ſublimiorem aliam ſapientiam edoctus, *ſcio* nō ſolum *abundare, ſcio eſurire, & penuriam pati, in omnibus & vbique inſtitutus ſum*, dicit in quibus ſum, *ſufficiens eſſe*; nudus viuam, nudus quod vitæ, & vitæ mihi reliquum eſt, conficiam, nudus reuertar, & cum nuditate coniunctam vita Deo gratus referam acceptam. Sapienter Plutarchus de animi tranquillitate ſcripſit, in fortunarū amiſſione non eſſe obliteranda commoda, ſed aliquo in loco numeranda; gaudendumq; quod viuimus, quod valemus, quod ſolē aſpicim⁹, ſtultumq; eſt cruciari perditis, ſaluis non lætari, ſed puerorum more, qui ſi quis ex multis ludicris, vnum ademerit, etiam reliqua omnia abijciunt, plorátque, & eiulant.

Gloriatur in ſua nuditate Iob.

Plutarch.

Ad hæc cum nudum ſe reuerti dicit in terram, videtur de naufragio fortunarū ſuarum vnica patientię, & Philoſophię tabula arrepta nudum ſe committere fluctibus, nudumq; conari enatare ad ſepulturæ littus, terramque tenere, quæ futura ſit ſuæ calamitatis, & naufragij ſubſidium. Simile Plutarchus ad animi tranquillitatem præceptum tradidit; *Si impinxerit quid & graue ingruerit, proſtraueritque eum, prope eſt portus, atque ex corpore ſicut e rimoſo cymba enare licet.*

Patientia & Philoſophia veluti tabula in naufragio

Plutarch.

10

Tandem hæc ſententia argumentationis cuiuſdam vim habere videtur. Ego, inquit, anticipare mea voluntate extremam ſortem, & nuditatem volo, & gaudeo; neceſſarium enim eſt, vt nudus ex hac vita diſcedam. probat id neceſſarium fore, hac ratione; *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, &* (ergo, propterea,) *nudus reuertar illuc.* illa enim coniunctio vim habet particulæ, quā vocant, rationalis, aut cauſalis, & notæ illationis. ſicut Geneſ. 3. *Vocem tuam audiui in paradiſo, &* (ideo) *timui, &* (propterea etiam) *abſcondi me.* Iſaiæ, 43. *Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & glorioſus, ego dilexi te, &* (propterea) *dabo homines pro te.* Sic etiam conſequentiæ vim habet apud Paulum 1. ad Thim. 6. *Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia neque auferre quid poſſumus.* Eccleſiaſt. 5. *Sicut egreſſus eſt nud⁹ de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, quomodo venit, ſic reuertetur.* vis autem illationis in eo conſiſtit, quòd cum nudi naſcamur, non iure propria nobis hæc bona externa, quæ nobis vita ſubminiſtrat, ſed commodato, & ad vſum conceſſa quamdiu hic ſumus; quare non licet nobis hinc abeuntibus ea nobiſcum aſportare, ſicut dicitur Pſalm. 48. *Quoniam cùm interierit, non ſumet omnia* (nihil) *neque deſcendet cum eo gloria eius*; non aliter atque famulus, qui in viri principis domum nudus ingreditur, veſtes ſtatim & ornamenta accipit, gladium, pallium quibus aut aſſeclam, aut anteambulonem viri nobilis honeſte poſſit agere; ſed depoſiturus tamen, & relicturus ea omnia, cum domum dominumque deſeruerit; quippe quomodo venit, ſic reuertetur, nudus ingreſſus eſt, nudus abibit. ſic ferè philoſophatur Seneca, dū Polybium in fratris morte conſolatur. ca. 30. *Si quis pecuniam creditam ſoluiſſe ſe moleſtè ferat, eam præſertim cuius vſum gratuitum acceperat, nonne iniuſtus vir habebitur? cogita iucundiſſimum eſſe quod habuiſti, humanum quod perdidiſti.* ſed de hoc paulo poſt cum ipſo Iobo iterum.

Argumentatio Iob confecta.

Particula, Et nota illationis.

Geneſ. 3.10.

Iſai. 43.4.

1. ad Thim. 6.7

Eccleſ. 5.14.

Pſal. 48.18.

Senec. in Conſolat. ad Polyb.

11

Egreſſus ſum & reuertar. Indicatur vita hæc eſſe via quædam, & iter difficile, mortales verò oēs viatores. res in Scripturis frequens. Quod dicit *reuertar*, intellige, conficiam integrum vitæ ſpatium, & iter; cumque in fine conſtitero, circulum videbor abſoluiſſe, & ad initium reuertiſſe, vnde digreſſus ſum, ſed non iterū per eandem viam reuerſurus, ſicut ſcriptum eſt: *Semitam per quam non reuertar ambulo.* Et iterum: *Quaſi aquæ dilabimur, quæ non reuertuntur.* Sed verbo *egrediēdi*, oſtium humanæ vitæ ſignificatur; oſtiū item alterum, per quod intrant, qui reuertuntur; eſt enim vita hęc quaſi ſcęna quædā, in qua humanarū rerum omnium & vanitatis fabula peragitur, mortales oēs fabulæ actores ſunt, veniunt, abeunt; terra theatrum eſt: *Nam generatio præterit, generatio aduenit; terra autem in æternū ſtat.* Duo in theatro oſtia, egrediētibus vnū, id eſt ortus; abeuntibus & reuertentibus alte-

Vita hæc via quædam.

Iob. 10.22.

2. Reg. 14.14.

Eccleſ. 1. 4.

rum, id eſt occaſus, & mors; veſtes ſcænicæ cõmodatæ ſunt, neque ſecum defert veſtem regiam, qui Regẽ egit, omnes nudi ingrediuntur, ſi quas ſumãt veſtes, alienæ ſunt, & commodatò acceptæ, tantiſper, dum fabula agitur; eſt enim *quaſi dives, cum nihil habeat.* Illud verò ſeriò cogitandum, quòd ſtatim atq; quis egreſſus eſt in hoc vitæ, terræq; theatrum, non permittitur immorari: *Præterit enim figura huius mundi.* ſtatim reuerti cogitur, nam quantum in vita procedimus; tantum ad mortem, & vitæ exitum accedimus. noſtrum itaque viuere, reuerti quoddam eſt.

Prouerb. 13. 7.

1. Cor. 7. 31.

Dominus dedit, Dominus abſtulit.

12 *Diuinæ prouidentiæ conſideratio ad leuandas ærumnas. Iob nullam agnoſcit cæcam fortunam. Prouidentia aſſerta in Eccleſiaſt. & Iſai.*

13 *Deo permittenti aliquando tribuitur effectus viri conſtantia aduerſus hoſtem.*

14 *Deus bona conferens non abdicat à ſe Dominium. Male parta, malè dilabuntur.*

15 *Diuinum beneplacitum pro ingẽti ſolatio. Dei verbum ratio, & ſine ratione omnia diſponens.*

16 *Iniqua actio Deo diſplicens, paſſio placens. Harum conſideratio & præcipuè in ſacro Sermone. explicatur Geneſis, Ieremias, Ioan. Petrus.*

17 *Nomen pro re ipſa. nomen fama celebrior.*

18 *Glorioſum Deum in affligẽdis iuſtis ex Paul. & Petro.*

19 *Gratiæ pro calamitatibus agendæ: hæ ſunt dona, lucra, Beatitudo. Pſal. 118 iuſtè eum paraphraſt.*

12 HAEc eſt ſecunda ſuę calamitatis, & inopiæ conſolatio; & præcedente quoque paulo ſublimior, vt quæ non petatur ex conditione humanę naturæ, ſed ex diuina prouidentia; ſunt enim mala omnia, & calamitates eiuſmodi, vt velut in ſtatera poſita, quantò in lance vna, grauiora ſunt, tanto in ſublimiores de Deo, & de illius prouidentia cogitationes, mentem in lance altera conſtitutam attollere poſſint.

Calamitates quò grauiores, eo ſublimiores cogitationes adminiſtrant.

Primò ergo rectè, & accõmodatè ad cogitationẽ, quam illi Dæmon ſuggerebat, de criminando aut negando diuinã prouidentiã, ſtlam tuetur: & aſſerit, cum iudicio, & ratione nunc Deũ dare, nunc auferre mortalibus bona: quare nullũ agnoſcit caſum, aut fatum, nulla cæcam fortunã, quę ſine delectu, aut ſcientia mala, & bona diſtribuat. quod etiam Eccleſ. 11. explicuit Sapiens, contra cæcam fortunã diſputans, dum de ſubita & inopinata pauperis fœlicitate loquitur: *Oculus Dei* (non cæca dea, ſed prouidentia diuina, quæ procul videt & prouidet omnibus) *reſpexit illum in bono* (vt bonis locupletaret) *bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt.* cuncta ex illius oculo, & prouidentia proueniũt hominibus, quare rem hanc falſis numinibus à deluſa antiquitate tributam ſibi vendicat Deus, & forte cum alluſione ad biformem, bicoloremq; fortunã, quam pingebant duplici facie, anteriore alba, poſteriore nigra, apud Iſaiam. 45. *Formans lucẽ & creans tenebras* non ſolum ſingula per ſe, ſed viciſſitudinem, & commutationem *lucis cum tenebris*, fœlicitatis cũ miſeria, *faciens pacem* (bonorum

Iob nullum agnoſcit fatum, ſed diuinæ prouidẽtiæ omnia tribuit.

Eccleſ. 11. 14.

Iſai. 45. 7.

Bicolor fortuna.

omnium affluentiam) *& creans malum* (egeſtatẽ, inopiam) *Ego Dominus faciens omnia hæc.*

Deinde, quæ alij abſtulerãt ait Deum abſtuliſſe; vel quia, vt Origenes ait, non cogitaret hæc contigiſſe procurante dæmone, ſe ſolo Deo iubente & volentẽ; aut verò permittẽnte id latronibus (nam quoad fieri potuit ſeſe dæmon occultauit) Permiſſio autem non ſolum negatiua, ſed etiam ea, per quam Deus velit auferre ſuperabundantia auxilia, quæ ſi conferret, res nõ fieret, ſufficit vt Deo effectus aliquis tribuatur, licet is cũ peccato in homine agente coniunctus ſit. Hinc nõ ſolum impie, ſed ignoranter etiam Caluinus colligebat, & quidem ex hoc loco, Deũ eſſe cauſam peccati. Qua de re pluribus Theologi diſputant in ſcholis & contra Zuinglium, Caluinum, Bezam doctè & copiosè Pater Robertus Bellarminus Tom. 3. Controuerſiarum lib. 2. Præterea id pertinere videtur ad viri iuſti conſtantiam, & animũ virtutibus exaggeratum, vt quæ Dæmon diripuerit, dicat Deum permittentẽ diripuiſſe, ne vlla in re videatur agnoſcere dęmonem ſe ſuperiorem, aut ſibi vlla ratione nocere potuiſſe. nihil enim ſibi negotij cum illo, nam vt eſt in * Prouerbiali vulgi Sermone, nihil illi boni acceptum debere, nihil inferendum mali timere ſe profitetur; refert in Deum cuncta.

13 *Origenes.*

Permiſſio tribuit Deo effectum.

Caluini ignorantia, & impietas.

Bellarminus.

Viri iuſti cõſtantia contemnentis hoſtem.

**Ni le teme, ni le deve.*

Verba verò huius ſententiæ ſingula vim habent: *Dominus dedit.* qui dedit commodatò, nec abdicauit à ſe dominium, vt cum velit, ſuo iure repetere poſſit. Dominus enim cum ſit, auferre poteſt, quod ſuum eſt.

14 *Deus dans, non abdicat Dominium a ſe.*

Si dederis perditum ero; repetiueris, æquum.

Qua de re ſapienter Seneca dixit: *Iniquum eſt, qui muneris ſui arbitrium dederit, non relinquit; auidum qui non lucri loco habet, quod accepit, ſed damni quod reddidit: ingratus eſt, qui iniuriam vocat finem voluptatis; ſtultus, qui nullum fructum eſſe putat bonorum, niſi præſentium, qui non & in præteritis acquieſcit, & ea iudicat certiora, quæ abierunt, quia de illis ne deſinant, non eſt timendum.* In Heb. *Iehoua dedit, & Iehoua abſtulit*; hęc omnia à principio eſſendi, & bonorum omnium fonte manarunt, ad locum vnde exierunt reuertuntur: interim gratias illi agam, quod dum præterfluerent, me, domũq; meam gaudio & lætitia perfuderũt. ſed *reuertuntur* tamen, vt in ſpem adducor, *vt iterum fluant.* idem enim permanet fons ille affluens bonorum omnium, *ſine pœnitentia enim ſunt dona Dei*; quare *abſtulit*, nõ vt auferret, ſed vt meliora, dupliciaq; de eius manu reciperem. Inſuper cum benignus, atq; propitius fuerit cum dedit, benignus profecto atque propitius extitit auferendo; idem enim omnino extitit, qui *dedit*, & qui *abſtulit*. Denique cum Deum abſtuliſſe dicit, ſuam innocentiam profiteri videtur, ſuaſque diuitias & facultates non ex iniquitate, & rapina conflatas ſed à Deo bonorum omnium largitore donatas. Has enim nemo aufert, niſi qui dedit; alias verò, quæ *Mammona iniquitatis* dicuntur, facile patent diripientibus, & *ærugo & tinea demoliuntur, fures effodiunt & furantur.*

Seneca Ad Polyb. c. 29

Male parta male dilabuntur.

Luc. 16. 9.

Matth. 19. 10.

Sicut Domino placuit. Deſideratur hæc ſententia in Hebræo; habetur tamen in Septuaginta; & eam retinuit Gregorius ex antiqua le-

15 *LXX.*

Tertia conſolationis ra

ctione

tio ex diuino beneplacito.

ctione Latina, atque hęc eſt tertia ſe conſolandi ratio, reliquis quoq; ſublimior, & excellentior, quæ ſumitur ex diuino beneplacito; qua videtur occurrere tacitę ſuggeſtioni, vt aduerſus hoſtes & latrones excandeſceret; nihil enim ſibi cum hoſtibus interceſſiſſe negotij dicit, neque ſentire ſe ab illis laceſſitum aut læſum; nam in diuinam voluntatem tantum reſpicit, cui nihil iniquum, aut iniuſtu placere poteſt: quare minimè ſe ſpoliatum ab iniquo hoſte conqueritur. Deo, cui ſumma, & prima agēdi ratio ineſt, hoc ita fieri placuit; mihi igitur illius voluntas pro ratione ſumma eſt. Verbum Dei, qui Dei filius, & ſapientia Patris eſt, *Logos*, Græce dicitur, quod vocabulū etiam rationem ſonat; quòd ſicut per filiū, ita per ſummam rationem cuncta diſponat. hac ſe ratione ſolabatur in ſuo morbo & dolore Nazian. *Gratias* (inquit) *ago, vt in lætis rebus, ita etiam in acerbis, quandoquidem illud exploratum habeo, nihil rerum noſtrarum apud ſummam rationem expers rationis eſſe.*

Deus ſumma ratio, & cum ratione diſponens omnia.

Naz. epiſt. 63.

16 *Ita factum eſt.* In ijs malis, quæ cum ſummo hoſtiū ſcelere accepit, habet vir ſanctiſſimus, quod ſibi, quod etiā Deo ſummoperè placeat, videlicèt nō actionem iniquam Dæmonis, aut latronum, ſed ſuam ipſius paſſionem; quæ, à quocunq; inferatur, & fiat, peccatum non eſt ea ratione qua paſſio eſt; atq; in ea Deus complacet, tanquam in re ſibi gratiſſima; quæ paſſionis pijſſimæ ab iniqua actione diſtinctio, & quaſi præciſio Theologica indicatur, cùm per verbum paſſiuum hæc ſententia profertur, *Sicut Domino placuit, ita factum eſt.* cùm tamen ſicut Domino placuit, non fecerint Dæmon, atque Sabęi. eiuſmodi loquendi formę vim atq; proprietatē in re ſimili explicanda ſubtiliter ſemper obſeruant Sacræ litteræ. Geneſ. 45. ait Ioſeph fratribus: *Non veſtro Conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum.* cùm tamen minimè Dei voluntate inuidi fratres illum ablegauerint, & vendiderint. deinde ca. 50. dum ſuorum fratrū ſcelus extenuat, aut excuſat: *Nolite timere; num Dei poſſumus reſiſtere voluntati*; cuius loci lectio varia eſt. Septuaginta, *Dei enim ſum ego.* Aquila & Sym. *Nūquid enim pro Deo ego?* quod reſpōdet Hebræo. Alij ex eodem fonte; *Quoniam nunquid ſub Deo ego?* aut; *Nunquid loco, aut vice Dei ego?* eodem recidūt omnia. ego res meas nō mea voluntate aut cōſilio agendas duco; Dei voluntati me totum numquam non permiſi; Non ſum ego Deus, neque loco aut vice Dei, vt mea volūtas ſit regula gerendorum; Dei ſum ego; Dei voluntati ſubijcior, illi de me decernenti, prout illi placuit, reſiſtere neq; poſſum, neq; debeo. hæc autē Dei voluntas fuit, vt mitteretur, Ioſeph, non vt fratres mitterent. Subtiliter hic Caietanus obſeruat, cùm Deus atq; fratres non eodē modo in Ioſepho vendēdo ſe habuerint Ioſephū dicere *loco Dei* ſe ſtare, id eſt a Dei partibus, ita vt non quid hoſtes fecerint iniqua actione, ſed quid Deus vellet ſua paſſione & tolerantia, attenderit, ſe gaudere quòd venditus, quòd in Egyptum miſſus ſit; quòd id quoque Deo placuiſſe intellexiſſet. Ierem. thren. 3. in illa maxima clade, ijs, qui de hoſtiū immanitate conquererentur, videtur reſpondere, præteriens actionem iniquam, & attendens tantùm paſſionem ſuam, quam Dei voluntate ſuſtinebāt. *Quis eſt iſte, qui dixit, vt fieret Domino non iubente?* Simile eſt id Ioan. 11. Caiphæ dictum: *Expedit nobis, vt vnus moriatur homo, pro populo,* quod ab Spiritu Sancto & non à ſemetipſo dixiſſe Ioannes teſtatur; quòd enim Chriſtus moreretur, quòd mortem illi per ſummam inuidiam ſummumque ſcelus pateretur illatam expediens, atque adeò neceſſarium erat vniuerſo hominum generi; ſed væ tamē homini illi, per cuius actionem traditus eſt, væ crucifixoribus, væ deicidis. vide quam Theologicè apex ille Theologorum (ſic vocat Dionyſius) Petrus de hac re loquitur Acto. 42. *Hunc definito cōſilio, & præſcientia Dei traditum per manus iniquorum affigentes interemiſtis.* Iniquæ manus agentes, affigentes, interimentes; Dei conſilium æquiſſimum vt traderetur, & traditus pro noſtris delictis ſolueret. Deinde: *Conuenerunt aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus, & populus Iſraël facere, quæ manus tua, & conſilium tuum decreuerunt fieri.* Vide vt illi egerint quæ Deo diſplicuerint; vt verò factum fuerit, ſicut Domino placuit. ſapiēter hac de re loquitur Leo Ser. 16. de Paſſio. Domini.

Preciſio Theologica & Metaphyſica actionis à paſſione in Sacro Sermone.

Geneſ. 45. 8.

Geneſ. 50. 19.

LXX.

Aquila.

Symmach.

Thren. 3. 47.

Ioan. 11. 50.

Actor. 42. 23.

Sit nomen Domini benedictum. Huius primi certaminis hæc eſt clauſula, primiq; triumphi decantatio per ſummam patientiam, & feruentiſſimæ charitatis affectū: quam Deus in vniuerſis rebus moderādis ęquitatis, & prouidentiæ rationem ſeruare ſolet, illa in me quoque oſtendit, dignus propterea, qui omnium vocibus, & gratiarum actione concelebretur: *Benedicam Dominum in omni tempore,* vtcumq; mecum ille egerit. his verbis omnē videtur ſuggeſtionis blaſphemiæ aditum præcluſiſſe. 17

Clauſula, & finis primi certaminis.

Pſalm. 33.

Nomen Domini. id eſt Deus ipſe, Nomē rei pro re ipſa. frequenter in ſacris. Pſal. 43. *In te inimicos ventilabimus cornu & in nomine tuo* (quod dixerat in te) *ſpernemus,* &c. Pſal. 47. *Secundùm nomen tuum Deus, ſic & laus tua.* id eſt talem te præſtas, qualem te omnes prædicant. illuſtris vero ille locus eſt Acto. 1. *Erat turba hominum ſimul ferè centum viginti.* Græcè; (*onomaton*) nominum; nominatim enim homines cenſeri ſolent frequens quoq; apud profanos nominis pro re vſurpatio, vt ille dixit.

Nomen pro re ipſa.

Pſalm. 43. 6.

Pſalm. 47. 11.

Acto. 1. 15.

ὀνομάτων.

Nec fidum fæmina nomen.

Et apud Lyricum Europa inquit.

Pater, relictum filiæ nomen.

Et eadem dicendi figura, Ariadnes.

Nam pater, & tellus iuſſo negata parenti
Prodita ſunt facto nomina cara meo.

Tibul.

Hora. 3. carm.

Ouidius.

Sed cum nomen rei alicuius dicitur, ſignificatur res excellentis nominis, & gloriæ, videlicèt res nominari digna, ita vt nomē rei ſignificet, * rem nominis præclari. Quare hoc loco *nomen Domini,* erit Dominus glorioſus, cuius bonitatis & ſapiētię laus longè lateq; patet, & omnium linguis hominū, & angelorū celebratur. *Benedictum* verò optat *Dei nomē.* id eſt, vt pro illi⁹ in nos paterna prouidētia gratias agamus & laudib⁹ pijſq; hymnis proſequamur, vtrūq; verbo benedicēdi ſignificante, vel gratias agere, vt 2. Paralyp. 31. v. 8. Daniel. 2. v. 19. & 4. v.

Nomen pręclara rei alicuius fama.

* Coſa de nonbre y fama.

31. Matth.

Benedicere eſt gratias agere, aut laudare.

31. Matth. 14. v. 19. vel laudare vt Pſalm. 33. v. 2. & Pſalm. 95. v. 2. & 102. v. 1. 2. & alijs locis frequenter.

18 Glorioſus Deus in iuſtorum ærumnis.

Vnde obſeruare licet primò, in ea prouidentiæ ratione, quam Deus erga iuſtos ſuos exercet, mirabilem ſe Deum, mirabiliſq; nominis & gloriæ maieſtatem oſtendere; eo enim nomine agnoſci vult, & prædicari, non tā quòd filios ſuos delicatè nutriat, quàm quòd illos ſeueriori diſciplina contineat; & quòd ſeruos habeat fideles & conſtantes in laboribus, & ęrumnis; hanc ſibi honorem, hanc ſibi gloriam à ſuis ſeruis deferri exigit, ſicut Petrus dixit. *Si exprobramini in nomine eius, beati; quoniam quod eſt honoris & gloriæ, & virtutis Dei, & qui eſt ſpiritus eius ſuper vos requieſcit.* videtur enim ſpiritus eius, qui igneus eſt, ſeuerioriſq; diſciplinæ, velut illa Noë columba, quærere in quo poſſit pedem figere, & cùm vix inueniatur, qui labores & ærumnas à Deo oblatas admittere velit, non habet *vbi requieſcat pes illius*: ſi quis vero lætus, & gratus exprobratur in nomine eius, ſuper illū Dei glorioſum nomē, virtus, & ſpiritus requieſcunt, iſq; Dei nomen celebrat. Sic etiam Paulus ait, *Stigmata Domini mei in corpore meo porto.* nota ſerui inuſtus ſum; igne tribulationum inſignitus; Dei ſpiritu ſuccenſus; hæc verò ſtigmata, quę alia ſunt, quàm crux, quàm verbera, quā perſecutiones & ærumnæ terra mariq; ? Hæc igitur *ſtigmata porto*, oſtento, & omnibus conſpicua viſendaque præbeo, quo ex meis ærumnis Dominum meum, & Ieſu nomen celebrem, & prædicem. quod iterū idem Apoſtolus clariùs ſcripſit: *Magnificabitur Dominus in corpore meo* (id eſt, magnus habebitur & prædicabitur,) *ſiue per vitam* (cū me eripuerit ex multis, ingentibuſq; vitæ diſcriminibus) *ſiue per mortem* (videlicet cum mea mors illius nomine ſuſcepta teſtificetur digniſſimū eſſe, pro quo mori paratus ſim'.)

1. Pet. 4. 14.

Galat. 6. 7.

Philip. 1. 20.

19 Tribulatio ingens beneficium, & gratiarum actione ſuſcipiendum.

Philip. 1. 24.

Tribulationum perpeſſio, beatitudo apud Petrum.

Tribulationes dicuntur tēpus, id eſt, occaſio lucri

Apocal. 1. 3.

Aretas.

Iſai. 18. 7.

Pſal. 28. breui Paraphraſi illuſtratus.

Agendę gratię Deo in diluuio, & turbine tribulationum.

Secundò, Iobum gratias agere pro accepta clade, velut pro ingenti beneficio: *Donū* vocat Apoſtolus *non ſolùm in Deum credere*, ſed etiam *pro illo pati*, videturq; vtrumque beneficium ſimul coniungere, Vocationis, atq; Patientiæ, acceptarumq; ærumnarum, quod vtrumq; ſimul initio naſcentis Eccleſiæ conferretur à Deo. Nam qui ad Chriſti Euangelij ſeruitutē accedebāt, ſtabant in timore, & pręparabant animam ſuā ad tentationem. Beatitudinē dicit Petrus: *Beati eritis*; quoniam tribulationes vidētur eſſe pignora futuræ gloriæ. Ioannes lucra, & bonorum omnium opportunitatem; quid enim aliud exiſtimas ſignificare, cùm ait Apocal. 1. *Tempus propè eſt*, quam calamitates, & perſecutiones, quæ multorum ſunt præmiorum, atque ingentium bonorum ampliſſima occaſio? Et, vt Aretas exponit, beatitudinis conſequendæ commoda idoneaq; opportunitas? Pro tanto igitur beneficio Iobus gratias agit; ſicut ſcriptum eſt: *Deferetur munus* (gratiarum actionis & laudis) *à populo diuulſo, & dilacerato.* Vide Pſal. 28. quo ad ſacrificia facienda, & ad dicendam gloriam nomini Domini cōuocat Dauid vniuerſam Eccleſiā: eo præſertim tempore, cum Deus ſæuam tempeſtatem concitat, cum tonitrua & fulgura terrifica edit; cùm ignes iaculatur in terras; cum confringit cedros; cùm arbores antiquiſſimas conuellit, cùm ſyluas, nemoraq; decutit; cùm reuelat condenſa, & decorticat, ſpoliatq; arbores honore ſuo, cum vitulos, cum ceruos, cùm feras, cùm Rhinocerota terret, atq; proſternit; cū pluit, cùm grandinat, cùm tonat, cùm rugit, cū fremit. Tunc videlicèt cùm nos terret, cum honore boniſq; omnibus ſpoliat, cùm humanū faſtum deijcit, cum humi proſternit, cum proterit, cùm laboribus & calamitatibus frangit, *afferre* nos illi oportet *filios arietum, & vitulos labiorum noſtrorum; atq; gloriam & honorem nomini eius; & in templo eius omnes dicere* huiuſmodi *gloriam*, huiuſmodique gratias agentes hymnum concinere; *Dominus diluuium inhabitare facit, & ſedebit Dominus Rex in æternum.* nimirum diluuium immittit & ærumnarum pluuiā; quibus impios puniat, pios exerceat: *Dominus virtutem populo ſuo dabit.* Pios interim ſua virtute corroborabit, ne cedant malis, ſuſtinebit, ne fluctibus ſuperentur, ne frangantur laboribus, ne conſternentur calamitatum metu, & triſtitia; ſed bene eis cedat tempeſtas, tandemque ad tranquillitatem cuncta perducet. *Dominus benedicet populo ſuo in pace*: cumulans ſuſtinentiam laborum ingenti menſura omnium bonorum, ampliſſimorumq; præmiorum.

XXII. In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis: neque ſtultum quid contra Deum loquutus eſt.

1 *Dæmon temeritatis, & mendacij notatus. Laudatus Iob. Defenſus Vulgatus.*

2 *Iob illæſus ex prælio. Nemo læditur niſi à ſemetipſo.*

3 *Expenditur lectio LXX. ſtultitia ad vitium linguæ, & quid propriè in Sacro Sermone.*

4 *Qui Fatui, quid fatuitas. Pulchra ex Chryſoſt. totius cap. clauſula.*

1 Dæmon temeritatis, & mendacij arguitur.

Origenes.

CONCLVSIO, quæ oſtendit, dæmonem temerè pollicitū, fore vt Iobus Deo benediceret, quaſi dęmonem ipſum mendacij arguat ſacer ſcriptor. Nos diceremus: *a.o menos baſta aqui mentir oſo pa ſaida.* Origenes, & Græci, ad cogitationes referūt; nullam videlicèt impiam cogitationem habuiſſe de Deo, ſed bene de illius bonitate ſenſiſſe. fauent Septuaginta, qui legunt: *In omnibus his, quæ acciderunt ei, nihil peccauit Iob coram Domino.* ſed tamen Latinus interpres ad peccatū, & lapſum linguæ pertinere exiſtimauit, addidit enim, & quidē ſapiēter, *labijs ſuis*, cum in Hebræo tantum ſit, *Non peccauit Iob.* Nam tota dæmonis intentio eò incumbebat, vt verbum minus conſideratum, aut minus pium ab illo extorqueret, quod blaſphemiam ſaperet.

LXX. Iob non peccauit neque verbo, neq; cogitatione.

2 Iob illæſus ex prælio.

Præterea hac ſententia aſſeritur Iob illæſus euaſiſſe ex pręlio, nam *nemo læditur niſi à ſe ipſo*, id ergo conabatur dæmon vt Iobus ſe ipſum per impatientiam læderet, & vel vnico verbo ſaltem ſibi noceret; itaque qui hactenus non peccauit, minimè læſus à ſeipſo eſt; de quo ſic ſcripſit Chryſoſt. *Sciebat hunc rerum ordinem diabolus, & ideo cùm expetiiſſet beatum Iob, om-*

Chryſoſt. hom. quod nemo læditur. niſi à ſe. tom. 5.

nem

Nemo læditur, qui non peccat.

num ſubſtantiam eius perdendo dedit, non vt eum pauperem faceret, ſed vt pro his doloris impetum aliquem ſermonum proferret in Deum. &c. Tandem cùm plura diſſeruiſſet, colligit inanes eſſe illas querelas, quibus ſe quis læſum, & violatum ab alio queritur; nam neque dæmon ipſe lædere poteſt eum, qui ſibi ipſi voluntate ſua peccati autor non fuerit. vide Cyril. Hieroſol. Catech. 2.

Cyril. Hieroſolym.

3 *Olympiod.*

Neque ſtultum quid. in Hebræo & Septuaginta: *Non dedit inſipientiam Deo.* Olympiodorus ait Hebræum legere; *Non incuſauit Deum*; aut, non eſt conqueſtus de Deo. Quaſi diceret, non ſenſit iniquè de diuina prouidentia, neque dixit ſupremum iudicem parum iuſtè, parumq́; ſapienter egiſſe. Pro, *Deo*, vox Originalis, *Elohim* iudicem & gubernatorem ſonat, Chryſoſt. *Deum iniuſtitia aliqua non condemnauit.* ſicut qui cõtra ſe ſententiã iudicis expertus eſt, iniquè de illo ſentire ſolet; Iob tamen nullam iniuſtitiæ aut ſtultitiæ notam ſupremo iudici affingit, quicquid ille contra ſe decreuerit, imò cùm ſua bona proſcripſerit, & calumniatori permiſerit, nihil contra ſe; ſed pro ſe Deũ egiſſe intelligit. Origenes, refert ad præcedens illud Iobi præconium, vt Iobus eſſecerit, ne Deus vllius ſtultitiæ, aut leuitatis, mendacijue argui poſſet, nam talẽ ſe præbuit, qualem prædicauit Deus.

Origenes.

No le ſaco à Dios mentiroſa.

Sed Latinus interpres *ſtultitiam* illam ex parte Iobi conſiderauit, quaſi diceret, nihil reiecit in Deum ſtulti ſcomatis, aut blaſphemiæ; non rependit Deo ſtultam aliquam querimoniam pro clade, quam ab illo acceperat: non retulit Deo ſtultam aliquam ingrati animi ſignificationem; & hic ſenſus tum fini propoſito, tum verbis ipſis congruentior eſt; nam *ſtultum*, aut ſtultitia, eſt id quod petulantius aut inconſiderantius dicitur, *Hablar necedades.* quæ ſignificatio *ſtulti* nõ eſt à Latino ſermone aliena; nam Cicero aliquando loquacem appellauit ſtultitiam; ſtultitiæ enim index eſt lingua, & vox: & quæ ſunt ſtultitiæ, eadem ſunt ſigna loquacitatis, cùm tradat Plinius lib. 11. c. 52. auricularum magnitudinem; ſtultitiæ, & loquacitatis notam eſſe. in Hebræo autem pro ſtulto eſt, *Thiphlæ* à radice *Taphal*, quod propriè eſt id, quod debitum temperamentum non habet. Rabi Mardochai ait eſſe, quicquid non eſt ſufficienter paratum, & conditum, ſiue ſit cibus, ſiue cæmentum, ſiue res alia. Quare ſi ad cibum & guſtum referatur, dicitur inſipidũ, inſulſum; ſic vertitur infra cap. 6. verſ. 6. ſi ad rem cæmentariam, dicitur lutum abſque temperamento, Ezech. 13. v. 14. ſi ad verba & veritatem aut falſitatem cuiuſpiam narrationis, dicitur falſum & ſtultum. Thrẽn. 2. v. 14. ergo, vt quod ad cibum pertinet atque guſtum coniungamus cum verbis, & lingua, profectò *ſtultum* aliquid loqui, idem erit quod inſipidum, & inconditum loqui. Hoc verò (vt vel ex hoc vno exemplo conſtare poſſit non fruſtrà nos Hiſpanis noſtris locutionibus in explicando Sacro Sermone frequentius vti) nihil aliud erit, quam, *hablar deſabrido*, videlicet verbum paulo aſperius, pauloque amarulentius ex palato inſipido & amarulento proferre. Mirum ergo, quod Iob ita ſibi temperarit, vt cor, linguam, ſingula verba ſale cõdierit, nihil inſulſi, nihil ingrati aut ſibi, aut diuino palato proferens.

Stultitiã ad loquacitatẽ referri.

Cicero 3. de ora.

Stultitiæ, & loquacitatis ſigna ex Plin.

תִפְלָה
תפל

R. Mardoch. in ſua Cõcordan.

Stultum loqui.

4 Huc facit, quod fatuos (ijdem ſunt ſtulti) id eſt inconſideratè loquentes, & ſtultiloquio laborantes, inſulſos etiam interpretatur Donatus. & Seruius ſcribit eoſdem à Fatua Fauni vxore ſic dictos, quæ nomen quoque à fando acceperat; id eſt à vaticinando, vt tradit Iſidorus lib. 7. Ethymologiar. Fauno enim vxor fuit nomine Fatua, quæ aſſidue diuino ſpiritu impleta, velut per furorem futura prædicebat. vnde fatuari dicuntur, qui inſpirari ſolent. Quare fatui ſunt commotioris animi, commotioriſq; linguæ homines. Iob itaq; qui orationem ſuauiſſimam fundit, nihil ſtultũ, nihil fatuũ, nihil inſulſum loquutus eſt. Iam totũ caput pulchra illa Chryſoſtomi clauſula, elegantique ſimilitudine concludamus; ſic ille ſcribit: *Quemadmodum in ſimulacrorum crepidine, ſtatuarumque baſi ſolet inſcribi, Hic, illene poſuit: ita hoc loco libri autor poſtquàm Iuſti ſimulacrum verbis abſoluit, in crepidine hanc veluti inſcriptionem reliquit: IN OMNIBVS HIS NON PECCAVIT IOB.*

Fatui qui.

Donatus in Terentij Eunuc.

Seruius lib. Aeneid.

Iſidorus.

s Verbum recedendi, ſicut & ſtandi, militare. v. 1. num. 61.
t Huſitas fideles fuiſſe, & ad eccleſiam pertinuiſſe. v. 1. à nu. 63. & ſequentibus latè differitur.
v Iobi filios ſanctos fuiſſe. v. 1. nu. 1. & v. 19. num. 2. & promiſſ. na ſobolis ex viris & fœminis conſideratio. nu. 9.
x Filij cùm dicuntur parentibus naſci, quid tertio illo caſu ſignificetur in ſacris. v. 2. à nu. 3. vſque ad. 8.
y Quæ naturales diuitiæ quoad animata. & de poſſeßione Iobi diſputatio. v. 3. a. nu. 1. vſq. ad 4.
z Quæ horum omnium pecorum vtilitates. v. 3. a nu. 6.
a Cuiuſmodi fuerint olim muli in pretio habiti, an ſui generis, vel potius eiuſdē generis cū monſtratibus. v. 3. nu. 11.
b Quos familiæ nomen comprehendat v. 3. à nu. 13. ex Hebræo, & Latino.
c Quid magnitudo afferat in Sacro Sermone, & qui orientalium nomine intelligantur. v. 3. à nu. 17. vſque ad 23.
d An filij Iob fuerint tunc temporis filijfamilias, explicatur. v. 4. nu. 3. & 4.
e An Iobi conuiuia quotidiana fuerint, annuæ, peculiari quæſtiodi, putatur. v. 4. à n. 6. vſq; ad 13
f De horum conuiuiorum frugalitate & modeſtia plura. v. 4. v. à nu. 8. vſq; 12. & ad ſorores non pertinuiſſe eam curā. nu. 15. & 16
g Iobi filiæ an virgines tunc fuerint diſputatur v. 4. nu. 17. cur conuiuijs adhibitæ. num. 16.
h Conuiuij & ſolemnitatis nomen orbiculorem circumuolutione ſonare, & quare. v. 5. nu. 1.
i Iob ad Sacras alias & Sacerdotales epulas ſuos filios inuitaſſe
l Iobum Sacerdotem fuiſſe & quibus titulis Sacerdotium obtinuerit peculiares diſputatio. v. 5. à n. 15. vſque ad 19.
m De diluculo, & manè ſurgendi arcana in Sacro ſermone ſignificatione v. 5. & de diligentia in re diuina adhibenda. v. 5. à num. 9. vſque ad 12.
n Peculiaris quæſtiuncula an ſigillatim pro ſingulis filijs Iob ſacrificarit. v. 5. nu. 14.
o Quid verbo benedicendi ſignificetur, an grauiora tantùm peccata, an verò leuiſſima etiam cogitatio. v. 5. à nu. 23. vſque ad 25
p De verbo Peccandi, quod ad ſacrificium pertinet, perſcula. v. 5. num. 26.

horti, quæ in mundo graſſantur per ſummam licentiam, s hoſtem atque inimicum grauiſſimum oppoſuit. t Quale verò tandem exiſtimare oportet Huſitarum regnum extitiſſe ſub rege ſanctiſſimo? quàm benè fidei myſterijs rerumque diuinarum cognitione informatum, benè, & piè viuendi præceptis inſtructum? quantum apud illos pietas, religio, æquitatis, & virtutis ratio potuerit? Neque minùs præclarè inſtructam domum habuit, ſeptem generoſæ indolis filijs, tribuſque filiabus honeſtiſſimis, v ſanctè omnibus & liberaliter educatis; x qui ſicut rei paternæ atque domeſticæ ſuppellectilis pars optima erant, ita etiam bonæ parentum ſpei, omniſque gaudij atque lætitiæ materiam amplißimam ſuppeditabant. Illæ deinde minores erant, ſed neque non ampliſſimæ diuitiæ, non quæ auro, & argento, y quibus nullus ſit comparandis finis præſcriptus, ſed quæ pecoribus & armentis conſtarent veræ ac naturales facultates. Habuit namque ſeptem millia ouium: z ex quibus ad victum, veſtitum, ſacrificia multæ ſunt vtilitates; camelos (quos inter armenta paſcit Oriens) tum geſtandis oneribus, tum prælijs, præſertim Arabicos, idoneos; Iuga boum quingenta non ſacrificijs ſolùm, ſed colendis agris ampliſſimis neceſſaria: quingentas aſinas tum ad mulorum generationem, a (qui tunc habebantur in pretio) tam ad vehendum, aliaſque operas agrorum opportunas: b Familiam denique ampliſſimam, & numeroſiſſimum ſeruitium ex bubulcis, paſtoribus, magiſtris pecorum, agricolis, ſeruiſque ad omnem rem idoneis comparatum. * His rebus omnibus toto Oriente c nominis celebritate & re ipſa nobilitatis diuitiarum, ſapientiæ, pietatiſque laude inter * Arabes, Armenos, Idumæoſque omnes maximus atque clariſſimus effectus eſt. Quoniam vero illa non eſt vltima fœlicitatis pars, quæ ad filios pertinet, certe filios habuit honeſtiſſimis d matrimonij vinculis iunctos, qui licet priuatis domibus, & facultatibus ſeparati diuiſique vitam traducerent, ſed incredibilis erat omnium concordia, maxima caritas, ſumma atque perpetua vitæ lætitiæ; quippe ſolenne illis ſemper fuit, e quotidianis, ſed f modeſtis honeſtiſque conuiuijs ſe inuitare, excipereque viciſſim: & ſuum ex ſeptem hebdomadæ diebus diem cuique, vt conuiuator eſſet, præfigere. * Eiuſmodi tamen rerum curam à ſororibus minimè requirebant, hoc contenti, quo fraternam beneuolentiam nutrirent, vt illas ad communem conuiuiorum iucunditatem accerſerent; vocatæ verò tres g caſtæ, verecundæque virgines temperantiæ atque frugalitatis teſtes adeſſent. Sic agitabantur per h gyrum ex ordine conuiuia, ſuamque circuitionem ſinguli ſingulis hebdomadis conficiebant. His cùm parens optimus ſiue pro ſua regia maieſtate, & dignitate, ſiue pro illius ætatis, regioniſque apud Reges conſuetudine, cum minimè intereſſet, ne hac quoque iucunditate priuaretur, quam diſcumbentibus afferre ſolent filij, ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ, i ad ſacratiores alias epulas liberos ipſe inuitabat, atque per nuntium præuiam aliquam purificationis ſanctificationiſque cæremoniam indicens, ſacrificio matutino ſanctè & dignè iubebat intereſſe: deinde his, quæ primum Deo oblata eſſent, cum religione & iucunditate frui, quorum ipſe Iobus eſſet conditor, & inſtructor. l Erat enim pro ſuo Primogeniti iure, & pro Regni, Sapientiæ, ſanctitatiſque priuilegio Sacerdos Dei altiſſimi. m Sed mirum, quantum in re Sacra diligentiæ & ſolicitudinis adhiberet; ſummo ſurgebat diluculo, quippe hæc illum religionis cura excitabat à ſomno, eademque vigilantis animum prima occupabat. n Pro ſingulis filijs, quos ſigillatim vnicè diligebat, ſingula apparabat ſacrificia, quibus illorum peccata expiaret, * ſi quid fortè inter lautiores epulas per negligentiam admiſiſſent, o & vel leniorem cogitationem, quæ Dei conſpectu corda ſcrutantis indigna eſſet, cordibus concepiſſent. * ſic p ſacrificabat Iob poſt euolutam conuiuialem hebdomadam octauo quoque die. Cæterum cum in viro integerrimo ad perfectæ ſanctitatis cumulum nil aliud deſiderari poſſe videretur, quam certaminis cum hoſte labor, & virtutis atque fortitudinis ex manifeſta victoria publicum teſti-

2
Natiq; ſunt ei ſeptē filij, & tres filiæ.
3
& fuit poſſeſſio eius ſeptem millia ouiū & tria millia camelorū, quingēta quoque iuga boum, & quingentæ aſinæ, ac familia multa nimis.

* Eratque vir ille magnus
* inter omnes Orientales.
4
Et ibant filij eius, & faciebant conuiuium vnuſquiſque in die ſuo.
* & mittentes vocabant tres Sorores ſuas, vt comederent & biberent cum eis.
5
Cumq; in orbē tranſiſſent dies conuiuij,
mittebat ad eos Iob & ſanctificabat illos,

Conſurgenſque diluculo,
Offerebat holocauſta pro ſingulis. * Dicebat enim ne fortè peccauerint filij mei & benedixerint Deo in cordibus ſuis. * Sic faciebat Iob cunctis diebus.
6
Quadam autem die

cùm veniſſent * filij
Dei.
vt aſſiſterent coram
Domino.

*affuit quoque inter
eos etiam Satan.

7
Cui
dixit * Dominus vn-
de venis?

qui reſpondens ait, *
circuiui terram,
* & perambulaui eã

8
Dixit quoque Do-
minus ad eum,
nũquid conſideraſti
ſeruum meum Iob?

* quòd non ſit ei ſi-
milis in terra.
homo ſimplex & re-
ctus, ac timens Deũ,
& recedens à malo.

* numquid IOB
fruſtra timet Deum?

monium; cumque tantæ ſanctitatis impatiens atque inuidens communis inimicus illius perdendi occaſionem inquireret, quadam die tum certamini, tum victoriæ atque coronæ comparandis opportuna, ſed Iobi domui, totique familiæ, liberis ſeruis, facultatibus omnibus funeſta & luctuoſa * ſancti *q* angeli illius regni hominum, & filiorum Iobi cuſtodes, in eum ipſum locum conuenerunt, in quo duo illi verſabantur Iobi tutelares, & priuatæ, & publicæ perſonæ regis curam habentes; quem Satan quoque circuibat, deuorare quærens. *r* Concilium dicas aut iudicium ritè & rectè celebratum. præſidet vniuerſo conuentui ſuperior quidam angelus Dei vice & nomine. Aſſiſtunt reliqui, qui cùm filij Dei ſint, viro iuſto fraterna beneuolentia patrocinantur. Offerunt, proferuntque Iobi, atque illius liberorum ſanctitatem, virtutum merita, orationes, ſacrificia. * Adſtat quoque, ſtudens ſe in angelum ſplendidum transformare, *ſ* qui calumniator eſt fratrum ſuorum, Iobo litem intenturus. Illi de rebus Iobi iuuandis & promouendis & aduerſus communem hoſtem tuendis, & conſeruandis edoceri & illuminari poſtulant: Hic Iobum expoſcit ad pugnam. Patrocinantur illi; hic per ſummam inuidiam & calumniam criminatur.

Impudentem ergo & iamiam, rem aggredi geſtientem aduerſarium, * qui Dei perſonam locumque tenebat *s* affatur in hæc verba; Vnde nam huc ades, ô vage & errabunde ſpiritus? quorſum enim nunc te diſſimulés, & alienam in ſpeciem induas, qui omnibus benè notus ſis? *t* neque verò tua reſponſione indigemus, id enim ſiue eas, ſiue redeas ſemper ſtudes, vt res humanas perturbes, & miſceas, & in omne improbitatis genus mortalium animos impellas. Tunc impudens aduerſarius impudenter atque ſuperbe, * Quæ eſt mea *v* celeritas diſcurrendi veſtra nihilo minor, momento temporis luſtraui terram vniuerſam; quid gerant mortales contemplatus ſum; omniumque ſtudia perſcrutatus; * nam liber mihi inceſſus quoquo patet, *x* domino videlicet atque rectori mundi huius; mea ſunt enim omnia regna mundi, & cui volo do illa; in pace itaque ſunt omnia quæ poſſideo. Sic inſoleſcenti, mentientique dæmoni occurrit oportunè Deus: virumque iuſtum atque optimum, quo tantam nequitiam reprimeret, obiecit; *y* Attentiùs ne (inquit) contemplatus es ſingulari virtute virum, & *z* nomine & conſuetudine mihi familiariſſimum, mihi quoque obſequentiſſimum, Iobum inquam? Nam quos tu ex deceptis mortalium animis ſpiritus concepiſti, hic ſolus frangere potens eſt, atque comprimere, quem nunquam efficies tuum. Oportet ſanè, te licet diſſimulante, ex hoc vno plus te doloris, & inuidiæ accipere, quam ex cæteris, qui tibi morem gerunt, gaudij & voluptatis: *a* eſt enim te ſuperior atque potentior. nam licèt tibi terra obediat, ſed huic tamen cælum ad nutum præſto eſt. Hoc tibi affirmare veriſſime poſſum, tum ab illo, tum ab eius vniuerſa familia *b* iucundiſſimum mihi ſpectaculum dari; tantoque gratius, * quantò longiùs ille ab improba tuorum familiaritate recedit, atque longiùs poſt ſe *c* mortales cunctos vitæ candore & innocentia relinquit. eſt namque omnibus ſanctitatis partibus abſolutus, æquitatis ſtudioſiſſimus, ſingulari in Deum pietate, odio habens malum, adhærens bono.

Clariſſimi huius preconij veritatem negare cùm aduerſarius non poſſet, ſiniſtre omnia interpretari aggreditur & *d* internam, latentemque Iobi mentem & intentionem quæ ſibi ignota erat, certis mendacijs, fictiſque calumnijs criminatur. * Maximo ſcilicet in pretio apud te (inquit) Iobus ſit, deque illius obſequio, & pietate magnifica prædices, quem pretio & mercede conduxeris, vt tibi famuletur. Maximis abs te acceptis beneficijs quid aliud ſit, quàm *e* mercenarius, & minimè gratuitus ſeruus, qui nihil amicitiâ & caritate faciat, ſed totus in lucri & præmij ſpem, laboriſque mercedem, oculis & animo haud ſtultè feratur? *f* An vero tu erga illum ex liberalitate & beneuolentia beneficum te præbeas, ego non dicam; id vnum ſcio & conſtanter pronuncio, illum tibi non obſequuturum, niſi pretio & vtilitate

q *Longior de Filijs Dei diſputatio, & quòd ea compellatio ſanctis angelis peculiariter conueniat. v. 6. num. 3. 4. 5.*

r *Quæ, & qualia fuerint huius concilij acta primùm exponitur: & an argui ut quispiam Dei nomine toti Concilio præfuerit. v. 6. à num. 9. vſque ad 13.*

ſ *De nomine & ſignificatione Satanæ latè diſſeritur. v. 6. nu. 7. & vt litem, & calumnias ſerat. num. 8.*

s *Quomodo Deus angelo, angeluſue Deo loquatur ex D. Thom. & Theol. v. 7.*

t *Quædam interrogationes vim aſſertionis habent. Et verba ſæpe interrogationis reprehenſionem perpetrati alicuius ſceleris, & prauæ conſuetudinis. v. 7. nu. 1. & 2. ſunt etiam interrogationes extorquere vt à Deo confeſſionem rei actionis. v. 9. nu. 1.*

v *Angelorum in mouendo velocitas ex Patribus. v. 7. nu. 2.*

x *Circuire, & perambulare quid habeant arcanæ ſignificationis ex Hebræ. Græc. Lat. v. 7.*

y *Verbum conſiderandi, quod inſonet eſt, apponere cor, quas intelligentias recipiat rei præſenti congruentes. v. 8. nu. 4.*

z *Proprij nominis compellatio, quam ſit tenera atque beneuola. & quædam alia in nominibus illorum obſeruanda. v. 1. nu. 48. & 49. & v. 8.*

a *Dignitas ſerui Dei, & quàm ſit honorifica ea compellatio. v. 8. n. 5. vſque ad nonum.*

b *Vt attendat etiam Deus ſuorum ſeruorum pulchritudinem, & ſpectare à cunctis velit. v. 8.*

d *Aduerſarius, aliorumque impij intentionem calumniantur in bonis operibus: econtra iuſti etiam in prauè factis ex intentione latentis excuſationem quærunt. v. 9. num. 1. & 2.*

e *Quæ ſit amicitia gratuita, quæ mercenaria: & quis ſeruus Dei gratuitus. v. 9.*

f *Quàm ſit Deus ex mera gratia erga mortales beneficus. v. 9.*

retineres.

retineres. Quis enim ignoret Iobum, & illius domum vniuerſam, liberos, ſeruos, pecora tuorum militum cuſtodia cincta eſſe, *g* teque ipſum non ſolum* pro muro & vallo firmiſſimo ſed etiam pro vigilantiſſimo paſtore illi præbere, qui circumſpicias circumluſtreſque vniuerſa, quæ ad illum pertinent, ne quis lupus deuoret, ne quis hoſtis iniuriam faciat?* vberrimos terræ prouentus confers; *h* quæcumque aggreditur, inſtituitue, vt fœliciter conficiantur, & cedant ex votis cuncta, tu efficis;* per te quoque illius pecora incredibiliter propagantur, & augentur, vt iam tot greges ſeſe longè lateque per agros effundentes Huſitanæ prouinciæ termini capere non poſſint. Quid ille tanto lucro allectus non faciat; Fidem ego maiorem meis dictis adhiberi non poſtulo, quam res ipſa petat; licet enim de illo veriſſimum experimentum capere, ſi vel* leuiter hominem pulſes, & auferre te velle fingas, quæ ſemel dediſti. repete igitur quæ illi contuliſti bona vniuerſa; quibus ablatis,* mendax habear, & *i* diſpeream miſer, niſi fucatam pietatem & mercenariam quandam amicitiæ vmbram habuiſſe comperiatur; & niſi palam & impudenter, nihil tuam faciem reueritus, *l* prouidentiam bonitatemque tuam criminetur. Hac ille ratione rectè & callide Iobum expoſcebat ad ſingulare certamen; quem quòd illius virtutem, animique fortitudinem exploratam haberet, Deus nihil cunctatus conceſſit aduerſario; Et* ne vllam poſtea in certaminis lege fraudem, aut dolum cauſaretur, non tua, ſed aduerſarij manu probandum excutiendumque permiſit. Tuæ, inquit, poteſtati vniuerſas Iobi facultates, liberos, familiam *m* permitto; illum, quem nunc non poſtulaſti, *n* minimè permitto.* Mira tunc hoſtis alacritas in re procuranda, incredibilis celeritas in conficienda. Namque, vt illi data eſt facultas, arripit inflammatus ad prædam; & ſacro è cœtu ſe proripit omnes ſuarum virium poteſtatiſque, & inſitæ aduerſus Iobi res atque familiam ſæuitiæ aculeos excuſſurus. Igitur cum conuiuialem hebdomadam magnificentiori epulo apparato Iobi filius ſtirpis maximus domi ſuæ inſtituiſſet, tempus lætiſſimum, *o* horamque meridiani prandij optimam, & valde opportunam occaſionem aduerſarius ratus ad commouendam repentina clade fortiſſimi viri conſtantiam, nuntium agat, (niſi fortè *p* ipſe Satanas emeratito habitu, fictiſque verbis nuntium agitat) qui miſerabili geſtu, diſciſſis veſtibus, conuulſis capillis, vix interclutum ſpiritum emittens, inauditis verborum exaggerationibus rem in hæc verba exponit: Dum arabant boues, terramque excipiendis ſeminibus ſubigebant, nulla præterea ſementis ſpe relicta, cumque aſinæ agrorum culturæ conſortes, atque vicariæ, non procul abeſſent, *q* Sabæi hoſtes, qui ex Arabia fœlici in prouincias vicinas ſolent excurrere, in prædam adorti, prædam egerunt: pecudumque cuſtodes, dum vim repellere conantur, per ſummam crudelitatem vulnerati interfectique ſunt, ad vnum omnes; ſolus ego è tanta clade ſuperſtes, ſolù (inquam) ego funeſtiſſimi caſus infœlix, veriſſimus tamen nuntius.

r Nondum rupis inſtar immotus animus, tantillum reſpirarat, vehementi dolore caſtigato, cum ecce alius ſtupens ſenſu, voceque torpenti, (quale ijs contigit, quibus tetrum aliquod prodigium apparuit) Numen, inquit, ò Rex, a ſalute noſtra auerſum; aduerſum cœlum; iratus Deus voracem *ſ* ignem in tuos ouium greges iaculatus, horrenda fulmina in paſtores, & ſeruos contorſit æther; ſæuo incendio omnia comprehenſa; ne vlla quidem victima qua Deum placare poſſis, reliqua eſt. Sed quid inquam Deum? quem tot ſacrificijs demereri nunquam potueris, tuæque familiæ propitium reddere? nam me ex flammis volitantibus incolumen euaſiſſe, quo tibi hæc nuntiarem, neſcio quo numine factum dicam? Nec hæc ſolum: ſed extrema verba ſecundi tertius famulus lugubriori nuntio proſequuturus excepit: *t* Chaldæi, inquit, equites deprædandi percupidi, amara gens, velocior lupis veſpertinis, & in tres equitum turmas diuiſa, rectè in tuos camelos inuolarunt; egerunt prædam; cuſtodes interfecerunt; & niſi me ſolum fortuna ſeruaſſet

g Vt Deus Eccleſiæ ſuæ, & iuſtorum ſingulorum cuſtodem, & vigilem agat, & quam varia ratione V.10. num.2.

h Vt Deus opera manuum, actionesque ſuorum iuſtorum ſecundet, impijs interim laborantibus in vanum, digreſſiuncula appoſita explicatur. V.10.

i De particula Niſi, quæ iurandi, & imprecandi formula eſt, enucleatè diſſeritur. V. 11. nu. 4.

l De verbo benedicendi, & de Antiphraſi, aut Euphemiſmo. V.11.

m Non eſſe ſtatim ſanctitatis, & diuinæ beneuolentiæ argumentum, ſi quæ poſtulas, accipias, obſeruatur V.12. nu.1.

n Vt Deus liget, & comprimat inexplebilem dæmonis ſæuitiam & quam illi facultatem concedat Deus, quam deneget; diſput. V.12. nu.6.7.8.

o Quo temporis articulo dæmon aggreſſus fuerit Iobum, & vt ſemper methodum ſeruet. V. 13. n.1.3 [illegible] pariter atque [illegible]. nu.1. & 2.

p An Nuntij fuerint veri homines, an vero fallaciſſimus Satanas explicatur. V.14. nu.1.

q De Sabæis, atque Sabæis, & quorundam Arabum excurſionibus, & latrocinijs accuratior diſput. V.14. nu.6.7.8.

r Exquiſita omnium cladium machina, & dæmonis improbitas nullum reſpirandi ſpatium concedentis expenditur. V.16. num. 1.2.3.

ſ An verus iſte quoque ignis fuerit. An dæmon ſub [illegible] ſpecie. & de igne [illegible], & alijs, quæ ad fulmina [illegible] pertinent opportuna conſideratio. V.16. num. 4. 5 6.

t De Chaldæis, & eorum equitandi peritia nonnulla ex ſacris & profanis. V.17. nu.1. & 2. & vt ternarium ſit ex diſciplina militaris præcepto. nu.2.

10
Nonne tu * vallaſt[i]
eum, ac domũ eius
vniuerſamque ſub[ſt]
ſtantiã per circuitũ[?]
* Operibus manu[um]
eius benedixiſti,
* Et poſſeſſio eius
creuit in terra.

11
Sed extende paulu[-]
lum manum tuam[,]
* Et tange cuncta
quæ poſſidet:
* Niſi in faciem, be[-]
nedixerit tibi.

12
Dixit ergo Domi-
nus ad Satan:
* Ecce vniuerſa qu[æ]
habet, in manu tu[a]
ſunt.
tantùm in eum ne
extendas manum
tuam.
* Egreſſuſque eſt
Satan à facie Do-
mini.

13
Cùm autem quadã
die filij, & filiæ eius
comederent & bibe[-]
rent vinum in do-
mo fratris ſui pri-
mogeniti,

14
Nuntius venit ad
IOB, qui diceret: bo[-]
ues arabant, & aſina[e]
paſcebantur iuxta
eos:

15
Et irruerunt Sabæi,
tuleruntq; omnia &
pueros percuſſerun[t]
gladio, & euaſi ego
ſolus vt nuntiarem
tibi.

16
Cumque adhuc ille
loqueretur, venit al[-]

ter, & dixit: Ignis Dei
cecidit è cœlo. & ta-
ctas oues, pueroſque
conſumpſit. & euaſi
ego ſolus, vt nuncia-
rem tibi.
17
Sed & illo adhuc lo-
quente venit alius &
dixit: Chaldæi fece-
runt tres turmas, &
inuaſerunt camelos
& tulerunt eos, nec
nõ & pueros percuſ-
ſerunt gladio, & fugi
ego ſolus, vt nuntia-
rem tibi.
18
Adhuc loquebatur
ille, & ecce alius in-
trauit, & dixit: Filijs
tuis, & filiabus biben
tibus * vinum in do-
mo fratris ſui pri-
mogeniti.
19
Repente ventus ve-
hemens irruit à re-
gione deſerti.
Et concuſſit quatuor
angulos domus,
Quę corruẽs oppreſ-
ſit liberos tuos, &
mortui ſunt.
Et effugi ego ſolus vt
nuntiarem tibi.
20
Tunc
Surrexit Iob,
Et ſcidit veſtimenta
ſua.
Et tonſo capite,
Corruens in terram
adorauit, & dixit.
21
Nudus egreſſus ſum
de vtero matris meę,
& nudus reuertar
illuc.

incolumem, ſtragem funeſtiſſimam iſtam nulla ratione cognouiſſes.

Extremam tandem machinam admouere aggrediens importuniſſimus hoſtis, extremum eundemque acerbiſſimum nuntium immiſit: nam vix tertius ille famulus dicendi finem fecerat, cùm quarto iam loco alius ingreſſus multò grauiori caſu commotus rem miſerandam, atque funeſtam exponit. Filios, inquit, tuos, filiaſque honeſtiſſimas in domo ſui fratris natu maximi hodiernum diem feſtum agere benè noſti; ille pro ſuo primogeniti iure, atque munere * lautiſſimum conuiuium dabat; nuper diſcumbebant omnes hilaritati menſæque indulgentes, rem, y dictu miſerabilem. cum ventus vehemens ſpirans ab Auſtro, & immoderata tempeſtas vi cœleſti, & Numine, cui venti obediunt, ſæuiente, coguntur ſubitò; incumbit tantum malum in domus angulos, quibus tota firmiter nitebatur; repentè ſumma tecta deijcit; momento demolitur muros; conuellit fundamenta; opprimit conuiuantes; euadendi locus, tempuſque nemini conceditur; ſic pereunt chariſſima tua pignora; viuo famulus ego longè viliſſimus; ego inquam, qui ad te rem luctuoſiſſimam deferrem. Si accurras, vt rei, quam à me audiſti, teſtis oculatus eſſe poſſis, videbis profectò non deformata cadauera, neque filiorum lumina, quæ claudere poſſis, neque verò obſcurata illa & cæca contemplandi vlla tibi facultas reliqua eſt; ſed (quod incredibilis cœlorum inclementiæ fuit) lacerata omnia, & comminuta. Si effodere velis, vt iuſta funeris peragas, non dubium, quin ſimul cum lapide filij quoque partem retrahas; & cum ligni fruſto capitis cui infixum eſt, cranium, cum puluere commiſtum cerebrum, exſculptos oculos; cum phiala manum ſimul; contuſa omnia; vt quis quiſque fuerit, cuiue tumulo mandari oporteat, nulla ratione internoſci poſſit. Cum tot igitur triſtes atque funeſtos nuncios continenter excepiſſet, iam ſibi temporis, atque reſpirandi copia facta, vt z iuſta triſtitiæ & luctus pro humanitatis parentiſque debito, documenta præberet, è ſede regia, aut menſa, cui fortè accumbebat illicò a ſurrexit, atque ſtans animum verè excelſum, mentem in Deum erectam, ſeque in profundo miſeriarum pelago ſubſiſtere poſſe, & malis omnibus ſuperiorem oſtendit; & ſurgens idemque non ſolùm aduerſarios omnes alacris expectare, ſed vltrò etiam prouocare, atque laceſſere viſus eſt. Veſtes deinde regias diſcidit, tum vt mutata veſte lugubrem habitum indueret, & Deo punienti non ſolum non repugnaret, ſed comitem etiam, atque ſuarum ſe ærumnarum adiutorem præberet, tum vt nihil ſibi ex terrena ſuppellectile reliquum fieri velle demonſtraret; quippe lubens pallium ipſe ſuum, atque tunicam aduerſario largiretur. cumque interiùs ſentiret blaſphemiæ aculeos ſibi ab iniquo hoſte ſubdi, b Veſtium profectò dilaceratione, vel de ſola diuinæ iniuriæ cogitatione, atque memoria vehementer doluiſſe, neque fieri vlla ratione poſſe, vt ad tantum piaculum vnquam perduceretur, certiſſimum effecit aduerſarium. c Abraſit poſtea caput pro more lugentium, luctaturuſque cum hoſte non ſolùm veſtimenta, ſed comam etiam ne teneri poſſet, abiecit. Tandem humi ſe d proſternit Deum adoraturus, & genuflexus patientis conſtantiſque animi corollam ab imperatore accepturus miles ſtrenuiſſimus; hiſque verbis ſupplicat, & de tota ſua calamitate ſapientiſſimè philoſophatur, interim exſpectantibus nuntijs, intentiſque ora tenentibus hoſtibus, quam ille affecti, dolentiſque animi verbis ſignificationem daret: Nudum me naſcentem, & venientem in lucem terra e mater protulit; nudum me hinc exeuntem & diſcedentem iteratò in gremium ſuum terra mater recipiet. E tenebris, & anguſtijs materni vteri nudus & imparatus ab omnibus vitæ præſidijs prodij in vitæ vſuram, ſpoliatus bonis omnibus in ſepulchri tenebras & anguſtias concedam; neque me ille f nudum aſpernabitur ad ſe redeuntem, qui nudum miſit. Interim mundus in me non habet quicquam; nihil enim mecum ex illius bonis aufero; nihil, quod acceptum illi referre debeam, ſcio igitur abundare, ſcio & penuriam pati. Quid,

y *Extremi nuntij acerbitas, & de parentum in filios caritate, atque Iobi cum aliorum parentum luctu cõparatione. V.18.nu.6.7.*

z *Contra Stoicorum indolentiam & vt Deus à nobis exigat in malis dolorem ſenſum. V.20.nu.1.*

a *Surgendi habitus viro iuſto cõſtantique dignus conſpicitur. V.20.num.2.3.4.*

b *Veſtium dilaceratio quorſum peret, ex potiſſimum cauſa, eiuſdemque virtutis Iobi documenta. V.20.a nu.5.vſq; ad 10.*

c *Varij priſcorum ritus, variaq; ſignificationes in capitis detonſione, & vt cum Iobi conſtantia faciant omnes pariter. V.20.à nu.11.vſque ad.14.*

d *Varij adorandi habitus; inter omnes autem præſtare eum qui fit proſtrato corpore, & de adorandi ſignificatione in ſacris non pauca. V.20.nu.15.16.17.*

e *Vterus matris an terræ gremium ſit, & de tellure parente ſuper conſideratio. tum etiam materni vteri, cum ſepulchro opportuna comparatio. V.21.à num.2.vſque ad.6.*

f *Præclara Iobi, multiplexq; de nuditate, & bonorum amiſſione, & præclara de vita (quæ via quæcumque eſt) & de morte (in qua conſiſtimus) philoſophia expenditur. V.21.a num.7.vſq; ad 11.*

quod

g Diuina prouidentia ſtatuitur. Dei permiſsio, & diuinum beneplacitum obſeruantur. Actio à paßione ſubtiliter diſcernitur. V. 21. à num. 12. vſq; ad 16.

quòd ſumma cum g ratione atque iudicio non fatum, non fortuna, non caſus, ſed diuini numinis ſapientia, atque prouidentia cum mortalibus agit, nunc dando, nunc auferendo, quæ ſemel largita fuerit. nam cùm dedit, commodatò dedit, rerum a ſe dominio mancipij iure minimè abdicato; quare profectò iniquus ſim, ſi muneris ſui arbitrium largitori non relinquam; auidus, ſi non lucri loco habeam quòd accepi, ſed damni quòd reddere debeam; tandem ingratus, ſi vllam mihi iniuriam illatam conquerar, quòd voluptatibus finem ſtatuere iubear. Ergo quæ à Deo optimo, bonorumque omnium fonte manarunt, ad eum vnde exierunt reuertantur. Illud mihi pro extremo ſolatio fuerit Deo ſic placuiſſe, h cui nihil iniuſtum vnquam placere poterit. Fecerint ſanè hoſtes per ſummam iniuriam, ego lætus, quod factum eſt, perferam: quid illi egerint, nihil ad me; qua ratione ego patiar, meum eſt cogitare, & vt ſit optima, curare: i atque Deum qui pro ſua æquitate, & prouidentia præclarè mecum egit, hymnis & gratiarum actione proſequi, & digniſſimum prædicare, qui omnium mortalium linguis & vocibus concelebretur.

h Vt Deus ſumma ratio ſit & cũ ſumma æquitate omnia moderetur. V. 12. nu. 15.

i Nomen pro re ipſa, nomine, & glorioſa fama digna, & vt ſe Deus in affligendis iuſtis glorioſum, & gratiarum actione proſequendum præbeat. V. 21. nu. 17. 18

Hinc iam perſpicere licet Satanam temerè recepiſſe, fore vt Iobus in diuinum numen iniurius exiſteret; cùm ex periculoſo bello illæſus integerque animo euaſerit, neque mente, neque verbo diuinam prouidentiam læſerit, nihil l aſperiùs, nihil immoderatiùs protulerit, ſed modeſtiſſimo ſilentio ſe, remque totam patienter continuerit.

l Quid ſtultitia, aut fatuitas cum ad linguam vtiũ ſpectat, accuratè explicatur, V. 22. nu. 3. & 4.

Dominus dedit, Dominus abſtulit.

Sicut Domino placuit, ita factum eſt.

Sit nomen Domini benedictum.

22 In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis.

Neque ſtultum aliquid contra Deum loquutus eſt.

CAPVT II.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Iobi ſemel probata pietas, & conſtantia iterum à Satana expoſcitur, & à Deo permittitur tentanda totum corpore vlcere peſſimo, & ſtatu miſerrimo; deinde inſolentia, & oblocutione vxoris; tandem amicorum aduentu primo quidē, cùm ſolatio opus erat, obmuteſcentium, paulo verò poſt inſultantium, & garrientium impune.

I. Factum eſt autem cùm quadam die veniſſent filij Dei, & ſtarent coram Domino, veniſſet quoq; Satan inter eos, & ſtaret in conſpectu eius.

II. Vt diceret Dominus ad Satan Vnde venis? Qui reſpondens ait. Circuiui terram, & perambulaui eam.

1 *Primi certaminis cum Satana congreſſus ſecundus.*
2 *An ſecundus angelorum conuentus eodē die coactus, quo primus.*
3 *Pudibundum & coactum nunc adeſſe Satanam aliorum ſententia.*
4 *Impudenter & ſponte nunc quoque adfuiſſe.*
5 *Dei interrogatio qualis.*

1 NONTAM SECVNDVM certamen exiſtimandum eſt nunc ſcribi, quàm primi cum Satana certaminis ſecundus quaſi congreſſus. Cùm enim hoſtis experiretur viri conſtantiam, poſtquàm omnibus, quibus potuit machinis commouere illum non potuit, pedem refert, ampliorē poteſtatem poſtulaturus ſibi permitti. Interim Iobus reſpirare permittitur, & paulò liberiùs ſecum de diuinis rebus, & de contemptu rerū humanarum philoſophari, viresq; iterum congreſſurus colligere.

2 *Quadam die.* In fonte; *& fuit dies.* particula copulatiua, quæ ſæpè initio libri, aut narrationis redundare ſolet, nunc narrationi continuandæ ſeruit. Quantum autem inter vtrumque angelorum conuentum temporis interceſſerit, incertum eſt: Illud videtur certum; non refriguiſſe Dæmonis ſæuitiam, neq; multū temporis exſpectaſſe, ne remitteretur dolor ex præcedenti calamitate. Chryſoſt. ſequentem diem ſtatuiſſe videtur; nā propterea exiſtimat dici angelos quotidie aſſiſtere, quòd ſingulis diebus rationes referant rerum quæ aguntur. Interlinealis eandem diē intelligit. D. Tho. non ob aliud aliam dici, niſi propter nouum factū: *ſicut* (inquit) *in Geneſi plures dies numerantur propter plura rerum genera, quæ creata ſunt.* Cętera ex verſiculo. 6. c. 1. petenda ſunt.

[Margin: Secundum angelorum conciliū an eadem die, qua primū. — Chryſoſt. — Interlinealis. D. Thom.]

3 *Cum veniſſent &c. Veniſſet quoq; &c.* Angeli ſancti, vt patientiæ & conſtantiæ Iobi atteſtentur. rurſus Satan non eodē modo, quo antea affectus, ſe ingerit cœtui ſanctorū, antea enim non inuitus, nūc, vt videtur, coactus, & pudibūdus; ſic exiſtimat Iulian. in Catena. *Venit in medium angelorum quaſi captus, nam illum pudebat, fugamq; meditabatur.* adactus ergo eſt a ſanctis angelis, vt adeſſet, atq; manifeſti mendacij, & improbæ inuidiæ in publico omnium cœtu condēnaretur; iuſto videlicet dignoq; ſupplicio: quale hypocritis, & ſuperbis, & magnifica promittentibus, & ſtultè loquētibus, cōminatur Sapiēs. *Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum, & nō ſcādalizeris in labijs tuis. Attēde in illis ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonoratione, & reuelet Deus abſcōſa tua, & in medio magnatū elidat te, quoniā acceſſiſti malignè ad dominū, & cor tuū plenum eſt dolo, & fallacia.*

[Margin: An eodem affectu quo antea ingeſſerit ſe angelorum cœtui ſatanas. Iulianus. — Eccleſ. 1. 37. — v. 38. — v. 39. — v. 40.]

4 Verùm cū ſimili ratione atq; in prǫcedēti capite aſtitiſſe ſatanas ſcribatur, ſimili quoque impudētia ſponte ſe ingeſſiſſe choro ſanctorū credendus eſt: quod Origeni quoq; placet: inducit enim dæmonē, ſecum deliberantē an victus fugeret; an aggredi & congredi iterum expediret. Tamdemq; in ſpem victoriæ erectū ſi ſibi cruciandus Iob permitteretur, impudenter, introire auſū eſſe ad Dei iudicis ſubſellia.

[Margin: Par dæmonis impudētia præcedenti. Origen.]

5 *Vnde venis? interrogatione* (inquit Greg.) *infirmitas ſuperbia eius increpatur, cum ſciatur rediſſe de bello.* Chryſoſt. Quod Diabolus inuidioſè tegit, Deus interrogando retegit; nam vel ab inuito extorquet Deus athletæ ſui laudem & victoriam. Ergo irriſione plena videtur interrogatio; Heus ô fortiſſime, qui ante prælium canebas victoriam, atque triumphū; quem tandem belli exitum expertus es? Ille verò quaſi nō ex bello rediſſet, ſed ex cōſueto munere circumeundi terrā, nihil ampliùs reſpōdet, quam cùm primò rogatus fuit, vnde veniſſet. & nūc quidem, qui circuit terram mille modis noxius illa eadē videtur Homerica Ate.

[Margin: Gregor. Chryſoſt. Homerus.]

Noxia mille modis
Omnia latinaga terrai regna peragrans.
Omnia conturbat, nocet omnibus, omnia miſcet.

III. Et dixit Dominus ad Satan. Nunquid conſideraſti ſeruū meum IOB quòd non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouiſti me aduerſus eum, vt affligerem eum fruſtra.

1 *Retinere propriè firmitatem & vim affert. Tum etiam eſt habitus cōfugientis ad aliquod firmū aſyiū.*
2 *Retinere habitus apprehendentis arma. Pietas retinenda. Illuſtratus Salomon.*
3 *Expenditur Hebraica lectio.*
4 *Retinere ad verba refertur. Explicatus locus Reg. & Malach.*
5 *Patientiæ vis, & laus.*
6 *Dei fidelitas in retribuendo ſine mora. Malach. adductus de libello monumenti.*
7 *Deus loquitur humano more.*
8 *Affligere, particula fruſtra ad multos ſenſus anceps.*

Adhuc

a

ADhuc retinens innocentiam. Quin (inquit Deus) ingenuè fateris ſerui mei ſanctitatem non fucatam & emẽtitam, vt tu mentiebaris; ſed veram atq; ſolidam beneq; probatã, atque exploratam? *& adhuc.* poteſt referri ad tempus, hoc, inquam, tempore, nihilominùs perfectus, nihiloq; minùs erga me pius, quàm antea: vel poteſt referri ad clades acceptas; adhuc, inquam, poſt tot calamitates, totque ab hoſte mala illata: ſenſus idem.

חזק Quid propriè retinere.

Retinens. verbum, *Hazak*, firmitatem, vim, robur in retinendo & compræhendendo affert, aut firmã, & minimè languidam rei appræhenſionem, & retentionem. quare ſæpè à Vulgato confortari, roborari, inualeſcere vertitur. *Innocentia* verò eſt, quam ſupra ſimplicitatẽ dixit, id eſt, integritatem, perfectionẽ, conſummationem: quare *retinere innocentiam*, erit, firmiter appræhendere ſanctitatem, ne elabi poſſit; vim & robur adhibere in retinẽdo & compræhendendo. Sentiebat igitur hoſtem conari eripere illi innocentiam & ſanctitatem, pugnabat ipſe pro retinenda & conſeruanda; cùm cætera ſibi auferri videbat, innocentiam appræhendit, quàm ſolam conſeruatam cupiebat: in horum bonorum naufragio, ſanctitatis tabulam arripuit, quam illi nulla vis tempeſtatis extorquere potuerit; hac vna delectatus, qua nudus licèt eijceretur ad littus. Tum etiam firmiter tenere aut apprehẽdere rem aliquam, habitu eſt in medijs fluctibus, aut in commotione & turbatione, ad aliquid firmũ & inconcuſſum cõfugientis, & inde ſibi ſecuritatẽ & tranquillitatem poſcentis. ergo cum tot aduerſæ fortunæ fluctibus agitari ſe videret, cùm confuſa & turbata omnia, nihil ſibi tranquillitatis, & firmitatis, niſi in pietate, & Deo pollicitus pietatem tenuit; ſanctitatem, quæ firma ſecuraq; poſſeſſio eſt, appræhendit; adhæſit Deo, ne commoueretur.

Retinere innocentiam, quid.

Sanctitas velut arrepta tabula in aliorum bonorũ naufragio.

2
Pſal.34.2.
Pietas velut arma & ſcutum apprehendenda & retinenda.

Præterea cùm eadem etiã voce & ſignificatione dicatur quis, *apprehendere arma & ſcutum*, Pſal.34. id eſt, firmiter viriliterque illa tenere. opportuneq; illis vti, dicetur Iob tenuiſſe ſanctitatem, tanquam arma & ſcutũ: nam ſanctitate & innocentia, velut armis, hoſtem vulnerauit, ſeque velut ſcuto texit atque defendit Hinc videas Iſa.35. iuberi *puſillanimes confortari manus diſſilutas*, id eſt, ad appræhendendũ, retinendumque inualeſcere & roborari, ne ſemel cæptam pietatẽ vllis tentationibus, aut aduerſitatibus dimittamus, eripive è manibus patiamur. Lucrũ verò & vtilitatem ex retentione ſanctitatis exponit Sapiens, Prou.3. *Lignum vitæ eſt his qui apprahẽderint eam, & qui tenuerint eã beati.* Elegans in primis tranſlatio, qui ita pietatem firmiter teneat, vt in manibus illius veluti radices egiſſe videatur, nihiloq; faciliùs auelli ex illis poſſit, quam antiqua arbor, ex terra, in qua altiſſimas radices egerit, fiet ſanè in illius manibus *lignum vitæ*, id eſt, arbor quæ vitalem fructum ferat, illi qui in paradiſo proueniebat ſimilem, *& fructum manuum ſuarum comedet.*

Iſa.35.4.

Prou.3.18.

Prou.31.16.3.

3
Lectio Hebraica explicatur.

Sed ſenſus non minus pulcher, ſi conſtructionem Hebraicam & ſignificationem paulò liberiorem non negligamus; *Adhuc retinens in innocentia ſua*, id eſt, robur & conſtantiã & oſtendens in innocentia; inualeſcens & præualens in ſanctitate, id eſt, propter innocentiã & ſanctitatem hoſti præualens, & debellans aduerſarium: ab hac enim radice etiã dicitur, 2. Reg. 11. *Conforta bellatores tuos*, adhuc in ærumnis fortior euadens; nam innocentia, virtus, & cõſtantia in infirmitate perfectior fortiorque redditur. Denique cum vis hæc tenendi, & appræhendendi ad verba referri ſoleat, certè non incõmodè dicetur Iobus, *retinuiſſe in ſua ſanctitate*, id eſt, ſanctiſſimis verbis & ſuauiſſima oratione, planè viciſſe falſum illud teſtimoniũ quod mendax Satan cõtra ſe tulerat. ſic enim 2 Reg. 24. dicitur: * *Obtinuit ſermo Regis verba Ioab*, id eſt, inualuit ſermo Regis, vicit verbũ præceptumque Regis, quod 1.Paral 21. dicitur: *Sermo regis magis præualuit.* & Malac.3. ſic cõqueritur Deus; * *Inualuerunt ſuper me verba veſtra, dicit Dominus: & dixiſtis. Quid loquuti ſumus contra te? dixiſtis, vanus eſt qui ſeruit Deo.* videlicèt pollicebatur Deus ſuis ſeruis ingentia præmia; impij econtra, Dei ſeruos nihil præmij aut mercedis percepturos pro labore affirmabant; atque illud ore frequenter verſabant, *Vanus eſt qui ſeruit Deo.* tanquam rem certiſſimam. Ad ſimilem modum Iobi oratio *retinet*, obtinet, tenet, confortatur, præualet, vincit Iobus in ſanctitate, dũ nihil peccauit verbis ſuis, contrà quàm Satanas receperat. hoc igitur nũc cæteris Iobi virtutibus accreſcit ingentis laudis, & clariſſimi præconij.

2.Reg.11.25.

4
Retinere, vel obtinere ad verbã relatũ.

2.Reg 24.4.
*Salio el Rey con la ſuya, y al fin valio mas ſu palabra.

1.Paral.21.4.
Mal.3.13.V.14
*Baſta q aueys querido hazer meior vuſtra mentira que mi promeſſa y palabra.

Vis verborũ S.Iobi.

5
Chryſ. hom. 5. de patient. Iob & hom. 1. ſuper 2. ad Cor. 1. & hom 25. ad pop. Antio.

Hinc licèt cum Chryſoſt. colligere, plus Iobum profeciſſe paſſionibus, quam virtutum actionibus: & eleganter ſingulis virtutum actionibus ſingularum paſſionum tolerantiam opponit; & ad tantæ patiẽtiæ laudem ſic ſcribit: *Data mihi pace oportet dicere, quoniam & ſi non maior Apoſtolis, minor tamen beatus ille non fuit: illos enim eadem pro Chriſto pati ſolabatur, ille autem hoc ſolatio deſtitutus, non piſcator, nec tenuiter viuens paſſus eſt omnia.*

Patientiæ probatio via patet calumnijs.

Deinde obſeruandum, hanc eſſe poſt patientiæ probationem, ita ſolidam atque firmam pietatis laudem, vt nullis iam criminatoris Satanæ calumnijs patere videatur: nihil enim nuper calumniatus eſt, quam deſiderari in Iobo probationem: deinde nihil viro probato obijciet, quàm præteritam probationem non fuiſſe omnium acerrimam, atq; grauiſſimam. *Tunc* (inquit Chryſoſt) *obſtructum eſt turpe diaboli os, neque habuit, quod diceret.*

6
Dei fidelitas in remunerando.

Tandem: Deum valde fidelem eſſe, cui committatur bonorum operum, virtutumque depoſitum ſeruãdum, *reddituro in illum diem*, vſque ad vltimum quadrantem: idque ex hoc loco manifeſtum fit; nam ſicut creuit Iobi meritũ, & patiẽtiæ labor, ita etiam creſcit illius apud Deum laus hac particula, *& adhuc retinens innocentiam*, ne vnum quidem verbũ, quod pro Deo locutus ſit, ſine mercede & præmio præteruolabit; notabũtur & ſcribẽtur omnia, vt Malac. admonuit: *Locuti ſunt timentes Dominum, vnuſquiſque cum proximo ſuo, & attendit Dominus, & audiuit* (vide quanta Dei attentio in excipiendis ſingulis verbis viri iuſti) *Et ſcriptus eſt liber monu-*

Neq; verbũ, neque cogitatio manebit ſine præmio.
Malach.3.19.

Simile.

menti (Heb. memoriæ, aut recordationis) *coram te timentibus Dominum*, (vt qui publicum habet depoſitum pecuniarum, quidquid ad illum deferatur, libro & tabulis excipit, redditurus cũ primùm repetatur. Ne autem putaremus cogitationem quamcunque mente ſuſceptam non eſſe in memoria apud Deum, addidit) *& cogitantibus nomen eius*. Neque verò eſt *liber* hic *monumenti* apud Deum ſeruatus, vt nemini legere aut ſcire liceat, quid iuſtis viris bonorum operum, & laudis præmijque debeatur: certè ille liber, publicæ quædam tabulæ ſunt: hæ autem affigi ſolebant publicè, in publicum alicuius rei teſtimonium. ſicuti etiam Habacuc iuſſus eſt *ſcribere viſum, & explanare ſuper tabulas, vt percurrere poſſet, qui legeret eum*. Hoc illud eſt, quod ſtatim, vt Maria Magdalena vnxit caput Ieſu, alabaſtro vnguenti, publicum audiuit de ſe teſtimonium. *Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius*. Statim igitur vt Iob bene & patienter de Deo, & de eius prouidentia locutus fuit, quaſi publicum inſtrumentum, publicaſque tabulas affigeret Deus, Iobum laudauit in publico omniũ angelorum conuentu. Illud verò non prætereundum, valde honorificũ eſſe laudis genus, & ſanctitatis veriſſimæ firmum teſtimonium ſtatim laudari viuentem hominem, cùm Paulus pro omnibus laboribus in prędicando Euangelio ſuſceptis, ſatis ſibi præmij collatum iri arbitretur, ſi nó ſtatim, ſed in nouiſſimo ſaltẽ iudicij die, commendatus ſit à ſupremo iudice, interim eius meritis atque bonis operibus iacentibus in tenebris, & obliuione, *Quoadusque* (inquit) *veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo?*

Liber memoriæ quo deſcribuntur merita ſanctorum.

Habac. 2. 2.

Matth. 29. 13.

Magna laus viuentẽ commendari.

1. Cor. 4. 5.

7 Humano more loquitur Deus.

Tu autem commouiſti me. Humano more dictũ videtur, quaſi Deum pœniteat facultatis aut permiſſionis Dæmoni factæ, & quaſi alieno conſilio & importunitate commoueri, aut de ſua voluntate & cõſilio dimoueri poſſet. Non diſſimili ratione ſæpe Deus ait, non niſi inuitum & prouocatum in homines animaduertere: & veluti in noſtris ſupplicijs & doloribus ipſe quoque doleat, ait ſe, ſicut & nos quoque indigere ſolatio; & ſicut nos afflicti gemimus, ſe quoq; gemere. *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis*. Iſa. 1. quaſi humano more illud dixiſſet: *No me hagas que os haga lo que a todos nos peſe*. Verbum autem commouendi, affert in originali, perſuaſionem quandam ſiue ex veris, ſiue ex fictis rationibus ſimul cũ impulſione & incitatione eius, cui perſuadetur: ſicut de Achab dicitur, 3. Reg. 21. *Concitauit eum Iezabel vxor ſua*. Ait ergo Deus, appoſitis, & exquiſitis rationibus ad perſuadendum conatus es me incitare aduerſum Iob.

Iſa. 1. 24.

Quid propriè commoueri.

סית

3. Reg. 12. 25.

8 בלע

Vt affligerem eum. multò acriùs, & vehementiùs videtur verbum originale *Balagh*, quod ſæpe transfert Latinus interpres deuorare, Gen. 41. v. 4. Exod. 7. v. 12. & abſorbere, 1. Reg. 17. v. 16. & deglutire, Pſal. 123. v. 3. & præcipitare, quaſi in baratrum, & locum perditionis, Pſal. 54. v. 10. & Iſa. 19. v. 3. Aquila vertit; *vt obruerem*, vel, *vt deglutirem*. Pagn. *vt perderem*. quod ex Græco, & Septuaginta ſumptum eſt. Vnde colligimus tum Dæmonis ſæuitiam in ſua illa prima poſtulatione: tum etiam verbum illud *tangendi*, non eſſe leuiter, neque leniter accipiendum.

Aquila.

Pagninus.

LXX.

Fruſtra. Gratis, ſine cauſa: quod poteſt ad diuerſa referri. Primò ad ipſum Satanam eo ſenſu, quẽ indicat Caietan. cùm Iob te minimè læſerit, aut prouocauerit odio illũ habes gratis, & me concitaſti in eum. ſenſus hic primus, vltimus eſt inter omnes; nam improbus Dæmõ hominis ſanctitate acriter pũgitur, & grauiter vulneratur. de qua re eleganter diſſerit, homil. 5. Chryſoſt. *Propterea* (inquit) *in tentationem cecidit, quod Diabolo plagas vehementer infligeret*. Secundo ad eundem dæmonem aliter, fruſtrà, gratis, nulla ſufficiente cauſa, aut crimine delato, propter quod puniri deberet, ſola malitioſa tua ſuſpicione illius occultæ intẽtionis propoſita, nulla delicti plena, aut ſemiplena probatione facta, commouiſti me, vt torqueri iuberem inſontem. Tertiò ad fruſtratas Satanæ ſpes referunt Orig. Olympiod. D. Thom. & frequens interpretatio; in vanum, fruſtra reciderunt omnes tui conatus, manifeſti mendacij conuinceris, cùm non ſolum nullam blaſphemiam, ſed neque verbum parum pium parumve conſideratum extorſeris. Quartò ad Deum ſimul, & ipſum Iob; afflixi hominẽ nullo ſuo merito, gratis, fruſtra, nihil ſupplicij, nihil pęnæ cõmeritum; ita me ille compellare poſſit, quid feci, quod cõmerui pater? Ita Chryſoſt. in Caten. & Grego. illud etiam obſeruat, nihil Deum fruſtra, aut ſine debito fine facere, quare in ſuæ gloriæ finem, & hominis bonum hęc Satanæ poteſtas a Deo facta & directa eſt. Sed illud non prætereundum, quod pro diuitum inſtructione indicat Olymp. *fruſtrà*, id eſt, ſine peccato Iobum ſpoliatum fuiſſe bonis, & non quòd, ſicut alij auari, ea ad beneficentiam non conferret, qui igitur benefici erga pauperes non ſunt, his, quæ accipere ſolent à Deo beneficia, iuſtè negantur, & olim conceſſa auferuntur.

1. Expoſitio.

Caietanus.

Chryſoſt. hom. 5. de patient. Iob.

Secunda expoſitio.

Tertia expoſitio.

Origenes.

Olympiod.

D. Thom.

4. Expoſitio.

Chryſoſt.

Gregor.

Deus nihil facit fruſtra.

Olympiod.

Ab auaris diuitibus iuſtè facultates auferuntur.

IV. Cui reſpondens Satan ait, pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima ſua.

1 *Noua Satanæ calumnia, nouaque accuſatio.*
2 *Pellem pro, &c. prouerb. locutio. & 1. Græcorum expoſitio.*
3 *Præpoſitioni (pro) multas particulas in Hebr. reſpondere. explic. Ioan.*
4 *Quid pellis, nam & inſtrumenta domus quondam ex pellibus.*
5 *Anima quid. interdũ pro corpore aut vita animali.*
6 *Satanas veritate abutitur, nemo tenetur pro alterius vita ſuam exponere.*

HAec Satanæ reſponſio, vel noua calumnia eſt, qua extenuare conetur Iobi patientiã; quaſi dicat; externa bona leuiora eſſe, quam vt in illorum amiſſione cognoſci, & explorari perfectè poſſit viri fortiſſimi con-

1 Noua ſatanę calumnia.

ſtantia:

ſtantia: vel Iobum inſimulat ſæuitiæ crudelitatē, & feritatis erga ſuos, & ſui corporis, ſuæque vitæ conſeruandæ nimium amantem, qui cum corpore ipſe læſus nō fuerit, reliquorum omnium diſpendium facilè perferat, & vel in dolenda omnium ſuorum liberorum morte ipſe non doleat, durior cautibus, & immitior Hyrcanis Tygribus.

2 Prouerbialis loquutio. *Apuleius.*

Pellem pro pelle. Apparet quidem, licèt certò non conſtet, hanc eſſe prouerbialem locutionem. certè Apuleius prouerbialiter dixit, *Lorum de alieno corio*, quaſi diceret: Ex alieno liberalem te præſtas. Sic ergo pellis nomine ſignificabūtur externa bona, quæ non cenſentur hominis propria, ſed aliena: namq; ex proprietate Latini vocabuli, pellis ea dicitur, quæ ſeparata & detracta iam ab animali, & carne eſt; cutis vero quæ adhæret carni: quanquam in fonte nomen *Ghor* vtranque comprehendat.

Pellis apud Latinos.

עור

Hoc ergo ſenſu frequēs eſt antiquorum, atque recētiorum interpretum expoſitio, *pellem*, id eſt, externa omnia bona aliorum etiā vitam & capita facile dimittēdi ab homine, pro pelle, & cute ſua curanda & cōſeruanda; pro pelle & vita ſui corporis non amittenda; ſed preſſius tamen primæ pellis nomine aliorum, vt potè liberorum vitam, & corpora intelligi, Græci in Catena. Orig & Greg. docent: & idē intellexiſſe videtur Chaldæus legens: *Membrum pro membro*, ſicut enim manum opponit homo gladio & ictui pro conſeruādo capite, ita (inquit) reliqua omnia quæ extra ſe ſunt, filios etiam minoris ducere ſolet homo, atque facile exponere pro ſuo capite tuendo.

Græci. Origen. Gregorius. Chaldæus.

3 Sed quidem *pellem pro pelle dare*, non videtur ad diuerſa rerū genera pertinere, quorū vnum cum altero, vel pro altero detur, aut cōmutetur, ſed omnes alicuius generis res ſingulatim, quod nos dicimus: *Todas vna por vna*, quo etiam ſenſu placet quibuſdam dictum eſſe a Ioan. c. 1. *De plenitudine eius accepimus gratiam pro gratia*, id eſt, omnem gratiam. Hanc huius loci Ioan. expoſitionem grauiter & eruditè refellit ex Græco & Hebræo, Toletus Cardinalis annot. 51. in c. Ioan. 1. ſed tamen noſtro loco benè conuenire oſtendam, ſi priùs illas particulas proferam, quæ loco præpoſitionis noſtræ *Pro*, in Hebræo ſubiiunt.

Ioan. 1.16. Præpoſitio, pro. *Cardinalis Tolet. in Ioan.*

Præpoſitio, pro, multiplex ex Hebræo.

תרת
תחת

Prima eſt *Thahhath*, quæ deducitur à radice, *Hhathath*, quod eſt, deiici & cōſternari, pauore, aut metu, corpore, vel animo. Quæ præpoſitio frequenter vertitur *Subtus, ſubter, deorſum*, vt denotet locū inferiorem, in quem quis deiectus & proſtratus ſit. inde ſignificat *Pro*, id eſt, vice aut loco alterius, quaſi id, quod ſuppoſitum eſt alteri, aut poſitum ſub alio, in locum & vicem alterius, Geneſ. 2. *Repleuit carnem pro ea*; id eſt, loco & vice illius. Geneſ. 30. *Num pro Deo ego ſum?* id eſt, loco Dei, Iſa. 55. *Pro ſaliunca aſcendet abies, & pro vrtica creſcet myrtus.* & eſt locutio frequentiſſima, cùm quis diciturregnaſſe pro alio, quæ licet clariſſima ſit, amplius illā illuſtrauit interpres, Ioſue 5. *Filij in locum ſucceſſerunt patrum.* Hebr. *pro Patribus*. eodem reducitur altera ſignificatio eiuſdē particulæ cum rationem, meritum, cauſam, pretiumve ali-

Gen. 2.21. Geneſ. 30.2. Iſa. 55.13. Ioſue 5.7.

cuius rei denotat, 2. Reg. 19. *Nunquid pro his verbis non occidetur Semei?* Verùm hæc particula hoc loco non ſubeſt. — *2. Reg. 19.21.*

Secunda particula eiuſdem ferè ſignificationis cum ſuperiori eſt *Hhelephh*, quod licèt nomen ſit, ſed ſubit vicem præpoſitionis, *pro*, & mutationē vel commutationem vnius pro alio denotat, nam deſcendit, à *hhalaph*, quod eſt mutare. hinc dicitur, Num. 18. *Pro eorum eſt pro miniſterio quo ſeruiunt.* — הלם — חלם — *Num. 18.21.31*

Tertia *Nocahh*, quod eſt, *coram, in conſpectu*, vel *è regione*, & denotat aliquando cauſam finalem, aut id quod ob oculos nobis proponitur, propter quod aliquid facimus, Gen. 25. *Deprecatus eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua.* — בכח — *Gen. 25.21.*

Quarta ſimilis, *Baghabur*, Pſal. 131. *Propter Dauid ſeruū tuum*, Amos 2. *Pauperem pro calceamentis.* Harum omnium particularum ſignificationes bene conueniunt cum illa cōmuni Græcorum, & Latinorum interpretatione. ſed nulla harū hoc loco ſubeſt. — בעב֗ר — *Pſal. 131.10. Amos 2.6.*

Quinta eſt, *Ghal*, à radice, *Ghala*, quod eſt aſcendere, aut eleuare: quare ſignificatio huius præpoſitionis eſt, ſuper, aut *ſupra*, aliquando etiam *pro*, Leuit. 4. *Offeret pro peccato*, Numer. 15. *Rogabit ſacerdos pro omni multitudine.* Pſal. 31. *Pro hac orabit ad te omnis ſanctus.* ex quibus locis patet, idem valere, quod *propter*. at verò in Gen. 26. additionem quandam denotat; *pro illo quoque rixati ſunt*, id eſt, ſuper illo, vel propter illum. Si ſignificationem hanc ex ſua radice attendamus, benè quadrat expoſitioni noſtræ, nam gratia pro gratia, erit gratia ſuper gratiam, vel gratia vltra gratiam, & ſimiliter pellis ſupra, vel vltra pellem. quæ locutio additioné vnius ſupra aliud, & vniuerſitatē quandam denotat, ſed neque hæc particula habetur hoc loco. — עלה — *Leuit. 4.3. Pſal. 31.6. Geneſ. 26.21.*

Eſt igitur ſexta particula in hoc loco *Beghad*, quæ, ſicut & præpoſitio, *ghad*, ſonat terminum, vſque ad quem res procedit, ſiue in tempore, ſiue in loco, & longitudinem quandam affert & diuturnitatem, ſed addito, *Beth*, vertitur, *pro*, ſiue, *propter*, aut *ſuper*, Leuit. 16. *Orabit pro ſe, & pro domo ſua*, 4 Reg. 4. *clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper filios ſuos*, Iſa. 32. *Tenebræ & palpatio factæ ſunt ſuper ſpeluncas.* Amos 9. *Non veniet ſuper nos malum.* ſic etiam R. Dauid ait, idem ſignificare quod, *Ghal*, id eſt ſuper. ergo hoc loco *pellem pro pelle*, licebit dicere, *pellem ſuper pellem*, ſicut cùm vniuerſam pecuniam, aut debitum alicui perſolutum eſſe ſignificamus, dicimus, *Real ſobre real*, id eſt, ad vnum oēs argenteos perſolutos. Ait igitur Satanas, *pellem ſuper pellē*, id eſt, pelles omnes daturum hominem pro anima ſua. hic ſenſus colligi ex Greg poteſt, lib. 3. c. 11. — בעד — עד — ב — *Leuit. 16.6. 4. Reg. 4.5. Iſa. 32.14. Amos 9.10. R. Dauid.* — על — *Gregorius.*

Sed quid pellis nomine ſignificetur, nunc explicandum eſt. Quidam exiſtimant ſignificari pecunias, quòd eo tempore nō aliæ eſſent apud Idumæos diuitiæ, pellibus igitur pro pecuniis vtebantur. Sed quidem licèt apud priſcos coriū boum pro nummis eſſet; apud Idumæos tamen, & Iobum etiam auri & argēti vſum fuiſſe ſupra oſtendimus. Dicendum ergo aptiùs ſuppellectilem & vniuerſas facultates intelligi pellis nomine: propterea enim dicitur — 4 — *Cypr Ciſter.* Quid pellis ſignificet. Priſcorū nummi ex pellib. *Supra v.3. num. 4.* Supellectilis etymologia.

ſuppel-

Veſtes & inſtrumēta domus ex pellibus.
Gen.3.21.
Leuit.15.17.

ſuppellex, per Synecdochen, quaſi ſub pellibus eſſet, & aſſeruarentur, aut per Metonym. quòd olim veſtes, & inſtrumenta quædam domus & ſuppellectilis, ex pellibus conficerentur, iam inde vſque ab Adamo, cui *fecit Deus tunicam pelliceam* ſic Leuit.15. *Veſtem & pellem*, (id eſt veſtimentum, aut culcitram) *quam habuerit, lauabit aqua.* ait itaque, homo iſte eſt non tam ad ſuam rem, quàm ad ſe ipſum nimis attentus, ſollicitus curandæ & conſeruandæ cuticulæ, præ illa flocci non facit vniuerſa. non omninò præter rem, licèt duriuſculè, poſſet quis dicere *pellem pro pelle*, id eſt, pellem, & pellem, id eſt, ſemel & iterum pellem propriam dabit, & terga nuda præbebit, atque patietur ſpoliari rebus omnibus, atque etiam, quod in prouerbio eſt, *de *corio ſuo libenter ſatisfaciet*, dum animam illi & vitam non ademeris. Hoc de Iobo dicit, quod de alijs diuitib. dicitur, Pſal. 48. tantopere enim vitam amant, & mortem oderunt, vt percuperent ſi fieri poſſet, omniū ſuarum, fratrumq́ue ſuorum facultatum præcio, vitam redimere, *frater non redimit, redimet homo? non dabit Deo placationem ſuam, & precium redemptionis animæ ſuæ, & laborabit in æternum*, (vt vitæ laboribus nunquā defungatur: perpetuò enim laborare volet, vt viuere poſſit. ideò ſubditur) *& viuet adhuc in finem.*

*Eſte el ſeguro y ſu vida aūque ſe quede en cueros biuos.
Pſal.48.8.

5
Anima multiplicis ſignificationis.
Gen.1.21.
Gen.2.7.
1.Cor.15.44. & 45.

Pro anima ſua. Licèt in ſacro ſermone anima pro ſpiritu, & anima rationali ſæpè ſumatur, tamen per Synecdochen aut Metonym pro ipſo effectu (quem Philoſophi dicunt) præcipuo & totali, corpore videlicet animato nòn rarò accipitur. ſic dicitur, Geneſ.1. *Reptile animæ viuentis*, & cap.2. *Spirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem*, id eſt, in corpus viuens, quod 1.Corinth.15. videtur explicari, per corpus animale. *Si eſt corpus animale*, (id eſt, viuens vita animali, qualem Adam primò conditus habuit) *eſt & ſpiritale* (id eſt, viuens vita glorioſa & ſubtiliori Chriſti corporis claritati configuratum) *ſicut ſcriptum eſt, factus eſt primus homo Adam in animam viuentem, nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem*, quare pro vita corporis ſumitur, Leuit.17. *Anima omnis carnis in ſanguine eſt*, nec diſſimilis huius vocabuli vſus apud Latinos, cum poeta dixerit

Leuit.17.11.
Quid anima apud latinos

Summum crede nefas animam præferre pudori.

& animam dicunt, qua viuimus, animum, quo ſapimus, quare anima hoc loco erit corpus, corporiſq́ue vita, atque incolumitas. de quo iterum dicendum erit verſ.6.

6
Dæmō abutitur philoſophia atque Theologia.
An quis ex charitate teneatur ſuam vitam exponere pro alio
Rom.1.13.

Sed illud notandum, dæmonem ad ſuam calumniam hoc loco abuti philoſophia atque Theologia veriſſima: eſt enim inter bona ſuus dignitatis, & bonitatis ordo; nam bona corporis externis præſtant; tum etiam cùm ordo charitatis iubeat, vt à ſe quiſque incipiat, nemo quidem tenetur exponere ſuam vitam pro alterius vita conſeruanda, licèt id interdum ex Theologorum ſententia, cum merito & virtutis laude facere poſſit. ex hoc igitur antecedenti conatur elicere, & conflare inuidiam homini ſanctiſſimo, & ſuſpicionem nimiùm ſe ipſum amantis, & hominis Aſtorgi, *abſque pietate, ſine affectione, abſque fœdere.*

V. Alioquin mitte manum tuam & tange os eius, & carnem, & tunc videbis, quòd in faciem benedicat tibi.

1 *Dæmonis ſæuitia. Verbum tangendi. Sitiens ille humani ſanguinis. Explicatus, Sapientiæ locus.*
2 *Communis hoſtis nobis ipſis tanquam armis vtitur*
3 *Dolorum, & morbi vis. expenſa Iacobi Apoſtoli ſententia.*
4 *Iobi patientia maior opinione Satanæ. Iuſtiuſ potentior, quàm ipſe de ſe exiſtimet, ex Geneſi, & Sapientia.*

Res, inquit, manifeſta fiet experimento. quod ſtatim licebit de Iob ſumere, ſi immiſſa *manu*, poteſtate & virtute tua vtaris: & tangas, percutiaſque os eius, & carnem. id eſt, ſi non ſolùm dolorem inferas, ſed vires etiam debilites; vel, non ſolùm leuiter verberes, ſed grauiſſimè; vt oſſibus etiam, & intimis medullis ſenſus licèt expertibus, acerbiſſimum ſenſum efficias. Hinc rurſus perſpici poteſt verbum *tangendi* nihil lene, aut leue ſignificare. tum etiam neſcio quid diabolicæ fraudis olet; nam *tangere* eſt aliquando circumuenire vt Nonius Marcellus docet. quare optat dæmon, vt viro innocenti aliæ denuò per corporis dolores & cruciatus inſidiæ parentur. Non poteſt ſe Dæmonis ſæuitia vlla ratione diſſimulare, ſitit humanum ſanguinem, & in iuſtorum carnem, & oſſa incredibiliter ſæuiendi poteſtatem ſibi fieri vellet: quippe illorum vitam infeſtam & exoſam habet, ſanguiſugam illum appellat Nazianzenus, qui nunquam exſaturari poſſit humano ſanguine; huius arte, dolo, *inuidia; mors introiuit in orbem terrarum.* cùm verò audis mortē introiſſe in orbem terrarum, intellige verbo *introeundi*, dominatum quendam, & poteſtatem tyranni mortis proculcantis, ſubigentiſque mortales vniuerſos, & priuilegium immortalitatis, quòd primo homini conceſſum fuerat, abrogantis. Rurſus introiſſe in orbem terrarum, quia niſi Dæmonis inſidijs & inuidia noſtræ vitę atque ſalutis; non patuiſſet illi aditus, *non eſt* enim (vt inquit Sapiens) *inferorum* (mortis) *regnum* (id eſt, regia domus) *in terra* (ex inferis enim euocata eſt ad nos arte Diaboli) propterea *ille homicida erat ab initio*, qui totum humanū genus in mortem coniecit, dum ſua inuidia morti ſubiecit, quod de morte corporis dictum eſſe à Chriſto Domino Ioannis 8. contextus ipſe apertè docet: procurat prætereа iſte homicida, & in omnibus homicidijs, ille eſt homicidij procurator, ſuaſor, patrator; nulla illi magnificentior domus, quàm ſepulchrum (in monumentis enim domicilium habet. Mar.5.) nulla illi inſtructior & lautior menſa, quàm putre cadauer, & ex humana carne, vermes, ſanieſq́ue fluentes; ſicut de impio vita functo ſcriptum eſt, *Dulcis fuit glareis Cocyti.*

1
Satanæ ſæuitia & ſitis humani ſanguinis.
Nonius.
Naz. orat. 15. in plagā grandinis.
Sap.2.24.
Quid introitum facere.
Sap.1.4.
Ioan.8.4.
Marc.5.2.3.5.
Iob 21.33.

Deinde obſerua hoſtem noſtrum, noſtra carne, noſtro corpore, nobis ipſis, tanquā ar- 2

mis & inſtrumentis vti, vt nos vincat: nam vel corporis voluptatibus, & carnis blandimentis decipere & emollire conatur animũ, vel doloribus, & tormentis ad iram, impatientiam Dei, prouidentiæ contemptum, & detractionem adigere. *Cum eo hoſte* (ait Naz.) *dimicandum habemus, qui nos internè oppugnat, ac nobiſmetipſis* (*quo nihil miſerius eſt*) *tanquam armis in perniciem noſtram vtens peccati morte nos afficit.* Illud etiam valde dolendum nullam eſſe noſtri corporis conditionem, qua nos non conetur lædere: nam ſaturo corpore prouocat ad luxuriam; ſameſcente ad gulam, diuitijs ad negandum Deum, & ad diuinorum contemptum, & Salomon ſcribit. paupertate ad furandum ideo Paulus iubet, *induere vos armaturam Dei*, Panopliam videlicet, id eſt, omnis generis arma, & alibi, *vt exhibeamus nos Dei ſeruos, & miniſtros per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, à dextris, & à ſiniſtris.*

Nazia. orat. 1.

Prou. 30. 8.

Ephes. 6. 11.

2. Cor. 6. 4.

8 *Et tunc videbis.* Manifeſtam videlicet rem, & poſitam extra omnem dubitationem in Hebræ. eſt aſſertio firmata execratoria illa forma iurandi, *ſi non in faciem tuam benedixerit tibi.* Oportet autem hoc à Dæmone multò magis aſſeueranter dictum, quàm prima vice, quòd incredibilis ſit morborum, dolorisque vis ad hominis virtutem frangendam: vti eleganter Cicero ſcripſit 5. Tuſcul. *Dolor* (inquit) *eſſe videtur acerrimus virtutis aduerſarius, is ardentes faces intentat, is fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam ſe debilitaturum minatur*, quare licèt Paulus. veriſſimè dixerit: *Cùm infirmor tunc potens ſum*, id eſt, corporis infirmitate reddi interiores animæ vires firmiores, atque potentiores, & ex imbecillitate, & vetuſtate hominis exterioris interiorem vegetiorem fieri, nouis viribus reſumptis ex hoſte noſtro domeſtico, carne videlicet debilitata & fracta; ſed tamen multò aptior ex infirmitate redditur ad ea vitia, quæ non indigent corporis viribus, vtpotè quæ nõ ex audacia, aut nimio feruore concupiſcentiæ oriantur, ſed potiùs ex imbecillitate, & puſillanimitate, quales ſunt, impatientia, oblocutio, deſperatio, & quæ ex altero extremo fortitudini & conſtantiæ contraria ſunt, quare ægrotantis animum languentem atque deiectum erigere conatur Sapiens, Eccleſiaſt 38: *Fili in infirmitate ne deſpicias te ipſum, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te.* ſimiliterque iubet in ſuis præceptionibus Hippocrates, vt medicus iubeat ægrotum mente non turbari, cùm plurimi, propter dolores deſperantes, ſeipſos vita exuant. Sed ad orandum etiam ineptum & languidum eſſe ægrotantis animum Iacobus Apoſtolus, non obſcure indicat cum cap. 5. ait: *Triſtatur quis in vobis, oret: æquo animo eſt, pſallat, infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum.* non enim omnia ab omnibus exigit, ab his qui animo æquiores ſunt, lectiões, hymnos: ab illis, qui in mœrore ſunt, orationem cum fletu licèt & lachrymis; ab his verò qui ex morbo decumbunt, quaſi ipſi parũ idonei ſunt, vt ſaltem alios ad orandum pro ſe inuitent, & adducant. Propterea obſeruandum, quanta ſit morbi vis, ad labefactandam viri conſtantiam, de quo eleganter diſſerit Chryſoſt. hom. 4. ad Olimpiad. ait enim morbo nihil eſſe acerbius, non mortem ipſam, imò ſexcentis mortibus eſſe acerbiorem.

Cicero.

2. Cor. 12. 10.

Eccleſ. 38. 9.

Iacob. 5. 13.

Chryſoſtomus homil. 4. ad Olimpiad. tom. 5.

Ex hoc licet colligere Iobi patientiam, & animi magnitudinem longe maiorem fuiſſe Dæmonis opinione, non enim rem tam affirmatè & confidenter aſſeueraſſet, niſi rem ſibi perſuaſam, aut valde veroſimilem. qua re declarauit diuinæ gratiæ vim ſibi ignotam eſſe. Non ergo mirum, ſi iuſtus multo grauioribus ærumnis, quàm ipſemet crederet, ſufficiens ſit, cum ea in re maior ſit hoſtis noſtri opinione. Quare dum in Sapient. eſt ſermo de Iacob reformidante congreſſum cum fratre Eſau, & ſibi diffidente, ſic ſcribit: *Certamen forte dedit illi, vt vinceret, & ſciret* (experientia ipſa & victoria ipſa conſequuta, quod vix ſibi aliter perſuadere, & in animum inducere potuiſſet) *quoniã omnium potentior eſt Sapientia*, videlicet pietas, & diuina gratia reddit hominem omni certandi labore & periculo, omnibusq; hoſtibus ſuperiorem. Atq; eodem ſpectat cum Geneſ. 32. Angelus qui cum Iacob luctabatur, vinci & ſuperari ſe paſſus eſt: appellauitq; *non Iacob*, (id eſt, luctatorem) *ſed Iſraël, quia* (inquit) *ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis?* Quare cùm Dauidem incredibilibus etiam incõmodis minimè ſuffecturum omnes crederent; deinde verò conſtantem & incolumem cùm viderent, prodigium atque miraculum omni fide maius arbitrabantur. *Prodigium* (inquit ille) *factus ſum multis, & tu adiutor fortis.*

4 *Iobi tolerantia maior opinione ſatanæ*

Iuſtus plus poteſt, quam ipſe ſibi perſuadeat.

Sap. 10. 11.

Gen. 32. 24.

Pſal. 70. 7.

VI. Dixit ergo Dominus ad Satan, Ecce in manu tua eſt: veruntamen animam illius ſerua.

1 *Iob permiſſus manui Satanæ colluctari incipit. Dæmonis manus grauiſſima, econtrà Dei manus.*

2 *Deus ea exponit aduerſario quæ minora ſunt, at iſte potiora expetit.*

3 *Quid ſit animam ſeruare prima expoſiti. Anima, pro ſalute ſpirituali.*

4 *Anima, pro recto rationis vſu ex Caſſiano & Sereno Abbate. expoſit. 2. non valde commoda, dæmonis ludificationes nocturnæ.*

5 *Anima pro toto homine.*

6 *Anima hoc loco pro vita, 1. cauſa ſeruatæ Iobi vitæ. Iuſti nunquam abijciunt ſpem vitæ.*

7 *Deus ſolicitus ſeruandæ ſuorum vitæ. Explicatus Pſal. & illuſtratus locus Regum.*

8 *Deſperatè infirmi diuinæ virtutis materia opportuna. Impij facile pereunt. Iuſti non ità ſapiẽtia explicata.*

9 *Iuſtus afflictus iucundum Deo ſpectaculum. Expenditur in hanc rem Iſaias.*

10 *Ex maiori certamine maius præmium. quid ſit excitare Pharaonem in Exod. & Paul.*

Ecce *in manu tua.* Cùm Iobi corpus manui, & quaſi complexui Dæmonis permittitur, vera hinc lucta, aut *colluctatio*; ſicut Paulus loquitur, incipere videtur. Luctari enim dicuntur, qui, cùm iam venitur ad manus, ſeſe mutuò complectentes, alter alterum deijcere conatur.

1 *Hinc videtur conuctandi initium.*

Olympiod. *Chryſoſt.*

conatur. Rectè Olympiod. & Chryſoſtomus obſeruant, Deum permiſiſſe dæmoni verberũ & vulnerũ impoſitionem, ne carperet calumniator Deum, quòd cum clementia & moderatione vulnus ipſe ſua manu inflixiſſet. nouerat quippe Deum, cùm hominem flagellat, aut virga pulſat, leniter id, & indulgenter facere; *Arguam* (inquit ipſe) *eum* (Salomonem) *in virga virorum.* Hebraic. *in virga enoſim*, hominum languidorum & imbecillorum, vel ſenum, qui tum propter imbecillitatem, tum propter paternam indulgentiam vix debiliter virga, & baculo teneros filiolos pulſare audent.

Dæmonis manus grauiſſima, Dei leniſſima.

2.Reg.7.14.

2

Hic tantùm conſidera, Deum ea tantùm periculo, & ictibus aduerſarij exponere, quæ in nobis minora ſunt, maiorem tamen doloris ſenſum efficiunt: at verò Dæmonem illa conari lædere, quæ cùm maxima ſint, & precioſiſſima, vix ſentiuntur. externa omnia, & ſenſibilia, filios chariſſimos, corpus ipſum cum ipſo ſenſu, & ſentiendi dolendique facultate coniuncta eſſe omnes priuata intimaque experientia nouerunt; in his, qui læditur, acriter dolet. Sed ſi omnibus his amiſſis anima non lædatur, multum ex doloris ſuſtinentia meritum, & præmium, tenuiſſimum verò detrimentum reportabit. Dæmon verò pro his, quæ animum tangunt, pugnat; verbum blaſphemiæ aut animi impatientis, & commotioris extorquere nititur: (verbo verò, quid leuius, quid minoris ponderis, minorisve ſenſus videri poſſit?) Si illud primo certamine extorſiſſet, nullos corporis dolores & cruciatus Iobo intentaſſet; imò neque eripuiſſet filios, neque oues, boues, camelos abſtuliſſet, quin potiùs dediſſet *omnia regna mundi*, ſi vel vnico verbo, vel nutu illi morem gereret: *ſicut nouacula acuta*, (cuius aciem tenuiſſimam vix molliſſima cutis perſentit) *fecit dolum corripiat*, ergo, *me iuſtus* (DEVS) *in miſericordia*, (auget enim & promouet ſua correptione doloreque inflicto DEVS, quicquid in me boni eſt) *Oleum autem* (quod molliſſimum videtur) *peccatoris non impinguet*, (Hebraic. frangat, offendat) *caput meum*, nam cum ſuauiſſimo oleo, & quod lenium, tactumque leuiſſimum habet permulcere ſtudet aduerſarius, ne ictum, ne vulnus ſentiamus; caput, quod optimum, primumque in corpore membrum eſt, perdere, frangere, comminuere, & meliora animi bona auferre conatur. Animam expetit dæmon, corpus negligit, econtrà Deus corpus permittit, animam ſeruat.

Pſal.51.4.
Pſal.140.5.

3

Veruntamen animam illius ſerua. Hæc eſt exceptio, reſtrictioue poteſtatis permiſſæ Dæmoni. *Serua*, cuſtodi, id eſt, perdere & deſtruere tibi non permitto. Sicut econtrà DEVS dicitur deſtruere, & perdere, quod non ſeruat. Eleganter Gregorius hinc deducit nunquam iuſtum ita permitti manui hoſtis, quin illius anima, & bona meliora ſint in manu Dei, *vt non tangat illos tormentum mortis.* vide illum lib.3. cap.3.

Gregor.

Sap 3.1.

Quid ſit animam ſeruare

Sed quid, *animam ſeruare*, quidve anima hoc loco ſignificet, paulo difficilius eſt. Et primo quidem Origenes, Olympiodor. Gregorius, aliique poſt illos, pertinere exiſtimant ad ſalutem animæ ſpiritualem: placetque Cypriano Ciſtertienſi hunc eſſe primum & germanum huius loci ſenſum: obijcit ſibi vir doctus, præter rem videri, & à narrationis decoro valde alienum, vt vbi de palma atque victoria concertatio eſt, interdicatur dæmoni hominem vincere. Argumentum egregium, & ſua ſolutione multo fortius. nam reſpondet cum hæc ſit parabolica quædam, & fictæ rei narratio, diuinæ prouidentiæ arcana tantùm ſignificari affictis perſonis Deo, atque Satanæ. Sed quamuis ea eſſet ficta narratio, nonne oportuit narrationem fieri perſonarum, atque ſententiarum decoro ſeruato? quid, quòd verum inter Angelos colloquium initum fuiſſe ſuprà oſtendimus? tandem quoniam ex ijs, quæ dæmonis poteſtati permitti à Deo potuiſſent, animæ exceptio fit, vita autem ſpiritualis animæ illius manui tradi non poteſt, cùm culpa ſine propria hominis voluntate, & electione admitti non poſſit. Ergo dum anima ſeruari iubetur, aliquid, quod ad corporis incolumitatem pertineat intelligendum profectò eſt. Denique Olympiod. hanc expoſitionem his verbis exploſiſſe videtur: *Nec verò id Deus mandauit Diabolo, vt in Iobi animæ ſalute excuberet; nam qui tandem hoſtem à bene merendi ſtudio ſuapte ſponte natura abhorrentem tuendæ animæ præfeciſſet?*

1. expoſitio.
Origenes.
Olympiod.
Gregor.
Cyprianus.
Ciſtertienſis.

Olympiod. Reijcitur præcedens expoſitio.

4

Secundò, alij per *animam* ſignificari exiſtimant rectæ & integræ rationis vſum, & deliberatum (quod vocant) iudicium; prohibuiſſe itaque Deum Satanæ, ne Iobum infatuaret, aut mentis ſtupore quodam afficeret. Sic interpretatus eſt R. Salomon, quem refert Lyra; clare Didymus in Catena, non obſcurè Olympiod. *Principem animi partem, ne attinge.* & apud Caſſianum collat. ſeptima, capite duodecimo. Serenus Abbas, dum explicat, quemadmodum immundi ſpiritus vires ſuas in energumenis exerceant. *In illis* (inquit) *membris, in quibus animæ vigor continetur immundus ſpiritus inſidens, eiſque importabile atque immenſum pondus imponens, obſcuritate teterrima, intellectuales eius obruit, & intercipit ſenſus. Quod nonnunquam etiam vini, febriſque vitio, ſeu nimij frigoris, aliiſque valetudinibus extrinſecus ſuperuenientibus, videmus accidere. Quod ne beato Iobo diabolus, qui carnis eius acceperat poteſtatem, moliretur inferre, præcepto Domini prohibetur dicentis: Ecce trado eum in manus tuas, tantùm animam eius cuſtodi*, (id eſt) *tantummodo eum amentem ne facias, debilitato animæ domicilio, & intellectu inuaſo, aut rationis organo, per quam eum tibi reſiſtere neceſſe eſt, ſuffocato; neque obruas intellectum ac ſapientiam reſiſtentis, principale ſcilicet cordis eius tuo pondere præfocans.* omnia hæc Serenus. Ergo hæc Iobi dementatio, dupliciter fieri poterat; primò diſturbatis organis, & ad intemperiem redactis, ita vt benè miniſtrare rectæ rationi non poſſent, ſecundò dæmone ipſo occupante, & poſſidente partes & organa corporis miniſtrantia rationi. Prohibet itaque Deus omnem fraudem in hoc Iobi cum hoſte certamine, cum enim facilè poſſet ab homine

2. expoſitio. Anima pro facultate intellectiua, & mentis ſanitate.
R. Salomon.
Lyranus.
Didymus.
Olympiod.
Caſſianus.

Quibus modis dæmõ dementat homines.

deinen-

dementato extorquere quodcumque verbum citra vllam culpam, vtpote qui liberè tunc nõ ageret, aut rem peragi oportere Iobo ſciente, atque prudente & liberè agente.

Obijcitur præcedenti expoſitioni.

Si huic expoſitioni obijcias, fieri non poſſe vt Dæmon vellet euertere Iobi ſenſum, & mentem, cùm nullam aut certè ſordidam victoriæ gloriolam comparare poſſet ex hominis furore, & amentia; & qui apud Deũ blaſphemię, & peccati illius reus non eſſet, quamuis videretur, in cœlum & in diuina iniurius. Reſponderi commodè poteſt, Dæmonem tentaturum vijs omnibus, an poſſet ab illo ſciẽte & prudẽte, blaſphemiam elicere; ſin minus, dementaturum hominem, vt videretur tandẽ quaſi repugnantem & inuitum adegiſſe ad blaſphemiam, & ad verba in Deum contumelioſa, nam id eſt aduerſarij ingenium, vt aliquando permiſsione ſibi facta, viros iuſtos poſsideat, & citra illorum culpam, & libertatem agendi ad externa opera turpiſsima adigat, quò falsò licèt videatur ſuperâſſe, quos ſuæ libertati relictos vincere nunquam potuiſſet. Hæ ſunt illius nocturnę illuſiones, quibus viros ſanctiſsimos atq; caſtiſsimos, dormientes licet, & nihil tunc libere agentes ludificare conatur immundus ſpiritus. de quib. vide Caſsianum Collat. 22. Sed rem totam luculenter explicuit Didymus, *Quoſdam* (inquit) *ob eas cauſas abditaſq; rationes, quas nouit Deus, in mentis furorem, inſaniamq; incidere videmus. Quoniam igitur diabolus ad inſipientiam iuſtum deducere nitebatur, vt vel repugnantem ad verborum impietatem contorqueret; idcirco* (inquit Deus) *trado tibi, quem depopoſciſti, vt eius magis teſtata ſit virtus, & ipſe maiore pudore perfundare. Verum enim mentis ſoporem inſanitatemq; ne adferas, cùm mentis ſanitate conſeruata in multorum perpeſsione virtus ſit ei oſtendenda.* Sanè hæc interpretatio placere mihi magis poſſet, ſi *Anima* pro vi intellectus mentiſque iudicio ſoleret aliquando accipi in ſacro ſermone: accipitur quidem frequenter pro parte animali concupiſcibili, aut appetitiua, vt Mich 7. *Magnus locutus eſt deſiderium* animæ;* &, *qui* ſuſcipit animas ſapiens eſt*, qui aliorum ad ſe allicit voluntates. ſed pro facultate intellectiua, vix aut nunquam inuenio: niſi fortè hoc loco dicamus accipi pro anima rationali; & ſenſum eſſe, Quæ ad corpus pertinent, non quæ ad animam, & ad eius facultates tibi permittuntur.

Dæmonis prauitas & ingenium.

Didymus. Caſsianus.

Reijcitur præcedens interpretatio.

Mich. 7. 3.
* Los ricos y poderoſos biuen y andã a que quieres boca.
Prouer. 11. 30.
* Mucho ſabe el que ſabe ganar voluntades.

5. Tertia expoſitio.

Tertiò alij hoc loco accipiunt *animam* pro toto homine. certè *anima* frequẽter totum hominem ſignificat à principaliori parte, ſed huic loco vix cõuenire poteſt; quomodo enim dicetur ſeruari totus homo, qui tam iniquè tractandus permittitur?

6. Quarta expoſitio. Anima pro vita. An prohibitus fuerit Dæmon lætalem morbum Iobo inferre. vid. infrà.

Tandem ergò ille eſt manifeſtus ſenſus, vt *anima* pro vita ſtet, licèt enim de homine mortuo, nulla egregia victoria reportari poſſet, tamẽ inuidus hoſtis, vellet de medio auferre, quem alia ratione ſuperare non poſſet. Sed illud non caret dubitatione, an his verbis prohibitus quoque fuerit Dæmon letalem morbum inferre Iobo? de qua re, & an patientiſsimus Iob martyris glorioſiſsimum nomen palmamque meruit, vbi de illius vulneribus mortiferis, morbiſque vniuerſis diſputauerimus, dicendum nobis eſt.

Quid indicet hæc tam diligens vitæ Iob cuſtodia.

Sed quid Deus velit tam diligenti vitæ cuſtodia, cum clarior martyr euadere potuiſſet Iob, ſi mortem re ipſa toleraſſet? Reſpondetur primò, ea re claram ſignificationem atque ſpem melioris fortunæ præbuiſſe Deum: nam ægroto dum anima eſt, ſpes eſt, non vult ergo omnino actum eſſe de Iobo, quem glorioſus poſt certamen triumphus manet. Quinimo cùm Iob non in ſua tantùm vita, ſed in Deo ſpem collocauerit melioris conditionis, etiã vita amiſſa in ſpem erigitur. *Etiam* (inquit) *ſi occiderit me, in eum ſperabo.* vid. c. 13. v. 15. & c. 30. ſuper id, *verumtamen non ad conſumptionem eorum emittis manum tuam &c.* Solent iuſti in ſummis periculis nunquam abijcere vitæ ſpem illud ſciẽtes, quòd licèt cruciãdos permittat Deus, ſed ſeruat tamen animas: hac ſe ratione conſolabatur, & animam ſuam mœrore deiectam erigebat in ſpem meliorem, qui dicebat, *Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? ſpera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi,* (ſiquidem adhuc vita ſuperſtes eſt) *ſalutare vultus mei, & Deus meus.*

Pſal. 26. 3.
Iob. 13. 15.
Iob. 30. 24.
Iuſti non abijciunt vitæ ſpem.

Pſal. 41. 6.

7. Quantæ curæ Deo ſit ſuorum iuſtorum ſalus.

Deinde vt declaret Deus quantæ ſibi curæ ſit ſuorum iuſtorum ſalus, vita, incolumitas. Hac diuinæ prouidentiæ conſideratione nunquam vitæ ſpẽ abiecit Dauid. *Pretioſa* (inquit) *in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Pretioſa*, rara, rarò Deus permittit iuſtorum vitam hoſtium immanitati; cruciandos, affligendos, vexãdos, ſæpe; at occidendos, & penitùs de medio tollendos rarò: non facilè permittit vitam eripi, niſi pro ingenti quodam quaſi pretio diuinæ gloriæ, & ipſius iuſti meritorum, & honoris lucro ex morte conſequuto. idem rurſus repetit Pſal. 17. cùm à violentia & oppreſsione tyrannorum, pauperum animas ſeruandas Dei ope, & fauore permittit, *Ex vſuris* (propriè dolo, fraudibus, inſidijs, vitæ diſcriminibus) *& iniquitate* (manifeſta violẽtia) *redimet animas eorum, &* (quia) *honorabile nomen eorum coram illo.* Hieronymus iuxta Hebræum. *Pretioſus ſanguis illorum coram oculis eius.* non facilè illorum ſanguinem profundi patietur, neque permittet impunè abire, qui illum profuderit. Præclarũ eſt huius diuinæ prouidentiæ exemplum. 1. Reg. 23. cùm *Saul, perſecutus eſt Dauid in deſerto Maõ, & ibat Saul ad latus montis ex parte vna, Dauid autem & viri eius erant in latere montis ex parte altera, porro Dauid deſperabat ſe poſſe euadere à facie Saul.* ergo vita in extremam regulam adducta, diuina prouidentia factum eſt, vt in terram Iſraeliticam fuſis Philiſthæis nuntius veniret ad Saul, dicens, *Feſtina, & veni, quoniam infuderunt ſe Philiſthæi ſuper terram, Reuerſus eſt ergo Saul deſiſtens perſequi Dauid, & perrexit in occurſum Philiſthinorum.*

Pſal. 115. 15.
Quid mors ſanctorum pretioſa?

Pſalm. 71. 14.

Hieronymus.

1. Reg. 23. 26.

v. 27. 28.

8. Quorum ſit deſperata ſalus ſolent eſſe opportuna diuinæ potentiæ materia.

Tertiò, quoniam eiuſmodi homines, quorum ſit ſalus & vita deſperata, extremũ quaſi iam ſpiritum agentes, ſunt propria diuinę bonitatis, diuinęque virtutis materia: eoque ſpectat Saluatoris nomen, quaſi medicus ſit illorum, qui in extremum vitæ adducti ſunt. *Deus*

Pſal. 61. 21.

noſter, Deus ſaluos faciendi; & Domini, Domini exitus mortis. nouit namque ille quibus vijs, & ſemitis è mortis carcere, & vinculis expediri, & exire miſer homo poſſit ad liberioris vitæ conditionem. cum quo necti poteſt totus Pſal. 141. *Voce mea, &c.* nam cum ſolus Dauid latitaret in ſpelunca, vijs omnibus à Saule occupatis atque præcluſis, diceretque, *In* deficiendo ex me ſpiritum meum.* propterea Hebr. Cum inuolueret, aut cooperiret ſe ſpiritus meus. Hierony. (cùm anxius in me fuerit ſpiritus) *periit fuga à me* (omnem videbam aditum, & ſpem fugiendi intercluſam) *& tu* (tamen) *cognouiſti ſemitas meas* (quibus euadere poſſim me licèt ignorante, quò, quave iturus ſim) *Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium.* q. d. te habeo vitæ meæ vadem, & animæ cuſtodem. Pulchra eſt illa in hanc rem Sapient. 16. obſeruatio. *Filios tuos nec venenatorum draconum vicerunt dentes: miſericordia enim tua ſanabat illos.* mordebantur quidem, & vrebantur veneno letali, ſed non ſuperabantur, vt in illorum ſalute tuam miſericordiam, cui nihil inſanabile aut deploratum eſt, ſanatricem oſtenderes: nemoque iuſtus quamuis letali morbo affectus de tua prouidentia deſperare poſſit: cum tamen impij, vel leuiſſimis de cauſis ſint ſæpe ſublati. *Illos enim* (id eſt Aegyptios) *Locuſtarum, & muſcarum occiderunt morſus, & non eſt inuenta ſanitas animæ illorum, quia digni erãt, ab huiuſmodi exterminari.* Ergo, inquit Dauid, *educ de cuſtodia animam meam* (atq; ex ſummo diſcrimine in tuam cuſtodiam recipe) *ad confitendum nomini tuo* (vt te prædicem ſaluatorem hominis moribundi, & iamiam agẽtis animam) *me expectant iuſti, donec retribuas mihi.* (namque iuſti, qui de tua erga ſe prouidentia certi ſunt, certo ſibi ſuaſerunt fieri aliter non poſſe, quin me ex ſupremo diſcrimine liberatum velis.) ergo ſeruabitur Iobi anima, quamuis ad extremum halitum ſit adducta.

Pſal. 141.
* Quando ſe me cubria el coraçon y ſe me ſalia el alma de puro temor y pena.
Sap. 16. 10.
Iuſtos ſæpè è mortiferis morbis ſeruatos.
Impios leuiſſimis morbis interdum ſublatos.
Verſ. 9.
Pſ. 141. 8.

9.
Chryſoſt.
Iuſtus colluctatus cum ærumnis gratiſſimum Deo ſpectaculum.

Quartò illa ſeruandæ Iobi animæ cauſſa à Chryſoſt. indicatur, quod iucundiſſimũ Deo ſpectaculum præbeatur ab homine, dum cum calamitatibus, morbis, paupertate, doloribus, cruciatibus luctatur, & ſe victorem atque ſuperiorem ſingulari virtute præbet. *Obſerua, inquit* (ſic Chryſoſt.) *ne quid in vitæ ratione patiatur, etenim ſi de medio eum ſuſtuleris, Theatrum nobis non plaudet amplius.* Id Antonio athletæ fortiſſimo conquerenti, quòd ſolus in periculoſiſſimo certamine relictus eſſet, *Vbi* (inquit) *eras Domine?* Reſpondit patronus atque ſpectator antagoniſtarum omnium Deus, Hic aderam ſpectator tui certaminis, atque tuæ virtutis coronator. Theatrum dicas fuiſſe montem Moriã, in quo ſpectaculum exhibitum eſt Deo ſpectanti ſacrificium Iſaac, quod ab Abrahamo parabatur: ideoque appellauit nomen loci illius, *Dominus videt.* Gẽ. 22. & ſicut Romani quondam imperatores immanes belluas vndique conquirebant, & publicè alebant, vt ludos exhiberent, in quibus gladiatores aut capite damnatos illis obijcerent, tantopereque Beſtiarijs delectati ſunt, vt prima ipſa luce ad ſpectaculum deſcenderent: ita ſanè Deus impios in hoc mundo velut in cauea feras, continet, Dæmones rugire velut leones permittit, vt ludorum ſpectaculo ſibi iucundiſſimo ipſe delectetur. vt enim ſcripſit Auguſt. *Omnis malus aut ideo viuit, vt corrigatur, aut ideo viuit, vt per illum bonus exerceatur.* perſecutoribus verò, aut dæmonibus, non obijcit Deus viliſſimos, aut nefarios homines, ſed optimos & fortiſſimos quoſq;, non pœna capitali, ſed vitæ beatæ præmio digniſſimos; ita vt ſicut quondam initio eccleſiæ, illa erat frequens vulgi aduerſus fideles conclamatio, *Chriſtiani ad leonem;* vt Tertul. in Apologet. ſcribit; vel, *Chriſtiani ad beſtias;* vt idem auctor eſt, in Exhortat. ad caſt. ita nũc ea ſit Petri apoſtoli vox, Fideles, ſancti, ad leonem. ideo *ſobrij eſtote & vigilate.* & Sapiens etiã, *Accedens ad ſeruitutem Dei, ad tentationem,* & pugnam, ideo, *præpara animam tuã.* Deus verò, *Quieſcã* (inquit) *& conſiderabo in loco meo, ſicut lux meridiana clara eſt, & ſicut nubes roris in die meſſis.* in ſolio (inquit) meo ſedebo ſpectaturus gentem conuulſam & dilaceratam, cum calamitatibus hoſtibusque depugnantem; cui poſt laborũ & ærumnarũ imbrem, atq; tempeſtatẽ lucem & ſerenitatem adferã; & poſt pugnandi æſtũ, ſuauiſſimum rorem, & præmia ampliſſima demetendi facultatem. vel ex Hebr. *ſicut calor,* vel ardor, *ſiccitatis ſuper lucem.* conſiderabo, inquã, vt radijs ſolis ardentis perurantur, & eos fortiter perferant; qui nihilominus, illis erunt toleratu faciles, imo etiam iucundi, ac eſſe ſolent meſſoribus nubes, & ros æſtiuus. Qui hæc conſiderat Deus incredibili ex noſtro certamine lætitia perfunditur, & ſuorũ animas, vt diutiũs perdurare in certamine poſſint, ſeruat, ac, ſeruandam quoq; athletę ſui Iobi animam præcipit.

Geneſ. 22. 14.
Plin. lib. 8. c. 16. & 17. & Tertul. de ſpectac. Sueton. in Claud. c. 34.
Aug. Pſal. 34.
Tertul.
Eccle. 2. 1.
Iſai. 18. 4.

Tandem illa non vltima huius rei ratio eſt, quod ex diuturniore certadi labore, illuſtriorem coronam, & ampliora præmia conferre velit athletæ ſuo Deus eleganter Chryſ. dixit Hom. de beato Iobo; *Cadauer corrumpi reſpicis, & horreſcis, ſed tace miser, imo nulla pœna, quod abſens anima, at vt in Iobo, præſens anima, quæ ſentiret, ligata, ne fugeret; ſubiecta, vt doleret; compuncta, vt blaſphemaret.* de quo plura dicendi frequens erit poſtea locus, & tempus. nec ſolùm propter maius lucrum ipſius Iobi, ſed propter ſuæ eccleſiæ ingens bonum, & vberem patientiæ, & exempli fructum. ſi enim propter ſuorum electorum & eccleſiæ ædificationem impijs vita indignis vitam Deus diuturniorem largitur, quid ni etiam eandem ob cauſam iuſtorum animas ſeruabit? Certe ſic dicit Deus Pharaoni. Exod. 9. *Idcirco poſui te, vt oſtendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.* Paul. Rom. 9. ſic legit hunc locum; *in hoc ipſum excitaui te:* Septuag. *propter hoc conſeruatus es.* Ambr. rectè eundem ſenſum eſſe dicit, ſiue legatur *ſeruaui,* ſiue *excitaui.* & in hunc ſenſum explicat, quod dicatur Pharao ſuſcitatus, quia cum apud Deum mortuus eſſet, mortiq; propter ſuam duritiem dignus fuiſſet, tamen ad tẽpus modicum ſeruatus eſt, & mori prohibitus, vt ſua pœna & varijs plagis, viuus adhuc exemplo eſſet cæteris, qui Deo repugnarent: ſicut medici in hominib. morte dignis requirebant,

10.
Deus grauiſſ[illegible] offert, vt cumulatiora præmia largiatur.
Chryſoſt.
Deus ſuos iuſtos in ærumnis ſeruat, vt præbeant patientiæ exemplum.
Exod. 9. 16.
Rom. 9. 17.
LXX.
Ambroſ.

bant, quomodo viuis prodeſſent, videlicèt anatomica diſſectione, vt pœna morientis, proficeret ad aliorum ſalutem. multò igitur potiori iure, *poſuit* Deus Iobum, *excitauit, ſeruauit* hominem plagis mortiferis affectum, *vt oſtenderet in illo fortitudinem ſuam*, & incredibilis patientiæ exemplo cunctis mortalibus prodeſſet. de qua re memini in præfatione dixiſſe.

In Præfat. cap.6.

VII. Egreſſus igitur Satã à facie Domini percuſsit Iob vlcere peſſimo à planta pedis vſque ad verticem eius.

VIII. Qui teſta ſaniem radebat ſedens in ſterquilinio.

1. *An Dæmon ſemel ab homine victus, eundem iterum hominem tentet. Refutatur Origen. ex Theol.*
2. *Deus vtitur Satana, vt tortoris miniſterio. Sancti angeli non torquent iuſtos.*
3. *Dæmon miniſter efficiendorum dolorum. Quis angelus Satanæ colaphizans Paulum. ex Auguſti. & Hieronym. qui ægrotant puerilia multa perpetiuntur.*

EGreſſus Satan. Ex hoc quod ſtatim arripuerit poteſtatem ſibi a Deo factam iterum tentandi Iob, clarè colligi poteſt falſum fuiſſe Origenis dogma aſſerentis Dæmonem, qui ſemel ab aliquo ſancto ſuperatus fuerit, nec eundem, nec alium hominem aggredi, vel audere iterum tẽtare; ſed quaſi in ſpirituali bello à Chriſti militibus interimeretur, aut fugaretur, ceſſare ab impugnando; veluti ſi id ageretur lege, & iure ſingularis certaminis, & humani duelli: in quo qui ſemel victus eſt, non permittitur iterũ victorem prouocare. Certè Dæmon, qui ſuperbiſsimus eſt, vbi nulla victoriæ ſpes affulget, cùm hominẽ penitùs ſibi reſtitiſſe expertus eſt, rebus omnib. nihil mutatis, nunquam tentabit iterum in eadem materia eundẽ hominem. id quod in Chriſti ſeruatoris tentationib perſpicere licet, ſemel enim eadem in re illum tẽtauit, quod nihil ſe proficere poſſe crederet, ſi ſecundò eandem rem ſuggereret; tandemq́; *conſummata tentatione receſsit ab illo* pudibundus, victoris aſpectũ fugiens, iterumq́; ſuperari reformidans. Cæterùm, vel tentationis materia mutata, aut temporis vel rei, & diſpoſitionis alterius meliorem opportunitatem nactus idem hoſtis eundẽ hominem ſæpè tentat: quare hũc Dæmonẽ illum ipſum fuiſſe qui initio certaminis Iobũ impugnare cœpit, & ad blaſphemiam ſæpè, ſed fruſtra tẽtauerit, rectè docuit Caſsian. collat. 8. c. 17. Rem hanc D. Tho. tetigit. 1. p. q. 114. ar. 1. Mag. 2. d. 6. vbi iterum D. Tho. & Durand. Aegid. Rich. Alex. 2. p. q. 311.

Orig. hom. 5. ſuper Ieſum Naue.
An dæmon ſemel ab homine ſuperatus, iterum tentet eundem.
Matth. 4.
Caſsianus. D. Thom. Magiſter. Durandus. Aegidius. Richard. Alexander.

2.
Deus Dæmonis tanquam tortoris miniſterio vtitur.

Percuſsit Iob. Ex eo, quòd Dæmon nõ ſibi, ſed cuicunq; tradi Iobum cruciandum poſtulauerit; ſed nõ alteri quàm ipſi hoſti permittatur, manifeſtum fit, Deum Dæmonis tanquã carnificis, & tortoris miniſterio vti ad iuſtos ſuos exercendos, & probandos: licet enim ſi in vniuerſum loquamur, angeli tam boni, quam mali, miniſtri Dei ſint ad puniendum, vel affligendum tàm iuſtos, quàm impios; vt bene obſeruauit Abul. 1. Paralip. 21. q. 70. nam eo capite, *Angelus Domini*, quem ex ſanctis fuiſſe probabilius eſt, terrore, vel lãguore affecit Dauid: & ſanctus etiam angelus percuſsit fæmur Iacob. Gene. 32. ſed tamen id frequentiùs eſt, & communi prouidentiæ lege ſancitum, vt ſancti angeli non niſi temporalis ſupplicij, impiorum hominum, miniſtri & executores ſint. Rem hanc docet Dionyſ. c. 4. diuin. nom. part. 4. dicens, Nihil malitiæ ſanctos angelos contrahere ex eo, quòd peccatores puniant. & Aug. 9. de ciuit. c. 5. ait, *Sancti angeli ſine ira puniunt, quos accipiunt æterna lege Dei puniendos*. Et idẽ ſenſit Theo. ſuper id Pſ. 77. *immiſsiones per angelos malos*. Hos enim ſupplicij miniſtros, neq; naturæ neq; electionis nequitiam, habuiſſe dicit, ſed eodem modo appellatos *malos*, ſicut *malam* diem, ſupplicij diem vocamus. & idem cum Baſil. & Appollin. ſuper id Pſ. 34. *Et Angelus Domini perſequens eos*. Sancti ergo angeli erant, qui ſubuerterũt Sodomam, percuſſerũt Aſſyrios, flagellarunt Heliodorum, Herodem, & impios illos ſenes Babylonicos apud Danielem. Quare veroſimile exiſtimandum eſt, quod Abul. aſſerit, vbicumq. *Angelus Domini* nominatur in Scripturis, ſanctum angelum intelligi. quã quam Hier. ſuper id Pſ. 34. *Angelus Domini perſequens eos*, ſpiritum malum intelligat ideoq; dici *Domini, quia Dominus illum creauit, & Dominus illum habet in poteſtate.* Dæmones verò licèt æternorum ſuppliciorum miniſtri ſint, tum etiam ſæpè Deus illorum opera & miniſterio peccatores corripiat (cuiuſmodi erat *exterminator* in Aegypto, Exod. 12. *& ſpiritus nequam*, qui decepit Achab. 3. Reg. 22. & ideo Apoſtolus. 1. ad Tim. 1. & 1. Cor. 5. *Satanæ* cruciandos *tradit* peccatores; *& ſpiritus malus inuadens Saul*. ita docet Hier. ſuper id Iſaię. 13. *ego vocaui fortes meos*, Aug. 5. cõtra Iul. c. 3. Rupert. & Strabo. Exo. 12. ideo Dæmon vocatur *indignatio ira Dei* v. 77. *Furor Domini*. 2. Reg. 24. v. 1.) tamen exercitium & afflictionem iuſtorum demandat Deus peculiariter Dæmonibus enim *colaphizat Paulum, & percutit Iobum*, & perſequitur bonos quoſq;: neq; enim id munus ſanctis angelis, qui res hominum procurant, & noſtris bonis gaudent, & quaſi videntur de noſtris ſupplicijs dolere, demandat Deus. Vide Chryſoſto. hom. de aſcenſione tomo. 3.

Abulenſis.
Sancti angeli impiorum tortores.
1. Paralip.
Geneſ. 32.
Dionyſ.
Auguſt.
Theodoret.
Pſalm. 34. 6. Gen. 19. 4. Reg. 19. 2. Machab. 3. Act. 12. Dan. 13.
Abulenſ.
Angelus Domini quis.
Hieronym.
Exod. 12. 3. Reg. 22. 1. Tim. 1. 1. Cor. 5. Hieronym. Auguſt. Rupertus. Strabo. Pſal. 77. 49.
Sancti Angeli non percutiunt iuſtos.
Chryſoſt.

3.
Dæmon efficit morbos.

Sed quòd peculiari quadam ratione Dæmõ ſit miniſter efficiendorum dolorum, & morborum, videtur dictum à Paulo. 2. Cor. 12. nam *angelum Satanæ, qui* illum *colaphizabat, ſtimulũ carnis ſuæ*, dolorem vehementiſsimum corporis fuiſſe, exiſtimat. Aug. ſuper Pſ. 130. *Dolores autẽ corporum* (inquit) *plerumq; immittuntur ab Angelis Satanæ*. Hieronym. autem ad Galatas. 4. hunc ipſum fuiſſe ſcribit grauiſsimum capitis dolorem, de quo accipiendum ſit id, quod ad Galatas. 4. idem Apoſtolus ſcribit. *Tentationem veſtram, quæ erat in carne mea, non ſpreuiſtis, neq; reſpuiſtis.* quòd videlicet Galatis tentatio fuit, an contemnerent eum ſublimia promittentem, quem languoribus corpori ſubiectum videbant. Obiter illud obſerua corporis mor-

2. Cor. 12. 7.
Quis angelus colaphizans Paulum.
Auguſt. Hieronym. Galat. 4. 14.

bos,& dolores,viris grauibus atque ſeuerioribus moleſtiſsimos eſſe,vtpote qui illos efficiant ex viris,& ſenibus pueros, puerilia ſectantes, & puerorum more ſæpè ingemiſcentes,ſæpe etiam plorãtes. *Ne extolleretur* (inquit

Auguſt.

Auguſt.) *tanquam iuuenis, colaphizabatur tanquam puer.* & rectè,nam extollentiæ & ſuperbiæ, remedium oportuit ex puerili humilitate deſumi.ſic dolentem & gementem Iobum puerum appellat,qui dicit, *Paruulum occidit inuidia.*

Iob. 5.
1. Cor.5.5.

Præterea cùm Paul.decerneret pœnâ corporali inceſtuoſum illum Corinthium afficiendum,quo reſipiſceret,cenſet *tradendum Satanæ in interitum carnis*(id eſt)in corpore & carne vexandum,nam eiuſmodi corporeæ vexationis Satanas miniſter eſt. Nihil ergo mirum, quòd ſtatim ac permiſſus eſt, egreſſus fuerit Satan, & pro ſuo carnificis & tortoris officio *percuſſerit* Iob.

Vlcere peſſimo. Propriè, *vlcere malo*, quod conterit,frangit,affligit hominem, & nequiter habet;morbo maligno, qui vexat, & angit. vim expreſsit vulgatus; nam Hebræi ſuperlatiuis carent.

A planta pedis vſque ad verticem eius. Videtur prouerbialis locutio, qua totus homo & vniuerſa membra ſignificantur. eadem vſurpatur Deut.28.& Iſai.1.ſemperque vbi de grauiſſimo aut morbo,aut vlcere ſermo eſt. de quo fuſior a nobis diſputatio,inſtituenda eſt.

Deut.38.35.
Iſai.1. 6.

MORBORVM QVIBVS IOB LABORAVIT, ENVMERATIO ET CONSIDERATIO.

QVONIAM eorum, quibus Iob affectus fuit,morborum plurimorum atq; difficillimorum explicatio grauiſsima, atq; difficillima eſt,operæ pretium fuerit ſingulos per ſe conſiderare,atq; enumerare; & tũ ex ipſius ægrotantis dictis,& querimonijs, tum ex optimorum medicorum,aut iudicio,aut cõiectura, morborum cauſſas, genera,differentias, ſymptomata accuratiùs circũſpicere; quòd ad Satanæ ſæuitiam, & ad Iobi,incredibilem manſuetudinem & tolerantiã, vt par eſt cognoſcendam magnoperè intereſt. Et quidẽ noſtrum negotium agimus;nam, vt ſapiẽter docuit Hippocrates,illi etiam, qui medici non ſint, ægrotantium & morborum hiſtorias rectè conſcribere poſſunt,ſi probè ex ſingulis ægrotis,quæ patiuntur, didicerint. quod illorũ teſtimonio, qui Cnidias ſententias conſcripſerunt,confirmat. Aegrotantis aũt Iobi verba & querimonias attentè obſeruabimus, vt vel hoc Medicinæ præceptum obſeruemus. ſic.n. præcipit; *Cùm ad ægrotũ deueneris, interrogare oportet,quæ patitur, & ex qua cauſſa, & quot iam diebus.* Viri verò ſapientiſsimi verbis omnis fides adhibenda.non enim eſt de illorum ægrotantiũ turba, quos ſic deſcribit Hippocrates lib. de Veteri medic. *Suas ipſorum affectiones condiſcere quomodo fiunt ac deſinunt, & quibus occaſionibus augeſcunt,ac deficiunt,cùm idiotæ ſint,non eſt facile.*

Hippocrat. de Victus ratio. in morb. acutis.

Hippocrates lib. de affectionibus.

Hippocrates.

SECTIO I.

Non vno tantùm morbi genere, ſed pluribus IOB laboraſſe.

1. *Cum vlcere peſſimo alij morbi ex eadem materia in diuerſis partibus. Quid vulnus ſuper vulnus.*
2. *Multorum morborum materia communis atra bilis.*
3. *Morbos naturaliter inter ſe pugnantes in Iob fuiſſe.*
4. *Lingua à morbis excepta. cum ſerpente cognatio.*

VLCERIS peſsimi tantum hoc loco mẽtio fit,quod non ad plura, ſed ad vnum tantum morbi genus pertinuiſſe, facilè conſtare poterit,ex iis, quæ paulo poſt dicemus. Sed tamen cum hoc vlcere peſsimo, omnem morborum,dolorumq; cruciatum admiſcuiſſe Satanam,late perſequitur Origenes, *Nullum* (inquit) *dereliquit ſupplicium, neq; pœnam,neq; dolorem,putredinem, vermes, oſsium diuiſionem,neruorum fatigationem,membrorum debilitationem, atque totius carnalis compaginis paſsionem,atq; dolorem: iacere non poterat,ſedere non valebat,* &c. Proſper de præ dict.p.1.c.22.deſcribit hominem, putrefactã totius corporis compagine, omnibus artubus ſolutis.idque ratio manifeſta probat,nam eadem prauorum humorum diſturbatio, & pugna, aut ſanguinis corruptio in diuerſis corporis partibus, quorum temperies diſsimilaris eſt,apta etiam atque potens fuit efficere morbos diuerſos, quod eleganter docuit Hippocrates lib.de flatibus: *Morborum*(inquit) *omnium vnus & idem modus eſt.locus vero ipſe eorum differentiam facit,quare videntur quidem morbos inter ſe nihil ſimile habere,propter diuerſitatem ſiue ſitum locorum, cum ſit tamen vna morborum & ſpecies, & cauſſa quoq; eadem.* Idq; ſignificari videtur,illis verbis, *a planta pedis,vſq; ad verticem eius*, ſingula videlicet membra,ſingulis atq;peculiaribus morbis infeſtata fuiſſe.tum etiam quia non eodem morbi genere,caro,cutis,oſſa, viſcera laborare poſſunt Dæmon verò non ſolum *carnem* molliorẽ percutiendãm popoſcit, ſed *oſſa* etiam & firmiores,atq; ſolidiores quæcumque corporis partes contundendas,& debilitandas, & quidem licet Galenus aduerſus Archigenẽ diſputans neget vel credibile,vel poſsibile eſſe,vt vnus homo omnes ſui corporis partes affectas habeat,& ſingularum partium affectus fuerit expertus;hoc, inquam, licet verum ſit in his quæ naturæ modum, & morem ſequuntur, tamen in Iobi morbis,qui præter omnem naturæ conſuetudinem inflicti ſunt, aliter exiſtimandum eſt. Hinc eſt, vt cum omni ex parte doleret,atque membris omnibus ſentiret ſe pungi, non vnâ tantùm lanceá petitum, ſed multis transfixum, & lancearijs vndique obſeſſum conquereretur. ca.16. *Circundedit me lanceis ſuis.* multis etiam ſagittarijs corpus ſuum propoſitum eſſe, tanquam ſcopum configendum crebris ictibus. *Poſuit me ſibi quaſi in ſignũ*, pluribusque ſagittis ſuſceptis, aculeisque dolorum penitùs infixis, horridum quendam erinaceum; *Quoniam* (inquit) *ſagittæ Domini in me ſunt.* Eandem vero corporis partem pluribus

1. Cum vlcere admiſti cruciatus omnes.

Origenes.

D. Proſper.

Hippocrates.

Eandem materiam diuerſis mẽbris diuerſam morbũ efficere.

Galenus lib. 2. de loc. aff. cap.7.

Iob.16. 13.

etiam morbis, vt dicunt, complicatis affectam fuiſſe, non ſolum ex dæmonis ſæuitia & arte nocēdi ſuſpicari, ſed ex ipſo Iobi teſtimonio, cognoſcere poſſumus, cap. 16. *Conciſit* (inquit) *me vulnere ſuper vulnus.* qua dicendi forma aliquando etiam Hippocrates vſus eſt, cùm lib. 1. de morbis ait. *Quæcunque neceſſitatem habent, vt ſiant in morbis ac vulneribus mala ſupra mala, ea vbi ſiunt, in medicum culpam reijcimus, & neceſſitatem talia fieri cogentem, non agnoſcunt.* Sed Iobi *vulnus ſuper vulnus*, & mala ſupra mala nō in medicum, ſed in ſalutis hoſtem ſæuiſsimum referenda. Illa autem morborum & dolorum in eadem parte incurſio, ad grauiſsimam plagam, & percuſsionem pertinet, cùm ſcriptum ſit: *Super quo percutiam vos vltrà addētes præuaricationem?* id eſt, cùm nulla corporis pars vacet ſuâ plagâ, nouis verberibus nullus videtur relictus locus: ſed tamen nunc in Iobo vulnus vnum, atque liuorem, alterius ſuſcipiendi idoneum locum eſſe ſæuiſsimus carnifex exiſtimauit, *Conſcindens vulnere ſuper vulnus* ad efficiendum dolorem acerbiſsimum.

Iob.16.14. *Hippocrates.* *Iſai. 1. 5.* *Iob.16.14.*

2. Atrabilis idonea materia plurimorum, & grauiſsimorum morborum.

Multis autem atq; grauiſsimis morbis materiam idoneam comparâſſe Dæmonem, exiſtimare oportet. illa inter reliquos humores noxios cùm modum excedūt, atra bilis eſt, vlceribus peſsimis, lepræ, elephantiaſi, mærorибus, vermibus, tumoribus, interdum etiam pleuritidi, alijsq; præſentaneis malis efficiendis idonea.

3. Contrarios morbos fuiſſe in Iob.

Tandem non ſolùm plures ijdemq; diuerſi, ſed planè contrarij morbi in Iobo fuiſſe exiſtimandi ſunt. qui enim ex communi naturæ lege, ſimul in humano corpore inueniri nunquam potuerunt, vel quòd ex cauſis contrarijs oriantur, vel quòd vnus morbus alteri ſoleat eſſe medicina, aut aliâ ratione repugnare ſimul in Iobo, procurati, & effecti ſunt a Dæmone impediente vnius partis actionem in aliam, aut praui humoris fluxum concitante vel prohibente; aut actiua paſsiuis coniungēte, aut remouente. Ex multis vnum in præſentiarum exemplum ſit, Ignis ſacer, & ardentes Herpetes, quibus exuritur caro, & velut carbo nigricat: ex quibus, non modò vermes, aut beſtiolæ aliæ naturaliter gigni nō poſſent, ſed ſi geniti eſſent, neceſſariò interirent, & exurerentur; & tamen ardebat totus, ſimulq; fœdi humoris copiâ profluente, ſcatebat vermibus, & exuſtus ſanie manabat.

4. Lingua excepta. Simile.

Iob.10.20.

Vnam ex omnibus membris linguam communi vlcere & plagâ exceptam hoſtis ſeruauit, quòd ex verbis Iobi victoriam ſibi de illo polliceretur; rem hanc tetigiſſe Iob ipſe videtur, cum cap. 10. ait. *Derelicta ſunt labia tantummodo,* &c. de quo ibi nos. & quidē ſicut aqua ducta ex aliquo fonte, intra anguſtos canales contenta & preſſa, ſi ex vna tantùm parte poteſtatem effluendi habet, nulla vero alia habeat diuerticula, aut rimulas per quas diffluat, vehementiùs erumpit, & altiùs conſurgit; ſic cum morbis partes omnes alias corporis Dęmon obſtruxit, & commodas vitæ actiones impediuit, id curare viſus eſt, vt per os, & linguam, quæ ſola libera manebat totus difflueret, & contumeliis [illegible] verbis aduerſus cælum, & [illegible] efferretur. Et vero mihi certum, quod aduerſarius linguam non tetigerit, cum qua illi cognatio eſt, & germanitas quædam. nam ille ſerpens eſt venenatus; at lingua, nam ſerpentem quoque eſſe illam apud Iacobum notæ probant, *Lingua modicum quidem membrum* [illegible] *iniquitatis, quam nullus hominum domare poteſt, inquietum malum, plena veneno mortifero.*

Linguæ cum ſerpete cognatio.

Iac.3.5.6.7.8.

SECTIO II.

Morbis deſperatis, atque mortiferis affectum IOB fuiſſe.

1. *Iob inſanabilibus morbis affectum fuiſſe.*
2. *Morbos quoque letales habuiſſe. Refellitur Caietanus. Morborum letalium alia differentia.*
3. *Facies Hippocratica in Iob, alia etiam ſigna letalia in fronte & oculis.*
4. *Iob fuiſſe martyrem, & quid ſufficere videatur ad rationem martyrij.*

1.

CVm non ſit eadem morbi inſanabilis, aut mortiferi ratio, vtrumque ſigillatim explicandum eſt. Et primò quidem inſanabilibus morbis affectum fuiſſe Iobum Origenes his verbis explicat, *Percuſsit* (inquit) *inſanabili plaga, in qua ſuperflua erat omnis medicorum peritia, atque ſapientia. Sicut enim nullum argumentum illuminare poterat tenebroſam atque lamentabilem Aegyptiorum noctem, ita nulla medicamina curare poterāt ſæuiſsimam illam Diaboli plagam.* Galenus quidem docet, quod leproſum iam eſt, nullam curationem habere. meminit etiam ex Andromacho deſperatorum vlcerum, his cùm laboraſſe credatur Iob, inſanabilia fuiſſe credendum eſt, atque ex eo genere, quæ à Galeno maligna vlcera vocantur, de quo plura ſtatim.

Origenes. Iob habuit inſanabiles morbos.

Galen. de compoſ. medic. per genera lib. 6. ca. 2. ibidē. c. 9. & lib. 4. de method. med.

2. An morbos letales paſſus ſit Iob?

Sed difficilius, an habuerit morbos, & vlcera maligna, ſimulq; mortifera? Morborum differentias, dubitatio hæc poſtulare videtur; & cùm ex nouem illis, quas Hippocrates numerat, & Galenus in medicis finitionibus explicat; Exitialis morbus ſit ille, qui prorſus exitium affert, vel breui, vel in plurimo tempore; Caietanus, in vniuerſum affirmat, illis verbis, *animam illius ſerua*, prohibitum eſſe Dæmonem lætalem morbum Iobo inferre; *Quia* (inquit) *ſi ægritudo mortalis illata fuiſſet, non fuiſſet ſeruata cum vita.* Rem hanc tetigit quoq. Chryſ. cuius ſententia cùm non omnino clara ſit, ſed exiſtimo tamen contrariam eſſe Caietano: aſfirmat. n. Dæmonem tantùm prohibitum eſſe, ne vitam auferret, quàuis mortiferos illi, pro permiſſa ſibi poteſtate morbos inferret. *Quia* (inquit) *veriſimile erat, Diabolum Iobo tanta perturbatione valetudinem fore infeſtum, vt idem morbus ad corporis ſatis eſſet interitum, idcirco obſerua* (inquit) *ne quid in vita ratibe patiatur.* Eò etiā pertinet, quod Athan. in Apologet. de fuga ſua, *Qui in fuga* (inquit) *moritur, non inglorius moritur: ac proinde Iob magnus eſt habitus, quòd viuus tot & tantas ærumnas tolerauit, quarum nullum omnino ſenſum percepiſſet, ſi mortem ſibi conſciuiſſet.*

Hippocrat. de nat. human. & lib. 1. de morb. *Galenus.*

Caietani ſententia non habuiſſe Iob letales morbos.

Chryſoſt.

Athanaſ.

Quæ Dæmõ prohib tus fuerit circa valetudinem & corpus Iobi.

Ego in hac re ſic ſtatuo, Primò, prohibitum eſſe Dæmonem, ne in Iobum irrueret, & per manifeſtam vim occideret. Secundo prohibitum eſſe, ne partes principes corporis, in quibus ſunt vitæ functiones neceſſariæ, videlicet cor, aut cerebrum, ita afficeret, vt neceſſariò inde mors ſequeretur; videlicet ſi copia venenati humoris in cor influeret, aut tumor vel phlegmó in eo fieret, quẽ nulla ratióe cor poteſt ſuſtinere. Tertiò, permiſſum eſſe, vt eos omnes morbos efficeret, qui ex ſpecie aut poteſtate, malignitateve ſua exitiales eſſent, ſed tamen non neceſſariò peremptorij ſunt: exitiales enim illi dicuntur non, qui ſemper, ſed, qui magna ex parte interimunt: quòd ſi etiã naturaliter mortem adferrent, poſſet tamen illos Dæmon cohibere, ne cor inuaderent, aut principem aliquam corporis partẽ ſua grauitate & virulẽtia opprimerent, videlicet locali ſeparatione, aut coniunctione humorũ, aut ſanguinis. Habuit itaq; morbos ex ſpecie & ratione ſua acutos, & qui alijs breui dierum periodo exitium afferre ſolent; vt ſi pleuritidem dicas, aut febres ardentes; anginam, fauciumq; phlegmonem; tum etiã, quos diuturnos appellant, tabem renum morbum, marcorem: Malignôs, & periculoſos, exitiales deniq;, non ſolùm quod, qui per ſe leues & eualorij eſſent, coniuncti ſimul internecionem efficere poſſent; ſed quod per ſe, quiuis, mortifer eſſet. deniq; non ſolùm, vt medici dicunt, imagine magnos, quale vlcus erat, multum ſpatij, (id eſt) totum corpus occupans, ſed etiã re ipſa, & effectu grauiſsimos, videlicet neruorum, muſculorum, aliarumque partium internarum contuſionem atque dolorem. Res hæc clariſsima eſt audienti Iobi quærimonias, & deſperatorum morborum enumerationem, deprecationem mortis; tædium vitæ. illud etiam crebro repetit, ſe tatis doloribus & morbis ſuſtinendis non eſſe parem; *Quæ eſt enim* (inquit) *fortitudo mea, vt ſuſtineam?* nihil ſibi ſpei ad vitam ex plaga grauiſsima relictum eſſe. *Dies mei conſumpti ſunt abſque vlla ſpe.* & iterũ, *Deſperaui, nequaquam vltrà iam viuam* valde ſibi exiguum vitæ ſpatium concedi. *Si manè me quæſieris, non ſubſiſtam.* &, *Numquid paucitas dierum meorum finietur breui?* & *Spiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & ſolùm mihi ſupereſt ſepulchrum.* Quod ſi etiam medicorum iudicium conſulere libet, certè Hippocrates ſcribit, *In acutis febribus conuulſiones, & circa viſcera dolores fortes, malum.* Viſceribus autem doluiſſe, & æſtuáſſe febri, ex ipſius Iobi teſtimonio paulo poſt videbimus. rurſus idem docet, *in febribus ex ſomnis timores, vel conuulſiones, malum.* Iob verò ſic conqueritur: *Terrebis me per ſomnia, & per viſiones horrore concuties.* eò vero aphoriſm. loco hæc ſcribit Galenus; *Sanè nos ſæpè vidimus in morbis exitialibus, & timores, & labores, & conuulſiones ex ſomno fieri.* de quo ſtatim quędam alia. Quid quod etiam ſumma inteſtinorũ difficultate laboraſſe, conſtat ex illo: *Effudit in terram viſcera mea.* atque illam ex atra bili prouenifſe, quæ communem omnibus his materiam ſubminiſtraſſe videtur, verofimile eſt. de hac vero ſic ſtatuit Medicina: *Difficultas inteſtinorum, ſi ab atra bili inceperit, letalis eſt.*

Morbi letales ſed non neceſſariò peremptorij in Iob.

Enumeratio ſpecierum morborum in genere quibus Iob laborauit.

Galen. in finit. med.

Iob. 16. 11.

Iob. 6. 7. & 16. 21.

Iob. 10. 20.

Iob. 17. 1.

Hippo. 4. aph. 66. & 67.

Iob. 7. 14.

Hippocrates. lib. 4. aphor. 24.

Tandem ſi ex facie prognoſticum faciendũ eſt, & ducenda veriſsima coniectura, fuerintne morbi letales, necne, eum certe faciem Hippocraticam habuiſſe comperiemus. ſic.n. iubetur Medicus vultum ægroti conſiderare, ſitne ſimilis bene valentium, potiſsimum ſui, ita enim optimus erit: ſi verò quàm maxime contrarius ſimili ſit, horrendiſsimus eſt: addit eo loco Gal. contrarium vultum ſimili eſſe, qui nequaquam nobis ſit familiaris: Quis verò ignorat, Iobum ita deformatum extitiſſe, vt ſui diſsimili vultu, & nequaquam eius amicis familiari extiterit, vt cum eum vidiſsẽt, non agnouerint? *Deinde cutis circa frontem dura, tutenta, arida; & color totius vultus virens, aut niger;* nigrum autem eſſe peſsimum, eo loco Gal. docet. eoq; vultum reddi exitioſum, & cadauerinum. hæc in ſe fuiſſe, teſtis eſt Iob. cap. 7. *Cutis mea aruit & contracta eſt.* cap. 30. *Cutis mea denigrata eſt, ſuper me.* Illa præterea exitialis ex oculis nota eſt, *ſi ſublimes* (id eſt inſtabiles & ſubinde commoti) *tumidive oculi ſint, aut ſi peruertantur, aut nolentes illachrument.* nonne hoc illud eſt, *Facies mea, intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt?* nonne illud ad *ſublimes & peruerſos* oculos pertinet, *Quid te eleuat cor tuum, & quaſi magna cogitans attonitos habes oculos?* Denique reſpirandi difficultas, non niſi mortem prænuntiare poterat. Sed iam ad ſingula veniendum eſt.

3\. Facies Hippocratica in Iob.

Hippo. 1. Prog. 5.

Iob. 2. 12.

Prog. 7.

Alia in Iob letalia indicia.

Iob 7. 5.

Iob. 30. 30.

Prog. . 0.

Iob. 16. 17.

Iob. 15. 12.

Hinc colligitur, dignum eſſe virum patientiſsimum Iob, qui inter martyres numeretur: nam, vt quidam docti Theologi exiſtimant, ſufficit ad martyrium, accepiſſe vulnera letalia, ex quibus naturaliter mors ſequeretur, niſi miraculum, aut alia quæcunque ratio obſtaret, ſicut etiam propter Virginis ſanctiſsimæ incredibiles compatientis dolores. nõ ſolum martyr, ſed pluſquam martyr, prædicatur ab Anſelmo, Sophronio, Bernardo, Ildefonſ. Tũ etiam, quia, vt Chryſ. dixit in Pſal. 127. *Patientia eſt, quæ martyres facit.* &, quod difficillimum eſſe iudicat, in medijs doloribus, qui ad blaſphemandum, & ad iraſcendum impellunt, ita ſe continere, vt nihil indecorum & inhoneſtum dicatur. *hoc* (inquit) *facit martyrem.* Quare tum hoc loco vocat Iobum martyrem, tum etiam hom. 1. in 2. ad Cor. 1. quod ſexcentis martyrib. grauiora paſſus fuerit, & per omnia rerũ genera luctatus palmam obtinuerit; per opes, per liberos, per corpus, per vxorem, per ſeruos, per amicos, per hoſtes, per famem, per inſomnia, per fœtorem, hom. vero 25. ad populũ Antiochen. non cum vno tantùm martyre comparat, ſed cum infinitis.

4\. *Iob martyr.*

Figuer.

Beatiſsima virgo martyr.

Chryſoſt. Patientia martyres facit.

Iob per omnia rerum genera luctatus.

SECTIO III.

Vlcus peſſimum. Phagædęna. Ignis ſacer. Eriſipelas. Cancer. Animi deliquium.

1\. *Quale Vlcus Iobi. & quid propriè ſignificet ex Heb. & Græco. Aegyptiorũ Vlcerũ ex Philone deſcriptio*

2\. *Vnde prouenerit vt à planta pedis vſque ad verticem vlceroſus fuerit, & quid Vlcus peſſimum, ſiue malignum.*

3\. *Quæ aliæ prauæ affectiones cum Vlcere peſſimo coniunctæ.*

1. HOc vlcus in fonte eſt, *Sechin*, & ſimili
שחין modo vertitur à vulgato, Exod. 9. *Vlcera,*
Exod. 9.10. *& veſicæ turgentes.* Septuag. *Vlcera veſicæ efferueſ-*
LXX. *centes.* Pagnin. *Germinans inflationes.* Tygurina. *A*
Pagnin. *poſtema generans vlcera.* Vatab. *Scabies producens pu-*
Tygur. *ſtulas, vel, veſicas turgentes.* Eadem voce mentio
Deut. 18. 27. huius vlceris fit Deut. 28. *Percutiet te Dominus vl-*
φλυκταίνας *cere Aegypti, & partem corporis, per quam ſtercora e-*
geruntur ſcabie quoq; & prurigine, ita vt curari nequeas.
Philo. 1. de vita Moyſ. hæc vlcera *phlyctenas* vo-
Hippocrates. cat, eſt autem Hippocrati *phlyctena* eruptio in
cute ex ſuperfluo humore, aut tumor ſiue tu-
berculum in cute ex adustione. Alij ardorem,
alij inflammationem vertunt illam vocem,
Sechin. Illa ergo videtur eſſe propria ſignifica-
tio, vt ſit vlcus, & apoſtema ex ardore proue-
R. Mardoch. niens feruentis & acerrimi humoris. R. Mar-
R. Dauid. dochai ait eſſe *vlcus proueniens ex caliditate.* addit
מכוה vero R. Dauid non eſſe vlcus proueniens ex
vero igne, nam hoc alio nomine dicitur *Mecua,*
id eſt, combuſtio, videlicet puſtula, aut tumor
ex vera ignis aduſtione proueniens. quod au-
tem illud vlcus ardens ſit, manifeſte indicatur,
in Exod. voluit enim Deus fieri conſperſione
ardentis cineris, quaſi præmiſſo eiuſdem na-
Exo. 9. 8. & 9. turæ & qualitatis ſigno: *Et dixit Dominus ad Moy-*
ſen, & Aaron, tollite plenas manus cineris de camino,
& ſpargat illum Moyſes in cœlum coram Pharaone, ſitq;
puluis ſuper omnem terram Aegypti, erunt enim in ho-
minibus & in iumentis vlcera & veſicæ turgentes. quę
Philo. qualia fuerint, accurate deſcripſit Philo. lib.
Quale Aegyptiacus. 1. de vita Moyſis: *iactatis in aerem, moxque pulu*
exceptatus, & longè lateq; diſperſus hominibus, brutiſq;
dira, per totam cutem infeſta vlcera, carnibus ſimul in-
tumeſcentibus, & fœdis puſtulis ſcatentibus, ac ſi ſuccen-
ſæ clam efferueſcerent. quo eruptu ſicut par erat: in ex
ulceratione ac inflammatione, oppreſſi, non minus animo
laborabant, quam corpore miſere vexati doloribus: vide-
batur enim vnum vlcus a vertice vſque ad imos pedes,
his, quæ membratim ſparſa erant, continua ſerpigine in v-
num coeuntibus. Sic Philo. Ferè eadem de vlcere
Chryſoſt. Iob. Chryſoſt. *Perfecit* (inquit) *vt vlcus eſſet vnum*
vnaque plaga corpus eius vniuerſum. Quod vlcus, nō
Origenes. vlcera dicantur, ſic ponderat Origen. *Propterea*
(inquit) *vna plaga memoratur, quia totum corpus &*
omnia eius membra vno contexit vlcere, atque ad vnum
conuertit dolorem.

2. Potuit autem hoc genus luis ſerpere per to-
tum corpus, *à planta pedis vſque ad verticem capitis,*
quia id genus puſtularum aut veſicularum à
feruentibus & acerrimis humoribus ortæ, to-
to corpore naſcuntur, vt inter alios Gorræus
Gorræus. tradit, atque adeo etiam in oculi membrana
cornea, quæ primùm veſicæ in morem attolli-
tur ab acri quodam humore, deinde verò ex-
coriatur, & oculum purulentum reddit. Sed
non eſſe cutanea tantum vlcera, ſed profun-
Græci in Catena. diora, & ſinuoſa Græci explicatius tradunt. in
primiſq; Chryſ. dicit corpus eius plagis per-
Chryſoſt. foratum; fuiſſeque vlcera vermium fontes, &
tabifici humoris riuulos. Quare ex illo gene-
Gal. de tumor. præter. natur. cap. 13. re fuiſſe videtur, quod Gal. Phagædænam ap-
pellat, quæ carnem, quæ circum eſt perrodit,
& depaſcitur, & circumiectum habet tumo-
rem: nam huiuſmodi vlcus in quacumq; cor-
poris parte inueniri poteſt. Chironia, & Tele-
phia à medicis appellantur; à Chirone, qui ea
Gal. in Med. cap. 16. vlcera aliquando ſanauit, & à Telepho, qui
Galen. lib. 2. method. illis affectus fuit, vt autor eſt Gal. communi
nomine *Cacoethe* dicuntur, (id eſt,) maligna. Ma-
lignum autem vlcus ipſum eſt, quod hic dici-
Vlcus peſſimum malignumve. tur *peſſimum*, & in Originali, *malum*, Septuagin-
LXX. ta vero *malignum etiam vlcus* dixerunt. hæc ſunt
contumacia, rebellia diuturna. ea verò qui-
bus Iob laborauit eiuſmodi fuiſſe, ardor, pru-
rigo, inflatio, ſanies, virulentia, exæſio carniū,
fœtor, denigratio aperte teſtantur. indicant
præterea magnam fuiſſe partium ſubiecta-
rum intemperiem, affluentiam corrupti ſan-
guinis, vlcerum labra dura, & calloſa, cæcos
ſinus & cauitates, è quibus ægre excerni, &
purgari poſſet ſanies, & ichores, qui detenti
exædunt, & mordent quæ omnia cum ſanitati
Auic. 4. 4. repugnant, tum vero illud quod abditum eſt,
tract. 3. ca. 10. & in ſtatibus peſtilentibus inuenit. ſolere A-
vicenna tradit, contumacioris malignitatis
cauſſam, in Iobi corpore Dæmon effecerit.

3. Cum hoc vlcere ardenti verſimile eſt, cō-
iunctum fuiſſe Ignem ſacrum, quem vulgo ap-
pellant, *Fuego de S. Anton*, qualis in ſtatu peſti-
lenti gigni ſolet, vt 3. lib. de morbis vulgarib.
Hippoc. auctor eſt Hippo. atque eo loco. 3. part. ſenten.
Galen. 9. Galen. explicat: nam eum ſacrum ignem
(præſertim cum perfectus non eſt, neque par-
tem corporis penitus vitiauit) plerumque co-
mitabantur febres ardentes, cibi faſtidium,
alui turbatæ, ſitis, tabes, faucium vlcera, vox
vitiata, vlcerum fluxio, multa & varia, tuber-
Eriſipelas. cula, magnæ inflammationes, oſſium denuda-
tio; quæ in Iobo ſingula fuiſſe mox conſtabit.

Cancer. Potuit etiam vel omnia, vel aliqua vlcera
Eriſepelas comitari, atque ardētes & dolori-
fici tumores, ſiue potius Cancer, qui ab atra
bili fit, qui per totum corpus ſerperet, & ple-
num redderet tuberoſitatibus, neque mirum.
nam ſimilia eſſe illa omnia vlcera, quæ ſunt
putredini obnoxia, & difficulter ad cicatricē
perducuntur, videlicet, cācroſa, Chironia, Te-
Galenus. lephia, & Phagædænica, Gal. docet. 5. aph. 22.

Animi deliquium. Cum his quoq; neceſſe fuit frequēs animi
deliquium coniungi, cum ex medicinę regula
Galen. li. 1. ad Glauc. ca. 14. hęc omnia ſint defectus animi cauſſa, & vita-
lis roboris diſſolutio, maligna in articulis vl-
cera; omniaque gangrænoſa, & depaſcentia;
atq; illud Iob ipſe indicat, cùm crebro repetit,
Attenuari ſibi ſpiritum, mortem inſtare, cordis &
totius corporis vires deficere. c. 17. v. 1. & c. 7.
v. 8. & 21. & alijs locis frequenter.

SECTIO IV.

Lepra. Scabies. Elephantiaſis. Pruritus.

1\. *Lepra cum vlcere coniuncta, & cum ſcabie, & pruritu*

Iob leproſus. Tangendi verbum ad lepram referri.
2. *Iobum laboraſſe Elephantiaſi. illius deſcriptio ex Plinio Iobo conuenient.*
3. *Regibus Aegypti, fortè etiam Arabibus, & Huſitis peculiare illud malum.*

1. Lepra cum vlcere coniuncta.

Galo. de tumoribus præter naturam. cap. 13. 14.

Iob leproſus. *Auguſtin.*

Illud vlcus, quod, *Schin*, in Hebræo dicitur, cum *Lepra* coniungitur, Leuit. 13. 18. 19 23. & Deut. 28. cum *ſcabie & prurigine*; ſed nõ dicitur eſſe ipſa lepra, aut ſcabies, ſed ex eadem lepræ cauſſa prouenìens. ſic etiam Galen. hæc omnia coniungit, Phagædenã, ſcabiem, leprã, elephantiaſim: & ſcabiem atque lepram, eſſe melancholicos affectus ſolius cutis; quòd ſi in venis & carne fiant, Cancrum nominari. Leproſum autem Iobum fuiſſe ſcribit Augu. ſermon. 32. ad fratres in eremo. dicere ergo poſſumus laboráſſe Iobum non lepra tantum cutanea, ſed lepræ genere moleſtiſsimo, & peſſimo: quale Greg. deſcribit hom. 39. in Euang. *Quid* (inquit) *in humana carne abiectius carne leproſi, quæ tumeſcentibus vulneribus ſcinditur, & exhalantibus fætoribus impletur?* Inter alios autem morbos hunc fuiſſe à Dæmone expetitum, intelligere licet ex illo verbo, *tangendi*, quod in fonte eſt, *Nagagh*, & ad lepræ plagam frequẽter accommodatur. vt Iſaiæ. 53. cùm Chriſtus Dominus in paſsione ſub leproſi typo deſcribitur, eã circumlocutione, *Quaſi abſconditus vultus eius.* iubebatur enim leproſus, *os veſtimento contegere*, & vultum abſcondere. infrà additur, *Reputauimus eum quaſi leproſum*, Heb. *tactum*, vel *percuſſum à Deo*. & 2. Paral. 16. *Cùm orta eſt lepra in fronte Oziæ regis, territus ſenſit illico plagam Domini.* prop. percuſsionem, aut tactum.

נגע
Tangere ad lepram pertinere.
Iſa. 53. 3.
Leuit. 13. 45.
2. Paral. 26. 19. & 20.

2. Elephantiaſis.
Chryſoſt.
Appoll.
Philip.
Beda.
Galenus.

Illam autem fuiſſe etiam Elephantiaſim, aut cum vlcere hanc quoq; coniunctam fuiſſe, auctores ſunt Chryſoſt. Appol. Philip. Beda. quod lepræ genus infeſtum, non ſolum cutem, ſed carnem etiam depaſcitur. & elephãtiacis nonnullis vlcera cõtingere Gal. auctor eſt. reddit autem hic morbus corporis cutem & carnem nigram, qualem elephantus habet. Hanc affectionem Satyriaſmon nominari docet Gal. loco indicato, quòd, qui ea laborant, Satyris fiant vultu ſimiles. & lib. de cauſſis morb. cap. 7. ait. Elephantem morbum manifeſtè figuram immutare; reſimatur enim naſus, & labra craſſa fiũt, & aures extenuantur, atque Satyrorum effigiem præ ſe ferunt. vnde Gordonius non eſt auſus indicare ægrotum quendam elephanticum, cui articuli ferè omnes deciderant; quoniam nulla habuit in facie immutati coloris, aut deformitatis ſigna. Propterea Plin. lib. 26. cap. 1. ex his notis hunc morbum deſcribit; à facie ſæpiùs incipere, & primùm in nare, mox inualeſcere per totum corpus; maculoſum, varijs coloribus, & inæquali cute, alibi craſſa, alibi tenui, dura, ceu ſcabie aſpera: ad poſtremum verò nigreſcente, & ad oſſa carnes apprimente; intumeſcentibus digitis in pedibus, manibusq;. Aegyptijs peculiare hoc malum fuiſſe, & Reges quoque eo laborare ſolitos, eodem loco idem Plin. auctor eſt. quæ omnia rectè cõueniunt cum his, quæ Iobus de ſe ipſo teſtatur; an denigratam cutem deplorat, c. 30. v. 30. cutis duritiem, & aſperitatem rugarum c. 16. v. 16. omnẽ pulchritudinem cutis deuoratam & conſumptã c. 18. v. 13. ad oſſa carnes appreſſas, videlicèt in quibuſdam corporis partib. depreſsioribus, & conſumptis carnibus pelli oſſa adhæſiſſe. cap. 19. v. 20. reſimatum naſum, & immutatam figuram. cùm illum amici non agnoſcebant. ca. 2. v. 1. pedes tumentes cùm ait poſitos in neruo pedes, cap. 13. v. 27. labra craſsiora, cum abſumptis reliquis partibus, ſola circa dentes labra relicta eſſe dicit, cap. 19. v. 20. Hunc vero morbum non carnem ſolùm, ſed oſſa etiam peruadere, & vniuerſas corporis partes opplere prauo & atrabiliario humore, & ſanguine quodam plumbeo noxioque ſucco Fernelius docet. quod etiam in Iobo fuiſſe res ipſa oſtẽdit, cùm Dæmon percutienda depopoſcerit non ſolum carnes, ſed oſſa etiã. addit præterea illa elephantiaſis ſigna, quæ in Iobo fuiſſe diſertis verbis traditum eſt, grauis halitus, difficilis reſpiratiõ, carnis abſumptio, muſculorũ tabes, ſomnia moleſtiſsima, mæror, incubi, & anxietas. & illa etiam, quę in Iobo etiam fuiſſe exiſtimare licet, defluuium capillorum ex mento, cilijs, palpebris, digiti hiſcentes præ ſiccitate, vngues fiſſi, & dilacerati, cùm teſta ſaniẽ radere cæpit. de quo cum de ſanie, & teſta dixerimus. Atq; illud etiam rem hanc confirmat, quod veriſimile ſit, ſicut in Aegypto, ita etiam in Arabia, & Syria, hunc morbũ familiarem fuiſſe; atque voluiſſe Dæmonem eo morbo; quo Reges alij ſuperbientes ſolebãt à Deo puniri, Regem ſanctiſsimum affligere. & cruciare huiuſmodi lepram illam Conſtantini fuiſſe vel ex verbis Plinij rectè colligit in ſuis annalibus Baronius. nam humano ſanguine regum elephãtiaſin curari ſcripſit Plin.; Conſtantinum autem ſuæ lepræ ex puerorum ſanguine balneum parari iuſſiſſe, memoriæ proditum eſt.

Elephantiaſis Aegyptijs, & Regibus peculiaris. *Plin.*

Ioan. Fernelius lib. 6. de partium morbis.

Infra c. 3.

Baronius. *Plinius.*

SECTIO V.

Lues venerea. Arthritis, ſeu articularis dolor.

1. *Iobum laboraſſe morbo Gallico quorundam ſententia, & coniectura.*
2. *Iobum non potuiſſe affici eo malo aliorum ſententia.*
3. *Difficultatis ſolutio ſtatuitur.*
4. *Quo tempore in Hiſpania cæperit morbus Gallicus. huius cum Elephantiaſi cognatio.*
5. *Podagra, Chiragra, Iſchiade, & totius corporis articulari morbo doluiſſe.*

1. *Vatabl.* *Cypri. Ciſterc.*

Vatablus, quem Cyprianus Ciſtercienſis ſequitur, aut elephantiaſim, aut verò ſcabiem, quam vocant, Indicam, morbumve gallicum fuiſſe exiſtimat vlcus illud peſſimum: eumq; ſignificari voce originali; ratio eam Vatabli coniecturam confirmare videtur. nam ex medicorum iudicio is affectus contagioſus cum vlcere, aut immani cruciatu varijs locis emergit, ac ſæpè extuberat, in corpus omne ſpargitur, & non ſolùm carnem, ſed partes etiam ſolidas peruagatur, vniuerſamque corporis ſubſtantiam peruertit. Rectè

itaque

itaque dicetur, qui tantâ peſte laborat, à planta pedis vſque ad verticem dolere. nam oſſa vitiantur, & nerui, vincula, tendones, maligna excrementa, in oſsiũ iuncturas ſe inſinuât, & efficiunt cruciatus implacabiles, qui noctu ferè ingraueſcunt; conficitur corpus doloribus, vigilijs, dirâ tabe. quæ omnia in Iobo reperiri non difficilè fuerit demonſtrare: *Nocte* (inquit) *os meum perforatur doloribus.* & vniuerſam corporis ſubſtantiam à recto ſtatu dimouere voluiſſe aduerſarium veroſimile eſt; atq; ea etiam ratione, & morbo fœdiſsimo, qui cũ ſcortatorum, & turpiſsimorum hominũ flagellum ſit, viro ſanctiſsimo & honeſtiſsimo, ignominioſiſsimus, & acerbiſsimus exiſteret: ita vt non incommodè in hác rem quadret illud Sophar ſcomma: *Oſſa eius implebuntur vitijs adoleſcentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.*

Iob.30.17.

Iob.20.11.

2. Iobum non potuiſſe affici morbo gallico aliorum ſententia.

Sed alijs minimè placet hunc morbum in Iobum cadere potuiſſe, qui eâ tempeſtate nõdum exiſteret. exiſtimant enim ferè medici omnes ſingulari conſenſu, eſſe morbum noſtræ ætatis proprium, aut propter vitium humanæ licentiæ nouum; aut propter nouum cælorum influxum. Sed medicis quæſtionem illam relinquamus.

3. Quid de quæſtione iſta cenſendum.

Ego de Iobo affirmare audeo, potuiſſe hoc morbo laborare; nam Dæmonis arte, qui humani corporis temperiem, & humorum vim penitus cognoſcebat, potuit ad eiuſmodi intemperiem adduci, vt in malignã illius morbi naturam humores degenerarent, præſertim cùm nunquã non alicubi gẽtium eum morbũ ſemper peruagatum fuiſſe, mihi pro certo habeatur, vel ex ipſa medicorum ratione, ſtatuentium à contagio fieri. nam vel abeundum in infinitum, ita vt nunquam incepiſſe deprehendatur: vel ſine contagio fieri poteſt, diſturbatis humoribus & ad inſignem intemperiẽ adductis. Quòd ſi ea, quæ huius morbi apud noſtrates origo traditur, vera eſt, rem quoque confirmare poteſt. aiunt enim viri docti Huttenus & Manardus cæpiſſe in Valentia Hiſpaniæ Tarraconenſis, quo tẽpore Carolus Francorum Rex expeditionem Italicam parabat; cùm elephantioſus quidam nobilis miles ad nobile ſcortum accederet; quicunque igitur deinde ad mulierem ingreſsi ſunt, eo malo infectos fuiſſe, elephantiaſi in illud degenerante. Igitur Iobi elephantiaſis non longè ab iſta lue abfuit. neque Dæmonis ſæuitia ab illa procuranda.

4. Quo tempore cæperit in Hiſpania morbus Gallicus.
Huttenus lib. de Guaſaco. & Manard. li.7. epiſt. Medic.

Illud rei præcedenti ſimile, ſimile etiam verò eſt Iob laboraſſe podagra; nam eſt cum lue venerea ſua huic morbo cognatio. quapropter Poetæ Græci fecerunt Podagram Bacchi, & Veneris filiam. & quidem lues venerea internodia, id eſt partes artuum intermedias; articularis verò nodos ipſos & articulos occupat. Cum autem Podagram dico, potiſsimum pedes, ſed non tantum illos vexatos, verùm etiam manus, fœmora, & coxas intelligo. Laborauit igitur Chiragra quoque, Iſchiade, & vniuerſi corporis articulorum dolore, prauo humore ſeſe inſinuante inter articulos, & articulorum tendones, ligamenta, membranas. Hunc Græci morbum Arthritim vocant. Signa hæc. 1. quòd vlcus illud peſsimum ex ardore proueniebat, at hoc morbi genus de inflammationum genere eſt ex Medicorum ſententia. 2. quòd pedibus planè ſe laboráſſe teſtatur dicens: *Poſuiſti in neruo pedem meum.* at hic morbus à pedum articulis, calce, aut planta potiſsimum incipit Galeno auctore.

Hipp.6. Aph. & Galen. Paul.lib.3. cap.11.

3. Quod a Satana commouente humores & coniungente actiua paſsiuis potuit facilè prauis humor immitti, & apprimi ad articulorũ iuncturas, & manu Dæmonis exprimi, vt guttatim deſtillaret. cùm ſit è genere fluxionum auctore Galeno, & propterea vulgò gutta appelletur.

Galenus libro 10. de comp. medic. ſec. lõd. loc. cap.1.

4. Quòd ſicut Podagricis euenit, vt manuum & pedum articulis ſua ſede dimoueantur, claudicentque, ita etiam omnium articulorũ vitium deplorare videtur, dicens: *Ad nihilum redacti ſunt omnes artus mei.*

Galenus libro de compoſit. medic. per ge. cap.2. Hipp. Aph. 6. Aph.59.

SECTIO VI.

Vermes. Morbus pedicularis. Aegyptiæ plagæ.

1. *Iob Vermibus ſcatuiſſe Patrum ſententia.*
2. *Vermium tam externorum, tum internorum ſigna in Iob.*
3. *Pedicularis morbus in vermibus & ſerpentibus intellectus. Herodis miſeriæ quales.*
4. *Muſcis atque locuſtis infeſtatus Iob.*
5. *Pedicularis morbus eò Iobo acerbior, quò dignior inſignis improbitatis hominibus.*

VERMES & putredinem vxor ipſius Iob obijcit apud Septuag. cum cap. 2. ait: *Tu in putredine vermium ſedes.* & ipſe Iob indicare videtur cap. 7. & 30. *Qui me comedunt, non dormiunt.* de quo ſic Tertullianus lib. de pat. *Diſſecabatur Diabolus, cùm erumpentes beſtiolas inde in eoſdem ſpecus, & paſtus refoſſæ carnis ludendo reuocaret.* quo loco miratur Pamelius vnde hoc habuerit Tertullianus, cùm non fiat in Iob alia vermium mentio, quàm cap. 17. ſed mirum eſſe nõ debet, quod apud omnes ferè Eccleſiæ patres vulgatum & conſtitutum eſt. Cypria. lib. 3. de bono pat. & Orat de mortalitate. Aug. lib. de pat. cap. 11. Chryoſt. homil. 5. ad pop. Antioch. Proſper. de prædict. 1. part. cap. 22. Baſil. in catena. Olympiod. Suidas in Iob. & illud peculiare ſcripſit Orig. in illos vermes ſe Dæmones vertiſſe. eandemque rem Septuagint. expreſſerunt in illa vxoris oratione. *Tu in putredine vermiũ ſedes,* &c. Et frequenter hoc loco interpretes: Qui illud: *Putredini dixi, pater meus es tu; mater mea & ſoror mea vermibus;* non ſolùm ad futuram cadaueris putredinem, ſed ad præſentem etiam fœdiſsimi morbi ſtatum, & ad vermiculoſa vlcera pertinere exiſtimant; tum etiam ad eos vermiculos, qui in auribus, naribus, crebro generari ſolent oppido infeſti & noxij, rejciuntur enim ſæpè, vt medici docẽt, & experientia conſtat, ex ventriculo, inteſtinis, veſica, dentibus, renibus; quorum ſigna in Iobo reperta fuiſſe facile cõſtabit. quippè illa

1. *LXX. Iob.17.14. & 30. 17.*

Pamelius.

Cyprian. Auguſt. Chryſoſt. Proſp. Baſil. Olympiod. Suid. Orig.

Iacobus Hollerius lib.1. de morb.int. cap.5.

ſunt, quæ Iacobus Hollerius enumerat, febres horrificę, anhelitus fętens, tuſcicula inanis, & ſicca, nauſea, faſtidium: & ſi in ſuperiori ventriculo ſint, chilum conſumendo corpus minuunt & abſumunt; aliquando etiam famē efficiunt, & ſyncopen mordendo. Corporis verò conſumptio, fames, nauſea, grauis ſpiritus, febris in Iobo fuerunt; idque veriſimile eſt, vt totus Iob intùs & extrà ſcateret vermibus ad grauiſsimum cruciatum.

3. An Iob laborauit morbo pediculari.

Gal. de compoſi. medica. ſecundum loc. cap.7.

Iob.30.18.

Forte autem verminatio hæc ad pedicularem morbum referenda erit; niſi vterque ſimul morbus adfuerit, nam hic morbus, quem Græci Pthiriaſim vocant, pediculos non ſolùm in profunda cute capitis, ſed totius etiam corporis, aceruatim gignit. de illorum copia incredibili videtur Iob conqueri. c.30. *In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum, & quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me.* Pediculos autē appellari aliquando vermes, imò & ſerpentes, apud graues ſcriptores compertum eſt. nā Pherecidem præceptorem Pythagoræ morbo pediculari interijſſe prodiderunt Ariſt. Plut. Aelian. At vero Plin. eūdem Pherecidē copia ſerpentum ex eius corpore erūpente expiraſſe ſcribit. idem Apuleius. atq; eaſdem vtroq; nomine beſtiolas intelligi Hier. Mercurialis contendit lib.5. variar lec. c.6. neq; mir ſi cum pediculos huiuſmodi vehementer morſu ſæuientes, animalia tetra Serenus vocet, alij etiā Ferales; atq; adeò etiam per vermes, quib. Herodes conſumptus expirauit Act.13. morbum pedicularem intelligi nonnulli volunt. huc facit quod Phil. Bed. c.6. per ſagittas, quibus ſe configi deplorat Iob, vermes intelligunt, *quos* (inquit) *Diabolus inſtigabat ad comedendum eum, omnemq; corporis eius ſanguinem humoremq; ſugendum, vt ſoluto eſſent moleſtiores.* propterea q; dici, *quarū indignatio ebibit ſpiritum meum.* quod autem neq; ab horum vermiū cruciatu permitteretur liberè loqui, indicant Sept. nam pro eo, quod Vulgatus habet; *Terrores eius militāt cōtra me.* illi legūt: *Cùm incapero loqui ſtimulant me.* Addunt ijdem auctores, pœnas Aegyptias muſcarum, locuſtarumq; paſſum fuiſſe Iob. nam illæ plagæ ſunt *immiſsiones per angelos malos.* Neſcio autem quid peculiare habet; huius pedicularis morbi cruciatus atq; ſupplicium conueniens impietati hominū Dei contemptorum. nam qui diuinitatē ſibi arrogabat impius Herodes, hoc morbo ſublatus & punitus eſt; atq; etiam Pherecidem illum aiūt propterea eo morbo interijſſe diuinitus miſſo, quod in Apollinis templo, in frequentique auditorum corona inſolenter gloriatus eſſet, nulli Deo ſe vnquam ſacrificaſſe; neque ideo minùs ſanum degere, quam qui Ecatombas immolarent. Ergo Deum tam diro morbo, tam grandem contumeliam vindicaſſe. itaque quod ad acerbitatem ſupplicij pertinet, paſſus eſt pijſſimus Iob, quibus impij Athei digni erant.

Pherecides morbo pediculari conſumptus.

Ariſt.5. de hiſt. anima. cap.32.
Plut. in Syl.
Aelia. lib. 4. de varia hiſt. cap.28.
Plin. lib. 7. cap. 51.
Mercurialis.
Serenus.

Herodes morbo pediculari cōſumptus.

Eraſ. in anno.
Philip.
Beda.
LXX.
Iob.6. cap. 4.

4. Iob paſſum fuiſſe Aegyptias plagas.

SECTIO VII.

Viſcera putrida. Renum dolor. Vlcus pulmonum.

1. *Pro viſceribus in Heb. fel, quod Dyſſenteriam facit.*
2. *Quid Teneſmus ex Plin. quid item exinanitio.*
3. *Viſcera pro ſemine. quid effuſa viſcera.*
4. *Renes ad viſcera pertinere. Renum dolor in Iob.*
5.6. *Cum alijs morbis coniunctus grauis halitus.*

1.

Viſcera computruiſſe, & propterea, totū interiùs ſanie fluxiſſe, & languore dyſſenterico laboraſſe, ex eo colligunt Philip. Bed. quod c.16. ait: *Effudit in terram viſcera mea.* quaſi alui fluxibus colliquatibus laborauerit, atque ex bili ardenti, & maligna, ortum habuiſſe colligitur ex ipſa originali voce; nam pro *viſceribus*, eſt in fonte, *fel*; atque ita à medicis ſtatuitur, dyſſenteriam eſſe, cum bilis putris magno impetu, in inteſtinum confluit, & radit pinguia, quæ inteſtino adnata ſunt. Eleganter autem Gal. explicat. 5. de vſu partium. qua ratione vlcera in inteſtinis fieri poſsint, vbi ſenſus acutiſsimus eſt. morbum inſanabilem, & cacro ſimilem dixit ſuper Hippo. & & ex vlcerib. peſsimis, quę Cacoëthes vocantur, cieri docet, ſi ab atra bili incęperit lętalē, frequenter etiam cum Tenaſmo coniungi. Eſt autem Tenaſmus ſeu Teneſmus irritatio inanis, & ſine cauſſa ſurgendi appetitus. vel, vt Plin. lib.28. c.14. definiuit, crebra, & inanis egerendi voluntas. Res omnes cruciatibus, & doloribus grauiſsimis plenæ forte etiam ad illum morbum hoc loco alluſio ſit, qui folliculum fellis aliquando infeſtat, videlicet exinanitionem, ſicut enim cū fel magnopere exuperat, & folliculum diſtendit grauiſsimorū in humano corpore malorum cauſſa eſt, ita ſanè, cum folliculus prorſus exinanitur, dyſſenteriam efficit. Sed ſi viſcera ſignificent partem illam puriſsimi alimenti, ex quo ſemen conficit, fortè erit ſeminis fluxus, qui ex inflāmatione totius corporis conſequi etiam potuit, ex calfactis & exulceratis renibus, inflammatis etiam arterijs, vaſis ſeminarijs vitiatis, & ita apertis, vt continere rectò minime poſſent, quod illi cum dolore citra vllam delectationem contingere potuit. idque veroſimilius fit, quòd Satyriaſmon illum, qui cum elephantiaſi coniunctus eſt. ad præſentem rem nonnulli ex medicis pertinere putant, quaſi id nomen ab illorum laſciuia & libidine deſumptum ſit, cum quo facit, quòd filij viſcera parentum dicantur, vt aliquando diximus, quod ex viſceribus (id eſt) ex ſemine, & interna ſubſtātia deciſa progeniti ſint: *viſcera* autem, & ſemen in terram *effuſa*, id videtur ſignificare, quaſi perdi inutiliter omnis ſobolis & filiorum ſpe ablata. ſicut id Geneſ.38. *Onan ſemen fundebat in terrā, ne liberi fratris nomine naſcerentur.* certè 2. Reg.3. Legis fluxum ſeminis cum lepra coniungi, & pro ingenti ſupplicio proponi; *Non deficiat de domo Ioab fluxum ſeminis ſuſtinens, & leproſus, & tenens fuſum, & cadens gladio, & indigens pane.* pariterq; co-

Philip. Beda.

Viſcera quid

Galen.

Hippoc. Galen. lib 3 de Sym. cauſ.

2. *Teneſmus.*

Exinanitio morbus fellis.

3. Gonorrhæa laboraſſe Iob.

Effundi ſem. quæ inutiliter perditur. Satyriaſmos vnde dicatur.

Geneſ. 38. 9.
2. Reg. 3. 29.

inctu hominum, & tactis interdicitur fluxum ſeminis patiens, atque leproſus. Numer. 5. v. 3. Leuit. 15.

4. Renum dolor.

Accedit proximè Nephriticus renum dolor ex inflammatione quoq; proueniens, qui non ſolum vias vreteres, ſed totum etiam hominem dilacerat ſummo & implacabili cruciatu, vlcera immedicabilia. hūc non obſcurè ſignificauit Iob cap. 16. cum ait: *Circumdedit me lanceis ſuis,* * *conuulnerauit lumbos meos*, non aliter atq; cum medici hunc dolorem palo infixo aſſimilant. & forte etiam renum vlcera, ſub *viſcerum* nomine comprehēdit; nam etiam renes, partem etiam viſcerum quoſdam voluiſſe tradit Galen. Illud etiam à medicis traditur, ipſam corruptam renum ſubſtantiam cruentam & ſanioſam excerni aliquando cum vrina, vt etiam hac ratione intelligi illud poſsit: *Effudit in terram viſcera mea.*

Iob. 16. 15.
* Que parece que le hincauan puñales, y le dauā lançadas.
Renes viſcerum pars.
Galen lib. 3. de ſimpl. medic. facul.
Iob. 16. 16.

5. Internum apoſtema.

In alia quapiam viſcerum parte aut in vniuerſo thorace apoſtema habuiſſe ex cap. 19. Philip. colligit, cum ipſe Iob ait: *Halitum meum horruit vxor mea. Fieri* (inquit) *potuit, quòd apoſtema habuerit in viſceribus, quod totum ventris eius ſinum tenuerit, & inde loquendo odorem fœtidum de purulentia, vt ſimilis vulneris exhalaret.*

Philip.
Iob. 19. 19.

6. Grauis halitus & ſanioſum ſputū.

Cum multis autē morbis, quorum aliquos iam indicauimus, grauis halitus familiaritatem habet. eò etiam pertinet putre ſputum, amarum, aut nigrum, aut ſanioſum, cruentúve, quod ſine ingenti nauſea in ore verſari, aut deglutiri non poſſet; de quo videtur ipſe Iob conqueri cap. 7. *Nec dimittis me, vt glutiam ſaliuā meam.* id quod ſignum eſt pulmonum inflammatorum, aut exulceratorum. quod ſi cum febri coniungatur, & moleſta tuſsi, nihil eſt quod ad phtyſim deſiderari poſsit amplius.

Iob. 7. 19.

SECTIO VIII.

Pleuritis. Linguæ faucium, tonſillarum Phlegmon. Angina. Aſthma.

1. *Pleuritidis in Iob ſigna, ex attenuatione ſpiritus.*
2. *Quid ſit attenuari ſpiritum. & vt ad varios morbos referri poſſit.*
3. *Difficultas tranſmittendi ſaliuam vnde in Iob. varij circa fauces morbi.*
4. *Aſthma in Iob, & veriſimiles coniectura.*

1. Pleuritidis in Iob ſigna.

NOXIVS ignis, quem in Iobi corpore accenderat ille, *Cuius halitus prunas ardere facit*, inflammaſſe etiam, & effeciſſe pleuritidem, quis non credat? ſigna manifeſta in Iobo, ſpirandi difficultas, ſic enim ipſe ait. ca. 17. *Spiritus meus* * *attenuabitur*. quod pleuriticorū proprium eſt, quòd acutiſsimus dolor nō ſinit debita magnitudine inſpirare; illamque ſupplere conantur frequenti ſpiritu. cōſonat ex Hebræo, proprietas verbi *attenuandi*, quod affert diruptionem quandam cum violentia, & dolore pectoris, aut totius corporis niſu; vt eo loco oſtēdemus. Tum etiam olidum illud aut cruentum, quod præ biliota amaritudine deglutire nō poterat, c. 7. niſi forte indicet, nulla reddidiſſe ſputa, cum vehementi dolore & ſpirandi difficultate laboraret quod etiā contingere in laterali dolore, auctor eſt idē Galenus loco indicato, rurſusq. de totius morbi tempore ca. 6. Letale eſſe exiſtimat, ſi in pleuritide vel ſputum impenſe fœtidum ſit, vel nullum omnino.

Iob. 17. 1.
* Que ſe le acortaua el reſucilo.
Galenus. 5. de loc. affec. ca. 3.
2. Attenuare, quid in Sacro Sermone.
Iob. 7. 19.
Galenus.

3. Vnde expuendi difficultas.

Quid, quod etiam aut expuēdi aut tranſmittendi ſputi difficultatem efficere poſſet linguæ vitium ex elephātiaſi proueniens, quæ circa linguæ radices verrucas & tubercula moleſtiſsima creat; & totam linguam craſsiorem reddit? Niſi forte hoc ad tōſillarum, faucium que radicum tumorem, inflammationem, doloremque referendum ſit; hæc enim obſtant ne cibus, potus, aut ſaliua traijci poſsint. Ad nouum morbi genus id referūt Philippus & Beda, quod Synanchin appellant. Sic Philippus: *Inter cætera mala dolorum & quæ* [illegible] *etiam Synanchen habuiſſe ſe perhibet, qua tumore faucium hominis halitus intercluditur, & ſæpè quaſi laqueo ſtrangulatus abrumpitur.* anginam vocamus, de qua Gal. lib. 4. aphor. aphoriſmo. 34. vide etiam nonnulla in Gellio libr. 11. accommodate ad Iobum illam deſcripſit Celſus docens eſſe morbum faucium, *quo cum neque appareat rubor, vel tumor, ſed corpus ſit aridum, tamen ſpiritus vix trahitur, interdum vero etiam lingua, fauceſque tumeſcunt, & vox nihil ſignificat, oculi vertuntur, facies pallet, adeſt ſingultus.*

Philip.
Beda.
Synanchis.
Galenus.
Gellius.
Celſus. lib. 4.

4.

Sed tantam reſpirandi difficultatem & tenuitatem ſuo ſibi iure vendicare videtur illa, quam Diphnœam, aut Ortophnœā Græci vocāt, aut Aſthma, cum quis debiliter, aut deprauate reſpirat propter facultatis læſionem, aut etiam non ſine ſonu & crebro anhelitu, & interdum niſi recta ceruice ſpiritus trahi non poteſt, nam ſi iacet æger ſuffocari videtur. quo illud pertinere videtur. cap. 30. *Interiora mea* * *efferbuerunt abſque vlla requie.* Quod quam ſit cruciatus ingens, ille neſcit, qui expertus non eſt, vid. Gal. li. 1. de difficultat. reſpirat. & lib. 4. de locis affect. Celſ. lib. 4. cap. 4.

Galen. de dif. reſpi. 12. lib. 1. & de locis aff. lib. 4.
Celſus libr. 4. cap. 4.
Iob. 30. 17.
* Hiſpan. eodem fere modo explicat. que le heruia el pecho.
Galen.
Celſus.

SECTIO IX.

Incubus. Vigilia. Dolor, & mœſtitia penè ad inſaniam. Eſuritio canina. Dolor coſtarum. Maraſmus. Febris Hectica.

1. *Nocturni Iobi labores ad quos morbos pertinuerint.*
2. *An habuerit affectionem melancholicam.*
3. *Eſuritio canina qualis, & quæ illam comitentur.*
4. *Ventris exinanitio coſtarum dolorem efficit.*
5. *Totius corporis conſumptione Iob laboraſſe ex ſuo ipſius teſtimonio, & quæ illam comitentur.*

1. Paulus Ægi.

ILLA etiam non ſine ingenti cruciatu, & animi anguſtijs fiunt, quæ ad ſomnū & vigiliam, tū etiam eſuritionem moleſtiſsimam pertinent. Namq; ſi quando breuis illū ſomnus corripiebat, Incubo laborabat; hūc ſic dicunt, quòd qui eo laborant, noctu quiddam

ſibi incumbere exiſtimant, à quo inuadantur
& opprimantur. id verò fortè eſt fuliginoſus
vapor, & obſcurus craſſusque ſpiritus, qui ce-
rebro offunditur, & phantaſiam ſpectraque
Iob.7.14. horrifica commouet. In hanc rem nihil cla-
riùs, quam id: *Terrebis me per ſomnia, & per viſiones*
horrore concuties. tantam leuiſsimi ſomni, non
quietem, ſed potiùs laſsitudinem cum vigiliis
Iob.7.4. timeret, illud animo verſabat, & dicebat: *Cùm*
dormiero, quãdo conſurgam? ſolet hic ab aliquibus
imaginoſus morbus vocari, cùm multa atque
moleſtiſsima animo occurrunt phantaſmata.
Cælius Aurel. de quo vide Celſum. lib. 3. & Cœlium Aure-
Celſus. lianum. interim dum plura paramus ad illu-
ſtrationem illius verſiculi, cap. 7. *Terrebis me*
Iob.7.15. *per ſomnia.* & ad id: *Quamobrem elegit ſuſpendium a-*
nima mea.

Sed illud fortè moleſtiùs, quòd Vigiliâ labo-
rauerit, non quidem illa, quam Gal. lib. de co-
mat. vocat, *Coma vigilans*; eſtque cum ſtupore, &
Galen.2. & 3. de locis aff. phreneſi coniunctum, ſed quod comati oppo-
nitur, & ex ardore noxiaque inflammatione
prouenit, authore Gal. rurſumque calorem &
Gal.2. de ſan. tuend. febrem excitat, corpus extenuat, & vires re-
ſoluit. *Poſt tenebras* (inquit Iob quòd quieſcere
non poſſet) *ſpero lucem, & noctem verterunt in diē:*
Iob.17.12. & cum dormitum ibat, vigiliâ infeſtatus dice-
bat: *Quando conſurgam?*

2\. Quamuis vero mente ſanus ſemper exiſte-
ret, ſed quod vi doloris atque triſtitiæ, & tan-
tis morborum immanium cruciatibus penè
ad inſaniam adigeretur, Polichron. docet, id-
que colligit ex ipſo Iobi teſtimonio. cap. 17.
Polichron. *Iob.17.11.* *Cogitationes meæ diſſipatæ ſunt torquentes cor meum.*
habet enim hoc neſcio quid commune cum
illa melancholica affectioue, quæ efficit, vt
multa ægrotus animo, & cogitatione fingat
perturbate, confuſa, eaque fere triſtia.

3\. Deinde verò, ex eo loco. cap. 3. *Antequam co-*
Iob 3.28. *medam ſuſpiro,* Philip. alium morbum elicit; ſic
Philip. ille ſcribit; *inter cæteros cruciatus eius etiam hanc*
Bolimiodes. *ei Diabolus infirmitatem inflixerat, quam medici Boli-*
Iob. 3. 14. *miodes appellant, quæ infirmitas talem dicitur habere*
pœnam, vt ante cibum torqueatur ægrotus, & ſint ei poſt
cibum indeſinentes dolores, vnde & dicit; Et quaſi in-
undantes aquæ ſic rugitus mei, quia timor, quem time-
bam euenit mihi. eſt videlicet fames aut appeti-
tus caninus, & ingens eſuritio, famesque in-
Aul.Gel. tolerabilis, vt Aulus Gell. dixit lib. 16. c. 3. quæ
ante cibum & poſt cibum, vehementer tor-
Galenus. 1. de Sympto. cauſ. cap. 7. queat hominem. Illam comitantur, dolores,
animi deliquia, virium defectus, vt Gal.
ſcribit.

4\. *Hippoc.* Ad hæc, Inedia & ventris exinanitio, malè
ſolet coſtas pectoris habere, & dolore vehe-
méti afficere. auctor eſt Hippocrates de fract.
coſtarum diſſerens, lib. de articulis, *Moderata*
(inquit) *ventris repletio, coſtarum fit directio, verùm*
vacuatio pendentes coſtas facit, hæc autem dependentia
dolorem inducit. quid verò huic magis ſimile,
quam quod a Baldad iactatur in Iob. cap. 13.
Iob.18.12. *Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas*
illius.

5\. Quoniam verò ex inedia marcor quidam,
& totius corporis conſumptio effici ſolet, vt
Galenus de Gal. docet; certe Bolimiodi proximus illum
infeſtauit Maraſmus: hunc Gal. ſic definit. *Eſt* *Marcore. c. 1. Gorreus in def. medic.*
marcor aut totius corporis corruptio ex ſiccitate. namq;
vt periti medici tradunt, eiuſmodi eſt ac im-
modica ariditas & totius corporis conſump-
tio in Maraſmo, vt homo non aliud, quàm oſ-
ſa & cutis videatur: in ventre nulla inteſtina,
nulla viſcera ſubeſſe credas, illud ipſum: *Pelli* *Iob.19.20.*
meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum. Ex quo lo-
co morbum hunc ſignificari colligunt, Beda
& Philippus, atque ipſo Græcorum nomine *Beda.*
Maraſmon appellant. Cum hectica febri con- *Philipp.*
iungit Gal. 10. de methodo medendi; neque *Galen. lib. 10. de method. medendi.*
mirum, quòd tot morbis perpetua ſemper ad-
fuerit, peſtilensque febris; ardebat namq; to- *Iob. 3. & 30.*
tus noxio calore, teſtis ipſe idem cap. 30. *Oſſa*
mea aruerunt præ caumate, & ad pulſum concita-
tionem arteriarum quidam referunt illud.
Qui me comedunt, non dormiunt. Hęc illa floris mar-
ceſcentis deploratio. cap. 14. *Qui quaſi flos egredi-*
tur & conteritur. Et, *Membra mea, quaſi in nihilum re-* *Iob.14.2.*
dacta ſunt. Et, *Nunc in memetipſo marceſcit anima* *Iob.7.12.*
mea. &, *Poſſident me dies afflictionis.* *Iob.30.16.*

SECTIO X.

Ad morbum, vel ad morbi & doloris amplificationem pertinuiſſe, quòd teſta ſaniem raderet. & de vnguium vitio, corporisque pruritu.

1. *Quis fuerit teſtæ vſus. digitorum tumore, & vnguiū vitio laboraſſe, peculiariter etiam pollicibus.*
2. *Qualis teſta fuerit, aſperior ne an mollior varia ſententia.*
3. *Vera difficultatis ſolutio. Quid teſta in Hebræo. Deſenſus Vulgatus.*

VSVM teſtæ ad ſedandum pruritū Chal- *1.*
dæus indicat, dum legit: *Accepit teſtam ad* *Chaldæus.*
ſcalpendum ſe. & quidem ad rem accommodatè,
namque ſcabioſos atque leproſos pruritus
implacabilis exercet, neque tamen iuuantur,
etiam ſi excorientur ſcalpendo, vt Gal. dixit, *Gal.2. de Symptom. cauſ.*
quòd inſitus & imbibitus carni intimè adſit
prauus humor, qui pruritum excitat. quòd au-
tem nō manibus, aut vnguibus ſe ſcaberet, for
te ad digitorum tumentium, & vnguium vi-
tiatorum ineptitudinem referendum ſit. nam
tabidis vngues aduncos fieri, qui parum vtiles *Vnguium vitium vnde proueniat.*
ſint ſcalpendo, auctor eſt Gal. 1. de locis affe-
ctis atque Hippocrates ea omnia purulento-
rum pectore & pulmone ſigna tradit, ſi vn-
gues manuum curuantur, digiti verò potiſsi- *Galen. 1. de loc. aff. cap. 5.*
mum ſummi caleſcunt; atque in pedibus tu- *Hippoc.*
mores fiunt; neque cibum appetunt; ac puſtu-
læ circa corpus erumpunt, quę omnia cum Io-
bo rectè conſentiunt. Niſi fortè, quod in ele-
phanticis euenit, vngues fiſſi ac dilacerati
ſcalpendi vſum nullum habere potuerunt:
aut putridos, quaſſatos, dolentes, & ſcabio- *Elephanticorum vngues vitiati.*
ſos habuerit; qui enim à planta pedis ad capi-
tis verticem hominem percuſsit, intactos vn
gues minimè dimitteret, atq; Orig. explicatè
tradidit, percuſſum videlicet Iob vſque ad vn- *Explicatus Origen.*

gues

gues pollicum. Quòd verò non ſolum vngues aliorum digitorum, ſed nominatim pollicum dixerit, videtur ad elephanticos reſpexiſſe, quibus medici communi conſenſu propriam eſſe docent pollicis muſculorum conſumptionem, & diuus Chryſoſtomus ſuper id: *Si bona ſuſcepimus de manu Domini*, ait Iobum, neque manum habuiſſe incolumem. Vide hic cum ſummo cruciatu extremam quoque inopiam, nam vulnus & liuor, & plaga tumens non eſt curata medicamine, nec fota oleo. tantum habere potuit teſtæ, & ſcalpendi remedium, quod peſſimum eſt.

Chryſoſtom.

2 Cuiuſmodi fuerit teſta qua ſaniem radebat.

Verum de hac quoque teſta diſceptatio eſt, exiſtimant enim quidam non viliorem & aſperiorem, ſed delicatiorem fuiſſe, velut ſi dicas fruſtulum quoddam leue, beneque aptum ex pretioſo aliquo vaſe Sinarum; quare potiùs teſta hæc ad delicias, & munditiem, quam ad inopiam & miſeriam extremā pertineoit. Sic indicat Chryſoſtomus: *Cur* (inquit) *nec manibus, nec digitis ſaniem abſtergebat? ſed licet ne curatio eſſet ſtomachoſior.* Idem Polychronius. Econtrario verò extremo Appolinaris aſſerit, teſtam ſumpſiſſe ad acerbiores dolores ciendos, & vt ſibi ipſi carnifex fieret. Idem Origenes & Polychronius, & Gregorius lib 3. cap. 4. qui eleganter obſeruat, quod valetudinariorum & ægrotantium quorundam nimiam mollitudinem comprimere poterit, *Quam* (inquit) *molliorem ſana carne adhibuit, qui vulneri, non veſtem, vel digitos, ſed teſtam admouit?* eo etiam pertinet, quod Tertullianus libr. de patiẽtia dixit: *Erumpentes ex visceribus beſtiolas in eoſdem ſinus, quaſi ludendo reuocaſſe.* atque in hac rem eleganter loquitur Ambroſius libro primo, de interpellatione Iob cap. 1. dum illud tractat. *Non eſſe condignas paſsiones huius temporis ad futuram gloriam. De Petro* (ait) *quid loquar? qui crucem ſuam futura remuneratione indignam arbitratus, inuerſo ſuſpendi popoſcit veſtigio, vt aliquid paſsioni ſuæ adderet, cum acerbare ipſe ſibi ſupplicia non timeret.*

Chryſoſt.

Polychron.

Apollin.

Origen.

Gregorius.

Ambroſ.

3 Difficultatis ſolutio.

Ego media incedam via; teſtæ vſum commodiorem fuiſſe, & propter munditiam, & propter digitorum tumentium, vnguiumque dolentium difficultatem, & propter ſaniei defluentis copiam, quæ non alio quàm duriori & latiori inſtrumento abſtergi poſſet. ſed hoc tamen non fuit delicatum pretioſumve, aut cura, & ſolicitudine quæſitum; ſed quod primò paratum ad manum in ſterquilinio habere potuit. quis enim non videat hoc ad malorum & miſeriæ amplificationem dici, non ad delicias, aut vllum malorum leuamen indicandum? & certè vox ipſa originis (*Cheres*) non ſignificat aliquid molle aut delicatum; cum ſemper ſumatur pro rudi & impolito opere ex argilla, veluti olla teſtacea, aut tegula, & Iſa. 26. v. 7. ponitur pro cocto latere, & Leuit. 6. v. 28. pro vaſe fictili, in quo carnes coquuntur, & confringi iubetur. verbum autem radendi hoc tantùm loco inuenitur; quare eius ſignificatio ad ſubiectam materiam accommodanda eſt. Pagninus, dixit, *ad ſcalpendum ſe.* Rabi Mardochai, ait eſſe verbum, quo ſæpe Thalmudiſtæ vtuntur, pertinereque ad

אמר

Pagnin.

R. Mardoch.

pruritum & ſcabiem. at verò Septuaginta atque Latinus interpres explicationis gratia, *ſaniem* addiderunt, & *radere* verterunt, quòd videret *teſtam*, non meliùs alteri vſui, quam radendæ, & abſtergendæ ſaniei futuram. accedit quod cap. 7. vbi nos legimus: *ſordibus pulueris cutis mea aruit*, Septuaginta legunt: *In fundo glebas terræ à ſanie radens*; quem locum interpretans Chryſoſtomus, ait: *tanta illum inopia, atque ærumna laboraſſe, vt non ampliùs teſta, ſed gleba, abſtergere ſaniem cogeretur.* atque Olympiodorus, ſi quando illum teſta deficiebat, ad excipiendam ſaniem terræ glebas adhibuiſſe.

LXX.

Iob 7. 5.

SECTIO XI.

EX MORBO PROVENIſſe, quod ad ſterquilinium diuerterit.

1 *Quis locus ſterquilinij nomine intelligi debeat aliorum ſententiæ.*
2 *Sterquilinium fuiſſe locum aptum agendæ pœnitentiæ, coniectura.*
3 *Sterquilinium fuiſſe extra vrbem, & ſub dio vera ex patribus ſententia.*
4 *Cur ad ſuburbia ſeceſſerit ex Origene.*
5 *Leproſos pulſos ex ciuitatibus; ex ſacris, & profanis.*
6 *Extrema Iobi rerum omnium indigentia.*
7 *An domus Iobi antiqua euerſa fuerit. quis illius ſeſſus.*

EST quoque hoc loco ſua de ſterquilinio, & paulò grauior dubitatio. Nam quidam exiſtimant, quamuis Iob domi ſuæ, & in molli lecto decumberet, locum illum & lectum, ſterquilinium appellari, propter vlcerum ſordes: nos diceremus, *Que eſtaua todo aquello hecho vn muladar.* Caietanus his fauere videtur. nam cap. 30. ſuper id: *Conſurgens in turba clamabã.* conſtituit Iobum laborantem in aula ſua, & lectulo; nunquam enim mentiõ fit, euerſæ aut direptę Iobi domus, aut amiſſę ſuppellectilis; quam vtpotè regiam, magnificam & opulentam fuiſſe, neceſsè eſt; præſertim cùm ipſe nõ ſemel ſui lecti & ſtrati meminerit, cap. 17. v. 13. & cap. 7. v. 13.

1 Quid alij de ſterquilinio ſenſerint.

Caietan.

Alij ſterquilinium accipiunt pro loco apto pœnitentiæ agendæ: & ſedere in ſterquilinio eſſe idem, quod pœnitentiã agere. nam Chaldæa & Hebræa, & quædam etiam Græca, vt Septuaginta Complutenſes propriè ſignificãt, ſedere in medio cineris. quare hoc ad lugentis habitum, & ſeſe coram Deo humiliantis refertur à Polychron, & Apollin. in catena, & à Latinis etiam Gregorio, Thom. Alberto Magno, Hugon. Lyra, Vatab, Caietano; nam vocem originalem, *Epher*, quæ in hoc loco ſubeſt, alias ſolet Vulgatus vertere *cinerem*, aut *puluerem*: locum videlicèt luctui & pœnitentiæ agendæ idoneum, vt Ionæ 3. *Sedit in cinere*, & quidem amici, vt lugerent ſimul cum Iobo, in eodem loco ſederunt, cùm infrà dicitur: *Et ſederūt cum eo in terra.* & fortè huc reſpexit, cùm

2 Compluteuſ. Polychron. Apollin. Gregorius hom. & alij Latin.

אפר

Ionæ 3. 6.

Iob 2. 13.

Iob 42. 3. & 6.

dixit, cap. 42. *Inſipienter locutus ſum, idcirco ago pœnitentiam in fauilla & cinere*; vox originalis eadem.

3 Propoſitę dubitationis ſolutio. κοπρία. LXX. Vatican. Chryſoſt. Gregor.

Ego in hac re duo aut tria affero. Primùm, ſterquilinium vilem & abiectum locum eſſe, humum ipſam. id abundè probat vox originalis, tum etiam Græca vox (*κοπρία*) quam retinent Septuaginta Vatic. vertiturque in editione latina *ſterquilinũ*, ſicut & in vulgato. Chryſoſtom. & Gregor. alijque exprimunt locum fœtidum. dicas fimetum, quo rudera, ſtercus, quiſquiliæ efferuntur.

Secundùm, hunc locum fuiſſe extra vrbem, videlicet aut in ſuburbijs, aut verò aliquantò longius. Tertium, etiam fuiſſe locum apertum & ſub dio. vtrunque aſſerunt Patres, ego neutrum auſim negare, ne temerè negâſſe, ſi nó alijs, mihi ipſi videar. aperte id tradunt Septuaginta Vaticani, quorum auctoritas, vbi Latinæ editioni non repugnant, grauiſſima eſt: atque ea vti ad Latinæ interpretationem pontificia Sixti auctoritate iubemur. *ὁ ἐκάθητο* (ſic illi legunt) *in ſterquilinio extra ciuitatem.* paulò inferius hæc inter alia dixit Iob vxor: *Tu in putredine vermium ſedes, pernoctans ſub dio.* præterea nam niſi extra tectum, & in loco aperto extra vrbem conſtituatur, vix ac ne vix quidem conuenire veritati poteſt, quod amici procul ad huc ſtantes, *leuauerunt oculos ſuos, & non agnouerunt eum.* illud etiam confert, quòd in hoc loco Chriſti figuram patientis agnoſcunt Origenes, Polychronius, Chryſoſtomus, qui *extra portam paſſus eſt*, in hac re conueniunt diſertis verbis Origenes, Chryſoſtomus, Appollinaris. hoc ſterquilinium in ſuæ vrbis conſpectu conſtituunt Polychronius, Philippus, Beda, D. Thomas. nemo quem viderim, præter vnum Caietanum diſſentit. licet quidem Philippus & Beda, ſuper id, cap. 19. *Cum ab eis receſſiſſem, detrahebant mihi*, dicant non ſemper Iobum in tempore tentationis ſuæ ſediſſe in ſterquilinio, indicant enim patuiſſe aliquando illi aditum ad ciuitatem ciuiumque conuictum.

LXX. — Iob 2.12. Iob Chriſti patientis figura. — Origen. Appoll. Chryſoſt. Heb. 13.12. Polychron. Philip. D. Thom. — An Iob toto tentationis tempore ſederit in ſterquilinio.

4 Cur Iob ad ſterquilinium diuerterit.

Sed hoc omni dubitatione carebit, ſi cauſas inquiramus, ob quas relicta ciuitate & communione ſuorum ad ſterquilinium & ſuburbia receſſerit. Prima huius rei cauſa in ſuam ipſius voluntatem & electionem refertur ab Origene, videlicet ne moleſtiam ciuibus exhiberet. Polycronius hæc; *Ita vulgi communione abſtractus cum inuiſum ſe cunctis eſſe crederet, ſolitudinem delegit.* idem poſtea: *ſedebat in ſterquilinio, vt placaret Deum, & cùm corporis afflicta valetudo multorum egeret opera, ſua ſponte aſperrimam paupertatem complexus eſt.* hæc cauſa eatenus vera eſt, quatenus aſſerit Iobum nihil renuentem aut inuitum ſuſtinuiſſe, ſed æquo animo tuliſſe, quidquid ſua calamitas & morbi fœditas ferebat.

Ex morbo prouenisse, quod Iob ſederet in ſterquilinio.

Ergo illa potiùs veriſſima eſt huius diſceſſus cauſa, quæ ex morbi grauitate petitur. Sic Chryſoſtomus exiſtimat ideo conſediſſe in ſterquilinio, vt quæ à corpore decidebant, arenæ aceruo tegerentur. idem, atq; Polychronius etiam pernoctaſſe ſub dio, ne ſi intra tectum eſſet, odoris prauitate necaretur; vt incorruptum è cælo hauriret ſpiritum. Philippus atque Beda, ad elephantiaſim quoque reſpexiſſe videntur, vt idcircò ob deformitatem nimiam, regnum, ciuitatiſque habitationem relinqueret, fœtore quoque putredinis contabeſcés ad ſterquilinij loca deflecteret, velut quiſquiliæ viliſſimæ, & purgamentum ſordidum, à ſuis omnibus deputatus. huc etiam facit id Polychron. *Ciuibus, atque cognatis calamitatis aſpectum non ferentibus vrbe egreſſus eſt.* Ergo videtur lege, & conſuetudine ſic exigente compulſus vrbem relinquere. Semper enim ita veteribus obſeruatum eſt, vt leproſi & elephantiaci, ne contagio peſtilente alios afficerent, extra vrbem, adeoque extra vrbis pomæria ablegarentur. ſic vides leproſos hanc ſeparationis legem ſuſtinere, Leuit. 13. *Quicunque maculatus fuerit lepra, & ſeparatus eſt ad arbitrium, Sacerdotis, habebit veſtimenta diſſuta.* (dilacerata pro more lugentium) *caput nudum* (apud Iudæos ignominiæ nota) *os veſte contectum* (lugubre, & ne halitu aerem contaminaret, & pertranſeuntes admoneret, vt ipſi quoque os veſte contegerent, aut faciem auerterent) *contaminatum & ſordidum ſe clamabit* (vt cæteri ab illo cauerent, longiuſque recederent) *omni tempore, quo leproſus eſt, & immundus ſolus habitabit extra caſtra.* vides etiam 4. Reg. 15. & 2. Paral. 26. Azariam, qui & Ozias, lepra percuſſum à Deo, vrbe & regno cedere, & in domo libera morari. ſic Dauid Pſal. 37. ſe grauiter & peſtilente morbo ægrotantem deſpectum ab amicis, & familiaribus conqueritur: *Amici mei, & proximi mei, aduerſum me appropinquauerunt.* (propriè ex Hebræo. ex aduerſo plagæ meæ. Hieronymus: *è regione contra lepram meam) ſteterunt, & qui iuxta me erant, de longè ſteterunt.* Apud Perſas leproſus ingens abominationi eſt, neque ſinitur ad vrbem accedere, exiſtimatúrque aliquid in ſolem deliquiſſe: exiſtimant enim eum morbum non tam naturæ vitio, quàm Deo puniente contingere. hoc illud eſt, quod ſupra dicebamus, lepram vocari percuſſionem, aut manum Dei, certè in Taprobane inſula, ſi quid Rex delinquebat, cunctis auerſantibus, & quotidianum congreſſum negantibus, mœrore & tabe conficiebatur, auctores ſunt Plinius, Solinus. Ergo omnes Iobum auerſabantur tanquam Deo inuiſum, idque inſtigante Dæmone, & (vt Ciceronis verbis vtar) *Nemo illum aditu, nemo congreſſione, nemo ſermone dignum iudicabat; omnes illum aſpernabantur atque abhorrebant; omnes vt aliquam immanem & pernicioſam beſtiam, peſtemque fugiebant.* hanc ingentem calamitatem deplorat ipſe Iob capite 19. *Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt à me; dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant, obliti ſunt mei; inquilini domus meæ, & ancillæ meæ ſicut alienum habuerunt me, & quaſi peregrinus fui in oculis eorum.* fortè ad veterem illam Perſarum legem reſpicit, auctore Herodoto, qua peregrini leproſi omninò ex finibus ciuitatum pellebantur.

Philip. Beda. — 5 Leproſi extra vrbem pulſi. — Leuit. 13.44. — Pſal. 37.12, 13. — Pſal. 37.12. — Hieron. — Perſarum de leproſis lex. Cælius lib. 5. ex Herod. — Lepra manus Dei. — Plin. lib. 6. cap. 22. Solin. cap. 66. — Cicero pro Cluent. — Iob 19.13. 14.15. — Perſarum lex ex Herodo.

6 Extrema Iobi inopia.

Tertia etiam, & quæ cum ſuperiori coniungenda eſt, acceſſit cauſa, extrema viri inopia, cui nihil à Dæmone relictum eſſet, neque propria domus, vt etiam in hoc Chriſti Ieſu, figuram re-

ram repræſentaret, qui cum vulpes foueas & cubilia habeant, non habuit *vbi caput ſuum reclinaret.* Ita cenſet Chryſoſtomus, conſentiunt D. Thomas, Lyra, Eugub. indicant, non obſcurè Septuaginta, apud quos, his verbis conqueritur Iobi vxor: *Ego errans, & ancilla locum ex loco, & domum ex domo exſpectans ſolem quando occidet, vt requieſcam ab ærumnis, & doloribus, qui me nunc premunt.* Oportuit autem cui nihil ab hoſte relictum eſſet, & quem omnes fugiebant & abominabantur, extrema inopia laboraſſe. Illam ipſe indicat, cap. 6. cum ad amicos, qui nihil attuliſſent ſubſidij & opis ait: *Nunquid dixi afferte mihi, & de veſtra ſubſtantia donate mihi?* neceſſarium etiam victum defuiſſe indicare videntur ea, quę de fame in illum iactant amici, cap. 18. *Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas illius*, vel certè non habuiſſe, niſi viliſſimos cibos, & minime ægrotanti palato conuenientes, vt merito dixerit, cap. 6. *Animæ eſurienti etiam amara dulcia videntur; quæ priùs nolebat tangere anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt.* Quare ſicut extremo capite, poſt reſtituta ſanitatem ſcribuntur ad illum veniſſe ſui fratres, & ſorores, & cuncti noti, & familiares, & ſua quęque munera detuliſſe, ita certè vigente morbo nemo illi adfuit; & neque aquæ poculo dignati ſunt, cuius memoriam non æquo ſtomacho vſurparent, & quocunque ſupplicio digniſſimum cenſerent. Accedit; quod nudum præ inopia in fimo ſediſſe Chryſoſtomus non ſemel aſſerit, tum homil. 4. ad popul. Antioch tum etiam in caten. ſuper id: *Si bona ſuſcepimus*, ſed præcipuè ſuper id, c. 6. *Poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum affert mortem? Quid* (inquit) *Iobo factum eſt vnquam egentius? qui & illis, qui proijciuntur in balneum, & qui in caminis cineribus dormiunt, ac cunctis denique hominibus ſpoliatior erat. hi enim habuerint forſitan veſtem laceratam, hic autem nudus reſidebat, & quam à natura, veſtem acceperat, quæ corporis eſſet operimentum, hanc Diabolus putrida & intoleranda lue vſquequaque conſperſit, & hi quidem paleis, ac ſtipulis ſe fortaſſè contexerint; ille vero pernoctabat ſub dio, nec puſillum tectum dabatur ei ad ſolatium.*

Iob 3. 24. Chryſoſt. 1. hom. LXX. Iob cap. 2. — Iob 6. 22. — Iob 6. 6. — Iob nudus in ſterquilino. Chryſoſt.

7 Neque verò huic extremæ inopiæ obſtat lectulus viliſſimus; qui in ſumma miſeria deeſſe non ſolet, niſi fortè ironicos illud dictum eſſe velis, * *Si dixero, conſolabitur me lectulus meus* Quod verò cap. 42. dicetur domi ſuæ celebraſſe conuiuium, certè aut hæc non fuerit antiqua domus, ſed quam denuò poſt ſanitatem adeptam, adeptus fuerit, nam & domum ſuam proſtratam fuiſſe Chryſoſtom. ait, epiſt. 4. ad Olympiad. aut ſi eadem, quæ quódam fuerit, ſicut vrbem & domum propter lepram & elephantiaſim, amittere coactus eſt, ita illi cum ſanitate & beneuolentia ſuorum domus quoque reſtituta eſt: potuitque habuiſſe vile aliquod tectum, quò noctu confugeret, ſicut plerunque videmus leproſos, miſeroſque homines ſub aperto cælo ſedere interdiu; noctu verò ad tuguriola confugere.

An Iob domum, lectulúve aliquem habuerit. Iob 7. 13. * Pues dezia q tenderia por ay alguna cama que os cõſuele. Iobi antiqua domus ſolo proſtrata. Chryſoſtom.

SECTIO XII.

OCVLORVM MORBI. Capitis dolor. Aurium, & narium vlcera. Cordis Syncope & palpitatio. Singultus. Occultiores alij morbi. Diuturnitas omnium.

1 *Minutiorum quorundam morborum enumeratio. Capitis præſertim, & cordis.*
2 *Iob nullo ſtupore, aut amentia laboraſſe. morbos tñ habuiſſe, non tam factos, quàm cum fierent.*
3 *Occultiores alij morbi, qui dæmoniaci dicuntur. Morbos hos curabat Salomon ex Ioſepho.*
4 *Quantum temporis tranſegerit Iob afflictus, an menſes, an verò annos, variæ ſententiæ.*

NVllam fuiſſe corporis partem, quæ non ſuo morbo laborauerit, ſupra indicauimus, nunc quædam ſummatim percurremus. 1
Oculorum ſordes, ſaniem, extuberantias; & diuerſarum tunicarum vlcera, dolores, rubores, ſuffuſiones, hallucinationes; palpebrarum ſcabiem, pruritum, exulcerationem, quis habuiſſe dubitet? cùm conquerentem audiat: *In amaritudinibus moratur oculus meus.*

Iob 17. 12.

Capitis verò dolorem moleſtiſſimum neceſſariò videntur effeciſſe æſtus ille internus, quo totus ardebat, odoris grauitas, & præcordia biliotum aliquid, acre, putre in ſuperiores capitis membranas ſemper ſpirantia. Aurium vlcera ſordida, acria, ardentia, ſanie ſemper manantia, ex conſtanti dolore, & grauis tinnitus. Narium putridum vlcus ex grauè olēti ſanie, quo, qui laborat, tum ſibi grauè olet, tum his, qui non longè abſunt, tetri ſpiritus contagione valde moleſtus eſt. Sanies defluēs ſępè palatum exedit & perforat; id quod cum lue venerea ſæpè cõiunctum eſt, & cum fœda illa totius corporis corruptione, in qua Iob erat, bene conſentit. Vlcera, tumores, ardor, dolor grauiſſimus ad dentium radices in neruis, in gingiuis. In corde ſyncope, palpitatio, & aliæ periculoſiſſimæ affectiones ex atra bili prouenientes. Quare cap. 18. vbi nos legimus: *Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt torquentes cor meum*; Septuaginta habent *dies mei tranſierunt in ſtrepitu* (in fremitu) *rupti ſunt articuli cordis mei.* Auguſtinus, *Conuulſa ſunt compages cordis mei.* hinc creber & dolore plenus ſingultus; immanis ventriculi dolor ex acri & mordaci humòre; inflammatio, exulceratio iecoris; lienis tumor, obſtructio; & illa denique, quæ in partibus, aut dolorem intimũ, aut externam deformitatem efficere vlla ratione poſſent.

Capitis dolore Iob laboraſſe, & ex qua cauſa. — Cordis affectus. — Iob 17. 11. LXX. Auguſt.

2 Illos verò morbos, qui aut partium ſtuporem, aut mentis & rationis inconſtantiam adferunt, vt epilepſiam, paralyſim, phrenitidem certè non habuit; neque enim aduerſario id propoſitum erat, vt Iob ſenſum amitteret; ſed vt, quoad fieri in humano corpore poſſet, ſenſum acerrimum haberet grauiſſimorum dolo-

rum. Atque adeò credendum eſt, non illos effeciſſe in Iobo morbos, qui in habitum tranſeunt, namque præſentibus habitibus plerunque adeſt doloris ſenſus, aut certè minimus adeſt. non ergo erant morbi omninò confirmati; non quo minores eſſent, ſed quo moleſtiores. *Gal. 3. epid. com. 3. c. 8.* Sic Gale. docet, cùm pars putreſcit, & pus generatur dolores fieri atque febres, quòd natiuus calor, humores tumoris auctores immutet: quare quãdo omninò hic à concoquẽdo abſtinet per imbecillitatem, nec laborant, nec febricitant, niſi perparũ. *Hippocr. 2. aphor. aph. 47* ſic enim Hippocrat. ſtatuit vulgato illo aph. *Dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis, quam iam confecto.* Fiebãt itaque in Iobo morbi: ſemper illos conſeruans, & ſuccedens ſubminiſtrata corrupti ſanguinis, & putridi humoris materia aderat Satanas; dolebat perpetuo nullis inducijs ad quieſcendum conceſſis.

3 *Occultiores morbos inflictos Iobo.* Sed præter hos morbos maniſeſtos occultiori arte, & ab humana philoſophia reconditos pleroſque alios efficere Dæmon potuit, quorum cauſas atque rationes, nemo aſſequi poſſet; interdũ enim naturæ viribus, quædam accidunt penitus admiranda, *Sineſius. Plotinus.* quare Syneſius atque Plotinus naturam dixerunt Magam; aliquando enim in apoſtematum ſinibus & concauitatibus, res ſimiles lapidibus teſtis, lignis, carbonibus naſci, auctores ſunt Gal. & Celſus *Gal. lib. 2. ad Glauc. & lib. 14 method. Celſ. lib. 7. c. 6. Alſaharaui c. 14. ſuæ pract. Petr. Foreſtus lib. 10. obſ. 19. Ioan. Langius Dæmoniaci morbi.* Sed non raro id euenit Dæmonum viribus atque præſtigijs, dæmoniacos hos morbos appellat Arabs ille Alſaharauius, quorum exempla non nulla circa melancholiam profert Petrus Foreſtus in ſuis medicinalibus obſeruationibus. ſed quædam alia longe mirabiliora congerit Ioannes Langius epiſtola medici. 38. atque illud inter alia, quod anno 1538. in quodam Liſletẽſis ditionis pago accidit, quod omnem videretur ſuperare fidem, niſi oculati & fidedigni teſtes plures interfuiſſent; Agricolam nomine Vlricum immanibus dolorum cruciatibus vexatum; in cuius tandem demortui ventriculo diſſecto, lignum teres & oblongum reperiunt, & quatuor ex Calybe cultros, & quædam alia aſperiora ferramenta ſpitami longitudine maiora. *Ioſephus.* Certè Ioſephus lib. 8. antiquitat. cap. 2. Salomonem hos dæmoniacos morbos curandi artem à Deo edoctum his verbis ſcribit: *Præſtitit Deus etiam Salomoni, vt contra Dæmones artem ad vtilitatem hominum, & eorum curas ediſceret.* Quanta igitur, & quàm grauia exiſtimare oportet Iobum permiſſum Dæmonis immanitati ſuſtinuiſſe genera malorum?

4 *Quanto tempore laborauerit Iob.* His omnibus acceſſit diuturnitas temporis; quam dixeris eſſe longè moleſtioris morbi genus, quantum id non conſtat: minimè fuiſſe breuè certum eſt. *LXX.* in editione Septuaginta, cap. 2. ſic legimus, *Tempore multo tranſacto, dixit & vxor eius, quouſque ſuſtinebis dicens: ecce permaneo tempus adhuc paruum ſpectans ſpem ſalutis meæ?* *Chryſoſt.* Chryſoſto. homil. 25. ad populum. & homil. 1. ſuper 1. ad Corinth. ait: per multos menſes in his malis fuiſſe. & idem in Catena, non duodecim, non viginti, non centum dies, ſed multos menſes. *Origenes.* Origenes ex quorundam ſententia ait: in his fuiſſe tres annos cum dimidio, in typum dominicæ prædicationis, ſed ipſe exiſtimat non diuturno annorũ ſpacio, ſed breuiſſimo menſium tempore totam hanc tragœdiam peractam fuiſſe; & vnum, vel duos, vel tres menſes aſſignat, præſertim accedente tanta morborum grauitate: & non tam fuiſſe annos, quam menſes, fortè ipſe Iob indicat, cap. 7. *Iob 7. 3.* cum ait: *Habui menſes vacuos.* Sed hinc non valde firmum petitur argumentum, nam hominis vitam, nunc *dies*, nunc *menſes*, nunc *annos* vocat. *Suidas.* Suidas ſeptem annos numerat. Certe longum tempus fuit, ſic enim exigebat tentationis grauitas, viri probata conſtantia, & aliorum regum aduentus; ad quos non ſubito, neque omninò breui tempore fama peruenit.

SECTIO XIII.

IOBI CVM LAZARO vlceroſo, & cum percuſſis Aegyptijs comparatio.

1 *Lazari pauperis nouem cruciatus.*

2 *Iobi calamitas acerbior, quàm Lazari per omnes cruciatus particulatim.*

3 *Aegypti plagæ grauiſſimæ, vt quæ in prouerbium abierint.*

4 *Decem Aegyptiorum plagæ cum Iobi calamitatibus non lenioribus cõparatæ; & primi certaminis cum Satana, nec non & ſecundi cum vxore finis.*

AD tot denique morborum cumulum 1
pro dignitate æſtimandum illud deeſſe in hac noſtra conſideratione videbatur, Iobi cum alijs vlceroſis, & deploratis ægrotis, atque inſigniter afflictis comparatio. ex iuſtis Lazarus occurrit cuius etiam fuere mala grauiſſima. ex impijs verò, qui dum viuerẽt, acerbiſſimas pœnas ſuorum ſcelerum dederunt, Aegptij: de ſingulis ſeorſum. *Nazianz.* Quamuis Nazianzenus ſuper id; *Si bona ſuſcepimus de manu Domini*, cenſeat nullius hominis ærumnas cum Iobi acerbitatibus comparandas.

Chryſoſt. Nouẽ Lazari pauperis ſupplicia. Chryſoſt. homil. 1. de Lazaro, & homil. *quòd nemo læditur, niſi à ſemetipſo.* nouem Lazari ſupplicia numerat. Primum, ſummam inopiam. Secũdum, aduerſam valetudinem, paupertati parem, ſolutis membris, arefactis, cõſumptis; fractis viribus, vt ne canes quidem accurrẽtes poſſet abigere, & qui ſolum tantum vitæ haberet, vt ſua mala ſentire poſſet. Tertium, quòd ab omni hominũ auxilio, & miſericordia deſtitutus eſſet. Quartũ, quod in veſtibulo diuitis iacebat porrectus, & ſolo affixus, & in medio multorũ ſuauiter viuentium. eſt enim hæc moleſtior ſolitudo, ab his deſeri, qui præſentes & videntes ſint. Quintum, quòd diuitem cõſpiciebat; non quòd inuidus eſſet, ſed quòd omnes ſolent in aliorũ proſperitate exactius ſuas calamitates perſentire. Sextũ, quòd videret inhumanum diuitem fœlicem; ſe verò iuſtum, miſerrimũ. Septimum, quod nõ haberet alterũ Lazarum, ad quem ille reſpiceret; nullum ſui ſimile exemplum, quod eſſet ſolatium miſero.

miſero. Octauum, quòd de reſurrectione non philoſophabatur, cuius ſpe & recordatione recreari poſſet. Nonum, quòd ex illius calamitate, & vitæ miſeria, illum vita indignum exiſtimabant; & eius fama apud imprudentes homines traducebatur.

2 Acerbior Iobi calamitas, quàm Lazari

In his omnibus multò fuit grauior Iobi cruciatus, multoque illuſtrior patientia. Et primò de extrema inopia ſupra diximus. Secundò etiam de incredibili morborum omnium cumulo. Tertiò de ſolitudine, quòd deſertus eſſet à ſeruis, ancillis, propinquis, qui debuiſſent adeſſe, non ſemel Iob conqueritur: Lazarus verò nullos ſeruos, nullos propinquos habuiſſe dicitur, non exulauit, non ablegatus eſt ciuitate, non pulſus ab humano conuictu, non in ſterquilinio, ſed in veſtibulo domus diuitis. Quod quarto loco proponitur, multò grauiùs in Iob; namq; tres habuit coram ſe diuites, & opulentos reges minùs ſapiétes, minùs iuſtos, ſibi inſultantes, & indignis contumelijs illudentes. frequenter quoque illud ei veniebat in mentem, *Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum.* ex qua conſideratione creſcebat profectò ſuæ calamitatis ſenſus; quod ad 5. & 6. locum pertinebat. De ſeptimo illud quoque in Iobo conſiderandum, non habuiſſe exemplum aliud patientiæ ſibi propoſitum, neque alium Iobum, quem contemplaretur. quare ex hoc capite Chryſoſtom. homil. 5. de patientia, Iobi patientiam & calamitatem amplificat, & illum non minora Apoſtolis paſſum oſtendit; quòd Apoſtolis magnum eſſet ſolatium, pro Chriſto pati, & Chriſtum patientem habere pro exemplo; Iob verò hoc & ſolatio & exemplo deſtitutus fuit; nam qui poſteris exemplum patiétiæ futurus erat, non debuit ad aliud exemplum, quod re ipſa ſe antecederet, reduci. vide Chryſoſtom. homil. in beatos Iob & Abraham; & Auguſt. de quæſt. veteris & noui teſtamenti, q. 115. In octauo inde videtur exaggerari vis doloris, quòd virum ſapientiſſimum, & de reſurrectione philoſophantem tam malè vexârit, dolor corporis & cruciatus. Tandem, quod vltimo loco additur multò veriùs in Iobo perſpicitur, cuius veriſſimæ pietatis exiſtimatio, non periclitata ſolú ſed apud omnes omninò perdita & violata fuit. Illud multò grauius in Iob, & nouum infœlicitatis genus, fuiſſe aliquando fœlicem, de quo Chryſoſt. hom. 5. de Iobo. At verò Lazarus, nunquá fuit diues, ſed, vt idé Chryſ. ait: *Cum fame, cum morbo, cum ſolitudine, per omnem vitam colluctatus eſt; non triginta & octo annos verſatus in his ſed per omne vitæ tempus.*

Iob 12.16. — *Chryſoſt.* — Iob non habuit aliud patientiæ exemplum. *Chryſoſt.* *Auguſtin.* — *Chryſoſt. orat. 5. aduerſ. Iud.*

3

Quod verò ad comparationem cum Aegypti plagis attinet, ponendum eſt, illas fuiſſe grauiſſimas, quippe Deus voluit per illas, tum iniurias & calamitates maximas, quibus Aegyptij tot annos afflixerant Hebræos, vlciſci; tum etiam vim ſuæ iuſtitiæ ſcelerum vindicis Aegyptijs alijſque gentibus manifeſtare, & ſe cunctis timendum præbere, ſicut Exod. 9. dicitur Pharaoni. *Idcircò poſui te, vt oſtendam in te fortitudiné meam, & narretur nomen meum in omni terra.* quod Ioſue 2. legitur Raab dixiſſe exploratoribus. *Audientes timuimus, & elanguit cor noſtrum, nec remanſit in nobis ſpiritus ad introitum veſtrum; Dominus enim Deus veſter, ipſe eſt Deus in cælo ſurſum, & in terra deorſum.* quare in prouerbium abierunt, præſertim vlcus illud & veſicæ turgentes; vt patet Deuteron. 28. *Percutiat te Dominus vlcere Aegypti.*

Exod. 9.16. — *Ioſue 2.11.* — Aegyptiacas plagas abijſſe in prouerbium. *Deut. 28.35.*

4 Aegypti plagarum enumeratio.

Sed quòd ſimilia, & non parum etiam grauiora paſſus ſit Iob, breuiter explicemus. Prima plaga, Exod. 7. aquarum putreſcentiú verſarum in ſanguinem, non valde magna fuit, licèt enim afflicti fuerint Aegyptij ſeptem diebus, quibus hæc plaga durauit, tamen non defuit illis aqua puteorum, ſicut ſcribitur, *Foderunt Aegyptij per circuitum fluminis aquam, vt biberét.* tum etiam ſi qua aqua tunc temporis fuerat in paruis vaſis teſtaceis aut æreis, illa non eſt verſa in ſanguinem, vt cum Hebræis Caietanus aſſerit; nam præter flumen, riuos, & paludes, tantùm additur, *ſit cruor tam in ligneis vaſis quàm in ſaxeis.* Sed eſto dicamus putealem etiá aquam verſam fuiſſe in ſanguinem, huic oppono, tum quòd neceſsè fuit Iobum morbis ardentem & inflammatum, perpetua laboraſſe ſiti; tum habuiſſe tam fœtidum tamque cruentum, & ſanioſum ſputum, vt deglutire non poſſet, & vt quidquid ſumeret, ſiue cibum, ſiue potum, fœtidum redderetur. Sic enim iuxta Septuag. ipſe ait: *fœtorem video eſcas meas.*

Exod. 7.24. — *Caietanus.* — *Exod. 7.19.* — *LXX.* *Exod. 7.6.*

Secunda fuit Ranarum fœdiſſimarum, & obſcænarum: quæ tum omnia importunis vocibus implebant, tum verò potiſſimùm cibos contaminabant, & nauſeam efficiebant. Huic reſpondet cibi faſtidium; & continuus ex omnibus mébris fœtor, de quo iam diximus. tum verò coaxantes & perſtreperæ importuniſſimorum amicorum voces, contumeliæ, oneroſæ conſolationes, & frequentes ab iiſdem ſcommatum iactationes, & repetitiones. inter has ranas multo illa loquacior, multoque moleſtior ſtultæ vxoris oblocutio.

Tertia fuit Cyniphum (id eſt) pediculorum vt Hebræi volunt: quam ſic Philo deſcribit; *Ea beſtiola, tametſi exigua admodum ſit, infeſtiſſima tamen ſolet eſſe: non ſolùm enim ſummam cutem lædit pruritum in ſenſum immittens ac noxium, ſed etiam interiùs penetrat per nares, aures, lædit etiam oculos, niſi quis cautus fuerit.* de morbo Iobi pediculari, eiuſque verminationeque ſupra diximus; tum etiam quòd vermes, & mordendo, & lædendo ſolito moleſtiores eſſent extimulati à Dæmone, ex Philip. & Bed.

Exod. 8.17. Cyniphes, qui. *Philo.*

Quarta, *Cynomia* (muſca canina diuerſi generis; mixtio beſtiolarum multiplicium) *quæ comedit eos.* Exod. 8. Pſal. 77. & 104. hanc quoque ſuſtinuiſſe Iobum, auctores ſuprà adduximus Philippum & Bedam, res homini vlceroſo; moleſtiſſima, & vix tolerabilis.

Exod. 8.21. *Pſal. 77.45.* *Pſal. 104.31.*

Quinta, Peſtis pecorú grauis, ſuper equos, aſinos, camelos, oues, & boues. Quid verò diſtat inter peſtem, pecorum, qua animantia cuncta perierunt, & deprædationem, qua cuncta ablata ſunt? Hoc grauius, quòd aſini, boues, cameli, non ſolùm ablati, ſed etiam in hoſtium vſum & commodum, quod alterum malum eſt, abducti ſunt.

Exod. 9.3.

Exod.9.10. Sexta, Vlcera illa maligna, & veſicæ turgentes. Hæc in Iobo eadem quidem; ſed tanto grauiora, quanto cum pluribus alijs grauiſſimis quoque morbis, coniuncta & implicata.

Septima, Grando ſæuaque tempeſtas, fulminibus & igni admiſta, ſuper homines, & iumenta, & ſuper omnem herbam agri, Exod.9. *Pſal.77.48.* Pſal.77. *Tradidit grandini iumenta eorum, & poſſeſſiones eorum igni.* illud benignè erga Aegyptios, *Exod.9.19.* quod ſic admonuerit Moyſes Pharaonem, *Mitte iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro. Qui timuit verbum Domini de ſeruis Pharaonis, fecit confugere ſeruos ſuos, & iumenta in domos.* *V.31.* *Linum præterea & hordeū læſum eſt, eo quod hordeum eſſet virens, & linum iam folliculos germinaret: triticum autem & far non ſunt læſa, quia ſerotina erant.* acerbiſſima hæc omnia erga Iobum, quòd ex ampliſſima familia, quæ in agris erat vix vnus aut alter euaderet; ſæuiſſima tempeſtas orta; cæleſti igne tactæ oues, pueri conſumpti; nemini vlla fugiendi mora conceſſa, fruges omnes depopulatæ a Sabæis, & Chaldæis, & omnis ſementis ſpes ablata.

Exod.10.4. Octaua, Locuſta, & Bruchus, & ærugo *Pſal.104.34.* vaſtantes omnia. Nihil etiam ex vinetis, frute- *Sap.16.19.* tis, & hortis quæ habuit amæniſſima, nedum ex frugibus Iobo reliquũ fuit; prędones enim & graſſatores, hi ſunt veriſſimæ locuſtæ vaſtantes omnia, Iſa.40. v.22.

Nona, triduanæ tenebræ palpabiles, horri- *Exod.10.22.* biles, ex quibus illa moleſtiſſima pœna ſecuta eſt, quòd nemo ſe poterat mouere; nam vt *Sap.17.2.* Sap.17. dicitur: *Vna catena tenebrarum omnes erant* *Sap.18.1.* *colligati, longæ noctis vinculis compediti.* Secundò quòd erant *pauentes horrendè, & cum admiratione nimia perturbati, & perſonæ triſtes illis apparentes pauorem illis præſtabant, terrores, magicæ artis deriſus, ſerpentium ſibilus,* & eiuſmodi alia Sap.17. Vides autem Iobũ ſępiùs lamentantem ſe coniectum in vincula; nam mouere ſe loco non poterat, *Iob 13.27.* *Poſuiſti in neruo pedem meum,* & c.19. *Semitam meam* *Iob 19.8.* *circumſepſit, & tranſire non poſſum, & in calle meo tenebras poſuit.* Terrores per inſomnia, & tenebras ſæpius repetit. perſonas horrendas illi *Iob 16.10.* apparentes illud indicat, c.16. *Hoſtis meus, terribilibus oculis me intuitus eſt.* quo loco Philip. ſic ſcribit: *Potuit per amicos ipſi Iob viſus diaboli quodammodò horribilis apparere, vt quemadmodum caro eius ab eo pœnis atterebatur, ita etiam mens ipſius, terroribus turbaretur, licet hic locus, poſſit & ita intelligi, quod vbi Iob claudebat oculos, ſe ad ſomnum deſideratum componens illi, o vmbræ quædam, tetræ horrendæq; imagines eſ à Diabolo, & eius ſocijs intentabantur, vt ipſe Iob ait ad Dominum, terrebis me per ſomnia, & per viſiones horrore concuties.*

Decima, cædes primogenitorum, quæ eò fuit in Iobo grauior, quod non ſolum primogenitus, ſed decem vtriuſque ſexus filij, nulla relicta ſpe ſobolis miserando interitu ablati fuerunt. Illud tandem in omnibus plagis longè grauiſſimũ, quòd Aegyptij plures, non Pharao ſolum percuſſi fuerint; quippe ſocij pœnarum ſolatio ſunt; præterea plagæ non continenter inflictæ, & aliæ ex alijs nexæ; ſed interuallis ſeparatæ, & loco reſpirandi, deliberandique conceſſo, tandem quod non plures quam octo & viginti dies, aut circiter durauerint. Sed Iobus ſolus, continenter, nullo reſpirandi ſpacio conceſſo, inopinato, diuturno tempore tot malis laborauit. Sed iam eſto primi atque difficillimi certaminis finis, quod cum dæmone, & carne ſua obijt, iam ad ſecundum valde periculoſum, quod erit cum ſtimulo ſuæ carnis, vxore ſtulta, ineundum, deſcendamus. *Primi Iobi certaminis finis.*

IX. Dixit autem illi vxor ſua: adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? benedic Deo & morere.

1 *Quæ Iobi vxor, variæ ſententiæ, nulla certa.*
2 *Variæ cauſæ ſeruatæ vxoris. vera, vt eſſet nouæ calamitatis materia.*
3 *Fœmina multa importunè garrit. Notio nominis Eua, & cum ſerpente cognatio. Fœminarum plurima vitia.*
4 *An Dæmon ementitus fuerit habitum vxoris. Hanc quoque dignè vituperat ex patribus.*
5 *Colloquium vxoris cum Iob ex LXX. vxor mendicans oſtiatim. Fœminæ deſperantes. Tribulatio ſpem nutrit.*
6 *Quid hoc loco ſimplicitas. Quæ fœminarum ſuppellex ex Ariſtotele. explicatur Sapiens de muliere forti.*
7 *Variæ benedicẽdi, & totius ſententiæ expoſitiones.*
8 *Germana expoſitio. Variæ etiam acceptiones huius ſententiæ, blaſphemiæ capitalis pœna.*

Dvplex hoc loco de vxore Iobi quæſtio occurrit, prima, quænam mulier fuerit, *1 Quæ Iobi vxor.* Secunda, quare à communi interitu & clade ſeruata? Quod ad primã attinet, Philo de anti- *Philo.* quitatibus exiſtimat fuiſſe Dinam Iacobi filiã, quam Sichem conſtuprauerat. idem ſcripſit Pharaphraſtes Chaldæus; cuius ſententiam probare videtur Genebrar. in Chronol. addit *Chaldæus.* replicator contra Burgenſem, ſuper id, cap.21. *Genebrar.* *Interrogate quemlibet de viatoribus,* ex Hebræorum *Replicator.* ſentẽtia Iobum ex Dina ſuſcepiſſe filiam pulcherrimam, quam duxit Putiphar, de qua venit Aſenez, quam duxit Ioſeph vxorem in Aegypto, vnde Hebr. excuſant Ioſeph de matrimonio alienigenæ: neque omninò Hæbræi in ea re conueniunt, nam R. Salomon dixit Di- *R. Salomon.* nam nupſiſſe, poſtea fratri ſuo Simeoni, habuiſſeque filium nomine Saul. Sed hæc omnia anilia ſunt, & Hebræorum ſomnia, nullo ſolido fundamento erecta. Septuag. cap.42. aiunt *LXX.* duxiſſe vxorem Arabiſſam, ſed an eadẽ fuerit vxor, quam poſt reſurrectionem ſuam habuit, non conſtat; de quo eo loco dicendum erit. res ergo hæc omninò incerta.

Quare vero ſeruata fuerit Iobi vxor, rurſus *2 Cur ſeruata Iobi vxor.* Philo, ad ſanctitatem, & vitæ merita Iacobi *Philo.* parentis id refert. Hoc item ſomnium Hebraicum. nam filij Iob propter parentem ſanctiſſimum liberati non ſunt ex Dæmonis manu & poteſtate, & liberaretur ſcilicet Iobi vxor propter parentẽ Iacob, præſertim cum ſi alterius ſanctitas prodeſſe illi debuit, aderat maritus ſanctiſſimus, cuius merita eſſent illi cauſa incolumitatis. Titelmanus late explicat, fortè *Titelman.*

vxorem,

vxorem, quod eſſet quaſi pars ipſius viri, ſimul cum Iobo ſeruatam eſſe. ſed non quid meliori ratione ſeruari debuit, quàm ipſe Iob, vt hæc nó viuens ſolũ, ſed ſana & integra, Iob verò viuus licet, mille tamen morbis cóſoſſus fuerit.

Chryſoſt.

Chryſ. aliquando dixit ideo vxorẽ ſeruatam, vt ſua opera, & emendicato victu virũ ſuſtentaret. Sed cum ad ea quæ ad Iobum pertinebant peramplam poteſtatem Dæmon nactus eſſet, certe ſeruare nollet, quod ad illius mala leuãda vlla ratione conferre potuiſſet.

Vera ſeruatę vxoris ratio.

Ergo illa eſt veriſſima ſeruatæ vxoris ratio, quam tam Græci, quàm Latini ſummo conſenſu tradunt, Tertul. Cyprian. Auguſt. Chryſoſt. Theophanes, Proſper. Gaudentius, vt illius vita, & perſuaſio, nouum tentationis & calamitatis genus viro ſuo exiſteret. Nazianz. oratione in laudẽ Athanaſ. illam appellat, *calamitatum cumulum*, Chryſoſt. ſuper id, *Si bona ſuſcepimus fortiſſimum* atq; aptiſſimum aduerſus Iobũ telum, *& pugnandi inſtrumentũ*; hoc fuiſſe Dæmonis conſilium, nemo miretur, qui in ethnico ſcriptore, rem ſimilẽ legat. vxores namque ad regum extremam miſeriam, ſeruari Megæræ ac furiarum conſilio tribuit Seneca in Thieſte, cũ Megæra Tantalo ab inferis excitato ſic inter alia præcipit.

Tertul.
Cyprian.
Auguſt.
Chryſoſt.
Theophanes.
Proſper.
Gaudentius.
Nazianz.
Chryſoſt.
Senec. in Thieſt. act. 1. ſc. 1.

Fortuna Reges inter incertos labet;
Miſer ex potente fiat, ex miſero potens;
Fluctuque regnum caſus aſſiduo ferat:
Ob ſcelera pulſi liberi pereant male;
Peius tamen naſcantur. immineat viro
Infeſta coniux.

3 *Dixit autem.* Dicendi, loquendi, conſiliũ non rogata præbendi, fœmina ſemper cupida. nam quis permittat fœmina docere? *mulier* (inquit Paulus) *in ſilentio diſcat, cum omni ſubiectione, docere autem mulieri non permitto, neq; dominari in virũ, ſed eſſe in ſilentio. Adam enim, nõ eſt ſeductus ſed Eua*, quaſi dicat facilè mulierem falli; & cùm falſa ſit, facile alios in deceptionem ſuis verbis, & perſuaſione adducere poſſe. quo loco Euã extitiſſe Adamo erroris magiſtram, aſſerunt multi patres; Hęreſeſq; multas à fœminis initia incrementaq; ſumpſiſſe, prolatis exẽplis, docet Hieronymus epiſtola ad Creſiphon. & illud certe in fœminam de his, quæ captum excedunt, ſtulteloquentem, & contendentem, rectè dici poteſt, quod Baſilius Demoſtheni cuidã valentis coquo ſibi oblatranti reſpondit. *Tuum eſt de pulmentis cogitare, non dogmata diuina decoquere.* Sapienter ſanè Honorius atq; Theodoſius imperatores dixerunt, fœminarum conſiliũ aduerſus propria commoda laborare. imo & earum contritiorum verborumq; halitum venenatum eſſe illud indicat, tum quòd cum ſerpente locuta eſt, & ſerpentem non exhorruit, ſimilis videlicet ſimilem; tum quod Clemẽs in exhortat. ad gent. Epiph. lib. 3 ſcribunt nomen, *Eua*, ſine aſpiratione mulierem; cum aſpiratione verò, ſerpentem ſignificare. ita vt neq; vna littera, deficere videantur. ſed quidẽ (vt hoc quoque obiter dicamus) ſi accuratè horum nominum ex Hebræa origine ratio habenda eſt, non tam littera differunt, quàm ſemi littera, vt ita dicam, aut ſimilis litteræ, in ſimilem permutatione. nam *Hbaua*, Eua, & mulier eſt; at permutata, *Vau*, in *Iod*, *Hbaia*, eſt ſerpens, beſtia animal & interdũ ferum, & non cicur. quòd ſi eorum nominum ethymologiæ ratio habenda eſt, vtrumque videtur commodè deduci poſſe à verbo *Hbaua*. De mulierum verò vitijs, diſſerunt abundè ſancti patres Chryſ. hom. 32. in Matth. 19. Epiph. lib. 3. tomo. 2. hæreſi. 79. & hom. de decollatione Baptiſtæ Hierony. ad Oceanum de vita clericorum, & Aluarus Pelagius, lib. 2. de planctu Eccleſiæ centum & duo notat fœminarum vitia, plura fortè omiſit.

Fœmina nõ rogata conſilium obtrudit.
1. ad Thim. 2. 11. 12. 13.
1 Cor. 14. 34. & 35.
Euam extitiſſe Adamo occaſionem errandi.
Hieronym.
Baſil.
Tripart. lib. 6 c. 36.
Theodoret. li. 1. c. 9.
l. ſi pater. C. de ſponſal.
Clemens.
Epiphan.
Etymologia nominis Eua.
חוה
חיה
חוה
Chryſoſt.
Epiphan.
Hieronym.
Aluar. Pelag.

4 *Vxor ſua.* Chryſ. veroſimile exiſtimat, quod à nonnullis aſſerebatur, hanc nõ fuiſſe veram Iobi vxorem, ſed Diabolum eius ſimilitudinem imaginemque exprimentem; res propè eadem atque illa, an veri nuntij fuerint, an verò quos dæmon ſimularet. de quo ſupra. nunc certe non valdè intereſſe videtur, an fœmina, an verò Diabolus ſub fœminæ ſpecie loquatur, nam; vt Appol. dicit, *Hæc mulier affinitate attingit Diabolum*, ſicut neque multum refert, an Diabolus in ſerpente, an verò nunc in muliere loquatur. Gregorius Theol. in car. mulierem hanc vocat plenum doli inſtrumentũ, & fraudulenta oratione virum aggredientem. Chryſoſt. furore Dæmonis concitatam dicit, certiſſimum telum, machinã adamantino muro adhibitam Gregor. ſcalam fuiſſe, quam Dæmon turri fortiſſimæ admouerit, & per quam ſubrepere niſus fuerit, vt ſic mors per feneſtras intraret, id eſt, per auditum, & conſenſum pręſtitum malè ſuadæ vxori. *Diabolus* (inquit) *duobus modis impugnat, tribulatione, vt frangat: perſuaſione, vt molliat.* Baſil. & Didym. appellant mulierculam mente circumuentam. Tandem Olympio. ſpiritu diabolico imbutam. *Turrim verò fortiſſimam* ſæpè vocat Chryſoſt. Iobum, præſertim hom. 1. in Iob. Theophanes, epiſtola. 2. *Hæc nullis tormentis mutauit, nedum deijci potuit. nunc irreptitijs artibus, & fallacijs petitur, & fumen ſcalis, ſed fruſtra iacitur rete ante oculos.*

Chryoſt.
An Satanas quoq; emen titus fuerit vxoris habitum.
Appol.
Grego. Theol.
Chryſoſt.
Greg. lib. 3. c. 6
Chryſoſt.
Theophan.

5 *Adhuc permanes.* Non dubium quin plura alia verba inter Iob, & vxorẽ conſerta fuerint: ſed illa tantùm narrat Scriptura, quæ mulieris virus, & viri patientiſſimi antidotũ continent. Quod autem Chryſ. veroſimile exiſtimat, non hoc primum fuiſſe conſilium ab vxore adhibitum, ſed alia multò aſperiora ab illa ſæpenumerò Iob audiuiſſe, mihi nulla ratione probatur: quippe nullum aliud videtur potuiſſe nequius eſſe, aut impudentius, quàm de blaſphemando. quòd ſi aliud grauius fuiſſet, non prætermitteretur ab Scriptore ſacro. Septuag Vaticani illa addant, quæ Græci oẽs explicant & Chryſ. habet hom. 18. in 1. ad Corin. & Dæmonis arte cõparata ad frangendũ, & debilitandũ Iobi animũ planè videntur. quamuis in Complutenſibus, vt pleraq; alia deſint. *Tempore multo tranſacto dixit ei vxor eius. Quouſq. ſuſtinebis dicens: Ecce permaneo tempus adhuc paruum expectans ſpem ſalutis meæ? ecce enim deletũ eſt memoriale tuum de terra, filij, & filiæ, mei vteri dolores & labores, quos in vacuum laboraui cum ærumnis. Tu verò ipſe in putredine vermium ſedes, pernoctans ſub dio; & ego errans & ancilla, locum ex loco, & domum è domo exſpectans*

LXX.
Chryſoſtomus.

ſolem, quando occides, & requieſcam ab ærumnis & doloribus, qui me nunc premunt. ſed dicito aliquod verbum in Dominum, & morere.

Olympiod.

Olympi. ait. *Hæc omnia diuino permiſſu eueniſſe, vt neque vxorem quiſquam miſeraretur, neque ſuperiorum fœlicitatis repetita memoria eius ſolaretur mendicitatem, quandoquidem non ſinebat boſtis, vt illi quiſquā miſericordiam impertiretur, quam etiam mercede locauit ad ſuam ſuique viri vitam ſuſtinendam.*

An vxor Iob mēdicauerit. Baſil. Chryſoſt. Olympiodor. Nicetas.

Mendicabat igitur, vt Baſil. Chryſ. Olympiod. dicūt, & cibi quotidiani cauſſa oſtia pulſabat. Nicætas hæc mala proponi ab vxore exiſtimat, vt ſignificet, quibus iniurijs ſui viri cauſſa affecta fuerit.

Theophanes.

Theophanes, *Noſtis* (inquit) *omnes, quomodo ſoleant mulierū fletus & lachrymæ frangere & mollire viriles animi robur, ex communi præſertim calamitate, ſi tot rumque amiſſione prouenientes.* Hæc omnia contineri vidētur in illa particula, *adhuc*, diuturnitas malorum, expectatio, patientia Iobi, magnanimitas, vxoris deſperatio, & puſilli animi modica fides; cum ſcriptū ſit.

Iſai 28.16. Quien de Dios ſefia, de le larga y no le de priſſa. Luc. 8.15. Ariſtot. Tob. 10.6.

Qui crediderit non feſtinet, ſic enim *fructum adferet in patientia*, id eſt, in longanimi, & æquanimi expectatione diuini conſilij, & prouidentiæ. certè Ariſt. lib. 9. de hiſtoria animalium, dixit, *Mulieres quam viros, magis deſperātes eſſe*. exemplum eſt Tobię iunioris mater, cui dicebat vir ſuus Tobias, *Tace, & noli turbari, ſanus eſt filius noſter; illa autem nullo modo conſolari poterat, ſed quotidie exiliens, circunſpiciebat, & circuibat vias omnes.*

Iudith encomium. Iudith. 8. 13. Nazian.

Nam quòd Iudith longanimis fuit, cùm viri omnes deſperantes, deditionem cogitabant, ad virilem pluſquam animū referendum eſt; *Poſuiſtis* (inquit) *vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei.* Nazianz. oratione in laudem Athanaſij, *paruos homines appellat*, qui de tribulationib' nihil magnū ſibi polliceri audent, &, ſi diuturnæ ſint, nullam diuturniorem ſpem animo concipiunt. cùm tamē iuſtus tantum abſit, vt in tribulatione deſperet, vt potius ſicut *tribulatio patientiam* efficit, ita etiā, patientia & tribulatio ſpem efficiant obtinendæ ſalutis & præmij ampliſſimi.

Tribulatio & patientia ſpem nutriunt. Rom. 8.19. Origen.

Hæc eſt illa *creatura*, id eſt afflicti hominis, *expectatio* longanimis. quæ apud Paulum, *reuelationem filiorum Dei expectat; vanitati enim* (id eſt, mundanis tentationibus interprete Origene) *creatura* (homo, aut iuſtus) *ſubiecta eſt, non volens, propter eum, qui ſubiecit illum in ſpe.*

6

Lyra. Hugo. Perion.

In ſimplicitate tua. Lyra, Hugo, Perion. in vita Iob, & alij *ſimplicitatem*, pro ſtoliditate, & ſtupiditate accipiunt, quòd ſenſui humano videatur ſtolidum, Deum benedicere, à quo tot mala corpus accepiſſet; quaſi diceret; Tune adhuc in tuæ * ſtultitię cæno hæres? interpretatio minimè congrua; cùm omnino idem ſignificet, quod ſupra. verſ. 3. *adhuc retines innocentiam*.

* Aū toda via te eſtas en tu necedad? Baſil. Didymus. Chryſoſt. Ariſtot.

Sed tamen hoc pro cōtumelia obijcitur ab vxore. id quod obſeruarunt, Baſilius, Didymus, Chryſoſt. verborū contēptu, contumelijs, cōuitijs vxorē cū Iobo agere. Sūt fœminæ viris in maledicēdo petulātiores celerioreſq;. ſic docet Ariſt. lib. 9. de hiſt. animal. *Mulier magis inuida, & querula, & maledicentior, & mordacior; præterea anxia & deſperans magis, quàm mas, atque imprudentior, & mendacior & facilior decipi, memoriſſque aptior.* Hæc ſuppellex fœminarum clarè perſpici in Anna Tobiæ vxore poteſt, quæ nihil læſa indignis contumelijs mitiſſimum Tobiam afficit; nam cum ille cæcus licèt (vt patremfamilias ſtrenuum decet) quid rei eſſet hędus ille, quem balantem audiebat, exquireret; irata reſpondit *Manifeſtè vana facta eſt ſpes tua, & eleemoſinæ tuæ modo apparuerunt, atque his & alijs huiuſcemodi verbis exprobrabat ei.* Tob. 2.22.

Sed hac quoque Iobi vxor maledicentior, nam illa aliquid audiuit à marito, quo ſe lædi credidit; hæc verò nihil omnino accepit; ſtulta vtraq;, & ſapientis illius fortiſque mulieris longè diſſimilis, quæ viro ſuo *Reddidit bonū, & non malum omnibus diebus vitæ ſuæ.* Prouer. 31. 12.

nam cùm aliæ vxores ſoleāt pro malo malum reſpondere viris ſuis, aliæ etiam pro bono *malum reddere*: fortis tamē *mulier*, ſiue maritus bonum, ſiue malum diceret, nihil ſimile regeſſit, neque verbū * malum reddidit, omnino a contumelijs & maledicentia abſtinens, quamuis maritus à contumelijs minimè abſtineret.

*Iamas le bolvio a la cara vna mala palabra.

Benedic Deo & morere. Multiplex & varia eſt apud interpretes huius loci ſententia. 7

1. Expoſitio.

nam primò quidam *benedicere* accipiunt pro petere, precari: quaſi dicat, precare a Deo mortē tantis malis remedium vnicum. hæc dicitur eſſe expoſitio Luciani martyris, & ſequitur Ioachimus Perionius in vita Iobi. ſed non placet Iuliano in Catena, præſertim cum ideo hæc expoſitio alijs probaretur, quod vxorē Iobi defendere vellēt, quæ quaſi valde pia & religioſa ſuaderet vir, vt precibus ad ſe mortem alliceret, ne fortè aliqui tanta calamitate offenſi de Deo male loquerentur. non enim eſt, quòd defendēdam quiſpiam ſuſcipiat hanc mulierculam (ſic appellant Baſilius, & Didymus) quam Iob ſtultam vocat.

Lucian. Mart. Ioach. Perion. Iulianus. Baſilius. Didymus.

2. Expoſitio. Caietanus Eugub.

Caietanus & Eugub. *Benedicere Deo*, pro Dei cultu, & veneratione accipiunt; totā verò ſententiam per ironiam; quaſi vulgatum prouerbium ab impijs vſurpatum Deum piè venerare, morte, miſera, erit vanæ pietatis pretium * *Benedic Deo &c.* ſimilis ſanè fuit ſtultitia Annæ dicentis. *Nunc apparuerunt eleemoſinæ tuæ*. ab eo enim prauo impiorū de Deo, & de religione ſenſu auocat id Deut. 29. *Ne fortè ſit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus &c. cūq; audierit verba iuramenti huius* (videlicet, quibus Deus tot pijs bona promittit, tot ſupplicia impijs minatur) *benedicat ſibi in corde ſuo, dicens, Pax mihi erit, & ambulabo in prauitate cordis mei* (id eſt etiam ſi ambubulem in prauitate cordis, pax mihi & bonorum omnium abundantia erit) *benedicat que ſibi* (& impunitatē polliceatur, nam qui Deo ſeruiunt, citiùs & certiùs moriuntur) *& aſſumat ebria ſitientem.* prouerbialis videtur locutio, id eſt; addat ebriam ſitienti, coniugatq; vtramq́, terram madentem, & ebriam ſuo ſanguine, & ſupplicio, cum innocente. id eſt, dicat impius, tam impios quam pios obnoxios eſſe pœnis atque ſupplicijs, neq; pietatem prodeſſe iuſto, ad vitam, vitæque iucunditatem. idem ſenſus in veriori nunc Vaticana lectione, & * *abſumat ebria ſitientem*, id eſt, qui puniuntur ad ſe trahāt pios & iuſtos, cùm pariter omnes miſerijs inuoluantur, Cùm enim ſemel Deus gladium diſtringit, ſine vllo iuſti vel iniqui diſcrimine

* Seruid a Dios y os pagara con malos. Iob. 2. 22. Deut. 29.19.

Editio Vaticana.

*Hoc videtur eſſe impiorum Prouerbium. Si Dios comiēça a caſtigar a todos los lleua abecho y a nadie le vale ſer bueno.

D.Thom.

obuios quoſcumq; obtruncat. Huc pertinet id quod Diuus Tho. proponit ex deſperanti animo profectum; *Benedic Deo. & morere*; cùm ex anteacta vita, & Deo benedicendi ſtudio nihil niſi ærumnas reportaueris, morboſq; letales, ſi in benedicendo perſeueres, quid præter mortem certiſſimam conſequuturum te exiſtimas? igitur ſi, quod nunc tibi reliquum eſt lingua illum laudes, nihil expectabit ille amplius ad te perdendum. *benedic* itaque tandem illi, *& morere*, vt moriaris.

8 3. Expoſitio.

Tertiò, *Benedicere* pro maledicere, accipi debere, locus ipſe poſtulat, & Dæmonis conat⁹: hoc enim ſuggerit, & fieri hortatur vxor, quod Dæmon procurandũ, & obtinendum ſibi propoſuerat, *niſi in faciem benedixerit tibi*. quo etiam modo Septuag. & Chaldæus accipiunt. ſed adhuc multiplex ſenſus, multiplexque huius ſententiæ affectus.

LXX. Chaldæus.

Primus, vt ad iram pertineat, quæ mulieri afflictæ, & laceſſitę innata eſt; vt id dicat quaſi volens ſe de Deo vlciſci, quē credebat ſolum malorũ auctorem; * Deũ maledictis onera, vlciſcere, licet infœlici morte pareetur vindicta: ne prius animũ exhales quàm multis probris in Deum congeſtis dolori tuo ſatisfeceris.

* Deshonralo y vengarte del aunq te queſte la vida, note mueras ſin que ſe lo dexes muy bien dicho.

Secundò, vt ad inconſtantiam in fide & religione pertineat, ea ratione, quam Diuus Tho. & Lyra indicant; Cùm ex tua pietate nihil niſi ærumnas reportaueris; * nũc iam aliud viuendi inſtitutũ arripe; iniurius eſto in Deũ; quod forte fœliciùs cadet. quod ſi etiam moriendum tibi ſit ea ratione ſicut nunc, nihil tentaſſe nocuerit. Hi ſunt, qui *ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt*, quibus ingens in extremi die iudicij ſupplicium minatur Sapiens. *Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam, & diuerterunt in vias prauas. & quid facient, cùm inſpicere cœperit Dominus?*

D.Thom. Lyra.

* Muda eſtilo y prueua ventura, que aſſi como aſi no puedes durar mucho.

Luc.8.13. Eccleſ.2.17.

Tertiò, vt ſit deſperantis animi, & ærumnis ſuccumbentis, & mortem optantis miſerorum conſolatricem. ita Chryſ. Appol. Baſil. laceſſe Deum, vt te interimat, manibus & verbis more impiorum mortem accerſe. De hoc illud quoq; accipitur Eccleſ. 22. *Ne feſtines* (egredi e mortali vita, aut mortem accerſere) *in tempore obductionis* (illationis pœnarum & calamitatũ.) *Blaſphemiam* (inquit Appollinaris,) *ſolam ſtatuebat, quæ ſubitam necem adferret.*

Chryſoſt. Appol. Baſil.

Eccleſ.22.

Quarto, non eſt mihi inter alios ille ſenſus vltimus, quem indicat Gaudentius Brixianus præfatione in ſuum tractatum ad Scripturam, vt vxor ſuadeat. vt mortem blaſphemanti debitam & iure legeque ſtatutam, ſuis verbis & blaſphemijs ſibi compareet. ſicut ſolent ſontes, & qui diu in carcere & ſqualore iacuerũt aliquid tandem inſignis facinoris patrare, aut hominem interficere, vt inde * tandem vel ad patibulum educantur, illud (itaq; inquit) piaculum admitte, quo legibus poſtulatus capitis pœnam ſubeas. Blaſphemiæ autem mortis pœna ſtatuta erat in lege, iuxta id, *Eſt alia loque contraria morti*, id eſt, iuxta mortem, aut è regione mortis habitans. Quamuis autem Iob ante legẽ vixerit, potuit tamen, tum apud ſuos, tũ apud nationes alias viguiſſe, vt diuini numinis iniuriæ & blaſphemiæ morte puniretur; ſic enim Socrates, quòd in Deos iniurius haberetur, apud Athenienſes delatus & damnatus eſt.

* Haz algo porq te ahorquen, y aſi ſin ſagas de penas.

X. Qui ait ad illam: Quaſi vna de ſtultis mulieribus loquuta es. ſi bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſcipiamus? in omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis.

1 *Qualis Iob ad vxorem conuerſio & reſponſio. Iuſti acerrimi in defendẽdo Dei honore. Iuſtorum ira laudabilis.*

2 *Corripiendi moderatio. Particula Quaſi Eua notata.*

3 *Quid ſtultitia in ſacro ſermone. multiplex acceptio.*

4 *Iuſtorum ægrotantium erectus animus. Impatientes ægroti notati ex Salom.*

5 *Argumentatio confecta à Iob. & 1. conſequẽtia probanda ratio ex Dei manu erga homines beneficia.*

6 *Alia probanda illius conſequentiæ via. iucunda cum Deo ſocietas etiam iactura. Anticipata mercede nos ille conduxit.*

7 *Rerum humanarum viciſſitudo. permiſcenda aduerſis proſpera.*

8 *Verborum modeſtia ex Dei timore. An Iob vnquã verbo lapſus fuerit. Quæ labia ſcelesta apud Salomonem.*

AIT *ad illam*. Septuag dicentis geſtũ indignabundũ expreſſerunt: *Reſpiciens in illã*. ſic obſeruant Baſilius & Chryſ. *Cum ea verba ſtomachum Iobo mouiſſent, (id quod ſuperiora mala facere minimè potuerant) pleno ira & iræ vultu, truciq; aſpectu ad vxorem cõuertitur.* Theophanes epiſtola.2. *Iratus, & cum indignatione reſpiciens.* Cum de Dei honore agitur, Leonibus, ſe valentiores præbent iuſti aduerſus impios, & impietatem; cùm in ſuis priuatis malis ſuſtinendis agnis mitiores ſint, & corã tondente obmuteſcant. vide id Malachiæ.3. vbi aduerſus eos, qui diuinam prouidentiam criminabantur dicentes, *Vanum eſt qui ſeruit Domino &c.* dicitur. *Inualuerunt ſuper me verba veſtra, ait Dominus,* (ſtultitiam veſtram, tolerare non poſſum) *Tunc loquuti ſunt, timentes Deum* (illi videlicet iuſti qui diuinam prouidentiam tuebantur,) vt Hieron. explicat, voces tã indignas ægrè habuerunt, quare cum antea ſiluerint *tunc locuti ſunt*, compulſi, videlicet, abrumpere ſilentium. vide Chryſoſt. hom.11 in c. 5. Matth. ſuper id, *Qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſſa reus erit iudicio.* ex quo ſic ille colligit; *Ergo qui cum cauſſa iraſcitur, non erit reus: nam ſi ira non fuerit, nec doctrina proficit; neq; iudicia ſtant, neque crimina compeſcuntur; iuſta ergo ira mater eſt diſciplinæ. itaque non ſolùm non peccant, qui cum cauſſa iraſcuntur, ſed econtrà ni ſi irati fuerint peccant.* hæc & quædam alia pulchra eo loco Chryſoſt. vide etiam Auguſt. lib. 1. de ſermone Domini in monte. cap. 19. quod habita iuſta cauſſa liceat fratrem vocare fatuum: quomodo & Chriſtus diſcipulos euntes in Emaus; & Paulus Galatas, *ſtultos* appellauit. ſic ille prędicãdi Dei verbi magiſter ſupremus, & fidelis concionator, qui cũ *maledicerctur*,

1 LXX. Baſil. Chryſ.

Theophanes.

Iuſti pro Dei honore acriter pugnant. Malac.3.14.

Hieronym.

Chryſoſt. Matth.5.22.

Auguſtinus.

D.Paul. ad Galat.3.3.

non

non maledicebat, & tanquam agnus coram tondente ſe obmutuit, vocauit tamen aliquando Iudæos mẽdaces, filios Diaboli, cæcos, & vehementer cõminatus *Væ* (inquit) *vobis Scribæ, & Phariſæi &c.* ab hoc loco non abeſt omnino id quod de Iobo quoque loquens Greg. dixit in præfatione. c. 2. comparat nimirũ virum iuſtũ grano ſinapis, quod ſi non conteritur lene eſt: contritum vero inardeſcit; *Sic* (inquit) *vnuſquiſque vir ſanctus, cùm non pulſatur, deſpicabilis ac lenis aſpicitur; ſi qua verò illum tritura perſecutionis opprimat, mox omne, quod calidum ſapit, oſtendit, atque in feruorem virtutis vertitur.*

Matth. 23. 13.

Gregor. Iuſtus cur ſimilis grano ſinapis.

Quaſi vna de ſtultis. Baſil. & Chryſoſt. obſeruant moderationem in corripienda vxore: nõ enim dixit *ſtulta es*, ſed *quaſi &c.* cum hoc ſatis eſſet ad ſanandum morbũ. cæterum obſeruatio non eſt ſolida; nam illud, *quaſi*, aut non ſimilitudinẽ, ſed veritatem affert, ac ſi diceret, Verè ſtulta es, aut ſimilitudinẽ cum alijs ſtultis, & à religione & pietate alienis mulieribus ſignificat, quæ nihil minuit acerbitatem reprehenſionis. Illud autem, *vna de ſtultis*, Origenes & alij, vt Chryſoſt. ait, referunt ad Euam, quæ fuit *vna*, id eſt prima ſtultarum; & primò a ſerpente ſeducta, de Dei præcepto & prouidentia non ſentiens in bonitate; neque ſyncerè loquens, & virum ſuũ ad malum pelliciens. ſed ſimplicior ſenſus, ſi indiſcriminatim pro muliere ſtulta accipiatur.

Baſilius. Chryſoſt. Correptionis modus.

Quaſi particula.

Origenes. Chryſoſt.

3 נבל Quid ſtultus in ſacro ſermone.

Nomen autem *ſtultum*, quod à *Nabal*, deſcendit, propriè ſignificat id, quod vi, vita, humore, ſapore, ſapientia deſtitutum eſt: quod languet atque marceſcit, & veluti aridũ folium decidit; inde pro eo, quod vile eſt, & abiectũ, nulliuſq; pretij: aut pro eo, quod ſenſu & mente deſtituitur, nullius animi, nullius cõſilij,* qui omnes ſuas cogitationes in rem contemptiſſimam abiecit. 1. Reg. *Nabal ſecundùm nomen ſuum ſtultus eſt*, qui nihil ſublime cogitat, neque dignam de rebus æſtimationem iudiciumq; habet, ergo ait Iob indignè, abiectè, valde humiliter de Deo, deq; eius prouidentia ſentis, atq; iudicas; ſenſu, conſtantia, virtute animi deſtitueris; deficis planè, marceſcis, langueſcis circa diuina; non ſolùm muliebrem imbecillitatem, ſed etiam ſtultitiam oſtendis; non tu Regis vxor, ſed e media turba mulierculalrũ vna es; non ſic à me inſtituta es; nihil inſtitutione diſciplinaq; mea dignum affers. Inde hoc nomen etiam accõmodatur ad eum, qui ideò abiectè de Deo ſentit, quod Deum nõ cognoſcat, neque veram fidem & religionem colat, quare ad idololatriam pertinet id Deut. 32. *Popule ſtulte, & inſipiens.* & iterum, *In gente ſtulta irritabo illos.* ſic & Paulus Rom. 10. vocat *Gentem inſipientem.* Pſalm. 73. *Populus inſipiens incitauit* (blaſphemauit, contempſit) *nomen tuum.* Dicet ergo Iob. Nihilo tu ſublimius, aut melius de Deo ſentis, quam qui Deum ignorant; cum Deo quaſi cum ligno, aut lapide agis; ſic exiſtimas impunè abituram blaſphemiam, & contumeliam diuini numinis? Apud Sinas & nationes barbaras, ſi quid infauſtum accidat, idola & lares vapulant, & contumelijs afficiuntur; non aliter igitur barbarorum, & ſtultorum more, vt Deum afficeret contumelia ſuadebat hæc mulier. Tertiò etiam id *ſtultitiæ* nomen ad inſigne facinus & factum contra publicam honeſtatẽ pertinet, quaſi ſit homine probo & ſapiente indignum, & quod in hominem cordatum cadere non poteſt. ſic Iudith. 19. 23. de præpoſtera libidine, *Nolite facere malum hoc; ceſſate ab hac ſtultitia.* & Ieremiæ cap. 29. *Ponat te Dominus ſicut Sedeciam, & ſicut Achab, quos frixit Rex Babylonis in igne, pro eo quod fecerunt ſtultitiam in Iſraël, & mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorũ.* erit ergo ſenſus; Cum ſoleant audaces & impudentes fœminæ ingentia facinora concipere, & machinari, illis te ſimilem præbes; ſtulti tiam tu quoq; meditata es, & ingens facinus, videlicet numinis contemptum. Tandem ſi commune fœminarum ſtultitiæ, & loquacitatis vitium notet, minùs acris, ſed non incommoda ſententia conſurget; Nunquam te ego in ſtultarum, & loquacularum inepticularum, numero poſuerã; at certe es de illarum numero.

* Necio y vil y de malos reſpetos.

1. Reg. 25. 25.

Stultitia de Idololatria dicta.

Deuter. 32. 6. 21. 6.

Ad Rom. 10. 19

Pſal. 73. 18.

Iudit. 19. 23.

Ierem. 29. 23.

Si bona ſuſcepimus de manu Domini &c. Muliebri ſtultitiæ maſculam, atque viro ſapiente dignã ſententiam opponit. Vides hic id Prouerb. 18. 4
Spiritus viri ſuſtentat imbecillitatem ſuam (mens enim, animuſq; benè affectus, & iuſtitia atque ſanctitate erectus, corporis morbos, atq; dolores extenuat, & mitigat, & corpus ipſum ægrum, ne omnino concidat atq; deficiat ſuſtentat) *Spiritum verò ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere?* (propriè ex Hebræo, ſpiritum perculſum quis leuabit?) quaſi dicat, Si animus ægritudinem aliquam habeat, maleque ſit affectus, non poſſe commodè à ſano & vegeto corpore leuari, aut tolerari; ſed fore vt ſibi, cæteriſq; omnibus moleſtiſſimus exiſtat, vt hæc ſententia ſignificet multo minùs moleſtum alijs eſſe iuſtum virum quamuis mille morbis & difficultatibus laboret, multorumq; ope, & opera indigeat, quam ſtultum, prauéq; affectum hominem, quem ſua vitia cunctis inuiſum atque moleſtum reddãt. niſi fortè voluerit interpres Latinus ad ægrotorum quorundam impatientiam, & iracundiam reſpicere; hi enim, ſi cum corporis morbis, animi quoq; ægritudinẽ, prauaſq; affectiones coniungant, neq; ſe ipſos ferunt, nedũ ab alijs tolerari benignè poſſunt. Ergo vir patientiſſimus Iob grauiſſimè laborans ſuum corpus ſingulari animi æquitate, & lenitate ſuſtentat, & tolerat; atq; morbos doloreſq; placat & mitigat. nã illud Plauti verum eſt. *Animus bonus in re mala dimidium mali eſt.*

Plautus.

Sententia autem hæc per interrogationem effertur; & vim habere videtur cuiuſdã argumentationis, quæ probet debere hominem æquo animo perferre quidquid immittat Deus; 5
ſi bona, læta, iucunda, proſpera, corpori & animo amica *ſuſcepimus de manu Domini*, oblata à Deo accepimus, læti & hilares, *quare* ergo non debemus etiam *mala*, aſpera, difficilia, iniucunda æquo animo ſuſcipere? obſeruat Chryſ. ſummã viri modeſtiam cum tolerantia cõiunctã: non enim magnum ſe aliquid præſtiturum dicit, ſi perferat: ſed quod ratio ipſa, & conſecutionis cuiuſdam neceſſitas ab homine exigit.

Argumentatio confecta à Iob.

Chryſoſt.

Conſequentiæ autem ratio & vis manifeſta 6

eſt,

Conſequentiæ connectæ à Iob vis & probatio.

eſt, & probari multipliciter poteſt. Primò, quoniam Dei manus, ex qua multa in nos bona profluxerunt, procliuis ſemper eſt ad benè faciendum; & multis diuitijs, gēmis, *Hyacinthis* plena; ergo quod nunc malum de illius manu ſuſcepiſſe videmur, omnino malū eſſe non poteſt, ſed propter noſtrum commodum, atq; bonum ab illo immiſſum. quare quod extra Dei manum poſitū, vel ſolo aſpectu nos perterrefaceret, poſitum in ipſa manu Dei malitiæ virus deponit, non ſecus ac Moyſis virga in terra, coluber in manu vim venenatam, & figuram terrificam amittit, exemplum ſit Elias Iezabelem fugiens, mortem à Deo precatus, *Tolle*, (inquit) *animam meam*. atqui facilè tibi, Elia, ſi mortem optas moriendum erit; ſeguius tantū fugias Iezabelem. at ille: Mors de manu Iezabelis ſuſcepta, quem non terreat. & in fuga conijcerat? eſt illa virulentus coluber: ſed de Dei manu mors mihi inflicta vita erit, & mearum ærumnarum atq; dolorum fomentum & ſolatium, nam quidquid Deus ſua manu largitur, amico & beneuolo animo confert. Non aliter Dauid mortem accipere paratus de manu Ionathæ, Saulis manū reformidabat. 1. Reg. 20. *Si eſt* (inquit ad Ionatan) *iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad Patrē tuum ne introducas me.* Quid nos ſi ad Chriſti Ieſu manus perforatas, & fuſo pro nobis ſanguine fluētes reuocem⁹, quidquid vnquā laboris & ærūnæ accipimus? ſi *calicē, quē dat* nobis ſua manu *pater* pēſitemus? itaq. hæc Iobi ad vxorē reſponſio, adūbratio illius q explicatè reddidit Chriſt⁹ Petro, fuiſſe videtur, *Calicē que dedit mihi pater, non vis vt bibā illum?*

Dei manus erga nos benefica.
Cant. 5. 14.
Exod. 4. 3.
3. Reg. 19. 4.
Mors de Dei manu minimè aſpernanda.
1. Reg. 20. 8.
Ioan. 18. 11.

Secundo probari illa conſequentia poteſt ex quadam æquitatis ratione; non ſolum enim lucri, ſed etiam iacturæ ineunda nobis cū Deo ſocietas eſt, Hinc illud Eccl. 7. *In die bona fruere bonis; & malam diem præcaue* (propriè ex Hebræ. *Malam diem vide*) id eſt, vt quidam non incongruè exponunt, conſidera à quo tibi malæ diei labor immittatur, videlicèt à Deo, qui diei bonæ tibi etiam auctor extitit, vt letanter excipias, *ſicut enim hanc, ſic & illam fecit Deus, vt nō inueniat homo contra eū iuſtas querimonias.* & iterum eodem loco. *qui timet Deum nihil negligit.* quē locum, iuxta antiquam lectionem, ſic legit Hierony. *Qui timet Deum,* * *egredietur ad omnia,* nullam cum Deo pacis conditionem aſpernatur, ſiue in proſperis, ſiue in aduerſis. eo loco ſic Hieronym. *Quia vita hæc mutabilis diuerſis quotidiè variatur euētibus, tam ad aduerſa, quàm ad proſpera iuſti animus præparetur, & poſcat Domini miſericordiā, vt quodcunque euenerit, librata mente ſuſtentet; qui enim timet Deum, nec proſperis eleuatur, neque opprimitur aduerſis.*

Societas cū Deo ineūda damni, & lucri.
Eccleſ. 7. 15.
Hieronymus
*Sale a qualquier parte do que Dios le haga.
Hieronymus.

Tertiò, vt ſit argumētatio quædā, quaſi à minori: Bona abſq. noſtris meritis accepim⁹, Deo munificè & liberaliter donāte; ergo illo iuſtè nobiſcum agente, & iuſta noſtris meritis ſupplicia rependente, reſpuere, aut repugnare fas non fuerit. imo verò ſi ille erga nos gratuit⁹ & liberalis nunquā extitiſſet, ſed nunc tantùm iuſtus vindex, ferre deberemus; cū aūt bona aliquādo donauerit, grati animi memoriam etiā in medijs malis abijcere nequaquā debemus.

3. Probatio.

Adde etiā quartam illius conſequentiæ probandæ viam; Si bona ſuſcepimus, quaſi anticipato. quod vocant, pretio nos Deus cōduxit ad labores, & mala toleranda; iniquus igitur erit, qui cum bona acceperit, mala detrectet. indicauit hæc Chryſ. *Sua* (inquit) *tantùm benignitate Deus eſt vſus; donum fuerunt illa, non merces; gratia, non compenſatio: aduerſa nunc ſecundis emetire.*

4. Probatio.
Deus nos ad laborandum conduxit.
Chryſoſt.

7 Tandem videtur hæc ſententia rerum humanarum viciſſitudinem ſignificare, namque conſequēs eſt, vt qui bona primùm acceperit, deinde mala euentura timeat; ſicut illi, qui flammis nunquam extinguendis cruciabatur, dictum eſt; *Memento quod recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala.* ideo iubemur, *in die bonorum non immemores eſſe malorum, & in die malorum non immemores eſſe bonorum*, ne incautos nos aut mala premant, aut bona efferant, ne mala præſentia ad deſperationem adducant bonorum ſpe & recordatione mitigata; neue præſentia bona nimium nos efferant timore malorum & recordatione, tanquam pondere retardata. Quod diuus Greg. ad bona, & mala non ſolum futura, ſed etiam præterita refert; horum enim propriè memoria dicitur, non futurorum. Hæc eſt illa bonorum malorumq; collatio, quam ad animi tranquillitatem, & ægritudinum conſolationem Philoſophi magnoperè commendant: in primiſq; Plutarchus ita ſenter ſcripſit, *Qui memoria non continent, neq; reſumunt antecedentia, eaq; incautè permittunt effluere, hi re vera ſe ſe quotidiè vacuos, inaneſque, atq; ex craſtino efficiunt ſuſpenſos.* rē ille locupletat tribus quatuorue elegantibus exemplis: alijs omiſſis, illud ſimile non prætermittendum. *Debemus* (inquit) *in animo ſicut in tabula picta varijs coloribus res floridas & ſplendidas ob oculos ponere, atque ita intexere, & premere, quando expungere omni ex parte atque obliterare non licet acerbas. eſt enim mundi, vt lyræ concentus, & vt muſica ſonis grauibus cōſtet, & acutiſq; ſic cum et pugnantes habeant, eſt, vt rectè ſint, quædam harmonica confuſio: debemuſq; harmonicorum more melioribus ſemper deteriora, ac calamitoſa proſperis inuoluendo concinnam mixturam facere; vitæ nobiſq. accommodatam.* Vide Senec. in conſolat. ad Polib. c. 29.

Lucæ. 16. 25.
Eccleſ. 11. 27.
Gregor. homil. 10. ſup. Ezech. & lib. 3. Moral. c. 7.
Plutarchus de Tranquil.
Senec.

8 *In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis.* Hæc eſt ſecunda ſecundæ victoriæ atq; triumphi decātatio. vide quæ ſuprà diximus. c. 1. v. 22. rurſum itaq; commendatur Iobi ſanctitas, & ſyncera pietas, cui neq; ex leuiſſimo verbo, labeculam aſperſerit. Tantam verborum moderationem timori ſanè & pietati adſcribit Salomon Eccleſ. 5. *Vbi multa ſunt ſomnia; plurimæ ſunt vanitates, & ſermones innumeri; tu verò Deum time.* comparat videlicèt cùm in ſomnijs, in quibus ſemper inuenitur error aliquis, rationiſq; non omnino liberæ defectus, multiloquium, in quo *non deerit peccatum*, & ſtultitia; iubetq; ita Deum timendum, vt illi nunquàm obloquamur. Quod verò hic dicitur, Iobum *non peccaſſe labijs ſuis.* Polychr. & alij extendunt, ad omnia quæ in diſputationibus locutus eſt; ſed certè videtur nūc locus ſyncerè tantum accipiendus de his quæ hactenus commemorata ſunt; idq; ſignificatur illis verbis, *in omnibus his.* an verò aliquando leuiori verbo lapſus fuerit, poſtea explicabim⁹. Hic vides illud, *labijs ſuis*, hoc loco haberi

Verborum moderatio ex Dei timore.
Eccleſ. 5. 6.
Vatab.
Polychr.

in He-

in Hebræo.nam in 1.c.non habetur, ſed ex hoc loco ſumptum videtur ab interprete Latino, & quidem labia illa minimè fuiſſe in Iobo aſſeritur, de quibus Eccleſiaſticus ſic loquitur.

Eccle.2.15.

Væ duplici corde, & labijs ſceleſtis, & manibus malefacientibus, & peccatori terrā ingredienti duabus vijs. de ijs autem loquitur, qui ærumnarum impatientes ſunt; hi enim duplici corde ſunt; velut in Græco, & Septuaginta habemus,

LXX. Verſio Græca.

Væ cordibus timidis, quæ quòd timeant ærumnas, non à Deo ſolùm, ſed ab hominibus etiá auxilium petūt, neq; vnà in Deú fiducia ſed multiplicibus ſuarum miſeriarum cogitationibus ſuſceptis diſturbantur, ſicut ſcriptum eſt.

Luca.24.38.

Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? propterea dicuntur *duplici corde*; ſicut & eum, qui de diuina ope hæſitat, appellat Iacobus, *duplici animo*:

B.Iacob.1.8.

huiuſmodi etiam habere ſolēt *labia ſceleſta*, plena impatientiæ & iracundiæ verbis, inſolentia aduerſus Deum auctorem ſuarum calamitatum; tum etiam *manus malefacientes*, id eſt, nihil boni operantes, collapſas, remiſſas, à Dei cultu & relligione, in aduerſitatibus ceſſātes. Quare Paulus afflictos Hebræos exhortatur,

Ad Hebræos. 12.12.

Remiſſas manus & genua debilia erigite. ſimiliter hoc loco legunt Septua. *Væ manibus diſſolutis*, tandé, *& peccatori ingredienti duabus vijs.* hoc etiá ad formidinem inconſtantis animi, & nutantis in tribulatione pertinet, fugientiſq; vim ærumnarum; quale illud eſt Deut.28.

Deut.28.25.

Tradat te Dominus corruentem ante hoſtes tuos: per vnā viam egrediaris contra eos, & per ſeptem fugias. Iobus ſui ſemper ſimilis, vnica cogitatione ſemper ad Deum elatus pijs, & religioſis verbis, nūquam ceſſans à bono opere, ſuperans, nedum non fugiens ærumnarum impetum.

XI. Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidiſſet ei, venerunt ſinguli de loco ſuo: Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites, condixerāt enim, vt pariter veniētes viſitarent eum, & conſolarentur.

1 *Quomodo amici cognouerint cladem Iob, cur paruum etiam temporis expectaſſe poſt acceptam famam.*
2 *Quot fuerint, an ex vera amicitia aduenerint. Illos non animo, ſed ignorantia peccaſſe. Impius figuram aliquando repræſentat ſancti, ſicut & ſanctus aliquando impij.*
3 *Quo loco amici conuenerint & quo tempore.*
4 *Quid viſitare ex Hebræo & Græco.*

1 *Origenes* Quomodo cladis Iobi fama ad amicos peruenerit.

IGitur audientes. Miraculum hic fingit Origenes, quòd audierint, prędicante Dæmone, vt alij dixerunt; vel ſanctis angelis admonentibus, vt cenſet ipſe: Dæmon verò, vt tertio iam certamen inſtauraret, & amicos inſtrueret cōtumelijs aduerſus Iobum; angeli, vt aliquā tantis ęrumnijs ex amicis medicinā afferent. quorum vtrumq; fieri quidem potuit, Deoque in primis ſic diſponēte, vt indicauit Olympiod. vt iuſti virtus, iuſtioribus pręconijs celebraretur. ſed neutrum neceſſarium fuit, cum crebreſcens fama facile ad prouincias vicinas, peruenire potuit: quod indicatur illo verbo, *audientes. Nihil enim eſt* (vt Orig. ait) *magis prædicabile, quàm magni hominis ruina.*

Origenes

multum verò temporis poſt acceptam morborū plagam fluxiſſe volūt Græci. Olympio. & Polychr. cuius cauſſam illam Olympiod. tradit, quòd cum primū audierunt incredibile iudicauerunt; ergo priuſquàm proficiſcantur expectār, dum res multorum ſermonibus confirmetur; tum poſtea, cum reges eſſent, fuerunt illis res domeſticæ prius conſtituēdæ, & alij præficiendi, qui iuris ipſorum vicarij eſſent; tum etiam, quòd hæc procraſtinatio amicorum illius calamitatem augeret; tandem quòd in amicorum diſceptatione ex diuino decreto certamen omne conquieuit. in vltimum ergo totius tragædiæ tempus amicorum aduentus cecidit. quare particula *igitur*, non continuam ſtatim conſequutionem indicare oportet, neque particula, quæ in Hebræo eſt copulatiua, &, ſed rerum tantùm ordinem, & ſeriem hiſtoriæ: quare perinde id fuerit, atque quod Septuag. habent. *cùm audiſſent autem &c.*

Olympiodo. Polychro.

LXX.

2 Quot amici acceſſerunt.

Tres amici. Hi potiſſimi fuerunt; nam quartus etiam adfuit *Eliu*, de quo poſtea quærēdum nobis eſt, an ſimul cum alijs tribus venerit.

Illa tamen eſt huius loci dubitatio, an veri amici fuerint? namque non veros, ſed fictos & ſimulatos amicos fuiſſe cēſet Philip. circa initium lib.5. *Scriptura* (inquit) *amicos Iob ex ſenſu ipſorum amicos appellat; ſcilicet hoc putantes ſe eſſe, quod non ſunt.* ſimile profert ex Ioan.18. de Iudæis, *Non intrauerunt in prætorium, ne contaminarentur.* videlicèt vt ipſi exiſtimabant; cum tamen omnibus ſceleribus eſſent contaminatiſſimi, nam multa ſolent in Scripturis dici, iuxta opinionem illius temporis, aut vulgi ſenſum; cuius rei exempla Hierony. affert Ierem.28. vbi Hananias propheta vocatur, cum eſſet Pſeudopropheta. & ſuper Matth. 14. vbi dicitur Herodes *cōtriſtatus* propter latam ſententiam de morte Ioan. quòd ſic exiſtimaſſent diſcumbentes. & ſuper Hoſeæ.5. vbi ſacrificuli Baal ſacerdotes vocantur. coniectura Philippi confirmari poterit, quod Iobo *inſultauerint*, & omnium contumeliarum genere cum illo egerint; & quòd his tanquam armis viſus aduerſarius contra Iob pugnauerit. tandè quòd Eccleſiæ hoſtiū, id eſt, hæreticorum perſonam ſuſtinuerint, vt vult Gregor. in pręfat. c.7. & lib.3. c.12. & 13. & 14. & 15. rurſus. ca. 18. tribus amicis ſignificari docet vitia, quæ ſub virtutum ſpecie blanda ad nos facie veniunt. idem Philip. in præfat. & Beda. Quare in libro Tobiæ amicorum nomen non habent.

An ex vera amicitia acceſſerint ad cōſolandum. Philippus Ioan.18.28. Hieronym. Ierem.28. Matth.14.9. Hoſeæ.5.1.

Cæterùm amicos fuiſſe, vel ex cōmuni ſenſu, & ſimplici narratione conſtat, nam cum illa ſit amicitiæ lex, vt in aduerſis etiam non vocatus adſit amicus, hi certè audientes tantùm, non vocati *condixerant, vt pariter venientes conſolarentur; ſederuntq; cum eo in terra*; quæ omnia ſunt amicorum officia. accedit ipſum nomen originale *Reghe*, quod ſignificat ſocium, participem, conſortem, conſiliorum videlicèt, & vitæ fa-

Veros amicos fuiſſe verior ſentētia.

רעה

militaritate conuenerunt; amicitia autem hanc non ſolum ſapientiæ & ſanctitatis, ſed etiam ſanguinis affinitas conciliare potuit, nam ex
C.1.v.1.n.32. Eſau progenie hi quoq; erant, vt docet Olympiod. & ſupra nos quoq; diximus. Nazianz. oratione, in Athanaſij laudem t; neceſſarios amicos vocat. Orig. ex amicis à Diabolo inimicos eſſe conuerſos. Quare vt ait Chryſ. amicus fuit aduentus, non item amica fuit adhortatio & potius ex ignorantia, vt Greg. exiſtimat, quam malitia deliquiſſe credendi ſunt. eodemq; modo accipiendum, quod Ambroſ. lib. 1. de interpellatione Iob. c. 2. ait, amicos non ad conſolandum veniſſe, ſed ad exaggerandum, & acerbandum dolorem. Tandem quod doceant ſanctos fuiſſe, quippe ſanctiſſimi hominis amicos, & familiares Orig. initio lib. 3. Olympio. hic, Chryſ. in præfat. Catenæ. Greg. in præfat. cap. 5.

Olympiod. Nazianz. Athanaſ. Origen. Chryſoſt.

Amicorum peccatum ex ignorantia. *Gregor. Ambroſ.*

Amici Iob Sancti, vide etiam initio. cap. 4.

Neq; verò obſtat hæreticorũ, aut vitiorum falſa ſpecie virtutem emententium figuram repræſentare; nam non ſua ſanctitate & amico animo, ſed ſua ignorantia, & conſolatione minime vera, quamuis ex vero conſolandi animo profecta, illud exhibebant. neq; mirum ſi ſancti alioqui, & ſapientes viri Hæreticorum typum gerant peculiari aliqua ratione; cum econtra peccatores aliquando ſanctorum hominum imo & Chriſti Domini figura fuerint, vt adulter Dauid, Salomon, & alij. quod eleganter docuit Auguſt. lib. 22. contra Fauſt. c. 83. & Greg. lib. 3. c. 5.

3
Venerunt ſinguli de loco ſuo. Locum pro regione accipiunt Græci, cui imperitabant, vtpotè reges, Tob. 2. vel pro ciuitate aut oppido, quod eſſet regni ſedes, & caput. Septuag. *vnuſquiſq; ſua è regione ſua.* Sed dubitatio oritur, an in aliquo conſtituto loco communi profectioni prius conuenerint, deinde verò vnà iter fecerint ad Iob. Olympiod. ſic aſſerit, miſſis inter ſe nuntijs congreſſos primùm, deinde ſimul iter ſuſcepiſſe; idq; videtur indicari illis verbis. *Condixerant enim, vt pariter venientes &c.* in Hebræo, *conuenerunt ſimul vt venirent.* nam verbum, *Iaghad,* ſignificat, inito fœdere, aut ſigno aliquo præfixo conuenire, & congregari conſtituto loco & tempore. vnde dicitur Pſal. 47. *Ecce Reges terræ congregati ſunt* & Amos. 3. *Numquid ambulabunt duo pariter niſi conuenerit eos.* At verò Origen. non prius conueniſſe indicat, quam cum ad Iobum peruenerunt, condixerant videlicet vt eo loco & tempore conuenirent, & vno quidē tempore, vno die, vna hora, ex diuerſis longeq; diſtantibus locis conueniſſe. ſed illud Olympiodori verius videtur.

LXX. An prius conuenerint in certo ij aliquo loco. *Olymp.* יעד *Origen.*

4
Vt viſitarent eum. Chryſ. ait viſitare, pro colloqui poſitum eſſe. in Hebræo propriè, ad cōmouendum illi: non enim dubium, quin verbum, *Nud,* quendam motũ afferat, quem Interpres hoc loco retuliſſe videtur ad motum itineris, adueniendi, & viſitandi. alij dicunt eum motum talem eſſe, qui ad conſolandum pertineat, quia qui conſolantur alium, ex loco ſuo migrant, vnus hinc, alius verò inde, vt lugentē conſolentur, atq; eius cauſſa huc & illuc diſcurrunt. Certè verbum, quod ſubeſt in Græco *Epiſcheptô* motum quendam affert irruentis, cadentis, & vehementi impetu in aliquid incumbentis. forte celeritatem aduentus ſignificare poterit hoc loco. nam quòd etiã ſignificat accuſare, & iniuriarum iudicium intendere, non congruit conſolatum venientibus. niſi forte non ſine myſterio poſitum dicamus, nam qui conſolaturi aduenerunt, iudicium poſtea, accuſationem, & litem intenderunt viro innocenti. Caietanus eum motum retulit ad mentem Iobi, quam amici dimouere nitebantur a ſua iuſtitia & ſenſu: ſed vim Hebraicæ phraſis non explicuit: nam motus ille eſt ad capitis quandam agitationem referendus, qui eſt geſtus condolentium & commiſerantium, idque ipſe Hieronym' explicuit Nahum. 3. nam cum in Hebræo ſit. *Quis mouebit tibi?* ipſe reddidit. *Quis mouebit ſuper te caput?* & in commentarijs ait, in Hebræo non eſſe caput; addidiſſe tamen vt ſenſum illuſtraret. ſed de hoc plura dicemus infra cap. 16. v. 5. hoc autem loco ad rem attendit interpres, nam *viſitare,* condolentis & commiſerantis eſt.

Quid viſitare. נוד *ἐπισκέπτω.* *Nahum. 3.*

XII. Cumq; eleuaſſent procul oculos ſuos non cognouerunt eum, & exclamantes plorauerunt, ſciſſiſq; veſtibus ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in cœlum.

XIII. Et ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus: & nemo loquebatur ei verbum, videbant enim dolorem eſſe vehementem.

1 *Qualis amicorum habitus ſuſpicientium in cælum.*
2 *Luctus ceremoniæ. Iactationis pulueris in cœlum ſignificatio quæ.*
3 *Sedere in ſacris quid. modum accipit ex adiunctis.*
4 *Aſſidere ægroto medici, & amici eſt. Amicus idem medicus eſt ex Salomone.*
5 *An ſeptem integros dies amici Iobo aſſederint. Reijcitur Origenes. Probatur Olympio. Scripturæ regula.*
6 *Silentium initio ægritudinis conueniens. Confortans angelus Chriſtum qualis?*

CVm eleuaſſent oculos. Polych. ait, Biblia quædam habere, *cumq; in cælum ſuſpexiſſent Deum exorantes, quaſi dixerint, propitius eſto Domine, & ne talibus nos malis implices.* vel vt eo geſtu tantam calamitatem in occultam Dei prouidentiam reijcerent in hanc ſentẽtiam; Qua ratione hæc contigerint tu ſolus noſti Domine. Sed certe ſimplex ſenſus, eleuaſſe oculos vt in ſterquilinio ſedentem hominem agnoſcerent; videntes autem tam male affectum non agnouerunt, quia lues (vt Olympiodorus dixit) antè quas corporis notas obliterãrat. ex quo verò id morbo prouenerit, vt vultu ſui eſſet diſſimilis, ſupra diximus. 1

Et exclamantes &c. Hæc omnia ad doloris & 2

luctus

luctus habitum & ſignificationem pertinent, vt patet Hier. 4. Porrò illa pulueris aut cineris iactatio fiebat, non tam in caput, quam ſurſum cœlum verſus & aërem capiti imminentem, tum vt cadente caput aſpergeretur, tum vt ſignificarent cœlum tunc minimè ſerenum eſſe, ſed turbulenta, & nubila omnia, & quaſi vehementi aliqua tempeſtate exorta puluerem excitatum: ſic Deo ex cœlis deſpicienti ſuam calamitatem lugentes, & afflicti præſentem faciebant.

Quorſum ſpectaret iactatio pulueris in aërem.

3 *Sederunt.* Quia ſedere interdum eſt idē quod habitare, exiſtimat Eugub. habitaſſe amicos cū Iobo hos ſeptem dies. ſed hæc interpretatio valde extenuat luctum illorum, & ſenſum doloris: præſertim quòd Chryſ. cenſet multum temporis hos apud Iobum fuiſſe. Quare cùm *ſedere* ad malū & ad bonum indifferens ſit, certè modum, & determinationem ex adiunctis accipit: nam ſedere in ſolio, cathedra porta; regnantis aut iudicantis eſt, ſedere in puluere, cinere, aut terra afflicti & lugentis; exempla occurrunt paſſim. 2. Eſdræ. 1. *Sedi, & fleui, & luxi.* hoc modo accipitur in præſenti à Græcis,

Eugub. Sedere pro habitare.

Chryſoſt. Sedere modū accipit ex adiunctis.

2. Eſdræ. 1. 4.

4 & Latinis. Quod vero additur, *cum eo,* ſignificat ſedentes aſſediſſe, & luxiſſe cum flente, ſimulēque ſe amicos præbuiſſe: eiuſmodi enim eſt illud perfectum charitatis *vinculum,* vt miſerum cum amico colligat, & deuinciat, quo alter miſericordiæ & ſolatij, alter vero miſeriæ & doloris partem accipiat ex altero: tum etiam aſſidere ægroto, medici eſt, medicinamq. adhibentis: is vero, amicus potius, quàm medicus eſt: cùm ſcriptum ſit, *Amicus fidelis eſt medicamentum vitæ, & immortalitatis,* quaſi amicitiæ officiū ſit deſperatæ miſeriæ & deploratę fortunæ nō præclarum modo, ſed extremum quoque allementum.

Eccleſ. 6. 16.

5 *Septem diebus.* Greg. quem Hugo, & Diony. ſequitur decernere non vult an his integris diebus ſeptē amici Iobo ſemper adfuerint. Orig. ait in aduentu amicorum Iobum ex ſterquilinio in ſuam ciuitatem & domum rediſſe, vt illos digno hoſpitio acciperet; & ibi ſeptem integros dies, ſine cibo aut potu tranſegiſſe, virtute illos diuina confortante; quorum neutrum videtur veroſimile. Olympiod. quem Latini ſequuntur D. Tho. Lyra. Caiet. adfuiſſe cōgruenti tantum tempore, exiſtimant, quare *ſeptem dies & noctes,* ex parte tātum exiſtimant ſignificari, atq; illam hoc loco Scripturæ regulā tradit Olym. *Scriptura à ſermone familiari non diſcedit.* eos igitur, vbi magnam diei partem aſſederint, diſcedere ſolitos ad neceſſaria munera conficiunda; & rurſus redeuntes ad multam noctē ſeſſitauiſſe: deinde abijſſe, tum de mane ad eundem reuertiſſe. Hæc igitur velle ad calculos reuocare ridiculum eſſet. non aliter cum dicit Iacob Geneſ. 31. *Die noctuq; æſtu vrebar, & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis.* non ideo exiſtimandum eſt, nunquam ſubijſſe tectum, neq; vllam toto illo tempore quietis partem captauiſſe. Quoniam vero definitus hic ſeptenarius numerus, aliquando pro indefinito accipitur, inter alia eius rei exempla locum etiam hunc retulit Cantapetrenſis, lib. 6. vt ſenſus ſit, amicos apud ſe Iobo multos dies; ſed verus numerus hoc loco definitè, & præcisè accipiendus eſt; erat enim mærori & luctui dicatus. quondam enim & mortuos lugebant ſeptē dies, vt patet Eccleſ. 22. quod ſi luctus eſſet ſolemnior durabat ſeptuaginta Gen. 50.

Gregor. An ſeptē integros dies amici Iobo adfuerint. Origenes nō probatur. *Olympio. D. Thom. Lyra. Caietan.*

Olympiodo. Scripturæ regula.

Geneſ. 31. 40.

Martinus. Martin. lib. 6. Hypotyp.

Septenarius numerus luctui dicatus.

6 *Et nemo loquebatur ei verbum.* Chryſ. *animus ſemel mærore affectus nihil poteſt commode audire.* illoq; ſilentio declararunt ijs qui ſunt in ægritudine nullam principio aptiorem medicinam eſſe, quam quietem & ſilentiū. eſt namq;, vt Diuus Tho. hoc loco dixit, miſeris in primis delectabile ſumere actuale experimentum de vera amicitia per certa veriſſimaq; ſigna, nullis etiā verbis adhibitis. & quidem fortè Angelus qui Chriſtum Dominum orantē *confortabat,* ea potiſſima ratione conſolabatur, non quidem verbis vllis, ſed quadam aſſiſtentia & ſocietate; tum etiam conſideratione, atq; ponderatione eorum, quibus Chriſti anima, mæroribus angebatur: adde etiam habitu, geſtuq; ſimili aſſumpto, aut Chriſto aſſertore flectente genua ille etiam flecteret, & cum humi proſtrato ſe quoque proſterneret. quæ omnia amicitiæ, & ſolatij officia in diſcipulis deſiderauit, neque verba à Petro conſolationis requiſiuit, ſed attentam conſideratione vigilantis animi, & ſocietatem quandam mæroris atque doloris. *Sic* (inquit) *non potuiſtis vna hora vigilare mecū?* id quod etiam abſenti foret ſolatium, nam cùm ab eis auelleretur quantum iactus eſt lapidis, dixit, *Suſtinete hic, & vigilate mecum.* Fortè locus hic tantum ſignificat, nihil omnino locutos amicos de calamitate illa, quòd viderent parem dolori conſolationem adhibere verbis non poſſe. Quod autem hæc amicorum præſentia, atque ſilentium ſuarum ærumnarum ſenſum Iobo exacuerit, ſequenti cap. indicabimus. atq; hæc de ſecundo; deq; ſecundo certamine dicta fuerint.

(∴)

Chryſ. Silentiū conueniens ægritudinis initio.

D. Thom.

Qualis confortatio præſtita ab Angelo Chriſto aſſertori oranti.

Matth. 26. 40.

26. 38.

NOTATIO RERVM INSIGNIORVM.

QVAE in commentarijs fuſiùs explicantur.

a *An ſecundum angelorum concilium celebratum fuerit eodem die, quo primum.* v.1.nu.2.

b *Quo affectu ſe ingeſſerit Satanas ſecundo conuentui.* v. 2. nu. 3.4.

c *Cuiuſmodi fuerit Dei ad Satanam interrogatio & de vſu interrogationum in ſacris.* v.1.nu.5

d *Vt Deus notis iuſtorum meritis noua addat præconia, & præmia, opportuna digreſſio.* v.3. num.6.

e *Quam vim habeat verbum (Retinendi) & vt ſit pietas veluti arma & ſcutum & velut in naufragio tabula apprehendenda.* v.3. à nu.1. vſq. ad 6.

f *Vt humano more loquatur Deus, præſertim in noſtrū arū-un.* v.3.nu.7.

g *Verbum (Affligendi) valde vehemens.* v.3.nu.6.

h *De prouerbiali illa locutione, & de Præpoſitionis (pro) vſu in ſacris fuſior diſputatio.* v. 4. à nu.2. vſque ad 5.

i *De Dæmonis in homines ſæuitia quadam.* v.5.nu.1.

l *Vt Dæmon noſtra carne, & ino-*

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

HOSTIS, VT PRIMO CONGRESSV TVRpiter loco motus pedem cum ingenti damno & ignominia ex prælio retulit, nouis collectis viribus, nouiſq; artibus, & dolis pugnandi conceptis, de integro bellum apparat; inuictumq; Iobi animum à ſua conſtantia certis miſerijs, perpetuaq; calamitatum ſerie deijci molliriq; poſſe ratus, grauioribus malis virum implicare aggreditur. Cùm igitur vix primi vulneris dolor reſediſſet, * temporis opportunitate, *a* vel eodem, vel ſequenti die captata, iterum ſe Satanas ſanctorum Angelorum conuentui inſinuat; potiùs adeſſe *b* cogitur pudibundus, atque in ius raptus eſt: licèt tergiuerſaretur, ne cum ſummo dedecore palam, & in luce omnium petulantiſſimi mendacij inuidiæque & maleuolentiæ reus à Deo iudice fieret; ille pro inſita perfidia rem ſilentio, & ſimulatione tegit. Non verò fefellit Deum, quo ſpectaret iſthæc taciturnitas: itaq; *c* irriſoria interrogatione, quò victoriæ ab hoſte confeſſionem extorqueat, acriter pungit aduerſarium; Heus, ô fortiſſime, qui ante prælium canebas triumphum, qualemnam belli exitum ſortitus es; vnde ve nunc adis? Rem totam ille diſſimulat, * & quaſi ex conſueto circumeundi terras munere rediſſet, ſic ſe iactat; Obiui meum orbem, omnia latiuagæ terrai regna peragrâs. Iactantem ſe impudenter, rurſus interrogat Deus; Num conſideraſti ſeruum meum Iob, qui neminem inter mortales parem habeat morum candore, vitæ probitate, religione, & diuini numinis cultu, atq; omnis peccati odio intimo, & acerbiſſimo? * nunc verò tádem illud cæteris *d* virtutibus adiecit, quòd minimè fucatæ, aut ementitæ (vt mentiebaris) ſed, veræ, ſolidæ, beneq; probatæ ſanctitatis, certiſſima argumenta præbuerit. nam hoc etiam tentationis tempore poſt ingentes clades acceptas, poſt fortunarum omnium euerſionem, *e* omnibus neruis contendit, atq; viribus omnibus pugnauit pro illa, quam tu eripere conabaris, animi integritate, & perfectę vitæ abſolutione retinenda & conſeruanda. cum enim cætera ſibi auferri videret, hanc ſacram ſanctitatis tabulam in tam miſerando naufragio auidè arripuit, quam nullius vis tempeſtatis illi poterit extorquere; hanc tenet, qua nudus licèt eijciatur ad littus: hanc poſſeſſionem conſeruatam vult, atq; gaudet, quam nemo deprædabitur; hanc ſacram anchoram, quæ ſecuritatem pollicetur; hæc arma, hoc ſcutum, quo ſe aduerſus omnia aduerſariorum tela tueatur. Tu autem, ô improbe, tua me importuna perfidia (dicam *f* inuitum concitaſti, vt hominē probum, atq; religioſum * nullo illius merito, nulla abs te culpa delata, nulla tuis conatibus magna aut bona ſpe, ſed valde cæca, & obſcura propoſita, *g* calamitatibus opprimerem, atq; obruerem, & penitus in perditionis, & interitus præcipitium darem.

Ad hæc pro inuidia ſua, quæ ſatiari, niſi hominis exitio non poteſt, quò Iobi patientiā extenuaret, reſpondit aduerſarius; * Cùm leuiora (inquit) ſint externa omnia bona, quàm vt in illorum amiſſione explorari poſſit virilis animi cōnſtantia, hunc tu Iobum nō virum, hominem dixeris, qui non ad res ſuas, ſed *h* ad ſe ipſum ita ſit attentus, vt præ ſua cuticula curanda, & vita conſeruanda flocci non faciat vniuerſa, fortunas maximas, familiam ampliſſimam, liberorum omnium vitam; nuda etiam præbebit ille tergora, ſeque ipſum ſemel & iterum excoriandum exhibebit, dum animam illi, atque vitam non ademeris. Tanta eſt mortalibus mortis formido, & vitæ cupiditas. Itaq; neque magnæ laudi dandum, neque valde mirandum, ſi te non vexarit maledictis.

Rem dico certiſſimam, & certiſſimo experimento confirmandam, quod licebit illicò ſumere, ſi virtute tua vſus in illum manū miſeris, *i* & non ſolùm *l* carnem leuiter afficias, ſed oſſa quoq;, &

CAPVT SECVNDVM.

*

1
Factum eſt autem cū *quadā die veniſſent filij Dei: & ſtarent coram Domino: veniſſet quoque Satan inter eos, & ſtaret in conſpectu eius.

2
Vt diceret Dominus ad Satā, Vnde venis? Qui reſpondens ait. *circuiui terram, & perambulaui eam.

3
& dixit Dominus ad Satan. Numquid cōſideraſti ſeruum meum Iob, quòd nō ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex, & rectus, ac timens Deū, & recedens à malo, *& adhuc retinens Innocentiam?

Tu autem commouiſti me aduerſus eū, vt affligerem eū *fruſtra.

4
Cui reſpondens Satan ait: *Pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo dabit pro anima ſua.

5
Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius & carnem.

&* tūc videbis, qu͏ȯd in faciem benedicat tibi.

6

Dixit ergo Dominus ad Satan.

*Ecce in manu tua eſt: veruntamen animam illius ſerua.

7

Egreſſus igitur Satan à facie Domini,

Percuſſit Iob vlcere peſſimo à planta pedis vſq; ad verticem eius.

8

Qui teſta ſaniem radebat.

Sedens in ſterquilinio.

9

Dixit autem illi vxor ſua.

Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua?

intimas medullas vehementi aliquo ſenſu, doloreq; debilites.* iam tunc affirmare auſim, & cuicunq; ſupplicio me deuouere, m fore vt læſo corpore accipias ab illo maledicta. tanta fuit morbi acerbitas; tanta Iobi patientia hoſtium opinione longè ſuperior.

Deus, qui ea tantùm periculo, & hoſtium ictibus, atque ſagittis vult exponere, quæ in nobis n minora leuioraq; ſunt, cùm acerbo licèt dolore coniuncta; quiq; probè noſſet athletam ſuum malis corporis minimè ſuperatum iri, aduerſarij libidini corpus Iobi tradidit; ne carperet calumniator Deum, quòd cum clementia & moderatione, atq; adeo molliter vulnus ipſe ſua manu inflixiſſet. * Ad manum (inquit) illum habes; tua ipſius manu verſandum, raptandum, verberandum: ſed vetitum tibi eſſe noueris, ne in eius o vitam quicquam moliaris; neq; animum, qui ſui arbitrij eſt, intellectumue obruas, & partes, organaq; corporis rationi miniſtrantia occupes, aut à recto ſtatu deijcias. p nimirum voluit Deus optimus conſeruata vita tum ſpem quoque melioris vitæ ægroto deplorato inijcere, tum ex diuturniori certamine illuſtriorē antagoniſtæ ſuo coronam decernere, atque imponere.

Hac aduerſarius accepta poteſtate, & ab angelorum ſanctorū, iudicijſq; præſentia diſcedens, prima quaq; hora Iobum inuadit, & q arte, ſcientiaq; nocendi, r omnibus corporis humoribus, partibuſq; à recto & naturali ſtatu dimotis, totum illius corpus maligno vlcere infecit, & afflixit eiuſmodi, vt nulla particula integra, & incolumis remaneret à ſummis vnguiculis ad vſq; capitis verticem. namq; non tantùm vno fœdiſſimo morbo laborauit, ſed pene innumeris letalibus, atque inſanabilibus; præter Phagædenā enim, & Cacoëthem, quæ per vniuerſum corpus ſerpebāt, illum cruciabant Eriſipeles, cancer, ignis ſacer, lepra fœdiſſima, turpis elephātiaſis, moleſtiſſimus & implacabilis pruritus, venerea lues longe turpiſſima & fœdiſſima, vermes mordaciſſimi; pediculi, diræ beſtiolæ morſu vehementer ſæuientes, viſcerū putredo, dyſenteria, inteſtinorum vlcera, teneſmus, renū dolor acerbiſſimus, pulmonum exulceratorum ſanies; putre, tetrum, amarū ſputum; grauiſſimus halitus, pleuritias; linguæ, faucium, tonſillarum phlegmon; angina, aſthma, incubus, vigilia, eſuritio canina, coſtarum dolor, ardentes febres, totius corporis marcor, & atrophia; implacabiles dolores capitis, oculorum, omniumq; molliſſimarū corporis partium: vt alia omittam, frequentia deliquia, cordis ſyncopen, palpitationē, crebros ſingultus; & ſ occultiores alios Dæmonis ſcientia & arte morbos effectos: quos eò grauiores fuiſſe exiſtimare oportet, quo diuturniores; namq; non vno aut altero, ſed pluribus menſibus, fortè etiam annis, in illis fuiſſe credere licet.

Acceſſit malis grauiſſimis, s par quoq; inopia, quæ prohibuit ne vlcera, atq; tumores vllo alio medicamento adhibito leniri poſſent, quàm viliſſima teſta, t rudiq; & impolito inſtrumento, quo ſe ſcalperet, atque fluentem ſaniem abſtergeret. Illud non in poſtremo loco ponendum, quòd neq; v domū tectumue habuit; neque ſi haberet, teterrimus vlcerum fœtor, illum tecto contineri pateretur; tum lepræ & elephantiaſis morbus, domo, vrbe, hominū conuictu & ſocietate cedere coëgerunt, ne reliquos contagio inficeret; in ſterquilinio itaq;, quod e conſpectu ſuæ vrbis erat, loco immundo, & x aperto conſedit, cunctis auerſantibus, miſerrimi hominis congreſſum, & vel aſpectum ſolum non ferentibus.

In tot tamq; acerbis malis cùm temporis diuturnitas, morborumq;, ac dolorum acerbitas nihil viri fortiſſimi conſtantiam emollirent, fortiſſimum aliud tormētum inſtaurat hoſtis, quo hominem deijciat; atque eò periculoſius, quò magis molle atq; effeminatum; neq; verberibus, ſed verbis conficiendum. Nam vxorem quæ ei ſola ex tam magna familia conſolationis gratia relicta videbatur, y communi plaga aduerſarius exceptam voluit, quòd ea eſſet aduerſus virum pugnandi inſtrumentum aptiſſimum. Illa igitur, neque vocata, z neque rogata, ſed acta tamen agitante Dæmone, imbecillitate quadam deſperantis animi, cùm virum tanta animi conſtantia ſummam miſeriam perferre cerneret, non hoc virtuti ſed ſtupori, & ſtultitudini tribues, ſic obiurgauit; a Quouſque tandem tuam iſtam ſtoliditatē retinebis firmus, & immotus?

quandiu

bis ipſis contra nos vtatur. v. 5. num. 2.

m *Quanta ſit doloris & morbi vis ad debilitandum viri conſtantis animum nouella. v. 5. num. 3. 4.*

n *Vt Deus ſalutariter corripiat, ſed cum dolore; vt Dæmon molliter, ſed letaliter afficiat hominem, quædam. v. 6. nu. 1. & 2.*

o *Multiplex ſeruatæ animæ ſenſus & interpretatio ex patribus, præſertim ex Caſſiano. v. 6. à num. 3. vſque ad 6.*

p *Vt Deus ſalutem & vitā corporis iuſtorum cuſtodire ſoleat, & vt impij leuibus de cauſis perire ſoleant. v. 6. à nu. 6. vſque ad 10.*

q *Quòd licet ſancti angeli interdum peccatores puniant: vt Tortoris munus peculiariter habeat Dæmon, & morbos efficiat. v. 3. num. 2. 3.*

r *Omnium morborū, quibus Iob laborauit, exquiſita & minuta conſideratio in ſectiones tredecim diſtributa.*

ſ *De his morbis Dæmoniacis peculiare aliquid in enumeratis morbor. ſec. 12. nu. 3. & quanto tempore in his calamitatibus fuerit Iob. ſect. eadem. nu. 4.*

s *Quanta fuerit Iob inopia conſideratur. ſect. 11. nu. 6. 7.*

t *Qualis fuerit teſta peculiaris quæſtiuncula ſec. 10. nu. 2.*

v *An Iob antiqua domus ſuperſtes ex clade fuerit. ſect. 11. nu. 7.*

x *Quale fuerit ſterquilinium in quo ſedebat, & de leproſis ablegatis extra ciuitates longior diſputatio. ſect. 11.*

y *Cur Iobi vxor ſeruata fuerit variæ cauſſe, & quibus qualibuſue nominibus ſancti patres inurant Iobi vxorem. v. 9. nu. 2.*

z *Quod fœminæ ſtultiloquio laborēt, & de alijs vitijs huc ſpectantibus. v. 9. num. 3. 4. 5. 6. vbi etiam an Dæmon cuncatus fuerit vxoris habitum. nu. 4.*

a *Quibus alijs verbis Iobum aggreſſa fuerit vxor v. 9. nu. 5.*

quandiu ſines te falſa quadam, & leuiſſima ſalutis recuperandi ſpe deludi? breui ſcilicet (vt tu ais) reſtituar in ſtatum priſtinum. Quid tibi ſpei reliquum eſſe poſſit filijs ablatis, quos ego ſummis doloribus enixa ſum, quos meo lacte, meo labore alui, educaui, cum fame ac vermibus tu diffluas totus, non alio exceptus tecto, quàm cœleſti? erro interim viliſſima ancilla ego, & meam operam locare cogor; qui me conducere velit, neminem inuenio; oſtiatim ſtipem cogo, vt te, meq; ſuſtentem. * vnicum, mihi crede, alleuamentum miſeriarum eſt, & medicina deploratè ægrotantiū mors: b ergo Deum laceſſe maledictis, quò te conficiat, & interimat morte certiſſima ... poteſ, verbis huiuſmodi mortem accerſere, ſic te de Deo ſentiente, & indigne tecum agente vlciſci poteris. Benedixiſti Deum hactenus, ex quo nihil præmij repoſtaſti, nunc age cum illo contumelijs, ca... forte fælicius. quod ſi etiam moriendū tibi ſit, nihil tentaſſe nocebit. quid enim certius, quam benedicenti Deum miſeriæ & ærumnæ.

Iobus autem, vt qui ſe ad res aduerſas fortiter perferēdas præparaſſet, cum has voces vxoris excepiſſet, tantæ ſtultitiæ & impietatis c impatiens, pleno iracundiæ vultu, indignantibus oculis ad illam conuerſus; d Vere (inquit) ſtultam hæc tua te verba teſtantur; deficis planè, & langueſcis circa diuina; vero rerum ſenſu, æſtimatione, & iudicio deſtitueris; næ tu es cæterarum inſipientium, & a religione, alienarum, fœminarum ſimilis; altera Eua ſeducta a ſerpente, quæ mihi tam inſignis aduerſus Deum piaculi auctor, & magiſtra eſſe velis.* An non in e ratione ipſa poſitum eſt, vt qui lætus & iucundus a Deo affectus quondam fuerit, nunc lætus perferat, quidquid ille mali immittat, vel ſi mortem? nam quod de illius manu in nos deriuatur, non poteſt nobis non commodum, atque vtile exiſtere; ſiue mala, ſiue bona beneuolus ille ſemper diſpenſat; priſtina nos ille fœlicitate conduxit, atque obligauit, ne iſthæc mala detrectaremus. ſic gratitudinis, ſic rerum humanarum viciſſitudinis lex poſtulat. non ſolum itaque priora mala excelſo & inuicto animo tulit Iob, ſed neque primoribus labijs (quod aiunt) numen diuinum violauit.

Verum vehementius etiam patientiſſimi viri ægritudinem atque dolorem auxerunt tres illius amici. Ij enim, * cùm accepto tantæ calamitatis f aut rumore, aut nuntio die & loco inter ſe cōſtitutis, de communi profectione condixiſſent, videlicet Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites ex ſuis vrbibus, regniſq; proficiſcuntur, vt g veræ amicitiæ, & ſolatij officia perſoluerent.

Procul adhuc ſtantes, vrbis mœnia vident; hominem in ſterquilinio ſedentem conſpicati non agnoſcunt, accedunt propiùs, deformatum totum, & priſtina oris dignitate turpiſſimo vlcere, morboq; oblitterata vix Iobū eſſe credunt, tanta calamitate perſpecta, ac recenti rerum conuerſione animo pertractata cœlum ſuſpiciunt; Dei occultam & ab humano ſenſu remotam prouidentiam venerantur; rurſus conuerſis in Iobum oculis, cum ingenti clamore & eiulatu lachrymas edunt; diſciſſiſq; veſtibus puluerem, doloris declarādi cauſſa, capitibus aſpergunt; & eum tanquam mortuum luxerunt, quem ipſis quoq; mortuis miſerabiliorem vidiſſent. Humi ſe quoque abijciunt, atque ſedenti in terra, & in tanta calamitate iacenti aſſident, medicorum inſtar, ſeptē diebus, totidemq; noctibus, non niſi h breuiſſimo tempore ad neceſſaria munera conficienda digreſſi, ad multam vſque noctem ſeſſitantes; ſummo diluculo iterum reuertentes. Cumque ijs, qui in ægritudine ſunt, nulla principio aptior medicina ſit, quàm quies & ſilentium; & cùm nullā ingentibus ærumnis parem verbis conſolationem, afferre ſe poſſe cognoſcerent, nemo verbum vllum facere aggreſſus eſt; ita dolentem grauiſſime videbant; ita illi videntes angebantur, & condoleſcebant.

* Benedic Deo, & morere.

10

Qui ait ad illam: quaſi vna de ſtultis mulieribus loquuta es. * Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſtineamus? In omnibus his non peccauit IOB labijs ſuis.

11

Igitur * Audientes tres amici Iob omne malum quod accidiſſet ei, venerunt ſinguli de loco ſuo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites. condixerant enim, vt pariter venientes viſitarent, & conſolarentur eum.

12

Cūq; eleuaſſent procul oculos ſuos, non cognouerunt eum: Sciſſiſq; veſtibus ſparſerūt puluerem ſuper caput ſuum in cælum.

13

Et ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem eſſe vehementem.

b Variæ ex Patribus huius ſententiæ expoſitiones, variјque intellectus verbi Benedicendi. V. 9. nu. 7. 8.

c Vt Iob iuſtè & dignè aduerſus vxorem excanduerit; & vt iuſti pro Dei honore defendendo acriter indignari, & pugnare ſoleant. V. 10. & nu. 1.

d Stulti, & ſtultitiæ variæ acceptiones in ſacris in ſententiam hanc cadētes exquiruntur. V. 10. num. 2. 3.

e Cuiuſmodi ſit argumentatio à Iob confecta, & quæ illius conſequentiæ probandæ rationes, fuſe explicatur. V. 10. nu. 5. 6. 7.

f Qua ratione cognoſcere potuerint amici cladem Iobi, quædam. V. 11. num. 1.

g An ex vera amicitia ad conſolandum acceſſerint, an verò minimè fuerint veri amici, quæſtione peculiari explicatur. V. 11. num 2.

h Vt ſit accipiendus iſte dierum & noctium numerus, & de Scripturæ regula benignè, & ſapienter interpretanda. V. 13. nu. 5.

IOANNIS DE PINEDA Societatis Ieſu Commentariorum in IOB,

LIBER SECVNDVS.

Qui eſt de lamentationibus IOB, & de lamentandi affectu, principio & cauſis.

CAP. TERTIVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Mala quibus ipſius Iobi præcipuè, communiſq; mortalium omnium vita perpetuo premitur, ac minimè optabilis viro ſapienti redditur, Iob deplorat; & animi cauſſis ſuis amicis nobilium commerat, & cum gemitu lamentationeque exponit.

I. Poſt hæc aperuit IOB os ſuum, & maledixit diei ſuo.

1 *Quo tempore ſuas lamentationes orſus ſit Iob. An vno die diſputatio amicorum peracta.*
2 *Loquendi peritum efficit tolerantia.*
3 *Explicatus Salomon de ſilentio ſtulti & ſapientis.*
4 *Aperire os, quid? Peculiares accentus ſacrorum lib.*
5 *Apertum os ad alia relatum.*
6 *Bene loqui, res operoſa. Orationis cum auro collatio. quid loqui ex abundantia. 5 6. Maledicere.*
7 *Verbum Maledicendi. Explicatus locus Regum.*
8 *Quid dies, quid tempus.*

1 *Eugubinus.* Quo tempore lamentari cœperit.

POST HAEC. Quidam, vt Eugubinus, hæc referunt ad acceptas plagas; ita vt ſtatim poſt amicorum aduentum tot plagis confoſſus has querelas ſuo ore ediderit. ſed neque ſtatim poſt acceptos morbos; cum multo ante amicorum aduentum his affectus fuiſſet; neque ſtatim in illorum conſpectu verbum fecit vllum, amicis et iam ſilentio ſe continentibus ſeptem illos luctus & mœroris dies: in quo ferè Græcorum atque Latinorum ſenſus conſentit: idemq; ſignificat illud, *poſt hæc*, ſeptem videlicèt dies ſilentio tranſactos. Diſputatio vero cum amicis integra fortè vno die, & continenter peracta eſt; cùm continenter Scriptura Sacra vniuerſam diſputationem deſcribat, indicatura profectò, ſi interpellatio aliqua interceſſiſſet, aut aliquo die ceſſatum fuiſſet à contentione, & diſputatione; præſertim cùm multum valerét ad tentandam & labefactandam Iobi patientiam importuna illa atque indefeſſa diſputandi, coarguendi, vrgendi, conuitia & contumelias iaciendi, ſcelera obijciendi aſſiduitas & frequentia: quare fatetur aliquando Iob ſe fatigatum, cùm graues & *onerosos conſolatores* appellat. Et iterum: *En decies confunditis me*. illud argute dictum ab Origene, qui illud, *poſt hæc*, ad vermiculorum famem expletam refert; Perſas, Medos, Chaldæos inter pocula non loqui, ſed nutibus omnia miniſtrantibus præcipere; ita ex hoc more, expletis iam vermibus, & inebriatis ſanguine & carne ſua Iob tempus loquendi ratus cum antea inter vermium morſus ne verbum quidem dixerit, dicere aggreditur.

Vno die integra diſputatio peracta.

Iob.16.2.
Iob.19.ver.3.
Origenes.

Perſæ inter edendum nô loquuntur.

2 Sed quòd poſt diuturnam malorum grauiſſimorum perpeſſionem, nunc tandem Iob, dicere incipiat, duo nobis præclare ſignificantur; alterum non niſi patienti viro facultatem tribui loquendi, atque dicendi; nam *qui non eſt tentatus quid ſcit*; qui nihil ſciat, quid loqui poſſit? ſanè ſapientem & verba faciendi peritum efficiunt verbera, & ærumnæ toleratæ. propterea Ambroſius, ſuper id Lucæ. 4. *Conſummata omni tentatione*, &c. *In tentatione* (inquit) *ſanctus Iob myſteria loquitur*, & lib. 2. de interpellatione. Iob. ca. 2. *In ſtercore ſedens, in tantis vibicibus & ſæuioribus vulneribus, totum corpus diris perfuſum vlceribus myſteria loquebatur; nec acquirendi propriæ remedium ægritudinis, ſed ſacris vacabat ſermonibus. fortiores itaque ſermones ægri hominis, quam aliorum qui non ægrotabant, ideo ergo non carnis gemitus, & corporis infirmitates, ſed voces ſpiritus loquebatur, quibus vrgeret, non quibus cederet.* In eam rem Sapiens dum per totum caput 2. Eccleſiaſt. ad tolerantiam laborum hortatur, tandem hoc quaſi propoſito præmio adijcit: *Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra.* Deum, inflictis licet plagis in vos animaduertentem, colite, reueremini, amate: fugat enim, depellitque flagello ex humana mente ignorantiæ tenebras, atq. clariſſimum quoddam ad diuina cognoſcenda lumen præfert. illi negatur, qui caſtigari, & curari renuat, loqui quoque de diuinis prohibetur. Pſalm. 49. *Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meũ per os tuum? tu vero odiſti diſciplinam.* propriè, caſtigationem, correptionem; hæc eſt enim diſciplina illa, de qua Ierem. 2. *Fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt.*

Loquendi peritum efficit patientia.
Eccl.34.9.11.
Ambroſ.
Luc.4.13.
Iob myſteria loquutus.
Eccl.2.ver.11
Pſal.49.16.
Ierem.2.30.

3 Alterum, vix benè & congruenter loqui poſſe, qui priùs ſiluiſſe neſciuerit; quare obſeruatione carere non debet illud, *poſt hæc*, quaſi dicat, poſt diuturnum ſilentium: homo enim *Sapiens tacebit vſque ad tempus*. namque eſt quoddam ſtultorum, & elinguium ſilentium, vix laudabile, vituperatione etiam dignum, ſicut ſcriptum eſt: *Eſt tacens non habens ſpiritum loquelæ, & eſt tacens ſciens tempus apti temporis*. ille cum languentem imò exanimem & emortuam habeat linguam, virtute & moderatione nulla indiget, vt taceat; iſte verò cùm ſpiritum loquelæ habeat, & concitantem motum, verborumque igniculos conceptos ſentiat, ſi ſe ſilentio aliquando contineat, is potens erit linguam ſuam moderari, potéſq; ſi ſemel loquendi habenas laxarit, cum opus fuerit adducere; quare fieri non poteſt, vt nô ſint omni admiratione digna verba, cuius adeò mirum, & incredibile in tantis doloribus, tam diuturnum & inauditum ſilentiũ fuerit. Certe quam Iacobus dixit linguam a nemine mortaliũ domari poſſe, coercitam, domitam, frænatam pa-

Nemo bene loquitur, qui ſiluiſſe non didicerit.
Eccleſ.20.7.
Eccleſ.20.6. Cuiuſmodi ſit ſtultorũ, ſapientumue ſilentium.
Iacob.3.8.

tientiæ

tientiæ vi in Iobo videmus, ac veluti genero-ſum equum freno iniecto ſilentio ſe continere cum opus eſt, neque laxatis orationi habenis rationis terminum fineſque tranſilire, ſic ipſe de ſe teſtatur, cap. 30. *Frænum poſuit in os meum*, videlicèt agebatur à ſuis illuſoribus, vt inutile pecus, laceſſebatur, tundebatur, lacerabatur doloribus, ſed mutus ipſe frænum videbatur habere, & ſilentij vinculis os adſtrictum, quaſi libertate orationis adempta, atque rurſus verſiculo 28. grauiſſimis ſe malis exulceratum mitiſſimum ſe præbuiſſe, mærentem licet atque gementem; *Mærens* (inquit) *incedebam ſine furore*. quod enim ibi Septuag. legunt: *Gemens incedebam ſine fræno*, non ad abruptum ſilentium, ſed ad ſolutum gemitũ pertinet. Mirabilis ſanè illa ſit oris in equo facilitas, cuius tametſi is, qui in eo aſſidet eques calcaribus frequenter admotis ilia cruentet, habenis colla verberet, turbet virga, clamoribus, ſibilis, cæteriſque id genus incitamentis compellat in arenã, modò id leniter tantum adductis habenis, perſtrictoque ore aduerſus hæc omnia incitamenta conſiſtat immotus, non iactet armos, non iubas; non terram pedibus, non aëra calcibus verberet, non aſſurgat in ſaltus, nec ſpumas agat ore cruentus, non ignea naribus expiret, aut alia præbeat innatæ ferociæ & rebellionis documẽta, certè non abſimilis eſt Iobi generoſa virtus facilitas & moderatio oris, morũ inſtitutio, cupiditatum compreſſio, quem fortuna cruẽtat, abijcit, proterit, ignominia pũgit; dolor inflãmat, ęgritudo dirumpit, vermes perpetuo ieiuni & inexplebiles rodunt, omnibus artibus ſæuiſſimus Dæmon diſcruciat, & prouocat ad loquendum, & ſpumandum ex ore ſtultitiam; qui tamen patientiæ fræno admonitus, conſiſtit tacitus & elinguis, illæſus ab omni ſe querimonia continet, non fremit, non agit ore ſpumas, non inflat nares, non inſpirat indignabundus; cum verò iam loquitur, ſic certos rationis virtutiſque fines obſeruat, vt vltrò citrove nequeat conſiſtere, dignum profectò ſilentium, digniſſima verba, quæ non ſolum multorum admiratione & ſilentio, ſed laudibus & oratione celebrentur, ſicut à Sapiente dictum eſt: *Bonus ſenſus vſque in tempus abſcondet verba illius, & labia multorum narrabunt ſenſum illius.*

30. verſ. 11. — *verſ. 28.* — *LXX.* — Similis qui tiet generoſo equo fræno iniecto. — *Prou. 31. 9.* — *Eccl. 1. 30.*

4 *Aperuit Iob os ſuum.* Indicatur oratio de rebus grauiſſimis futura. Sic ait Pſal. 77. *Aperiam in parabolis os meum*, id eſt, loquar inſignes quaſdam memorabileſq; ſentẽtias de reconditis myſterijs; & ideo ſubiungit, *loquar propoſitiones ab initio*, id eſt, quaſdam antiquas, & (quas Logici vocant) maximas propoſitiones de rebus diuinis, Græci hic legerunt, *problemata.* Hieron. iuxta fontem, *ænigmata antiqua.* eiuſdem phraſis vſus & vis eſt, Matth. 5. & Act. 8. eſt namque ille *aperiendi oris*, geſtus & habitus magiſtri, doctoriſque ſapientiſſimi: in cuius os & verba ſingula conticentes omnes intenti ſunt, obſeruantque tum tacentem illum, tum etiam os aperientem, atque dicere incipientem; & ipſius exordij, voces ſingulas, vociſque genus, qualitatem & quãtitatem, an remiſſa, & ima, an verò acuta & intenta, tandem an læta plenaque voce exordiatur; hæc enim omnia loquentis affectum indicant auditoribus. ergo non ſolùm Iobi oratio grauiſſima fuit, ſed grauiſſimus etiam vocis tenor & accentus, ſic exigẽte materiæ grauitate. ex quo apud Hebræos poſtea obſeruatum fuit, vt intento, forti, ſatyricoque accentu lamẽtationes Iobi, & Ieremiæ in ſuis Sinagogis legerent; cum Pentateuchus, & libri hiſtorici tenore plano & leni decantarentur; Cantica alacri & iucundo accentu, Pſalteriũ tono graui & contemplatiuo: Prophetæ ſeuero & vehementi.

Pſal. 77. 2. — *Hieron.* — *Matth. 5. 2.* — *Actor. 8. 35.* — *C. amora. in arte gram. lib. 1. cap. 4.* — Quo accẽtu ſinguli libri ſiet decantati.

5 Præterea non orationis ſolùm momentum, & grauitas indicatur, ſed illa etiam oris apertio, neſcio quam dicentis libertatem & maieſtatem affert, quàm ſibi vſurpauit Eliu infrà, cap. 33. *Ecce* (inquit) *aperui os meum, loquetur lingua mea in faucibus meis*, de quo eo loco, liberè igitur & ſuis calamitatibus ſuperior de fine vitæ, & rerum humanarũ viciſſitudine ſapientiſſime Iob philoſophatur.

Apertio oris ad libertatẽ & facultatẽ loquendi refertur. — *cap. 33. v. 2.*

Quod alij tertio dicunt, indicari orationem conſultò & præmeditatò factam, mihi non diſplicet, Hiſpanè dicas: *puſoſe de propoſito a hablar, habl o deſpacio, y como quien entendido que hablaua.* nam qui recentem dolorem, cum multo acerbior eſſe ſolet, ſilentio coercuit, iam nunc data dicendi occaſione, nulla certè animi perturbatione, aut repentina commotione elatus, ſed maturo conſilio, & ex deliberatione præmeditatus loquitur. Huic annectere licet, ſignificari ſimul veritatem atque æquitatem eorum quæ dicuntur. nam qui præmeditatus loquitur, ſtudet vt non leuiter, ſed ex ratione & æquitate locutus videatur, ſicut Prouerbio. 8. dicit Sapientia: *Aperientur labia mea, vt recta prædicent.* Et iterum, cap. 31. 9. *Aperi os tuum, decerne quod iuſtum eſt*, atque id in hac præſertim Iobi oratione oppido difficili, præmitti oportuit, veriſſima dixiſſe, & ex æquitate rectoque iudicio de die natiuitatis ſuæ diſſeruiſſe. ſimile id 2. Corinth. 6. *Os meum patet ad vos, ò Corinthij*, quas habiturus ſum apud vos conciones de rebus grauiſſimis, & veriſſimis ſemper verſantur ante oculos. Obiter illud obſerua, in eo, qui ſilentiũ ſeruauerit, non ſolùm ab omnibus notari ſi multum & importunè aliquando loquatur, ſed etiam ſi os aperiat, & loquendi ſignum det; & in eo qui diu ſanctitatem, & vitam religioſiorem profeſſus fuerit, non ſolum ſi in manifeſtum aliquod peccatum labatur; verum etiam cum leuem alicuius vitij ſpeciem præ ſe tulerit.

Prou. 8. 9. — *2. Cor. 6. 11.*

6 Illud non omittendum, magnam deliberationẽ adhibuiſſe, & moras in loquẽdo traxiſſe virum ſapientiſſimũ, quòd examini verborum quæ proferri oporteret, adhuc fuerit intẽtus; hoc itaque ſilentij tempore, in cordis veluti fornace ſententias coxit, ſcoriam inutilium verborum excoxit, atq; reiecit, finxit tandem aurea verba, quę nobis redderet linguæ labiorumque bilancibus diligenter expenſa: namque benè loqui res eſt valde operoſa, & ſubtile opus, quod tempore, ſilentijque præuio ſpacio indiget; *Aurum tuum* (inquit Eccleſiaſticus) *& argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram*;

Opportunũ & neceſſariũ ſilẽtium pręcedit ſapientem orationem. — *Eccleſ. 28. 30.* — Orat. futura

auri inſtar. Qui loquit' ſimilis aurifici.

non ſolùm quòd verba minimè futura ſint leuia, ſed grauia, magniqúe momenti, & ponderis, ſed etiam quod res ſit, quæ diligenti animi cogitatione & attentione, atque labore indigeat, qualem aurifex in auro ponderando, & examinando adhibet, non enim parú, ſed multum intereſt, plus aut minùs lanx propẽdeat. quare Iobus ipſe grauiter conqueritur, cap.6 propterea quòd in iniquam aurium ſtateram ſua verba incidiſſent, & æquiores aliàs deſiderat, cùm non priùs à ſe prolata fuiſſent, quàm diligenti trutina examinata: *Vtinam appenderentur verba mea in ſtatera.* (6. verſ. 2.) præterea indicat Sapiẽs, debere eſſe ſapientis hominis verba auri inſtar, non infecti & rudis, ſed confecti, & cælati; vt præter grauitatem pretioſamque materiam dicendorum, opus ipſius conficiendæ orationis, laborque benedicendi non leuis ſit. Ergo tum precioſa hæc materia, qua verba conſtare oportet, tum ipſa artis opera & factura indicat non niſi parce, & poſt multum ſilentij tempus loquendum, propterea namque Salomon, dixit: *Virum eruditum eſſe * pretioſi ſpiritus*; ſicut & 1.Reg.3. dicitur: *Sermo Domini erat pretioſus in diebus illis.* hinc facile intelligas, cur Luc. 6. dicatur: *Bonus homo de bono Theſauro ſuo profert bonum, ex abundantia enim cordis os loquitur*, nam Theſauro cor ſimile eſt, quippe in illo aurea & argentea verba concipiuntur, conflantur, reconduntur, priuſquam lingua formentur, aut ore promantur. vbi obſerua, verba eſſe *ex * abundantia cordis*, quaſi reliquum ex fonte, qui autem anguſto & contracto corde atque animo eſt, facile oppletur, multa faſtidit, & multa effundit; qui verò magno & excelſo corde eſt, nihil equidem eſt quod non capiat, nihil faſtidit, & multis licèt doloribus plenus facilè omnes continet, facileque ſe ſilentio continet, nihil ori & verbis reliquum facit. Sed pergo, nam ſtatim plura de hoc ſilentio dicenda nobis erunt.

Prou.17.27.
* Que el ſabio vẽde caro ſus palabras, y no ſe alcança bara to el ſaber hablallas, ni el poder oyllas.
Luc.6.45.
* Lo que ſale por la boca, es el remaniente del coraçon.

7 קלל

Et maledixit. verbum (*Kalal*) quod eſt male dicere, ſignificat dicere mala, verbis contemnere, & vilipẽdere; à qua radice dicitur, Gen. 16. * *Deſpexit Dominam ſuam*, id eſt, maledicebat, vel malè reſpondebat. & ab eadem radice dicitur, 2.Reg.6. * *Vilior fiam, plus quam factus ſum*; nempe non habitu ſolum, ſed contumelioſis verbis, & maledicentia vxoris; Michol licèt illudat, multamq; de me ſermonis materiam præbeam, huius verò ſignificationis ratio & analogia eſt, quia quæ vilia ſunt, malis verbis accipere ſolemus, minus bene de illis loquimur, aliquãdo etiam execramur, & maledictis inceſſimus. Iob itaque de die ſuo tanquam de re viliſſima & deſpicatiſſima loquutus eſt; contumelioſiſſimis verbis tractauit; mala illi precatus eſt.

Gen.lib.4.
* Habla vale a ſu Senora con poco reſpeto, y tẽpó dize mal.
2.Reg 6.22.
* Aunq mas digan de mi, y mas burla haga Michol

8

Diem ſuum. Dies licèt pro naturali aut artificiali accipi ſoleat, vt dicemus, v.3. & ſequentibus, aliquando tamen accipitur pro tempore fauſto, aut vero calamitoſo, Ier.17. *Diem hominis non deſideraui, tu ſcis.* quod ab aliquibus in bonum accipitur, meis concionibus nominis & famæ ſplendorẽ non aucupor, neque vitæ iucunditatem; ab alijs in malum, in hanc ſenten-

Dies, quid ſignificet.
Iere.17.20.

tiam; Licet ab ijs ſim laceſſitus, quibus ingẽtia ſupplicia imminere prædixerim, ſed tamen illud calamitoſum tempus, & infauſtum ſupplicij diem ego neque aduoco, neq; vrgeo, neque deſidero. ſimiliter apud Abd. *Non * deſpicies in diem fratris tui, & non lætaberis in die perditionis eorum*, id eſt, Quãuis ego ſupplicio & euerſiõe patriæ miſeranda Ieroſolimitanos affecerim; ſed vos Idumæi, ne læti diem hũc calamitoſiſſimũ inſpicite, non dabitur vobis lætis inſpicere. ſic etiam apud Latinos tempus abſolute poſitum, pro aduerſo vſurpatur. non aliter Iob diem ſuum, id eſt, ſuarum rerum ſtatũ miſerrimum, & tempus triſtiſſimum atque difficillimũ, & ſui quos perfert, corporis atque vitę cruciatus acerbiſſimos lamẽtari aggreditur, & in diſputationem vocat, materiamque dicendi.

Abdiæ 1.12.
* No lo verã vueſtros ojos

Tẽpus apud Latinos pro calamitoſo.

II. Et locutus eſt.

1 *Verbum loquendi quale. eiuſdem vocis geminatio*
2 *Iuſtorum ſilentium in ærumnis, explicatur David.*
3 *Quale ſit iuſtorum ſilentium. explicatur Ieremias.*

1 *Pagnin.* ad gemitum refert dum legit, *& clamauit*, multò incongruentius, Vatab. & Regia, *& reſpondit*: nam ipſe potius initium dicendi facit. Hebræus apud Caiet. longius petitũ: *Et propoſuit quaſi materiam dicendorum.* ſimplicius atq, cõmodius latinus interpres, *& loquutus eſt*, nam (*ama*) ſimpliciter dicere, aut loqui ſignificat; licèt ex adiũctis pro ratione loci & ſenſus vim peculiarem habere ſoleat præcipiẽdi, decernendi, promittendi, aut grauiter de re aliqua dicendi. ſed hic nõ tam ex ſimplici verbo, quam ex repetitione eiuſdem rei, & vocis ferè ſynonymæ epitaſim habet: *Aperuit os ſuum, & loquutus eſt*, ſicut & id, Gen.31. *Deus Patris tui dixit mihi, cave, &c.* Sept. ex Hebr. *Dixit ad me dicens: dixo melo vna vez y otra.* Seriò præcepit, & Gen. 2. *Præceperam tibi, ne comederes.* Heb. prçceperam tibi dicendo; rem grauiſſimã, plenamque ponderis, quæ pro ſua dignitate bis & ter repeti debeat.

Vatablus.
Regia.
Hebræus apud Caiet.
אמר
Gen.31.29.
LXX.
Gen.2.17.

2 Sed nunc non ſolùm, quòd poſt diuturnum ſilentium, ſed quòd in medijs ærumnis fiat patientiſſimi viri oratio, obſeruari debet, ſolenne namque ſemper fuit viris iuſtis in medio dolorum æſtu immotũ ſilentium, ſicut David dicebat ſe opprobriũ à multis gentibus excepiſſe, & in ſinu ſuo cõtinuiſſe, & ſilentio tuliſſe; *Memor* (inquit) *eſto domine opprobrij ſeruorum tuorum, quod continui in ſinu meo multarum gentium.* eſt autem hoc iuſtorum afflictorũ ſilẽtium, ſimul cum externa reticentia, nulla etiã interna animi irati, cordiſue indignantis vociferatio, nulla de Dei prouidentia conqueſtio, nullaq; humanæ opis imploratio, ſicut ab Iſa monetur Achaz: *Vide vt ſileas*, (nullius opem implores, rem totam Deo tantum cõmitte) *noli timere*, atque eodem pertinet illa altera, ſiue miſerorum adhortatio, ſiue pollicitatio ſalutis, *in ſilentio* (ſuſtinẽtia, & omnis humani auxilij deſpiciẽtia) *& ſpe* (ſolius diuinæ opis expectatione) *erit fortitudo veſtra*, aduerſus omnium malorũ cohortem. Silentium præterea hoc non ſolùm querelas excludit, ſed affert etiam noſtrorum pec-

Iuſti in ærũnis ſilent.
Pſal.88.51.
Iſa.30.15.

3

Ier.8.14. catorum cognitionem eiuſmodi, vt promptè & alacriter perferre velimus cõmeritas pœnas: ſic ſecum cogitabat, dicebatque populus afflictus: *Conuenite & ingrediamur ciuitatem, & * ſileamus ibi, quia Dominus Deus noſter ſilere nos fecit, & potum dedit nobis aquã fellis, peccauimus enim Domino.*

*Recojamonos y callemos, que biẽ tenemos por que.

Matth.22.12. Planè vidit miſer ille ſe damnari meritò ad ſempiternum tenebrarum carcerem;* *& obmutuit*, ſceleris videlicèt conſcientia vinctus.

* La miſma verdad de ſu culpa le ato de pies y manos, y no tuuo q̃ hablar.

Pſa.46.2. *Hieron.* Huius patientiæ ſilentij meminit, Pſal.64. quo ſe in medijs ærumnis & captiuitate cõſolabatur Dei populus. *Te decet hymnus Deus in Sion*; Hiero. iuxta Hebr. *Tibi ſilentium laus Deus in Sion* id eſt, te noſtrum ſilentium, te noſtra tolerantia prædicat Hymnis digniſſimum; nam noſtra patientia Dei flagellantis laus eſt. *Pſal.16.2.* *Hieron.* idem Dauid: *Nõnne Deo ſubiecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum.* Hier. iuxta fontem, *Attamẽ apud Deum ſilebit anima mea.* & hoc ſe ſilẽtio præbebit Deo obſequentẽ; *verſ.6.* & iterum: *veruntamen Deo ſubiecta*, (Heb. ſilẽs) *eſto anima mea, ab ipſo enim patientia* (expectatio ſalutis) *mea.* Mirificè rem expreſſit, *Ier. Thre.3. 25.* Iere. *Bonus* (ſuauis, opportunus auxiliator) *eſt Dominus* (Iehoua, bonorum omniũ, vitæq́, beatæ fons & principium) *ſperantibus in eum; animæ* (homini inhianti in eius opem, eius auxilium ardenti & concitato ſpiritu imploranti) *quærenti illum: bonũ eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei* (quippe in deploratis malis, hoc eſt remediũ extremum, ſilentio ferre, ſpe de Dei bonitate concepta; melius atque cõmodiùs eſt cũ Deo agere ſilentio, quàm importunis querimonijs) *Iere. Thre. 3. 27.* *Bonum eſt viro, cùm portauerit iugũ ab adoleſcentia ſua*, (quãtumuis delicatũ adoleſcentulũ, tenerumque vitulum aſtringat Deus iugo grauiſſimo, & duriſſimo, & identidem ſtimulet, ferroque exagitet, tantũ non mugiat ille, nõ recalcitret, hoc namq; durum illi exiſtet) *ſedebit ſolitarius* (quamuis nullum laboris comitem adiungat, ſed grauiſſimum iugum, quod par boum fortiſſimorum meritò poſtularet, ſoli ſibi delicato, & infirmo imponi videat) *& tacebit* (feret tacit⁹ & elinguis, ſine voce, ſine querimonijs) *quia leuauit ſuper ſe*, (ſic lectio Vatic. id eſt, iuxta Heb. *quia leuauit ſuper ſe iugum*, quo etiam modo *LXX.* iuxta Septuag. legerunt, *Ambroſ.* Ambr. & *Theodor.* Theodo. *quia tulit ſuper ſe ipſum iugũ graue.* tantùm enim abeſt, vt ſe loris & iugo ſubtrahat, vt etiam ſponte ſua accedat, ſubmittat, inſeratq́; collum) *Ponet in puluere os ſuum* (tam demiſſam enim ceruicem præbebit, vt ore contingat terram, demiſſe ſimul atq; ſilenter ſuſcipiens onus) *ſi fortè ſit ſpes*, (hac videlicet ratione futuram opem expectaturus) itaque cum S. Iob, non minùs illuſtrè ſilentij, quam patientiæ exemplum præbuiſſet, quo tãdem animi affectu permotus, quove doloris ſenſu ſtimulatus alta nunc ſilentia ruperit, deinceps nobis explicandum eſt.

LAMENTATIONVM IOBI, ET LAMENTANDI AFFECTVS, CAVSARVMQVE conſideratio.

NEQVE leues, neque paucæ illæ quidem difficultates in his Iobi lamentationibus explicandis interpretibus occurrunt, quę pleroſque torſerunt; ſed ne nos malè quoque habeant, ſingillatim, quo explicentur faciliùs, proponemus; ad ſua ſingulas capita ſecantes atque reuocantes. Eſt verò res quidem conſideratione digniſſima: nam plenæ ſunt voces, plenaque myſterijs ſuſpiria, vt Ambroſius dixit, cauſæ quoque difficiles, & reconditæ, non enim cuiuis patet cordis arcanũ, quòd in ægritudine & amaritudine eſt; ſicut à Propheta dictum eſt: *Anima eius in amaritudine eſt, & Dominus celauit à me, & non indicauit mihi.* *4.Reg.4.27.*

SECTIO I.
An Iobo nunc acceſſerit recens aliqua querelarum cauſſa.

1 *Difficultatis propoſitæ ratio.*
2 *Nullam acceſſiſſe Iobo lamentandi nouam cauſam, ſed nouam dicendi occaſionem.*
3 *Obiectorum reſponſio. Iuſtus comitatis, & vrbanitatis ſtudioſus erga alios.*
4 *Quis modus accedendi ad diſputandum.*

HAE Iobi queremoniæ ex noua nunc cauſa ortæ videri poſſunt, quondã enim aut ſilebat omninò, aut ſi loquebatur, non niſi pacati, præſentiſque animi ſigna dabat; nunc verò in ingentes querelas abripitur, longiuſque dolore effertur, quàm ſapientis hominis ratio cogitata poſtulare videatur, adeoque amicis ſuſpicionem deſpondentis animo, ſeſque abijcientis inijcit, id quod ſignificare poſſunt extrema huius capitis verba: *Nõnne diſſimulaui, nõnne ſilui, nõnne quieui, & venit ſuper me indignatio?* noua videlicet, ſæuiorque plaga, poſt tot alias patienti, & pacato animo toleratas. 1 Difficultatis ratio. *verſ.26.*

Verùm ſtatuo, nullam omninò recẽtis doloris, aut querelarum materiam colligi ex toto libro poſſe, cùm potiùs varijs licet modis eandem ſemper cantilenam canat, nimirum honoris, ſalutis, bonorum omnium iacturam; acerbiſſimos morborũ dolores & cruciatus; mortis formidinem, metumq́, acres contumelias; iniquam de ſua vita ſuſpicionem; Deum ſibi inſtar ſæuiſſimi hoſtis iratum, quem ipſe omni obſequio & obſeruantia coluerit, quæ omnia ſubiectis ſexcentis locis oſtenderẽ, niſi nobis etiam nolentibus occurrere deberent. 2 Nullã acceſſiſſe Iobo nouam lamentãdi cauſam.

Ad id ergo quòd primo loco obijciebatur dicendum, certè non noui doloris, ſed nouam nunc loquendi occaſionem datam in amicorũ præſentia, apud quos de miſero ſuarum rerum ſtatu mortalium more conqueritur; cùm antea ſiluerit, vt priores loquendi vices pro ſua vrbanitate ſuis amicis concederet; nunquam enim vir iuſtus animi ſui moderator & rector, ita ſuis ſe rebus totum tradit, ſiue in mœrore, & luctu, ſiue mauis in lætitia & gaudio, vt officij vllo vnquam tempore obliuiſcatur ſui, aut amicitiæ & vrbanitati aliqua ex parte deſit; quin potiùs virtuti, & æquo ſemper primas fert; id quod in humani generis reparatore clarè perſpicitur, qui dum in oratione vehementiùs conflicta- 3 Reſpõſio ad obiecta. Iuſtus etiam in ægritudine comis & vrbanus.

retur,

Matth.26. Marc.14. Luc.22. Ioan.19.

retur, ſedulam tamen dormitantium diſcipulorum curam geſſit, ſemel & iterum amicè illos admonuit & inuiſit; & ſui oblitus animam iam iam agens matri filium, & diſcipulo matrem magiſtramq; procurat. accedit etiã illud quod Iobi amicis in tantis, tamq; multis malis obſtupeſcentibus, ſimul & obmuteſcentibus conſtanter tamẽ ipſe diſputare aggreditur, & ſui conſolandi primus ipſe occaſionẽ præbet, rationemque deſignat. Eiuſmodi eſt apud Ciceronem ſapientis illud Solonis elogiũ, quo ſe negat velle ſuá mortem dolore amicorum lamentiſq; vacare. Tum præterea ne diuturniori ſilentio moleſtior illis eſſet, vt argutè obſeruarunt Chryſ. & Polyc. Atque ea ipſa re, quòd diſputationem ipſe primus aggreditur, eximiæ dat ſapientiæ documenta; nemo enim niſi ſapiens ad diſputationem accedere debet, quantumvis ab alio laceſſatur. qua de re vide Philo lib. *quòd deteriùs potiori inſidiatur.* Quomodo autem illa extrema capitis verba accipi debeant, videlicèt prima parte relata ad tempus fœlicitatis; eo loco dicemus.

Solonis elogium. *Cicero de Seneƈ.*

Chryſoſt: Polychron.

4 Quis modus accedendi ad diſputationẽ *Philo.*

SECTIO II.

An fuerit Iob ſcrupulis agitatus.

1 *Dæmon ſæpè iniȷcit ſcrupulos; interdum creat Melancholiam. Quædam ſcrupuloſorum remedia. explicatus locus Reg. de ſpiritu malo Saul.*
2 *Terrores conſcientiæ iniecti à Dæmone.*
3 *Quædam ſcrupulorum indicia.*
4 *Scrupuloſi vt ſe debeant erigere. Horum medicina, obedientia.*
5 *Iobi lamentationes non eſſe referẽdas ad ſcrupulos.*
6 *Iob, vtpotè Chriſti patientis figura, per omne genus paſsionum, & in omnibus ſenſibus probatus, non habuit ſuæ gratiæ euidentiam.*
7 *Potuit laborare ſcrupulis.*

1 Adhuc tamẽ videri alicui poteſt in nouã animi ęgritudinẽ, multò quàm reliquos corporis cruciatus acerbiorẽ, incidiſſe, vt conſcientiæ ſtimulis, & interna quam vocant, deſolatione cruciaretur ad illuſtriorẽ patientiæ probationem.

1. probatio ex dæmonis tentatione

Id primò probari poteſt, quòd hac quoque ratione tentare ſoleat aduerſarius, & perturbare mentes hominũ, & ad deſperationẽ adducere, vt Gerſ. dicit, & Laurẽt. Iuſtin. quare cum dæmoni ampliſſima poteſtas permiſſa à Deo fuerit vexandi Iobũ, ab hac quoque tentatione minime credendũ eſt abſtinuiſſe, atq, eo veroſimilius fit, quòd hic cruciatus conſcientiæ acerbior eſt, & à D. Bern. cùm inferni tormẽtis meritò cõparatus. Et confirmari res hæc poterit ex eo, quòd frequenter ſcrupuloſarũ mentium ægritudo, initiũ habere ſolet ex morbo, & affectione melancholica; corporis autem ægritudine, & temporis aut humorum exceſſu frequẽter ad ſuas tentationes aduerſarius vtitur, vti explicant latè Lyr. & Burg. 1. Reg. 16. Sic enim pſallente Dauid, atq; leniente prauã furentis ægritudinis diſpoſitionẽ, qua laborabat Saul, & qua Dæmon vtebatur liberiùs, atque facilĩus ad illũ vexandum, meliùs habebat, vti his verbis ſcribitur: *Quandocunq; ſpiritus Dei malus arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat, recedebat enim ab eo ſpiritus malus.* quare inter alia ſcrupuloſorum remedia ea omnia ſunt, quæ melancholiã purgant, vt apertè tradunt Gerſ. de exercitiȷs diſcret. & de remediȷs contra puſillani. vide etiam D. Thom. 1. p. q. 115. a. 5. ad 2. & 2. D. Ant. 1. p. tit 3. c. 10. §. 10. reg. 6. at verò melancholia pro aliorum morborũ, apta materia ſumpta eſt à dæmone, quæ etiam ſcrupulis & imaginationi ſtimulandæ ſeruire potuit. in quam quoq, rem facit, quod ſcripſit Auicenna, quibuſdam medicis viſum eſſe melancholiam morbum à dæmone fieri.

Gerſ. p. 3. cp. de diuerſis diaboli tẽtationibus, lit. M. Labr. Iuſtin. op. de diſciplina monaſt. cap. 12. Bernardin. Scrupulos interdũ creat melãcholia. *Lyra. Paulus Burgẽſis. 1. Reg. 16. 23.*

Gerſon. D. Thom. D. Anton. Auicenna.

2 Secundò huius rei teſtes ſunt, acerrimi quidam conſcientiæ terrores longeque moleſtiſſimi, quos pati ſe teſtatur, c. 6. & c. 7. v. 14. & c. 9. v. 34. *Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat,* & c. 13. v. 21. *Formido tua non me terreat,* & c. 14. v. 13. *Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus?* & c. 10. v. 2. damnari timent; *Noli me condemnare.* quibus locis ſignificat apertè, non tam dolere ſe de aliȷs pręſentibus malis, quàm de eo quo cruciatur animi terrore. qua de re dum diſſerit Laurent. Iuſt. ſic ſcribit: *Quandoque etiam dæmones horribiliter humanæ menti ſe oſtentant per terras imagines, & inſolitos aſpeƈtus, atque per terribiles comminationes, inſuetoſque terrores tremorem conantur ingerere vehementem, quatenùs reieƈta confidentiæ ancora, in puſillanimitatis pelagus ipſam demergant.*

2. Probatio ex quibuſdã conſcientiæ terroribus. *Iuſtin. ſuprà adduƈtus.*

3 Tertiò, ex ſignis quibuſdam, quæ amici in illo notàrunt, c. 15 quòd *quaſi magna cogitans attonitos haberet oculos* obſtupeſcenti ſimiles, videlicèt, quaſi magna moliretur, & alta eſſet cogitatione defixus, modò humi demiſſos, & immotos gereret oculos, modo ſublimes illos attolleret admirabundus; tum ſtatim crebris conuerſionibus, crebroque rotatu huc illuc ſæpiùs circumageret; quòd proprium eorum eſt, qui interius cogitatione aliqua ſtimulantur, interdum motibus & ſignis externis internas animo imagines conati depellere.

Iob 15. 12. Alia ſcrupulorum externa indicia.

Quartò, Deum ſibi iratum fingere videtur, atque ſuorum peccatorum, & anteactæ vitæ ſcrutatorem nimium, nimiumque memorem, cap. 7. v. 20. & 21. Tum etiam, c. 10. v. 3. calumniam ſe pati conqueritur, & accuſationem acerrimam de minimis, atq; leuiſſimis erratis, & c. 14. v. 3. & 17. *Signaſti quaſi in ſacculo deliƈta mea.*

Quintò, à ſuis ipſe verbis ſimplici bonaque mente prolatis timet, ne forte peccauerit; in quam rem explicatur à Philip. & Bed. id c. 17. *Deſperaui, nequaquam vltra iam viuam;* & inferiùs, *peccaui, &c.* an in hoc peccaui? nulla ne mihi reliqua ſalutis ſpes?

Philip. Beda. ✝ Deſeſperacion y peccado deve de auer ſido eſto q ahora dixe.

Sextò, nunquam ſibi perſuadet à ſemel admiſſo peccato mundum iri; vt c. 10. v. 15. *Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me eſſe non pateris?* quem ſenſum indicauit ibi Gregor. ſic explicans: *Si culpam venia abſtulit, cur hanc & à memoria non deterſit? Sæpè autem* (inquit Greg.) *ita mens in culpæ recordatione concutitur, vt ad perpetrationem illius longè grauiùs, quàm*

Gregor. Mentis ſcrupuloſę deſcriptio ex Greg.

prius,

prius, quàm ea ipſa ſaturas, vrgeatur, & deprehenſa trepidat, ſeque ipſa varijs motibus impulſa perturbat. quo videtur ſcrupuloſam mentem accuratè deſcribere.

4 Vt ſe ſcrupuloſi & puſillanimes erigere, & confirmare debeant

Septimò, tandem his tot ac tantis tempeſtatum fluctibus iactatus reſpirat aliquando, & aduerſus ſæuientem tempeſtatem ſæpe ſe erigit & confirmat, anteq; actæ vitæ bona conſcientia conſolatur, cap. 16. 17. 19. 27. 29. 30. 31. quod etiã facere ſcrupuloſi ſolent, dum vires & animos ſumunt, ad ſuam ipſorum ægritudinem ſuperandam. in quam quoque rem illud adducit Gerſ. p. 3. op. de remedijs contra puſillanimitatẽ, conqueſtos, videlicet, fuiſſe aliquando dæmones de quodam monacho, qui ſe deprimebat, cum ſuperbiæ tentationẽ ſentiebat; at verò cum ab aduerſario ad deſperationẽ adduceretur, in ſpẽ ſeſe ille maiorẽ meliorẽq; erigebat. Idemq; docuit pater noſter Ignat. ſocietatis noſtræ fundator in fine ſuo. ũ exercitiorũ ſpiritualium, obſeruat. 5. vt cùm Dæmon vult conſcientiam conſtringere nimiũ, homo tunc laxet aliquantulũ. atq; huc omnia contendat, quæ D. Greg. in præfat. in librum Iobũ ex commoratione ſuorũ præclarè factorũ à iactantiæ culpa excuſat. *Nequaquam* (inquit) *in tali iactantia vitium incidit, qui contra internam deſperationis impulſionem, per exteriora præteritorum factorũ verba pugnauit, & dum labefactari per opprobria timuit, ad ſtatum ſe fiduciæ ex anteacta vita contemplando reuocauit.* in rem hanc argutè dixit Plutar. *Quomodo illos, qui in ambulando attollunt ſe, & ceruicẽ ſubrigunt, fatuos dicimus & vanos, contra cõmendamus eos, ſi in pugillatu & bello erigant ſe; ſic vir, qui ex fortuna titubauit, ſi aſſurgit, & pugilis more cõferens pedem caſui reluctatur, atque ex ſpe abiecta miſerabiliq; ſe traducit ſe oſtentatione ad animum geſtientem & excelſum, non ille odioſus vel ferox, ſed magnus videatur atque inuictus.*

Gerſon.

S. Ignat.

Gregorius.

Plutarch. op. quomodo quis citra inuidiam ſe laudet.

Scrupulorũ medicina obedientia.

Tandem cum ſcrupulorũ longè optimũ atque præſentiſſimum tradatur ab omnibus conſcientiæ curandæ medicis remedium, aliorum conſilijs audientem ſe atque obſequẽtem præbere, certè ad maiorẽ huius ægritudinis acerbitate videtur pertinuiſſe, quòd Iob habuerit importuniſſimos conſiliatores & cõſolatores quos ipſe medicos vanitatis appellat, c. 16. quibus ſi obſequeretur, conſcientiæ bonæ ſolatiũ & gaudium à ſe repelleret: cùm verò illis repugnaret, in ſua ægritudine, maneret nihilo magis illorum conſilijs delinita.

cap. 16.

5 Iobi lamẽtationes nõ referendas ad ſcrupulorum ægritudinem contraſolt.

Sed alio tamen, quod ad has Iobi lamẽtationes, & querelas attinet, mihi opus eſſe, ad ſcrupulos cõfugere, ad nouum ve aliud mali genus; quos enim corporis dolores, & animi cruciatus patitur, eiuſmodi ſunt, vt nullis querelis & lamẽtationibus inferiores eſſe videantur; eleganter hanc rem explicuit, Chryſ. homil. 4. de pat. Iob. niſi fortè velimus etiã cum ſimilibus, imo ijſdẽ ferè verbis ſere ſua mala deplorat; aut cùm mortẽ in votis habẽt Moyſes & Elias, aut cùm Dauid ingemit, ſeq; lamẽtatur, ſcrupuloſos hos omnes aſſerere multos licet, & nihil tale cogitantes, quod ijs qui audirent, ridiculum ei qui aſſereret, religioni & ſcrupulo futurum eſſet. neque verò ſuſcepta à Iobo damna ita debent externè, & quaſi cute tenus accipi, vt internum dolorem non effecerint, & quidem grauiſſimũ. Quem enim doloris ſenſum fortunarũ, dignitatis, regni, ſubita & inopinata affert amiſſio? quẽ ab amicis iactatæ cõtumeliæ? de quo ille veriſſime dixit: *Habet quendã aculeum contumelia, quem pati prudentes ac boni viri difficillimè poſſũt*; toleratu ſanè grauiſſimã, & quam Deus peculiari ratione curaret, Dauid iudicauit, dũ exilij ac vitæ diſcrimine, & aliarum ærumnarũ oblitus, de illa iniuria à Semei iactata illud tandem dixit: *ſi fortè reſpiciat Dominus.* Quantam moleſtiã & cruciatũ habet, cùm bene ſanctéq; vixeris, iniquus tamen & ſceleratus haberi, & prædicari ab ijs, qui ſapiẽtes & æqui rerũ æſtimatores habentur? illud certè ad malorum exaggerationẽ & cumulum pertinet: *& cũ iniquis reputatus eſt.* Quàm difficile morborũ omnium cruciatibus perpetuò abſorberi humana fidẽ vincentibus, tabeſcere, putreſcere, ſpectaculũ mundo fieri, & diuini ſupplicij fabulã veriſſimam atq; prouerbium? Quàm arduũ internas quaſdã Dei cõſolationes, & diuinæ faciei ſplẽdores & radios in medijs calamitatũ tenebris deſiderare, quos quondã fœlix habuerit? Quantam affert indignationem exoſum ſe omnibus atq; inuiſum cernere, irrideri ab inimicis, ſeruis, ancillisque conſpui, illudi à vilißimis hominibus; Deum & hominum fidem obteſtantem, gementem, opem implorantem, non audiri, non curari, contemni? præſertim cum aliorum malis & ærumnis, longe diſſimili ratione eueniat; *hoc enim ferè ſic fieri ſolere accepimus* (vt Sapienter dixit Cicero) *vt Regum afflictæ fortunæ facilè multorũ opes alliciant ad miſericordiam.* Quem metum, quamque trepidationem efficit mortis iamiam aduentantis ſtrepitum exaudire; non longè conſpectæ minas accipere, & imminentem iugulo recuruam falcem ſentire? Quis immota mente ſuſtineat omnium malorum coeuntium, atque vno irruentium agmine impetum? Certe cum vir patientiſſimus Iob Chriſti Ieſu patientis minimè obſcura, imo valde illuſtris figura fuerit, ex internis Chriſti paſſionibus, externiſque corporis cruciatibus, quos omniũ, quos mortales vnquam perpeſſi fuerint, fuiſſe maximos atq; grauiſſimos Theologi decernunt, Iobi dolorum acerbitas & grauitas colligi poteſt; licet enim illi longè minores fuerint, ſed tamen etiam pertuliſſe videtur omne paſſionũ genus; tum ab exteris, tum etiam à ſuis, à viris ac fœminis, à regibus, à ſeruis, ancillis, miniſtris & popularibus, ab amicis, cognatis, notis, & familiaribus; in externis bonis, in fama & exiſtimatione, honore & dignitate, in omnibus membris, in ſenſibus omnibus: cruciabatur enim ſui corporis ſordidiſſimi aſpectu, Dæmone ſeſe illi minacem ac trucem obijciente, & territante ſpectris, & viſis nocturnis; auditu contumeliarum, & importuniſſimarum contentionum garrientium amicorum; guſtu euerſo à ſua temperie, putri, amaroque humore infecto; odore teterrimo ex totius corporis vlceribus ſpirante; deniq; omnium corporis partiũ doloribus acerbiſſimis. accedit peculiariter Iobũ (quod in Dei filio eſſe non potuit) nullã habuiſſe ſuæ gratiæ certi-

Enumeratio calamitatũ Iobi per ſumma capita.

Cicero.

Contumelia aculeata.

2. Reg. 16. 17.

Iſa. 53. 3. Marc. 15. 28.

Cic. pro. Pom.

6

Iob Chriſti figura, omne paſſionũ genus pertulit.

Iob cruciat⁹ in omnibus ſenſibus.

Iob non habuit ſuæ gra-

tiæ euidentiam, neque certitudinẽ.

Chryſoſt.

certitudinem, neque euidentiam; pariterque incertum habuiſſe, an tanta mala dæmonis arte & inuidia procurata fuiſſent, an verò à Deo irato immitterentur: id quod põderat Chryſ. hom. 4. de patientia Iob: *Neſciebat* (inquit) *Iob, cuius rei cauſa dimicabat; neſciebat quem tandem exitum prælium habiturum eſſet.* quid, quòd Chriſtus Ieſus immediatè à dæmone tortus nõ eſt, quòd id minimè fuiſſet neceſſarium ad noſtrã ſalutem, cum etiam neq; per ſe ipſum, Deus Pater filium dilectionis ſuæ exagitauit; quare cum ait: *propter ſcelus populi mei percuſſi eum*, auctorem ſe paſſionis ſignificat, ſed media tamen inuidia & ſcelere nefariorum deicidarum; quaſi diceret, præ inuidia & præuaricatione populi percuſſi eum. aut vt eſt in fonte, *percuſſio ei*; & cùm dicitur, poteſtati tenebrarum traditus, intelligi per medios impios miniſtros dæmonis; vti ſapienter explicuit Luchim. eo loco; at verò Iobum & Deus ipſe videtur ad certamen prouocaſſe, atque turbine voceq. cælitus data territaſſe, dæmonque ipſe modis omnibus immaniter lacerauit. quare quæ ſuper c. 2. enumerauimus infinita propè mala corporis, morbos, & animi ægritudines, nunc iterum cõmemorari oporteret, aut certe ex loco illo peti: & rem hanc illa tandem Chryſoſt. ſent. claudere, videlicet vnius hominis corpus acerbitates omnes, quæ in orbe terrarum reperiuntur, penitus exhauſiſſe.

Iſa. 53. 8.

Luc. 22.

Chryſoſt.

7 His omnibus qui volet ſcrupulorum etiam ægritudinem addere, poterit ſane, dum tamen alijs malis omnibus, & ſæpè & dolẽter à Iobo deploratis ſcrupulos hos neq; anteponat, neque cùm ille clamat & conqueritur, ſcrupulorum tantum aculeis pungi, maleq; habere exiſtimet, quaſi cætera mala querelis atque clamore indigna fuerint: ac non potiùs ea extiterint, quibus nulla ſuſpiria, gemitus nulli parẽ potuerint ſignificationem afferre, præſertim cum Deus patientiæ exemplũ cunctis mortalibus proponere voluerit patientiſſimum Iobũ, Tob. 2. ridiculum autem ſit dicere, in ſcrupulorum perpeſſione & ſuſtinentia propoſitũ nobis exemplum, & non potiùs in aliorũ malorũ tolerantia. accedit quod frequenter, ex ignorantia prouenire ſcrupuli ſolent, atque cum illa quã Iobus habuit, ſingulari diuinarũ humanarumq. rerum ſapientia, & cum illa quam perpetuo retinuit, bonæ conſcientiæ conſtantia & firmitate apertè repugnare videntur. ego certe hominem ſapientiſſimum, natura conſtantem, vix poſſum fingere ſcrupuloſum; at verò cõtemplari cogor trepidantem, & aduentantium malorum opinione exterritum, præſentibus oppreſſum difficultatibus, dolentem, conquerentem, vix reſpirantem ex tot vulneribus.

Tobiæ 2.

His quæ diximus reſponderi interim poteſt ad primas obiectiones, quòd ſi quippiam amplius deſideratum fuerit, tunc reddemus, cùm ad peculiares locos illos explicandos ventum fuerit.

SECTIO III.

An hæc ſit peculiaris Iobi, an verò communis mortalium omnium vitæ deploratio.

1 *Teſtimonia ex Patribus. Iuſti ſolent lamentari non tam ſuas, quam communes miſerias.*

2 *Iob potius ſuas ærumnas perſequitur. Cuiuſmodi ægrè miſeri pulchra ex ecc. epiſt. ... ſimilitudo, necnon alia ex Plutarch.*

3 *Conſequens eſſe, vt etiam Iob agat communem omnium mortalium cauſam. Mœrentes mœrere alios volunt.*

Qvibuſdam placuit his lamentationibus, non tam ſuam, quàm communem omnium mortaliũ lucem, & diem perſequi Iob; Sic D. Iſido. in lib. procemiorum ait: *Iob ſuis lamentis totius mundi deplorare miſeriam.* Philippus & Beda, *in ſe humani generis mortalitatem aſſerere.* Ambroſius de interpellatione, Iob lib. 3. cap. 6. *Quanta deploratio ſancti viri pro communi infirmitate!* idem exiſtimant Hugo, Steuchus, & alij recentiores. & exemplo eſt Ierem. capit. 20. & in Thren. non tam propria, quàm communia mala lamentans; & 1. Mach. 2. Mathathias. *Væ* (inquit) *mihi, vt quid natus ſum, videre contritionem populi mei.* viri enim iuſti ſiue ob'iuſticuntur, tantum attenti ad communia, vel bona procuranda, vel mala auertenda, aut deploranda: propterea namque Ezechiel. 9. à communi clade ſeruantur, & notãtur in fronte ſigno Thau ſalutifero, quòd *viri gementes & dolentes ſint ſuper cũctis abominationibus, quæ fiunt in medio ciuitatis*, id eſt, publicè atque palam à pleriſque ciuibus perpetrantur. 1

D. Iſidorus.
Philipp.
Beda.
Ambroſ.
Hugo.
Steuch.
[illegible] Iuſti communes miſerias deplorant.

Ezech. 9. 4.

Certè tamen (id quod textus ipſe docet) ſua nunc Iob mala deplorat, neque hominis grauiter ægrotanti atque dolenti tantum eſt ab re ſua ocij, aliena vt curet, afflicta hominis mens vix poteſt quidquam aliud, quàm ſuam ærumnam cogitare, cum enim hæret infixus animo dolor, hæret fixus in dolore animus, nihil vt poſſit alienum agere. Valeret quidem non parum ad leniendum dolorem illa cogitatio communium miſeriarum omnibus mortalibus pœnarum ſocijs, qua conſideratione ſuperius vſus videtur, cùm dixit: *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ.* ſed hoc nunc ſolatio minimè vtitur, nam vt Salomon dixit, Prouerb. decimoquarto. *Cor, quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus.* id eſt, qui tam graui afficitur animi dolore, quantum nemo alius nouit, præter eum ipſum, qui patitur, non facilè admittit cogitationẽ de aliena calamitate extranei hominis, vt gaudere, id eſt, vt leniri, & melius habere poſſit; propriũ namque eſt mœrentium animorũ totos ſe mœrori tradere, & omnem ſolatij cogitationem depellere, ſic docente Eccleſiaſtico, cap. 27. *Sicut in percuſſura cribri remanebit puluis, ſic aporia hominis in cogitatu illius*, id eſt, cùm agitatur, & cõcutitur cribrum, decidit melior, ſubtiliorque farinæ pars, manentibus furfuribus, 2

Nõ tam aliena quàm ſua mala Iobum deplorare.

cap. 1. 21.
Prou. 14. 10.

Afflictos ſe totos mœrori tradere.

Eccleſ. 7. 5.

furibus, ſordibus, & omnibus reiectamentis farinæ, ſic mens afflicta repellit à ſe omnes ſolatij captandi cogitationes, & eas tantum retinet, reuoluit, habetque præ oculis, quæ deteriores & moleſtiores ſunt. eadem ratione deſcripſit alia ſimilitudine illud. at Plutarch. *Quemadmodum* (inquit) *cucurbitæ medicorum deterrimum ſanguinem ex carne eliciunt, ſic tu peſſima quæque* (cum ærumnoſo loquitur.) *ea omnia in te congeris, dubio illo Chio negotiatore melior, qui cùm vinum optimum venderet, ipſe ſibi acidum conquirebat.*

Plutarch. de Tranquil. animi.

Aerumnoſus cui ſimilis.

3\. Sed tamen (vt patribus initio adductis ſatis faciamus) cum nullum malum, quod humanũ ſit, ab aliquo homine alienum cenſeri debeat, communis quippe ſit mortalibus omnib' viæ ſors, atque lex; fieri non poteſt, vt ſuam ita Iob, quin communem omnium cauſſam agat; ſicut ſi ſenex ſuam ſenectutem vituperet, aut miles belli incommoda; eadem ſanè ratione afflictus homo vitam humanam ærumnoſiſsimam. illud verò etiam peculiare habent animo dolentes, vt priuatas ſuas ærumnas communes eſſe velint, ſecumque dolentibus condoleſcere omnia, & ſecum ruentibus corruere omnia, & cum illis, ſi in tenebris iaceant, communem diem tenebreſcere, & ſolem commune cælo excidere; vti Medea illa amore pariterque dolore furens.

Sola eſt quies,
Mecum ruina cuncta ſi videro obruta.
Mecum omnia abeant, trahere, cum pereas, libet.

Senec. in Medea Actu. 3.

SECTIO IV.

Quid diei, noctiſque nomina hoc loco ſignificent.

1. *Gregorij expoſitio allegorica, peccati gradus quidam, & quaſi ætates.*
2. *Secunda de Peccato Originali à quibus doceatur.*
3. *Tertia expoſitio verior & ſimplicior.*

1\. Greg. GREGORIVS, in præfatione cap. 3. & initio lib. 4. docet non debere intelligi ſenſibilem aliquem diem, qui huius præterlabentis temporis pars ſit; ſed noſtram mortalitatem (hanc item indicarunt Philip. & Beda.) aut certè Diabolum, qui per naturam dies eſt, nox verò per culpam. Optat itaque Iob vt *pereat*, id eſt, vt male illi ſit, & dignis rurſus ſupplicijs tentandi licentiam amittat. interſerit verò Gregorius quædam alia de peccato, & eius quaſi gradibus, & ætatibus; videlicet, de illius educatione, nutritione, alijſque blandimentis, quibus culpa fouetur & adoleſcit. indicat præterea *lucem*, accipi pro diuina cognitione; *noctem, & tenebras* pro mentis cæcitate. ſed huiuſmodi planè ſunt omnia allegorica, aut tropologica.

Philipp. Beda.

M. Albert. Non longè ab hac expoſitione recedit Magnus Albertus, qui licèt vitæ, *diei, lucisque* nomine vitam hanc ipſam intelligat, ſed ea tamen tantùm conſideratione, quatenus illa Dæmon vius eſt ad Iob cruciandum, ita vt formaliter (vt dicunt) & prima præcipuaque intentione ipſa Dæmonis malitia & inuidia, atque incredibilis nocendi cupiditas maledictis: etatur. paulo ſubtilior, ſed longiuſculè quoque petita interpretatio.

Philippus, & Beda, *diem & noctem* pro eodem accipiunt, videlicet, pro natiuitate, aut cõceptione hominis in peccato originali; addit etiam Philip. Iobum deteſtari præuaricationem primi hominis, intelligit fortè peccatum ipſum Adami, quod à Theologis appellatur Originans, tum etiam illud, quod per originem transfunditur in poſteros. Idem intellexiſſe videtur D. Thom. *diei* nomine, cùm ad ſanctificationem Beatæ virginis probandam vtitur eo loco, *Expectet lucem, & non videat*. 3. p. q. 27. a. 2. & propter peccatum originale *diem* maledici à Iobo ait 2. 2. q. 76. a. 1. ex Græcis idem indicat Seuerianus in Catena, & plerique ex Scholaſticis diſputantes de peccato originali; licet enim cùm hæc protulit Iob, illius peccati maculam iam haberet elutam atque deletam, neque obtabile fuiſſet, ſtatim poſt conceptionem in peccato originali deceſſiſſe, potuit tamen primordia ſuæ vitæ illo peccato polluta deteſtari, quod ex illo, quaſi ex prima radice reliqua corporis animique mala pullulaſſent. verùm neque expoſitio hæc eſt prima, quam verba ipſa poſtulant. 2.

Philipp. Beda.

D. Thom.

Seuerianus.

Tandem frequens aliorũ interpretum, præſertim poſt D. Tho. hoc loco, ſenſus eſt, de ſuo ipſius inauſpicato natiuitatis die, initioque miſerrimæ vitæ; de nubilæ huius atque triſtiſsimæ vitæ vſura; de mortis ipſius tenebris; hæc enim omnia, & ſeriem, & ſenſum habẽt toto capite leniter decurrentem. non ſemel D. Amb. hanc expoſitionem docuit, lib. de bono mortis, c. 2. & ſuper id Luc. 4. *Consummata omni tentatione Diabolus receſsit*, ſic ait, *Generationis ſuæ carnalis diem perire deſiderat, vt dies eius in regeneratione numeretur; Pereat, inquit, dies ſæcularis, vt dies ſpiritualis oriatur*, faſtidit videlicet temporalem vitam, æternam beatamque deſiderat. 3.

D. Thom.

Ambroſius.

SECTIO V.

Qua mente maledixerit Iob diei, vitæque ſuæ.

1. *Maledicere creaturis non licet. Hæretici, & Iudæi Iobum maledicentiæ, & impatientis animi accuſant.*
2. *Prima via explicandi reijcitur. Secunda item Græcorum non ſatis facit.*
3. *Tertia reſponſio illuſtrata pulchra ſimilitudine ex Chryſoſt.*
4. *Quarta ex eodem.*
5. *Indicantur tres aliæ reſpondendi viæ veriores.*

CREATVRIS etiam irrationalib', abſque peccato maledici non poſſe cum D. Tho. Theologi docent. 2. 2. q. 76. tum quia non ſunt per ſe capaces alicuius pœnæ, cuiuſmodi eſt maledictio, tum quod videtur maledictum refundi in auctorem naturæ; ergo qua ratione ſanctiſsimus Iob liberari poſsit à maledicentia, & irati animi nota explicandum eſt, præſertim cum maledictis virum ſanctiſsimum 1.

D. Thomas & Theologi.

Brentius & Anabaptiſtæ. Iudæorum mẽdacium, & impudentia.

laceſſant Brentius & Anabaptiſtæ; argumento, & occaſione ſumpta ex hoc cap. ſequuntur nimirum impios Iudæos Thalmudicos, qui ipſo Dæmone impudentiores, Iobum accuſant maledicentiæ atque blaſphemiæ; quem Deus ipſe, quòd recta loquatur, & labiis ſuis non peccauerit, ſæpè commendat: quod enim cap. 38. videatur Iobum imperitiæ, aut ſtultiloquij notare, atque ipſe Iob ſuam vel leuitatem, vel inſipientiam agnoſcat. cap. 39. & 41. certè ad huius tertij capitis lamẽtationes minimè pertinet. an vero poſtea leuiori aliquo verbo lapſus fuerit, dum ſe defendit ardentius, quam par eſſet, ſuis locis explicabimus.

2. *Lyranus.* Primus modus defendendi Iobũ.

Ergo quod ad rem præſentem attinet, primus modus reſpondendi huic difficultati eſt Lyrani aſſerentis, maledicta hæc fuiſſe quaſi conditionata; id eſt non proficiſci ex proprio Iobi ſenſu & ſententia, ſed ex ſuppoſito amicorum errore exiſtimantium, neque bonis præmia, neque improbis ſupplicia conſtituta eſſe poſt hanc vitam; quod ſi verum eſſet, miſerabiliores eſſent viri iuſti, qui plerũque ærumnoſiſsimi ſunt, cunctis hominibus; & ipſe Iob miſerrimus eſſet atque deploratiſsimus. eundem ſæpe errorem illis affingere videtur D. Thom. *D. Thom.* ſed certè tam craſſus, tãque cæcus error non videtur ineſſe potuiſſe viris alioqui ſanctis, vereque ſapientibus, & quibus interdum loqueretur Deus, præſertim cùm ex ſuis ipſorum verbis neceſſarium ſit illos agnouiſſe immortalitatem animæ. de quo plura poſtea.

Vide initium cap. 4. Secunda Iobi excuſatio. *Origenes. Olympiod.*

Secundò explicãdi modus eſt Græcorum, in primiſque Origenis, & Olympiod. quòd conſulto non male dixerit rei tunc exiſtenti, ſed iam non exiſtenti, & penitus elapſe, atque irreuocabili; quare præſenti hac maledictione tangi non potuit; ſimilẽ ſententiam ſequutus videtur Iuſtinus martyr. *Iuſtinus mart.* in reſponſ. q. 16. ad gentes, cuius verba paulo licet obſcuriora adſcribam: *Scopus Iobi in iſta execratione is erat, quaſi diceret, Vtinam eſſet dies in qua natus ſum, hac execratione execrabilis. Cur? vt ego, inquit, non eſſem natus, fieri enim non poteſt, vt quis naſcatur in tali die, quæ ſic execrata ſit: non eſt ergo execratio illa ſic edita, quaſi quæ exitum expectaret, ſi enim ita eſſet, eadem vox prænuntiata fuiſſet, ex calamitate liberato, & meliorem conditionem adepto.*

Sed neque hoc ſatisfacere poteſt, cùm etiã non exiſtenti creaturæ per ſe & ex animi intentione nemo debeat maledicere; non ſolùm propter rationes ſuprà allatas, ſed etiã quòd ea maledicta potiſsimùm recidant in creaturam rationalem; nam mala & bona non aliter conueniũt creaturis irrationalibus, quàm in ordine ad creaturam rationalem, propter quam illæ ſunt: & quidem tempus ordinatur ad hominem per modum continentis, quia in tempore eſt, atque viuit. vide D. Tho. loco ſuperius indicato. *D. Thomas.*

3. Tertia via interpretandi hæc maledicta.

Tertiam aliam reſpondendi viam indicat Seuerianus, hæc maledicta non tam ſui, quam diuinæ prouidentiæ tuendæ cauſſa prolata: quippe metuebat, ne ſui amici tanta iuſti hominis calamitate perſpecta diuinã prouidentiam criminarentur. quaſi diceret; Vtinam neque natus, neque conceptus fuiſſem, ne mei cauſſa Deus optimus ab vllo mortalium iniuſtitię accuſaretur. huc referri etiã poteſt, quod Chryſ. hõ. 4. de patiẽtia Iob *Chryſoſt.* exiſtimat hæc Iobum dicere, nõ vt rei cuipiam iniuriã inferat, ſed vt, dum in creaturas conuerti videtur, ab iniurijs & blaſphemia in numẽ diuinum omni ratione auertiſſe ſermonẽ videatur. Chryſoſtomi comparatio in primis elegans huiuſmodi eſt; *Quemadmodum ſi quis apoſtemati morbo circumuentus ferro recidatur à medico, non habens quomodo recidenti aduerſetur, circumſtantia tangit, atque adſtantes mordet, illis quidem inferre nihil habens, ad medicum autem extendere manum non valens, ſic & Iob blaſphemiæ magnitudinem timens, facit inanimatis iniuriam, atque fiduciam paſsione adauget, non contra Deum audens, ſed ſe denique accuſans.*

Pulchra ex Chryſoſt. comparatio.

huc fere facit, quod argute quoque Theodoretus *Theodoret.* ſcribit ſimilem illam ſuæ natiuitatis execratiorẽ, Ier. explicans; *Qui vehementer angũtur, ſolent adſtantes reprehendere, & manibus reprimere; quandoque præ mente dolore manum collidere: quod accidit Prophetæ qui præ nimio dolore nulla ſubſiſtente cauſſa, diem redarguebat. eum item qui patri partum nuntiauerat, qui non erat quis de plebe.* Reſponſio item hæc arguta potius, quàm ſolida, neque faciens difficultati ſatis videtur.

Chryſoſt.

Tandem quarto ſic explicare videtur Chryſoſtomus nuper adductus; *Maledicis (ait) nõ creaturam, ſed ſui ipſius diem poteſtatem habeo diei mei, nõ maledico conditorem, mei ipſius diem maledico.* ex quo videtur colligi ſenſiſſe Chryſoſt. Iobo licuiſſe, ſi non in alias creaturas, ſaltem in eas, quæ ad ſe attinebant, aut in ſe ipſum maledicta ſe ijcere: quod licèt illum à blaſphemia in Deũ, ſed à peccato, & immoderata iracundia excuſare non poſſet, niſi fortè velit illam vulgarẽ dolendi ſignificationem Iobi in dediſſe, quam dare aliquando ſolent, qui laſi ſunt, dum in ſe ſolos culpam totam, pœnamque conuertunt. illa enim non tam impatientis animi, quam dolentis verba ſunt, *pejs aquam me viſtit.* ſed hęc leuiora ſunt, quam vt grauiſsimam difficultatem enodare, aut commodè explicare valeant.

Tres igitur alias reſpondendi rationes, & ad Iobi ſanctitatem totiuſque diſputationis intellectum accommodatas proponemus, & quòd per ſe ſingulæ, vel ſimul omnes rei præſenti congruant, luculenter explicabimus. 5.

SECTIO VI.

Affectum ſenſitiuæ partis, & doloris magnitudinem his querelis à Iobo exprimi.

1. *Stoicorum indolentia damnata. Dolor naturæ inimicus.*
2. *Chriſtus Ieſus dolorem & affectum ſenſitiuæ partis expreſſit. naturale id eſſe hominibus. Hinc Iobum clamare, & gemere, nihil animi fortitudine læſa.*
3. *Patefaciendus ore aditus erumpenti dolori, & ge-*

miſer. Cur dolor gemitu mitteſcat ex Ar. Gemitus & ſuſpiria amica fortitudini.

4\. *Pſalmus. 48. opportuna ad rem præſentem paraphraſi illuſtratus, quæ eſt Hypotypoſis aſlantis homi-nis.*

1 *Cicero in Tuſcula.* Nihil dolere non ſine magna mercede contingit (vt argutè dixit Cicer.) immanitatis in animo, ſtuporis in corpore, quare & immaniter & ſtupidè Stoici ſuam illam, *ἀναλγησίαν, ἀπάθειαν*, & indolentiam non docebant modo, ſed magnopere laudabant, quæ neque poteſt vlla nobis ineſſe, neque debet; non enim ſilice nati ſumus, ſed eſt naturale in animis tenerum quiddam, atque molle, quod ægritudine, quaſi tempeſtate quatiatur. Hinc *Gellius. lib. 12. cap. 5.* Taurus apud Gellium diſputans de dolore, deque gemitu cuiuſdam ægrotantis Stoici initium fecit. *Natura (inquit) omnium rerum, quæ nos genuit, induit nobis, inoleuitque in ipſis illis, cum principijs quibus nati ſumus, amorem noſtri, & charitatem, vt nihil quicquam eſſet charius nobis, quam noſmetipſi, atque hoc eſſe fundamentum rata eſt conſeruandæ hominum perpetuitatis, ſi vnuſquiſque noſtrum ſimul atque in lucem editus foret, earum prius rerum ſenſum affectionemque caperet, quæ à veteribus philoſophis, τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν, appellata ſunt; vt omnibus ſcilicet corporis ſui commodis gauderet, ab incommodis abhorreret.* dolor itaque & ægritudo cum res ſit proculdubio triſtis, aſpera, amara, inimica naturæ, ad patiendum tolerandumque difficilis, qui doloris ſui aut verbis, aut gemitu, & clamore ſignificationem præbet, is certè homo eſt, & humanæ infirmitatis, atque mollitudinis particeps, ſed vir ſapiens atque fortis non ideo nô cenſendus eſt, *ſuo* namque *more* (vt ille alius dixit) *liberior eſt in* *Q. Curt. lib. 6.* *mutuas querelas dolor.* neque aliter pingi ſolet, quam in aſtra atque ſuperos ſæuiens;

Cùm complexa ſui corpus miſerabile nati
Atque Deos, atque aſtra vocat crudelia mater.

Virgil. eglo. 5. Amentiæ ſane genus quoddam; ſed quam non valde fateri pudeat, cum eſt coniuncta dolore;

2. Aeneid. *Quem non accuſaui amens hominumque Deorumque?*

2 Huc igitur eſſe referendas has Iobi querelas & imprecationes quidam ex Græcis ſapienter indicarunt, & poſt *D. Thom.* D. Thomam ex Latinis plerique. qua etiam ratione Chriſtus Dominus triſtitiam, mortiſque timorem ſenſitiuæ partis expreſsit, Matth. 27. & vehementiam doloris & internæ deſolationis, cùm clamans vo- *Matt. 27. 45. Marc. 15. 34.* ce magna dixit, *Deus meus, Deus meus vt quid dereliquiſti me?* non aliter Ierem. cap. 15. & 20. & Elias. 3. Reg. 19. & Moyſes Num. 11. & Habac. c. 1. quid de vitæ malis, & incommodis humanus appetitus naturaliter ſentiret, apertis verbis declararunt. Paulus vero propterea ſe *infœlicem* *Roma. 7. 14.* *hominem* dicit, & propter *legem membrorum venundatum ſub peccato*, id eſt traditum & ſubiectum humanæ imbecillitati, & his ſenſibus, & querelis, quæ ſpecimen videntur habere peccati; atque ita non *quod vult bonum*, hoc facit, ſed *Roma. 7. 19.* *quod non vult malum*; in hanc ſententiam ait Iu- *Iuſtinus.* ſtinus in reſponſione ad q. 15. ad gentes: *Propter immodicum angorem ex corde ſuo verba illa protulit, quo deinde angore liberatus, non tam eandem de illa* *Iob. 6. 5.* *die ſententiam habuit.* ſimiliter accipiuntur à Græcis illa Iobi verba. c. 6. cum ad ſuos gemitus aut excuſandos, aut extenuandos exemplum affert ex ipſa natura brutorum. *Nunquid rugiet onager cùm habuerit herbam, aut mugiet bos, cùm antè præſepe plenum ſteterit?* quaſi diceret, in ipſa natura animali & ſenſitiua poſitū eſſe, vt dolorē, ægritudinem, famem, ſitim, aut alia quæcunque vitæ incommoda voce, gemitu, clamore, aut qua poſſunt ratione animantia cuncta ſignificent. quo loco ſapienter Dydimus; *Neque* (in- *Didymus.* quit) *enim qui iuſtus eſt, ſenſum omnem exuiſſe humanitatis neceſſe eſt, quamuis conſtanter caſus ferat aduerſos, nam acerbarum rerum ſenſu ſuſcepto cùm quis in cruciatu propter Deum exclamat, ea demum virtus eſt.* cū quo etiam illa Tauri philoſophi ſententia de *Taurus Philoſophus apud Gell. ſupra.* fortitudine in dolore tolerādo mirificè conſentit; *Fortitudo (inquit) non ea eſt, quæ contra naturam monſtri vice nititur, aut ſtupore animi, aut immanitate, aut quadam miſera & neceſſaria in perpetiendis doloribus exercitatione; qualem fuiſſe accepimus in ludo Cæſaris gladiatorem, qui cùm vulnera eius à medicis reſecabantur, ridere ſolitus fuit: ſed ea vera & proba fortitudo eſt, quam maiores noſtri ſcientiam eſſe dixerunt rerum tolerandarum, & non tolerandarum; per quod apparet eſſe quædam intolerabilia, à quibus fortes viri aut obeundis abhorreant, aut ſuſtinendis.* Illud etiam ſupra ſententiam hanc adiecit Cic. 2. Tuſcul. non ſolum gemitum atque clamorem nō *Cicero. 2. Tuſ. Gemitus & clamor non minuunt fortitudinē.* debilitare fortitudinem animi; ſed augere etiam atque confirmare: *Vt in ſtadio curſores exclamant, quam maximè poſſunt; faciunt idem cùm exercentur athletæ: pugiles vero etiam cùm feriunt aduerſarium in iactandis ceſtibus ingemiſcunt. ſi gemitus igitur in dolore ad confirmandum animum valebit, vtemur.* hæc & pulchra alia ibi Cicer. hęc itaque fuit viri fortiſsimi atque patientiſsimi Iob tolerandi doloris acerbiſsimi ſcientia, indulgere infirmitati humanæ, & erumpentes gemitus ex dolenti pectore non comprimere, neque adducere habenas effrænato dolori; namque vt argutè *Atreus in Thieſte apud Senec.* Atræus cum Thieſte differit.

.... Vix dolor frænos capit.
Sic cùm feras veſtigat, & longo ſagax
Loro tenetur Vmber, ac preſſo vias
Scrutatur ore, dum procul lento ſuem
Odore ſentit, paret; tacito locum
Roſtro pererrat; præda cum propior fuit,
Ceruice tota pugnat, & gemitu vocat
Dominum morantem, ſeque retinenti eripit.

Quod ſi frænum habuiſſe dicitur. c. 30. *frænum* *Iob. 30. v. 11.* *poſuit in os meum*, frænum explicat Philippus ip- *Philippus.* ſum dolorem, præ tanto enim cruciatu loqui non poterat, at dolor ipſe vix frænum capere poterat, ne non ingemiſceret, & clamaret aliquando. Hanc leniendi doloris humanam, honeſtamque rationem, illa verba indicant, * *Aperuit os ſuum & loquutus eſt.* cum affectum dolentis animi grauiter expreſsit Hiſpanus poeta, & verbis in rem noſtram valde appoſitis.

3

* Abrio la boca para deſahogar el coraçon.

El aſpereza de mis males quiero
que ſe mueſtre tambien en mis razones
como ya en los effetos ſe a moſtrado.
Llorare de mi mal las ocaſiones,
ſabra el mundo la cauſa porque muero,
y moriré a lo menos confeſſado.

G. L.

Namque nullis etiam teſtibus, arbitris nullis, dum linguâ loquitur, cordiſq; lingit vulnera, leuatque dolorē, vti ille cordis cauſſa cecinit.

Propert.

Hæc certè deſerta loca, & taciturna querenti
Et vacuum Zephiri poſſidet aura nemus.
Hic licet occultos proferre impunè dolores,
Si modò ſola queant ſaxa tenere fidem.

Ergo tanta eſt doloris vis, ignis tantus, vt niſi faucibus, atq; ore pateat flammæ eluctanti aditus, intimis voret oſsibus medullas; & qui illum conetur comprimere, proculdubio.

Vulnus alit venis, & cæco carpitur igne.

Ariſtot. Cur dolor gemitu leniatur.

Phyſicam huius rei cauſſam reddit Ariſt. ſect. 27. problem. dum quærit, quare, cum metus & dolor quædam ſit ægritudo, qui dolent clamant, qui metuunt ſilent. reſpondet verò; Dolores vel omnes, vel certè plurimos calore iuuari atque augeri; calorem autem is auget, qui ſuum ſpiritum cohibet; excalfacit enim doloris incitabula contracto introrſus calore per ſpiritum, atque excoquit. hinc ergo fit erumpente naturaliter ſpiritu clamorem fieri in doloribus, & eodem per vim compreſſo, creſcere & accendi. at verò metus, qui frigidus eſt, ſpiritu indiget, & calore. huc videtur Olymp. retuliſſe ea verba. *Parce mihi Domine. Quia* (inquit) *cum Deo colloqui ſemel eſt auſus,* * *Parce mihi* (inquit) *Domine, nam qui me vrunt dolores, ſermonem mihi prorſus extorquent.* Quare illud veriſſimè a Propheta dicitur, *In tribulatione murmuris doctrina tua eis*; id eſt, ſeuerior tua correptio murmurare, muſsitare; conqueri, ingemiſcere illos coget, ſed non ideo abijcient tuam diſciplinam, cum abs te corripiuntur, quamuis doleant & gemant; id enim humanæ imbecillitatis fuerit, non impatientis animi, dicam etiam non imbecillitatis, ſed fortitudinis; quēadmodum enim non ideo parùm forte; parúque ſolidum cenſeri debeat æneum tormentū, quod tenui foramine conceptum ignem retinere nō poſsit, quin potius fulminis inſtar ingenti fragore, & tonitu foras eiaculetur, vt ſi obſtruas, vim potiùs & impetum amittat, ipſumque ſtatim tormentum quaſi debilitatum & fractum in mille partes diſsiliat: pari ſanè ratione, ſtrenui viri, & aduerſarum rerum toleratis ſummæ virtuti nihil repugnare dicas, cum cor doloris & ægritudinis incendijs exæſtuat, oris aditum, viamque patefacere multis etiā querelis, & lamentationibus ſuccenſum pectus refrigerare: quin potiùs hoc ipſo integritatem ſuam, virtutemque tuetur, quod ſi iſtud ipſum patentis oris iter erumpenti voci obſtruxeris, ipſa natura, acerbiorque dolor ſibi patefacient. An non & de Creſi filio legimus, quem mutum natura fecerat, tanta intimi ſenſus, & ſubitâ doloris vi commotū cum patris iugulum militis expolicētis gladiū cerneret, vt adoleſcens os diduxerit clamare nitens, atque eo nixu & impetu ſpiritus nodum linguæ ruperit, diſſertiſque verbis ignarum
4 militem à Creſi regis cæde reuocarit? Sed qui rem hanc in ſacris videre velit, ſub quadam hipotypoſi æſtuantis hominis, quem ægritudo dolorque vraut, & clamare cogant mirificè cum toto hoc capite conſentiente, legat integrum Pſal. 38. (Cum vehementiùs angerer, & in ſummis rerum omnium difficultatibus verſarer) *Dixi* (ſtatui) * *cuſtodiam vias meas* (ita me geram) *vt non delinquam in lingua mea* (rē longè mihi difficilem, nam nihil facilius ægro & calamitoſo, quàm multa impatienter effundere, & ſpumare) *poſui* (iniecique) *ori meo cuſtodiam* (Heb. * capiſtrum, vel fiſcellam; ingens ſupplicium dolenti homini; ſeruis contumacibus chamus aut frænum indebatur in os ſupplicij cauſâ, (nos à mordendo appellamus, *mordaza*,) ne verbū quidem ori meo credere volui, vadem pro illo chamum, frænumque conſtitui) *cùm conſiſteret peccator aduerſum me* (cum me impeteret & vexaret verbis contumelioſis, vel, cùm præſentes adeſſent rudiores homines & corruptè de rebus iudicantes, ne ſcandalum illis parerent mea verba prave ab illis accepta; vides Iobū præſentibus amicis, quorum mores atque ingenium probè nouerat, ſilentio ſe ſeptem integros dies continuiſſe (*obmutui & humiliatus ſum, & ſilui* * *a bonis* (neque bonum neque malum loquutus ſum; & cū multa ſuppeterent, quibus iuſtè beneque poſſem meam innocentiam tueri, & de mea calamitate conqueri, me quoque continui. ſed quid ego?) *&* (at) *dolor meus*, hoc ſilentio recrudiut) *renouatus eſt*, & exacerbatus; vt cum diro accepto vulnere licet exterius cicatrix obducatur, ſi tamen interius nòn ſit adhibita medicina, vehemens fit doloris ſenſus, male habuit meum cor ore clauſo) *concaluit cor meum intra me*, (vrebantur præcordia, æſtuabat cor,) *& in meditatione mea* * *exardeſcet ignis* (dum calamitates meas mente & cogitatione reuoluo, doloris flamma vehementius ſuccenſa eſt. non ſecus Ieremi. dixit, *Non recordabor eius, neque loquar vltra &c. & factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuās, clauſuſque in oſsibus meis, & defeci ferre non ſuſtinens.* Hæc cernis Iobi imaginem, vocem, gemitus, ſuſpiria ſupprimentis, nihil ſtultum loquentis, qui *diſsimulauit, ſi scit, quieuit*) *loquutus ſum* (tandem) *in lingua mea*, nam exagitabar dolore ad rumpendum ſilentium; ſic. *poſt hæc aperuit Iob os ſuum, & loquutus eſt*, ſermoni laxaui habenas, ne præ dolore dirumperer; *quapropter*, inquit *Iob*, *& ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei, cōfabulabor cum amaritudine animæ meæ, dimittam aduerſum me eloquium meum*, atque morte enixe precabor à Deo) *Notum fac mihi Domine finem meum* (finem, inquā, meorum malorum & cruciatuū acerbiſsimorū *& numerū dierū meorū, quis eſt*, (quādo futurus finis tāti incendij, inſtar ægrotātis laborantiſq; ardentiſsima febri, qui medicū rogat, quandiu duratura ſit febris vis, vt gelidā tādē bibere, & refrigerari poſsit) *vt ſciam* (inquit) *quid deſit mihi* (quantū tēporis atq; doloris; deinde præſētis vitæ malis exagitat⁹ illius miſerijs & ærūnis videtur maledicere, quę cùm ad fruendū breuiſsimis atq; vaniſsimis voluptatibus breuiſsima & momentanea exiſtat, ſed ad patiendum atque dolendum longiſsima, & accommodatiſsima eſt) *ecce menſurabiles* (dodrantales, quatuor digitorū (*poſuiſti dies meos* (pro ternis vel quaternis vitæ dieb⁹, non ſemel ſed millies moriundi à nobis vectigal

Olympiod. Señor perdonadme el atreuimiento, que es fuerça el habiar.

Iſai. 26. 1.

Simile.

Gemitus, & ſuſpiria non pugnant cū fortitudine.

Pſal. 38. illuſtratus paraphraſi.

Pſalm. 38.

* Determine me de guardar la legua.

* Echeme vna mordaza, y freno, para callar como vna beſtia.

* No hable ni bueno ni malo, bien tenia que pero callelo.

* Quanto mas recozia dentro del pecho mi dolor, mas ſe abiuaua mi fuego.

Iob. 7. 11.

exigitur, illud vero extremi fati vectigal nullo pretio redimi poteſt) *& ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te; Verùm tamen vniuerſa vanitas* (vniuerſitas vanitatum) *omnis homo viuens* (quantumuis homo viuens ſit omnis, totus, perfectus, conſummatus, rex, omniumque ſublunarium bonorum aggregatione perfectus.) Vides hic Dauid ſicut & Iob abiectiſſimè de vita præſenti loqui, deque illius ſplendore. ſubeſt hoc loco *Sella*; videlicet, ſignum ibi ſubſtitiſſe cantores, & tum contentiori voce, tum etiam ſilentio facto ſignificaſſe audientibus rem hanc eſſe omni conſideratione digniſſimam. Tandem poſt multa concludit explicato affectu ſenſitiuæ partis. *Remitte mihi, vt refrigerer, priuſquam abeam, & ampliùs non ero.* propterea ceſſa a me; cohibe vltricem manum iſtam tuam leniter, remiſse mecum agito; vt reficiam me, lætiusq; moriar, nam breui faceſſam, deſinamq; eſſe inter mortales, qui penè iá mortuus ſim. Hominem igitur ſuſpiria hæc produnt, an verò eadem ſint hominis verè ſapientis deinceps explicandum.

Sella quid ſignificet.

SECTIO V.

Iob iudicio etiam rationis vitæ mala à bonis ſecernere, ſapienterque præſcindere.

1. *Voluntas ſemper fertur in bonum. actus, quo deteſtamur malum, bonus eſt. exemp a ex ſacris.*
2. *Iudicio & ratione ſubtili opus eſſe ad ſeparanda mala à bonis. explicatur Eccleſiaſticus.*
3. *Diuerſæ de præſenti vita conſiderationes ex ſacris, [illegible]*
4. *Scientia vnam rem partiendi in diuerſas & contrarias conſiderationes docetur. in Scripturis exempla plura. explicatur Canticorum locus.*
5. *Illa arte Dæmon abutitur vt nos decipiat.*

1\. Voluntas fertur in bonum.

HANC ſuæ vitæ deteſtationem ad ſingularem quoque Iobi ſapientiam pertinuiſſe operæ pretium fuerit oſtendere. Id autem ex Philoſophia atq; Theologia repetendum, cum actum voluntatis, qui præcisè feratur in deteſtationem alicuius mali, malum inordinatumve eſſe non poſſe, namq; rectæ voluntati & recta ratione ductæ malum, qua ratione malum eſt, placere nunquam poterit, quare ſapienter D. Hilarius ſuper id Pſalm. 119. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt.* docuit eũ actum bonum eſſe, & à ſanctis viris nõ ſemel vſurpatum, in quam rem adducit hunc Iobi locum, & ſimilem Ierem. 20. & illam precationem Dominicam, *Adueniat regnum tuum*, & Paulum *cupientem diſſolui, & eſſe cum Chriſto*; & Salomonem dicentem, *Laudaui magis mortuos, quam viuentes.* quibus omnib⁹ locis mortis ingens bonum ingentibus vitæ malis præfertur: illud laudatur, & hæc maledictis configuntur. Huc etiam pertinet, quòd Rabanus Ierem. 20. tum illum Ieremiæ, tum hunc Iobi locum ad id refert, quod melius ſit non eſſe, quam malè

Hilar. ſup. Pſalm. 19. 5.
Ier. 20. 14.
Matth. 6. 10.
Luc. 11. 16.
Philip. 1. 16.
Eccl. 4. 2.
Rabanus.

eſſe. quare ſecundùm rectam rationem mors præfertur vitæ miseræ. de quo plura poſtea. Ergo hæc Iobi lamenta non ſolum ex affectu ſenſitiuæ partis, ſed ex cogitata ratione & deliberatione proficiſci, exiſtimare poſſumus cum Caietano. huiuſmodi rationalis affectus requirit acutum & ſubtile mentis iudicium, quod vnam & eandem rem ſcindere, & partiri poſſit in plures conſiderationes; quò videtur alluſiſſe ipſe Iob, cum cap. 19. reſpondet amicis, illum deſipere, & ineptire exiſtimantibus, *Si ignoraui* **meum erit ignorantia mea*. in quam rem conuenit id Eccl. 1. *In theſauris ſapientiæ ſignificatio diſciplinæ, execratio autem peccatori cultura Dei.* id eſt inter pretioſiſſima ſapientiæ monilia illas in primas ſententias numerari debere, quæ ex vna parte falſæ videntur, obſcuræ, & intellectu difficiles, ex altera verò ſapientiæ cuiuſdam reconditæ tenuem & ſubtilem tatum ſignificationem, & ſpecimen præbent: has autem ſententias auerſantur peccatores ſtulti, quòd timore Dei deſtituantur; qui illis patefaciat theſauros diuitiasque ſapientiæ vides hic ſententias Iobi valdè obſcuras, ſed profectò quæ ſignificationem quandam ſapientiæ, acutique in præſcindendo iudicij argumentum præbeant, quos ſtulti non callent, ſapientes verò commendant atq; ſuſpiciunt. Quod autem humana vita non vna tantùm conſideratione, aut vno tantùm affectu proponi poſsit, inde naſcitur, quod nihil ſit in hac vita vndequaq; beatum, nihilq; omnibus numeris miſerum. quare ſapienter à Cicerone dictum eſt, *Multa ſunt incommoda in vita, vt ea ſapientes commodorum cõpenſatione leniant.* quod illud eſt, *In die bonorum nõ immemor ſis malorum, & in die malorum non immemor ſis bonorum.* De præſentibus enim tam malis, quam bonis accipiendum eſt: ex vtrorumque enim comparatione & ſocietate efficitur moderatus quidam vitæ amor. quod etiam Plutarch docuit de tranquil. Animi. Si verò vel per ſe bona, vel mala per ſe conſiderentur, iã tunc multiplices atq; inter ſe cõtrarij affectus excitantur in animo. ex malorum conſideratione & ſenſu, Paulus *cupit diſſolui, & liberari de corpore* * *mortis huius*, id eſt de mortali corpore, letalibus quoq; ærumnis expoſito, genus enim quoddam mortis eſt huius mortalis corporis carcere includi. ex cõſideratione verò bonorum vitæ, *non vult expoliari, ſed ſuperueſtiri.* Non aliter Iobus modò mortem, modò vitam precatur ſibi, ac deprecatur ſimul, iam poſtulat concedi ſibi, *vt reuertatur oculus ſuus, vt videat bona*, ſtatim natalem incuſat diem, *qui non abſtulit mala ab oculis meis*, iam petit, vt remiſsè cum illo & leniter agatur, vt refrigerij aliquantulum ſumere liceat, *Parce* (inquit) *mihi Domine*; iam ſtatim conqueritur, quòd diutiùs viuere permittatur, *Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentium rideat.* & rurſus, *Elegit ſuſpendium anima mea.*

Sed ne quis exiſtimet hanc in eadem re vnam rationem ab alia præſcindendi, & abſtrahendi ſcientiam inuentam potiùs à nobis eſſe ſubtiliter & curiosè, quã vſu & exẽplis Scripturæ ſacræ comprobatam, agè paucis illam

Lamentationes Iob ex ratione præmeditata.
Caiet.
2.
Capit. 19. 4.
* Pareceos que de uario, pues yo me cuntẽdo.
Eccl. 1. 29.
3. Vnde naſcatur diuerſa humanæ vitæ conſideratio.
Cic. 1. de nat. Deorum.
Eccl. 11. 27.
Plutarch.
Diuerſæ vitæ huius cõſiderationes, & inter ſe contrariæ.
Rom. 7. 24.
* Que es vna muerte biuir en eſte cuerpo.
2. Cor. 5. 4.
Iob. 7. 7.
Iob. 3. 10.
Iob. 7. 16.
Iob. 9. 23.
Iob. 7. 15.
4. Scientia diuidendi vnam rem in multas conſiderationes.

confirmemus; illa certe vſus eſt Chriſtus dominus, *dum propoſito ſibi* (ante mentis oculos ſeparatimque conſiderato) *gaudio* (quod prouenturum ſibi ex paſsione erat) *ſuſtinuit crucem confuſione contempta*. quaſi dicat, in ſuę glorię ſplendorem oculos defixit, miſeriarũ recordatione procul depulsa, quamuis vtrumq; ſimul in vna re coniunctum videretur. in ipſa vero acerbiſsima paſsione ita inferioribus animæ viribus vniuerſam illam malorum atque dolorum cohortem obiecit, atque propoſuit, vt ſeparata omni ſolatiorum ope & conſideratione, illum oppugnarent, ad vſque vitæ tædium, & ſudorem ſanguinum. Hanc quoque diuidendi & ſeparandi ſcientiam ſanctæ Eccleſiæ ineſſe tres Patres apud Theodoretum colligunt ex illo Cant. 7. *Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus lilijs*, aiunt enim Imaginatiuã dici ventrem; nam ſicut is ciborum ſuccos miſtos cum rebus ſuperfluis continet, deinde inutilibus reiectis, quod vtile eſt exprimit, & tranſmittit in alias corporis partes, non aliter imaginatiua rerum multarum (inquit) viſibiles ſpecies cum rationalibus continet, donec per cogitationem & ſcientiam quod dubium & inutile eſt, ſecernatur; quod vtile, & rationale tranſmittatur ad mentem; propterea que aceruo tritici comparatur, in quo triticum, atque paleæ, commiſta ſunt, donec grana ſecernantur à paleis ventilabri operâ, & ſeparetur reijciaturque inutile; ſed hæc tamen ſecernendi, & ventilandi ratio, niſi tranquilla & quieta mens ſit, rectè effici non poteſt, propterea enim comparatur aceruo tritici vallato lilijs, nam lilia tranquillitatem ſignificant, quæ *neque nent, neq; ſerunt, neq; ſolicita ſunt, & tamen Deus illa veſtit*. Hac ſapientia inſtructus Paulus ait. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem*, (licet quidem cum hæreticis infeſtiſsimis res illi eſſet) *Sed aduerſus principes & poteſtates tenebrarum harum*, nã malitiam dæmonis incitatis, & peccatum hæreticorum, aduerſus quæ pugnabat, ſeparat a carne & ſanguine, id eſt ab ipſa natura, quam minime oderat. Quid, quod hanc etiam præſcindendi, & vnum ab altero abſtrahendi ſapientiam dæmon conuertit in artem nocẽdi, nam cum virtutis bona atq; diuitiæ coniuncta ſint cum multis ſummisq; difficultatibus, alterum ab altero ſeparat, & vt Sapien. c. 4. dixit, *faſcinatio nugacitatis obſcurat bona*, id eſt tegit, diſsimulat, occulit pulchritudinem virtutis, ſolasque difficultates ſenſui proponit, quæ nos deterreant. non ſecus atque Balac Moabitarum rex illum pertraxit Balaam in locum vnde *partem Iſrael videret, totum autem Iſrael videre non poſſet*, vt inde malediceret; ne ſi vniuerſum exercitum pulchre diſpoſitum cerneret, ſua pulchritudine & conſpectu iucundiſsimo maledicentis animum temperaret, atq; deliniret; è contra verò idem ipſe malitioſus hoſtis peccati obſcurat mala, ſolamq; voluptatẽ illuminat, atque proponit, vt nos illiciet, nam cùm miſerè diuexemur, & vapulemus per mũdum ſæuiſsimum, verberum tamen, & moleſtiſsimarũ operarum obliuionem nobis inij-

Ad Hebr. 12. 2.

Tres patres apud Theodoretum.

Cant. 7. 2.

Imaginatiua ventri ſimilis.

Lilia tranquillitatis ſymbolum.

Matth. 6. 28.

Luc. 12. 27.

Ad Epheſ. 6. 12.

Dæmon abutitur hac præſcindendi ſcientia.

Sapien. 4. 12.

Num. 23. 13.

Exod. 6.

cit, ſolumq; ſtatuit ante oculos ollas carnium, cæpe, allia, vt ſuadeat reditum in Aegyptum.

SECTIO VIII.

Ex perfecta in Deum charitate Iobi querelas proficiſci.

1. *Paradoxum, qui iraſcitur amare. Duo actus in Appetitu. Ira permiſta amori. Amantium ira.*
2. *Iobi querimoniæ ex charitate. Amantium nota in Iob. Amoris nomen ex humanis ad diuina.*
3. *Iobi querimonia cum prophetis collata. multa ex Poetis. & multa amantium voces, atq; variæ formæ.*

HOminem fuiſſe Iobum, atq; ſapientem ex gemitu vocibusque confirmauimus. nunc qua ratione ex ijſdem illius in Deum ardentiſsima charitas, & vitæ ſanctitas probari poſsit, agendum eſt, & quod paradoxũ videatur, & a communi ſenſu alienum, qui vehementius conqueritur, & iraſcitur certius atq; ardentius amare. In huius rei explicatione ponendum eſt ex Philoſophia, in Appetitu, qui amoris ſedes eſt, duas eſſe partes aut facultates, Iraſcibilem, & Concupiſcibilem, quarum partium ſimiles alij actus transferẽdi ſunt ad appetitum rationalem, iraſcitur enim, atque concupiſcit: cùm vero eiuſdem potentiæ & facultatis actiões ſint ira & amor, neſcio qua ratione inter ſe aliquando conſpirant, vt quantumuis repugnantes atque contrariæ ſint, ſed tamen cum illa amoris ſuauitate atq; dulcedine iracundiæ amaritudo admiſceatur; charitatis blandimenta cum ardore quodã, & quaſi vindictæ cupiditate; amantis animi languor, & deliquium cum effrænata quadam vi, & impetu irati animi, denique ex eodem pectore ſimul cum leniſsimis, & amantiſsimis verbis lamentationes quoque, gemitus querimoniæ, vociferationes acerbiſsimæ proficiſcantur. hinc illud in prouerbium abijt, *Amantium iræ*, tum quod has excitare ſoleat amor; tum quòd ab amore excitatæ amorem redintegrent, atq; diuturnæ conſuetudinis tædium excutiant. & quod de parentis aduerſus filium indignatione dixit Nazianzenus, de omnium amantium iris dici poterit, ſimiles eſſe flammæ ſtipulæ, quæ cum celerrimè concipiatur & exurgat celerrimè quoque extinguitur, & euaneſcit. Lucian. in dialogo Mercurij & Maiæ, *Iracundi* (inquit) *ſunt, qui amant*, & Deianira coniugis Herculis amantiſsima.

Magnus dolor iratus amor eſt.

Certè Sponſæ non vulnera, non plagę à cuſtodibus acceptæ, ſed amoris vis gemitum, & clamorem extorquent, & nihil aliud renuntiari ſponſo iubet, quam quod *amore langueat*. neque vero minus ſe amabilem Deus præbet, cum plagis, & ærumnis nos afficit, quam terribilem, dicente in hanc ipſam rem Eccleſ. 2. *Secundum magnitudinem ipſius, ſic & miſericordia illius cum ipſo eſt*. Quare ſæpe Iob Deum timet, nunquam verò non amat. huc pertinere lamentationes Iobi Chryſoſt. & Polychr. exiſtimarunt in præfatione Catenæ. & Chryſoſt. c. 2. refert ad perfectam in Deum charitatẽ, & fi-

1

Qui iraſcitur amare qui amat iraſci.

In appetitu duo actus.

Ira & amor coniuncti.

Amantium iræ.

Parentum iræ.

Naz. orat. ad ciues.

Lucianus.

Seneca.

Cant. 2. 5.

Eccl. 2. 23.

2

Chryſoſt.

Polychron.

Nicetas.

lialem confidentiã: explicuit vero eleganter Nicetas in proteor. c. 7. *Auſio (inquit) meam poſi-to, & vehementi erga Deum charitate iis cuius apud Deum, qui iudex eſt integer & incorruptus, cauſſam di-cis; hæc vero nec dura, aſperiue hominis verba ſunt, ſed quaſi filij oratione apud patrem vicem conſideratam.* ni-

Amantium notæ.

mirum hæ ſunt amantium notæ, ratione & iu-dicio cum eo, quem amas velle contendere: ſi-gna amoris mutui in altero deſiderare; lan-guentem alterius amorem accuſare; gloriari de amicitiæ lege nunquam violata; alterum inimicum dicere, crudelem, quem voce dili-gas, & nihil minus quàm vituperatum velis; polliceri fore vt perpetuò ames, quamuis nō redamere. Hos omnes amantis animi affectus profert diſertis verbis Iobus, atque eiuſmodi acriores & concitatiores querelas veriſimilè ab amoris impotentia elici teſtantur pleni poetarum libri: ſed illos corrumpunt tamen, dum in materia parum honeſta conſtituunt, hos ego dico (vt Philoſophorum more dicā) materiam ſenſibilem concernere; ſed ad no-ſtrum inſtitutum declarandum conferent, ſi à materia ſenſibili abſtrahantur, & in materia intelligibili, atque rationali collocentur, nā quod ad affect⁹ attinet, veriſsimos ſanè & na-

Amoris nomen ad diuina declaranda tranſlatum.

turales amoris affectus exprimunt. neq; vero ad diuina declaranda indignum eſt vt amoris nomine, aut amatorijs poetarum carminibus, vbi res exiget, vtamur, id quod Dionyſi. c. 4.

Dionyſius.

Diuinorum nominum facit, contendens po-tius amoris nomē in diuina cōuenire, & ex ſi-militudine quadam ad corporalem transla-tum eſſe. *Tueor (inquit) nequaquam capientes vni-forme illud amatoriæ in Deo appellationis, pro infirmi-tate ſua, ad diuiduum, & corporalem, ... delap-ſa amorem ſunt; qui verus amor profectò non eſt, ſed i-mago potius, ſeu imago à vero amore prolapſa.* pauló-que ante dixerat, *Non ergo metuamus hoc amoris no-men, neq; nos perturbet vllus ſermo, terrorve contentias* & elegantem adducit Scripturæ locū, in quo honeſtiſsimus amor cum impuro & obſcæno

2. Reg. 1. 19.

comparatur. 2. Reg. 1. *Doleo ſuper te frater mi Iona-tha decore nimis & amabilis ſuper amorem mulierum.* quid, quod ea etiam quæ cum impuro amore

2. Reg. 11. 4.

coniuncta fuere, ſuæ erga Sponſam Eccleſiam

Auguſt.

charitatis figuras & imagines fuiſſe, Deus vo-

Gregor.

luit, Dauid videlicet cum Berſabe adulteriū, ſic explicante Aug. & Greg. & Salomonis ef-fuſus amor in tot Reginas, concubinas, & a-doleſcentulas, quarum non erat numerus. in quo licet peccauerit Salamon, tamen Chriſti cum Eccleſia & cum fidelibus ardentiſsimam coniunctionem præfigurauit.

Tibul.

Sed iam ex profanis Iobi charitatem decla-remus. certè cum amore ille loquebatur.

Quæ tibi ſæuitiæ mecum eſt? an gloria magna eſt,
Inſidias homini ſuppoſuiſſe Deum?

Iob. 13. 25.

Simillimum id. c. 13. *Contra folium quod vento rapi-tur, oſtendis potentiam tuam & ſtipulam ſiccam perſe-*

Iob. 7. 17.

queris? & cap. 7 *Quid eſt homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum* & cap. 14. *Dignū*

Iob. 14. 3.

ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos?

Iobi lamenta cum alijs Poetarum propbanorū collata.

Sed, quod ad accuſationem crudelitatis at-tinet, hæ illæ ſunt perditæ amantiū querimo-niæ, quibus non ſolum faſtidioſos amares ſæ-uitiæ incuſant, ſed ipſum etiam amorem, vt Dæmon.

Virg. Eclog. 8.

Nunc ſcio quid ſit amor, duris in cotibus illum.
Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes
Nec noſtri generis puerum, nec ſanguinis edunt.

Theocrit.

Imitatus ſanè Virgilius Theocritum in, 3. Eidil.

Nunc ſcio quid ſit amor, & quam graue numen a-mantí,
Mater eum in ſyluis nixa eſt, aluitque leæna.

Illud iam vehementius.

Iob. 30. 20.

O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas?
Nil noſtri miſerere, mori me denique coges?

Eadem propè legas cap. 30. *Clamo ad te, & non exaudis? ſto, & non reſpicis me? mutatus es mihi in cru-delem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi, ſcio quia morti trades me.*

Sed neque morte certiſsima deterreri ab a-mando illud ſignificat amantis Reginæ.

Aeneid. 4.

Nec te noſter amor, nec te data dextera quondam
Nec moritura tenet crudeli funere Dido,
Crudelis quid?

Ouid.

Sed ſtatim,

Non tamen Aeneam quamuis malè cogitat odi,
Sed queror infidum, queſtaque peius amo.

Iob. 27. 6.

Huc illud cap. 27. *Iuſtificationem meam, quam cæpi tenere, non deſeram.* Quaſi dicat, in meo dili-gendi inſtituto perſeuerabo in perpetuum, et-

Iob. 13. 15.

iam ſi non redamer. & id. c. 13. *etiam ſi me occide-rit, in ipſo ſperabo.* Quoties vero amor perfidiā inurit amanti? quale eſt id.

Aeneid. 4.

Diſſimulare etiam ſperaſti perfide tantum.
Poſſe nefas, tacitusque mea decedere terra?

Iob. 10. 3.

Hoc verò id olet cap. 10. *Nunquid bonum tibi vi-detur, ſi calumnieris, & opprimas me opus manuum tuarum, & conſilium impiorum adiuues?*

Ouid.

Quàm vero doleat acriter purus ſynceruſ-que amor repulſam paſſus, cecinit Oenone.

Quis Deus oppoſuit noſtris ſua numina votis?
Ne tua permaneam, quod mihi crimen obeſt?
Leniter ex merito quidquid patiare ferendum eſt;
Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.

Iob. 13. 23.

Accinit Iob. *Quantas habeo iniquitates, ſcelera mea atque delicta oſtende mihi.* & iterum *Non peccaui &*

Iob. 17. 2.

in amaritudinibus moratur oculus meus? rurſus, *Cur abſcondis faciem tuam, & arbitraris me inimicum tuum?*

Iob. 13. 24.

nec non id. c. 6. *Ecce non eſt auxilium mihi in me.* Quod Chryſ. ad Deum refert, declaratq; Iobi

Iob. 6. 13.

Chryſoſt.

ſenſum & doloris magnitudinem vlus ſimili-tudine impuri amoris. ſic ille ait; *Et nec viuen-dum ſibi eſſe ampliùs putant ij, qui mulierum amoribus exulcerati, ab illis contemni ſe animaduertunt, quæ res amatoribus ægritudinē affert intolerabilem; anima quæ erga Deum charitate vulnerata eſt, quanta fuerit ægri-tudo, ſi non ampliùs eum ſibi adeſſe arbitretur!*

Quid, quod cùm Deū dicat ſibi ex amiciſſi-mo hoſtem atq; crudelē redditum, illius tamē ad iudiciū atq; tribunal ſæpe prouocat, in quo ſuā illi probet vitę iuſtitiā, morum cādorem, animi pulchritudinem, quo magnā ſuæ cauſſę fiducia ſignificet ſub aduerſo iudice; amantiū inſtar, qui ſuos amatores quamuis iniquos, quā-uis nō ſatis bene affectos, quamuis faſtidioſos in cauſſa ſuæ formæ, atq; pulchritudinis iudices conſtituunt; vti canebat Corydon.

Virg. Ecl. 2.

Nec ſum adeò informis, nuper me in littore vidi,
Cùm placidum ventis ſtaret mare; non ego Daphnim
Iudice te metuam.

Quis (inquit Iob) *det mihi, vt veniam vſque ad ſolium eius? ponam coram eo iudiciũ, vt ſciam verba quæ mihi reſpondeat, & intelligam quid loquatur mihi.* Quod verò ſe nunquam noctu quieſcere ſæpè conqueritur, dolorem quidem exaggerat, ſed neſcio quid cum amore coniunctum ſonat: namque illud frequenter amatores iactant, nequaquam ſe mutari vicibus; neque cæteris quieſcentibus, quieſcere. qualem pingit poeta.

Virg. 4. Æn.

Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras, ſyluæque & ſæua quierant
Æquora &c.
At non infœlix animi Phœniſſa, nec vnquam
Soluitur in ſomnos, oculiſve aut pectore noctem.

Catul.

Et in eandem ſententiam Catullus

Iam nox æthereum nigris emenſa quadrigis
Mundum, cæruleo lauerat amne rotas.
Nec me ſopierat menti Deus vtilis ægra:
Somnum ſollicitus deficit ante domos.

Cùm dormiero (inquit Iob) *dicam quando conſurgam? noctem vertetunt in diem, & rurſus poſt tenebras ſpero lucem.* Non aliter dicebat ille nequaquam ſe meliùs habere ſole occumbente, & æſtu remittente, bobuſque ceſſantibus à labore.

Virg. Eclog. 2.

Aſpice aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci.
Et ſol decedens creſcentes duplicat vmbras;
Me tamen vrit amor; quis enim modus adſit amori?

Dolos quoque, & (vt ita dicam) calumnias & diſsimulationes Dei ſe bene callere oſtendit, *Licèt hæc* (inquit) *celes in corde tuo, ſcio tamen, quòd vniuerſorum memineris.* ad amorem id quoque pertinet.

Virg. 4. Æn.

At regina dolos (quis fallere poſsit amantem?)
Præſenſit.

Amantium more initia amoris ex alto repetit id quod & apud Ezechielem infide ſponſæ obijcit Deus. *Tranſiens per te vidi te conculcari in ſanguine tuo, & expandi amictum meum ſuper te.* & in Canticis. *Sub arbore malo ſuſcitaui te.* *Ezech. 16. 8. Cant. 8. 5. Ierem. 3. 4.*

Eodem ſpectat, quod velit Deus pro amoris ſigno repeti à ſua ſponſa amoris initia. *Amodo* (inquit) *voca me pater meus es tu, & dux virginitatis meæ.* non diſsimile id.

Virg. Ecl. 8.

Sepibus in noſtris paruam te roſcida mala,
(Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem
Alter ab vndecimo tunc me iam cœperat annus,
Vt vidi, vt perij.

Iob. 29. 2.

Iob ſua cum Deo beneuolentiæ & conſuetudinis priſtina tẽpora reuocat in memoriam. *Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos. ſecundùm dies, quibus Deus cuſtodiebat me? quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris, ſicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ, quando ſecretò Deus erat in tabernaculo meo.* Ergo iam nos dociles, attentos, beneuoloſque lectores atque auditores poſtulat ea Iobi oratio; quam dolor cum neceſsitate quadam, & vehementia extorquet, Sapientia ſubtiliter & ornatè componit, diuini Amoris flamma acriter & animosè incitat, & accendit.

III. Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, Conceptus eſt homo.

1. *Natalem diem maledicit à Iob. de quo quædam ex prophanis.*
2. *Diem perire multipliciter exponitur. actus circa impoſsibile.*
3. *Imperatiuum pro Optatiuo in Scrip.*
4. *Quorſum diei tribuatur natiuitas, variæ rationes. Lucina dea. Diribiter.*
5. *Nocti cur tribuitur conceptio. Explicatur Sapiens. Corpus habet appellationem tenebrarum.*
6. *Vulgatus defenditur. Secunda coniugatio Hebræorum quomodo exponenda. dici pro fieri.*
7. *Maſculi natiuitas auſpicatior. Explicatus locus Regum.*
8. *Ieremiæ maledictio cum Iobi lamentatione comparata.*

Pereat dies Ab ipſo primo ſuæ vitæ exordio inauſpicato rectè auſpicatur omnium vitæ malorum enumerationem, atque execrationem. Natalis verò dies apud nationes omnes ſemper habitus fuit dignus religioſo cultu ſacrificijs, epulis lautioribus: Romani quidem nullo die lautius vixerunt, aut ludis ſe magnificentioribus oblectarunt fuit enim eorum dierum celebritas, non ſecus atq; Deorũ, vt ſcribit Macrobius 1. Satur. cap. 16. apud Perſas etiam teſte Herodoto magna dierum natalium religio, eandemque apud Ægyptios viguiſſe cõuiuium Pharaonis ſuo natalitio die, Gen. 40. probat, & apud Paleſthinos illud alterum Herodis Matth. 14. ab hac verò & communi lege & conſuetudine lætandi excipiendi ſunt Gaditani referente Philoſtrato, & Thraces auctore Herodoto; & Gymnoſophiſtæ & Brachmanes apud Stobeum; qui in lucẽ editos infantes lachrymis, mortuos vero lætioribus cantibus proſequebantur. quò ſe igitur ab illa etiam conſuetudine ſubducat Iob, natalem execratur, & nigro notat lapillo diẽ; optatque vt *pereat*. quod quidam exiſtimant nihil aliud eſſe, quàm ſi diceret infauſtum illum, ominoſum. Sed certè plus aliquid poſtulat verbũ *pereundi*, quod in fonte eſt *Abar*, mortemque & interitum affert, alij ad emboliſmum, & intercalationem referunt, ita vt non ille fixus, ſingularisq; natiuitatis dies, ſed quicunq. alius annuis conuerſionib. rediens natali illi primò reſpondens, cenſeatur intercalaris, inſititius non naturalis, dignus qui ex centu & numero dierum expũgatur, & pereat ſimilis videtur illa locutio Num. 6. cum iubetur Nazaræus, coram quo ſubito quiſpiã mortuus fuerit, caput illicò radere, ita tamen, *Vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta eſt ſanctificatio eius*; id eſt, ita vt priores dies non numerentur, non computentur (*que no valgan ni entren en quenta*) Hebræ. vt cadant, ſupple, de numero dierũ. OnKelus legit, *Dies priores inutiles erunt* (*no firmes de Nala*) *Naphal* eo loco cadere, aut profugere etiam ſignificat; fugiant, dilabantur. ſed neque ſenſus hic omnino quadrare poteſt; nam-

Marginal notes (right): 1. Natalis dies apud Romanos. — *Macrob.* — *Herodotus in Euterpe.* — *Philoſtrat. lib. 5. de vita Apollonij.* — *Herodotus in Terpſicore.* — *Stob.* — 2. Quid ſit diem perire. אבר — Rejicitur prima expoſitio. — Perire diem ad emboliſmum pertinere. — *Num. 6. 12.* — *Onkelus.* נפל — Secunda expoſitio non probatur.

que pars ſequens, quæ de nocte conceptionis agit, ſingularem quandam noctem deſignat; quare etiam ſingularem & præfixum aliú natiuitatis diem poſtulare videtur. Ergo optare

Vera expoſitio.
Actus circa impoßibile.
Ariſt. 3. Ethi.

vt *dies* ille *pereat*, ex illo genere actuū eſt, quos Ariſ. 3. Ethic. & Theologi dicunt eſſe circa impoſsibilia, & procedere quaſi ex conditione præſuppoſita, Vellem, ſi poſſibile eſſet, neque me natū, neque diem quo natus ſum, mundo illuxiſſe, vt negato tempore numquam poſſet natiuitas contingere: itaque, quoad fieri poſſit, *pereat*, aboleatur illius memoria obliuione ſempiterna.

Gregorio reſpondetur.

quod autem ait Greg. c. 7. *perire diē*, non ſignificare optare vt non ſit, ſed vt male ſit, (*Aliter enim*, inquit) *non poſſet amaritudine inuolui, quod poſtea dicit.* hoc, inquam, nihil obſtat his quæ diximus, namque vtrumque perinde impoſsibile eſt, aut præteritum diem non fuiſſe, aut inuolui denuò poſſe amaritudine; & dolens animus diuerſa & interdū contraria maledicta congerere in eandem rem ſolet, vt illi
3 ſuggerit ardor & ira.

Imperatiuus pro optatiuo.
Origenes.
Cantic. 1. 1.
Matth. 6. 9.
Pſalm. 5. 21.

Imperatiuus autem iſte optatiuus eſt, quem Scripturæ morem obſeruauit Orig. hom. 1. in cant. ſicut, & id, *Oſculetur me*, O vtinam, & id, *Sanctificetur nomen tuum*, O vtinā ſanctificetur, & ſexcenta alia. Futurum verò, quod eſt in exemplari, his optatiuis æqui valet. ſicut & id Pſal. 5. *Lætentur omnes, qui ſperant in te, in æternum exultabunt* (exultent, ô vtinam perpetuo) *& habitabis in eis* (habita, precor, in illis, ceu in tabernaculo, habitationem iſtam tua vmbra protege) Hinc verò videas hæc omnia ad vitæ tædium pertinere, quæ ex primordio illo, primaque luce deriuata eſt, quare, mortis tenebras amat, Simile id Oethæi Herculis mortis votum,

Seneca in Oetheo. act. 4.

Conuerte Titan clarè anhelantes equos,
Emitte noctem, pereat hic mundo dies,
Quo morior, atra nube inhorreſcat Polus.

4 *Dies, in qua natus ſum.* Huius ſententiæ ſenſum quidam confundunt cum verſicul. 6. ſequenti, ſed perperam. vt inde conſtabit.

Quorſum diei tribuatur natiuitas.

nunc ex Alberto notandum diei natiuitatē tribuū, nocti conceptionem, quòd noctis frigiditas valeat ad retinendum conceptum ſemen, diei verò calor ad excludendum fætum. ſed hoc tamen non eſſe omnino verū Diuus Athanaſius docet quæſtione vigeſimā octaua ad Antiochum ex ipſa experientia, namque maior hominum pars noctu naſcitur, noctu etiam moritur. at D. Thomas exiſtimat diem natiuitatis dici, quòd Iob die natus fuerit, & quòd diuturna natiuitas auſpicatior habeatur.

Athanaſ.
D. Thom.

Sed exiſtimo diem natalem dici, tempus horamve natiuitatis, quæcumque illa ſit, nocturna, aut diurna: cum enim plures nocte naſcantur, in lucem tamen dicuntur edi, & nunquam natalis nox, ſed natalis ſemper dies dicitur; quo ex tenebroſa aluo in vitæ vſuram infans excluditur.

Infantes, licet noctu naſcantur, in lucem eduntur.

Lucina Dea.

Proptereaq́; Lucinam Deam finxit antiquitas (quæ eadem Iuno erat; ac Iuno Lucina vocabatur;) quæ adiuuandis parturientibus, & in lucem edendis fœtibus præeſſe putabatur, cuius meminit, Auguſti, de ciuitate Dei lib. 4. c. 11 Cic. 2. de natur. Deorum. eò reſpexiſſe videtur Ouidius, cum in factis dicit.

Auguſtin.
Cic.

Gratæ Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus,
Aut quia principium tu dea lucis habes.

Ouid. 2. Faſt.

Eâdemque ratione Dieſpiter colebatur, id eſt diei pater, vt interpretatur Varro, Iupiter videlicèt, quòd, vt Auguſtinus ſcripſit, exiſtimarent partum perducere ad diem.

Dieſpiter.
Varro.
Auguſt.

5 *Et nox, in qua dictum eſt.* Tenebræ & nox conceptioni locum præbet, quam ſolet ſequi opportunus ſomnus fouendo ſemini, & fætui elaborando. vt indicat Sapiēns; *Decem menſium tempore* (videlicèt poſt nouem expletos inchoato decimo, quod eſt optimum & maximè naturale tempus naſcendi) *coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis, & delectamento ſomni conueniente.*

Sap. 7. 2.
Somnus fætui elaborando.

ſed præterea habuit etiam hominis conceptio rationem noctis & tenebrarum apud veteres illos ſapientes Pythagoram, & Platonem, qui, vt Macrob. refert, duas eſſe mortes cenſuerunt, vnam animæ, animalis alteram: per hanc abſolui animam, & ad veras naturæ diuitias, atque ad propriam libertatem remitti: per alteram vero, quæ vulgò vita exiſtimatur, animam ad quaſdam tenebras mortis, mortalis, inquam, corporis, impelli, habet verò in ſacro ſermone corpus tenebricoſi carceris, & ſepulchri nomen; ergo *nox* fuerit, *in qua conceptus eſt homo.*

Conceptio hominis dicitur nox.
Macrobius in ſomn. Scip. cap. 12.
Corpus mortale habet noctis no- [illegible]

Illud tamen, *In qua dictum eſt*, dupliciter accipi poteſt; primo cum Septuaginta legenti- 6
bus, *Et nox in qua dixerunt*; ſupple nuntij. quò videtur reſpexiſſe Tygurina legens, *Nox in qua dixit nuncius*, & Pagn. *Nox, qua pater dixit*; alij, quā quis dixit Orig. quoniam conceptum pro nato accipit, ait, *Dictum ab obſtetrice.*

LXX.
Tygurin.
Pagnin.
Origenes.

ſed commodiùs & elegantiùs, vt tribuatur vox nocti more poetico, & iuxta Hebr. *nox dixit* (*la noche que pudo dezir*) tanquam teſtis non cæca ſed oculata conceptionis. Latinus interpres leniter atque Latinè, & quod pro cuiuſque palato ad plura referri poſsit, *In qua dictum eſt.* & quidem multò, quàm alij hebraizantes, ſapientiùs atque verius. nam quædam ſunt in Hebræo actiua, præſertim in ſecunda coniugatione, quę debēt paſsiuè & imperſonaliter exponi. ſicut Geneſ. 15. *Reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* in Hebræ. *reputauit*, & Iſai. 7. *Et vocabitur nomen eius*; in Hebræ. *vocabit.* Pſalm. 86. *Nunquid Sion* (Sioni in tertio caſu) *dicet* (id eſt dicetur) ſic etiam hoc loco, *Nox dixit*, vel *nocte dixit*, non indiget ſuppoſito; perinde enim eſt ac, *in qua dictum eſt.* niſi fortè *dictum* hoc loco accipi poſsit pro ipſa re, quaſi diceret, nox in qua conceptus eſt homo. ſicut & Propertius aliquando dixit,

Commendatus & defenſus vulgatus.
Secunda coniugatio Hebræorum quomodo exponenda.
Geneſ. 15. 6.
Iſai. 7. 14.
Pſalm. 86. 5.
Dici aut denuntiari pro fieri.
Proper. lib. 4.

Illa dies hornos cædem denuntiat agnos,

Id eſt in illa die mactandi ſunt. Nam ſicut *verbum*, ita etiam dictum, aut narratum, vel nūtiatum, pro re ipſa quæ fit, & nuntiatur, accipi poterit.

Conceptus eſt. Quòd nunc de tertia perſona loquatur, cùm in priori parte, de prima dixerit, *natus ſum*, ſenſum non variat; nam ſolet ſæpè Scriptura tertiam perſonam pro prima vſurpare, præſertim adiuncto *hominis* nomine; ſimile id cap. 7. *Militia eſt vita hominis*; cum de ſe loquatur. de quo plura eo loco. ergo per-

Tertia perſona pro prima.

& quantum iniuriarum in illo acceperim. res enim conſtat omnibus, ſtatim igitur nulla inquirendi mora, nullo ſe defendendi ſpatio conceſſo, Deus illum condemnet, & de plano iudicet.

3. Deus iudex requiret creaturas omnes in hominis cauſa.

Eſt verò obſeruandum ex hoc loco, Supremum iudicem requiſiturũ eſſe creaturas omnes in hominis cauſſa iudicanda, vt quæq; teſtetur, quid homo iudicio dignũ egerit; quare requiret locum, tempus, dies, horas, momenta ſingula. ergo cum id, quod egiſti, aut cogitaſti, aliquando tandem egeris, aut cogitaueris, & dies atq; tempus requirenda ſint à Deo iudice, fieri nõ poterit, vt aliquid latere poſsit tuorũ ſcelerum. Pſ. 99. *Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſæculum noſtrum in illuminatione vultus tui*, id eſt, ſæculi vitæ, operum noſtrorum tempus, & durationem coram tuis clariſsimis oculis, & conſpectu ſtatuiſti, vt quæſtionem ſubeant, & de hominis vita, moribus, & actionibus ſingulis interrogata reſpondeant. Sed dices Tempus, cum obliuioſum ſit, atque conſumat, opprimatq; res præteritas, ineptum erit ferendo teſtimonio, non minus quam obliuioſus quidam, delirus, & decrepitus ſenex. Reſpondet Dauid, ideo temporis caliginem & obliuionem Deum conſtituere *in illuminatione vultus ſui*, id eſt, ad lucem & radios ſuorum oculorum luce ipſa lucidiorum, & abyſſum obſcuriſsimã penetrantium, vt ſi tẽpus clarè & dilucidè, & ſatis explicatè aut nolit, aut nõ poſſit præ obliuione reſpondere ad interrogata, Deus illuminet, lucem præferat, & memoriã excitet vt repetere poſsit ea, quę aliquãdo fuerunt; & tanquam ad lucernam fulgentiſsimã *Illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium*.

Pſalm. 99. 8.

1. Cor. 4. 5.

4. Requirere pro interrogare.

Deinde etiam *requirere* eſt interrogare, conſulere aliquem cuius exempla occurrunt paſſim. *requirere* itaq; *diem*, erit interrogare, aut ab eo diſquirere, quid in eo boni geſtum fuerit. Videtur enim Deus, quem nihil latet, inſtar regis aut principis, qui prouincias multas moderetur, nuntia accipere frequenter, & ex ipſis creaturis nuntiantibus quaſi cognoſcere quidquid noui vſpiam accidat, quod illi lætitiam, & voluptatem afferre poſsit. rem ſimilẽ repræſentare videtur ille angelorum cætus 1. & 2. capite explicatus, cui præerat Deus, percõtatus angelos vnde veniſſent, quid noui vidiſſent, aut obſeruaſſent. quaſi magnam voluptatem ex nobis captet, ſi læta illi & fauſta nũtia de noſtra ſalute, incolumitate, vitæ ſanctitate angeli perferant. ait itaq; Iob, *Hunc diem non * requirat Deus*, namq; nihil boni, nihil læti ab illo accipiet; ſi enim diem luctuoſiſsimum interroget, & reſpondere compellat, infandum iubebit renouare dolorem.

Deus inſtar regis, nuntia ex remotis prouincijs accipientis.

* No ay para que pregũtalle pues no tiene coſa de bien que de contar ſea.

5. Requirere vehementer efflagitare.

Tertiò, *requirere* à prædicta radice ſolet eſſe in ſacro ſermone ſedulò & diligenter aliquid quęrere, & quod habet Latinus ſermo, aliquid expoſcere, & efflagitare ardentiſsimis votis, ſummo ſtudio. hinc dicitur Deut. 4. *Si toto corde quæſieris eum*. & Pſal. 21. *Laudabunt Dominum*, (non qui ſegniter aut tepide, ſed) *qui requirunt* (ardenter, ex toto corde, tota anima, omnib. viribus) *eum*. iuxta quam vocis vim dupliciter poterit ſentẽtia noſtra accipi, primò cum Diuo Thoma, vt *non requiri diem* à Deo, ſit Deum non expoſcere eum diem, vt ſibi conſecretur, aut feſtus ſolẽniſq; inſtituatur, & libenter illum ad prophanos vſus concedere: ſtatutos. n. & certos quoſdam dies Deus voluit ſibi dicari, atq; ſanctos ſacroſq; haberi, vel in ſui, vel in alicuius accepti beneficij memoriam; atq; dierum huiuſmodi obſeruationis ſanctificationiſve rationem Deus exigit, atque ſtudioſe requirit. erit ergo hęc Iobi ſententia; Is dies tot malis violatus, tot ærumnis pollutus, vſibus ſacris aptus non eſt. Quorſum itaque funeſtum diem ſibi repoſcat Deus? *non * requirat illũ* præterea huius diei obſeruationem & rationem *non requiras à me Deus*, nam nunquam non erit mihi nigro notãdus lapillo. neque vero huic ſenſui obſtat, quod feſti potiſsimum dies poſt Legem inſtituti, & obſeruati fuerint, Iob verò ante Legem vixerit; nam in omni ſemper lege feſtos quoſdam, & religioſos dies in Dei cultum inſtitutos fuiſſe oportet; neque non veriſimile eſt antiquos patres in lege naturæ, forte etiam Iobum, ſabbathizaſſe, in vniuerſum enim hæc de re videtur Eccleſiaſticus dixiſſe cap. 33. dum illam quęſtionem de peculiarium quorundã dierum celebritate proponit, *Quare dies diem ſuperat, & iterum lux lucem a Sole?* id eſt, cùm idem ſol dies omnes efficiat, quare vnus eſt altero celebrior? cum omnes luces eiuſdẽ naturæ ſint, quare vna lætior eſt, iucundiorq; affulget quam alia? Reſpondet; *A Domini ſcientia ſeparati ſunt*, nam Genel. 1. dicuntur, *luminaria facta, vt eſſent in * tempora*, ſtatuta, & determinata, quando videlicet maxima hominum multitudo ad templum, vel ſacrum peragendum conuenire ſolet. nam hoc ſignificat vox (*Moghed*) quæ eo loco ſubeſt, congregationem, conuentum. eadem vox vertitur *conuentus*. Iſai. 1. & cap. 14 dicitur *Mons teſtamenti*, id eſt congregationis, nam ad templum, quod in monte erat, conueniebat populus diebus feſtis. illud addam, hunc ſenſum placuiſſe Chryſoſtomo. *Non* (inquit) *diem illum tanquam ſuum ſibi vendicet Dominus*. licèt quidem verbum Græcum apud Septuaginta *Anazeteo*, interrogare potius aut percontari, quàm vendicare ſignificet.

D. Thomas.

Dierum feſtorum inſtitutio.

* No ſe affícione Dios a eſte dia, ni lo meta en ſu caſa, ni le abra la Ygleſia.

Feſti & ſacri dies in omni lege.

Antiquos patres in lege naturæ ſabbatizaſſe.

Eccle. 33. 7.

* Para dias ſeñalados.

מועד

ἀναζητέω

Sed tandem illud requirendi ſtudium referre licebit, ad beneuolam Dei prouidentiã, qua conſulit rebus omnibus, omneſq; requirit, quibus benefaciat; Requirit, *& vocat ea quæ non ſunt* (id eſt quæ ſunt obſcura & ignobilia) *tanquam ea quæ ſunt* (vt ſplendorem, & pulchritudinem conferat. quemadmodum qui profitæ cuiuſdam in pauperes liberalitatis ſit, omnes egenos requiret, quibus poſsit benefacere. vti Abraham, qui in *ipſo feruore diei* ſtabat in oſtio tabernaculi tanquam in ſpecula, ne illũ pauper, aut peregrinus præteriret; requirebat enim, cui benefaceret. Sic ſanè cum impertiri lucem velit diebus omnibus, omnes dies requirere videtur, vt iterũ annua conuerſatione, lucere mundo ſuo beneficio, luceque accepta poſsint, ſi non ijdem illi, ſaltem

Requirere ad beneuolam prouidentiam.

Rom. 4. 7.

Geneſ. 18. 1.

tem alij ſimiles illorum vicarij. quàm ſollicitè, quàm ſtudioſè requiſiuit Saulem, quem in regni ſedem eueheret? nimirum *Iuſſit Samuelẽ applicare omnes tribus Iſrael, & cecidit ſors ſuper Beniamin; & applicuit tribum Beniamin; & cognationes eius, & cecidit cognatio Metri, & peruenit vſq; ad Saul filium Cis. quæſierunt ergo eum* (vides ſummo ſtudio requirentem ſuas creaturas Deum) *& conſuluerunt poſt hæc Dominum, vtrùm nam venturus eſſet illuc; Reſponditque Dominus, Ecce abſconditus eſt domi: cucurrerunt itaque, & tulerunt eum inde.* Requiſiuit non minori ſolicitudine, & ſtudio Dauidem latitantem: & in ſolitudine paſcentem oues. hoc cùm mente repeteret iam ad regnũ euectus ipſe Dauid, ſe à Deo aliquando requiſitum inter oues; cumque inſtar ouis errantis parùm abeſſet, quin in rabidos lupos incideret, *Erraui* (inquit) *ſicut ouis, quæ perijt; quære* (pro tuo requirendi tuas creaturas munere) *ſeruum tuum* me require cui benefacias. non aliter Deus dicetur requirere ſingulis annis, verbi cauſſa, primum diem Ianuarij, vt illuſtretur lumine, & recurrat iterũ, & referatur in numerum centumque dierum eo anno lucentiũ: ea ferè loquendi ratione dicitur Deus recordari mortuorum cum illos ad vitam reuocat. vt infrà c. 14. tum etiam Eccleſiaſtic. 3 *Deus inſtaurat, quod abijt.* propriè, ex Hebræo. & ſeptuaginta. *Deus requiriſ, quod expulſum eſt.* Diem igitur hunc, qui ſemel abijt, & elapſus eſt irreuocabilis, non reuocet Deus ad lucem, non inſtauret, non requirat, non recordetur illius, neque rediuiuum mundo reſtituat. cum hac facit, lectio illa huius loci, quam habent Philip. Diuus Thomas, & quæ circumfertur nomine Origenis & Hieronymi, *Non requirat eum Deus deſuper, non ſit in recordatione, & non illuſtretur lumine.* Sed partem illam neque Hebræa, Chaldæa, aut Græca agnoſcunt, neque habet editio Vaticana. Pluſcula ſuper hac re notat Franciſcus Lucas.

1. Reg. 10. 20. 21.
verſ. 22. 23.
Pſal. 118. 176.
Eccle. 3. 15.
LXX.

6. *Et non illuſtretur lumine.* Diuus Thom. ſolis eclypſim hoc loco intelligit. ad quam etiam Lyranus totam hanc ſententiam retulit, quaſi dicat, Luna, quæ ſemel ſoli ſe oppoſuerit, ne diem efficere poſſit, non recedat, ſed perſeueret fixa inter terram & ſolem, vt dies hic nullo illuſtratus lumine opprimatur, & intereat eclypſi ſempiterna. Chaldæus lumen intellexit ſurgẽtis auroræ; *Non illuſtretur* (inquit) * *matutina luce*, quaſi dicat; Nulla illi claritatis ſpes affulgeat. fortè vult, vt nullius ſideris, neque cometæ tremula, & momentanea lux hoc die oriatur; & hac ratione conſentiet ex vtraque parte locus hic cum illo Iſai. 13. *Stellæ cœli non expandent lumen, obtenebratus eſt ſol.*

D. Thom.
Circumloquutio eclypſis.
Chaldæus.
* A dia tan triſti no ſe le ria el alua.
Iſai. 13. 10.

V. Obſcurent eum tenebræ, & vmbra mortis: occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine.

1. *Quid obſcurare ex Heb. multiplex loci expoſitio.*
2. *Quid vmbra mortis in ſacris, deſcriptio Aegyptiarũ tenebrarum.*
3. *Quid caligo. Quid amaritudo. Miſeris nigreſcunt omnia, & quare. explicatus Iſaias.*
4. *Quid amaritudo diei. Dies pro extremo.*

Obſcurent eum. Idem alijs verbis per expolitionem repetit, ſed creſcente oratione. Verbum verò obſcurandi in fonte eſt, *Gaal*, quod eſt iure aut pretio redimere, aut vendicare rem, quę in aliena ſit poteſtate, cuius verbi vſus eſt Exod. 6. & Leuit. 25. tum etiam ſignificat rem per contrectationem, & deuolutionem in alienas manus polluere, & inquinare; ſic vertitur Iſai. 63. *Veſtimenta mea inquinaui.* & Daniel. 1. *Vt non pollueretur.* conſurget igitur is ſenſus, Tenebræ hunc ſibi diem, tanquam proprium, & * iure debitum vendicent; iure tradatur in poteſtatem tenebrarum. vel ſecũdò, Incurrant in illum diem, atque eſurantium tenebræ, quæ illum inquinent, atque polluãt: quidquid in illo die geratur, aut accidat, pollutum, inquinatum, minime redemptum, nimimeque ſanctum habetor. ſic indicaunt Chaldæus, *Coinquinent illum tenebræ.* Pagn. & alij Hebraizantes, *Polluant.* vel etiam, Tenebrę ita reddant diem hunc turpem, atque deformem, ſicut eſt homo cõfoſſus vulneribus, & ſuo ſanguine pollutus & cruentatus; namque in eo ipſo die meo ſanguine pollutus atque volutatus fui, dum naſcerer. cadunt hæc omnia in proprietatem vocis.

1.
גאל
Exod. 6. v. 6.
Leu. 25. v. 25.
Iſai. 63. 9.
Daniel. 1. 8.
* Por pleyto y por juſticia pueden ſacar a eſte dia por ſuyo.
Chaldæus.
Pagn.

2. *Et vmbra mortis.* Amplificatio tenebrarum, qua non ſolum Iob vtitur hoc loco, ſed etiam infrà cap. 10. *Mortis caligo.* & 12. & 16. *Palpebræ meæ caligauerunt.* Hebr. *in palpebris meis vmbra mortis.* & cap. 38. vbi ponuntur *Portæ tenebroſæ.* idem habetur Iſai. 9. & Pſal. 22. ſignificat autem tenebras triſtiſsimas, immedicabiles, deploratiſſimas, cuiuſmodi eſſe ſolet caligo, & obſcuritas vel morientium, vel iam defunctorum in ſepulchris; namque mors claudit oculos, & lumen eripit. hinc in mortis diſcriminibus opẽ Dei Illuminatoris implorat Dauid, *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte*, &c. *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo, Dominus protector vitæ meæ.* vel vmbra mortis, maximas atque periculoſiſsimas tenebras ſignificabit, quòd tenebræ ſecum afferant mortis metum, atque diſcrimen, vitæque occultas inſidias. tum etiam cùm vmbra aliquando idem ſit, quod imago, aut ſpecies rei alicuius, in nocte, & tenebris, quidquid ſentias, quidquid per medias tenebras, aut per lumen tenuiſsimum, & obſcuriſsimum videre tibi videaris, mors apparet, mortiſque imago, & ſimilitudo. ita à *Tſelem*, id eſt vmbra, vel ſimilitudo, dicitur *Tſalmaueth*, id eſt, *vmbra mortis.* res hæc explicatur eleganti illa tenebrarum Aegyptiacarum deſcriptione Sapien. 17. *Neque enim, quæ continebat illos ſpelunca ſine timore cuſtodiebat, quoniam ſonitus deſcendens perturbabat illos, & perſonæ triſtes illis apparentes pauorem illis præſtabant.* & paulò poſt. *Timore percuſſi, illius, quæ non videbatur, faciei, æſtimabant deteriora eſſe, quæ non videbantur.* Et tandem inferiùs, *Siue ſpiritus ſibilans, aut inter ſpiſſos arborum ramos auium ſonus ſuauis, aut vis aquæ decurrẽtis nimiùm, aut ſonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludentium animalium curſus inuiſus, aut mugientium valida beſtiarum vox, aut reſonans de*

Iob. 10. 2.
Iob. 16. 6.
Iob. 38. 17.
Iſai. 9. 2.
Pſal. 22. 4.
Quid vmbra mortis.
Pſal. 12. 4.
Pſal. 22. 13.
Vmbra idem quod ſimilitudo, aut imago.
צל
צלמות
Sap. 17. 4.
verſ. 6.
verſ. 18.

altiſſimis montibus Etho, deficientes faciebat illos præ timore. Dicet ergo Iob: Dies ille obducatur vmbris mortis, vmbris lętalibus, tenebris periculoſiſſimis, vitæ diſcriminibus, ſpectris, terriculamentis; quæ omnia continentur appellatione

Pſal.22.4.

vmbræ mortis. quo reſpexit Pſal.22. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Hebr. & Hieronym. *Si ambulauero in valle vmbræ mortis*, videlicet, in valle altiſſima, & obſcuriſſima, plenaque timore, atque diſcrimine, nõ fingam animo ex arboribus latrones, neque ex vmbris veros hoſtes; non deludar, neque terrebor vllis viſis, aut terriculamentis. quam verò hæc omnia appoſitè conueniant in animam peccati cõſciam, quæ ſemper ſæua præſumit, quam tenebræ occupant,

Vmbra mortis in animo impij.

territatque *ſonitus folij volantis*, & *cùm pax ſit*, ſemper *inſidias ſuſpicatur*, alias dabitur opportunior proſequendi locus.

3

Chaldæus. Aquila. Theodotio. LXX. Vatica. Exod.19.9. ענן

Occupet eum caligo. Chaldæus, Aquila, Theodotio, & Septuaginta Vaticani, pro *caligine*, *nubem* legunt, & rectè; cùm eadem vox (*Ghanan*) ſit hic, & Exod 19. *Veniam ad te in caligine nubis.* itaque nubes cæca, & tetra illi ſe diei circumfundat, quæ triſtiſſimas tenebras efficiat.

Et inuoluatur amaritudine. Congerit omnia, quæ poſſunt infauſtæ diei accidere incõmoda. Plerique alij iuxta Hebręum legunt, terreant eum amaritudines. & August. *Conturbent eum quaſi amaritudines diei.* Quid ſit autẽ *amaritudo* non conuenit inter interpretes. nam alij vocem originalem cum Hebræis deducunt à (*camar*) quod eſt incaleſcere, incendi, exuri. Vt illi diei æſtum & ardentiſſimum cauma imprecetur (*Vt mortal' bochorus*) ſed certè Vulgatus planè videtur vocem (*merir.*) deduxiſſe à (*marar*) quod eſt amarum eſſe, & afflictionem, anguſtiaſque animi ſignificat, & quidquid amaram & luctuoſam vitam efficere poteſt. Ergo primò, à quibuſdã ſic accipitur, huiuſmodi is dies ſit, cuiuſmodi omnis lux videri ſolet iis, qui amaro ſunt corde. nam iis etiã lux infeſta, & iniucunda videtur: cuius rei cauſa Phyſica eſt, quòd ſpiritibus craſſis, tetris, obſcuris ad cerebrũ, & oculos aſcendentibus, omnia nigreſcunt calamitoſis, quam rem explicuit acutè. R. Moyſes Aegyptius lib.2. Ductoris dubiorum, cap.30. ait enim accidente calamitate aliqua vix poſſe hominem luminibus vti, tum propter fumum ſuſpiriorum, quo perturbatur viſus; tum etiam propter retractionem partium animæ ad interiora: cùm econtra accidat tempore lætitiæ, quòd partes animæ diffunduntur ad exteriora, & ſpiritus viſibilis eſt clarus, & limpidus; proptereaque cuncta clariora, & illuſtriora videntur. atque hinc dictum exiſtimat apud Iſaiam. *Erit lux lunæ, ſicut lux ſolis; & lux Solis erit ſeptemplicitèr, ſicut lux ſeptem dierum, in die, qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit.* Vide inferiùs, c.17. verſ.7.

Amaritudo, quid.

כמר

מרירי מרר

Miſeris nigreſcunt omnia.

R. Moyſes.

Iſa.30.26.

4

Alij non quamcunque amaritudinem intelligunt, ſed quæ peculiari quodam die accidere ſolet, cũ in originali ſit *amaritudo diei.* Diem autem antonomaſticè, pro die mortis accipi in ſacris libris, præſertim Salomonis, certius eſt, quam, vt probatione indigeat. erit ergo extremæ anxietatis, & diei luctuoſiſſimi exaggeratio: eiuſmodi ſit dies ille, qualis eſſe ſolet moribundis extremus ille, longeque amariſſimus dies. ſicut etiam ecõtrario eſt fœlicitatis iuſtorum emphaſis, *Ridebit in die nouiſſimo.* Prou.31. forte vero iſtæ omnes diei imprecationes peculiari quadam ratione reſpiciunt luctuoſiſſimum illum diem, quo è florentiſſimo ſtatu ad omnium bonorum amiſſionem, & malorum omniũ perpeſſionem abiectus eſt ad eas, in quibus nunc tenebris iacet.

Ioan.Forſt. Dies pro extremo.

VI. Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat: non computetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus.

1 *Turbo in nocte quid deſignet.*
2 *Nox ſub tenebris comprehenſa, diuerſa dierum computationis ratio.*
3 *Noctium & lunationum obſeruatio in computatione menſium. Menſis à luna dictus in Græco, & Hebr.*

CVM non niſi dies ſit, qui in diebus anni computari poſſit, exiſtimarunt aliqui hanc etiam ſententiã ad diem pertinere, quem propter nubila, & caliginem noctem appellet. ſed veriùs, hinc incipere noctis execrationem, quam ſuperius propoſuerat. cùm nocte autem ſi turbo miſceatur, ſæuaque tempeſtas, illam efficiunt miſerrimam, & periculoſiſſimam, duploque tetriorem, vt indicat, cap.27. *Nocte opprimet eum tempeſtas.* & Seneca: 1

Iob 27.20. Senec. in Agamem. Act.3.

Cùm ſubito luna conditur ſtella cadunt,
In aſtra pontus tollitur, & cælum perit,
Nec vna vox eſt, denſa tenebras obruit
Caligo, & omni luce ſubducta fretum
Cælumque miſcet.

Porrò turbinis nomine cœlitùs eiaculati, ſignificari ſolet diuinitùs illatum ſupplicium. Non aliter Nahum Deum pingit iratum, cap.1. *Dominus in tempeſtate, & turbine via eius, & nebulæ puluis pedum eius.* Rurſus tenebræ permiſto turbine pericula ſunt, vbi nulla euadẽdi ſpes, nulla ſani conſilij capiendi lux affulgeat; ſic viæ impiorum deſcribuntur: *Tenebræ & lubricũ, & angelus Domini perſequens eos.*

Quid turbo in tenebris.

Pſal.34.6.

Non computetur in diebus anni. Mox ignobilior diei naturalis pars, ſimulq; cum die artificiali naturalem componit. & licèt non ſemper, vt Baſilius voluit. Homil.2. examin. ſæpe tamen diei nomine comprehenditur. qua ratione dictum eſt, *Factum eſt veſpere & manè dies vnus*, non aliter, quàm in ſacra Scriptura ſolet cenſus virorum, fieri nulla facta mẽtione fœminarum, quod hæ ad illos referantur. Cum vero diras, & imprecationes has à die exorſus fuerit, indicaſſe videtur diem naturalem tunc computari ſolitum à luce & ortu ſolis vſque ad aliũ ortum, & lucem. quomodo ait Plinius, libr.2. cap.77. Babylonios, & Chaldæos diem notaſſe; cùm alij tamen computauerint à veſpera ad veſperam, alij à media nocte. Ait igitur: Dies nullus velit noctem teterrimam illam in 2

Nox ſub die comprehẽſa. Gen.1.5.

Computatio diei ab ortu ſolis.

Plinius.

Babyloniorũ & Chaldæorum cõputãdi diei mos.

connubium & ſocietatem ducere; nullus dignetur huius infauſtæ noctis conſortio.

5 *Nec numeretur in menſibus.* Nullum habeat iſta nox vſum, neque quidem ad menſium ſupputationem. namque antiquiſſima fuit in menſibus lunaribus noctium, & lunationum obſeruatio, quod & ipſum menſis nomen teſtatur, quod apud Græcos à luna dicitur; nam (μὴν) menſis eſt, at verò (μήνη) luna, neque video cur Ianſenius probabilius exiſtimet, Græcum lunæ nomen potiùs deduci à nomine menſis, quàm nomen menſis à luna, cùm ex re ipſa, quòad fieri poſſit, ipſorum nominum ordo & ratio ducenda ſit, neque potiùs dicatur luna menſtrua à menſe, quòd menſe ſuum curriculum conficiat; quam quod ſuo curriculo menſem efficiat, & deſcribat. quare & nomen, & rationem menſium ad lunam, tanquã ad principium, & originem referri debere cẽſent viri docti, atque inter alios Andreas Alciatus explicans verborum iuris ſignificationem, atque Macrobius lib. 1. in Somn. Scip cap. 11. vult Latinum etiam menſis nomen à Græca lunæ appellatione dictum. ſic rectè aliarum linguarum nomina, & etymologiæ conſentiunt cum prima Hebrẹorum lingua, apud quos idem eſt menſis, & lunæ nomen, *Iareach*; quaſi menſis dicatur, lunatio; & quòd quælibet luna noua ſuum efficiat menſem, habet numerum pluralem (*Ierachim*) huc reſpexiſſe videtur id, Eccleſiaſt. 43. *à luna ſignum diei feſti, luminare, quod minuitur in conſummatione: menſis ſecundum nomen eius eſt.*

Noctium & lunationum obſeruatio, & ſupputatio menſtrua. Nomen menſis à Luna. μὴν. Ianſ. Lin. 43. μήνη. Notata Henric. in Theſau. Græc. Alciat. l. cum Bixtius de verb ſignif. ירח ירחים *Eccleſ. 43. 7.*

VII. Sit nox illa ſolitaria, nec laude digna.

1 *Quid laus in ſacro ſermone.*
2 *Noctes quædam ſolemniores. Ægyptiorum feſtum nocturnum.*
3 *Nuptiæ noctu celebratæ. Explicatus Matthæus de parabola decem virginum & Pſal.*
4 *Nocturna laus fortè ad incantationem lunæ & ſtellarum referenda. Tenebræ ſolitariæ. Lux ſocietatem nobiſcum facit.*

1 Laus hoc loco eſt (*Ranan*) quæ exultationem, lætitiam, cantum, acclamationem affert, Iſa. 35. *Exultabit lætabunda, & laudans.* & c. 54. *Decanta laudem.* Laus itaque eſt canticum, aut laus decantata; qua etiam ratione (ab alia licèt radice) Nehemiæ 12. dicuntur: *Chori laudantium*, id eſt, canentium. Primus ergo ſenſus Lyrani & aliorum, Nihil hac nocte geratur laude dignum.

רנן Laus, quid. Iſa. 35. Iſ. 54. 1. 2. Eſdr. 12. 31. Lyran. Vatablus.

2 Secundò Vatablus ad itinera refert; Tam ſit ominoſa nox illa, vt in ea nemo ſe velit cõmittere itineri; quod ſi neceſſitas cogat aliquo proficiſcendi, ſolitarius viator non audeat cantare pro leuãda itineris moleſtia, ſed duriuſculè. leniùs, vt cum ſolitudinem; & ſilentium illi nocti precatur, ſignificet noctes aliquas propter inſignem aliquem euentum, aut celebrem cuiuſpiam rei memoriam celebrari ſolitas lætis acclamationibus, ſolennibus cantibus, & lautiſſimis cœnis: namque cœnitabant quòdam ad veſperam, & ad multam noctem conuiuia producebantur, tum muſica ſuauior reſonat in tenebris: deinde etiam nox claritatem & ſplendorem accenſis luminibus addere videtur. Aegyptij vt teſtatur Herodotus lib. 2. feſtum celeberrimum habuerunt nocturnum, quod vocabant, accenſionem luminum. tum etiã noctu celebrabantur nuptiæ, propterea enim ſponſæ comites præferebant lampades, aut accenſas faces, vt conſtat ex parabola 10. Virginum Matth. 25. nam ſub noctẽ deducebant ſponſam in mariti domum, vt ſcripſit Plutarchus in problem. cap. 65. Feſtus Pompeius lib. 14. & id Catulli.

Noctium ſolennitates. Herodot. Nocturnum feſtum Aegyptiorum.

3 *Nuptiæ noctu celebratæ illuſtrata parabola. Plutarch. Feſtus Pomp. Catull.*

Veſper adeſt, iuuenes conſurgite veſper Olympo
Expectata diù vix tandem lumina tollit.
Iam veniet virgo, iam dicet hymenæus.

Quare *moram faciente ſponſo*, oportuit nuptias illas ad mediam vſque noctem dilatas. in nuptijs verò laudes ſponſi, & ſponſæ decantabantur epithalamijs, iuxta id Pſalm. 77. *Et virgines eorum non ſunt lamentatæ.* Hebr. *Non ſunt laudatæ*; quia anteaquam nuberent, & nuptiali carmine laudarentur, vel mortuæ fuerant, vel ſponſis in bello cadentibus innuptæ permanſerãt, ergo vt ad noctem redeamus, dicet Iob: Nullæ nuptiæ in ea nocte celebrentur, nullis cantibus, nullis luminibus illuſtretur, nihil lætum reſonet, tota ſuſpirijs & eiulatibus digna, quæ traducatur. ſic etiam religioſi habebantur, & infauſti illi dies, qui nulli rei aut publicè, aut priuatim agendæ apti cenſerentur a Romanis, quorum meminit Macrob. 1. Satur. cap. 16. Gellius lib. 5. c. 17. Liuius lib. 6. decad. 1. de quibus id canebant:

Pſal. 77. 3. Dies infauſti rebus gerendis. Macrob. Gellius. T. Liuius. Ouid. 5. faſto.

Nec viduæ tædis eadem, nec virginis apta
Tempora, quæ nupſit non diuturna fuit.

4 Satis ſanè fuerint hæc explicando huic loco: ſed addam quoque, quod poſſit alicui fortè placere, vt *nox laude digna*, ſit periphraſis noctis ſerenæ, & lucentis lunæ; laus verò, aut cantus ſit ille qua olim vtebantur in ſiderum, aut lunæ incantatione, cùm carmine aut arte magica nubes aut caligo offundebatur ſideribus; de quo infrà dicam, v. 9. nunc ſatis fuerit illud nutricis Phædræ ſic Iunonem, quæ ipſa nemorum dea & luna eſt, precantis.

Senec. in Hippoly. act. 4.

Intende, ſic te lucidi vultus ferant,
* *Et nube rupta cornibus puris eas.*
Detrahere nunquam Theſali cantus queant,
Nulluſque de te gloriam paſtor ferat.

Itaque cùm cœca nox eſt, cùm luna condita, non opus eſt vlla incantatione, vllove carmine, quod *laus* dicitur; nemo cantu noctem illam, aut lunam ſolicitat, neque dignatur. Id itaque vult, nullum lunæ lumẽ habeat ea nox, non ſtellæ, non lumina illam comitentur. ergo obſcura, & ſine luce nox, ſolitaria eſt, nos dicere ſolemus, cùm ſtellæ lucent nocte ſerena, ipſas ſtellas, atque lumina ſocietatem itineris, aut vitæ cum homine facere (*la luna y eſtrellas hazen compania*) tenebræ ſolitariæ ſunt, neque huic expoſitioni obſtat fabuloſum, aut ſuperſtitioſum id fuiſſe; namque ad fabulas interdum, vulgareſque opiniones alludit aliquando ſacra Scriptura.

VIII. Maledicant ei, qui maledicunt diei: qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.

1 *Lectio, & expoſitio Græcorum. Myſterium incarnationis. Caro Chriſti hamus.*
2 *Proponitur prima Latinorum interpretatio. Nautæ genus execrationibus aſſueta. de Ceto quædam.*
3 *Impij Lucifugæ. Dæmonem excitant, qui occaſionem peccandi quærunt. Secunda expoſitio reijcitur.*
4 *Proponitur Hebræorum expoſitio; & Leuiathan an vnica vox.*
5 *Quinta expoſitio non contemnenda. Periphraſis petſitarum. Quod harum mirum explicatus locus Iudicum. Quid plorare in nocte.*
6 *Præcedenti expoſitioni obijciuntur nonnulla. viri etiam lamentatores. illuſtrati Amos & Zacharias.*
7 *Defenſus vulgatus. Hebrea voces in Eccleſia Latina.*
8 *Vltima expoſitio. Athlantes execrantur diem & ſolem.*

1
LXX.
Expenditur lectio & expoſitio Græcorum.

SEptuaginta in ſingulari legunt: *Maledicat ei, qui maledicit diem illum, qui habet magnum cetum ſubiugare.* quod Græci & ex Latinis Ambroſ. lib. 4. in Luc. cap. 4. referunt ad Chriſtum Dæmonis triumphatorem hac ratione; qui paratus eſt vaſtiſſimum cetum Leuiathan, id eſt, ſæuiſſimum dæmonem ſubiugare, & comprimere, vel etiam prouocare, & excitare ad ſingulare certamen, is inquam, qui Deus ſolus eſt, pleniſſime & cumulate ſiné maledicat huic nocti, in qua Dæmon adeo ſæuijt; namque nemo alius poterat huius execrationis meritiſſimæ partes abſoluere & explere. Addit etiam Didymus rectè dictum eſſe: *qui paratus eſt*, nondum enim myſterium incarnationis erat patratum; ſed tamen paratus erat Dei filius excitare, & expiſcari immané illam belluam immiſſo diuinitatis hamo obducto carne ſuæ mortalitatis; quæ allegoria frequens eſt apud Patres; carnem enim Chriſti hamū appellant cum occulto aculeo diuinitatis, Gregor. hom. 25. in Euangel. & lib. 33. Moral. cap. 7. & ſuper Ezech. cap. 11. Gregor. Niſſen. orat. de reſurrect. & alij ſuper Iob 40. vt eo loco dicemus. Huic expoſitioni hæc fauent. Primò, quod plerique ad literam exiſtiment Diabolum dici Leuiathan, de quo dicemus, cap. 40. Secundò, quod frequenter in Scriptura numerus pluralis pro ſingulari ſumatur & econtrà. Tertiò, quòd licuit Septuaginta verbum *ſuſcitandi*, in verbum *ſubiugandi*, & vincendi conuertere; ille enim erat ſuſcitandi finis; eſt namque *ſuſcitare*, prouocare ad certamen, vt de eodem Leuiathan, cap. 41. dicit Deus: *Non quaſi crudelis ſuſcitabo eum.*

Chriſti caro cum aculeo diuinitatis obductus hamus.

Præcedēs expoſitio non literalis.

Quæ verò huic ſenſui, ne literalis ſit, obſtant, ſunt hæc. Primò, mutatio numeri, nam non ſolum in Hebræo pluralis eſt, ſed in Græco illum quoque ſeruarunt, Aquila, Symmachus, Theodotio, Complutenſes. Secundò, quòd non cohæret cum antecedentibus & cōſequentibus, quorum primus literaliſque ſenſus humanas quaſdam noctis & diei execrationes continet, ex humanis aut conſuetudine, aut conſueto dolentium loquendi genere petitas; quare tantùm myſterium non videtur primo ipſo literaliq́ue ſenſu reliquis partibus interſertum: exiſtimo itaque illam eſſe Græcorum Allegoriam. De illa verò, quam Latini, vt Gregorius, cap. 13. & Philippus, & Beda, afferunt. de Die, id eſt, Antichriſto, vel Diabolo transfigurante ſe in angelum lucis; & de ſanctis, vel Angelis, vel hominibus, qui illum ſuſcitare, & contra ſe prouocant, nihil dicam; cùm longiùs petita ſit, atque difficilior, quam altera Græcorum.

Complutenſ.
Aquila.
Symmach.
Theodot.

Quid de græcorum expoſitione ſentiendum ſit.

2
Quid hoc loco Leuiathan.

Reliquorum interpretatio bipartita eſt; atque ex eo diuidi cæperunt interpretes, quod vocem *Leuiathan*, proprium nomen ceti, aut piſcis quidam exiſtiment, ita vulgatam vocem illam retinent Septuag. Aquil. Symmach. Theodotio verò habet *Draconem*; alij verò vocem, non vnicam, ſed duas eſſe credunt. quę omnia exponenda ſunt, vt vis ſententiæ intelligi, & eligi optima poſſit.

LXX.
Aquila.
Symmach.
Theodot.

Secunda D. Thomæ. & Latinorum expoſitio.

Primò, ergo hunc ſenſum ad literam proponit D. Thom. vt *qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan*, ſit periphraſis piſcatorum, qui magnos huiuſmodi piſces non inuadunt, niſi in tenebris noctis, quare aduentanti luci tanquam inimicæ, & ſuis conatibus aduerſanti maledicunt. hi igitur ſua maledicta in hanc noctem conuertant. ſolet videlicèt nautarum genus execrationibus & maledictis immaniſſimis vti; vt tunc fortè in prouerbio eſſet, quod de vectoribus apud nos vulgò iactatur: *Echamos peſſetes, y reniegos que vn barriero, o que vn carretero.* Sic etiā apud illos, Piſcatore, aut Nauta maledicētior. leuis ſenſus, niſi illum exaſperaret Iyrani obiectio, lucem potius, diemque fauere capiendis cetis: nam de illo nocturno piſcatu omninò tacetur ab auctoribus, & ab experientia; de quo c. 40. dicemus: interim longè diuerſam balenarum capturā videre licebit in acceſſione Gellij ad Aelianum. Sed ſi has tenebras fugiamus, licebit dicere, piſcatores diei maledicere, in quo non illis accidit bonus piſcatus, ſunt enim infauſti quidam piſcantibus dies, quare ad malū vel ad bonum euentum res piſcatoria trāſlata eſt, cùm in re qualibet dici ſoleant, *que ſe echa bueno, o mal lance.* ſicut & Plaut. in Bachid. dixit: *Piſcatus meo animo hic tibi hodie euenit bonus.* Cum igitur per totam noctem laborātes, aut etiam per diem, nihil piſcium cæperunt, luci etiā ipſi maledicunt. ſed hac ratione non oportuit de Leuiathan, magniſve alijs piſcibus mētionem potius, quam de alijs quibuſcunq. piſcibus fieri. Idem ſenſus aptabitur cōmodius, ſi ad nautarum nauigantiumq́; terrorem referatur, cum in immaniſſimā hanc belluam incidunt; nam & territat nautas, & demergit nauigia, & ſępè incautos opprimit, aliquādo enim inſulæ ſpeciem offerre intuentibus, cùm in ſummā aquam enatauit, quod à Baſilio, Theodoreto, Procopio ſcriptum eſt: huius quoque metus atque trepidationis ſubitæ mentio fieri videtur infra, cap. 41. in deſcriptione Leuiathan: *Cùm ſublatus fuerit, timebunt Angeli, & territi purgabuntur.* nauigantes igitur afflicti, diei, quo nauim con-

Nautarū genus diris & execrationibus famuiare.

Aelianus ex Gellio.

Clarior redditur prima expoſitio.

Bonus piſcatus in Prouerbio.

Emollitur ſenſus præcedens.

Cetus nauigantes terrent.

Baſilius.
Theodoret.
Procopius.
Iob 41. 16.

ſcenderunt maledicunt, aut illam ipſam præſentem lucem, in qua certiſſimũ naufragium timent, cùm excitârunt, aut tàm propè accedunt, vt cetum excitent, & in ſe ipſos conuertant, atque vel nolentes laceſſant.

5
Tertia expoſitio circumloquutio impiorum.

Secundò, ſumi poteſt illud. *Qui maledicunt diei*, pro circumlocutione impiorum, qui tenebras amant, & lucem auerſantur, atque hi dicuntur, *parati* eſſe, *ſuſcitare Leuiathan*, id eſt, quaſi ſublimem euehere, & colere diabolum, atque illi obidire, & eius voluntatem perficere: non ſolùm igitur bonis, ſed etiam impijs optat haberi noctem hanc infauſtam & odioſam, nulliſque gaudijs, aut voluptatis ſtudijs perficiendis idoneam, hunc quoque ſenſum literę congruere poſſe diuus Thomas exiſtimat, cui fauet illa impiorum periphraſis frequens in Scriptura, de qua cap. 24. dicemus, vbi longè pulcherrimè lucifugarum iſtorum vita deſcribitur: qui *rebelles ſunt lumini, & ignorauerunt lucem, ſi ſubitò apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis, & ſic in tenebris quaſi in luce ambulant* atque non ineleganter dicentur hi *ſuſcitare Leuiathan*, id eſt, negocium perambulans in tenebris, Diabolumque ſemper vigilantem comitari, & colere; & ſanè tam alacres ſunt ad malè agendum, vt etiam dormientem Diabolum (ſi dormire poſſet) ipſi * *parati ſint ſuſcitare*, & cogerent ſomno ſurgere, vt ſibi, ſuiſque conatibus adeſſet. ſane qui ſibiipſis occaſiones quærunt peccandi, eleganter dicentur ſuſcitare Diabolum: non enim omne peccatum ex inſtigatione Diaboli prouenit, vt definiunt cum D. Thom. Theologi. 1 p. quæſt. 114. a. 3. ſed interdum nulla Dæmonis ſuggeſtione, ex prauitate affectus, & carnis corruptione. hi ſunt qui mortem etiam fugientem *manibus & verbis accerſunt, & ſponſiones ponunt ad illam.* In quos dictũ eſt à Ierem. *Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui.* ipſi enim & ventum voluptatis captant, & peccandi opportunitates diligenter inquirunt. Rurſuſque dicentur non ſuſcitare ſolùm, ſed etiam *parati ſuſcitare*; quoniã cùm ſint ad omne ſcelus procliui, in ea ſemper animi (quam vocant) præparatione ſunt, vt nullam peccandi occaſionem prætermittant. Videbitur igitur ſenſus iſte adiunctis his illuſtrationibus non inelegans: ſed fortè quoque de allegoria ſuſpectus propter illam *Leuiathan*, ad Diabolum tranſlationem, tum etiam, quia ſi peccatum præcipuè reſpiciatur in his execrationibus, non cohærebit, precari vt peccatores quoque in hanc noctem maledicta conijciant; ſi autem non propter peccatum, ſed propter communes vitæ ærumnas hæc dicat, incongruè nunc interſeretur mentio impiorum, aut proborum hominum, quod non ad naturæ conditionem, ſed ad morũ diſſimilitudinem pertinet. Icio Burgenſem pro hoc ſenſu acriter pugnare.

Impij Lucifugæ.
Iob 24. 13. verſ. 17.
* El Diablo no duerme, pero ellos baſtauan a deſpertallo.
Qui quærit occaſiones peccandi ſuſcitare dicitur diabolũ:
D. Thom.
Non omne peccatum ex inſtigatione Diaboli.
Sap. 1. 16.
Ierem. 2. 24.
Impij quotidiani dicuntur parati ſuſcitare.
Præcedẽs expoſitio non valde probatur.

4
Expoſitio quarta.
Lyran.

Tertiò, vocem *Leuiathan*, non vnicam, ſed plures voces Rabbini, & hebraizantes eſſe cõtendunt; qui iterum diuiſi ſunt. Lyranus hanc ſe veram literam ex Hebræis afferre dicit: *Maledicant ei, qui maledicunt diei expectantes orbari de ſocietate ſua.* videlicet hi ſunt miſerrimi homines qui vitam faſtidiunt, & vel ab vxorum conuictu, & familiaritate, vel à communi mortalium ſocietate ſeparari deſiderant, atque ſuam vitam, & lucem ipſam execrationibus vexant. Burgenſis quoque additione ſecunda, hunc ſenſum Hebræorum agnoſcit. eo enim modo explicant quoque R. Salomon, & R. Dauid in comment. nam (*Lauah*) adherere, aut copulari ſignificat; vnde *Leuiathan* triſyllabum eſt nomen cum affixo, *copulatio ſua*, vel *eorum*: ſed quod Pagninus ait, neminem Hebræorum cum Lyrano eſſe, fortè pertinet ad aliam partem, quàm ille pro *ſuſcitare*, orbare vertit; & quidem non valde longè ab originali; nam (*Ghur*) quod *ſuſcitare*, & euigilare ſignificat, aliquando etiam eſt nudare, ſpoliare, orbare, vt Iſa 32. *Exuite vos, & confundimini.* propr. eſt, *exuite vos, & nudamini*, vel vt Septuag. *Exuminat, nudi eſtimini.* quo loco eadem vox ſubeſt. Habac 3. *Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum.* alij legunt: *Nudatione nudaſti arcum tuum, id eſt*, non habuiſti in occulto. ſed manifeſte illum protuliſti, vt tuum auxilium notum omnibus faceres, vt eleganter Pagn reddit, *Manifeſtatione manifeſtabitur*, eodemque recidit, * *ſuſcitans ſuſcitabis*, ſenſus hic id minimè bonum habet, quòd minimè poteſt noſtræ lectioni conuenire, niſi ea fortè ratione, quæ inferius explicabitur.

Burgenſ.
R. Salomon.
R. David.
לירה
לויתן
Pagninus.
עור
Iſa. 32. 11.
LXX.
Habac. 3. 9.
Vatab. & Regia.
Pagnin.
* Alço y deſcubrio la mano, y el arco para animar a los ſuyos.

5
Quinta expoſitio.
Aben. Eſra.
R. David.
Pagni. Vatab.
Regia. Caiet.
R. Mardoch.

Alij verò vocem, *Leuiathan*, duas eſſe voces exiſtimant ſignificantes, *luctum ſuum*, ità Aben. Eſra. R. Dauid in libr. radic. R. Leui in comment. hos ſequuntur hebraizantes omnes Pag. Vatablus in annotat. Regia. Hebręus apud Caietanum. at Rab. Mardoch. in ſuis concordantijs ſimplicem vocem exiſtimare videtur, ait enim *Leuiathan*, idem eſſe, quod, *Ebel*, id eſt, luctus, ex quo is totius ſententiæ ſenſus conſurget, *qui maledicunt diei*, videlicèt, qui propter ærumnoſiſſimam vitam, lucem habent inuiſam, tum etiam, *Qui * parati ſunt ſuſcitare luctum*, id eſt. qui parati ſunt ſuſcitare fletum, & lachrymas fundere, ac ſi ad manus illas præſto haberent; vel vt ſit Periphraſis lamentatricũ, & præficarum. nam erant etiam apud Hebræos lamentatrices, quarum Ieremias meminit, cap. 9. *Vocate lamentatrices, vt veniant, & ad eas, quæ ſapientes ſunt, mittite, & properent, feſtinent, & aſſumant ſuper nos lamentum; deducant oculi noſtri lachrymas, & palpebræ noſtræ defluant aquis.* Et infrà: *audite mulieres verbum Domini, docete filias veſtras lamentum, & vnaquæque proximam ſuam planctum, quia aſcendit mors per feneſtras.* & Cantatrices appellantur, 2. Paral. 35. *Cantores atque cantatrices lamentationes ſuper Ioſiam replicant.* has Latini appellant præficas, quarum munus his verbis definit Nonius Marcellus. *Præficæ dicebantur apud veteres, quæ adhiberi ſolent funeri mercede conductæ, vt & flerent, & fortia facta laudarent.* luculentiùs hac de re Varro lib. 6. *Præfica, vt Aurelius ſcribit, mulier ab luctu quæ conduceretur; quæ ante domũ mortui laudes eius caneret, hoc factitatum Ariſtoteles ſcribit in libro, qui inſcribitur nomina Barbarica, cuius teſtimonium eſt, quod Fretum Neuij. Hæc quidem herclè opinor præfica eſt, nam mortuos conlaudat. Claudius ſcribit: ea quæ præficeretur ancillis quemadmodum lamentarentur, præfica eſt dicta.* ſic Varro. accinit quoque

* Los q̃ tienẽ las lagrimas tan a mano, q̃ lloran quãdo ſe les antoja.
Periphraſis præficarum.
Ierem. 9. 17.
2. Par. 35. 25.
Præficarum
Non. Marcel.
Varro.

Seruius. *Procopius.* *Iudic. 5.*

Feſtus Pompeius, qui dicit præficias dici mulieres ad lamentandum mortuum conductas, quæ darent cæteris modum plangendi, quaſi in hoc ipſum præfectas, quæ omnia ad amuſſim reſpódent illi Ieremiæ loco, vbi illæ ſunt lamentatrices, quæ alias comites planctum docent. Quas plangendi magiſtras, Seruius, cuius in antiquitate aſſerenda non leuis eſt auctoritas, ad illud Vergilij 6. *Ferales ante cupreſſos.* appellat Principes luctus. & libr. 9. ad id. *Nec te tua funera mater.* eaſdem vocat planctus, non doloris principes, cui ex ſacris quoque Procopium adiungemus, is enarrans id. Iudic. 5. *per feneſtram reſpiciens vlulabat mater eius,* videlicet cùm cótemplaretur ex alta aliqua feneſtra ſocios filij ſui Siſaræ fugiétes ex prœlio vbi nos habemus: *Vna ſapientior cæteris vxoribus eius hæc ſocrui verba reſpondit.* ille ſecundùm Septuaginta legit: *Sapientes principes eius reſponderunt ad eam.* Et ſic ait: *Lamentatrices ſic Scriptura vocat, ſicut in Ieremia; huiuſmodi enim in luctu conſtitutæ eſſe videntur, deſcribit itaque lamentationem, quam viciſſim ediderunt ea, quas principes, ceu duces lamentationis vocat.* & quidem vt ex Hebræo conſtat, in ea lectione Septuaginta *Principes*, non eſt maſculini ſed fœminini generis, putauit ergo proculdubio Interpres, quoniá in Hebræo dicebantur mulieres principes atque ſapientes, intelligi vxores Siſaræ, & quidem non leuiter, namque præficæ eos potiſſimum lamentabantur, quibus propinqui non eſſent, quare in Siſaræ funere, vxores ipſæ, & mater atque propinquæ præficarum munus in plangendo obibant. de illo ſic ſcribit Nonius Marcellus. *Nænia ineptum, & inconditum carmen eſt, quod adducta mulier, quæ præfica dicitur, iis, quibus propinqui non eſſent, mortuis exhiberent*, ſed ſiue vxores quoque fuerint, ſiue non, certe *Sapientes* ibi dicuntur, ſicut in Ierem. peritæ lugendi, & plangendi mortuum modis flebilibus, atque magiſtræ & principes, quæ cæteras docent, & velut præcentrices plangédo præirent. Hæ igitur commodiſſimè dicentur, *ſuſcitare luctum*, nam ipſæ incipiunt, & præeunt. eędem quoque dicentur, *ſuſcitare ſocietatem ſuam*, nam aliæ comites, & ſociæ funeris illas ſequebantur; magiſtræque cæteras adhortabantur ad luctum; tum etiam forte excitabant ſummo mane, cùm enim pluribus diebus lugerent, defunctum oportebat noctu interquieſcere & à plangendo ceſſare. quare non ad communem planctũ, ſed ad planctus & doloris exaggerationem illud pertinet, Ierem. 9. *Plorabo die ac nocte interfectos populi mei*, & cap. 14. *Deducant oculi mei lachrymas per noctem & diem, & non taceant.* & Thren. 1. *Plorauit in nocte*, & Thren. 2. *Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem & noctem, non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.* lamentatrices itaque cum deberent inſtaurare, & ſuſcitare ſummo mane lamentationes & planctum nocte intermiſſum, aduentanti diei maledicebant; quare de iiſdem accipi poterit: *Qui maledicunt diei, &, Qui parati ſunt ſuſcitare luctum ſuum.* vel ſi forte non placeat, quod non omnino certa videatur illa noctu interquieſcẽdi conſuetudo, poterit vtraque illa pars ſeorſum accipi, vt ſupra indicauimus, cùm ſenſus conſtet; optat enim, vt lamentatrices & præficæ omnes non eant conductæ ad alicuius funeris lamentationes exequendas, ſed huius noctis cladem, & ſuam ipſius Iobi mortem, & funus (mortuum enim ſe cenſet, cùm in mortalem vitam editus eſt) plangant, & lamententur omnes; ſeque ipſas magiſtræ, atque principes ad plangendũ cæteras adhortentur, & exſuſcitent.

Vulgatus defenſus & elucidatus.

Nonius.

Exaggeratio planctus, cú nocte fit.

Ierem 9.1. *Ierem. 14.7.* *Thren. 1.2.* *Thren. 2.*

Sed huic quoque expoſitioni obijciamus primò, veriorem iudicari potuiſſe, ſi non in genere maſculino, ſed fœminino diceretur: *Quæ paratæ ſunt ſuſcitare.* Secundò, ſi illa placuiſſet Latino interpreti, vocem Hebræam non reliquiſſet intactam; quid enim faciliùs & clariùs quam dicere *luctum ſuum*, aut *ſocietatem ſuam*? præſertim cùm interpres non tenebras, ſed claritatem & lumen afferre debeat orationi. Tertiò, nam, vt ſuprà ex Varrone, & Ariſtot. adduximus, Phryges fuerunt huius inſtituti, & lugubris cantus inuentores; ijdemque eundem docuerunt Aenæam; ſed hi longe poſt Iobi, & Moyſi ætatem vixerunt. accedit etiam, quod triſtis ille, & lugubris cãtus Nænia Græcè dicitur, nomine videlicèt Phrygio, vt Pollux in Onomaſt. auctor eſt; eſt autem Nænia (vt inquit Feſtus) carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiá, quare aliquando Catullus *barbaram tibiam* dixit, id eſt, funebrem illam, quæ à Barbaris ſeu Phrygibus inuenta fuit. nam Barbarum pro Phryge dicebãt, & ſic etiam apud Iuriſconſultos Barbaricarij ſunt Phrygiones, qui veſtes acu pingunt: & Barbaricæ veſtes, eædem quæ Phrygiæ. vide Alciatum, & Cuiacium tit. de excuſatione artificum, l. 1.

Obijcitur pręcedenti expoſitioni.

Phryges inuẽtores cantus lugubris.

Pollux. *Feſtus.* *Catullus.*

Barbarũ pro Phryge.

Alciat. *Cuiac.*

Primò reſponderi poteſt, non tantùm lamentatrices, & cantatrices, ſed lamentatores etiam & cantores dici in Ieremia, loco ſuperiùs adducto; tum etiam Hamos 5. *Vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui ſciunt plangere.* Cuius loci ſententia non eſt accipienda de illis, qui ſenſus alicuius, aut plangendi participes eſſe poſſunt, vt frigidè quidam interpretati ſunt; ſed de illis, *qui* (vt Hieron. dixit) *ſciũt more prouinciæ præcinere ad cõcitandas lachrymas* quos & tibicines fuiſſe ex Matthæi 9. habemus. ſed ille præterea illuſtris in hanc rem locus eſt, Zachar. 12. Vbi ille infidelium Iudæorum planctus deſcribitur ſuper Chriſti paſſione, vnde ſibi tot calamitates aſciuerint. *Planget terra, familiæ, & familiæ ſeorſum, familia domus Dauid ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: familiæ domus Nathan ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum, &c.* Quo loco licet Cyrillus ridiculum & ſtultum dixerit intelligere mares hinc, illinc fœminas lamentum feciſſe; ſed ſeriò id aſſerendum putat Theodoretus; *Per tribus* (inquit) *diuiſi ſeorſum viri à mulieribus, & mulieres ſeorſum à viris hoc obibant.* & quidem etiá videtur virorum planctus indicari in Chriſti Domini paſſione; nam dicitur, Luc. 23. *Sequebatur illum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum.* & hæc etiam videtur eſſe *turba* illa *tumultuans*, Matthæi nono. Adde eam generum differentiam ſæpè confundi in ſacro ſermone, & al-

Reſp. ad pri- [illegible]

Viri lamentatores.

Qui Tibici- [illegible]

Zach. 12. 12.

Cyrillus.

Theodoret.

Luc. 23.

Matth. 9.

Caietan. terum pro altero frequenter poni.

Ad ſecundum, Caietanus ſcripſit propter metri menſuram, & ſonitum, eam vocem Hebræam retentam. ſed quid, quòd in Latina verſione nulla eſt metri menſura, quæ ſeruanda fuiſſet? at (dicere Caietanus poterit) eſt ſuus ſonitus certe quodam vocũ & dictionum numero conſtans, qui metrum ſonat, qui periret pluribus vocibus, aut additis, aut detractis in vna ſentẽtia. forte verior cauſa, vocis illius difficultatem, & dubitationem de vero ſenſu, aut etiam fœcunditatem vocis in Originali plura ſignificantis impuliſſe interpretem, ne in anguſtias Latinas compelleret, ſed liberiorem relinqueret, cui quiſque pro ſua diligentia, atque palato ſuum ſenſum tribueret ex plurimis, qui in illam cadere poſſent. neque mirum videri debet hanc vocem ex Hebræo retentam hoc loco, cum plures alias varijs de cauſis in Eccleſia Latina Græcas & Hebræas receptas habeamus, vt *Amen, Alleluia, Hoſanna, Racha, Maranatha.* qua de re diſputat Hieronymus epiſtola 137. ad Marcellam, & Auguſtin. 2. de doctr. Chriſtian. cap. 11. & epiſtol. 178. ex quo etiam genere eſt ille locus, Pſalm. 73. *Tu ſiccaſti fluuios ethan.* quod nomen non eſſe proprium, ſed appellatiuum ipſe etiam Hieron. agnouit, qui legit, *Siccaſti perennes fluuios* Denique ſicut plura nomina propria, appellatiuis vocibus reddit interpres, (de quo dicemus, capit. vltimo) ita aliquãdo plura appellatiua, quaſi propria ſint, intacta, atque illorum ſignificationem noſtro labori inueſtigandam relinquit.

Plures Hebræs voces retinet Eccleſia Latina. *Hieronym.* *Auguſt.* *Pſal. 73. 15.* *Hieronym.* *Vulgati interpretis conſuetudo.*

Ad tertium vnico verbo, res illa de origine cantus funebris incerta eſt, neque mirum prophanos ſcriptores ad ſacras literas antiquiores illius originem non reuocaſſe.

Sed proponamus tandem peculiare aliquid non omninò inutile ad huius prædifficilis ſententiæ illuminationem. Potuit ſanè Iob reſpexiſſe ad priſcum illum Athlantum inſtitutum. Sunt aũt Athlantes iuxta Athlantẽ Aethiopiæ montẽ, vulgò Athlantes dicuntur; Herod. Naſamoſſes; Pauſaniæ in Atticis Loxitæ; hi ſoli occidenti maledixe bãt, orientem quoq; maledictis excipiebant. Huius rei teſtis Herodotus lib. 4. verſus finem, vbi de Athlante monte diſſerit. *Hi* (inquit) *ſolem tráſcendentem execrantur, ei que præterea omnia conuitia ingerunt, quòd torridus, & ipſos, & regionem perdat.* idem Nicolaus Damaſcenus non ignobilis hiſtoricus apud Stob. ſerm. 44. ſcribit. Quanquam (vt rectè obſeruauit Fredenandus Pincianus caſtigans Pomponium) corruptè legatur Apharantes pro Athlantes. Pomp. Mel. lib. 1. de ſitu orbis, cap. 8. *Solem execrantur, & dum oritur & occidit, vt ipſis agriſque peſtiferum.* Solin. cap. 44. Polyhiſt. *Athlantes* (inquit) *ab humano ritu prorſus exulant: diris ſolis ortus excipiunt, diris occaſus proſequuntur; vſtique vndique torrentis plagæ ſidere oderunt Deum lucis.* & quidem videntur Latini hæc mutuari à Plin. qui lib. 5. cap. 8. ſic ſcribit: *Athlantes degeneres ſunt humani ritus, nam neque nominum vllorum inter eos appellatio eſt, & ſolem orientem, occidentemque dira imprecatione contuentur, vt exitialem ipſis agriſque, neque inſomnia viſunt, qualia reliqui mortales,* & cap. 1. de Athlante, & de Athlantis incolis hæc ſcripſerat; *Incolarum neminem interdiu cerni, ſilere omnia haud alio quàm ſolitudinum horrore; ſubire tacitam religionem animos propiùs accedentium, præterque horrorem elati ſuper nubila, atq; in viciniam Lunaris circuli, eundemque noctibus micare crebris ignibus.* Ergo ad horum nominũ antiquiſſimorum inſtitutum ſpectare videtur Iob in hanc ſententiam; Illi etiam homines, quibus nox in delitijs eſt, & lux infeſta, ideoque ſolem orientem execrantur, & noctu crebris luminibus vtuntur, hanc etiam infælicißimam noctem diris, & maledictis proſequantur.

Athlãtes qui, & quod illorum inſtitutum. *Herodotus.* *Pauſanias.* *Nicolaus Damaſcenus.* *Fredenandus Pincianus.* *Mela caſtigatus.* *Solinus.* *Plinius.*

Hæc habui, quæ in hoc prædifficili loco lectori proponerem, cuius erit ex pluribus optimum eligere, aut certe melius aliquid afferre. interea verò dum alius non comparet, ſenſus hic vltimus, aut etiam penultimus videtur non omnino reijciendus.

IX. Obtenebrentur ſtellæ caligine eius: expectet lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ.

1 *Stellarum denegatio, & luciferi matutini, de inſigni calamitate.*
2 *Vel fulminum ſplendorem deſiderant miſeri.*
3 *Stellas cælo cadere, quid.*
4 *Ars magica detrahendi Lunam & ſtellas, & quid detractiones apud Latinos.*
5 *Palpebræ auroræ quid. Sol cæli oculus.*

OPtat vt nihil omninò lucis huic nocti concedatur, nulla matutina crepuſculi, 1
vel auroræ aduentantis ſigna. *Obtenebrentur ſtellæ*, illæ videlicet, quæ in matutino crepuſculo affulgere ſolent, qualis eſt Lucifer matutinus. vel, omninò nullę ſtellæ. *Lucem expectet*, diurnã 2
videlicet, quæ tantis ærumnis finẽ afferat; ſed tamen fruſtra, vel in vniuerſum, lux nulla vel fulguris, vel fulminis illi affulgeat, quod in extremis malis naufragij numerare ſolent, vti illud Senec.

Vel fulminis lumen deſiderãt miſeri. *Senec. in Agã. act. 3.*

Nec hoc leuamen denique ærumnis datum eſt,
Videre ſaltem, & noſſe quo pereant malo,
Premunt tenebræ lumina, & diræ Stygis
Inferna nox eſt; excidunt tamen ignes,
Miſeriſque lucis tanta dulcedo eſt malæ,
Hoc lumen optant.

Ita verò obtenebrari poſtulat ſtellas, vt cælo cecidiſſe videantur, id eſt, periſſe omninò, 3
quod de extremis quoque temporibus calamitoſiſſimis dictũ eſt, *ſtellæ de cælo cadent.* vti idem eodem loco dixit.

Stellas cælo cadere, quid. *Matt. 24. 29.*

Subito luna conditur ſtellæ cadunt.
In aſtra pontus tollitur, & cælum perit.

Sic cum carmine incantatorio, aut arte magica offundebatur tetra nubes lunæ & ſtellis, 4
cecidiſſe de cælo exiſtimabant, & ſuis ſedibus extractæ, vti ille:

Ars magica detrahere cælo, lunam & ſtellas. *Virg. Eclog. 8.* *Interpres Apollonij.*

Carmine vel cælo poſſunt deducere lunam.

Et Apollonij interpres in Argon. ita perſuaſum fuiſſe narrat, Magos ſolẽ & lunam detrahere, vt vſq; ad tempora Democriti Eclipſes illorum ſiderum detractiones ſint nominatæ.

5 Palpebræ auroræ quid.

Nec ortum ſurgentis auroræ. in Hebr. *Palpebræ auroræ*, id eſt, primus albicantis auroræ ſplendor, quem alij poëtæ radios, capillos, pennas auroræ dicunt. Septuagin. *Luciferum Orientem.* Verùm inter reliquas traſlationes hæc Palpebrarum illuſtrior eſt, quòd oculum cæli reſpiciat, nãq; Solem cæli oculum videtur aurora quaſi poſt nocturnũ ſoporem, & clauſa lumina, iterum diductis, & apertis palpebris vigilantem & videntem mundo reddere. Aug. legit, *& permaneat*, id eſt, obruatur & ſepeliatur hæc nox ſempiternis tenebris.

X. Quia non concluſit oſtia ventris, qui portauit me, nec abſtulit mala ab oculis meis.

1 *Infantis venter dicitur aluus materna. Quid concludere vuluam aut ventrem, explicatus Geneſ.*

2 *Quatuor Dei claues quæ ſint ex Chaldæo. Deo peculiariter tribui ſterilitatem, aut fœcunditatem.*

3 *Videre, & oculus ad timorem vel ad experientiam referuntur.*

1 Chaldæus.

QVONIAM in fonte eſt, *ventris mei*, Chaldæus accepit de ipſo Iobi ventre, ſic enim legit: *Quia non concluſit portas maxillarum mearum, quæ ſunt oſtia ventris.* quaſi diceret, Quia mihi reſpirandi facultatem non abſtulit, neque os obſtruxit, ne lactans mammas appeterem, ſed certè res ipſa eſt, quã noſter interpres expreſſit, vt *Iobi venter* dicatur materna aluus, quę illum portauit. Catenæ auctor, & ex Latinis pleriq; hoc referunt ad natiuitatem; Cur in vitam, & lucem patuit aditus? quare nõ potius nox intra materna viſcera me oppreſſit? ſed quia ſimilis imprecatio ſubditur verſiculo 11. & quia aliud poſtulat familiaris Scripturę locutio, ſenſus erit, Quare ea nox tempus, & horam meæ conceptioni præbuit, & non potiùs antequam cõciperer, matrem meam ſterilem reddidit, congrediendiue facultatem non ademit? in hunc ſenſum dictum eſt Geneſ. 20. *Concluſerat Dominus omnem vuluam domus Abimelech*; id eſt, vxores illius reddiderat ſteriles. Onkelos, *Concluſerat Dominus omne oſtium vuluæ.* quod licèt quidam intelligant, non potuiſſe vxores Abimelech eniti prolem maturam, aut parere; veriùs tamen eſt, nõ potuiſſe concipere, & Gen. 29. *Aperuit Dominus vuluam Liæ, ſorore ſterili permanente.* Cum verò hæc dicit, nullam propterea agnoſcit facultatẽ ineſſe diei, aut nocti ad ſterilitatem efficiendam; cùm ex alijs locis conſtet eiuſmodi poteſtatem, & claues ad claudẽdum, vel aperiendum penes Deum eſſe: quod Paraphraſtes Ieroſolymitanus Gen 30. eleganter explicuit. *Quatuor* (inquit) *claues traditæ ſunt in manum Domini vniuerſi mundi, quas non tradidit Dominum nec Angelo, nec Seraphò; clauem ſcilicet Pluuiæ, clauem Cibationis, clauis Sepulchrorum, clauem Sterilitatis.* de claue Pluuiæ, ita dicit Scriptura: *Aperiet Dominus tibi theſaurum ſuum bonum.* Deut. 28. de claue Cibationis *Aperis manum tuam, &c.* Pſal. 145. de claue Sepulchrorum: *Cùm aperuero ſepulchra veſtra, &c.* Ezech. 37. de claue Sterilitatis; *Et recordatus quoq; Dominus Rachelis exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius*, Gen. 30. ſignificat itaq; harum maximè rerum poteſtatem apud Deum eſſe, Pluuiæ, Alimoniæ, Reſurrectionis mortuorũ, Sterilitatis aut fœcunditatis.

Niceta.
Quid cõcludere vẽtrem.
Geneſ. 20. 18.
Onkelos.
Geneſ. 29. 31.
2
Sterilitas à Deo efficitur.
Paraph. Ieroſ.
Quatuor Dei claues, quæ.
Deut. 28. 12.
Pſal. 45. 16.
Ezech. 37. 13.
Gen. 30. 22.

Nec abſtulit mala; Laborem, & dolorem; non enim (inquit) in lucẽ editus ſum, vt lucis ſuauitate fruerer; ſed vt irruentium in me malorum timore & aſpectu cruciarer. elegans timoris, aut diſcriminis impendẽtis deſcriptio; nã quæ impendent, & quæ minitantur infanti recens edito in lucem mala, videntur obuerſari ante illius oculos; quę, etſi non lædant, videntur aſpectu territare. ſimilis locutio. Iſai. 65. *Obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores, & quia abſconditæ ſunt ab oculis noſtris*; quaſi dicat, Nihil timemus aduerſi, nullus metus, diſcrimen nullum, malumue impendet; fortè hic malorum conſpectus ad ſenſum, & experientiam pertinet, vt ſenſus ſit, Non abſtulit, &c. id eſt, coniecit nos in miſeram incredibilium malorum experientiam. nam videre mala aut bona; experiri, aut ſentire eſt. Vides hic, quod ſupra dicebamus, in ipſam mali rationem per ſe conſideratam imprecationes has dirigi.

Iſai. 65. 16.

XI. Quare non in vulua mortuus ſum, egreſſus ex vtero non ſtatim perij?

GRADATIM humanæ vitæ, miſeræque mortalitatis noſtræ gradus perſequitur maledictis; Eſto conciperer, eſto naſcerer, debuiſſem ſtatim auferri.

XII. Quare exceptus genibus, cur lactatus vberibus?

1 *Excipi ex Hebræo quid. Quid præuenire in Sacro ſermone. explicatus Dauid, & Hoſeas, & quid vbera arentia.*

2 *Peccati gradus & ætates. quid Oua aſpidũ rumpere. quæ peccati ſenectus, explicatus Dauid & Salomon.*

SI, quod minùs infęlicibus alijs contigit infantibus, ſtatim poſt natiuitatem nõ perij ſponte mea, cur obſtetrix (malùm) me excepit genibus? quod alij incommode ad matrem referũt, cùm prima vbera, primumq; gremium, quę infantem ſuſcipiunt, & ſuſtinent, non matris, ſed obſtetricis, atq; nutricis ſint. Septuag. legunt: *Vt quid occurrerunt mihi* (naſcenti) *genua?* iuxta Hebræum, *Quare præuenerunt me genua?* a Radice (*Kidem*) quod eſt præcedere, aut præuenire. eadem vox Pſal. 17. *Exurge Domine, præueni eũ.* & Pſal. 88.* *Manè oratio mea præueniet te*; antequã illuceſcat, omnes occaſiones obſeruabo, vt te meis precibus pręoccupatum demerear. Similis etiam ſententia Hoſeæ. 6. *Da eis Domine vuluam ſine liberis, & vbera arentia*, id eſt vuluam, quę nõ concipiat; quod ſi conceperit, & fœtum ediderit, vt defectu lactis infans pereat. & in eandem ferè ſententiam, infrà; *Percuſſus eſt Ephraim, radix eius exſiccata eſt, fructum nequaquam faciet, quòd & ſi genuerit, interficiam amantiſſima vteri eorum.*

1
Amplificatio infælicisſimi partus.
LXX.
Quid excipi, ex Hebræo.
קדם
Præuenire.
Quid in Sacro ſermone
*Antes que amanezca, eſtare preuenido y aguar dando à vueſtra puerta con la peticion en la [redacted]
Hoſea. 6. 14.
Verſ. 9.
2

Quod verò ad mores attinet, D. Greg. qua-

Peccati gradus, & ętates quædam.

tuor in peccato gradus ex hoc loco conficit, cóceptioni, natiuitati, geſtationi brachiorum, & infantis lactationi reſpondentes. Et certè peccati cóceptionem, partum, aut natiuitatem Iacobus Apoſtolus indicat ca. 1. Concupiſcentia, videlicèt peccatum concipit in cordis ventriculo, tanquam in matrice; deinde operatione externa excluditur. *Concupiſcentia* (inquit), *cùm conceperit parit peccatum.* ſimili fere tranſlatione dicuntur apud Iſaiam, *Oua Aſpidum rumpere*, qui aliorum cogitationes, & concepta conſilia excludunt, perficiunt, opere exequuntur. Deinde praua conſuetudine peccatum alitur, & nutritur, & illecebris atque delitijs creſcit, & capit virium incrementa, atque lactatur; excuſationibus, & defenſionibus, quaſi brachijs geſtatur, & ſuſtentatur. Quod ſi velis etiam hunc peccati fœtum videre quaſi pannis obuolutum, beneque compoſitum, vide Pſal. 57. quo loco *peccatores* dicuntur, *erraſſe ab vtero, & vulua*, & prima peccati conceptione; *& operari iniquitates in corde.* Deinde dicuntur *iam manibus in iuſtitias*, & peccata *concinnare.* corridet peccator Peccato, velut pater infantulo, & ſuper genua illi blanditur, dum *per riſum ſtultus operatur ſcelus, & exultat in rebus peſſimis.* ſic creſcit, adoleſcit, ſeneſcit, ſicut Sapiens ait Eccleſ. 11. *Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt*, (ſimul cum ſcelere caligo tenebræq; naſcuntur) *qui autem exultant in malo, conſeneſcunt in malo.* prop. *malitia ſeneſcit in eis.* Tandem peccatum impio, non aliter atque proteruus filius paternæ domus exitium eſt, *ira patris*, & mœſtitia matri ſuæ.

Iacobi. 1. 15.

Quid Oua aſpidum.

Iſai. 59. 5.

Pſal. 57. 3. 4.

Prou. 10. 24.

Prouerb. 2. 14

Eccleſ. 11. 16.

Prouerb. 10. 1.

XIII. Nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem.

1 *Mors ſomnus ex profanis, item ex ſacris. & huius ſimilitudinis cauſſæ.*

2 *Mors & ſepulchrum, ſilentium dicuntur ex Heb. explicatus Iſai. Tacere, quid.*

3 *Mors prece, aut pretio auerti non poteſt. explicatus Dauid. Silentium erubeſcentium, & amicitiam dirimentium.*

4 *Mors quies, vita tumultus. Illuſtratus Eccleſiaſtic.*

5 *Quieſcere ad pacem ex bello refertur. mors, pax, vita, tumultus bellicus. Quorſum ſpectarent Chriſti Lachrymæ in morte Lazari.*

6 *Defunctus non cadit victus, neque ſpoliatur veris bonis Romuli manipulus.*

7 *Mors ſerenitas poſt tempeſtatem. vita procelloſum mare. mors item portus. Sinus Abrahæ. Pſalmus 106. allegoricè.*

I

Mortis cum ſomno comparatio.

MORTEM bono & commodo caſſuram ſibi ait, vt quæ ſomno, ſilentio, & quieti iucundiſſimæ ſimilis ſit. & mortis quidem cum ſomno comparatio frequentiſſima eſt tum apud prophanos, quorum quidã dixit:

Catull.

Soles occidere & redire poſſunt.
Nobis cùm ſemel occidit breuis lux,
Nox eſt perpetua vna dormienda.

Falſi enim putabant, qui ſemel mortis ſopore correpti forent, numquam iterum ad vitam expergefaciendos. propterea enim duram & ferream huius ſomni quietem Virgilius quoque dixit:

Virg.

Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus; in æternam clauduntur lumina noctem.

Atque eodem pertinet illa Anaxagoræ ſententia, Ex duabus rebus poſſe nos cognoſcere quales poſt mortem erimus, videlicèt & ſomno, & eo tempore, quod noſtrum cuiuſque ortum anteceſſit.

Anaxagor.

Sed multò elegantiùs apud Sacros, Pſalm. 12. *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte.* (id eſt tuæ lucis fauore & radijs diſijce tenebras inſidiarum, & diſcriminum meæ vitæ, namq; iſta mihi, velut nocturnæ tenebrę, mortis ſomnum conciliabunt. ne triumphet igitur hoſtis me ſublato) *Ne quando dicat inimicus meus, præualui aduerſus eum.* Ipſe etiam habitus cadaueris præfert dormientis ſpeciem. Quibus ex cauſſis introducta eſt illa peruulgata in Eccleſiam vox, *Cæmeterium*, locus videlicèt ſepulturæ fidelium, quaſi dicas dormitorium, à *Chemao*, Græco, id eſt, dormio. Sed quod Chriſtus Dominus ſæpè vocauerit mortem ſomnum, peculiares cauſſę à patribus aſſignari ſolent, dum Lazari illum ſomnum tractant quæ facilitatem & breuitatem reſurrectionis Lazari efficiendæ, nihilò minorem, quàm dormientem expergefaciendi reſpiciunt potius, quam ipſius mortis rationem, & naturam. Sed nunc ea potiſſimum ratione mors cum ſomno comparatur, quòd ſicut poſt diurnum laborem nox atque ſomnus afferunt quietem, & ceſſationem corpori laſſo; ita poſt vitę ærumnas licet defuncto in morte requieſcere; cùm ſcriptum ſit Pſalm. 103. *Ortus eſt Sol, & exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam.* tunc enim intermittitur labor, & ſomnus *Pectora longis Feſſa miniſterijs fulcit, reparatque laborum.*

Pſalm. 12. 4.

κοιμάω.

Pſal. 103. 23.

Nam inter dormiendum nodus ille, quo animus aſtringitur oneri corporis, ſi non diſſolui omnino, certè videtur laxari & animus ſolui in quietem. ſed recurret iterũ hac de re dicendi locus. Nunc tantũ id, quod Lactantius dixit. lib. 6. c. 16. *Qui immobilitatem animi aſſerunt, priuare animum vita volunt, quia vita actuoſa eſt, mors quieta.* Somnus enim iners omnino eſt.

Lactantius.

Secundò, tum mors, tũ defunctorum ſepulchra *ſilentium* dicuntur, nam infernus (*duma*) id eſt, *ſilentium*, dicitur, à verbo (*dum*) quod eſt ſilere. Hinc illæ *Silentes vmbræ.*

2

Mors ſilentium.

דוּמָה

דוּמִי

Et Chaos & Phlegeton loca nocte ſilentia latè.

Colludit verò cum ſignificatione vocabuli Pſalm. 113. *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum: Duma*, ſilentium; non enim mortui publicã ad viuos orationem habent de Dei laudibus. Pſal. 30. *Erubeſcant impij & deducantur in infernum, muta fiant labia doloſa.* id eſt pereant omninò, & ſimul cum voce vita illis eripiatur. ſic etiam Iſai. 6. *Væ mihi, quia* (aſſeueranter, certe) * *tacui*, id eſt perij; actum de me exiſtimo; perinde cenſeri debeo, ac ſi mors mihi loquendi facultatem eripuiſſet. Eſt autem hoc quoq, defunctorum ſilentium, quies quædam, atque ceſſatio ab omni vitæ actione, cùm ſilere is quoque dicatur, qui nihil agit; iuxta

Pſalm. 113. 17.

Pſalm. 30. 18.

Iſai. 6. 5.

* Ya ſe me quita la habla, y morira ſin repato, quien tal viſion del otro mundo ha uiſto.

id Exod.

Exod.14.14.
* Dios ſera el que venga a las manos cõ el enemigo, eſtādoos vos otros mano ſobre mano.

id Exod.14. *Dominus pugnabit pro vobis, & vos * tacebitis.*

8

Eſt verò in hoc mortis ſilentio obſeruandũ, nullum eſſe remedijs locum, vbi ſilentium eſt, & nulla linguæ, nullà clamandi, neq; implorandæ opis facultas adeſt. quam ineuitabilem moriendi neceſſitatem, & legẽ Hebræi varijs modis explicarunt in Midras Thehilim, id eſt, in expoſitione Pſalmorum, ſuper id Pſ. 103. *Cantabo Domino in vita mea,* & ſuper id Pſal. 48 *Frater non redimit, redimet homo? non dabit Deo placationem ſuam, & pretium redemptionis animæ ſuæ.* de quo vide Galat. lib. 6. c. 7. Paulus verò abunde explicuit dicẽs: *Statutum eſſe hominibus * ſemel* (irreuocabili, & firmo decreto, ita vt ſecundò iterari, aut inſtaurari minimè ſit neceſſe) *mori,* cùm verò moriendi legem ſpontè ſuſceptam ſignificauit Dei filius, cùm ex affectu ſenſitiuæ partis mortem deprecaretur; *Clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad inſipientiam mihi,* id eſt Mihi, qui nihil pœnæ aut mortis debeam propter vllum ſcelus admiſſum, inſipientię nõ dabitur hæc tam anxia, tamq; ardens mortis deprecatio; cæteri verò peccatores, & peccatorum pęnis obnoxij, ſi mortem deprecari conarentur, inſipientes habendi eſſent. nam ſtultè contra mortem auxilium poſtularẽt; cùm hoc malum ex illis non ſit, quæ clamore, aut oratione auerti poſſunt. ergo Mors ſilentio excipienda eſt, ſilentium imperat, & ſilentium dicitur.

Heb.9.27.
* De vna vez quedo para ſiem pre determinado.

Pſal.21.3.

Præterea moribundus, vt qui nihil cũ mundo comercij deinceps habiturus ſit, ſublata iã amicitia, & per ſilentium dirempta, terga vertit Deo, mors etiam * ſilentium. Tandem, cùm ſilentium ad erubeſcentiam quandam, & confuſionẽ pertineat, iuxta id Mich. 7. *Videbunt gentes, & confundentur, ponent manum ſuper os ſuum, vox fugiet ab eis, &c.* mors rectè dicetur vocem ijs eripere, *qui confidebant in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriabantur: & confundentur ſuper hortos, quos in hoc mundo elegerant,* cùm videant nullum *habuiſſe fructum in illis, in quibus tunc erubeſcunt.*

* El mũdo y el que muere como tenni dos deshazẽ la cõpannia y ſe quitã la habia.
Mich.7.
Silentium ad erubeſcentia & cõfuſionẽ pertinere.
Iſai.1.29.
Rom.6.21.

4

Mors quies.

Vita hæc tumultus, & vociferatio.

Tertiò, quòd ad mortis quietem attinet, ſeu ſomnum mortem dicas, ſeu ſilentium potius nomines, ſemper illam dicis, quietem, & tranquillitatem. Eſt nimirum vita hęc vniuerſa inanibus curis, & moleſtiſſimis cogitationibus infeſtata, quę animũ aggrauant, obruũtque inſomni quadã & permoleſta vigilia. Eſt quoque tumultus quidam, & indiſtincta vociferatio, multa cõfuſione permiſta, quæ importunis curarum, & cupiditatum clamoribus obtundit aures, caput quaſſat, atque mentem defatigat. Quam verè, quamq́ue multa experientia compertum Eccleſiaſticus dixit, *Occupatio* (negotium, moleſtia, perturbatio) *magna, creata* (deſtinata) *eſt omnibus hominibus à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium: cogitationes eorum, & timores cordis, * adinuentio exſpectationis.* (videntur enim non ſolùm creata iam bona, ſed noua alia ſua cupiditate excogitata deſiderare, * *transferunt* videlicèt *in affectum cordis,* ad nouas voluptates deſiderij gradum facientes) *& dies finitionis* (metus mortis nunquam non imminentis, nunquam non minitantis) *à reſidente ſuper ſedem glorioſam, vſque ad humiliatum in terra, & cinere; ab eo qui vtitur hyacintho, & portat coronam, vſque ad eum, qui operitur lino crudo. furor* (ira, effrenatus & præceps impetus aduerſus inferiores) *Zelus* (inuidia, æmulatio aduerſus æquales) *tumultus* (interna animi perturbatio) *fluctuatio* (commotio, agitatio: dum nihil certi animus apud ſe inſtituit, inter ſpem & metum vacillat, & fluctuat) *& timor mortis* (hæc omnia exacuuntur timore mortis) *iracundia perſeuerans* (excruciant etiam animum inueterata odia) *& contentio* (graues inimicitię), *& in tempore refectionis in cubili ſomnus noctis immutat ſcientiam eius* (hæc, inquam, omnia, & ſomnus ipſe per ſummam animi non quietem, ſed perturbationem captatus non permittunt animum in eadem opinione conſiſtere) *Modicum * tanquam nihil in requie* (ferè nihil captatur ſomni aut quietis) *& ab eo in ſomnis quaſi in die * reſpectus* (dormit & clauſis oculis videtur ex ſpecula contemplari, ne hoſti pateat aditus, neue accedat propè) *Conturbatus eſt in viſu cordis ſui, tanquam qui * euaſerit in die belli.* ſomno fingit hoſtiles inſidias, & vix poſſe ex illis euadere. non enim cuique datur vt dicere cum Dauid poſſit: *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam,* neque illud: *Ego dormiui & ſoporatus ſum & * exſurrexi.* Ergo cùm quies ipſa quæ in vita haberi poteſt plena ſit tumultu, atque terrore, oportet illam eſſe moleſtiſſimam quandam & inſomnem vigiliam; Mortem verò ſomnum atque quietem placidiſſimam, omniumque laborum atq; ſolicitudinum perfugium.

Eccleſ.40.1.
* Paſan à deſear, y à mudar nueuos generos de deleytes.
Pſal.72.7.

* Es caſi nada lo que ſe duerme, y menos lo que ſe repoſa durmiendo.
* Cerrados los ojos tiene ojo à mil cuidados enemigos, q̃ lo cercan.
* Sueña que el enemigo le ſigue, y q̃ es capa por milagro molido y deſpeado.
* No me deſpertarõ cuidados que yo dormi haſta no mas.

5

Pſal.4.9.
Pſal.3.6.
שקט

Quartò, cùm hoc quietis nomine mortem compellari audio, omnibus bonis refertam quandam, atque iucundiſſimam pacem, poſt vitæ peractam militiam, poſt bellicumq́, negotiorum omnium tumultum intelligo. idq. valde accommodatè ad verbum (*Sakat*) quod hoc loco requieſcere ſignificat, & frequenter ad pacem & ceſſationem à bello refertur; idque ſiue prælij aut belli nomine adiuncto, vt Ioſue. 11. *Quieuit terra à prælijs,* ſiue abſolutè poſitum. Iudic. 5. *Quieuit terra per quadraginta annos* & Ieremię 46. Poſt magnas bellorum & hoſtium clades; *Reuertetur Iacob & requieſcet, & proſperabitur, & non erit qui exterreat eum.* Zachar. 1. *Omnis terra habitatur, & quieſcit.* Ezechi. 16. *Quieſcam, & non iraſcar.* hoc itaque quietis, pacíſque nomine parens Eccleſia defunctis gratulatur, & cùm precatur, iùbet eos, vt *in pace requieſcant* iam diſcriminum expertes, à vitiorum, ſæuiſſimorumque hoſtium incurſionibus ſecuros, & liberos; non commouendos neq; concitandos iterum vaſtis, terrificiſq; clãgoribus tubarum mundi, atq; Dæmonis; non audituros claſſica ſæuum, & immane ſonantia, non excepturos ſingulis penè horis, momentis potiùs, innumerũ malorum, atq; ærumnarum, vno quaſi facto agmine irruentiũ impetũ. Meritò igitur emeritus ille Simeon ſenex poſt tot vitæ diſcrimina enixè ſibi quietẽ & otium precabatur, & *in pace dimitti* atq. diſcedere. meritò Samuel vitæ militia iã functus, cũ a Saule, qui nuper exceſſerat è caſtris, ab inferis euocaretur, grauiter

Quies ad pacem ex bello pertinet.
Ioſue.11.23.
Iudic.5.32.
Iere.46.27.
Zach.1.11.
Ezech.16.42.

Luc.2.29.

atque

1. Reg. 18. 15.

atq; ſeuerè conqueſtus: *Quare* (inquit) *inquietaſti me, vt ſuſcitarer?* quaſi diceret, quid tentas iterum nõ ſolùm antiquo me includere ludo, ſed prælio etiam periculoſiſſimo, nõ tibi peculiari, ſed communi omnibus mortalibus? cur ad vitæ negotia, ad ſolicitudines, ad lites, ad baltheum & gladium, ad excubias, & vigilias, & ad belli tumultum & incommoda, denique ad armorum me diſcrimina vocas? Huc videtur aliquando reſpexiſſe Seneca, dum ad conſolationem mortis dixit: *Quis ſanus ex auiſo: an moleſtè tulit?* rem eandem Chriſti aſſertoris lacrymæ illæ non obſcurè ſignificârunt, quibus Lazarum amicum iterum ad prælium & periculum reuocandum excepit potiùs, quàm militia vitæ defunctum proſequutus eſt, vt ſapienter obſeruauit concilium Toletanum tertium & refertur C. qui diuina 13. quæſtio. 3. *Chriſtus non plorauit Lazarum mortuum, ſed ad huius vitæ ærumnas plorauit reſuſcitandum.* quo etiam loco eleganter Hieronymus vtitur in conſolatione ad Tyraſiam ſuper morte filiæ. *Talibus* (inquit) *ac tantis tempeſtatibus vitæ tot ſæculi clades euaſit, propter quod admonet Dominus Apoſtolos ſuos, dicens: Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad patrem. Planè Lazarum fleuit mortuum, ſed non illas lachrymas fudit; doluit Lazarum non dormientem, ſed potiùs reſurgentem, & flebat, cùm cogitabatur, propter ſe iam dos alios ad ſæculum reuocare; hanc vitam dans Dominus ingemiſcebat.* eleganter quoque hanc ipſam ſententiam expreſſit in Hypolit. Seneca,

Seneca.

Quorſum ſpectarent Chriſti lachrymæ in morte Lazari.

Ioan 11.

Concilium Toletanum.

Hieronym.

Senec. in Hip. Act. 4.

Qui clara videt ſidera mundi,
Nitidumque diem morte relicta,
Luget mæſtos triſtis reditus,
Ipſoque magis flebile Auerno
Sedis patriæ videt hoſpitium.

6 Bellum cum vitæ hoſtibus morte dirimitur.

Eſt verò eiuſmodi hoc, quod, dum viuimus, prælium gerimus, vt niſi morte, nulla alia ratione dirimi poſſit. Neq; verò cùm morimur, ideo vincimur; diſcedimus ſanè vili, tenuique noſtri corporis, & aliarum externarũ rerum præda mundo relicta: ſimile dicas fuiſſe Romuli quondam conſilium, qui non aliud ſuis militibus erexit militare vexillum, quàm fœni manipulum ſublimi haſta appenſum; vt ille dixit:

Romul⁹ pro vexillo manipulum haſta appendit.

Ouid. 3. Faſt.

Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos.

ea mente, vt ſi fortè vexillifer, aut manipularius in hoſtium manus incideret, non continuo illi victoriam canerent, neque haberent pinguiorem aliam prædam, de qua gloriari poſſent, quam fœnum, & paleas. Non aliter cùm terga vertit animus vitæ huic, cũ ſe exuit corpore, internas diuitias ſecum exportat, fœnum tantum relinquit. Ergo ſi vita hæc non ſolùm militia, ſed ipſum prælium atque conflictus ſit, mors profecto erit tuta, atq; tranquilla pacis quies. vitæ verò incommoda, quæ neque minora, neq; pauciora, quam militiæ, ſunt, cap. 7. perſequemur.

Defunctus neq; vincitur, neque ſpoliatur veris bonis.

7 Mors ſerenitas & tranquillitas poſt tempeſtatem. Vita hæc mare feruens.

Quintò, & vltimò. Mors quies eſt, id eſt, aëris optata ſerenitas, cælumq; pacatũ, poſt turbulentiſſimi maris æſtum, & tædam vitæ tempeſtatem iam ſedatam. Non aliter namque, quàm procelloſum & feruens mare, *quod quieſcere non poteſt*, vita hæc ſæuis tempeſtatibus agitatur, miſerandis procellis, perpetuis imbribus, concitatiſſimis fluctibus. quicumque verò vitæ ſpiritum ducimus, *Deſcendimus mare in nauibus* corporis huius, *facientes*, & exercentes *operationem*, & negotia vitæ *in aquis* ſolicitudinum *multis*, expoſiti inclementibus atque procelloſis tentationum ſpiritibus; intumeſcentibus vero, ſæuientibuſq; fluctibus exaltamur *& aſcendimus vſque ad cælos*, & ſubſidente immenſa quadam voragine *deſcendimus vſque ad abyſſos*; mole nimirum diſcriminum vel deprimimur, vel ad ſumma faſtigia & præcipitia rapiamur: *anima* interim noſtra in medijs tempeſtatis huius fluctibus, & *in malis tabeſcit, turbantur, & mouentur* crebra iactatione *ſicut ebrius*. agimurque inſana vertigine, & *omnis* interdum humana *ſapientia*, capiendique conſilij ratio, quo tot mala declinare impendentia poſſimus, abſorbetur, & *deuoratur*. Ergo imploranda eſt diuina potentia, quæ tantis malis ereptos *deducat in portum voluntatis* noſtræ: is eſt optata mors, & vitæ finis præſtitutus, exilit e nauigio corporis iam labefactato, & dehiſcente animus; & cadauere cadente in terram, littus in portu tenere videtur, & requie optata frui. Rem hanc in euangelico illo Lazaro expreſſam videre licet, qui poſt tot vitæ miſerarum iactationem, & fluctus impellente morte appulit tandem *ad ſinum Abrahæ*, tanquam ad ſinum terræ, portumque tutiſſimum, atque fidam ſtationem, quæ nihil cum ventis, nihil cum fluctibus haberet, vt canere iam tunc lætus poſſet,

Pſal. 106. ad allegoriam adductus.

Luc. 16. 21.

Sinus Abrahæ tutus portus Lazaro. Mors portus

Nunc mihi parta quies, omniſque in limine portus.

Eleganter Seneca in Agamem.

Sene. in Agamemn. Act. 3.

Cicero Lta.

Heu quam dulce malum mortalibus additum
Vitæ durus amor; cùm pateat malis.
Effugium, & miſeros libera mors vocet;
Portus æterna placidus quiete.

Perinde itaque (vt ad Lazarum redeam) eſt in ſinu, atque in portu eſſe; & portari *in ſinum Abrahæ*, atque deferri in portum, ex longa nauigatione. Quare ſapienter, & grauiter dictũ eſt à Cicerone: *Paratum nobis portum, & refugium mortem putemus; quo vtinam velis paſſis peruehi liceat, ſin reflantibus ventis reijciemur, tamen eodem paulò tardiùs referamur neceſſe eſt.* Interim verò dum in vita ſumus, & medio pelago, quo modo tempeſtatem & iactationem optima ratione perferamus, curandum eſt, nam vt ille dixit: *Tenere portum ſi nequeas, nauigando tempeſtati obſequi artis eſt.* atq; in eandem rem, quiſquis fuerit, meritò ille commendatur à Plutarcho: *Qui audenter loquutus, more eius qui ſe rudente à tempeſtate tuetur, O mors Pæan, medicus accedas, portus enim procul dubio vnicus es, per terrarum orbem.*

1. Tuſc.

Plutarchus in conſolatio. ad Apoll.

XIIII. Cum Regibus, & conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines.

1 *Triplex huius ſententiæ intellectus.*
2 *Conſules iidem qui iudices. Vulgatus recentiora nomina libenter vſurpat.*

3 *Periphraſis quomodo accipienda. Regula Iuris. Solitudo quid. vrbium conditores celebres.*

4 *Monumenta ſumptuosè ædificata in agris quondam. Reges in montibus ſepeliri, ex ſacris & prophanis. explicatus Matthæus.*

1
CVM Regibus. Cùm Rex (inquit) fuerim, deterioris conditionis eſſe non debui, quàm Reges alij, qui vitæ laboribus defuncti ſecurè iam ac ſuauiter dormiunt. idem Elias dixit, ſed inuerſa ſententia: *Tolle animam meam, neque enim melior ſum, quàm patres mei.* vel ſic eſto ſenſus; Si mortuus fuiſſem, nihil nunc haberem minus, quam potētiſſimi principes, qui rerum aliquādo potiti, abundè & largiter vitæ ſe voluptatibus tradiderunt. nihil ergo nouum & inſolitum mihi accidiſſet, cum eadem ſors oēs occupet ineuitabilis. Vel certè poſſunt hæc reſpicere ipſos amicos, ad quos loquebatur; Quamuis iam ego deceſſiſſem, vos autem adhuc vita, & vitæ voluptatibus fruamini, ſed tamen tandem eadē nos terræ quies excipiet, eadem extrema ſors.

3.Reg.19.4.

2
Cum conſulibus. Conſules hic ſunt conſiliarij, magiſtratus, quorum dictis, conſilijs, exemplis tota vrbs componitur. à verbo (*Iaghats*) quod eſt conſulere, aut conſilium inire, vel dare. idem nomen ſubeſt Prouerbiorum 15. *Vbi ſunt plures * conſiliarij, cogitationes firmantur.* ſed placuit tamen noſtro interpreti nomen *Conſulum* multò recentius, cùm eadem ferè ſit ratio, & etymologia nominis conſulis, à conſulendo; vtrumque namque eſt nomen magiſtratus, & iudicis. Quare Quintilianus libro 1. cap. 6. dubitat; *Sitne nomen conſulis à conſulendo, an iudicando dictum*; nam & hoc *Conſulere, pro iudicare veteres dicebant*: Vnde illud, *Boni Conſulas*, id eſt, Bonum iudices. & Varro libro de vita popul. Roman. apud Non. ait: *Iſdem dicebantur Conſules & Prætores: quòd præirent populo, Prætores; quòd conſulerent Senatum, Conſules.* & Cicero libro tertio de legibus. *Regio* (inquit) *imperio duo ſunt, ijdemque præeundo, iudicando, conſulendo, Prætores, Iudices, Conſules appellantur.* Ergo Conſul iudicabat, & iudicando conſulebat. & quidem Polyb. lib. 6. hiſt. dū Conſulum officium deſcribit, ſic ſcribit: *Conſules, antequam legiones educant ex vrbe, omnium publicarum rerum actiones penes ſe habent.* Et certè Hiſpanum nomen, quod ſcriptione valde differt, pronuntiatione tamen & ſonitu non valdè differre videtur ab originali voce *Iaats*, noſtrū verò eſt *Iuez*, nam *Zain*, & *Tſade* ſunt ſimilis ſoni. itaque cùm eadem res ſit Conſiliarius, Magiſtratus, Iudex, Conſul, Latinus interpres Cōſule vſus eſt, celebriori tunc nomine, & notiori, qui mos apud illum obtinuit, vt, quoad fieri poſſit, vetera recentioribus, clarioribuſque permutet nominibus; vt Iſa. 45. *Væ qui contradicit Fictori ſuo, teſta de Samijs terræ.* Samia vſurpauit; cum neque in Originali, neque Iſaiç tempore vaſa Samia in pretio fuerint, ſed multò poſt. & Nahum 3. *Numquid tu melior es Alexandria populorū?* in Originali eſt, *No*, vrbs magna, quæ a Babylonijs euerſa eſt. ſed ſui temporis nomine vſus eſt interpres; nam ea vrbs anno 204. ab euerſione, reçdificata ab Alexādro magno, Alexandria dicta eſt.

יעץ

Prouer.15.22.

* A poder de muchos buenos conſejos ſaien las traças buenas.

Cōſul idem qui Iudex, aut prætor.

Quintilian.

Varro.

Cicero.

Conſuetudo vulgati interpretis.

Iſai.45.9.

Nahum.3.8.

Alexandria quando reædificata.

3
Qui ædificant ſibi ſolitudines. Videtur periphraſis principū virorū: de quibus tum in antecedentibus, tum in conſequentibus loquitur, & licet quidē in periphraſi illa Iuris regula iure obſeruari debeat: *Ne fiat vis in verbis, vbi de intentione conſtat*; non enim benè quis inde colliget Chriſtum Dominū calceamentis vſum fuiſſe, quòd Ioannes dixerit: *Non ſum dignus eius corrigiam calceamēti ſoluere*; nā illa eſt prouerbialis periphraſis, quæ ſeruū miniſtrumue ſignificat, ſiue herus calceamentis vtatur, ſiue non: tamē in hac noſtra periphraſi oportet vim illius vocis, *ſolitudines*, accuratè examinare, quòd ex ea pēdeat totius periphraſis vis, & intelligētia. Primò enim *ſolitudines* eſſe poſſunt palatia ampliſſima, & arces magnificentiſſimæ, quas implere non poſſet regalis aliqua, eademq; numeroſiſſima familia, vt quamuis multi ibi habitent, ſed tamen præ vaſtitate, eremus, aut monaſterium, vbi nullus, vel vnus habitat, cenſeri debeat.

Periphraſis virorū principum.

Regula iuris.

Ioan.1.27.

Solitudo quid.

Secundò, loca venationi apta, nō niſi à potentiſſimis & opulentiſſimis viris in ſolitudinibus, & ſaltibus extructa. Reges aūt & Principes venationi deditos fuiſſe oſtendit Baruch. 3. *Vbi ſunt Principes gentiū, & qui dominantur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terrā? qui in auibus cæli ludunt; qui argentū theſaurizant & aurū in quo confidunt homines.* ſane qui primus affectaſſe imperium, primuſq; regni rationem inſtituiſſe in Chaldæa ſcribitur, Nemrod, primus quoq; venatoriam exercuit: *Robuſtus venator coram Domino.* illud enim, *coram Domino*, publicam apud omnes venatoriæ artis peritiam & exiſtimationem affert.

Secunda ſignificatio.

Nobiles venādi ſtudioſi

Baruch. 3.16.

Geneſ.10.9.

Tertiò, intelligi poſſent viridaria, aut domus ruſticæ recreationis gratia extructç, quæ regibus, & viris principibus ſolent eſſe in delitijs.

Quartò, vrbes in medijs ſolitudinib' erectæ, & fundatæ ad immortalē ſuorum cōditorum memoriā; nam cùm tunc tēporis rara oppida, valdeq. paucç vrbes erectis çdificijs cōſtarent, ſiquis vrbē à fundamentis conderet, is immortali nomine dignus inter viros principes cēſebatur. Huic ſenſui fauere poteſt, quod inferiùs dicitur c. 15. *Habitabit in ciuitatibus deſolatis, & in domibus deſertis, quæ in tumulos ſunt redactæ.*

Vrbium conditores celebres.

Iob.15.18.

Sed illud veriùs dici exiſtimo, vt *ſolitudines*, ad ſepulchra, & monumenta pertineant, quæ à principibus magnis ſumptibus, magno etiam columnarum numero in campis ædificabantur. qui ſumptus cùm apud Romanos modum excederent, de illis cauerunt duodecim Tabulæ; qua de re ita Cicero: *Noſtræ quidem legis interpretes, quo capite iubent ſumptus, & luxum remouere à Deorum Manium iure, intelligunt in primis ſepulchrorum magnificentiam eſſe minuendam.* Videlicèt referebantur hæc ad honorem omnia, quare funus atque ſepulchrum *ſupremum honorem* vocabant, vt videre licet apud Virgil. 11. Aeneid. Ammianus quoque Marcell. vocauit ſepulturam *Honorem ſupremitatis.* certè in vnum illud Hepheſtionis monumentum multa ab Alexandro talenta dicuntur expenſa. Præcipua quoque apud Aegyptios ſepulchra talento taxabantur, vt auctor eſt Diodorus Siculus lib. 2. cap. 5. Aethiopibus verò ditioribus monumenta ex auro fiebant; tenuioribus ex argen-

4
Monumēta ſumptuosè extructa in agris.

Cicero.

Virg.

Ammian.

Hepheſtionis monumentum.

Diodorus.

Herodotus.

to,vt ex Herodoto lib.3. & Diodoro lib.3. c.5. conſtare poteſt. Maior quoq; Apud Aegyptios ſepulchrorum,quam domorum cura. ſolos Indos ex Serabone lib.15. atque Germanos ex Tacito,in tumulis,& ſepulturis faciēdis perparcos extitiſſe legimus; certè cum Abrahā nihil in terra poſſeſſionis comparaſſet, ſed agrū tamen ſepulturæ non paucis argenteis à filijs Hemor coemendum duxit; eaque eiuſmodi operoſa & magnifica monumenta in ſolitudinibus, id eſt, in campis, & extra vrbes fuiſſe certum eſt,tum ex prophana, tum ex Sacra hiſtoria. Seruius in id Verg. II.

Strabo.
Cornel. Tacit.
Geneſ.23.16.

Fuit ingens monte ſubalto.

Regis Decenni terreno ex aggere buſtum ſcribit, nobiles in montibus,aut ſub montibus ſepeliri ſolitos: Reges quoque in montibus,ſed non niſi aut piramidibus aut columnis ingentibus erectis,impoſitiſque ſepulchris ſepeliri illud teſtatur,Lucani.

Reges in montibus ſepeliri ſolitos.
Lucan.

Et Regum cineres extructo monte quieſcunt,
Cum Ptolomæorum matres,ſerieſque pudendum,
Piramides claudunt.

Apud Perſas quoque mons erat Regius nomine,in quem ſoli Reges conderentur. Traianus primus apud Romanos ſepulchrum intra vrbem conſtituiſſe dicitur ab Eutrop. lib. 8. & Aurel. Victore in illius vita. illa quippe eatenus viuebat duodecim Tabularum antiquiſſima lex. *In vrbe ne ſepelito, neue vrito.* quam habet Cicer. in 2. de legibus. quare Auguſtus in ſexto ſuo conſulatu mauſoleum extruxit inter viam Flamminiam, ripamque Tyberis; circumiecitque ſyluas, & ambulationes, referente Suetonio. Tandem plena erant apud Romanos prædia,pleni agri, plenæ publicæ viæ huiuſmodi monumentis: plena quoque legum volumina eiuſmodi teſtimonijs. vide Adrianum de ſepulchro. violat. ex quo id Pauli. I Sentent. *Corpus in ciuitatem inferri non licet, ne funeſtentur Sacra.* Tandem in Pauſania multa quæ rem hanc confirment lib. 2. Ex Sacris verò non pauca ſuppetunt de agro ſepulturæ,quem emit Abraham ab Hethæis Geneſ. 23. de ſepulchro Eliſæi, quod erat in ſolitudine, qua latrones excurrebant. 4. Regum. 13. de ſepulchris vulgi extra vrbem. 4. Reg. 23. eiuſmodi quoque ſibi, imò Chriſto redemptori Ioſephus ſepulchrū *Nouum exciderat in petra, in quo nondum quiſpiam poſitus fuerat.* Matth. 27. Huc illud, quòd cum Chriſto reſurgente multa aliorum quoque *monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum, qui dormierant ſurrexerunt, veneruntque in Sanctam ciuitatem;* quippe ſepulchra extra vrbem erant ad torrentem Cedro. Itaque iam tandem hęc eſt huius loci, Iobique ſententia, Si me occupaſſet mors nihilo ego minus nunc quieſcerem, & ſi regali monumento carerem, quàm Reges alij, qui magnificentiſſima ſibi ſepulchra *in campis*, deſertiſque locis extruunt. qui ſenſus confirmari ex contextu poteſt, qui de morte eſt, a quo non longe abeſt ſepulchrum: tum etiam ex ſequentibus, quæ eodem ſpectant.

Eutrop.
Aurel. Vict.
Lex duodecim Tabularum.
Suetonius in Aug.
Paulus. I.C.
Pauſan.
Sepulchra in agris.
Geneſ.23.
Matth.27.
Matth.27. 52

XV. Aut cum principibus,qui poſſident aurum, & replent domos ſuas argento.

1 *Mors pretioſior auro. Moyſes aſportans oſſa Ioſeph quid indicet.*
2 *Circumlocutio virorum principum. Pretioſæ veſtes, & aurea ſuppellex nobilium. Aurum ad diuinos honores.*
3 *Diuites & nobiles ad magiſtratus. arcēdi auari. Salomō aliquādo tactus auaritia. explicatus Eccleſiaſt.*
4 *Monumenta quondam inſtructa aurea & argentea ſuppellectile. Cadauera condita cum pretioſa veſte. Dauidis ſepulchrum, quædam ex prophanis.*
5 *Digreſſio de locis,in quibus monumenta & cadauera conſtituebātur,ex Sacris, & prophanis plurima. Colenda pia defunctorum memoria.*

NVNC mortem, mortiſque commoda & 1
vtilitates maximas præponere videtur auro, & argento. res adumbrata quondam in Moyſe, quantum enim diſcriminis erat inter Moyſem,& vulgus reliquū,tantum inter mortem,atque diuitias; ille namque egrediens ex Aegypto aſportauit ſecum oſſa Ioſeph reliquum verò vulgus,veluti pueri, aſportauit aurum & argentum; Moyſes itaque multò locupletior oſſibus defuncti, quā illi onuſti auro & argento. Iob ergo nihil minùs diues ſi mortem obtinuiſſet,quàm principes *qui poſſident aurum & replent domos ſuas argento.*

Mors præſtantior auro.
Exod,13.19.

Qui poſſident aurum. poteſt hæc eſſe periphra- 2
ſis,deſcriptioque diuitum,aut certè nobilium virorum, quorum propria ſit magnificentia atque opulentia,fulgent enim auro, domuſq; habent inſtructas aurea, & argentea ſuppellectile. quippe in omni benè inſtituta Rep. ſuus ornatus, & veſtium ratio, ſua extruendæ domus certa regula cuiq; ciuium ordini præſcripta eſſe debent: atq; inter fratres etiam pro ętatis ratione,& primogenij iure erat quōdam pretioſarum veſtium diſcrimen; nam Rebecca *Veſtibus Eſau valdè bonis,quas apud ſe habebat,* induit Iacob ambientem primogenituræ benędictionem. Geneſ. 27. Hinc Purpura, Prætexta,Latus clauus,Candida veſtis, Aurea fibula, Annulus,non cuique conceſſa: hominem, cuius eſſet ordinis, ex veſtitus ordine cognoſcere poſſes: nunc (dolendum) *peregrinæ veſtes*, peregrinos reddunt, & ignotos homines ex maximè notis atque vulgaribus. neque minùs ignobilitatem,quam corpus contegunt; cùm nō rarò fabri ferrarij,ſint,qui carbonis, & ignis, atque ferri inuſtas notas ſerico & auro diſſimulent,atque conueſtiant: ſed quot illos conueſtit & contegit, idem prodit. & manifeſtat illos. Aurum certò regum atq; principum eſt, ſicut pro regali ſua dignitate Rex ille dicebat: *Coaceruaui mihi aurum, & argentum, & ſubſtantias Regum, & prouinciarum.* & aliquando ad Deorum honores ſolummodò adhibitum teſtatur Plinius. quare ſapienter illi tres ſapientes Magi Deo & Regi recens nato regale atque diuinum munus deferentes *aurum* primo loco obtulerunt. Accedit,quòd Regum virorumque principum

Peculiares veſtes cuiq; ordini.
Primogenitorū pretioſæ veſtes.
Geneſ.27.15.
Sophon.1.8.
Eccleſ.2.8.
Plin.lib.33. cap 3.
Matth.2.
Aurum ad Deorū & Regum honorē adhibitum.

cipum

ciputh maieſtatem, & ſplendorem tuetur atq;
côſeruat aurea, & argentea ſuppellex: nec tue-
3 tur ſolu, ſed regnũ quoq; adſpicitur, & princi
patũ atq; magiſtratum côparat. quare Ariſtote-
Ariſt. 3. Poli. cap. 8. les in polit. ſcribit, ſecundũ rationem tum no-
biles, tũ opulẽtos arrogare ſibi honores; opor-
tet enim ingenuos eſſe, & cẽſum habere ad o-
Plutarch. nera perferenda. Solon (referente Plutarch.)
magiſtratus oẽs ex nobilibus, & locupletibus
conſtituit. Chartaginenſes non niſi locuple-
tiſſimis honores iudiciarios deferebant, Ari-
Ar. 3. Polit. cap. 6. ſtotele auctore eodem li. namq; principibus
& magiſtratibus res anguſta domi latam mu-
neribus, & iniurijs faciẽdis ianuam patefacit.
Prouer. 30. 8. *Mendicitatem*, ſapientiſſimus Rex Salomon de-
precabatur, ne egeſtate compelleretur ad fu-
randum. & ſimile quid veritus ille alius dice-
Iſai. 3. 7. bat Iſaiæ 3. *In domo mea non eſt panis, neque veſtimen-
tum, nolite me conſtituere principem populi.* Sed non
minùs, quàm ſi in ſumma rerum inopia eſſent,
gerendis magiſtratibus & inepti, & indigni
diuites quidam cenſeri debent, qui cum poſſi-
deant aurum, & habent domos ſuas plenas ar-
gento, tamen propter inexplebilem auri fa-
mem nihilo ſunt pauperibus meliores. Grauí-
ter ille æque ac ſapienter reſpondit Aemilia-
nus Scipio; cùm enim Seruius Sulpitius Gal-
Valer. Max. lib. 6. cap. 4. ba, & Aurelius Conſules in Senatu contende-
rent, vter aduerſus Viriatum in Hiſpaniã mit-
teretur, Senatoribus diſſidentibus, & ſpectan-
tibus quonam Scipionis ſentẽtia propenderet,
Neutrum (inquit) *mihi mitti placet; alter nihil habet;
alteri nihil eſt ſatis.* æque malam iudicans licentis
Imperij magiſtram inopiam, atque auaritiam.
Sint ſanè principes & iudices locupletes, vt
ijs, quibus præſunt, prodeſſe poſſint, & auxilio
eſſe in re neceſſaria; ſed non eſt ferendũ, vt ci-
uium inopia, & expilatione pingueſcant. ple-
næ ſanè ſint illorum domus auro, & argento,
ſed vt de illorum plenitudine miſeri accipiãt;
Eccleſ. 11. 3. nam vt Sapiens ait: *Si repletæ fuerint nubes, imbrem
ſuper terram effundent.* Quorſum enim aqua ple-
næ ſint, niſi vt arentem perfundant terram, cę-
leſtem quaſi opem implorantem? ſed (dolor)
cùm ſitum & famem egenorum extinguere de-
beant ex ſua copia, ſunt tamen erga pauperes,
Iſai. 25. 5. *ſicut æſtus in ſiti*, vt Iſaias dixit; eſurienti enim
& ſitienti arida, ieiunaq; oratione reſpõdent.
Optimi ſanè principis formam præbuit ali-
Forma optimi princ. pis. quando Rex Salomon, de quo cùm Eccleſiaſt.
cap. 47. dicat: *Collegiſti quaſi aurichalcum aurum, &
Eccleſ. 47. 2. vt plumbum compleſti argentum.* ſed tamen non ſi
bi, ſed ſuis ciuibus collegiſſe, atq; compleſſe
ſuam domum indicatur. 3. Reg. 10. & 2. Parali-
pomenon 1. *Præbuit Rex argentum, & aurum in Ie-
2. Paral. 1. 15. ruſalem quaſi lapides.* ſed aliquando tamẽ non ſuæ
ciuitati, ſed ſuæ cupiditati inſeruijſſe viſus eſt,
Salomon tactus auaritia cum ſua forte peccata enumerans ait Eccleſia-
ſtæ 2. *Coaceruaui mihi argentum & aurum.* illudque
Eccleſ. 2. 8. nõ ſolùm requirebat ex negotiatoribus, quos
mittebat in Ophir, & in Tharſis 3. Regum. 9. &
10. ſed etiam ex tributis, quibus premebat po-
pulum 3 Regum 11. Quantò melius ille, cuius
inopia locupletatus eſt ſubiectus populus, vt
2. Cor. 8. 9. non tam ſibi quam nobis profuerit, nam *pro-
pter nos egenus factus eſt, cùm eſſet diues.* de quo ſcri-
Zach. 9. 9. ptum eſt: *Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus, & Saluator
ipſe pauper.*

4 Sed, vt ad loci ſenſum & contextum redea-
mus, ſanè, licèt principes hic deſcribantur ab
Suppellectile aurea instructa monumenta. opulentia, ſed argentea hæc & aurea ſuppellex
non tam ad priuatas illorum domos, quam ad
ſepulchra referri, non ſolum poteſt, ſed debet.
quaſi dicat, Etiãſi in extrema inopia mortuus
eſſem, neq; vllam auream, & argenteam ſup-
pellectilem mecum deferrem in ſepulchrum,
pro diuitum more, non ideo minùs, quàm illi,
iucundè quieſcerem. quippe olim cum cadaue
Pretioſæ veſtes cum cadaueribus conditæ. ribus diuitiæ, & pretioſæ veſtes condebantur.
Ioſephus quidem lib. 13. antiq. c. 15. narrat Hyr
canum aperuiſſe Dauidis ſepulchrum, & tria
millia talẽta pecuniarum inde protuliſſe. lib.
Ioſephus. vero 16. c. 11. ſic ſcribit: *Herodes, audito quòd Hy-
Dauidis ſepulchrum quale. canus recluſo Dauidis ſepulchro tria millia talentorum
argenti extuliſſet, ſupereſſeque multo plura, quæ poſſent,
quantumuis magnis ſumptibus ſufficere, multo tempore
animum habuit idem aggredi. Tum verò noctu apertum
ſepulchrum ingreditur, depoſitas pecunias, ſicut Hyrca-
nus, non inuenit, ſed mundi pretioſi, & aureorum orna-
mentorum vim magnam inde ſuſtulit.* fuit verò tanta
magnificentia hoc Dauidis ſepulchrum extru
Hieronymus. ctũ, vt cùm Hieronymi ætate ſemicollapſum
eſſet, tamen non dubitauerit illud appellare
Mauſoleum Dauidis, epiſtola. 17. ad Marcellam. Il-
lud verò de quo nuper agebamus, indicatur e-
Ierem. 8. 1. tiam Iere. 8. cùm minatur Deus, fore vt à Chal-
dæis *Oſſa Regum Iuda, & principum eius, & Propheta-
rum, atque Sacerdotum* exhumarentur; quo loco
Interlinealis ait Interlin. Auaritiam effoſſuram eſſe illa ca-
Hieronym. dauera. Hieronymus verò & poſt illum Nico-
laus ſcribunt moris fuiſſe apud Iudęos ſepeli-
Lyra. ri ſumptuosè præſertim nobiles: nam in regũ
capitibus aureas coronas ponebant cum lapi-
dibus pretioſis, & in digitis annulos, qui nobi-
litatis erant inſignia; alijs verò pro cuiuſq; ſta-
tus & ordinis ratione, & facultatibus. Sozo-
Sozomenus. menus quidẽ lib. 9. cap. vltimo, cum de ſepul-
Sepulchrum Zachariæ Prophetæ. chro Zachariæ Prophetæ inuento ſub Hono-
rio Imperatore loquitur, ſcribit Regium pue-
rum cum illo inuentum, *Iacebat* (inquit) *puer re-
gali apparatu ſepultus, habebat enim in capite coronam
auream, & aurea in pedibus calceamẽta, & veſtem pre-
tioſam.* Tantumque hanc funeris pompam apud
Hebræos ſe extuliſſe, vt expenſarum magnitu-
dine deterriti relicto cadauere cognati & pro-
R. Iacob. pinqui ſe aliquando ſubducerent, auctor eſt R.
Iacob in Turim. cap. 352. moderationem ergo
ſumptui nimio adhibitam à Gamaliele, cuius
apud omnes magna erat auctoritas; atque ſta-
tutum, vt non niſi lineis velis cadauera obuo-
luerentur, cuiuſuis eſſent conditionis, aut or-
dinis. ergo, vt ad Ieremiam redeam, Chaldæi
prædæ & theſauris reconditis inhiantes, re-
cluſuri erant ſepulchra, & exhumaturi cada-
uera. Quid ſimile in funeris pompa ſolitos fa-
cere Perſas ſuperiùs ex Origene annotauim⁹.
Idem moris apud Babylonios viguiſſe teſtatur
abundè, quod de Semiramide ſecunda Babylo-
Herodotus. niorum regina ſcribit Herodotus lib. 1. *Hæc*
(inquit) *machinata eſt dolum: ſupra portas vrbis ce-
leberrimas atque conſpicuas loco edito atque conſpicuo
ſepulchrum ſibi inſtruxit, atque his litteris inſcripſit. Cui*

Regum Babylonis poſt me futurorum fuerit pecuniæ penuria, aperto ſepulchro ſumat quantumcumque libuerit, pecuniæ duntaxat indigens; aliter ne aperiat, non enim ſatius fuerit hoc. ſepulchrum tamdiu fuit immotum, dum regnum peruenit ad Darium; is indignum eſſe ratus neque quempiam hic portis vti (ideo autem non vtebatur, quod ſupra caput ipſius tranſeuntis mortuus ſitus eſſet) neque ſumere pecunias repoſitas; & eas ipſum prouocantes, reſerauit monumentum; in quo non quidem pecunias inuenit, ſed litteras ita dicentes: Niſi pecunia eſſes inexplebilis, & turpis lucri cupidus, haud aperuiſſes vrnas defunctorũ. Hactenus Herodotus. Ad Romanos verò etiam conſuetudinem permanaſſe ex eo efficitur, quòd, ne theſauri ſimul cum cineribus & oſſibus conderentur, vetitum poſtea eſt Martiani lege. eandemque tanquam ſuo ſeculo apud Græcos vigentem cõmemorat Chryſoſt. hom. ſuper Oratione Annæ paulo ante finem. Denique apud Barbaros Mexicanos obſeruatum fuiſſe, vt in cinerum vrnis gemmæ, aurea ſuppellex, & veſtes pretioſiſſimæ reponerentur, illius gentis ſcriptores docent. qui ergo mos à pleriſq; nationibus religioſè ſeruatus fuit, antiquior eſt, quam vt ab illarum vna quapiam initium ſumpſerit; quare mirũ non fuerit primo illo Iobi ſeculo viguiſſe; præter tim quòd cum hac conſuetudine, id, quod ſequitur, conſentire videatur, *Quaſi effodientes theſaurum gaudentq; vehementer, cum inuenerint ſepulchrum.* ait ergo Iob, Nihil meam quietem paupertas imminueret, aut turbaret, ſepulchrum vacuum theſauro, & pretioſa ſupellectile. interim, vt obſeruat Chryſoſto. monet amicos, ne ſibi de diuitijs blandiatur, neue ſuam ipſius inopiam magnopere lugeant, quæ vitæ, non mortis quietem, & pacatum ſomnum adimere poteſt.

Mart. li. 4. ff. ad .. Tui. Pet.
Chryſoſt.
Ioſeph Acoſta in hiſtoria Indorum lib. 5. cap 8.

5 Digrediar hîc, ſed breuiter, & præſenti loco atque materia ſic exigẽte, ad ſepulchrorum loca, quæ ſimul cum morum temporum q; mutatione, mutationem ſubierunt quõdam cum diuturnior hominum vita conciliare videbatur mortis obliuionẽ, & piam defunctorum, monumentorumq; memoriam longius ablegare. ergo primum in campis, montibus, ſolitudinibus celebrabantur funera, & condebantur cadauera. Deinde quodam quaſi humanitatis ſenſu, in vijs publicis erigi ſepulchra cœperunt, vt ſi nõ in vrbe, & res publicas gerentibus occurreret mortis imago, atq; memoria, certe facientibus iter quaſi ex inſidijs ſe offerret; iubebant defunctorum epitaphia cõſiſtere pauliſper viatores, audire ſalubria monita, in memoriam reuocare vitam & res geſtas hominis defuncti, & demq. de ſe ſimile quippiã cogitare; nam quamquam non omnium monumentorum eædem inſcriptiones eſſent, ſed illa omnibus communis ſemper fuiſſe videtur, *Mihi heri, tibi hodie.* Poſtea non iam in vijs publicis, ſed in proprio cuiuſque prædio & agro ſepulturæ locus fuit. *In agris quiſq; ſuis* (inquit Cicero) *ſepulchra & loculos, in quibus cineres ſuorũ conderent, habuerunt.* idemq; ſeruarunt Græci, vt Aeſchines teſtatur, & Ariſtophanes in Contionãtibus, cũ qua cõſuetudine egregrie facit, quòd ſepulturæ cauſa propriũ agrum *cum ſpelunca duplici* emerit Abraham Geneſ. 23. & monumentum Chriſti domini in horto, ſeu prædio exciſum erat. Ioan. 19. Sed diſtantior eſt locus hic, longiuſq; poſita mortis memoria, quàm proximam, & familiarem nobis efficere curare oportet. ſtatuẽdi itaq; tunc defuncti ad ipſas vrbium portas. ergo Troiani ſuorum cadauera ſepeliebant ante portas ciuitatis, vt ſcribit Dares Phrigius in lib. de excidio Troię, dum dicit Priamum, Herculem, & Hectorem ante portas ſuorum more ſepeliuiſſe. Ex Aethiopibus verò quidam (ſcriptore Herodoto) poſtquã mortuũ areſcere, totum gypſo inducebant, picturaq; exornabant referente eius effigiem, deinde cippũ ei ex vitro, quod apud illos multum eſt, circundabant, in cuius medio mortuus interlucebat. hũc cippum propinqui per annum intra ædes habebant, omnium rerum hoſtias, primitiaſq; offerentes. inde anno exacto efferebant, & circa vrbem locabant. Sapiẽter quidem mortis memoria & imago ad portas collocata, vt velut iniectus murus intra mœnia ciues in officio cõtineret, eademq; hoſtes ab iniuria deterreret. Intimiꝰ apud Lacedæmonios, quibus & in vrbe, & ſecus Deorum templa ſepeliri permiſit Lycurgus auctore Plutarcho. apud Romanos quoq;, cùm primus Traianus in publico vrbis foro, & in ſepulchro, quod ipſe ſibi extruxerat, ſepultus eſt, diceres defunctum in foro quaſi iudicẽ pro tribunali ſedentem, ius dicentem negotia, lites dirimentem, ciues in officio, & virtute continentem. Propiùs deinde acceſſere ad tẽpla: nam ex Aethiopibus alij in vrnis fictilibus defunctos circa templa ſepeliebant, per quos iurabant. Auctores ſunt Diodo. lib 4. c. 1. Strab lib. 17. Sed iam tandem perpetuam quandam & nunquam intermittendam vitæ magiſtram mortis memoriam coluiſſe videntur, qui ſuæ quiſque domi mortuos aſſeruabant. Aegyptios teſtatur Pomponius Mela, lib. 1 ca. 9. mortuos medicatos intra penetralia collocaſſe. Perſæ quoq; cera circũlitos, vt maximè diuturni eſſent, domi condebant. id quod adducunt Cic. 1. Tuſcul. Herod. lib. 1 Strabo li. 15. Seruius quidẽ in id. 6. Aeneid.

Mart. li. 4. ff. — *Geneſ. 23.*
Troiani ante portas monumenta cõſtituebant.
Dares Phrigius.
Aethiopum mos in ſepeliendo.
Herodot. lib. 3
Monumẽta primum in campis, deinde prope vrbes.
Eccleſ. 38. 23.
Cicero.
Aeſchines.
Ariſtophanes.
Lacedæmones
Plutarch.
Traianus primus in foro ſepultus.
Aliorum Aethiopum inſtitutum.
Diodorus.
Strabo.
Pomp. Mel.
Cic Herod.
Strabo.
Seruius.

Sedibus hunc refer ante ſuis, & conde ſepulchro. Apud maiores (inquit) *omnes in ſuis domibus ſepeliebãtur.* neque in domus quidem angulo aliquo, ſed in triclinijs & conuiuijs quoq; locum habuerunt, vt ex Herodoti peruulgata illa Aegyptiorum cæremonia cõſtat. circumferebatur enim lignea defuncti effigies, in quam conuiuæ omnes iubebantur reſpicere, atque de ſua morte, & bene componenda vita cogitare. quo reſpexit Silius carmine illo,

Silius Ital.

. . . . *Aegyptia Tellus*
Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo
Corpora, & à menſis exanguẽ haud ſeparat vmbram.

Nobis tandem Chriſtianis familiariſſima eſſe debet mortis memoria, tum quòd in templis, quò frequentiſſime nobis conueniendum eſt, defuncti ſepeliantur; quare ſacra, ac religioſa illorum nobis memoria habenda eſt, pariterq; cura animarũ corporis expertium: tum etiam ex Chriſti Ieſu pręcepto, qui nobis nunquã det mentibus, nunquam oblitis, nunquam

Matth. 14. 42 43. & 25. 13.
Marc. 13. 15.
Luc. 12. 15. & 37.

diſcinctis, perpetuò expectantibus atque paratis, lumina etiam præferentibus inſidioſam mortem expectari voluit. Quare cum templa defunctorum monumentis plena ſint, *domos* eſſe dicas *luctus, domoſq. conuiuij*, vt illo omni ex parte inuitemur. ſiue enim ſacræ menſæ accumbimus, Chriſti Ieſu mortis memoriam repetimus; ſiue ſuper ipſa oſſium monumenta conſiſtimus, viuentes admonemur, *quid futurum de nobis ſit*, ſiue in ipſos etiam loculos & defunctos reſpicimus, in illis tanquã in ſpeculis nos ipſos intuemur, qui, qualeſue ſim⁹. Sicut enim inter alia inſtrumenta Moyſaici tabernaculi confecit Moyſes *Labrum æneum cum baſi ſua de ſpeculis mulierum, quæ excubabant in oſtio tabernaculi*, vt qui ingrederentur facile inſpicere poſſent, an bene decenterq; cõpoſiti ad rem diuinam accederent; ſic ſanè hæc in noſtris templis ſpecula ſunt monumenta, & oſſa defunctorũ, quæ non ſolũ quales ſimus nobis referũt, ſed, quod mirabile eſt, quales futuri ſimus: nã in domo luctus *Finis cunctorum admonetur hominum, & viuẽs cogitat* qualis futurus ſit. Atque vtinam non leuiter tantum in hæc ſpecula intenderemus, neque *ſimiles* eſſemus *homini conſideranti vultum natiuitatis ſuæ, in ſpeculo conſiderauit enim ſe, & abijt & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit*; ſed ſeriò atq; per otium hoc negotij ſuſciperemus; atq; Naſamones illos, quorum mirabilis fuit morum, & vitæ philoſophia, imitaremur, qui cum frequenter ad ſuorum monumẽta accederent, & illis indormirent, quam cogitationem, aut inſomnium defuncti memoria illis inijceret, ſanctũ atq; diuinum exiſtimabant. Hęc de illis ſcribit Herodotus inter alios Afrorum populos. *Iureiurando, ac diuinatione tali vtuntur; per eos viros, qui iuſtiſſimi, atq. optimi apud illos fuiſſe dicuntur, iurant illorum ſepulchra tangentes, diuinant ad ſuorum accedentes monumenta, & ibi, vbi preces peregerunt, indormiunt. vbi quodcumque per quietem inſomnium viderunt, eo vtuntur.* ſic ille.

Eccleſ. 7. 3.
Exod. 38. 8.
Iacobi. 1. 23.
Herodot.
Naſamonũ inſtitutum.

XVI. Aut ſicut abortiuum abſconditum non ſubſiſterem: vel qui concepti non viderunt lucem.

1 *Duplex abortiui periphraſis. Eccleſiaſtes, & Dauid explicati.*
2 *Cur Paulus ſe vocet abortiuum. Pauli, & aliorum Apoſtolorum vocatio, & conuerſio diſsimilis.*
3 *Plenior abortiui deſcriptio ex Salom. quid abortiuum ex Hebræo.*
4 *An animæ immortalitas colligatur ex hoc loco.*

1 A*Vt ſicut abortiuum &c.* Non ſolùm (inquit) fato concederem, ſed nullum etiam monumenti, aut ſepulturæ locum haberem, ſicut neque habent infantes, qui priuſquam naſcantur, moriuntur. neq; minùs quieſcerem, quæcumq; tandem me mors abriperet, aut cuicũq; ſepulturę mandarer, quoſcũqueue monumenti ſocios haberẽ. fælix profectò eſſem, ſiue informis embrio funderer ex materna aluo; ſiue ante tempus à natura ſtatutum mors violenta, & ſors iniqua vitam mihi ſimul cum maternis viſceribus auferrent. Duplex hoc loco videtur eſſe *abortiui* fœtus deſcriptiõ, aut circumlocutio; prima, quòd ſit *abſconditus*, nemini notus, *non ſubſiſtens*, nullam ſui memoriam, nullã imaginem relinquens, vt cui nullum honeſtũ monumentum curatum, extructumue fuerit. Propter quod Eccleſiaſtes c. 6. dixiſſe videtur. *Si genuerit quiſpiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & non vtatur bonis ſubſtantiæ ſuæ, ſepulturaq; careat, de hoc ego pronuntio, quòd melior illo ſit abortiuus.* nimirum quia cùm etiam abortiuus ſepultura, & peculiari monumento careat, illud tamen habet melius, quod illũ neq; ſordida auaritia, neq; veſana libido vexauerit. Secunda Periphraſis, *Non videns ſolem*, aut non fruens luce; quod peculiaris miſeriæ genus eſt, oculos à natura formatos nunquã fuiſſe vitali luce completos. Hanc circumloquendi rationem agnouit Hieronymus ſuper id Pſ. 57. *Supercecidit ignis, & non viderunt ſolem.* nam legit ex Hebræo. *Quaſi abortiuum mulieris, quod nõ videt ſolem.* cui ſimiles dicuntur impij, vt qui immatura, & inopinata morte ſublati eſſent. huc videtur alluſiſſe Paul. 1 Corin. 15. cũ inter alias Chriſti Ieſu apparitiones, ſuã quoq; cõmemorat; *nouiſſimè omnium tanquam abortiuo viſus eſt, & mihi.* quæ cum abortiuo ſimilitudo, licèt poſſet in eo conſtitui, quòd ſe vocet, & exiſtimet * *minimum Apoſtolorum, qui nõ ſit dignus vocari Apoſtolus*, inſtar illorũ, qui ante conſtitutũ à natura tempus naſcuntur tenuiores, & graciliores. vel cõparatio ſumeretur ex eo, quod ſicut aborſus eijciatur quadã naturæ violentia, ita Paulus ſuperna quadã Numinis vi quaſi coactus fuerit renaſci, nondũ ipſo ſua ſponte facilè & ſuauiter volẽte exire de cæco ſynagogæ vtero ad Fidei & euangelij lucem; tamen, vt ſapienter eo loco indicauit Anſelmus, ſuã cæcitatẽ, & luminis amiſſionẽ, (*non* enim *videbat lucem*) ſignificauit ea ſimilitudine. Qui enim nõ debito naſcũtur tẽpore, ſemimortui & cæci naſci videntur; neq; quorũ tam infauſta ſit natiuitas, dicuntur edi in lucẽ, neq; videre ſolẽ. Non aliter Paulus cùm Chriſto, & Eccleſiæ Chriſtianæ natus eſt, velut immaturus aborſus, eiectus eſt in terrã exanimis, atq; ſemimortuus, cęcus, non videns lucẽ, *luce* licèt *de cælo copioſa* circũfuſus eſſet. Et cæteri Apoſtoli editi ſunt in lucẽ tempore cõgruo, benignè cũ illis agente cælo: Paulus verò natus aſperiori cælo, & quadam illius temporis inclementia. Illi cũ a Deo vocati ſunt, oculos aperuerunt, & accedentes ad Chriſtũ illuminati ſunt; hic dũ vocatur, cæcus efficitur: alijs dictũ eſt, *Venite poſt me*; at Paulus de via reuocatus, & ne pergeret, quò cœperat, equo deiectus eſt. deniq; ſicut abortiuus nõ *vidit ſolem.* Pleniorem aliam abortiui deſcriptionem habes Eccleſiaſt. 6. nam poſt abortiui mẽtionem factam, ſtatim ſubditur. *Fruſtra venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius, non vidit ſolem, neq; diſtantiam boni & mali.* quã periphraſim eo loco accuratè explicuimus. Latet etiam in nomine Originali *abortiui* peculiaris vis, nã dicitur, *nephel*, à *naphal*, quod eſt cadere, aut labi, quaſi deciduus & immaturus fructus, qui ante maturitatis tempus ex arbore decidit inutilis.

Duplex *abortiui* circumlocutio.
Eccleſ. 6. 3.
Pſal. 57. 7.
Hieronymus.
1. Cor. 15. 8. 9.
* El menor y e mas deſmedrado de los Apoſtoles, quales ſuelẽ ſer los ſiete meſinos.
Act. 9. 3. & c. 22. 6.
Vocatio Pauli, & aliorum Apoſtolorũ diſſimilis.
3
Eccleſ. 6. 4.
Plenior abortiui deſcriptio.
נפל
נפל

4 *Caietani ſubtilitas.*

Tandem Caiet. obſeruat hoc loco indicari animæ immortalitatem, nam niſi regum & aliorum defunctorum animæ ſupereſſent, illorum ſocius Iob eſſe non poſſet: addit etiā quietis nomine ſignificari ſtatum beatitudinis naturalis. Sed certè nunc non erat his ſubtilitatibus locus, cùm ſermo ſit de illa requie, quæ humanæ vitę laboribus finem imponit, & quæ non animarum ſolùm, ſed cadauerum, & oſſiū defunctorū in ſocietatem, & coniunctionem in ipſo ſepulchro affert.

XVII. Ibi impij ceſſauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt feſſi robore.

1 *Impij inquieti, & turbulenti ex Hebr. item & tumultu q. ſ. l.*
2 *Impijs tumultuandi finis mors illuſtratur. Pſal. 93.*
3 *Afflictorum ſolatium mors, explicata Sapientia.*
4 *Impiorum animi fluctuantis: illis quodammodo vtilis mors. Inſignis ex Plutarcho hiſtoria.*
5 *Imperatorum [illegible] circumloquutio. ijs etiam opportuna mors.*

1

Poſtquàm vitę mala, & incommoda recenſuit, mortis bona enumerare aggreditur, inter quæ primum illud eſt, impios a tumultu ceſſare.

רשע Impij inquieti. *Iſai. 57. 20.*

Impij autem ex proprietate radicis, *Raſagi*, ſunt inquieti, turbulenti, & quos deſcribit Iſa: *ſicut mare feruens, quod quieſcere non poteſt.* atq; propter hanc inquietudinē, & multiplices curas, ab hac eadē radice dictū eſſe id Eccleſiaſt. 7. quibuſdam placuit, *Ne impie agas multum* Pag. *Ne te inquietes ne te multum occupes in neg. ijs mundanis, & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo.*

Eccleſ. 7. 18. Quid *Tumultus.* רגז *Abac. 3. 7. Pſal. 2. 1. Pſal. 4. 5.*

Tumultus autē eſt ira, furor, turbatio, fremitus; a radice, *Ragaz*, quod eſt turbari, furere, iraſci. vnde dicitur Abac. 3. *Turbabuntur pelles terræ Madian.* & Pſal. 2. *Quare fremuerunt gentes* & Pſalm. 4. *Iraſcimini, & nolite peccare.*

2 Prima interpretatio.

Poteſt ergo primò ſententia hæc pertinere ad ipſos impios, quibus tumultuandi, & furendi, ſæuiendiq; in pauperes, & pios, denique tyrannidē exercēdi mors finem imponat. Nam, quam mortem comminatus eſt Deus homini, vt à peccando illum deterreret, eādem ipſam infert, vt à peccādo ceſſet, ne diutiùs illius *ſpiritus permaneat* (ex Heb. litiget, aut contendat) *cum homine in æternum.* ſic minatur. 1. Reg. 2. *Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris conticeſcent.* id eſt, ſeditioſi & inquieti (ab eadem radice) tumultuandi finē facient. hoc vero mortis beneficium indicare videtur Eccleſiaſtes. cap. 7. *Melior eſt dies mortis die natiuitatis.* de quo nos ibi. cum verò furentibus impijs, atq; tyrannis tumultuandi, blaterandiq; finem ſtatuit quoq; Dauid Pſal. 93. *Vſquequo peccatores Domine, vſquequo peccatores gloriabuntur, effabuntur, & loquentur iniquitatem?* (id eſt, inſolenter & ſuperbe tumultuabuntur minitantes pijs ingentia mala, quæ ibi enumerat) *Populum tuum Domine humiliauerunt, & hæreditatem tuam vexauerunt; viduam & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt.* Sed eatenus graſſaturos omnino pronunciat, *Donec fodiatur peccatori fouea.* tunc impij ceſſabunt à tumultu, cum de illorum ſepultura agetur, id eſt ſtatim ac expirauerint.

Gen. 6. 3. *Eccleſ. 7. 2.* *Pſal. 93. 4.*

Auguſt. *Theodotio.* *Symmachus.* *Aquila.*

Auguſt. ſic legit, *Ibi impij depoſuerunt furorem ſuum.* Theodotio & Symmachus, *Sedarunt ira furorem.* Aquila, *Ceſſauerunt tumultum ciere.* expectatione ergo certiſſima mortis impiorum, *mitigat Deus à diebus mali* hominem, quē ipſe erudit, *& de lege ſua docet.* id quod ſtatim explicabitur.

3 Secūda Græcorū interpretatio. *Sapient. 4. 10.*

Secundò, poteſt pertinere ad pios afflictos & oppreſſos, quibus ingens ſolatium mors affert, dum illos ſecuros reddit ab impiorum & tyrannorum furore & impetu. ita accipiūt Græci Chryſoſt. Olymp. Polych. iuxta id Sap. *Viuens inter peccatores tranſlatus eſt.* & paulò pòſt, *Propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatis*; in Græco tantùm eſt,* *Properauit e medio iniquitatum* vt poſſit referri ad ipſum iuſtum afflictum, ipſe enim iuſtus accelerat, vt ex impiorum cœtu auolet. & fortè ad Chaldæos & Sabæos hic reſpicit, Nihil me defunctum lædent Chaldæi, nihil latrones cæteri, nam ceſſant à tumultu inferendo mortuis.

* El juſto ſe dio prieſſa a ſalir ſo mas preſto que pueda de entre mala gente.

4 Impiorum perturbatio.

Quid ſi etiam loquatur de ipſa impiorū turbatione, & animi commotione, quæ ſedari nō poteſt? Adeò (inquit) mors bona eſt, vt etiam ipſis impijs, quibus omnia cooperantur in malum, ſola mors benè cedere videatur; nam in morte tunc tandē vitæ ille ſtrepitus, & tumultus ceſſat. Quamuis enim animæ impiorū ſubeant æternos cruciatus, tamen cum in ſola vel vita, vel morte impij oculos figimus, videtur mors illius curis inanibus, & mentis furori finē imponere. ſane ſceleratis hominibus duo tantum bona euenire poſſe docet Plato, vt aut corrigantur vt boni eſſe incipiant; aut moriātur, vt peccare deſinant. Plutarchus vero illud in hanc rem de Pauſania quondam ſcribit, his verbis; *Pauſanias Bizantij Cleonicem liberam, ſtirpe [illegible] virginem, quæ cùm noctu [illegible] ob [illegible] ſet, ineq. [illegible] terrore, [illegible] ſuſpicione correptus peremiſſet, eam ſæpius in ſomnis aſpiciebat: ac dicentē viuat,*

Adſis iudicio; mala res iniuria valde eſt.

Cumq; phantaſma haud deſiſteret, ſed aſſiduis illum terroribus perturbaret, ac moleſtaret, Heracleam ad animarum nauigauit expiationem, procurationibuſq; nōnullis, ab inferis puellæ animam euocauit; quæ cùm in conſpectum veniſſet, finem malorum futurum prædixit, vbi Lacedæmonem perueniſſet: quò cum ille applicuiſſet, confeſtim vita exceſſit.

Plato. *Plutarch. de ſera numinis vindicta.*

Cùm eo ſenſu, quem diximus, vox quoq; Originalis benè conuenit; nam vox Originalis *tumultuandi* ſępe ad animum refertur; ab ea enim radice dicitur Deut. 28. *Dabit tibi Dominus* * *cor pauidum.* & 2. Reg. 13. *contriſtatus eſt Rex.* & Habac. 3. *conturbatus eſt venter meus.* & Ezechi. 12. ponitur pro feſtinatione, quæ ex perturbatione & timore naſci ſolet; *Panem tuum in turbatione comede, ſed & aquam tuam in feſtinatione, & mœrore bibe.* Senſus ergo idem erit, qui Iſai. *Impij quaſi mare feruens* (videlicèt ęſtuans, & agitatum flatibus iniquorum ſpirituū, & prauarum cupiditatum fluctibus) *quod quieſcere non poteſt; & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum,* id eſt in lutum, quod in littore conculcatur. ibi in littore, in ſepultura, *impij ceſſauerunt à tumultu.*

Deut. 28. 65. * Coraçon inquieto y ſobreſaltado. *2. Reg. 13. 21.* *Habac. 3. 16.* *Ezech. 12. 18.* *Iſai. 57. 20.*

5 *Et ibi requieuerunt feſſi robore.* Septuaginta legentes,

gentes, *Fatigati corpore*. Olympio. & Baſilius intelligunt corporè afflictos, & viribus fractos; vt ſicut prior pars de tyrannis & oppreſſoribus præceſſit, ita hæc ſecunda ſit de afflictis, & oppreſſis. ſed congruentiùs, ſi tota hæc periodus referatur ad viros famoſos, qui dicantur *feſſi robore*, nam cùm potentiſſimi ac fortiſſimi imperatores eſſent, pro nominis ſplendore comparando mille ſe obiecerunt vitæ diſcriminibus, quemadmodum ille alius de veterano milite, & ſua ſorte minimè contento dixit:

Horat. 1. ſerm. ſaty. 1.

Grauis annis
Et multo iam fractus membra labore.

Seneca in Hypolit. act. 3.

& cum Theſeus redit ex inferis ad ſuperos.

Feſſa virium robore antiquo caret,
Trepidantque greſſus.

Quaſi dicat Mors eſt illis extrema laborum, & periculorum meta, qui propter exantlatos labores* feſſi ſunt robore, edomiti tandem, & humiliati concidunt fortiſſimi quique. Sicuti ſui milites Regi Babylonis inducuntur ab Iſai. obuiam ex inferis procedere dicêtes, *Et tu vulneratus es, ſicut & nos; concidit cadauer tuum.*

*Los q̃ eſtan hartos de hazer valentias y pruebas de ſus fuerças.

Iſai. 14. 20.

XVIII. Et quondam vincti pariter ſine moleſtia, non audierunt vocem exactoris.

1 *Vincti aut debitores, aut mancipia.*
2 *Exactor ex Hebræo quid, aut operas aut debitum exigit.*
3 *Deſcriptio inhumani exactoris ex Iſaia illuſtrata paraphraſi.*

1 Qui *vincti*.

Eadem quiete, & forte gaudebunt tum tyranni, tum captiui, qui ab illis detinêtur, & opprimuntur; ita vt per *vinctos* vel intelligat mancipia, quæ à tyrannis ad labores & operas damnantur, traduntur q; exactoribus, operúq; præfectis; vel intelligat debitores alieno ære oppreſſos, quos inhumanus creditor in vincula conijcit, quòd ſoluendo nô ſint: cùm igitur vtriſq; aduenerit optata mors, neque mancipium ſæuam illam exactoris vocem vrgentis opus, neque debitor clamorem creditoris debitum exigentis audiet. vtrumq; ingentis miſeriæ genus eſt.

2 Exactor quis נגש נגש

Vocem exactoris. Exactor *Noges*, à *Nagas*, quod eſt exigere violenter, vel adhibita vi adigere ad aliquid operis faciendum, vel ad ſolutionem debiti. de primo eſt id Exo. 3. *Propter duritiam eorum, qui præſunt operibus*. vide etiam. c. 5. & Iſai 3. 14. hoc autem libro. c. 39. dicitur de onagro, *Et non exaudiet vocem exactoris*, cui nullus minis, clamoribuſque poſt terga inſtat. & Iſai. 60. ſimili voce promittitur Eccleſiæ. *Ponam* *viſitationem tuam pacem*. Iuxta Hebr. præfecturá, vel exactionem tuá; id eſt præfectos, vel exactores. certè Columella dum lib. 1. c. 8. de villico. qui ſeruis, & rei agrariæ præficitur, loquitur, *Nulla* (inquit) *eſt maior, vel nequiſſimi hominis cuſtodia, quàm operis exactio, vt iuſta reddantur, vt villicus ſemper ſe repræſentet*. Exactor præterea non ſolum ab vrgendo opere, ſed à repetendo debito deſcribitur Iſai. 14. *Et erit in die illa, cùm requiem dederis tibi Deus à labore tuo, & à concuſſione tua, & à ſeruitute dura, qua ante ſeruiſti, ſumes parabolam iſtam contra regem Babylonis, & dices, Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributum, côtriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium cadêtem populos in indignatione plaga inſanabili ſubijcientem in furore gentes, perſequentem crudeliter?* ſed clarius Iſai. 58. vbi cum dicatur *Omnes debitores veſtros repetitis*, ab eadem radice, exigitis, ſicut ille qui *tenens ſuffocabat* ſuum debitorem, *dicens Redde quod debes*. Additur deinde; *Diſſolue colligationes impietatis*, (ne eum, cuius arcula ſeruis ſoluendo non eſt, vrgeas, & velut feſtinationis vinculis arctè conſtrictum torqueas; vinctû, quem iniqua aut vſura, aut debito per iniquitatem tuam contracto, colligatum, nexuq; deuinctum tenebas, exime vinculis iſtis, & obligationibus) *ſolue faſciculos deprimentes* (geſtant videlicet inhumani creditores ſecû colligatos faſciculos ex inſtrumentis publicis, & ſchedulis, ac ſingraphis, quibus opprimunt debitores; ſolue igitur, hæc quæ ſunt velut iugû grauiſſimum, quod inopi inijcis per ſummam ſæuitiam) *dimitte eos qui confracti ſunt* (*a los que an quebrado*, qui decoxerunt) *liberos, & omne onus diſrumpe* (ne cuipiam ex tuis fratribus ſeruile iugum, propter debitum imponere tentes.) Hos inhumanos debitorum exactores timent, & fugiunt miſeri.

Exod. 3. 7. Iob. 39. 10.

Iſai. 60.

*Los ſobreſtantes de mi Igleſia haran tra bajar a mis fieles por amor, y no apaios y amenazas.

3 Iſai 14. 4. v. 3 vſque ad. 7.

Iſai. 58. 4. Matth. 18. 28. v. 6.

Hora. 1. Serm. Saty. 3.

Odiſti, & fugis, vt Druſonem debitor æris,
Qui niſi cùm triſtes miſero venere Kalendæ
Mercedem, aut nummos vnde vnde extricat, amaras
Porrecto iugulo hiſtorias captiuus vt audit.

Huiuſmodi ergo miſeros debitores, fractos, vinctos, mors tuetur, liberoſq, dimittit* *ſine moleſtia*. côſtituit itaq; ſeniores ducem ac reginam miſerorum, & obæratorum omnium; de qua id dici poteſt, quod de Dauide quondam ſcriptum eſt. 1. Reg. 22. *Conuenerunt ad eum omnes, qui erant in anguſtia conſtituti, & oppreſſi ære alieno, & amaro animo, & factus eſt eorum princeps.*

*A los pobres y q̃ an quebrado, la muerte los haze hidalgos, para que no puedá ſer preſos por deudas, y ſi lo eſtá que ſean ſueltos.

XIX. Paruus, & magnus ibi ſunt, & ſeruus liber à Domino ſuo.

1 *Mors omnes æquat. Magnus in ſacro ſermone. explicatus Dauid.*
2 *Vt mors redimat ex ſeruitute, ex Paulo, & Seneca.*
3 *Scripturæ regula cum duo contraria extrema ſimul proponit. Omnium vitæ ſtatuû, quibus præſtat mors [illegible].*

1 Mors omnes æquat. *Magnus* in ſacro ſermone

Paruus &c. & *ſeruus* &c. De ſeruis, de ignobilibus quibuſcunq; benemeretur mors; nâ pares illos facit viris magnis, ſuiſq, illorû dominis; æquo enim omnes pede pulſantur. *Magnus*, pro nobili, diuite, nomine & fama claro. ſuprà. c. 1. v. 3. cùm de morte quoq; Dauid concionem habiturus eſſet, omnes ſine diſcrimine mortales adeſſe, & audire iubet, *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem, quique terrigenæ* (ex eadem maſſa compacti, fragiles, mortales) *& filij hominû* (filij Adam morte damnati, mortis quoque ſententiam recta ſucceſſionum ſerie ducta, ſubeuntes) *ſimul in vnum diues, & pauper*. Magnus & paruus, dominus atque ſeruus, nunc pariter ſententiam mortis audiant, pariter mortem ſubituri, quátumuis vita diſpares.

Pſal. 48. 2. 3.

2 *Et ſeruus* * *liber à domino ſuo.* Nam quanto tempore viuit alligatus eſt ſeruitutis legi, cùm verò moritur, *liber* dimittitur, inuito licet domino. In hanc ſententiam Paulus etiam loquitur, cùm ait *expectare ſe redemptionem ſui corporis*, id eſt mortẽ, quæ ex miſera ſeruiendi neceſſitate, & conditione hominẽ redimat, atq; diſſoluat em ptionem, qua, dum viuit, eſt homo venundatus ſub peccato. Præclarè Sene. de morte. *Hæc* (inquit) *ſeruitutẽ inuito domino remittit, hæc captiuorum catenas laxat; hæc è carcere educit, quos exire imperium impotens vetuerat, hæc eſt, in qua nemo humilitatem ſuam ſenſit; hæc, quæ nulli paruit, hæc, quæ nihil quidquam alieno fecit arbitrio; hæc, vbi res fortuna malè diuiſit, & æquo iure genitos, alium alij donauit, exæquat omnia.* libera itaque mors, quod liberos reddat; *& miſeros* (inquit ille) *libera mors vocat.*

*La muerte da carta de horro al eſclauo, y lo haze tã bueno como ſu amo.

Rom. 8. 23.

Seneca in conſolat. ad Martian. c. 20.

Seneca.

3 Eſt verò hoc loco notandum, cum Scriptura duo quæpiam extrema proponit, media etiam, quæ inter illa ſunt, intelligere, vt cùm Pſalm. 138. ait, *Tu cognouiſti ſeſſionẽ meam, & reſurrectionem meam*, id eſt, ſiue ſedeam, ſiue ſtem, ſiue quiduis aliud agam. & Pſal. 120. *Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitũ tuum*; id eſt, ſeruet ingredientem, egredientem, & quiduis aliud operis aggredientẽ, aut exercentem. ſimiliter cùm *paruum, & magnum, ſeruum ac dominum* nominat, cuiuſuis ſtatus & conditionis homines intelligi iubet; & ſicut nemini inutilis eſt mors, ita vitam & vitæ conditionem quamcũq; deteriorem, & moleſtiorem eſſe; vti omnium ſtatuũ enumeratione expreſſit Auſonius eleganti illo carmine:

Scripturę regula.

Pſal. 138. 2.

Pſal. 120. 8.

Auſonius.

Quod vitæ ſectabor iter, ſi plena tumultu
Sunt fora? ſi curæ domus anxia; ſi peregrinos
Cura domus ſequitur; mercantem ſi noua ſemper
Damna manent; ceſſare vetat ſi turpis egeſtas;
Si vexat labor agricolam; mare naufragus horror
Infamat; pœnæq; graues in cælibe vita?
Et grauis cautis cuſtodia vana mariti.
Sanguineum ſi Martis opus? ſi turpia lucra
Fœnoris, & velox inopes vſura trucidat?
Omne æuum curæ, cunctis ſua diſplicet ætas;
Cuncta ſibi aduerſis contraria caſibus. ergo
Optima Graiorum ſententia, quippe homini aiunt,
Non naſci eſſe bonum, natum aut cito morte perire.

XX. Quare miſero data eſt lux, & vita his, qui in amaritudine animæ ſunt?

1 *Interrogatio dolentis. Mors quibus vtilis & iucunda, ex Eccleſiaſtico.*
2 *Lux quid.*
3 *Vitæ amaritudinem ad morbos pertinere, & cum morte comparari à Sapiente.*

1 QVare? Non eſt indignantis, aut expoſtulantis, ſed dolentis hæc interrogatio. cumq; Eccleſi. 41. dicatur *bonum eſſe* mortis *iudicium*, id eſt mortis legem atque neceſſitatem vtilem, & commodam, tum etiam gratam & iucundam, *homini indigenti, & qui minoratur viribus*; nũc rogat, *Quare* igitur, propter quod magnum bonum conceditur homini vita, *miſero* præſertim atque ærumnoſo?

Eccleſ. 4. 3. Mors quibus bona.

2 *Lux.* D. Thom. accipit lucem pro cognitione, ſenſu, experientia malorum huius vitæ. ſed leniùs, & ſimplici[*], lucis vſura, vita ipſa. quid *amplius* (quid amplum, & excellens, quod præclarum bonum) *homo habet de vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole?* quid boni, commodi, iucundi affert vita miſeris, amaritudine, & extremis animi angoribus, & implacabilibus corporis doloribus laborantibus? quorſum tamdiu producatur vita letaliter affectis?

Lux quid.

Eccleſ. 1. 3.

Par ille eſt ſuperis, cui pariter dies
Et fortuna fuit, mortis habet vices
Lentè cùm trahitur vita gementibus.

Senec. in Herc. Oethæo.

Sic quoque ad morbos illa amaritudo vitæ refertur Eccleſi. 30. *Melior eſt mors, quam vita amara, & requies æterna, quàm languor perſeuerans.* idem enim ſunt *vita amara, & languor perſeuerans*, ſicut *mors*, & *requies æterna.* diximus ſuperiùs nonnihil in hanc rem, morbũ videlicèt acerbiorem ipſa morte eſſe. vide cap. 2. v. 6. nu. 3. deſperatorum vtiq; morborum medicus mors eſt, vti ille dixit, *O mors Pæan medicus accede.* & hac ipſa ratione conſolatur Seneca ægrotantem, *Non poteſt* (inquit) *iſtud toto ſæculo fieri, aut ego febrem relinquam, aut ipſa me, ſemper vnà eſſe non poſſumus, aut vincetur, aut vincet.* ſed quos præclaros fines conſtituat Deus conſeruandę vitæ iuſti viri in medijs ærumnis, ex quibus huic Iobi interrogationi luculentam reſponſionem petere poſſimus, diximus. c. 2. v. 6. à nu. 2. vſque ad 9.

Eccleſ. 30. 17.

Seneca.

XXI. Qui expectant mortem, & non venit, quaſi effodientes theſaurum.

XXII. Gaudentq; vehementer, cùm inuenerint ſepulchrum.

1 *Quibus vita inutilis. Mortem fugere, & non inueniri exaggeratio eſt calamitatis.*
2 *Expectare in ſacro ſermone. Elucidatus Iſaias & Hoſeas. Palatum, Fauces, Hamus vnde dicantur.*
3 *Mors iucunda inexpectata. Cur mors non dicatur accidere, ſed venire.*
4 *Intra ſepulchra theſaurus. Mortis cum recondito theſauro elegans comparatio.*

1 INutilis (inquit) illis videtur vita, cui inſenſa, & inuiſa; & illa eſt extrema & deploratiſſima miſeria, cui neq; mors mederi poſſit; quæ, vt Sophocles dixit, ſolet eſſe extremum omnium malorũ remedium. Quare ergo Deus illã deneget optantibus, & expectantibus? id ad amplificationem calamitatum pertinet. Apocal. 9. 6. *Quærent homines mortem, & non inuenient eam; deſiderabunt mori, & mors fugiet ab eis.* cur ergo mors, quę incautos ſolet adoriri ex inſidijs, exſpectantibus & expetentibus non procedit obuiã? Illam autẽ auidam mortis expectationem, & ardens votũ explicat ſimilitudine appoſita, & quæ cum morte, & ſepulchro affinitatem habet. Quemadmodum, qui inueſtigant theſaurũ, vnicũ ſuæ inopię leuamen, effodiunt ſepulchra, in quibus condita pretioſa ſuppellex, argentum, aurũ, deliteſcere ſolẽt, qui quò plus in effodiẽdo laborarũt, maiori ſpe, aut cu-

Quibus vita inutilis.

Sophocles.

Mortẽ fugere ad amplificationem calamitatum.

Apoc. 9. 6.

Pulchra ſimilitudo.

piditate

piditate inflammantur; pari ſane ratione, qui acerbioribus indies animi, & corporis crucia tibus afficiuntur, eo maiori mortis deſiderio,
2 & expectatione flagrant. Verbum autem *expectandi*, quod in fonte eſt (*hacah*) vehementē quēdam animi affectum afferre ſolet, quo quis inhiat in rem aliquam, vel conſequendā, vel apprehendendam; vti explicatur Iſa. 30. *Expectat Dominus* (ardenter & ſtudiosè) *vt miſereatur veſtri, beati omnes, qui* (pari ſtudio) *expectant illum*. Clariùs eiuſdem vocis ſignificatio perſpicitur Hoſ. 6. dum in Galaad inuehitur, quę ſanguinē piorum Iſraelitarum ſitiret. *Quaſi fauces virorum latronum*. Hebr. *ſicut expectant latrunculi viri*. nam expectatio illa, qua prædæ inhiabant, rectè à vulgato faucium, & ſitis nomine exprimitur. porro latrunculi expectant, obſeruant, circūſpiciunt, intendunt mora, & deſiderio cruciantur. atque ab eadem radice dicitur, *hhec*, id eſt, palatum & fauces, quæ inhiāt, & *hhacca*, id eſt, hamus, in quē piſciculus inhiat. Ait ergo Iob: miſerum hominem expectare, & inhiare in mortem, non aliter atque piſcem in hamum: licèt enim hamus per ſe ſit amarus, ſicut mors, cæterum dulcedine quadam obductus eſt, *ijs, qui in amaritudine vitæ ſunt*.

Expectare quid. חכה *Iſa. 30. 18.* * Vanſele a Dios ioſ ojos por hallar a quien haga bien: dichoſo al que ſelē fuerē por recebirlo del. *Hoſeæ 6. 9.* Elucidatus vulgatus: חיך חכה Palatū & fauces vnde dicant in Heb.

Et non venit: in Hebr. *& non ipſa*, ſupple, *venit*, expectata licèt, & exoptata. Mors non dicitur accidere, quippe caſus affert aliquid inopinatum, ſed venire quaſi re iam ſtatuta; *optima* (inquit ille) *mors eſt, inexpectata*, atq; expectata non venit, miſerrimam efficit vitam. *Hæc* (inquit Seneca) *omnibus finis, multis remedium, quibuſdam votum, de nullis melius merita, quàm de his, ad quos venit, antea quàm inuocaretur*.

Cur mors dicatur venire nō accidere. *Iul. Cæſar.* *Seneca in conſola. ad Marc. cap. 20.*

4 *Gaudentque vehementer, &c.* Quidam hoc accipiunt non pro parte præcedentis ſimilitudinis, ſed pro apodoſi. Miſeri homines ſimiles ſunt effodientibus theſaurum; nam gaudent & exultant ſicubi illis affulget mortis aliqua ſpes, aut occaſio, qua in ſepulchrum concedant: ſed commodiùs referetur ad ſuperiora, vt ſit præcedentis ſimilitudinis pars; Qui effodiunt theſaurum vehementer gaudent ſepulchro ſub terram inuento: nam, vt ſuperiùs diximus, ſolebat in vrnis cinerum, aut in ſarcophagis auri, gemmarum, & veſtium pretioſa ſuppellex aſſeruari intra ſepulchra: effoſſores itaque theſaurorum, quamuis oppido fatigati, ſi repentè ligone contingant ſepulchrum, atque ictu concauum ſonet, vehementer gaudent, & incredibiliter exultant, ita certè miſer, oblata ſibi morte, & capiendi ſepulchri opportunitate.

Altera præcedētis ſimilitudinis pars. Cum cineribus reconditus quoque theſaurus.

D. Thom. non valde leniter continuat ſermonem de ſepultura & morte; Qui auidè (inquit) mortem exoptant, hi viuentes adhuc, parant ſibi, & effodiunt ſua ſepulchra, gaudentque vehementer cum ſepulchrū iam paratum inueniunt, id eſt, ſuæ ſepulturæ & funeris locum, tempus, opportunitatem. Eleganter vero mortem cum theſauro recondito, & defoſſo comparat; nam ſicut externa ſepulchri facies, & inſcriptio, nihil videtur ampliùs, quā putre cadauer, quàm vermes, & fœtor; latet verò theſaurus, non ſecus mortis facies, & nomen, pallidum quiddam luridū, deforme, horridum ſonat: ſed ingentes diuitias viro pio, & mortis amanti repoſitas aſſeruat.

D. Thom. Elegans mortis cū theſauro recondito comparatio. Mortis alia facies, res ipſa alia.

XXIII. Viro, cuius abſcondita eſt via, & circumdedit eum Deus tenebris.

1 *Proponitur Græcorum interpretatio non valde congruens literæ. Quid via abſcondita.*
2 *Quid tenebræ hoc loco. quid circūdare ex Hebræo. Tenebræ, carcer, & vincula.*
3 *Tenebræ calamitatum carcer, Deus illius ianitor. non tentandum, illo non aperiente, egredi. plura in hanc allegoriam. Paraphraſi illuſtratus Ionas.*

SI datiuus ille, *viro*, leniter poſſet trahi ad eum ſenſum, à quo nō abhorrent Græci, & 1
quem Vatab. indicat, mihi non diſpliceret. ita vt coniungeretur cum ſuperiori verſu, *Gaudent* inquam, *cùm inuenerint ſepulchrum viro*, id eſt viri, vel ad virum pertinens, vel in viri honorē extructū, *cuius abſcōdita eſt via, & circumdedit eū Deus tenebris*, id eſt gaudent, cùm incidunt in ſepulchrū hominis alicuius, qui miſerrimè vixerit, & iam ſit ærumnis, atq; laboribus vitæ defunctus; huic enim, vt qui liber ex tot malorū fluctibus emerſerit de morte gratulantur, & viui beatos prędicant mortuos. Sed pleriq; tamen, & ipſa diſpunctio Bibliorum aliam nouā periodum, ſententiamq; conficiunt, repetuntque ex ſuperioribus. *Quare miſero data eſt lux, viro, cuius abſcondita eſt via*, qua ad mortē itur, & qua lætus poſſet venientem excipere; ſatius videretur, vt cui vita conceditur, demonſtraretur etiam via & aditus, quo poſſet ex miſerijs vitæ euadere. Quantus enim cruciatus, vt cogaris viuere, aditu euadēdi intercluſo, cùm circumueniaris incredibilibus malis? ergo abſconſio, & intercluſio vię ſignificabit inextricabiles calamitates, ex quibus expedire ſe homo nequeat. vti Dauid dicebat. *Perijt fuga à me*, cum cōcluſus in antro & cuſtodia obſideretur ab hoſtibus, & Ier. quoq; conqueritur, *Concluſit vias meas lapidibus quadris, ita vt nō poſſim egredi*. & illi, de quibus dictū eſt, *errare fecit eos in inuio, & nō in via*. alij ad ignorantiam quandā referunt, de quo ſtatim.

Græci. *Vatabl.* *Abſcōdita via quid ſit.* *Pſal. 141. 5.* *Ier. Thre. 3. 9.* *Pſal. 106. 40.*

Et circumdedit eum Deus tenebris. Tum hāc, tum 2
etiam præcedentem partem D. Thom. retulit ad rerum futurarū ignorationem in hanc ſententiā, inutilis, minimeq; optabilis eſt vita homini illi, qui ſuæ vitæ finē, & præfixum terminum ignorat: quid prodeſt vita homini, quem futuri & incerti caſus manent? quē in tenebris & in lubrico poſitum *Angelus Domini perſequatur* inuiſibilis, *tenebrarū poteſtatibus* expoſitū? Philip. ad præmium accipiendum; Qui ignoret, quid præmij pro vitæ operibus accepturus ſit, an labores & ærumnas quales ego ſuſtineo? hoc eſt etiam habere* viam, id eſt, viuendi legē abſconditam & ignoratā. ſed ſimplicius erit, ſi veraque pars in eodem ſenſu accipiatur, quare illi datur vita, qui neſcit, qua euadat è malorū tenebris, quibus eum Deus ſepſit? elegāter verò vulgatus hoc loco dixit, *circumdedit*, quod in fōte eſt, *Cacac*, prop. abſcondit, texit, velauit, ad verbum dices, & protexit, aut texit DEVS

D. Thom. *Pſal. 34. 6.* *Philip.* *Deque le ſirve la vida al q no ſabe en q ley biue, ni ſi por la buena a de recebir males. סכך Laudatus vulgatus.

Circumdatæ quid propè Tenebræ carcer & vincula.

Sap.17.18.

ſuper eum. Septuagint. *Concluſit Deus ſuper eum.* Sym. *Obſtruxit Deus ſuper eum.* In tenebricoſiſſimum calamitatum carcerem cōiecit; nam tenebræ carceris, vinculorumque rationem habent. Sapient.17. *Vna catena tenebrarum omnes colligati,* atque vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti, incluſi ſub tectis fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt. Quorſum igitur

3 Cuiuſmodi ſit tenebrarū & calamitatum carcer.

in tenebris, & carcere perpetuus vita miſero? Interim verò dum his maledictis & lamentis vitam hanc auerſatur, agnoſcit fruſtrà quoſdam reniti, & obluctari aduerſus ſuas calamitates; dum nemo liber dimittitur, niſi volēte Deo, & aperiente carcerem: nam ille ſolus

Apoc.3.7. Deus illius carceris ianitor.

clauem habet; aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit. Sic Noë incluſum in arca & vndique expoſitum, aut ſupernis imbribus, aut ſuperbis fluctibus *clauſit eum Dominus* de foris, ne tentaret egredi Deo non patefaciente aditum. qui verò fugere, aut egredi vellet, in grauiora profectò mala incideret. Hæc enim illa eſt inter alias non vltima peccatori attributa maledictio, Deuter.28. *Tradat te Dominus corruentem ante hoſtes tuos, per vnam viam egrediaris contra eos, & per ſeptem fugias,* id eſt, tentabis ſemper & diuerſis vijs fugere, ſed fruſtra nuſquam tibi patebit effugium. Hæ ſunt *tenebræ,* & ſemitę aut *viæ* abſconſio, ignoratiove, quibus Deus hominē ſæpit, premit, conſtringit. Beati *qui* diligunt. *ſalutare Dei,* qui non alia via ſalutem, & incolumitatem quærunt quam à Deo; quemadmodum magnus ille Ioſeph, qui, cùm in obſcuro carcere & fouea iaceret, & *ferrum pertranſiret animam eius, Poſuit Deum adiutorem ſuum;* ergo *diſſoluta ſunt vincula brachiorum illius per manus potentis Iacob,* cùm ipſe nihil efficere poſſet ad ſui liberationem, manibus videlicèt ligatis. Hunc eundem carceris ianitorem inuocabat Dauid in tenebricoſa ſpelunca, velut in carcere concluſus, cùm aiebat: *Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo.* neque enim ego è carcere iſto exire aut poſſum, aut volo, te niſi iubente atque aperiente; interim cum huius rei tota cura apud te ſit, curabo, vt ſecurus atque tranquillus dormiam *vinctus* licèt *inter milites cuſtodes,* grauibus malorum catenis; annuente enim Domino me excitabit *Angelus* illius, & *porta ferrea vltrò mihi aperta* patefiet. Sed, illuſtre illud eſt de his tenebris, quibus Deus eum circumdederat, teſtimonium Ionæ de ventre inferi clamantis; *Proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me* (namque cetus iſte, qui me continet, non eſt ex illis piſcibus qui ad ſummam aquæ ſuperficiem enare ſoleant, & facilè capi poſſint; longè me ab omni ope humana demerſum in profundo tenet, & imis fluctibus comprimit, quo neq; auxilium, neque vis humana penetrare poteſt.) *Gurgites tui & fluctus tui ſuper me tranſierunt* (quòd ſi etiam eò poſſent demitti piſcatorū retia, vt me cum ceto expiſcari poſſent, & ad littus educere; ſed nunc piſcatum tempeſtas ſæua prohibet, te ipſo concitante fluctus, & tempeſtatem ciente; ſic enim Chaldæus legit: *Omnes maris tempeſtates, & fluctus eius) & dixi, Abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum* (quaſi perpetuo carceri traditus) *veruntamen rurſus videbo templum ſanctum tuum,* (in ſpem tamen erigor, fore, vt *in templo eius dicam gloriam,* & ex miſerando naufragio eiectus *Vuida ſuſpendam veſtimenta potenti maris Deo*) *Circumdederunt me aquæ vſque ad animam* (ſpiritu intercludor, reſpirandi facultate iam negata) *abyſſus vallauit me,* (nullum mihi reſpirandi, & euadendi perfugium) *pelagus operuit caput meum,* (hæ ſunt tenebræ abyſſi) *ad extrema montium deſcendi; terræ* (montium, & rupium) *vectes concluſerunt me in æternum: & ſubleuabis de corruptione animam meā Domine Deus meus.* (ergo iam tandem potentiſſime Deus dic ceto, vt oſtia ventris & oris aperiat, & vomat me in aridā. Totam verò ſententiam claudit ea ſententia.) *Qui cuſtodiunt vanitates fruſtra,* (qui vel idolorum vel alterius creaturæ opem implorat & colit) *miſericordiam ſuam derelinquunt,* (amittet ſalutem ſuam, quam illi conferre paratus erat miſerator & miſericors Deus; *ſuam,* inquam, certam, paratam, conſtitutam à Deo, his *qui diligunt ſalutare illius,* & qui calamitatum carcerem, quo detinentur iubente Deo, inuito illo effringere non tentant, grauiter licèt conquerantur, & gemant iacentes in tenebris, quibus eos circumdedit.

Dent.28.25.

Pſal.39.17. Diligere ſalutare Dei, quid.

Gen.49.24.

Pſal.141.8.

Actuum 12.

Ion.2.4. Illuſtratus Ionas.

Chaldæus.

XXIIII. Antequam comedam ſuſpiro, & tanquam inundantes aquæ ſic rugitus meus.

1 *Olympiodori expoſitio præfertur cæteris. Bolimiodem morbum hinc elici. Quid ſaturitas, Pſal.105.*
2 *Chryſoſtomi dubitatio de eſuritione Iob, an in vita, an verò voluntaria fuerit.*
3 *Magnus gemitus cum ſtrepentibus fluctibus comparatus, & quare.*

QVibuſdam videtur Iob tueri innocentiam ſuam hac ſententia, vt dicat; Nemo exiſtimet me ex illis eſſe, qui videntur viuere, vt bibant & edant; cum menſæ, aut neceſſariæ corporis refectioni minimè ſolitus fuerim indulgere, ſine præmiſſa oratione, & gratiarum actione, atque fuſis etiam lachrymis, quòd me viderem rei neceſſarię obnoxium atque adſtrictum. Alij commodiùs; Propter ea, quæ enumeraui mala inuitus, & dolens comedo, vt qui nolem vitam ærumnoſiſſimā diutiùs cibo, & potu ſuſtentare, atq; producere. Sed omnium commodiſſimè Olymp. nectit, Querelas has non leuiter iacto; tam grauiter enim afficior, vt neque cibum ſine ingenti dolore capere, neque me reficere ſine ſuſpirio poſſim. atq. ex his verbis colligi peculiare illud morbi genus, quod *Bolimodem* vocant, aut eſuritionem caninam ſupra ex Philippo & Beda docuimus. hanc illam eſſe exiſtimat Genebrar. Pſalm.105. quæ dicitur à Septuaginta *ſaturitas,* cùm dicitur, *Miſit ſaturitatem in animas eorum;* videlicèt morbum, quo quaſi ſaturi abhorrebant ab omni eſca, ſicque marceſcebant, & tabeſcebant. de qua re doctè eo loco diſſerit: 1

Olympiod.

Indicatur laboraſſe canina fame.

Vide c.2. in enumeratione morborum.

Genebrar. Pſal.105.15.

licèt exiſtimem non eſſe hanc illam bolimodem, ſed aliam, quæ ex repletione & cruditate prouenit, & cùm minimè nutritur corpus; etiamſi multum alimenti ſumat; de qua loquitur Galenus in aphoriſm. & hanc *repletionem* vocant. Eſuritio autem illa prouenit ex lienis. & atræ bilis, ac oris ventriculi vitio. Hanc verò famem, & difficultatem comedendi aliter Chryſoſtomus interpretatur, homil. 5. de patientia Iob ſcribens in hæc verba: *Quid dixeris famem illam vocans & interpretatu difficilem? voluntariam, an inuitam, neſcio. Quomodo enim appellem voluntariam? ſed nolebat appoſita degustare, inuitam? ſed aderant cibi; nemoque impediens erat: appoſitæ ſedebat menſæ, viſuſque non tangebat cibos. nam is, qui circa corpus ab vlceribus erat fœtor, deceptioni accidens, deſiderium reſoluebat; ipſamque menſam ærumnis quadam replebat. Putores* (inquit) *meos cibos eſſe video, & famis quidem neceſſitas appoſita tangere cogebat, fœtoris verò magnitudo è carne prouenient vim famis ſuperabat.* Eadem penè habet epiſtola 2. ad Olimpiadem. ille autem locus, quem indicat, eſt ex 6. c. ſecundum Septuaginta; *Non poteſt ceſſare ira mea, fœtorem enim video cibos meos, ſicut eſt odor Leonis.* Et Theophanes epiſtola 2. propter idem teſtimonium ait: *Necnon quidem in dolore famebat, propter nimium fœtorem.* Sed de hoc latiùs, cap. 6. vbi iterum ſui cibi, ſuæque famis meminit.

Galen. 2. Apho. c. 17. — 2 — *Chryſoſt. dubitatio de Iobi fame.* — *Theophanes.*

3 *Et tanquam inundantes aquæ.* Cùm comedo (inquit) vel propter ingentem famem, vel in vniuerſum, tot malis affectus rugire, & eiulare cogor. Magnus aliquis clamantium, dolentiumque cum gemitu & planctu ſonitus comparari frequenter ſolet cum ſonantibus & ſtrepentibus fluctibus, & quidem non ſine elegantia: nam ſicut in fluctibus reſonantibus eſt fragoſus ille ſonitus coniunctas cum aqua maris amara; ita dolentium gemitus, & ſuſpiriorū ſonitus comitari ſolet amariſſimas lachrymas. Sed nunc Iob forte ad famem illam (de qua diximus) reſpicit; nam vox illa *rugitum*. poteſt afferre ſimilitudinem leonis præ fame rugientis, ſicut ſcriptum eſt: *Catuli leonis rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi.*

Pſal. 103. 21.

XXV. Quia timor, quem timebam, euenit mihi: & quod verebar, accidit.

1 *Timor per methon. res timenda; abſtractum pro concreto auget ſignificationem. explicat. Geneſ.*
2 *Particula (quia) non ſemper reddit cauſam.*
3 *Miſeri præſagiunt impendentia mala. Deus quoque ſuos præmonet. Sapiens deteriora exſpectat.*
4 *Iuſtus nunquam ſe credit præſenti fortunæ. Illum non cadere retrorſum ſed in faciem, quid.*
5 *Proponitur dubitatio de timore iuſtorum & impiorum. Nequitia ſemper eſt timida.*
6 *Non idem iuſtorum & impiorum timor.*

1 Methonimia — *Prou. 1. 26.*

Timor; per Methonimiam res timenda, & formidanda; effectus pro cauſa, abſtractum pro concreto, vt ſignificationem quoque & ſenſum amplificet. ſic Prou 1. *Cùm vobis id, quod timebatis aduenerit.* Hebræ. *cùm venerit timor veſter*, Geneſ. 31. *Iurauit per timorem patris ſui Iſaac.* id eſt, per Deum, quem vehementer timebat, & colebat Iſaac. qui ex toto corde timendus, & colendus eſt. Ait itaq;: Hæc quæ patior, mala non me oppreſſerunt incautum, & nihil tale formidantem. Particula verò, *quia*, interdum non reddit cauſam, ſed vel ornatus, vel aſſeuerationis cauſa adhibetur, ſicut & id, *Quia omne maſculinum ſanctum Domino vocabitur*, id eſt, certè, ſic ſtatutum lege, & ſic omninò faciendum eſt vt omne primogenitum ſanctificetur, & offeratur Deo. Poterit ergo referri ad quandam ſuæ calamitatis conteſtationem. Certe non fruſtra vehementer ego timebam; nam grauiſſimis nunc premor malis. Solent miſeri & afflicti ſua mala deplorare ex præcedentibus ſignis, & præſagijs animi. Vt ille:

Gen. 31. — 2 Particula, *quia.* — *Luc. 2. 23.*

> *Sæpe malum hoc nobis, ſi mens non læua fuiſſet,*
> *De cælo tactas memini prædicere quercus.*
> *Sæpè ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.*

3 Miſeri deplorant infauſta præſagia.

Et illud, *Mens præſaga mali.* Eheu (inquit Iob) malorum mihi mens benè præſaga, tam acerba enim ſunt, & portentoſa, vt ſignis & præſagijs digna fuerint. Et quidem potuit ſuarum ærumnarum timor, & præſenſio à Deo immitti: nam ſolet Deus ſuorum ſaluti conſulens, ne inopinatus caſus illos deijciat, aut grauiùs conturbet, interius admonere. Sicut Paulo, *Proteſtabatur ſpiritus, quod vincula & tribulationes Ieroſolimis illum manerent.* Et rurſus: *Ego oſtendam illi quanta oporteat illum pro nomine meo pati.* Soletque *Deus aperire aurem*, & reuelare cor, vt homo non *contradicat, & retrorſum non abeat.* Vides paternam Dei prouidentis, & præuidentis, atque prædicentis curam erga ſuos, vt *non turbentur.* Non ergo adeamus *incantatores*, nec *quæramus à Pythonibus, ſed ad legē magis, & ad teſtimonium. Ecce* inquit, *prædixi vobis omnia.*

Deus ſuos admonet impendentium calamitatum. — *Act. 20. 25.* — *Act. 9. 16.* — *Iſa. 50. 5.* — *Matth. 24. 6.* — *Iſa. 8. 9.*

Poteſt præterea id argumentum eſſe benè inſtituti animi ſapientiæ præceptis; ſapiens enim non ſolùm melioribus vtitur, ſed etiam deteriora expectat, & *malam diem* (vt ait Sap.) *præcauet*, prop. ex Hebr. *videt, & præuidet*, excipitque non incautus. & licèt quidem *Sapienti*, (vt Plutarch. ait) *meliora in votis ſint, ſed deteriora tamen etiam in exſpectatione. Anaxagoras accepto de filij morte nuntio, Ego* (inquit) *quem genui interiturum ſciui, & ei expectationi ſuſtulis. Vnicuique certè infortunio ſubteſtari illico licet; Sciebam qui ſic erga fortunam affectus ſit, quidquid accidat, celebratum illud proferre poterit, antevertis tibi fortuna.*

Sapiens deteriora expectat. — *Eccleſ. 7. 15.* — *Plut. de tranquil. it. ans.* — *Anaxagoras.*

4 Eſſe verò hæc quoque ſententia poteſt viri pijſſimi nunquam ſibi de fœlicitate blandientis, ſed potiùs timentis quōdam fortunę commutationem, cum negatum ſit ſummis ſtare diu, quaſi dicat: Benè illud mecum ego ſæpius repetebam, omnia tempus habent, poſſeque fieri, vt inopia, & ærumnę ſuum tempus poſt tantam fœlicitatem ſibi vendicarent.

Vel tandem ſe ſuamque ſanctitatem tuebitur Iob hac ratione: Hæc mala non me oppreſſerunt inopinato, ſicut frequenter ſolent diuites impios in die bonorū oblitos malorū caſus inopinati proſternere; ſed iuſtorum more *ſemper fui pauidus*; nunquam me totū tradidi fœlici fortunæ; cecidi ſanè, ſed non *retrorſum.*

Prou. 28. 14.

Iuſtos cadere in faciem, non retrorſum, quid. *ſum*, qui caſus periculoſiſſimus eſſe ſolet; ſed *in faciem*, vti iuſti cadere ſolent, videlicèt in ea ipſa, quæ præuiderim, & ſemper ante oculos habuerim, ſemperque timuerim. vide Gregor. hom. 9. ſuper Ezech.

5 Sed quanam ratione ſuam pietatem ex timore malorum probare poteſt Iob, cùm Sapientia ad impios dixerit, Prou. 1. *Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo vos, cùm vobis id quod timebatis, aduenerit?* & iterum Prou. 10. *Quod timet impius, veniet ſuper eum.* Quid enim magis familiare improbis, quàm malorum omnium timor, atque etiam vbi *non eſt timor*, trepidatio plena timore? Nam *cùm pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur; & cùm ſit timida nequitia*, ſuo timore *dat teſtimonium condemnationis. Semper enim præſumit ſæua perturbata conſcientia. Nihil enim eſt timor, niſi præſumptionis adiutorium* (id eſt, ſuſpicionis impendentium malorum, augmentum, atque fomentum; ſuſpicio enim timore fouetur, & creſcit) *proditio* (deſertio, derelictio) *cogitationis auxiliorũ* (nam vigente timore nulla ſuſcipitur opportuna cogitatio capiendi auxilij.) Tyrannus ille verum Regem Chriſtum ſic formidauit, ſic ſui regni excidium timuit, *vt turbaretur* vehementer, *& omnis Ieroſolyma cum illo*, ad primum nuncium infantis nati. Regni amittendi timore furebat Saul. Inſaniebant quoque prę timore, qui dicebant: *Venient Romani, & tollent locum noſtrum & gentem.* Denique, vt ille alius dixit: *Omnis metus tyrannos ſollicitat, magna ſeruitus, magna fortuna; ſeruili animo & timore cuncta extimeſcit.*

Prou. 1. 26. — *Prou. 10.* — *Pſal. 13. 5.* — *Iob 19. 21.* — *Sap. 17. 11.* — *Senec. ad Polyb. c. 26.* — *Seneca.*

Non idem iuſtorum atque improborũ timor. Reſponderi huic dubitationi facilè poteſt; non eundem eſſe iuſtorum atq; improborum timorem. Impij namque dum proſperè & fœliciter agunt, & in pace ſunt cuncta quæ poſſident, minimè ſibi cauent, aut timent à proſpera fortuna, imò illi ſe totos committunt, deduntque præſenti voluptati, quam amant; mala vero horrent, atque aduerſus illa, qua poſſunt ratione ſe comparant, & præmuniunt, ne cogantur amittere voluptatem. vti ſapienter Plutarchus dixit: *Vehemens cuiuſque rei appetitio comitem illius amittendæ formidinem habet, quæ hebetem facit lætitiam, perinde atque flammam flatu violentiori inhibitam.* at iuſtorum virorum timor eiuſmodi eſt, vt à præſenti fœlicitate, & à fortuna blandiente ſibi timeant, fallacem illam, & inſtabilem eſſe ſibi perſuadent, *Totum mundum poſitum*, eſſe *in maligno* certiſſime credunt; *in manu Chanaan* eſſe *ſtateram doloſam*, non dubitãt, & in manu, & lenocinijs meretricis certiſſimas inſidias ſuſpicantur. Hic profectò timor dat teſtimonium ſanctitatis, atque comes eſt iuſtitiæ, nam *beatus eſt vir, qui ſemper eſt pauidus.*

Plutarch. de tranquillani. — *1. Ioan. 5. 19.* — *Oſeæ 12. 7.* — *Prou. 28. 14.*

XXVI. Nónne diſſimulaui, nónne ſilui, nónne quieui, & venit ſuper me indignatio?

1 *Quorundam principum inertia, quod iſtorum ſilentium, & turpis quies ex Dauid, Hamos, & Luca.*
2 *Quid diſſimulare.*
3 *Quid hoc loco indignatio, & de qua plaga accipienda.*
4 *Forma optimi principis, vt debeat ne diſſimulare quieſcere, & ſilere.*

NOn eſt eadem apud omnes huius ſenten
tiæ lectio, & diſpunctio. nam Septua- 1
ginta atque Græci ſine interrogatione, *Non* *LXX.*
diſſimulaui, non ſilui, non quieui, &c. quaſi dicat. Principum, & iudicum inertia.
Non me ſegniter, & inerter geſſi in meo munere regio adminiſtrando, inſtar regum & iudicum aliorum, qui diſſimulant, & conniuent ad obligationes & leges ſuorum officiorum; qui ſilent, vbi maximè clamare deberẽt, qui otio & inertiæ vacãt, atq; genio indulgẽt. cùm vigilare deberẽt, & laborare pro populo conſeruando in officio; ſe ipſos paſcẽtes, non gregẽ. Hac ratione intellexiſſe videtur Aquila; legit enim *Nõ me oblectaui, nõ indulſi genio.* de huiuſmodi vitijs notãtur diuites ab Hamos, c. 6. *Væ qui opulẽti eſtis in Sion.* Iuxta originale, Vę qui pacati & tranquilli eſtis; non ſolùm quod pacatam vitam in pace, & omnium bonorum abundantia degant, ſed etiam, quia perinde viuunt malè ſecuri, ac ſi mutationi obnoxij non eſſent. Dicit enim quiſque illorum *in abundantia ſua, non mouebor in æternum* diſſimulant igitur ad omnia, quod nihil ad ſe attinere credant; ſilent, & quieſcunt, & ſtertunt in aurẽ vtranque. Quam etiam ſecuram quietem ille diues poſt vberes anni prouentus pollicebatur animæ ſuæ dicens: *Anima mea requieſce, comede, bibe, epulare.* Quare verbum diſſimulandi, quod in fonte eſt, *ſalah*, ſignificat nõ ſolùm diuitijs, ſed etiam pace, tranquillitate, ſecuritateque abundare, Dan. 4. *Ego Nabuchodonoſor* * *quietus in domo mea eram.* & Ierem. 49. *Conſurgite, & aſcendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter.* Hebr. *ad gentem opulentam, & confidentem.* Iob ergo, qui cùm diues eſſet, tamen pauidus erat, non diſſimulabat, neque ſecurè agebat.

Aquila. — *Hamos 6. 1.* — Peccatores cur dicantur pacati. — *Pſal. 29. 7.* — *Luc. 12. 19.* — שלה — *Dan. 4. 1.* — * Contento des cantado, y ſeguro me eſtaua yo — *Ier. 49. 31.*

Vulgatus interpres cum interrogatione, & 2
negatione legit, ita vt idem valeat, quod affirmatio. *Non diſſimulaui*, quaſi diceret, vtique diſſimulaui, certè ſilui, quieui; eodemque modo Chaldæus, quod pertinere poteſt, vel ad animi moderationem, & conſtantiam, qua primos infauſtos nuncios de rerum ſuarum amiſſione accepit: conſtanter enim tolerantis eſt ſilere, & dolorem ſilentio comprimere. at verò vltimo illo acerbiſſimo nuntio, de repentino filiorum interitu vehementer fuerit commotus, in hanc ſententiam; Sæuam il- 3
lam & indignatione plenam, plagã non commerui aliarum calamitatũ impatiẽtia, aut importunis & ſtultis querimonijs, cùm ſiluerim, & quieuerim: ſed melius, hæc indignatio ſit illa acerbiſſima corporis plaga à Deo immiſſa, irati & indignantis inſtar. nam quod Hugo dixit: *Venit ſuper me* talis tribulatio, quæ in indignationem mihi verſa eſt, ſenſum habet & parum commodum, & Iobo indignum. Vel quidem ex ſententia aliorum, his diſſimulan- 4
di, ſilendi, & quietè agendi virtutibus ſignificabit ſuæ vitæ & morum integritatem, atque locupletiſſimi principis officium incorruptè, & ſanctè præſtitum, in hanc ſententiam; Tanta calamitas non mihi accidit ob prauum diuitiarum vſum, iniquamve reipublicæ adminiſtratio-

Vulgatus eluciatus. — *Chaldæus.* — Quid hoc loco indignatio. — *Hugo Cardin.* — Virtutes optimi principis.

niſtrationem; certè enim *diſſimulaui*, pacificus fui, non tyrannus, non ſummo iure, ſummaque iniuria omnia exigens; ſed benignus, & vt res, atque tempus ferebant, conniuens ad pleraque ſubditorum errata, huius diſſimulationis, optimique principis ſpecimen præbuit Saul recens in regnum inauguratus; cùm enim à tergo aduerſum ſe contumelias iactatas audiret, ille *diſſimulabat ſe audire*, 1.Reg. 10. & qui omnium iudex eſt, interdum etiam *diſſimulat peccata hominum propter pœnitentiam*: & vt Petrus ait; * *deſpicis ignorantiæ noſtræ tempora*. Illud præterea *ſilentium*, & *quies* ad eandē principis manſuetudinem pertinet; eſt enim fonte idem ſilentium, de quo dicitur, Pſalm. 106. *Siluerunt fluctus eius, & lætati ſunt quia ſiluerunt*. ait igitur; *ſilui, quieui*, non clamaui, non eſt audita vox mea foris. Similes profectò iudices atq; prælatos promittit ſuæ eccleſiæ Deus, Iſa.60. *Ponam viſitationem tuam* (viſitatores & iudices) *pacem* (valde pacificos) *& præpoſitos tuos, iuſtitiam* (ſanctos, mites, benignos.) Demonax (apud Lucianum) rogatus; Quomodo quis benè imperitaret; reſpondit: Si iram cohibeat, ſi multa audiat, & pauca loquatur. Hoc videlicèt illud eſt, *Noli eſſe ſicut leo in domo tua euertens domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi*; nam *ſicut fremitus leonis, ita & ira regis, & ſicut ros ſuper herbam, ita hilaritas eius*. illud valde Salomon deplorat; *Vidi in loco iudicij impietatem*. prop. ex Hebræo, inquietudinem, commotionem. Conſopire & extinguere debet potiùs iudex pacificus lites & iurgia, & componere diſſidia, quàm excitare, fouere, promouere, producere. ſed de diuitum, & principum aliquorū ſtultiloquio, & vaniſſima exiſtimatione de ſe concepta, aliquando plura; nunc integram Iobi orationem, nunquam interruptam audiamus.

Diſſimulare debet princeps.

1. Reg.10.27.

Sap.11.24.

* Haze del q no ve ni oye ni haze caſo.

Act.17.30.

Pſal.106.29.

Iſa.60.17.

Eccleſ.4.35.

Eccleſ.3.16.

Prou.19.12.

CAPVT TERTIVM.

1.
Poſt hæc.

* aperuit Iob os ſuũ:

& maledixit * diei ſuo:

2.
& loquutus eſt.

3.
Pereat dies, in qua natus ſum. * & nox in qua dictũ eſt, conceptus eſt * homo.

4.
Dies ille vertatur in tenebras.
non requirat eum Deus deſuper.

* & nõ illuſtretur lumine.

5.
Obſcurent eum tenebræ,
* & vmbra mortis.
* Occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine.

6.
Noctem illã tenebroſus turbo poſſideat.
Non computetur in diebus anni.
Nec numeretur in menſibus.

7.
ſit nox illa * ſolitaria neque laude digna.

8.
Maledicãt ei, qui ma

PARAPHRASIS
CAPITIS PRAECEDENTIS.

POST tot grauiſſimas plagas *a* diuturno *b* ſilentio exceptas, totque dies ab amicorum aduentu ſilentio tranſactos, nulla impatientis animi ira, aut commotione percitus (vt qui recentem dolorem cùm acerbior eſſe ſolet, facilè tacitus ſedauerit) *c* ſed recta * ratione ductus, conſultò ac præmeditatò ſibi ipſa verba præſcribit, quibus tum amicos in tanta calamitate obſtupeſcentes ad familiare aliquod colloquium prouocet; tum etiam *d* æſtuanti cordi (carneum enim, & molle, non lapideum, non æneum eſt) ſuſpirijs, & lamentis *e* indulgeat, apertoque ore viam patefaciat intùs concepto doloris igni. ergo * calamitoſum ſuæ vitæ tempus, miſeraque rerum afflictarum conditione materiam dicendi faciens non querelis modò, lamentiſque perſequitur, ſed verbis etiam, modiſque dignis re indigniſſima laceſſit. Nimirum malis, quæ Deus non fecit, maledicit, atque illa à vitæ bonis *f* ſapiente mentis conſideratione ſeparat, & quaſi præſcindit. præcipuè verò erga Deum *g* charitas, deque illius paterna in homines bonitate concepta fiducia illi fecit *h* conquerendi animos; atque in hæc tandem verba loquutus eſt. O vtinam extitiſſet nunquam *i* natalis ille dies, quo in miſeram hanc, lugubremque lucem editus ſum. * Nunquam fuiſſet offuſa terris nox illa teterrima, quæ meæ conceptionis teſtis non oculatus, ſed cæcus fuit. quamuis enim * viri, & maſculi, ſed non ideo non infauſta atque ominoſa conceptio atque natiuitas fuerit. Funeſtæ verò luci illi aduentanti quorſum præcedens nox ceſſit, locumq; conceſſit? Totum illud diei lucentis ſpacium occuparent tenebræ. Obſcurarentur omnia perpetua caligine. Quid verò ſupremus rerum omniũ iudex improbi illius diei *l* rationem duxit vllam? quid ad ſuum iudicium ſiſti & adeſſe iuſſit? quid communi & ordinaria aliarum rerum trutina, & quæſtione examinauit? cùm in illo nihil boni geſtum fuerit, nihil fœlix; lætum nihil, quòd reſpondere rogatus poſſit. Diem ſane indigniſſimum, quem Deus feſtiuum eſſe velit, aut vllo beneficio in homines collato inſigniat, & conſecret; aut ſibi ſanctum & ſolennem indicat; * viliusve ſideris, vel citò etiam fugientis cometæ coruſcatione illuminet. Ergo diem nigro notandum lapillo *m* vendicet ſibi proprium, & peculiarem caligo, iureque merito permittatur totus poteſtati tenebrarum, quæ in illum incurrant, proculcent, polluant, atque profanum efficiant. * Nocturnis omnino *n* terroribus inhorreſcat, vmbris letalibus, horrificis ſpectris, terriculamentis, vitæ diſcriminibus præſentiſſimis. * Tetra illum nubes obſideat; anxietas mœſta ſolicitet, amariſſimus & concitatiſſimus dolorum æſtus abſorbeat; illi videlicet grauiſſimi, atq; acerbiſſimi, quibus in extremo vitæ diſcrimine iam iam agẽtes animã *o* & lumine deficientes conficiuntur. Nihilo verò eſt hoc infauſto natiuitatis die, illa meæ conceptionis nox inauſpicatior: digna profectò, quam tenebroſus turbo, ſæuaque tempeſtas efficerent teterrimam, & periculoſiſſimam; * quam dies nullus in connubium, ſocietatemve ſuam recipiat; mortaliũ nemo ad menſium numerationem lunarium obſeruet; neque vlli omninò humano vſui quiſquam deputet. Deinceps verò, cùm annua reuolutione redierit, * ominoſa & infauſta habeatur *p* conuentibus, conuiuijs, lætioribus cantibus, nuptijs celebrandis. Tantùm *q* piſcatores, qui conficiendarum, conijciendarumque execrationum egregij ſunt artifices, eo præſertim tempore, cùm in Leuiathan vaſtiſſimum nimirum piſcem incidunt, aut cùm piſcatui minimè fauet ſerena nox, tranquilluſve dies, in hanc vnam noctem omnia ſua maledicta conferant, atque nouas alias nunquam auditas execratiuum formulas confingant. Nec non lamentatrices & præficæ, quæ, cùm plangendi principes, & magiſtræ ſint, atque

cæteris

NOTATIO RERVM INSIGNIORVM, quæ in Commentarijs fuſiùs explicantur.

a *Quo tẽpore lamentationes ſuas orſus fuerit Iob. v. 1. n. 1.*

b *Pulchra quædam, de ſilentio opportuni ſermonis magiſtro. v. 1. n. 2. 3. & de ſilentio Iobi terram in ſuis ærumnis. v. 2. n. 2 3.*

c *Oris apertio præclara multa indicat, præſertim orationem non temerè fieri. v. 1. n. 4. 5. 6.*

d *Vt ſit naturali dolori indulgẽdum; & de affectu ſenſitiuæ partis ſuperior diſputatio, in conſideratione peculiari lamentationum Sect. 6.*

e *Quid dies in ſacro ſermone. quid item maledicere. v. 1. n 7. 8.*

f *Peculiare aliquid de arte præſcindendi vnam rationem ab altera in eadẽ re, ex ſacris. Sect. 7.*

g *Ex charitate erga Deum profectas lamẽtationes has, diſſeritur integra ſectione 8.*

h *In vniuerſum vnde profectæ fuerint hæ lamẽta, & qua mẽte maledixerit Iob diei ſuæ, late diſputatur peculiari hac de re conſideratione.*

i *De natali die quædam. v. 3. n. 1. & de maſculi natiuitate, quædã ex ſacris. v. 7. & 8.*

l *De verbo requirendi, & vt Deus ſuas creaturas pro ſua beneuola prouidentia requirat, obſeruationes quædam. v. 4. a n. 2. vſque ad 6.*

m *Verbum obſcurãdi in Hebræo vehemens, & multa comprehendens. v. 5. n. 1.*

n *Accuratè explicatur quid vmbra mortis. v. 5. n. 2.*

o *Vt miſeris nigreſcant omnia, & è tenebris defunctorum, aut morientium ſumatur amplificatio calamitatis alicuius. v. 5. n. 3, 4.*

p *Quæ dicatur ſolitaria nox, ex prophanis quædã. v. 7. n. 2. 3. 4.*

q *De ijs qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan, & de Præficis & lamentatricibus. de ijs quoque, qui ex peculiari vitæ inſtituto Soli dieque maledicunt, fusè, & accuratè diſſeritur integra. v. 8. præſertim, a n. 4. vſque ad 8.*

cæteris modum lugendi præbeant, maledicere ſolent affulgenti luci, propterea quòd ex officio inſtaurare debeant lachrymas, & modos flebiles, quos noctu intermiſerant, totas ſeſe ad huius noctis deteſtationem, deplorationemq; conuertant. Illi etiã, qui exoſum habent Solem, & deum lucis, quod & ipſos, & regionem torridus perdat, proptereaq; noctem habent in delitijs, & crebris luminibus vtuntur, hanc tamen noctem, non minùs quàm Solem & diem maledictis, & conuitijs onerent. Decurſis iam aliquot vigilijs nocturnis, ſi ſubalbicare cœperint ſtellæ matutini crepuſculi, obtenebrentur confeſtim præcurrente caligine; ſicq; lucem expectet diutinam, quæ tantis tenebrarum malis finem imponat, ſed tamen fruſtra. Nunquam itaq; illi affulgeat vicinæ auroræ radius, qui ſolis aduentum nunciet, non videat præcurſorem Luciferum. Nimirum hæc, hisq; grauiora mereretur ſupplicia nox illa improba, quæ meæ conceptioni opportunitatem temporis, atque facultatem præbuit; cum debuiſſet potius matrem meam ſterilem reddere, ne me conceptum, atque naſcentem tot ærumnis exponeret. Sed eſto conciperer, debuiſſem præfocari intra materna viſcera priùs quàm prodirem in lucem, ſed debuiſſem confeſtim mea ſponte expirare. Quod ſi viuebam ipſe, cur (malũ) præcucurrit obſtetrix & parauit, atque ſuppoſuit genua, vt me cadentem exciperet? cur admouit ori vbera, vt me vagientem, deficientemque reficeret? Hæc ſiquidem mortis potius impedimenta, quàm vitæ adminicula deſiderent. fælix ego r ſilentium illud, quod cum huius mundi negotijs, & vitę curis amicitiam & familiaritatem dirimit, longè repoſitus iam ſeruaſſem, iam tranquillo, iucundiſsimoque defunctorum ſ ſomno iacuiſſem conſopitus. fruerer itaque nunc placida illa quiete, s quam nulla vitæ huius irrequietæ moleſtia interturbat; nullus belli tumultus, ſæua nulla negotiorum atque humanorum fluctuum tempeſtas concitat. Neque, ſi me immatura rapuiſſet mors, iniquiori fuiſſem conditione, quàm reges alij, & t magiſtratus ampliſsimi, quibus vitæ diuturnitas, & prædiues cenſus facultatem & tempus ſuppeditant extruendi in v campis, & medijs ſolitudinibus magnificentiſsima ſepulchra, quæ, cum eò iam mortui deportantur, pro ſuperba ſui funeris pompa, & u auro & argento repleant, atq; x preciosâ ſupellectile exornent. Si verò inhumatus iacere, aut quoſcunq; ſepulturæ ignobilis ſocietate comites haberem, non minus eſſem fælix, ſiue informis adhuc, rudisq; fœtus, antea quàm ſtatis ſolis & lunæ curſibus matureſcerem, materna ex aluo funderer, ſiue vnus fuiſſem ex illis, quibus ante y ſol occidit, quàm illum orientem videre potuiſſent, abortus dico infelicisſimos, quorum nulla nomina, memoria nulla, nulla cum viuentibus rerum, vitæque communicatio, neque ſocietas. O mihi denegata mors optima, quæ non modo pijs, probisque viris, quos iniqua vexat fortuna, ſed impijs quoque faues, nam his quoq; finẽ conſtituit tumultuandi, ſeditiones faciendi, tragœdias excitandi, tyrannidem exercendi, & manibus ſeipſos curis, noctes dieſque macerandi. *Eò tandem concedunt, atque concidunt, qui alios vi oppreſſos, & iniquo imperio coercebãt glorioſi milites, & imperatores fortiſsimi nunquam priſtinas iterum vires reſumpturi. Verùm enimuerò pari neceſſitate, conditioneque minime diſpari iniqui ſæuique tyranni cum alijs vexatis & oppreſsis, triumphatores cum captiuis, violentus creditor, atque importunus exactor, cum debitore obærato. *diues cum paupere nobilis cũ ignobili vulgo iacebunt, & conquieſcent. Neque obliuiſcitur regina mors mancipij viliſsimi, quod dura premit ſeruitus; nam illius miſerijs exorata, redemptione facta manu illud mittit, & vinculis atque compedibus eximit, inuito licet atque repugnante hero. Ergo ſi tot reperiuntur in morte commoda, atque opportunitates, cur iſtam tantę, tamque præſtantis boni conſequendi ſpe conceditur mortalibus lucis vſura? atque ijs præcipuè quorſum diuturnior vita ſuppeditatur, qui amariori ſunt animo, & in luctu, atq; ſqualore iacent? certè inutile omnino illis vitæ beneficiũ exiſtit, quibus eſt infeſta, dicam etiam moleſtiſsima, atque miſerrima diu exoptantibus, & expectantibus mortẽ. Hæc verò neque minùs ardẽter, neq; ſegniùs quæritur ab ægris, & afflictis, quã à viro

r Cur mors ſilentium dicatur, & huius comparationis ratio exponitur. v.13.n.2.3.

ſ Pauca quædam de mortis cum ſomno comparatione. v.13.n.1.

s Qualis ſit mortis quies, & vt vitæ ſit b. ſicus tumultus, & ſæua tempeſtas, mors, pax, portusq; tranquillus, opportuna digreſsio. v.13.n.4.5 6.

t De conſulis nomine & de Vulgati more peculiaria quædam. v. 14.n.1.2.

v Digreſsio ad loca in quibus monumenta fuerunt, vbi ex ſacris & prophanis non pauca. & quam eſſe nobis debeat familiaris mortis & defunctorum memoria. v. 15 nu.5.

u Priſca conſuetudo condendi cũ cadaueribus theſauros oſtenditur. v.15.nu.4.

x Vt pretioſa ſupellex, & aurũ & argentum ad regios, & diuinos honores pertineant. v.15.n.2. & 3.

y Quæ ſit abortiuũ ratio, & vt ex negatione lucis deſcribi in ſacris ſoleat, non pauca. v.16.nu.2. & 3.

ledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare Leuithan.

9
Obtenebrentur ſtellæ caligine eius.
Exſpectet lucem, & non videat:
Nec ortus ſurgentis auroræ.

10
Quia non concluſit oſtia ventris, qui portauit me.
Nec abſtulit mala ab oculis meis.

11
Quare non in vulua mortuus ſum? egreſſus ex vtero non ſtatim perij?

12
Quare exceptus genibus?
Cur lactatus vberibus?

13
Nũc enim dormiẽs ſilerẽ & ſomno meo requieſcerem.

14
Cum regibus & conſulibus terræ qui ædificant ſibi ſolitudines.

15
Aut cum principibus, qui poſſident aurum, & replent domos ſuas argento.

16
Aut ſicut abortiuũ abſconditũ non ſubſiſterem:
Aut qui concepti nõ viderunt lucem.

17
Ibi impij ceſſauerũt à tumultu.
&* ibi requieuerunt feſſi robore.

18
& quondam vincti

pariter ſine moleſtia non audierunt vocē exactoris.

19\. Paruus & magnus ibi ſunt, & ſeruus liber à Domino ſuo.

20\. Quare miſero data eſt lux, & vita his, qui in amaritudine animæ ſunt?

21\. Qui exſpectant mortē, & non venit quaſi effodiētes theſaurū:

22\. gaudentq́; vehementer, cùm inuenerint ſepulchrum.

23\. Viro, cuius abſcondita eſt via: & circūdedit eū Deus tenebris.

24\. Antequam comedā ſuſpiro: & tanquam inundātes aquæ, ſic rugitus meus.

25\. Quia timor, quem timebā, euenit mihi: & quod verebar, accidit.

26\. Nonne diſſimulaui? nonne ſilui? nonne quieui? & venit ſuper me indignatio?

pauperrimo theſaurus, aut vetus aliqua depoſitio pecuniæ, pretioſæve ſuppellectilis in ſepulchris recondita; certe ſudans licèt, & æſtuans defodiendi labore, ſi theſauri, aut ſepulchri vllum ſignum videt, vehementi afficitur gaudio, lætusque acclamationibus exultat. non aliter ſane mors eſt in votis miſero, non ſecus grata & opportuna quæcumque mortis occaſio & opportunitas. Viuere igitur quid miſero mortali confert, cui mille ærumnis circumſepto nullum pateat perfugium, nulla euadendi via, nulla è tantis calamitatum, & diſcriminum tenebris emergendi ſpes?

Si quis verò me fortè miretur acriùs conquerentem, atque loquentem acerbius; is ſciat me tam grauiter dolere, vt ſine ſuſpirijs & gemitu, & ſine ingenti lachrymarum vi, nequeam cibum capeſſere; necnon me tam grauiter affectum eſſe, vt ipſa corporis qualiſcumque refectio grauiſsimus mihi morbus exiſtat. dolens itaque & mutus etiam comedo; namque, quod mihi liceret, nollem vita hanc calamitoſiſsimā ſuſtentare diutiùs. Sed eheu malorum mihi mens z bene præſaga, non enim fruſtra percellebar animo, & mihimetipſe quondam timebam; intùs enim neſcio quæ concepta formido fœlicem mihi fortunam reddebat ſuſpectam, atque inconſtantiæ inſimulabat; vt blandienti minimè fiderem: deturbatus igitur ſum miſer è tanto faſtigio; ſed non inopinato, quod in maxima clade ſolatij reliquum eſſe potuit. Sed interdum, quod verum fatear, hæc bonæ conſcientiæ cogitatio refricat vulnerum dolorem; cùm enim neque ſegnem, neque malè ſecuram, inſtar principum aliorum, vitam traduxerim, ſed mei officij memor tranquille, & pacificè regnum adminiſtrauerim, conniuens & diſsimulans, cum res poſcebat, ad multa ſubditorum errata, nullo tandem meo meritò ſupremi iudicis in me ſæuientis iram, plagamque ſæuiſsimam ſuſtinere compellor.

z *Quam ſit diſsimilis iuſtorum & improborum timor in media fœlicitate; & qualis ſit ille qui iuſtitiâ comitatur explicatur quæſtiuncula appoſita. v. 25. num. 5.*

IOANNIS DE PINEDA Societatis Ieſu, Commentariorum in IOB,

LIBER TERTIVS.

Qui eſt de tertio certamine, id eſt, prima IOB cum Eliphaz diſputatione.

ANNOTATIO PRAEVIA.

IOBI amicos ſapientes fuiſſe, & veræ fidei, atque pietatis cultores.

1. *Sapientia, & pietas dicentis, attentionem, & beneuolentiam conciliant. Veri ſapientes ſal, & claui defixi.*
2. *Quæ videantur repugnare ſapientiæ, & pietati amicorum Iob.*
3. *Sapientes, atque pios illos fuiſſe.*
4. *An illorum ſententiæ fidem infallibilem contineãt. hominum mendacia refert ſacra hiſtoria.*
5. *Quaſdam illorum ſententias ſacras eſſe. Quæ formula citandi ſacram Scripturam.*
6. *Alios ſacros ſcriptores mutuatos eſſe ſententias ab amicis Iob, & quæ illæ ſint.*
7. *Illos habuiſſe diuinas reuelationes. An fuerint Prophetæ.*
8. *Quod illorum peccatum.*

1 NE ſæpiùs in eandem dubitationem incurramus, ad vniuerſas amicorũ cum Iob diſputationes neceſſario præmittenda eſt illorum ſapientiæ, & pietatis tractatio Nam neque illorum argumenta, atque de diuinis rebus ſententiæ, longioresq́; orationes benè à nobis intelligi, examinariue aliter poſſunt, quàm prius conſtiterit, fuerintne diuinarum, humanarumque rerum ſcientes, an vero nihilo quàm vulgus, ſenſu & ratione præſtantiores. Quod ſi ſapientes ſint, attentos, ſi pij & religioſi beneuolos habebunt auditores, cum ſcriptum ſit: *Verba ſapientum audiuntur in ſilentio.* Et rurſum: *Verba ſapientum ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi.* quæ nimirum noſtram intelligentiam ſtimulant, & excitãt ad audiendum, & intelligendum, ſuſpenſoſque auditorum animos dicendo tenent, cuiuſmodi veri Eccleſiæ Theologi ſunt, qui velut *Paxilli fixi in loco fideli ſuſpenſam tenent omnem gloriam domus* Chriſti & velut *ſal*, famem & ſitum audiendi verbi Dei, & intelligendi in auditorum mentibus efficiunt. At è contra: *Stultus eſt homo acharis* (illepidus & inuenuſtus) *& ex ore fatui reprobabitur parabola.*

Sapientia attentionem conciliat, pietas beneuolentiam. Eccleſ. 9.17. Eccleſ. 12. 11. Sapientes velut paxilli defixi & velut ſal. Iſai. 22. 23. Matth. 5. 13. Eccleſ. 20. 2.

2 Et videntur quidem neque pij neque ſapientes. Primò, quòd ſenſu & iudicio de diuinis rebus à Iobo ſanctiſsimo, atque ſapientiſſimo vehementer diſsideant. Secundo, quòd manifeſtæ in diſputando falſitatis arguãtur à Deo c. vlt. dicente: *Non eſtis locuti coram me rectum.* id eſt, *verum*: nam *rectum* in ore, & in ſermone ad veritatem pertinet, Pſalm. 5. *Non eſt in ore eorum veritas.* Hieron. ex Hebræo: *Non eſt in ore eorum* * *rectum.* & Pſal. 32. *Rectum eſt verbum Domini, & omnia opera eius in fide.* id eſt, verax eſt, & fidelis. & ita Origenes initio libri 3. illud Dei dictum Paraphraſticè explicans reddit: *Non eſtis locuti quicquam veritatis.* Tum etiam, quia non videntur agnouiſſe reſurrectionem mortuorum, vt exiſtimat Burgenſ. huius libri cap. 21. additione. Quare oportuit multa illos fidei myſteria ignoraſſe: neque futuram alterius vitæ remunerationem in ſuis diſputationibus conſtituunt, imo euertunt, dum nulla alia promittunt Iobo præmia, quam temporalia, neque alias impijs pœnas, quàm ijs ſimiles, quas Iobus patitur: ſic illis tribuit D. Thomas in fine ca. 2. & Lyra Baruc. 2. Accedit quarto quod temerè, & improbe de Iobo centent, In quam rem dũ pro Iobo loquitur Grego. Nazian. oratione in laudem Athanaſij, ſic ait: *Malus celerrimè adducitur, vt bonum etiam virum condemnet; contrà vir probus, ne malum quidem facile condemnauerit.* ea etiam, quæ impijs atque ſtultis ſolemnia ſunt, in illis reperias, ſtultiloquium, verba improperij & conuitij in amicum, iterationes, & repetitiones inutiles eiuſdem ſententiæ: quæ omnia à pietate & vera ſapientia aliena ſunt, atque ſtultis, & impijs tribuuntur. Prou. 14. v. 42. Eccleſ. 7. v. 16. Huc tandem faciunt, quæ c. 2. v. 11. diximus, cùm dubitabamus, fuerintne veri amici, & bene in Iobum affecti.

Argumenta pro parte oppoſita. Iob. 42. 7. Pſal. 5. 10. Hieronymus. * No hazen ni dizẽ coſas a direchas. Pſal. 32. 40. Origenes. Burgenſis. D. Thom. Lyranus. Nazian.

Cæterùm ſanctos & pios fuiſſe docuimus, cum illorum veram amicitiam & beneuolẽtiam erga Iobum oſtendebamus: ſapientes autem & rerum humanarum atque diuinarum peritos ipſæ illorum orationes teſtantur, de Dei iuſtitia in genere ca. 4. de ſupplicijs impiorum 4. 8. 15. 18. 28. 22. de præmio iuſtorum c. 8. 11. 22. de Dei prouidentia 5. 33. 34. 35. 37. de Dei ſapientia 11. 33. de Angelis 4. 35. de Creatione, Meteoris, Phyſicis 15. 25. 35. 36. 37. ſparſimque alia de patientia, & omnium virtutum officijs, Quare illorum doctrinæ nunquam repugnat Iob, ſemper enim maiores propoſitiones illis concedit, minores autem, quas vocant, atque conſequentias deductas negat, vt conſtat, cum cap. 9. ait: *Vere ſcio quod ita ſit.* & cap. 12. *Ergo vos eſtis ſoli homines, & vobiſcum morietur ſapientia? & mihi eſt cor, ſicut & vobis, nec inferior veſtri ſum, quis enim hæc, quæ noſtis, ignorat? &* cap. 13. *Ecce omnia vidit oculus meus, & intellexi ſingula, ſecundũ ſcientiam veſtram & ego noui.* & ca. 16. *Poteram ego ſimilia veſtri loqui.* Auctor præterea Catenæ initio ca. 26. ait Iobum tacuiſſe, quò concederet, & approbaret orationem Eliu.

3 Amici Iob ſapientiſsimi Theologi. Iob non ſemper repugnat amicis. Iob. 9. 10. Iob. 12. 2. Iob. 13. 1. Iob. 16. 3. Nicetas.

Sed illud difficiliorem quæſtionem habet, an horum ſapientum dicta, atque ſententiæ in illis, quas diximus, propoſitionibus maioribus, atque principijs contineant infallibilẽ veritatem; atq; exiſtimandum ſit illa locutos afflatos ſpiritu ſãcto, ſicut alios ſãctos Dei homines, nam ꝙ in hoc libro ſacro refertur, non oportet cõtinuò ſecundùm ſe verum, & ſacrũ eſſe, niſi quatenus refertur. cùm mendacia & falſa teſtimonia, in hiſtoria veriſsima refe-

4 An principia quibus amici vtuntur ſint de fide. Aliorũ mendacia referri in ſacra ſcriptura.

Lyranus.

rantur, & quòd *dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.* ſic exiſtimat Lyra, non eſſe alienum à ſacra ſcriptura aliorum mendacia vel lapſus referre, vt Iudic. 11. Iephte numerat trecentos annos ab exitu ex Aegypto; cum tunc non fuiſſent exacti ampliùs. 267. neque mirum, nam ibi refertur, quid Iephte ſuo ſenſu dixerit. **Itaque amicorum dicta referuntur, ſed** non explicatur, an loquuti fuerint vt ſacri **Prophetæ inſpirante Deo, atque vt Apoſtoli** & Euangeliſtæ, quorum per ſe dicta vt ſacra, & à Spiritu ſancto dictata accipiuntur.

Iud. 11. 16.
Lapſus Iephte

5 Exiſtimo tamen primo ea omnia principia, **de quibus inter illos & Iob conuenit, ve**ritates ſacras continere, nam ſi quando errant **tunc illis repugnat Iob; & à Deo arguuntur,** atque nos illorum errati admonemur. ita Origen. Nicet. Anſelm. ſentiùs adducendi ſenſiſſe videntur. Sed Origenes potiſſimum: *Quia dixi mi (inquit) Spiritus vt ſi in Iob. eſſe, digna quæ litterarum monumentis conſignentur, ideo ſcribuntur, vt qui in ea incidit, ex eorum lectione capiat vtilitatem, quare etiam amicorum Iobi ſermones vtiles ſi nullus eſſent, nunquam diuina prouidentia permiſiſſet vt in libro Iobi conſerrentur.* Illud quoque ad doctrinæ amicorum laudem & auctoritatem facit, ut ad ſeptiformem Spiritus ſancti gratiam præſignatam ab Eliphaz cap. 5. intelligens S. Ferrandus Carthaginenſis in Paræneſi ad Reginum comitem, ſic ſcribit: *Per ſeptiformis Spiritus ſancti abundantiam miſericors Deus ſuper te requieſcet, ſicut veraciſſime amici ſui ſidelißimo Iob dixerunt; In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum.* Rem hanc videtur Paulus probare 1. Cor. 3. uſurpans tanquam ſacrũ, & æqualis cum Pſalmis auctoritatis dictum Eliphaz cap. 5. *Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum.* ſicut dictum Dauid Pſalm. 93. *Dominus nouit cogitationes ſapientium, quoniam vanæ ſunt.* & formula adducendi locum, eadem eſt quæ in ſacris Scripturis citandis ſolemnis eſſe ſolet: *Scriptum eſt,* nam id arguit Scripturam ſacram, quæ per excellentiam Scripturæ dicuntur, & biblia ſeu Libri. Quæ autem eo loco in hanc rem ſcribit Anſelmus, non inutile fuerit adſcribere *Dominus (inquit) ſapientia reprehendit amicos Iob de locutione, dicens: non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob. Cur ergo Paulus illorum, eorum ſi tanta auctoritate vtitur, ſi hæc ipſorum ſententia dominica reprehenſione quaſſantur? Vel quo modo dicta eorum quaſi praua reſpuimus, quæ Paulus ex auctoritate aſſumit: aut quomodo atteſtatione Pauli recta putabimus, quæ per ſemetipſum Dominus non recta definiuit? Sed vtraque hæc citius quod non ſunt diuerſa cognoſcimus, ſi eiuſdem dominicæ ſententiæ ſubtiliùs verba penſamus, qui, cum dixit: Non eſtis locuti coram me rectum, illico adiunxit, Sicut ſeruus meus Iob. Liquet ergo, quia quædam in dictis eorum recta ſunt, ſed meliorum comparatione ſuperantur: nam inter alia quæ irrationabiliter dicunt ad exterum Iob, fortes multas ſententias proferunt, ſed comparatæ dictis fortioribus viri fortitudinem amittunt.* hęc Anſelmus. q ſentit profecto quædam amicorum dicta ſacrę eſſe auctoritatis, ſed quandam peculiarem vim, & quēdam ſplendorem Iobi ſententijs peculiariter tribui eſſe.

Origenes.
Nicetas.
Anſelmus.
Ferrandus.
1. Cor. 3. 16.
Iob. 5. 13.
Pſal. 93. 13.
Formula citādi ſacrum Teſtamentũ.
Anſelmus.

6 Accedit, quod ab amicis ſententias alias alij quoque ſacri Scriptores mutuati videntur, vt Pet. 2. cap. 2. *Deus Angelis peccantibus non pepercit.* quod cap. 4. dixit Eliphaz, *In Angelis ſuis reperit prauitatem.* & Dauid Pſalm. 143. ex Baldad accipit ſimilitudinem vitæ cum vmbra cap. 8. *Sicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terram.* & Pſalm. 106. *Videbunt recti & lætabuntur* ex Eliph. cap. 22. & Moyſes Leuit. 26. promittens iuſtis: *Abſque pauore inhabitabitis in terra veſtra;* ex Sophar promittente Iobo: *Requieſces, & non erit qui exterreat.* & Deut. 10. *Non perſonam accipit, nec munera;* ex Eliu. 34. *Qui non accipit perſonas principum, nec cognouit tyrannum.* Rurſus Dauid Pſalm. 7. v. 15. & Pſal. 59. v. 14. ex Eliphaz cap. 15. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* & Salomon Prouerb. 2. *Impij de terra perdentur, & qui inique agunt, auferentur ex ea,* ex Baldad cap. 18. 17. *Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis.* & Prouerb. 29. *Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria,* ex Eliphaz cap. 22. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.*

Alij ſacri Scriptores ſententias mutuati à Iobi amicis.
2. Pet. 2. 4.
Iob. 4. 19.
Pſal. 143. 4.
Iob. 8. 9. & 14. 2
Pſal. 106. 42.
Iob. 22. 19.
Leuit. 26 5.
Iob. 11. 19.
Deut. 10. 17.
Iob. 34. 19.
Pſalm. 7. 15.
Pſal. 59. 14.
Iob. 15. 35.
Prou. 2. 22.
Iob. 18. 17.
Prou. 29. 23.
Iob. 22. 29.

7 **Illud prætereà, quòd reuelationes diuinas** habeant, præſertim Eliphaz, hoc cap. 4. de cuius veritate non multò poſt diſputabimus: & iterum cap. vltimo loquitur cum illo familiariter Deus. Quare non dubitant quidam illos **appellare Prophetas, neque omnino falsò; ſi Prophetæ nomen latiùs ſumatur, pro eo, qui** de Deo loquitur aut familiariter cum illo agit, & qui diuinas imagines, & reuelationes **recipit, licèt ſtrictior & germanior Propheta** appellatio non quadret in illos, vt contendit Burgenſis loco iam indicato.

An amici Iob digni ſint Prophetæ appellatione.
Burgenſis.

8 Secundò, multo certius ſtatuendum videtur in re aliqua peculiari errâſſe, & quidem **non ſine culpa; cùm à Deo increpante audiat** Eliphaz: *Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coram me rectum.* Atque hoc efficiunt argumenta initio propoſita pro parte aduerſa, & quæ ignorantia quædam arguitur cap. 2. v. 11. Propterea Gregorius præfat. aſſerit *in culpam lapſos.* Chryſoſto. eandem ob rem *Peccatores* appellat.

Peculiare amicorum erratum & peccatum.
Iob. 42. 7.
Gregorius.
Chryſoſt.

Sed quodnam illorum erratum eſt? nam quæ D. Thom. & Lyra exiſtimant, crudeliora videntur, quam vt in illos cadere potuiſſent, **præſertim, cùm ſuppliciorum æternitatem videatur agnouiſſe Eliphaz cap. 4. dicens, fore** *vt impij in æternum pereant.* & Sophar cap. 20. *vt Luant quæ fecerunt omnia, nec tamen conſumentur.* Illud ergo fuit, quod Catenæ auctor initio huius capitis indicat, quod ex ordinario & conſueto **eius temporis diuinæ prouidentiæ tenore, &** curſu, qui bona bonis, mala improbis immittebat, vniuerſaliter colligebant neminem innocentem **flagellari à Deo. Quare perperam** etiā de Iobi moribus & vita ſtatuebant, propterea**que hoc cap. ait Eliphaz;** *Recordare, obſecro, quis vnquam innocens periit.* Idem quoque Grego. docet; *Dum diſcernere (inquit) flagellorum cauſas nequeunt, in culpam delabuntur; & dum Deum iuſtum in perſecutione ſua conantur aſſerere, beatum Iob conati ſunt de iniuſtitia reprobare.* Idem Nazianzen. oratione in laudem Athanaſ. auctor Catenæ in protheoria capit. 16. *Quoniam (inquit) amicorum verba vitioſa ſunt, licèt abſurdè in Iobo ſuſtentaſſent,*

D. Thom.
Lyranus.
In quonam erratum & peccatum ab amicis fuerit.
Iob. 4. 20.
Iob 20. 18.
Nicetas.
Gre in praef. cap. 5.
Nazian.
Nicetas.

tur, ideò diuina prouidentia perfectum eſt, vt hac quoq; ſcriptis traderentur. Idem apud eundem Origenes. Itaque cùm propoſitiones vniuerſales Iobo applicant, falluntur & peccant; & cum ex diuina bonitate, iuſtitia, prouidentia colligũt: nunquam iuſtum affligi niſi iniuſtè; vel Iobum iuſtum non eſſe, ſed hypocritam, prauè inferunt. Præterea Iobi verba perperam accipiũt, & ſiniſtrè interpretantur; ſed hic error non tam ſpeculationis vitium eſt, quam praxis cuiuſdam. Quare non tam veritatis alicuius ſpeculatione, & informatione; quàm oratione, pœnitentiâ, & ſacrificio expiata culpa eſt, vt quæ ex ignorantia practica procederet; & ex malitia quadam inferendi deprauatè, & ſiniſtra Iobi vitæ ſuſpicione. Quamobrem hoc tantùm illis tribuitur in libro Tobiæ, quòd

Tob. 2. 15.

Iobo *inſultauerint*. ex his petenda eſt priorum obiectionum reſponſio.

CAP. QVARTVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Calamitatum impatientiam, & ante actæ vitæ hypocriſim, atq; in adminiſtrando regno inhumanitatem & tyrannidem Iobo affingit Eliphaz; propterea; iuſtè flagellari à Deo; qui neminem inſontem iniuſto ſupplicio afficiat.

I. Reſpondens autem Eliphaz Themanites dixit.

1. *Reſpondere in ſacro ſermone. explicatur Salomon*
2. *Quæ nominis Eliphaz interpretatio. Heretici ſplendidis nominibus gaudent.*
3. *Quid Theman, an Regio, & præterea vrbs eius nominis. Themanitæ fortitudine & ſapientia clari.*
4. *Quæ velut Academia olim extiterint.*

1 ענה

RESPONDENS Reſpondere in ſacris Litteris actionem vnius erga alterum ſignificat; quare non tam eſt ad interrogata reſpondere quam aliquid erga alterum agere, ſiue loquendo, ſiue audiendo, ſiue gratum ſe alteri præbendo, ſiue rependendo beneficium, aut quid ſimile. exempla occurrunt paſsim: pauca quędam accipe. Iudic. 5 *Vna ſapientior cæteris, hæc ſocrus verba reſpondit.* id eſt hæc matri Siſaræ lachrimanti & lugenti filium, vt deſiderio & lachrymis reſponderet, ſic ad illam locuta eſt. 1. Regum 9. cum aſpexiſſet Samuel Saulem; *Dominum dixit ei.* Heb. *Dominum reſpõdit ei.* quaſi illius deſiderio & expectationi occurrens, Eccl. 10. *Pecuniæ obediunt omnia.* Heb. *Argentum* reſpondet omnibus.* id eſt vim habet erga omnia. Hinc* *Reſpondere*, nõ eſt loqui ſimpliciter, vt vulgò exiſtimatur, ſed loqui iuxta temporis & auditoris exigẽtiam. Sic Chriſtus Ieſus reſpondiſſe ſcribitur Matt. 11. Luc. 14. cũ ita loquebatur, vel orabat, vt infirmitati, & inſtructioni diſcipulorum conueniens erat. illud enim elegater reſpondere dicitur: *Hablar teniendo reſpecto a otro.* Ergo hoc etiã modo nunc reſpõdet Eliphaz; & ita exorditur

Iudic. 5. 25.
1. Reg. 9. 17.
Eccleſ. 10. 19.
* Tiene correſpondencia con todas las coſas, y con todas ellas ſe entiende.
* Hablar à propoſito y en correſpondencia de lo que el tiempo, y la occaſion, y el auditorio pide.
Matth. 11. 25.
Luc. 14. 3.

ſuam diſputationẽ, vt Iobi querimoniæ, & ægritudo poſtulare ſibi videbantur. Illud præterea quidam obſeruant in elegantia linguæ Hebraicæ, cùm poſt verbum reſpondendi ſequitur (*amar*) id eſt, *dixit*, pertinere ad exordiũ orationis & inſtitutionem ſermonis; vt hoc loco, *Reſpondens dixit:* אמר

Eliphaz. Nõ eſt ille filius Eſau Gen. 36. ſed lõgè poſterior, nã cognomine refert Themã nepotem Eſau. ergo ab illis deſcendit. Nonnihil de hoc ſupra diximus, cùm de genere Iobi diſputaremus. Quòd verò attinet ad nominis interpretationem, idẽ ſonat *Eliphaz*, quod *Deus meus, aut, Dei aurum*; ab (*el*) quod eſt Deus, &, *Pazaz*, quod eſt fortificari, aut conari, vel a (*Paz*) quod eſt aurum; vel potius, *Deus meus aurũ*; vel, *Deus meus, mea vis, & meus conatus.* quod alijs verbis Dauid dicebat, *Deus meus, fortitudo mea.* Gregorius tamen in præfatione c. 7. Interlinealis, & Olympiodorus dixerũt ſignificare *Dei contemptũ*; Sed à qua radice deriuari poſsit ea ſignificatio & interpretatio, ignoratur. Quod verò addidit Olympiodorus ſonare, *Deus me diſsipauit*, vel, *Deus contemptio* ... *meus*: forte deducĩ putauit a (*Pazar*) quod eſt diſpergere, aut diſsipare. Sed cũ prima illa nominis interpretatio ... facit, ꝙ hæretici ſoleant ſpecioſas nomenclaturas vſurpare; Simõ *virtutẽ Dei* ſe dicebat: Montanus, *Paracletũ Eccleſiæ*, Gnoſtici ſic voluerũt appellari, quaſi ampliſsima atq; veriſsima rerum omnium notione inſigniti eſſent præ cũctis mortalib. Alij Cathari, id eſt mundi, & puri; Apoſtolici, Euangelici, Illuminati, fucato nomine collucentes, & Dei aurũ iactãtes: nihil tamẽ veritatis, nihil probitatis habẽtes.

2
Geneſ. 36.
Interpretatio nominis Eliphaz.
אל
פז
פז
Pſalm. 24. 1.
Greg.
Interlin.
Olympiod.
פזר
Hæretici ſpecioſas nomenclaturas vſurpant.

Themanites. Theman filius fuit Eliphaz filij Eſau, Gen. 36. qui nomen vrbi, imò & regioni dedit. Nam Theman dicunt fuiſſe vrbem in terra Hus, vnde Eliphaz fuerit, ibique regnauerit. idem cenſent Brochard. Breidenbach. Chriſtianus Adrichem in deſcriptione Terræ ſanctæ. Sed quidẽ Hier. potiſsimũ in eius nomine regionem agnoſcere videtur, ſic ſcribens de locis Heb. *Theman regio principum Edom in terra Geballitica, à Theman filio Eliphaz filij Eſau ſortita vocabulum. Sed & vſque hodie eſt villa nomine Theman diſtans ab vrbe Petra quinque millibus; vbi & Romanorum militum præſidium ſedet, de quo loco fuit Eliphaz Rex Themanorum. vnus quoque filiorum Iſmael appellabatur Thema. Sciendum autem quod omnis auſtralis regio Hebraice Theman dicitur.* Hæc Hieronymus. diximus etiam nonnihil ſuprà in deſcriptione terræ Hus. certè tanquam metropolis Idumeæ commemoratur Ierem. 49. & Amos. 1. dum ſimul in Edom, Theman, & Boſram prophetat. Sed ſiue ciuitas, ſiue prouincia Idumęę fuerit, certe Themanitæ excelluerunt fortitudinis & ſapientiæ gloria. de illo Abdias aduerſus Idumæam ait: *Timebũt fortes tui à Meridie, vt intereat vir de monte Eſau.* In Heb. *Fortes tui Themã.* Quam vocem nõ appellatiuè, ſed propriè accipiunt Septuaginta: *Pauebunt pugnatores tui, qui de Theman, vt auferatur homo de monte Eſau.* de hoc vero, id eſt de ſapientiæ ſtudio Baruch. 3. de diuinæ legis ſapiẽtia loquitur; *Non eſt* (inquit) *audita in terra Chanaan, nec viſa eſt in Theman.*

3
Themã quis An Theman vrbs quoque fuerit.
Brochard.
Breidemb.
Chriſtianus Adrichom.
Hieronym.
Superiùs cap. 1. verſ. 1. num. 28.
Ierem. 49.
Amos. 1. 12.
Themanitæ fortitudine, & ſapientia claruerunt.
Abd.
LXX.

Baruch.3. 23.
Ierem. 49.7. Ierem.49. *Nunquid non vltra eſt ſapiētia in Theman?* quaſi diceret, qui priùs ſapientiſsimi habebâtur Themanitæ, quo modo nunc ſapientiâ, & conſilio deſtituti ſunt? An verò eam ſapientiæ laudem propter naturale intellectus acumé, an propter ſapientiæ ſtudium, quod Themanitæ colerent diſputationibus, ſcholis, lectionibus commeriti ſint, non conſtat. (Quæ olim Academiæ.) Similiter Thecuitas ſapientes fuiſſe ex eo colligunt, quòd pro reducendo Abſalone Ioab *Miſit Thecuam, & tulit inde mulierem ſapientem, &c.* (2. Reg. 14. 2. Iudic.1.11.) & Dabirenos, quod Iudic.1. Dabir vocata fuerit, *Cariath-Sepher, id eſt ciuitas litterarum*, quòd fuerit vniuerſitas, ſiue academia Paleſtinæ, quales olim Memphis, & Heliopolis, in Aegypto; Athenæ, Alexandria. Ergo cæteris ſapientior Eliphaz Themanites, fortè etiam ſenior, priores diſputádi vices obtinet: ſicut Eliu. iunior poſtremas. Atq; reliquorum etiam princeps videtur, vt qui duas habuit reuelationes hîc, & cap. vltimo; atque vnus ipſe pro aliorum erratis reprehenditur.

II. Si cœperimus loqui tibi forſitan moleſtè accipies: ſed conceptum ſermonem tenere quis poterit?

1. *Tentare in Hebræo. varia expoſitio. Peccatum oris grauiter puniri. Cuiuſmodi qui conſolationes non admittunt.*
2. *Quid tenere ſermonem verba vinculis & carcere indigent. vbi iuſta fuerint in iniuſtitia detineri non debent. Ieremias vinciatus.*

1 LXX. *SI cœperimus loqui.* Septuaginta, Græci, & plerique ex Hebræo primam hanc partem per interrogationem accipiunt, alij per aſſertionem; ſenſus tamen idem. Rurſus in ſententia (נסה) maior diſſenſio, quòd verbum (*Naçah*) diuerſimodè à Rabbinis, & Hebraizantibus accipiatur; illos vide in Pagnin. (Pagnin. Tentare in Heb. quid) Sed eleganter noſter interpres, quod in fonte eſt, *Tentare*, ad exordium loquendi retulit, *ſi tētauerimus*, id eſt: *Si cœperimus loqui.*

(Philippus.) *Forſitan moleſtè accipies.* Laborabis, laſſaberis, fatigaberis, egre feres. obſeruat Philippus Eliphaz indicare ſe non placidè, neque leniter cum Iobo acturũ ſed acerbè, & moleſtè, quòd ſic expedire exiſtimet. (D. Thom.) ſed conuenientior D. Thomæ annotatio, quòd iam notet Iobum animi deiecti, atque impatientis, vt qui moleſtè auditurus ſit ſana amicorum conſilia, ſicut ægre & faſtidiosè etiam viſus eſt increpationem Dei ſuſtinuiſſe. (Olympiod.) Lenior eſt Olympiodori interpretatio, Neſti, ò Iob, nunquam nos tibi locutos eſſe, quæ moleſta acciderent; nunc verò cõtradicere cogimur. (Chryſoſt.) Alienius eſt, quod Chryſoſto. l. borem & moleſtiã, pro peccato, & vitioſa oratione accipit, ſicut aliquando (Pſalm.10. 7. LXX.) eadem ſignificatione dictum eſt: *Sub lingua eius labor & dolor.* ergo lectionem Septuaginta: *Num ſæpè tibi ſermo eſt habitus in moleſtia?* in hunc ſenſum accipit, Vide ne aliquid in peccato locutus fueris, eaque de cauſſa his premaris ærumnis, nam non ſolùm actionibus, in quibus te præclarè geſsiſti, ſed etiam in verbis peccari ſolet. Papæ quantum ſupplicium quantosque cruciatus non arbitratur Chryſoſtomus (Chryſoſt.) indigenos peccato oris puniendo? Duo igitur præſtat Eliphaz; nam & ſe præclarè amici, non adulatoris munus præſtare, & Iobum animi parum compoſiti ſignificat, qui non modò audiendis increpationibus, ſed admittédæ quoque conſolationi ſuæ cladis, non ſit. Qui ita deiecto ſint animo, miratur Plutarchus (Plutarch.) libr. de differ. adulat & amici, & ad adulatorium vitium refert, *Haud ſcio* (inquit) *quo pacto complures in rebus quidem aduerſis conſolationes non ferunt, ſed magis hos admittunt, qui vna ſecum lamentantur, ac deflent.* (Cuiuſmodi ſint qui conſolationes taliſdiunt.)

2 LXX. *Sed conceptum ſermonem.* Septua. & Græci de ipſa Iobi oratione intelligunt, illi enim legũt. *Pondus verborum tuorum quis ſuſtinebit?* id eſt, Inſolentem iſtam orationem deuorare non poſſumus; quæ audiuimus abs te, & quæ noſtrâ mente percepimus, continere non valemus; cogimur itaque in te refundere, & euomere. Sed ſimplicius, ſi de ſua oratione ſic loquatur Eliphaz, Cum tuæ iſtæ acerbæ querimoniæ, & aſperior oratio poſtulent, vt de his tecum ſeriò & acriter expoſtulem, imperare mihi nulla ratione poſſum, vt taceam; & quæ dicenda iudico, ſilentio comprimam; *teneam*, prohibeã: inſolitum eſt nos tibi vnquam contradicere, ſed oratio iſta deſperantis, & indignantis animi, atque diuinam prouidentiam criminantis vel ab inuitis reſpõſioné extorquet. (Quid tenere ſermonem.) Quod hic *tenere ſermonem* dicitur, ab eadẽ radice. Prouerb. 25. eſt: (Prouerb. 25.) *Cohibere ſpiritum ſuum*, ad carcerem, & vincula, in quibus aliquis detinetur, transferri ſolet. Ierem. 29. & 4. Reg. 17. (4. Reg. 17.) *Obſedit eum* Heb. tenuit, & ſtatim ſe explicat, *Vinctum miſit in carcerem.* nimirum non liberè emittẽda ſunt verba niſi poſt diligentem examinationem, retinaculis indigent, vinculis, compedibus, vbi vera, opportuna, iuſta eſſe conſtiterit, in iniuſtitia detinentur, liberè emitti ſuo iure poſtulant. ait ergo Eliphaz, Iniuſtus ſim, ſi non libera vtar oratione, nihil aduerſus veritatem poſſum. Significat ſe vri zelo diuini honoris tuendi, neque conceptum ignem detinere poſſe, nihil itaque mirandum ſi flammas euomat, ſimile id Ierem. 20. qui quòd acriter in peccatores atque peccata inueheretur, opprobria & conuitia accipiebat. Tacere, inquit, præſtat; (Ier. 20. 9.) *& dixi: Non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illius.* ſed conceptum ſermonem tenere nõ poteſt: *& factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuãs, clauſuſque* (Hebræ. retentus, cohibitus) *in oſsibus meis; & defeci ferre non ſuſtinens. Verbum* enim *Dei non eſt alligatum.* Patefeci igitur oris aditum eluctantibus flammis.

III. Ecce docuiſti multos & manus laſſas roborâſti.

1. *Particula ecce inſeruit Ironiæ, aut aſſeuerationi ſeruiens.*
2. *Iob & re, & conſilio patientiam docuit. magiſter debet facere, & docere.*

3. Ver-

3. *Verbum docendi in Hebræo quale.*
4. *Manus laſſæ, & deiecta brachia cuius habitus ſit.*

1 *Philip.* ECCE. Philippus per irriſionem hæc dici exiſtimat; Fama hæc pia opera de te iactauerat, ea verò tu præſtabas, ſcilicet. quaſi diceret, Si hæc tu præſtitiſſes, neq; in has querimonias, neque in hæc mala deueniſſes. Aliquando quidem particula, *Ecce*, ironiæ, ſeruit;

Particula, *Ecce*, ironiæ ſeruiens. *Geneſ.3.22.*

vt illud: *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt.* dicet itaque Eliphaz. Ecce Doctorem, atque inſtitutorem egregium aliorum. Alij exiſtimant Eliphaz irridere medicum aliorum, qui ſe ipſum curare neſciat. Sed ſimplicius eſt, vt hæc ſeriò dicta accipiantur, vti communiter accipiunt Gregorius, Latini, & Græci: frequenter enim particula, *Ecce*, aſſeuerationem importat; ex pietatis igitur operibus anteactæ illius vitæ vel hypocriſim colligit, vel impatientiam præſentis calamitatis exaggerat.

Greg. *Ecce*, aſſeuerantis eſt.

2 *Chryſoſt.* *Polychron.* *Docuiſti multos.* Chryſoſt. & Polychron. hæc referunt ad conſolationem, & ſpem allatam ſua oratione & conſilijs afflictis hominibus, verosimile enim eſt non ſolùm poſtea ſuâ patientia, ſed antea etiam docendi patientiam, & conſolandi afflictos facultate, & officio excelluiſſe; quod operis ac muneris diuinitus illi cõceſſum fuiſſe illi ijdem afflicti homines nunc experiuntur: & quidem vtrumque ad perfectum virtutis magiſtrum pertinet, *facere, & docere*, id eſt factis & verbis magiſtrum ſe exhibere, *Dedit* igitur illi *Deus linguam eruditam, vt ſciret ſuſtentare eum, qui laſſus eſſet, verbo.* Oportet, inquit, te qui patientiam docuiſti, patientem te præbere; quod ſi odiſti diſciplinam, quorſum enarráſti iuſtitias Dei, & aſſumpſiſti illius teſtamentum per labia tua? pudere te deberet tam te tui diſsimilem præbuiſſe. Eleganter Gregor. dixit homil. 18. in Ezech. *Cùm ipſa ſua verba doctores ad memoriam reducunt, erubeſcimus non ſeruare quod dicunt; vnde per Salomonem quoque dicitur*, Prou. 16. *Anima laborantis laborat ſibi, quia os ſuum compulit eum. os enim noſtrum nos compellit ad laborem, quando per hoc, quod dicimus, à vitijs refrænamur.*

Actor.1.1. *Iſai.50.4.* Ineptum eſſe docendo, qui moribus diſsimilibus ſit. *Greg.*

3 *Philip.* Philippus hanc doctrinam paulò latiùs interpretatur; quòd ab errore multos reuocârit; vel quod docuerit alios pro peccatis affligi à Deo, Alij in genere; Sapiẽtia tua alijs profuit, tibi verò nunc, cum opus eſt, deficit. Certè verbum *docendi* paulò aſperiùs eſt, namque pertinet ad diſciplinam & correptionem, à quo dicitur Deut. 8. *Sicut erudit homo filium ſuum, ſic Dominus Deus tuus erudit te.* & Ierem. 31. *Caſtigaſti me Domine, & eruditus ſum.* erit ergo ſententia huiuſmodi; Vel ex te ipſo diſcere potuiſſes, quorſum Deus te corripiat, & caſtiget; nam tu alios caſtigabas, erudiebas, corripiebas, cùm ab officio declinabant; docebaſque non abijciendam Dei diſciplinam, neque fatigandos animis cùm à Deo corriperentur; igitur his ſupplicijs conatur te Deus reuocare à peccato, niſi correptionem & diſciplinam abijcias.

Verbum docendi aſperius. *Deut.8.5.* *Ierem.31.18.*

4 *Et manus laſſas roboraſti.* Aliqui; Tepidos ad bona opera animaſti, excitaſtique. ſed meliùs; Calamitatibus fractos; & laſſata brachia ingenti ærumnarum pondere, confirmáſti, & recreaſti, ne per impatientiam abijcerent impoſitum à Deo ſupplicium; ad currendum in ſemel cœpto virtutis, ac pietatis ſtudio hortatus es *Manus laſſa*, & deiecta brachia pertinent ad habitum aut molliter, aut ſegniter ambulantis, aut currere non valentis: econtrà verò adducere brachia, manus comprimere, fortiter iactare cubitos, ſtrenuè currentis eſt; exempla ſequens verſiculus ſuppeditabit.

IV. Vacillantes confirmauerunt ſermones tui, & genua trementia confortaſti.

1. *Quid vacillare, quid confirmare ex Hebræo. Afflictis quid manus laſſæ. explicatus Paulus, & Iſai.*
2. *Genuum tremor, eſt exaggeratio timoris.*
3. *Prælati ſunt collum Eccleſiæ, & Turris Dauid confirmare debent infirmiores.*

VACILLANTES. Perperam hoc ad eleemoſynas quidam referunt, non enim commemorat: Eliphaz ea facinora, quæ Iobus in opum poſſeſsione ediderat, vt acutè obſeruant Chryſoſt. & Polych. ea enim nũc in tanta paupertate præſtare non poteſt, ſed illa tantùm, quæ in homine afflicto & calamitoſo deſiderari poſſunt, patientiam & animi conſtantiam, quas ipſe ſuâ oratione, & exhortatione, in aliorum ærumnis excitauerat. 1 *Chryſoſt.* *Polychron.*

Alij quòd per *Genuum incuruationem* res turpis ſignificari ſoleat, vt infrà cap. 31. nunc ſignificari exiſtimant, officium a Iobo præſtitum in alijs reuocandis à turpi libidine; ſed quàm longè. Quod in proximo eſt, id quoque verũ, & germanum eſt, totum pertinere ad imbecillitatem quandam & languorem afflicti hominis, qui preſſus calamitate vacillet animo & tremat genibus, pedibus nutet, & caſum minitetur, in quam rem dicitur ab Iſai: *Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate, dicite: Puſillanimes, nolite timere, confortamini, &c.* Quæ omnia ad animum tranſtulit Paulus Heb. 12. (inquit) *diſciplina in præſenti non videtur eſſe gaudij ſed mœroris, propter quod * remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris.* inſtar ſtrenuè currentium, vt brauium comprehendatis, quod eodem capite rurſus dixit: *Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen.* Similis exhortatio ad Galatas 6. *Benefacientes nolite deficere.* & 1. Corinth. 15. *Stabiles eſtote, ſcientes quod labor veſter non eſt inanis.* & rectè omnia dicuntur, nam *vacillare* eſt in fonte impingere, aut offendere, aut præ imbecillitate caſum minitari. cuius verbi proprietas explicatur Iſa. 40. *Iuuenes in infirmitate cadent;* (vacillabunt, nutabunt, impingent, cadent,) *Qui autem ſperant in Domino, current & non laborabunt, &c.* *Confirmare* autem eſt, efficere vt ſtet aliquid firmum, conſtans, columnæ inſtar, quæ neque nutet, neque in alteram partem inclinet, quæ impoſitum pondus rectà ſuſtineat, quæ à ſua ſede & loco dimoueri minimè poſsit. Iuſtus enim afflictus, dum afflictionis ſit patiens, columnam aliquã firmiſsimam imitatur, quæ quò maius pon-

Aſtunic. *Iſai.35.3.* *Heb.12.11.* * Recogedlas manos braçe ad cõfuerça, y piſad fuerte. *Heb.12.1.* *Galat.6.9.* *1.Cor.15.58.* *Vacillare* quid. *Iſai. 40. 30.* *Confirmare* quid.

dus ſuſtinet, conſtantior & firmior eſt in ſuo loco.

Genuum tremor quid indicet. *Dan. 5. 6.* *Pſal. 108. 24.*

Genua trementia: Tremor genuum ad timoris vehementiam pertinere ſolet, ſicut ſcriptum eſt Danielis. 5. *Genua eius ad ſe inuicem colliſidebantur.* Sed hoc loco ad imbecillitatẽ refertur, ſicut & id Pſalm. 108. *Genua mea infirmata ſunt à ieiunio.* Simile illud.

12. Aeneid.

Genua labant, gelidus concreuit frigore ſanguis.

Pſalm. 17. 40. *2. Reg. 22. 4.* חִזַּק

Quare *trementia*, propr. eſt, *caruentia*, quod infirmitatis eſt, non potentis conſiſtere rectis pedibus; ſicut Pſalm. 17. *Supplantaſti inſurgentes in me, ſubtus me.* Hiero. ex Hebr. *Incuruaſti reſiſtentes mihi ſubtus me* & eodem modo 2. Reg. 22. ideo quę ſequitur: *Inimicos meos dediſti mihi dorſum.* Verbum (*Chazak*) neſcio quem exceſſum fortitudinis, & roboris affert, præualentia reddidiſti, vt inualeſcerent ſuper ærumnas; ne cederent calamitatibus.

Quod ſit optimi prælati munus. *Iſai. 35.*

Sed illud obſeruandum, hoc loco indicari quod ſit optimi principis, cuiuſuiſve prælati munus, nimirum deficientibus animos facere, infirmis addere fortitudinem. *Dicite, Puſillanimes nolite timere.* Propterea prælati, & principes ſunt velut collum Eccleſiæ, per quos à ſummo capite Deo robur, alimentaque virtutis, conſiliorum, doctrinæ ad nos tranſmittitur. Quale vero eiuſmodi collum futurum ſit, explicatur Cantic. 4. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Erat enim in monte Sion, eminentiſsimo videlicet, & nobiliſsimo vrbis loco turris erecta, quæ ſuo aſpectu ciuium animos reficeret, & confirmaret, atque vt eo confugerent, qui armis viribusque deſtituerentur. & ſicut illi ſecuri dormiunt, qui ad caput lecti gladium ſuſpenſum habent, quo opportunè vti poſsint, ſi quid inſidiarum aut periculi ſubito accidat, ita certè fideles ad caput ſuum, ad collum Eccleſiæ, apud ſuos prælatos habent arma parata, quib9 ſe in omni diſcrimine communiant. Vide Plutarchum in comment. num ſeni gerenda ſit reſp. præcipientem, vt princeps omnes erigat & conſoletur, neque animum deſpondere iuuenem ſinat. quod adductis exemplis confirmat. Atque hoc ad militiæ ſęcularis Chriſtianum ducem pertinere imprimis S. Ferrandus Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconus ſcribit, in parænetico ad Reginum: *Corripiuntur* (inquit) *inquieti, conſolantur puſillanimes; ſuſcipiuntur infirmi: licentia ſceleratorum demitur improbis, & bene agendi ſortitur innocentia libertatem.*

Cant. 4. 4. *Prælati Eccleſiæ ſunt Turris Dauid.* *Plutarch.* *Ferrandus.*

V. Nunc autem venit ſuper te plaga & defeciſti: tetigit te & conturbatus es.

1. *Tangere, Conturbare, Feſtinare in ſacro Sermone. explicatus Dauid.*
2. *Secunda ex Heb. ſententia. venire Deum, in malum. Paulus elucidatus.*

1 IMPATIENTIAE tribuit illum calamitatum ſuarum ſenſum, quem expreſsit ſuperioribus lamentationibus *Deficere* autem eſt idẽ quod ſupra. *Moleſtè accipere*, aut præ moleſtia & labore laſſari, & deficere; Quamuis (inquit Eliphaz) *tactus*, percuſſus vehementer fuiſſes, & clade ingenti preſſus, percuſſus (nihil enim leue verbum tangendi habet) non deberes *conturbari*, ſed imperterritus conſiſtere, ea enim conturbatio pertinet ad ingentem quendam terrorem, quo afficiuntur ij, qui vndique ſe malis obſeſſos vident. Verbum idẽ Pſalm. 82. *in ira tua turbabis eos.* Exod. 15. *Conturbati ſunt principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor.* Septuaginta, *Et Feſtinaſti.* quod Chryſoſtom. & Polychronius eleganter explicauit: ductum (inquiunt) verbum eſt ab ijs, qui tumultu perterrefacti celeritatem addunt ad gradum, nã qui timet, aut terretur, feſtinat, vt fugiat, ſicut id Leui. 26. *Viſitabo vos velociter.* alij vertunt & explicant, *Viſitabo vos in terrore.* & id Pſalm. 77. *Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum * feſtinatione.* ſemper pauidi, minimeque ſecuri. breuis vitæ curſus; multiſque perturbationibus infeſtus.

Pſalm. 82. 16. *Exod. 15. 15.* *LXX.* *Polychron.* *Leuit. 26. 16.* *Pſalm. 77. 33.* * La vida breue y eſtà llena de temores, y ſobreſaltos.

Sed quidem cùm in originali nõ ſit expreſſum illud ſuppoſitum *Plaga*, quod Vulgatus ſapienter ſuppleuit, videtur verbũ veniendi ꝓ nũ eſſe, vt cũ Deo coniũgatur in hanc ſententiam, Venit ad te Deus, viſitauit te id eſt, graui te ſupplicio affecit (Dei enim viſitatio, & aduentus aliquando in malum, & pœnam ſumitur) *& defeciſti*; ad illius conſpectum terribilẽ, & minacem. & pertigit te, peruenit vſque ad te: & præ timore, & perturbatione, celeritateque fugiendi ab illo auerſus es. Sic etiam Paulus Deum punientem inducit, ob viam procedentem ijs, quos punire vult; *Tanquam filijs* (inquit) *vobis offert ſe Deus.*

Venire Deum quid. *Heb. 12. 7.*

VI. Vbi eſt timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum.

1. *Eliphaz principijs veris vtitur ad reprehendendum Iob. Salomon elucidatus.*
2. *Quid conſtantia. Qui diſſoluti corde ex Eccleſiaſtico.*
3. *Quid Patientia ex Hebræo. Deus dicitur Patientia Iſrael.*
4. *Iob per ſummam iniuriam reprehenſus. Prælati ſæpè à ſubditis iniquè notati.*

NVNC tandem (inquit Eliphaz) tribulatio, quam ſuſtines, velut lapis Lydius, prodidit non veras, ſed falſas fuiſſe illarum omnium virtutum imagines, quas præferebas, vel ſi veræ fuerunt, miratur, cũm maximè opus ſunt, non comparere. *Timor*, pietas, religio, diuini numinis obſeruantia, vt non ſemel diximus, nam miris cohæret, quod Græci dicunt colludere cum illo, quod ipſe Iob dixerat: *Timor, quem timebam, euenit mihi,* & ex lectione Septuaginta: *Nonne timor tuus eſt in ſtultitia?* vel, vt Auguſtinus habet: *Nonne timor tuus ſtultus eſt?* eliciunt hanc ſententiam; Si probus extitiſſes, nihil timere debuiſſes, nam vir pro- 2

Iob. 3. 25. *LXX.*

bus non deijcitur timore, ſed potius erigitur fiducia,& ſpe.vel ſtultus igitur & temerarius metus fuit, ſi innocens crasvel ille, ſi tuæ vitam tuam flagitiorum fuiſſe comprobauit, ne innocentia non mala, & iæua perſiſtunt, co.

Eliphaz malè vtitur principijs ver.2. læta, atque ſolida. Vtrique hic duo principia veriſsima aſſumere Eliphaz, ſed male applicare ad rem Iobi,alterum, Iuſtum habere con-

Pſalm.26. ſcientiæ pacem, & in meum *pratio ſperare*, & nihil timere, quæ iam Deus illius *in animum*,

Sap.17.10. Eccleſ.10.2. *Al bueno le da el coraçon ſiempre lo meior, y al malo lo peior. *ori ſi m, vtraque, ſi et illos* Alterum, ſicut *per totas iatas, inſtit prae mittenda*, ita probitas, in bonũ caſura omnia confidit.ſicut ſcriptum eſt: *cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius*. id eſt, cor iuſti ſemper pulſatur, & erigitur dextra, & ſtultus hic bonus.... at cor impij per

LXX. cellitur ſiniſtra ... Sed porro lectionem Septuaginta ego acciperem in hanc ſententiam, ita etiam vana eſt illa pietas, quæ cum in fælicitate ſplendeat, in tribulatione deficit.

Po'ychron. Polychronius, *Simul pietas, quæ eius profuit raſaſibus ingens ..., nſt.*

2 Pſalm.77.7. *Tertia v.* Conſtantia,quæ etiam ſpes, aut fiducia dici ſolet,vox eadem, quæ Pſalm. 77.7 *Vt ponant in Deo ſpem ſuam*. Nam in ea firmum atque conſtantem eam, nam ita, & neutram in ...ea defixerit, & memoriam tenet hominem ... deſiderata, & expectata; ſecùs vaga redditur

Eccleſ.2.15. mens, diſſipatis ... ſuarum ludibrio permittitur, ſicut S.S. *Væ diſſolutis corde*.id eſt, Væ

*A los que con el golpe de agua, y ... les quebraron las tierras, y perdieron el anchora illis qui ... rentiam ... rerum vt diſsipatis fu nibus, ſi ... anchora ... fluctuant; *quia non credunt Deo: et ideo non protegentur ab eo*. Elegãter Iſa hanc maneriæ, ſpei ve fortitudinem expreſſit dicens: *In ſilentio et in ſpe* in quiete, vel in quieſcendo *& in ſpe*, hoc eſt concepta de diuina ope;

Iſai.30.15. *erit fortitudo veſtra* (hæc vos fortes, conſtantes imperterritos,malis ſuperiores efficiet.

3 Quid patientia. *Patientia* autem poteſt eſſe hoc loco expectatio, quæ ſignificatio non eſt infrequens in ſacris,a verbo (*Kavah*) quod expectare ſignificat,quare Septuaginta dixerunt, *Spectas*. Primo ergo quidam alluſionem fieri putant cum irriſione quadam ad id: *Nunquid Iob fruſtra timet*

קוה LXX. Iob.1.9. *Deum?* Vbi eſt timor ille religioſus,vbi fiducia, vbi expectatio præmij, & ſuarum vtilitatum? nam propterea timebas Deum, vt tuam rem amplificaret, iam tamen cum nihil ab illo expectes, pietatem & timorem exuiſti. Vel ſecundo ſic: Cur,quæſo, turbaris,cùm ſemper de Deo bene ſperare debeas? *Qui crediderit*

Iſai.28.16. *in eum non feſtinet*. Et ideo: *Recordare quis vnquam innocens perijt*. Ideo hac voce originali dicitur

Deus dicitur patientia Iſrael Hier.14.8. Iob.17.15. Deus, *Expectatio*,aut *Patientia Iſrael*, Hierem. 14. & in eandem ſententiam dixit Iob cap.17. *Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea?* Rurſuſque: *Patientiam meam quis conſiderat?* Sed ſimplicius videtur, ſi ſimpliciter hæ virtutes accipiantur, à quibus patetur defeciſſe præ magnitudine calamitatis, ſi atque ita autem, quia cum expectatione omnium auxilij, & ingentis præmij coniuncta eſſe debet,hinc et nomen expectationis.

4 Aquila. Auguſt. LXX. *Et perfectio*. Aquila dixit: *Et perfectio viarum tuarum*. Auguſtin. *Simplicitas vitæ tuæ*. Quare mirum, quòd Septuagin. legerint: *& malignitas vitæ tuæ*,fortè pro (*cabchiam*) id eſt, innocentia (*chachiam*)iniquitatem, aut malitiam aliquis ſuppoſuit.

D. Thom. Sed illud D.Thom. ſubtiliter obſeruat, obijci Iobo defectum quatuor virtutum, quibus impatientis & irati animi impetus cohiberi ſolet, & quas Iobus ſanè retinuit ſemper; vt

Iob per ſummam iniuriam reprehenſus. Iob.1.12. videas quam acriter his verbis pungatur. Primò Timoris Dei & reuerentiæ erga diuinam prouidentiam, quæ ille vſus eſt, dicẽs, *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factũ eſt*. Secundo Fortitudinis, atque conſtantiæ in aduerſis, ſiue ſit virtus qua homo fortiter ſuſtinet,vel aggreditur aduerſa,ſiue donum,quo redditur ... ſis prompte & facile mobilis ab Spiritu ſancto, vt conſtanter ſequatur eius in-

Iob.2.10. ſtinctum pro virtute in aduerſis,hanc quoque habuit Iob, cùm dixit: *Si bona ſuſcepimus de manu Domini*, &c. Tertio patientiæ, quæ iuxta rectæ rationis regulam,ſuſtinentur aduerſitates; atque in hanc rem rationibus quoque ... philoſophi ... animi ... dolo ... Tandem vitæ innocentiæ,& amoris honeſtæ actionis, propter quem recedit homo à malo, & adhæret bono, quamuis laborandum ſit, qua etiam morum integritate excellebat Iob. Illud quoque non inutiliter ex hac Eliphaz reprę-

D.Greg. henſione colligit D. Gregor. ad finem lib. 5. quam ſæpe multis diſpliceant prælatorũ ſuorum dicta,vel facta, quod minime intelligar, qua ratione dicta factaue ſint.

VII. Recordare, obſecro te, quis vnquam innocens perijt? aut quando recti deleti ſunt?

1. *Quid ſit Iuſtum non perire, explicatur Paulus de conſtantia in aerumnis.*
2. *Lenior interpretatio.*
3. *Chaldai huius loci paraphraſis.*

1 SI adhuc perſtet Eliphaz in reprehendenda quam ipſe exiſtimabat, Iobi impatientia, ſenſus erit nullos & innocentes non perire,id eſt,non deficere in laboribus,non abſorberi æſtu dolorum,non cedere tentationibus, ſed ſubſiſtere in miſerijs.ſic Paulus non ex ſua tantùm, ſed ex reliquorum etiam perſona in

2.Cor.4.8. ſtorum ait.2.Corinthio. 4. *In omnibus tribulationem patimur,ſed non anguſtiamur, aporiamur* (ingenti rerum neceſſariarum inopiâ premimur) *ſed non deſtituimur*(non opprimimur) egeſtate; laboramus,ſed egeſtati non ſuccumbimus) *perſecutionem patimur,ſed nõ derelinquimur, humiliamur, ſed non confundimur, deijcimur, ſed non perimus.* &

Rom.8.37. Roma.8. *In his omnibus ſuperamus*, (ſuperiores euadimus. Epitaſim habet in Græco, quaſi diceret, *ſupervincimus. Innocentia nobis animos facit; tam longè abeſt,vt pereamus &

*Sobradas y ſelobradas ſu ſtas tenemos para ſufrir mas. deficiamus.) At lenior erit ſenſus atque contextus ſi hic incipiat Eliphaz probare,calamitates contingere hominibus propter peccata; quare obſecratoria illa formula vtitur,

2 Lenior ſententiæ acceptio. quæ exordio orationis, & conciliandæ aut beneuolentiæ, aut attentioni apta eſt. Ergo vel nõ meminit Abel iuſti interfecti à fratre ec-

[*Geneſ. 4.*] ciſi, neque Abraham propter vxorem pericli-
[*Geneſ. 16.*] tantis, nec Iſaac & Iacob, qui Paleſthinorum
[*Philippus.*] inſectationem paſsi ſunt, vt ait Philip. prop-
tereaque ait, non ſolùm ignoranter, ſed etiam
[*Caietanus.*] violenter exprobrare. vel vt Caietanus conij-
cit, non agit de clade, & morte, quam homo
homini affert, ſed quam Deus peculiari pro-
uidentiâ, aut iuſtitiæ zelo immittit; qualem
fuiſſe putabat Eliphaz, quæ Iobo acciderat;
vel tandem de ijs loquitur, quæ in quotidiano
vſu & experientia erat: ſic enim ait, *Recordare*,
quaſi appellans ad experientiam, quæ ex mul
[*Verſ. 8.*] tis memorijs comparatur; & ſic infrà ait: *Vidi
eos, &c.* Et Dauid quaſi experimento edoctus
[*Pſalm. 36. 25.*] loquitur Pſal. 36. *Iunior fui, etenim ſenui, & non vi-
di iuſtum derelictum, nec ſemē eius quærens panē* ſup-
ple, etiam derelictum. tunc autem *innocentē pe-
rire* erit omni neceſſario vitæ ſubſidio deſti-
tui, neq; inuenire vel fruſtum panis, cum illud
quærit, & *rectos deleri*, erit, cū familia & ſobo-
le ſtirpitus conuelli & interire. Septuaginta.
[*LXX.*] [*Olympiod.*] *Quando veraces radicitùs perierunt?* Olympiodorus
ſic ait: *Illud radicitùs magnam vim habet, verumque
omnium interitum declarat, fortunarum, inquam, amiſ-
ſionem, extinctionem liberorum, corporis afflictationem.*
[Quid *delere* in Hebræo. כחד.] quare Latinus interpres eleganter dixit *deleti
ſunt*, quod propriè diceres, *Abſconditi ſunt, aut ſuc-
ciſi.* כחד (*Chahad*) eſt ita tollere, & ſuccidere ali-
quid, vt nullum maneat ſignū, aut veſtigium;
quemadmodum cum aliquid deletur; quod
tunc temporis inſolitum erat: nam Deus ſuos
bonis temporalibus cumulabat; illaque ipſa,
ſequutis poſtea ſæculis, iuſtis promittebat,
[*Iſai. 1. 19.*] dicens: *Si audieritis me, bona terræ comedetis.* Chal-
[*Chaldæus.*] dæus ferè in eodem ſenſu, ſed ſtrictiùs, refert
ad primos illos Patriarchas Iobi progenito-
res; *Recordare* (inquit) *an Abraham iuſtus, aut Iſaac
perierint.* & ſecundam partem refert ad dilu-
uium, quo impij obruti ſunt. ergo vtraque
pars ad aliquod manifeſtum ſupplicium de
peccatoribus ſumptum alludere poterit; Me-
moria repete, an, quando Deus ſubuertit So-
domam, innocens Loth perierit? Veroſimile
enim eſt fuiſſe apud iſtos Abrahami poſteros
peruulgatum illud dictum eiuſdem Abraha-
[*Geneſ. 18. 25.*] mi Gen. 18. ad angelos Sodomæ ſubuerſores:
*Abſit à te Domine, vt rem hanc facias, & occidas iu-
ſtum cum impio, fiatque iuſtus ſicut impius.* Rurſus il-
lud, *deleti ſunt* pertineat ad diluuium, a quo e-
reptus eſt Noe; tunc enim dixit Deus: *Delebo
[*Geneſ. 6. 7.*] hominem, quem creaui.* iuſtum verò, quem coram
ſe vidit, non deleuit.

VIII. Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores & metunt eos:

1. *Videre ad experientiam pertinens.*
2. *Operari in ſacro Sermone. Impius agricolæ ſimilis.*
3. *Allegoria agriculturæ ad mores relatæ. Quis ager, quis imber, quæ meſſoria falx.*
4. *Dolor quid, & hîc ſumptus.*
5. *Voluptuarij cur dolorem metant, prima reſponſio. In Hebræo idem verbum peccandi, & laborandi.*
6. *Secunda reſponſio. eadem vox ſignificat dolorem, & concupiſcentiam explicatur. Dauid.*
7. *Optima & veriſsima cauſſa rei propoſitæ. Illuſtratur Pſalm.*
8. *Dolor pro iniuſtitia. Elucidatur Iſaias.*
9. *Impiorum ſeges, & meſsis, meſſoria falx. Impius etiam bos aratro iunctus.*

VIDI. Sicut nuper dicebamus, ad expe- 1. [*Geneſ. 22. 12.*]
rimentū pertinet; ſicut & id: *Nūc cognoui,
quod timeas Deū*, id eſt, Re ipſa & experientia o- [*Num. 11. 23.*]
ſtendiſti, quòd timeas Deum. & Num. 11. *Iam nūc* [* No te parezca, que me alargo en prometer, que a la experiencia, y a las obras te remitto.]
* *videbis, vtrum meus ſermo opere cō pleatur.* videbis,
experimento certiſsimo cognoſces. Igitur ait
Eliphaz, Nemo vnquā iuſtus periit, nemo rect*
radicitus excisus eſt, imo impij pereunt &
conſumuntur, iuſtum de illis ſumente ſuppli-
cium Deo.

Qui operantur iniquitatem. Tranſlatio ab agrorū
cultura. quare *operari iniquitatem*, erit iniquitatē 2. [Tranſlatio ſumpta ab agricultura.]
excolere, velut agrum quendam aptum feren-
dis ſeminibus, & fructui percipiendo; quòd
indicant ſequentes quoq; voces *ſeminandi*, atq;
[Quid *operari*.] *metendi*: in genere autem *operari*, eſt operam &
laborem alicui rei impendere; quamquā ver-
[חרש] bum originale (*Hharas*) arare ſignificat, quem-
[*LXX.*] admodum etiam Septuaginta vertunt: *Vidi eos
qui arabant abſurda.* Sed quidem verbi huius ſig- [Impius agricolæ ſimilis.]
nificatio ſiue propria, ſiue tranſlatitia rectè in
impios quadrat. nam ſicut qui arat, terræ gle-
bas proſcindit & vertit, ita qui aliquid magni
momenti machinatur & molitur, [illegible] tētat
cum ingenti expectatione boni euentus: quæ
omnia verbum, *Hharas*, complectitur. improbi
igitur arant, vertunt, inuertunt omnia, omnē
glebam, omnemq; lapidem mouent, vomere
latentia quæque perſcrutantur, ardent cupidi-
tatibus, magnam ſibi voluptatum ſegetem ex
ſuis cogitationibus & artificijs pollicentur.
Tum etiam qui arat, & ſinum terræ aperit, illi
ſemina mandat, quæ deinde occulit & conſe-
pelit, vt terræ gremio excepta foueantur, &
herbeſcant, ita ſanè improbi iniquitates ope-
rantur in corde, & cogitant malum, & concu
piſcentes concipiunt in corde, quę deinde ſuo
tempore proferant & perficiant. Quare exi-
ſtimo hic ab Eliphaz Iobū notari hypocriſis,
quòd corde machinatus fuerit malū, & in oc-
culto fuerit impius, proptereaq; occultæ im-
pietatis hos publicos, & cunctis mortalibus
conſpicuos dolorum fructus perceperit. eodē
enim verbo originali *operantis* dicitur Prou. 6. [*Prouer. 6. 18.*]
Cor machinans cogitationes peſſimas Prou. 3. *Ne molia- [*Prouer. 3. 49.*]
ris* (cogites) *amico tuo malum.* & 1. Reg. 23. *Quia præ- [*1. Reg. 23. 9.*]
pararet* (cogitaret machinaretur) *ei Saul clam* (in
corde, tacitus) *malum.*

Huius autem allegoriæ ſiue in bonum, ſiue 3 [Allegoria agriculturæ ad animum & ad mores translatæ.]
in malum frequens eſt in ſacris Libris vſurpa-
tio; nam ſiue virtutis, ſiue laboris opera cum
labore quodam exercemus, & non ſtatim fru-
ctum percipimus ſed progreſſus quoſdam a-
griculturæ ſimiles facimus. Quare tota vitæ
noſtræ ratio in agricultura quadam poſita vi-
detur: nam inter creaturas reliquas ſolæ ar-
bores frugiferæ, atq; ſemina videtur hominis
operâ, & induſtria egere, ſic homo ſumpſius

cura

Geneſ. 2.15. Geneſ. 1.16.

curã, cuſtodiã, diligentia, cultura. id quod indicauit Deus homini, cum *poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum*; fecit que luminaria, *vt eſſent in ſigna, & tempora*; videlicet, vt ſignificarent, admonerentque nos de tempore opportuno ad ſerendum, metendum, atque ad alia agrorum opera exercenda. Ideo enim cap. 8. id explicatur cùm dicitur; *Cunctis diebus terræ, ſementis, & meſſis*. & qui ducendis rectâ ſulcis, & tenendo aratro ineptus eſt (vt qui non reſpiciat in directum, vſque ad finem, ſed *reſpiciat retro*) neque aptus erit regno Dei. Sub qua metaphora tum alias virtutes, tum patientiam à nobis ſæpe requirit Deus. Galat. 6. *Non deficiamus, operemur bonum, & tempore ſuo metemus*. Iacob. 5. *Ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ patienter ferens*. Eccleſ. 6. *quaſi is qui arat, & qui ſeminat, accede ad ſapientiam, & ſuſtine* (expecta) *bonos* (vberes) *fructus illius, in opere* (cultura) *enim illius paululum laborabis & cito edes de generationibus* (fructibus progenitis) *illius*. Igitur terra, quæ excolenda eſt in Scriptura ipſa indicatur vel pietas, vel iniquitas; virtus, vitiumvè; in qua tractanda laboramus, & cui tanquam ſemina committimus ipſa noſtra ſtudia, deſideria, labores, opera. Quare eodem modo hoc loco dicuntur impij operari iniquitatẽ, ſicut in Geneſ. 2. *Vt operaretur terram*. & Hoſeæ 10. *Araſtis impietatem*. Ruſuſque Sapiens ipſam ſapientiam terram dicit: *Quaſi is qui arat, & qui ſeminat, accede ad ſapientiam, & ſuſtine bonos fructus illius*. Paulus verò carnem aut ſpiritum, quibus actiones noſtræ & curæ mandantur, & in quorum cultura nos exercemus, vocat terrã, cùm ait Gal. 6. *Qui ſeminat in carne, & qui ſeminat in ſpiritu*. Tandem aliquando operarijs & agricolis pietatis Deus ipſe, quem colunt, eſt terra, quã excolunt, cum ipſe dicat Ierem. 2. *Nunquid ſolitudo factus ſum Iſraeli, aut terra ſerotina?* & illud: *Vita veſtra abſcondita* (ſeminata) *eſt cum Chriſto in Deo. Seminamus in lachrymis*; hoc imbre aluntur noſtra opera: & *in exultatione metemus*. Meſsionẽ noſtram, atque laborem iuuabunt angeli, qui *meſſores* dicuntur Matthæi. 13. Porrò miſericordiam, vult Deus optimus eſſe meſſoriam falcem. Hoſ. 10. *Seminate vobis in iuſtitia, & metite in* * *ore miſericordiæ*. ſicut dicitur, *in ore gladij*. Scriptura enim falci os tribuit, nos dentes. Quamuis enim Deus ex iuſtitiæ lege præmia conferat, quia tamen præmiat vltra condignũ, ideo iuſtitia illa; quæ cum tanta & tam vberi miſericordia & liberalitate coniuncta eſt, miſericordia appellatur. Denique ſuam ipſe Deus domum manſionibus multis, * velut horreis diſtinguit, in quæ cùm operum præmijs & meritis inferemur per æternitatem aſſeruandi, fructibusq; manuum noſtrarum fruituri. Hic contraria de impiorum ſemente & meſſe cogitas; ſed ea indicabimus in ſequentibus.

Geneſ. 8. 22. Luc. 9. 62. Galat. 6. 9. Iacob. 5. 7. Eccleſ. 6. 19.

Quæ dicatur terra excolenda in ſpirituali agricultura.

Geneſ. 2. 15. Hoſeæ. 10. 13. Eccl. 6. 19. Galat. 6. 8. Ierem. 2. 31. Galat. 3. 3.

Meſſores qui. Matth. 13. 19. Hoſeæ. 10. 12.

Falx meſſoria iuſtorũ.

* Al tiẽpo de la ſiega para que ſea ſin trabajo os dara Dios vna hoz cortadora, y endentada de ſu mano para que detẽbeis miſericordias a manojos, y manojos de gloria.

4

Quid *dolor*. Iob. 5. 7. Iona. 4. 10.

Seminabis dolores. Hoc loco *dolor* eſt idem quod afflictio, labor, laſsitudo; eadem vox infra c. 5. *Homo naſcitur ad laborem*. & ad rem agrariam aliquando accommodatur, vt Ionæ. 4. *Tu doles ſuper hederam, in qua non laboraſti, neq; feciſti vt creſceret*. & fabri, quorum vita laborioſa eſt, hoc nomine dicuntur (*Ghamelim*) ab eadem radice quaſi laboratores; ſic nos, *trabajadores*.

עמלים

Sed mirum quod cùm peccator in vnã voluptatem perceptionem operam & impenſam conferat, laborem dicatur ſeminare, & non aliam, quàm dolorum & anxietatis ſementem facere. Multiplex huius rei cauſſa aſsignari poteſt. Prima, quæ ex ipſis vocibus ſumitur, quod eadem vox laborẽ, & iniquitatem ſignificet, vt Pſalm. 54. *Labor in medio eius, & iniuſtitia*. Quare præter eundum non eſt, quod in ipſa lingua ſancta, quæ myſterijs abundat, verbum *laborandi* idem propemodum ſit, quod verbum *præuaricandi* & tranſgrediendi, contemnendiq; Dei præceptum; ſola quidem Litterarum inuerſione differũt: nam (*Ghamal*) eſt laborare, (*Maghal*) verò eſt præuaricari; ex præuaricatione namque ad laborem, & ærumnas & moleſtiſsimã illam terræ culturã damnatus homo eſt; cum dictum ei eſt: *Quia comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo*.

Cur voluptuarius homo dicatur ſeminare dolorem. Prima propoſitę quęſt. reſponſio. Pſalm. 54. 55.

עמל

Geneſ. 3. 17.

Secundò, quoniam illæ ipſæ voluptates, atque delitiæ, cum ingenti labore & ſolicitudine comparantur. Hoc enim illud Ieremiæ eſt: *Vt iniquè agerent, laborauerunt*. & id Salomonis Prouerb. 13. *Peccatores perſequitur malum*. Nam vt Plato dixit: *Pœna iniuſtitiæ comes eſt*. & quod ad hanc iniquæ terræ culturam pertinet, Prou. 16. *Vir inſipiens fodit malum*. indefeſſo enim labore torquentur impij, dum fodientium, & arantiũ, inſtar, ſuam illam iniquitatis terram vertunt & ſubigunt; non aliter ea *omnia, quæ in mundo ſunt, Concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ*, laborem & laſsitudinem appellat Eccleſiaſtes, atque laborem eiuſmodi, quo laborat perpetuo homo. *Quid* (inquit) *habet amplius homo, de vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole*. eam enim nunquam intermittendi laboris legem, illa vox *laborat*, preſentis temporis indicat, vt olim, cùm eam ſententiam expenderemus, obſeruauimus. ſiue ergo cogitet de impietate, vt illam perficiat, ſiue iam obtẽtis votis fruatur, nunquam non laborat. Eleganter Iſaias dum idololatris inſultat, qui ſuis idolis onuſti, vel vt illos ab hoſtibus eriperent, vel quod hoſtes illa imponerent ſuis cultoribus iam captiuis geſtanda, ſudabant & defatigabantur: *Confractus eſt Bel, contritus eſt Nabo, facta ſunt ſimulacra eorum beſtijs, & iumentis: onera veſtra graui pondere vſque ad laſsitudinem*.

5

Secunda ſolutio difficultatis. Ierem. 5. 9. Prouer. 13. 21. Plato lib. 9. de legibus. Prou. 16. 17. 1. Ioan. 1. 16. Eccl. 3. 9. Iſai. 46. 1.

Tertia, quoniam ſi nihil pro peccatis in impuræ vitæ cultura percepturi ſunt, quàm dolorem, & cruciatus, certe dolor eſt id quod ſeminatur, & ratio eſt; nemo enim *Colligit de ſpinis vuas, nec de tribulis ficus; neque poteſt arbor bona malos fructus facere*; malum ergo ſemen eſt, quod ſeminat impius. Et cum, quæ cogitantur, & cõcupiſcentia concipit, rationem & ſimilitudinem ſeminis habeant, certe idem nomen apud Hebræos dolorem & luctum ſonat, paritérq; concupiſcentiam; videlicet (*on*) ab (*ana*) quod eſt concupiſcere; vnde inferius. cap. 20. dicitur; *Manus illius reddent ei dolorem ſuum*; quaſi dicat,

6

Tertiò ſatisfit dubitationi præcedenti. Matth. 7. 16.

און אבה

Iob. 20. 10.

reddent

reddent ſemen, quod terra multiplicatum reddere ſolet agricolæ. Non aliter cum iuſtus lætitiam, atque iucunditatem ex ſuis operibus percepturus ſit, quamuis ærumnarũ, quas patienter ſuſtinet, & voluntariæ corporis macerationis ſementem faciat, lætitiam tamen ſeminare dicitur Pſal. 96. *Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia.* Hebr. Lux ſata, ſeminata; quare *orta eſt?* non qua ratione ſol in cælo oritur, ſed ea ratione qua ſemẽ in terra naſcitur, & fructum profert; lucem ergo, id eſt quidquid lætum, iucundum, fœlix eſt, percipient.

Pſalm 96. 11.

7 Quarta & optima reſponſio.

Quarta, & quæ totius dubitationis nodum facile explicat, quia id ſeminat quiſque, quod non comedit, neque in ſuos vſus expendit, neque aſſeruat, ſed terræ committit. Quare interdum fameſcit agricola, eiusque familia, ne ſi ſemina conuertat in victum quotidianum, ſeminis copia neceſſaria deſit ſementi faciendæ: illud igitur ſeminat, quod ſibi negat. Quid tibi illi ſeminaſſe videntur, qui *euntes ibant, & flebant, mittentes ſemina ſua!* Lachrymas dices, & luctum, mærorem, egeſtatem: minime vero, imo riſum, lætitiam, gaudium, exultationem, & vberem omnis fœlicitatis ſegetem; nam hæc ſibi negabant, ne ſementi deeſſent. Id explicat originalis vox, ex qua hæc ſententia elicitur: *ibant, ibant & flebant, portantes ſemen pretioſum,* cum enim pretioſa & iucunda quæque abijcerent, atque diſpergerent, mærebant, & lachrymabant. Quid porro ſeminat impius, qui ſe voluptatibus exſaturat, & omnia iucunda & mollia conſectatur? cùm hæc ille in ſuos vitæ vſus conferat, ſementi nihil niſi dolorẽ, cruciatus, aſpera omnia & acerba relinquit; *ſeminat* igitur *dolorem.*

Pſal. 125. 6.

8 *Dolor* pro iniquitate.

Sed ſi *dolor*, hoc loco nõn ſimpliciter pro quouis peccato, ſed pro eo, quod iniquum & iniurium proximo eſt, accipiatur, fortè melius omnia cohærebunt. *dolor* ergo ſumetur actiuè, & methonymicos, pro eo, quod dolorẽ efficit, aut infert; in quo etiam ſenſu dictum eſt Iſai. 59. *Non eſt qui* * *inuocet iuſtitiam, conceperunt dolorem, & pepererunt iniquitatem.* Pſal. 7. *Parturiit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* & illud, *Sub lingua eius labor,* id eſt, occultè agit de ſtruendis inſidijs, & affligendis innocentibus: metent ergo, quoniam *Conuertetur dolor eius* (quẽ nititur alijs inferre) *in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius* (violentia, iniuria) *deſcendet.* Et ſic benè cohæret, quòd inferiùs Iobum cum leone comparat prædæ inhiante, & contra iuſtaſque imbecilliores diſcerpente.

Iſai. 59. 4.
* No ay quiẽ no trate de ponet demandas, y pleytos inju ſtos. trayan, de hazer mal y agrauio, y ſalen ſe cõ ello.
Pſalm. 7. 15.
Pſalm. 7. 10.

9 Qualis ſit impiorum ſeges, & meſſis.

Et metunt eos. Vt aliquid quoque de hac meſſione dicamus, miſerrimum eſt, ſpem ſementis fruſtrari, vt meſſis ſementi non reſpondeat; ſicut Aggæus dicit: *Seminaſtis multum, & intuliſtis parum,* (vt terræ & ſoli ingratitudinem ſignificaret ob peccata ſteriliſcentis) *comediſtis, & nõ eſtis ſatiati* (& illud quidquid fuit, quod percepiſtis, quaſi alendi facultate deſtitutum eſſet, famem veſtram non expleuit.) Sic quoque impijs, dixit Hoſeas: *Araſtis impietatem, comediſtis frugem mẽdacij:* ſed multo miſeriùs, ſi nihil omnino fructuoſum, ſed omnia vitæ, & ſpei contraria percipiantur; ſicut S. S. *Impius facit opus inſtabile.* Heb. fallax, vel falſum; quod ſpei non reſpondet: nam *dolorem* profert, ex quo videbatur decerpenda voluptas. Quid, quòd non ſolùm agricolam agit, ſed bouem iugo & lòris vinctum, dæmone ſtimulante & agitante, & iugum iniquitatis grauiſſimum atque duriſſimum ſuſtinentem atque labore & niſu incredibili: *trahentem iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum?* Sed quam putas eſſe neceſſariam falcem, quâ impius peſſimã frugẽ demetit? certè cùm *more miſericordiæ* iuſti meſſuri ſint; improbi in ore iuſtitiæ diuinæ digna ſuis ſceleribus ſupplicia præcident. Ecce vt de ſuppliciorum impiorum veriſſima prædicet Eliphaz, ſed illud tamen, vt Olympiodorus & Polychronius notârunt, ipſe non animaduertit, non ſemper in hac vita eſſe remunerationem, neque tempus metendi, ſed potiſſimùm in futuro: *ſuo enim tempore metemus,* vt Paulus ait: *Tunc dicet meſſoribus ſuis, Mittite falcem, quoniam iam acruit meſſis terræ.* Sed pergendum, vt ſententiam integram abſoluamus.

Aggæi. 1. 6.
Hoſeæ. 10. 13.
Prou. 11. 28.

Impius non ſolum agricola ſed bos iunctus aratro.

Olympiod.
Polychron.
Galat. 6. 9.
Ioel. 3. 13.

IX. Flante Deo periiſſe, & ſpiritu oris eius eſſe conſumptos.

1. *Quid Dei flatus indicet. Quid ventus vrens cùm ad fruges refertur.*
2. *Spiritum iræ nares inflat. Quid latis naribus, quid breui naſo in Sacro ſermone ex Moyſe, Salomone, & Iſaia.*

NESCIO quam ſubitam Dei vindictam afferre videtur iſte flatus, ſpiritusq; vehemens, qui repetè exurgere ſolet; tum etiam, vt Chryſoſt. indicat, *Ne* (inquit) *putare aut à dæmone,* aut ab hominibus iſta in te mala immiſſa. Deus eſt qui te vlciſcitur, & punit id ſignificat lectio 70. *A præcepto Domini peribunt.* Sed Polychronius ad facilitatem refert, ſine vllo labore aut fatigatione, hos Dei agricolas iniquitatis perdet ſolo præcepto, ſolo oris flatu; dicet, & fiet; quod facilè & breui fit, nos dicimus flatu fieri, *cuius ſpiritu* namque *vox Domini in virtute & in magnificentia,* quę potens eſt confringere cedros Libani, tenues quoque calamos, & inanem meſſem facile diſijciet, atq; decutiet. fortè in hoc flatu alluditur ad ventũ vrentem, & noxium, qui fruges abſumere, & deglubere ſolet, ſicut dictũ eſt Iſai. 40. *Exſiccatũ eſt fœnum, cecidit flos quia ſpiritus Domini ſufflauit in eo.* & Ezech. 17. *In terra bona ſuper aquas multas plãtata eſt, vt faciat frondes, & portet fructum, vt ſit in vineam grandem. dic, Hæc dicit Dominus Deus: Ergo ne proſperabitur; nonne in areis germinibus ſui areſcet?* Amos 4. & Aggæi 2. *Percuſſi vos vento vrente, &c.*

1 *Flatus Dei* quid indicat.
Chryſoſt.
LXX.
Polychro.
Vẽtus vrẽs.
Iſai. 40. 7.
Ezech. 17. 10.
Amos. 4. 10.
Aggæi 2. 18.

Et ſpiritu oris eius. Cum ſpiritus irati hominis faciem totam, nares præſertim incendat, & inflet, rectè Vulgatus, quod in Originali eſt, *Spiritus naſi eius,* dixit *Spiritus iræ eius,* nam qui iraſcuntur reflant crebro, vt inflammatos, & biliosos cordis ſpiritus refrigerare poſſint; quare *naſus,* pro ira ſæpe ſumitur, vt Pſal. 77. & Pſal. 84. *Quibus iuraui in ira me.* Eadem vox Iſ. 2.

2 Naſus iræ index.
Pſalm. 94. 11.
Iſai. 2. 22.

Cauete ab homine, cuius ſpiritus * *in naribus eius*. &c.

Id eſt, cuius ardentes & concitatiſſimi pectoris ſpiritus ſurſum excitati illius naſum diſtendunt & inflammant. Cùm verò mite, patiens, longanime Dei noſtri ingenium ſignificant ſacræ literæ, contraria ratione explicant; nam quod Pſalm 102. dicitur *longanimis*, & Exod.34. *patiens*. in Hebræo habetur * longus, latuſque naribus, vt difficilè ſit excandeſcere, & oppleri copia bilioſorum ſpirituum; facile verò reflare, & refrigerari, è contra verò impatiens deſcribitur à breuitate, & anguſtijs naſi, Prou. 14. *Vir impatiens operabitur ſtultitiā* in fōre, rictus, vel, breuis naribus, qui leui de cauſa irritabilis eſt, non poteſt, non ſtultè agere. Ergo, inquit, Eliphaz, vt Iobum notet tyrannidis, qui alijs iniurijs extiterit, nunc ſentire Deum iratum, & iuſta ſceleribus ſupplicia conſtituentem, & ad nihilum redigentem inanem omnem impiorum faſtum, & vaniſſimas diuitias.

*Guardaos del, noſe le ſuba la moſtaza a las narizes.

*Pſal.*102.8.

*Exod.*34.22.

*Que in tiene chica, ni angoſta la chimenea.

*Prou.*14.17.

X. Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti ſunt.

1 *Quid indicet hæc leonis rugientis ſimilitudo. Tyranni principis familia tota leonina, de leonibus quædā ex ſacris, & prophanis.*

2 *Omnia leonis nomina cadere in tyrannum. Leænæ ſæuiores, Catuli audaciſſimi.*

3 *Leonis diuerſa nomina; & an eandem feram ſignificent.*

4 *Rugitus leonis qualis ſit, quo tempore edatur, quid indicet ex ſacris & prophanis multa.*

5 *Princeps ſerena fronte, & mitis ac ſuaui voce futurus.*

6 *Vox in Hebræo, quid. Vox irati inarticulata.*

7 *Quid Catuli leonum. ſenibus inuenes venantur. de dentibus leonum nonnulla.*

1 HIs verbis vellicari Iobum ab Eliphaz omnes intelligunt, Auguſtinus, Gregorius, Polychronius, Philippus, Beda. Quare Iobum leoni rugienti comparat, ſiue propter ſæuitiam & inhumanitatem erga ſubditos, ſiue propter aſperiores voces, & querimonias, quas cenſebat eſſe indignationis & impatientiæ indices, *vocē* verò *leænæ* vxori tribuat, propterea quòd quædam ab illa indignabūda audiſſet: filius verò, qui ruente domo oppreſſi ſunt *Catulos leonum* appellet, quorum *dentes contriti*, & confracti fuerint. & prima pars per admirationem quandam ſimul cùm reticentia efferatur. en quàm grauis & horridus leonis illius rugitus, quam ſæua & trux vxoris leænę vox, & indignatio, fœliciter iam ſæuiſſimorum filiorum dentes cōfracti ſunt. Et quidem integram tyranni principis familiam, leon principis, leænæ vxoris, leunculorū filiorum nominibus non ſemel ſignificant ſacræ literę, ſic Nahum cap.2. de Rege Aſſyrio: *Leo cepit ſufficienter catulis ſuis & necauit leænis ſuis, & impleuit præda ſpeluncas ſuas*: Et iterum Ezech.19. Vbi leænæ nomine fortè ſynagogam intelligit parentem atque nutricem principum inhumaniſſimorum, & ſyluam altricem ferarum. Idem leonis nomen pro principe, Ezech.32. & 38. *Negotiatores Tharſis, & omnes Leones eius*. & in Pſalm. 33. vbi Septuaginta legunt: *Diuites eguerunt, & eſurierunt*. Hieronymus ex Hebr. *Leones* & 2. ad Timoth.4. *Liberatus ſum de ore Leonis*; id eſt, Neronis ſæuiſſimi. Leonem autem ferarum Regem tyrānumve eſſe ex illis potiſſimum notis docent periti naturæ, pectore, genibus, inceſſu, ſaltu, celeritate curſus, viſu, iuba, ore cataphracto, firmis lateribus, neruis ſolidis, magnis vnguibus, atque ex eo potiſſimùm tyranni referunt leones, quod vt Ar. ſcribit, adeunt vrbes, & iniuriam hominibus leones inferunt, præſertim tempore ſuæ ſenectutis; tūc enim per corporis imbecillitatem, & dētium defectum venari nequeunt. cum quo id facit quod ſe aliquando apud probatę fidei ſcriptorem inueniſſe teſtatur Cælius lib.7. cap.34. in inſula Co ouem de grege Nicippi leonem peperiſſe; quod ipſi Nicippo tyrannidem portendebat; quàm ſtatim ex priuata, quam gerebat, fortuna aſſecutus eſt. Tyrannidem verò leonis eleganter deſcribit Baſi.hom.9. hexam, *Vna* (inquit) *cum leone animoſitas, & ad incandeſcentiam iræ propenſio illi agnata eſt; vita ſolitaria, expers ſocietatis ad ea, quæ genus ſubeunt idem. velut enim tyrannus quidam animantium rationis expertium, pares honores, congreſſionesque cum cæteris non acceptat, ſed aſpernatur.* Quæ magis expreſſa tyranni principis imago?

Familia tyranni principis tota leonina.

Auguſtin. *Gregor.* *Polychron.* *Philip.* *Beda.*

*Nach.*2.12.

*Ezech.*19.2.

*Ezech.*32.2. & 38.13.

*Pſal.*33.11.

Hieron.

2.*Tim.*4.17.

Leo aliorum animantium Rex, aut tyrannus.

Leonis peculiares notæ.

Cælius.

Baſilius.

2 Sed fortè hæc non referuntur particulatim ad vxorem & filios, ſed ad eundem ſuperbum & tyrānum principem, varijs licèt nominibus & comparationibus. idque dupliciter, primò, vt ſit amplificatio quædam; facilè Deus diſperdit impios, quamuis leones ſint, quamuis leænæ, quamuis leunculi. nam dicūt leænas, præſertim cùm nutriunt catulos, ſæuiores eſſe maribus: & Aelianus fœminas maribus, leonibus ceu fortiores præferens, ſcribit: Semiramim Aſſyriam non, ſi quando leonem, aut pardalim, ſimilemve ferā interfeciſſet, ſed ſi leænam eſſet nacta, in eo ſibi mirè placuiſſe. Catuli præterea audaciſſimi, & crudeliſſimi ſunt, vt quos prædæ ſanguinis guſtus recens ſumptus, & lupus, quem in ventriculo gerunt atque dentium, & vnguiū mucrones nondum retuſi, multò audaciores & ſæuiores reddant, quare illorum rugitus notatur, Pſal.103. *Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi.* Et dentes atque molares leunculorum famoſi ſunt, Hoſeæ 5. Ioel.1. vt ille etiam dixit;

Leænæ ſæuiores marib.

Aelianus.

*Pſal.*103.21.

Qualem ve lætis caprea paſcuis
Intenta, fuluæ matris ab vbere
Iam lacte depulſum leonem,
Dente nouo peritura videt.

*Horat.*4. *carmin. Ode.*4.

3 Et ſic ſanè omnia nomina, quæ hic congeruntur, eiuſdem animantis ſpeciem, leonina videlicet, ſignificabunt, ſecundum diuerſos ætatis gradus. Hæc autem ſunt in fonte nomina. *Rugitus, Arieeh; vox Sabhal, dentes Chepherim contriti ſunt. Lais perijt, eo quòd non haberet prædam, & catuli Labi diſſipati ſunt.* At David Kimhi ait ſecundū diuerſos ætatis gradus leonem diuerſa ſortiri nomina; nam in primo vocatur, *Gur*, in ſecundo, *Chephir*, in tertio *Arieeh*, in quarto *Labi*, in ſupremo *Lais*.

Diuerſa leonis nomina ſecundū diuerſas ætates

אריה
שחל
כפירים

David Kim.

ליש
לביא
גור

Leonis nomen ad plures ſpecies ferarum pertinens.

Secundò, & fortè ad originale proximiùs, quòd hæc ſint nomina beſtiarum ſæuiſſimarũ differentium natura, & ſpecie, in quibus vertendis ſumma difficultas eſt, atque varietas, qualis ferè in omnibus proprijs nominibus herbarum, gemmarum, lapidum, animaliũ inuenitur. quare nihil mirum, quòd nunc leonem, nunc leænam, nunc catulum leonis, diuerſæ licèt feræ ſint, noſter interpres illas nominet, familiari videlicet vocabulo. Conſtans autem eſt in vertendo, *Arieh* per leonem, vt hoc loco: cum quo etiam conſentiunt Septuag. Pſalm. 7. & 21. & mille alijs locis. Quod autẽ hic dixit *leænam*, conſentientibus etiam Septuag. ijdem iſti appellant *aſpidem*, Pſalm. 90. & Hoſeæ 13. vbi nos habemus, *leænam*, ipſi habent *Pantheram*. & Iob 28. pro noſtra *leæna*, illi *leonem* legunt. Quod vero hoc tertio loco *catulos leonis* nos legimus, ſicut & Septuagint. Pſal. 103. illi tamen hoc, cap. 4. *dracones* legunt. Hieron. *leones* dixit, Pſal. 33. pro eo quod nos habemus, *Diuites eguerunt*. & Prou. 28. & Ezech. & *vitulorum*, Nehem. 6. cæterum quod hoc loco nos *tygridem* Septuag. dicunt *Myrmicoleon*. & ipſe Vulgatus Iſa. 20. *leonem*, & Septuagint. *aſpidem*. Quod tandem *leonem dicit*, eadem voce nominat *leænam*, Geneſis 49. Num. 24. & quod Naum 28. per vocem fœmineam *leænas*, Vulgatus vertit. Septuagint. *leones* legunt. magna igitur varietas, & certum nihil. Illud tantum certò elici poteſt, magnam ſæuitiam ferarum ſignificari tanta nominum congerie. Sed quædam minutiora in partibus ſingulis indicemus.

Vulgati varietas in vertendo leonis originali nomine.

LXX.

x

Hieron.

4

Iere. 25. 36.

Rugitus leonis. Rugire leonis propriũ, & cùm alijs tribuitur, leonis fortitudo, & ferocia ſimul cũ rugitu ſignificatur, vt Ier. 25. *Dominus de excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocem ſuam*. tum etiam vocis contentio, & horrida quædam aſperitas leonis ſimilis.

Autor. Philo.
Ariſtot.
Pſal. 37. 9.

Tygrides indomitæ rancent, rugiuntque leones. namque, vt Ariſtot. in Phyſiognomicis ait, animalia fortia vocem edunt grauẽ, vt leo & taurus; ſic illud, *Rugiebam à gemitu cordis mei*, id eſt grauiter, & vehementer ingemiſcebam, voce & clamore, quantum poteram contento. Quorſum igitur hoc loco *rugitus leonis, & vocis leænæ* mentio fiat? an propter aſperiores querelas, vt ſupra indicauimus? Sed ipſe Iobus non ab impatientia, vt putat Eliphaz, ſed à magnitudine doloris elici leoninos gemitus teſtatur, cũ ait: *Ante quàm comedam, ſuſpiro, & tanquam inundantis aquæ, ſic rugitus meus*. ſimulque indicat vehementiam famis caninæ, ſeu potiùs leoninæ; nam fameſcens leo rugit. An quia rugitus leonis famis, & crudelitatis indicium eſt? namq; dicuntur rugire, vel cum prædam nanciſcuntur; ſicut Iſa. 31. *Quomodo ſi rugiat leo, & catulus leonis ſuper prædam ſuam*. & Amos 3. *Nunquid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit prædam?* Eccleſ. 51. *A rugientibus præparatis ad eſcam*. in quam rem ſcribit Plutarchus de induſtria animalium, leones iuuenes prædam nactos clamore in vitulini mugitus formam contemperato ſignum dare, vocareque ſeniores. Vel rugiunt, cùm fame ſtimulantur, vt ait Petr. 1. cap. 5. *Leo rugiens circuit quærens quem deuoret*. de quo ſic ſcribit Baſil.

Iob 3. 24.

Rugitus leonis quid indicet.
Iſa. 31. 4.
Amos 3. 4.
Eccleſ. 51. 4.
Plutarch.

1. Pet. 5. 8.
Baſilius.

homil. 9. hexam. *Tanta illi vocis eliciendæ natura præbuit inſtrumenta, vt animantium complura, longè ipſo celeriora ſolo ſæpè rugitu capiantur*. Inter edendum igitur, vel cum eſurit, rugit: tuncque ferociſſimus eſt; at iam paſtus & fame vacans, facilis mitiſque maiorem in modũ eſt, vt Ariſt. ait, Plin. Aelianus. ergo *rugitus leonis*, ſignũ hoc loco erunt ferociæ & ſæuitiæ, quaſi dicat, Leonis inſtar fameſcebas, ſitiebas miſerorum ſanguinem, in illa quoque re leone deterior, quòd ille ſatiatus miteſcit, tu ſemper rugiens, ſemper fameſcens, plenus ſemper, ſemperque ieiunus, & inexplebilis.

Ariſtot.
Plinius.
Aelianus.

5 Vt principes mitiori fronte & voce eſſe oporteat.

Sed illud notandum, non ſolùm in principe & magiſtratu damnari os cruentum, noxios vngues, innocentium & egenorum deprædationem, ſed etiam truculentam & horriſonam vocem, trucem oris ſpeciem, & immanem conſpectum; quàmuis nihil prætereà mali inferat; Illud peſſimum eſt rugire, frendere, dentes exerere, (*Hablar con aſpereza, eſpantar con bozes, moſtrar los dientes*) rugitus leonis, vox leænæ, dentes catulorum leonis, Prou. 28. *Leo rugiens, & vrſus eſuriens, princeps impius ſuper populum pauperem*. æquè nocuum videlicet, aut immanior rugitus, aut dẽtes vrſi, id eſt, vocis aſperitas, & terror, ſicut ipſa dentium & vnguium immanitas. & Prou. 19. *Sicut fremitus leonis, ita & ira regis*, (id eſt, vox & facies irata. nam etiam toruũ quid leo habet, & Ariſt. aliquid nubis circa ſupercilia habere dicit (videlicet aſpectum minimè ſerenum) & pelliculam in ima fronte ſuper cilia & naſum verſus prominere. Frontem igitur minime habet exporrectam, ſed contractam, rugoſam; nubilam, aſpectum atrocem, & Scythicum; atque in eos quoque ſuperbiſſimos homines res hæc torqueri poteſt, qui non dignantur alios ſuo conſpectu, neq; conijciunt oculos in inferiores, & egenos; qui in re leoninam etiam ſuperbiam & ſæuitiam referunt: nam leo vbi ira feruet, & turba canũ circum vallatur, dicitur defixis in terram oculis conſurgere in prœlium) *& ſicut * ros ſuper herbam, ita & hilaritas regis*; collucent videlicet, & ſplendent herbæ matutini roris guttis, velut gemmis, ſic *Deus illuminat vultum ſuum ſuper nos*, ſic *elenat* agnus, imò & leo, leo ſimul & agnus Chriſtus Ieſus oculos, vt videat atque prouideat his, qui ſe ſequuntur; ſic ille *pretærit*, vt videat cæcos; & miſeros læta benignaque fronte, atque voce mitiſſima conſoletur.

Prou. 28. 15.

Prou. 19. 12.

Ariſtot.

* Vn buẽ roſtro, y unos ojos alegres del prelado ſon per las patel ſubdito.
Luc. 16. 23.
Ioan. 9. 1.

6

קול

Quid vox in Hebræo.

Vox leænæ. Vocabulũ originale, tam vocem articulatam, quàm inarticulatam ſignificat, & quemcunque etiam horriſonũ ſtrepitum. vox eadem Iob cap. 15. *Sonitus terroris in auribus eius*. Exod 9. *Ceſſabunt tonitrua*. Huiuſmodi inarticulatam vocẽ leonis inſtar emittere, qui iraſcũtur, eleganter Baſil. ſcribit, homil. 10. hexam. *Qualis* (inquit) *tu, ſiquidem leonem ratione duce exercens, illum quoque contemnens rugitum, te hinc efferas, & inſoleſcis? ipſe contra infrendens dentibus inconcinnam, nec ſuis articulis diſtinctam emittis vocem, animo prorſus ira percito, & ad hoc connitente, vt in vnum aliquid impreſſionem faciat*.

Iob 15. 21.
Exod. 9. 28.
Baſilius.
Irati voces inarticulatas edunt.

7

Dentes catulorum leonis. Supra indicauimus hanc partẽ referri poſſe ad filiorum interitũ,

& oppreſ-

& oppreſſionem ruente domo; deinde etiam ad ipſum Iobum, vel ad eius miniſtros impios; quorum opera in expilandis pauperibus, & per vim vexandis vti ſolent tyranni; quaſi dicat: Iam non ſunt miniſtri impij, qui tibi velut leoni ſeniori prædam conquirant & afferant, nam hic catuli, non pro teneris & lactantibus adhuc fœtibus accipiendi ſunt, ſed pro adoleſcentioribus leonibus, quorum vis, celeritas, ſæuitia maxima, induſtria quoque ea, quam Plutarch. ſcribit his verbis: *Haud minus eſt, & leo ſocium animi, graues annis, & confecti iam in commune à iunioribus in venatum ducuntur: at vbi curſu deſpondere animum, ſedent, euentumque præſtolantur, iuuenes interea rem agunt, nam vt ſucceſſit, clamore in vitulini mugitus formam contemperato ſignum dant, vocantque ſenes, illi ſtatim vt ſenſere, accurrunt, ac in commune præda fruuntur.* Simillimum id, Amos 4. *Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes, quæ dicitis Dominis veſtris, Afferte, & bibemus.* Chaldæ. *qui dicunt principibus ſuis, vbi eſt poteſtas, vt diripiamus*, quaſi dicat, Afferte, date nobis poteſtatem, vt ebibamus, & exugamus ſanguinem, eleganter explicat Hieron. *Iubete tantum, & nos cuncta vaſtabimus.*

Qui leonum catuli.

Plutarch. de induſt. animal.

Leonis venatio qualis.

Amos 4.1.

Chaldæus.

Hieronym.

Vel de ipſo Iob poterunt hæc accipi; non enim ſenex erat, cum illi hæc dicebatur, ſed 60. aut 70 annorum, *dentes catulorum leonum contriti ſunt*, tibi nimirum; excidunt enim dentes leonibus aliquãdo. *Contriti* à radice (*tathagh*) Alij euulſi, eradicati, hoc loco tantum habetur ea vox, & videtur ad rem ipſam, quæ accidit leonibus, alluſionem habere; nam iis ob ætatem dentes aut confringuntur, aut excidunt: auctores ſunt Ariſtot. Plin. Vel ad caninos, quos vocant, dentes, id eſt, quatuor, duos ſuperiores, & duos inferiores, qui in leonibus valde diuturni ſunt, poſſumus reſpicere; de quibus ſic Ariſt. ſcribit: *Eorum quæ dentes ſerratos*, (id eſt, acutos & teretes habent) *nonnulla non amittunt caninos, vt leones.* Erit ergo ſententia, Tuis dentibus quaſi leo confidebas; ſed* *contriti ſunt*, atque euulſi; & *molas*, denteſque caninos *leonum confregit Dominus.* Quare autem hoc loco Septuagin. vertunt, *gaudium Draconis extinctum eſt*, non video.

נתע

Ariſtot.

Plinius.

* Fiuuas de tus colmillos y quebraron ſe al mejor tiempo.

LXX.

XI. Tigris perijt, eo quod non haberet prædam: & catuli leonis diſſipati ſunt.

1 *Rurſus de leonis catulis, & de eorum in venando natura, vt parentibus ſenibus proſpiciant.*

2 *Tigris in Hebr. familiaris fera in Syria.*

3 *Mirmicoleon cuiuſmodi animãl, an verum, an verò fictum ſit. quid nomine & re ipſa ſignificet. Regioni Arabiæ fera non ignota.*

4 *Catuli leonini non venantur gregatim. quædam ex Polluce.*

1 *David Kimh.*

Tigris. Si verũ eſt, quod ſuperiùs ex Kimhi indicauimus, nomen originale, quod hoc loco ſubeſt, *Lais*, ſignificare leonem ſenem, certè videtur ſenſus eſſe, Leo præ ſenectute venari non potens, tandem deficit, præſertim ſi neque catulos habeat, qui prædam afferant, vt in commune illa omnes fruantur. (vt nuper ex Plutarcho afferebamus) ita (inquit Eliphaz) tua ſuperbia cõmeruit, vt omni filiorum præſidio atque famulorum fugientium conſpectũ tuũ, deſtitutus, fame & ſqualore cõficiaris. ſed Aeliani in eam rem verba, ſi non lectori, mihi grata non erunt. *Ex leone procreati, & robuſtæ, & vigentis ætatis fiducia nitentes longè procedunt ad venandum, ac patrem iam ſenem ſecum adducunt, eum impellentes; deinde in media via, quam ingreſſi fuerint, illum relinquentes, toto animo ipſi in prædæ curam incumbunt, ac tandem præda confecti, quantum vel ſibi, vel genitori ſatis ad prandium ſit, generoſo quodam & contemptiſſimo rugitu edito, parentem ſuum ſecum, ſi vt conuiuium ineat, tanquam conuiuatores ad prandium communem inuitant; ſenex tum ſenſim, & pedetentim velut repens eo accedens, primò filios amplexatur, deinde lingua eis ſuauiter, velut laudans horum fœlicem venationem, blanditur: poſt & prandio dat operam, & cum iis epulatur.*

Aelianus.

Sed cùm variè (*Lais*) reddatur à vulgato, vt ſuprà diximus, aliquando *leo*, aliquando verò *aſpis*, nunc certè *tigris*, quòd, vt fuit rerum periti ſſimus, ad eas feras reſpexerit, quæ in Iobi terra, & frequentiores, & notiores erant. ſcribit autem Diodorus, in parte Syriæ contermina reperiri leones, & pardales, & qui Babylonij vocantur tigres, vel, quod tigris leoni ſimillimus ſit, excepta maculoſa pelle, vt Oppianus auctor eſt.

2 Tigris in Syria.

Diodorus.

Oppianus.

Sed illud difficilius, quod Septuag. *Mirmicoleon* reddunt, quo etiam modo Auguſtin. legit, quæ de hoc animali ſcribit Olympiodor. omninò adſcribenda ſunt; *Negant nonnulli Mirmicoleonem animal eſſe ad veritatem hiſtoriæ, ſed compoſitione eſſe duntaxat fabricatum; alij beſtiolam eſſe aiunt ab Oceano ortam, ſiue è terra procreatam, idcirco verò interire, quòd cibo caret cum eius natura congruente. quidam etiam affirmant ſine cibo vitam illud animal tueri, ſic Deo ipſi conſulente.* Totam ergò ſententiam Olympiodor. per interrogationem legit, & hac ratione intelligit dictam ab Eliphaz; Dic mihi, ò Iob, nunquid Leones vnquam ſuum amiſerunt robur? num Mirmicoleon perijt, quamuis cibum non attingat? num catuli leonum pecorum more gregatim paſcuntur? an non vitam degunt ſolitariam, atque in ſuo quiſque loco commorantur, primæque naturę parent inſtitutioni? ſic tu ſi verus homo extitiſſes, nec à Deo deſcriptas lineas tranſiliſſes, nihil tibi huiuſmodi accidiſſet. Nilus in Catena fictum nomen eſſe indicát, ex audaciſſimo leone, & cõtemptiſſima formica coagmentatum, vt ſonet formica leo; & eo nomine ait ſignificari animi paſſiones, & perturbationes, quæ cum initio facile ſuperari poſſint, ſi ſinantur creſcere, in ſæuiſſimos leones euadunt. Olympiodor. ad diabolum refert, is enim formica eſt pietate præditis hominibus, leo impijs. Philip. quoque non eſſe verum animal indicat, appellat enim *portentum*, & ea peculiari ratione ad diabolum transfert, quod quando prædam agit de ſanctis, tãquam de maioribus rebus, vt leo habendus eſt; quando vero minima quærit auferre, formica dicendus eſt. Sed vel ex hoc loco verum animal eſſe ego non dubito; nam pro nomine veri animantis, quod in

3

LXX.

Auguſtin.

Olympiod.

Mirmicoleõ cuius modi animal.

Nilus.

Animæ paſſiones ſimiles Mirmicoleoni.

Diabolus ſimilis Mirmicoleoni.

Olympiodor.

Philippus.

Henric.Steph. notatur. fonte legebant, nunquam poſuiſſent Septuag. fictum nomen, fictumque animal. Theſaurus Græcus interpretatur leonem formicariũ, paruum omnino animalculum formicis inſidias: ſed tum huic loco non congruit, in quo grandioribus ex rebus magnificentiſſimæ ſimilitudines petuntur; tum reuipſa aliter habet. nam *Strabo.* genus quoddam leonum eſſe Strabo libr. 16. auctor luculentus eſt, ſcribens in Pſeudocaſia eſſe copiam elephantorum, & leonũ, qui formicæ appellantur, & genitalia ſurſum verſus habent, & colore aureum, nudiores Arabicis; eadem fere lib 6. ſcribit, reperiri etiam in extremæ Arabiæ vltimo promontorio. Ergo fera eſt Huſitarum regioni non incognita.

4 *LXX. Olympiod.* *Et catuli leonum diſsipati ſunt.* Septuaginta legunt iuxta Hebr. *Diuiſi ſunt ab inuicem.* quod Olympiod. ad naturam leonum refert. qui non incedunt gregatim: fugiunt etiam aliquando parentes ſuos catuli, vt indicatur *Pſal.103.21.* Pſal.103. *Catuli leonũ rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi.* *Pollux.* In quam rem Pollux tradit, catulos adeo nihil metuere inſidias, & ſuis viribus cõfidere, vt ſoli ſine parentibus venatũ prodeant. Hæc igitur erit ſententia Eliphaz. Nemo tibi deeſt, ô Iob, tuorum. Vulgatus ad ſuppliciũ videtur retuliſſe; Diſſipata eſt iſta tua ſuperbiſſima familia & diiecta. *Polychr.* Polychr. Filij diuiſi à parente per mortem. nam diuidit, *ſeparat,* diſſipat *amara mors.*

XII. Porrò ad me dictum eſt verbũ abſconditum, & quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurri eius.

1 *Prima Græcorum interpretatio non probatur.*
2 *Proponitur quæſtio de veritate huius reuelationis, & prioris partis probatione. Stridere quid in Iſaia Heretici bucca inflant. Pauli modeſtia.*
3 *Secunda ſententia.*
4 *Sententia verior, potuiſſe hanc reuelationem diuinam eſſe. Quo tempore contigerit.*
5 *Verbum abſconditum quid ſit in Hebræo. Qualis ſit ea tranſlatio qua vtitur Eliphaz.*
6 *Quid verbum, aut verbum Dñi. notatum R. Moyſes*

1 *Olympiod.* Difficilem & impeditum locũ Olympio aſſerit, & cuius multæ poſſint eſſe interpretationes. Quare cũ hanc, tum alias ſequentes ſententias nullam reuelationem, ſed tantum exhortationem quandam continere exiſtimat in hanc ſententiam; Deum, ô Iob, time, neque contra illũ efferaris, qui poteſt, ſoletque non ſolùm die, ſed noctu etiam de dormientibus ſuppliciũ ſumere, nocturnis viſis, & horrificis inſomnijs; id quod ab alijs audiui, & ego ipſe expertus ſum: nam ſæpe territatus ſum in ſomnijs, & ſpiritus quidã in me ruere videbatur, nulla forma, aut ſpecie percepta. vel, cum verere, cuius eſt formidoloſa notitia, & vix vult ab homine cognoſci, niſi ſub obſcura quadam ſpecie & figura, quę vix percipi poſſit. eo- *Polychron.* dem ferè modo accipit Polych. Sed præterquã quod hic ſenſus non videatur valde efficax ad reuincendum Iob, neque aptus ad oſtẽdendam efficaciam & vires diuinæ iuſtitiæ, certè valde durus eſt, cùm lenis atque germanus reuelationem aliquam manifeſte hoc loco afferat. qua ratione vniuerſi omnes interpretes accipiunt.

Sed an hæc fuerit vera reuelatio à Deo immiſſa, an verò ab ipſo Eliphaz, vel à Dæmone conficta, non conſtat. & D. Thomas ſub dubio videtur relinquere. At Lyranus aſſerit confictã fuiſſe ab Eliphaz; neque longe diſcedit Iſidor. Clarius, dicens gloriari Eliphaz ineptè hæc ſibi à Deo reuelata. Et probari poteſt primo, nam cap. 42. audiuit Eliphaz à Deo malè locutum fuiſſe, quaſi ex ſuo cerebro, & mendacia. Præterea, quia non videtur eſſe diuina reuelatio, qua Eliphaz adducatur ad falſitatem aliquam, & iniquam ſuſpicionem de Iobi vita, & ſanctitate. ad hæc, quoniam in hoc ſuo viſo narrando, & deſcribendo ſimillimus extitiſſe videtur Eliphaz hæreticis, falſiſque prophetis, qui vt ſibi fidem, & honorem apud ineptam plebeculam comparent, iactant ſe afflatos diuino numine, & ad eos locutum familiariter Deum, quibus nunquam ſit locutus. Exemplum videas in Sedecia & falſis Prophetis, 3. Reg. 22. Accedit quòd ſeſquipedalia verba, & ampullæ totius huius narrationis inſpectã poteſt nobis reddere veritatis fidem. nam de Pythonibus, & diuinis ſcribitur. Iſa. 8. *qui ſtrident in incantationibus ſuis.* ſtridere quidem prop. ex Hebr. perſtrepunt, & cõcauum ſonant, *hablan hueco y hinchado,* vt exaudiantur: & pro ſpiritus inflatione, interiori pectore ſubmurmurant. Quantò meliùs & modeſtius ille, qui nihil molitur inane, veritatis prædicator Paulus, qui cum 2. Corinth. 12. dicat, *Non expedit gloriari;* & deinde venit ad viſiones, & reuelationem illam diuturno ſilentio ſuppreſſam, vt quã ante quatuordecim annos acceperat, quaſi non ſibi ſed alteri factam illam commemorat, nulla manium circumſtantiarum iactatione, imo ait, *ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio.* deinde ea, quæ audierit, *non licere homini loqui;* vt vel hinc colligi poſſit id veriſſimũ prouerbium, *Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus; ſapiens differt & reſeruat in poſterum.*

Alij aſſerunt veram fuiſſe narrationem Eliphaz; ſed reuelationem factã fictamque à Dæmone transfigurante ſe in angelum lucis, vt deluſus Eliphaz, atq; ſibi certò ſuadens illam fuiſſe Dei admonitionem, vehementiùs accenderetur ad accuſandũ Iobum, & refellendam illam ſuæ innocentiæ opinionem.

Sed aſſerendum ſanè, potuiſſe hanc eſſe veram atque diuinam reuelationem, cùm multa vera atq; vtilia contineat. ſic videtur accipere Greg. & Philip. presbyt. in idemq; propendent D. Thom. Burgenſis in additione cõtra Lyram, Carthuſianus, atque alij iuniores. atque ideo ipſe Eliphaz, cuius ſanctitas, & ſapientia teſtata erat, ex multis ſignis, quæ fidẽ ſuis dictis facere poſſent, illam confirmat: quòd enim aliquando illi locutus fuerit Deus, videlicet cap. 41. indicat nunc quoq; potuiſſe familiariter cum illo egiſſe; neque repugnat ea Deum reuelare, quibus hominem malè viuturum eſſe præſciat. Cætera, quæ ſupra obiecimus, non

Margin notes, right column: 2 Proponitur dubitatio de veritate huius reuelationis. *D. Thom.* *Lyranus.* *Clarius.* Prioris partis probationes. — *Iſa.8.18.* — *2.Cor.12.1.* — *2.Cor.12.2.* — *Prou.29.11.* — 3 Secunda ſententia. — 4 Tertia ſentẽtia verior veram fuiſſe reuelationem. *Gregorius.* *Philip.* *D.Thom.* *Burgenſ.* *Carthuſ.*

tam ad

tam ad inanem, & inſolentem oſtentationem, quam ad certam ex multarum circumſtantiarum indicijs fidem faciendam referenda ſunt.

Illud verò valde incertum, quādo hæc contigerint. ſcholia Vatabli indicant poſt Iobi calamitatem proditum eſſe Eliphaz cogitanti de rebus Iobi, quod ob peccata eſſet miſer. ſed neque diuina reuelatione, quæ nòn poteſt non eſſe vera, aliquid falſum prodi poteſt; neque oportet vt hoc tempore hoc oraculum acceperit à Deo; nam quandocunque tandem fuerit, nunc illo vti ad rem ſuam poteſt.

5 *Quorſum primam illā pronominis perſona exprimat.*

Parvò ad me. Fortè vt ſe alijs præferat, qui hęc non aſſequantur; atque ad idem pertinere poteſt, *Verbum abſconditum*, quod videlicet alios lateat. Quaſi dicat: nihil mirum te in ignorātia quadam & falſa tuæ innocentiæ perſuaſione hærere; namque ea ignoras, quæ mihi reuelata ſunt; vel, vt dicat ſe quoque in eadem Iobi ſententia & iudicio de rebus fuiſſe, quouſque peculiari Dei admonitione edoctus fuit, & hoc fortè Vatablus voluit, quod cum Iobi clade audita animo percelleretur Eliphaz, & cœpiſſet cogitare, quamobrem virum inſontem tam acerbè Deus tractaret, Deus illi hac reuelatione, & admonitione occurrerit, & quodā modo reſponderit.

Verbum abſconditum quid.

Sed congruentius rei & ſermoni ſacrarum ſcripturarum, *verbum abſconditum*, dicetur, quod non valde clarum, neque apertum fuerit, ſed modo ꝓphetico, & ſimilitudinario, & externæ imaginis confuſa quadam & obſcura cognitione obuelatum; id quod vox originalis indicat, nā *Ganab*, furari eſt, *Gunab* vero in voce paſſiua furto delatum, vel ſublatum; eadem omnino vox, qua Gen. 40. ait Ioſeph. *Furtim ſublatus ſum.* inde de eo dicitur, quod clam, & ſecretò agitur, furti inſtar, & de quo palam, & apertè non agitur; quare nos quoque, cùm quis ſine cauſa rem aliquam abſcondit, vel ſubmiſſius, aut ſecretius quā res exigat, loquitur; iubemus vt elata voce vtatur, neque enim furtum eſt, quod occultari debeat, (*que hable alto, que no es coſa ni buey de hurto, que no ſe pueda dezir y ſaber*) & idem etiam indicatur verbis ſequentibus, *quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurri eius.* nihil enim aliud hæc ſignificant, quam vocem fuiſſe tenuiſſimā, & quæ vix ſumma cum attentione percipi poſſet: tum etiam quòd reuelatio velociſſime tranſierit, & diſparuerit; licèt enim propheticæ ſpiritus nō ſit in prophetis per modum qualitatis permanentis & inhęrentis, ſed tamen interdum magis frequens eſt, magiſque quieta; aliquando rarior, fugitque velocius, ſic enim ex Hebræo legitur pro venis ſuſurri, *parum de eo.*

גנב

גנב

Gen. 40. 15.

Vnde ſumatur metaphora hæc. Gregor.

Sed eleganter hanc noſtri interpretis tranſlationem tractat Greg. lib. 5. cap. 20. *Venas* (inquit) *superni ſuſurri auris cordis furtiuè ſuſcipit, quia ſubtilitatē locutionis internæ afflata mens, & raptim, & occultè cognoſcit; venæ autem ſuſurri dicuntur cauſarum origines, quibus hæc ipſa aſpiratio ad mentem ducitur, nam aliquando amore, aliquando nos terrore compungit,* &c. deinde ait: *Qui ſuſurrat, occultè loquitur, & vocem non exprimit, ſed imitatur.* videtur Gregorius agnoſcere metaphoram ductā ex occultis canalibus, per quos aqua decurrens tenui quodam murmure, & nonniſi admota aure deprehendi poteſt; nam ſicut *aquæ Siloe*, ita reuelatio vadit cum ſilentio. ad aliam, quamuis ſimilem valde metaphoram reſpexerunt Græci, nam lectionem illam Septuaginta. *Sonitu nocturno incidens timor,* &c. ſic explicat Polychron. *Quemadmodum in intempeſtæ noctis ſilentio, ſoni circumcurſantis, aut flatus tacentis motionem ſentimus, ipſum contueri non poſſumus: ſic de Deo mihi cogitanti, cùm illum inueniſſe me credo, tunc elabitur maximè.*

Iſa. 8. 6.

LXX.

Polychron.

Illud verò notandum, cum hic meminit Eliphaz *Verbi* à ſe auditi, conciliare auctoritatem ſuis dictis; quod enim Deus interius prophetæ loquitur, illud ſolet dici *verbum*; ſed ſicut in alijs Prophetis ſubiungitur *verbum Domini*, aut *Dominus dicit*, hoc quidem Dei nomen nunc deſideratur. Illud etiam notandum, *verbum* ad reuelationem pertinere; nam ſi Deus aliquem moneat aut reprehendat, non tam tunc dicitur Deus loqui, quam venire, & apparere. vti de Laban & Abimelech obſeruat R. Moyſ. quem adducit & ſequitur Andreas Maſius Ioſue 1. ſed exiſtimo huius obſeruationis rem non eſſe valde certam, cum etiam nominibus locutionis, viſionis, ſomni, illa correptio Laban ſcribatur, Geneſ. 31. *Vidit in ſomnis dicentem ſibi Dominum.* 6

R. Moyſ.

Andr. Maſ.

XIII. In horrore viſionis nocturnæ, quando ſolet ſopor occupare homines.

1 *Quid horror ex Hebræo aliorum interpretum varietas.*

2 *Cur reuelatio dicatur vox, aut viſio,*

3 *An viſio Eliphaz fuerit interna an externa. & quo tempore acciderit.*

4 *Somnus in Hebræo dicitur cadere, & quare.*

In *horrore.* Deſcendit ad circumſtantias explicandas, quæ comitari ſolent diuinas reuelationes, quod autem noſter dixit, *horrorem*, non ſine exemplo fecit, nam etiam Septuaginta dixerunt: *Timore autem, & ſonitu nocturno inuadens timor ſuper homines,* &c. nox enim timida eſt, & tenebræ horridæ, & quæ incidūt noctu cogitationes, aut viſa, horripilationem afferre ſolent. Chaldæus dixit: *In cogitationibus*; Regia, *in ramuſculis à viſionibus noctis.* recidunt eodem omnia. nam eſto vox, originalis ramum ſignificat, ſed non quidem quemcunque, neque ramuſculum; ſed qui eminet, vel qui prominet in ſummitate cacuminis, aut qui excedit alios longitudine, vt Iſai. 17. *In cacuminibus eius*, ſed tranſlatitiè cogitationem ſignificat, quæ eſt velut ramus, germen, conceptus mentis, qui menti adnaſcitur, & adhæret; & præſertim ea cognitio, quæ peculiare aliquid, & magnificum habet, cuiuſmodi reuelationes ſunt, quæ excedunt reliquas, & velut cacumina, & ſummitates arborum prominent, & eminent; eò alluſum putant à Paulo, cùm dixit: *Ne magnitudo reuelationum extollat me,* &c. quaſi dicat exceſſus, altitudo, eminentia reuelationum. Græc. 1

LXX.

סעפ

Iſa. 17, 6.

2. Cor. 12. 7.

Lyranus. Iud. 11. 16. Lapſus Iephte.

rantur, & quòd *dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus* ſic exiſtimat Lyra, non eſſe alienum à Sacra ſcriptura aliorum mendacia vel lapſus referre; vt Iudic. 11. Iephte numerat trecentos annos ab exitu ex Aegypto, cum tunc non fuiſſent exacti amplius 267. neque mirum, nam ibi refertur, quid Iephte ſuo ſenſu dixerit. Itaque amicorum dicta referuntur, ſed non explicatur, an loquuti fuerint vt ſacri Prophetæ inſpirante Deo, atque vt Apoſtoli & Euangeliſtæ, quorum per ſe dicta vt ſacra, & à Spiritu ſancto dictata accipimus.

5 Exiſtimo tamen primò ea omnia principia, de quibus inter illos & Iob conuenit, veritates ſacras continere, nam ſi quando errant tunc illis repugnat Iob; & à Deo arguuntur, atque nos illorum errati admonemur. Ita Origen. Nicet. Anſelm. ſerius adducendi ſenſiſſe videtur. Sed Origenes potiſſimum: *Quæ diuini* (inquit) *ſpiritus conſilio tractabantur, digna quæ litterarum monumentis conſignentur, ideo ſcribuntur, vt qui in ea inciderit, ex eorum lectione capiat vtilitatem, quare etiam amicorum Iobi ſermones niſi ſecutuſi eſſent, nunquam diuinæ prouidentiæ placuiſſet vt in libris Iobi conſerrentur.* Illud quoque ad doctrinæ amicorum laudem & auctoritatem facit, quod ſeptiformem Spiritus ſancti gratiam præſignatam ab Eliphaz cap. 5. intelligit S. Ferrandus Carthaginenſis in Paranetico ad Reginum comitem, ſic ſcribit: *Per ſeptiformem Spiritus ſancti abundantiam miſericors Deus ſuper te requieſcet, ſicut veraciſſime amici ſui ſedeiſſimo Iob dixerunt; In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum.* Rem hanc videtur Paulus probare 1. Cor. 3. vſurpans tanquam ſacrú, & æqualis cum Pſalmis auctoritatis dictum Eliphaz cap. 5. *Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum.* ſicut dictum David Pſalm. 93. *Dominus nouit cogitationes ſapientum, quoniam vanæ ſunt.* & formula adducendi locum, eadem eſt quæ in ſacris Scripturis citandis ſolemnis eſſe ſolet: *ſcriptum eſt*, nam id arguit Scripturam ſacram, quæ per excellentiam Scripturæ dicuntur, & Biblia ſeu Libri. Quæ autem eo loco in hanc rem ſcribit Anſelmus, non inutile fuerit adſcribere. *Diuina* (inquit) *ſapientia reprehendit amicos Iob de locutione, dicens: non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob. Cur ergo Paulus illorum ſententijs tanta auctoritate vtitur, ſi hæ ipſorum ſententiæ diuina reprehenſione quaſſantur? Vel quo modo dicta eorum quaſi praua reſpuimus, quæ Paulus ex auctoritate eſtimat? aut quomodo atteſtatione Pauli recta putabimus, quæ per ſemetipſum Dominus non recta deſignauit? Sed vtraque hæc citius quæ non ſunt diuerſa cognoſcimus, ſi eiuſdem dominicæ ſententiæ ſubtiliùs verba penſamus, qui, cum dixit: Non eſtis locuti coram me rectum, adiecit, ſicut ſeruus meus Iob. Liceat ergo, quia quædam in dictis eorum recta ſunt, ſed melioris comparatione ſuperantur: nam inter alia quæ irrationabiliter dicunt ad iratum Iob, fortes multas ſententias proferunt, ſed comparatæ dictis fortioribus vim fortitudinis amittunt.* hæc Anſelmus. qui ſentit profectò quædam amicorum dicta ſacræ eſſe auctoritatis, ſed quandam peculiarem vim, & quendam ſplendorem Iobi ſententijs peculiariter ineſſe.

Origenes. Nicetas. Anſelmus. Ferrandus. 1. Cor. 3. 16. Iob. 5. 13. Pſal. 93. 13. Formula citandi ſacrum Teſtimonium. Anſelmus.

6 Accedit, quod ab amicis ſententias alias alij quoque ſacri Scriptores mutuati videntur, vt Pet. 2. cap. 2. *Deus Angelis peccantibus non pepercit.* quod cap. 4. dixit Eliphaz, *In Angelis ſuis reperit prauitatem.* & David Pſalm. 143. ex Baldad accipit ſimilitudinem vitæ cum vmbra cap. 8. *Sicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terram.* & Pſalm. 106. *Videbunt recti & lætabuntur.* ex Eliph. c. 22. & Moyſes Leui. 26. promittens iuſtis: *Abſque pauore habitabitis in terra veſtra*; ex Sophar promittente Iobo: *Requieſces, & non erit qui exterreat.* & Deut. 10. *Qui perſonam non accipit, nec munera*; ex Eliu. 34. *Qui non accipit perſonas principum, nec cognouit tyrannum.* Rurſus David Pſalm. 7. v. 15. & Iſai. 59. v. 14. ex Eliphaz cap. 15. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* & Salomon Prouerb. 2. *Impij de terra perdentur, & qui iniquè agunt, auferentur ex ea;* ex Baldad cap. 18. 17. *Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis.* & Prouerb. 29. *Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria*, ex Eliphaz cap. 22. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.*

Alij ſacri Scriptores ſententias mutuati à Iobi amicis. 2. Pet. 2. 4. Iob. 4. 19. Pſal. 143. 4. Iob. 8. 9. & 14. 2. Pſ. 106. 42. Iob 22. 19. Leuit. 26. 5. Iob. 11. 19. Deut. 10. 17. Iob. 34. 19. Pſal. 7. 15. Iſai. 59. 14. Iob. 15. 35. Prou. 2. 22. Iob. 18. 17. Prou. 29. 23. Iob. 22. 29.

7 Illud præterea, quòd reuelationes diuinas habeant, præſertim Eliphaz, hoc cap. 4. de eius veritate non multo poſt diſputationis: & iterum cap. vltimo loquitur cum illo familiariter Deus. Quare non dubitant quidam illos appellare Prophetas, neque omnino falsò; ſi Prophetæ nomen latius ſumatur, pro eo, qui de Deo loquitur aut familiariter cum illo agit, & qui diuinas imagines, & reuelationes recepit, licet ſtrictior & germanior Prophetæ appellatio non quadret in illos, vt contendit Burgenſis loco iam indicato.

An amici Iob digni ſint Prophetæ appellatione. Burgenſis.

8 Secundò, multo certius ſtatuendum videtur in re aliqua peculiari errâſſe, & quidem non ſine culpa, cùm à Deo increpante audiat Eliphaz: *Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coram me rectum.* Atque hoc eſt fortaſſe argumentum initio propoſitum pro parte aduerſa, de quo paulò ante à nobis actum, cap. 2. v. 11. Propterea Greg. in præfat. aſſerit in culpam lapſos. Chryſoſto. eandem ob rem *Peccatores* appellat.

Peculiare amicorum erratum & peccatum. Iob. 42. 7. Gregorius. Chryſoſt.

Sed quodnam illorum erratum eſt? nam quæ D. Thom. & Lyra exiſtimant, crebrior videtur, quam vt in illos cadere potuiſſent, præſertim, cum ſuppliciorum æternitatem videatur agnouiſſe Eliphaz cap. 4. dicens, fore *vt impij in æternum pereant.* & Sophar cap. 20. vt *Luant quæ fecerint omnia, nec tamen conſumantur.* Illud ergo fuit, quod Catenæ auctor initio huius capitis indicat, quod ex ordinario & conſueto eius temporis diuinæ prouidentiæ tenore, & curſu, qui bona bonis, mala improbis immittebat, vniuerſaliter colligebant neminem innocentem flagellari à Deo. Quare perperam etiã de Iobi moribus & vita ſtatuebant, proptereaque hoc cap. ait Eliphaz, *Recordare, obſecro, quis vnquam innocens perijt.* Idem quoque Grego. docet. *Dum eſtimantes* (inquit) *ſi flagella ex cauſis nequeunt, in culpam delabuntur; & dum Deum iuſtum in perſecutione ſua conantur aſſerere, beatum Iob conati ſunt de iniuſtitia reprobare.* Idem Nazianzen. oratione in laudem Athanaſ. auctor Catenæ in protheoria capit. 16. *Quoniam* (inquit) *amicorum verba vitioſa ſunt, licèt abſurdè in Iobo iacten-*

D. Thom. Lyranus. In quonam erratum & peccatum à B. amicis factum. Iob. 4. 20. Iob 20. 18. Nicetas. Greg. in præf. cap. 5. Nazian. Nicetas.

tur, ideò diuina prouidentia perfectum eſt, vt hæc quoq; ſcriptis traderentur. Idem apud eundem Origenes. Itaque cùm propoſitiones vniuerſales Iobo applicant, falluntur & peccant; & cùm ex diuina bonitate, iuſtitia, prouidentia colligũt: nunquam iuſtum affligi niſi inuſtè; vel Iobum iuſtum non eſſe, ſed hypocritam, prauè inferunt. Præterea Iobi verba perperam accipiũt, & ſiniſtrè interpretantur; ſed hic error non tam ſpeculationis vitium eſt, quam praxis cuiuſdam. Quare non tam veritatis alicuius ſpeculatione, & informatione; quàm oratione, pœnitentia, & ſacrificio expiata culpa eſt, vt quæ ex ignorantia practica procederet; & ex malitia quadam inferendi deprauatè, & ſiniſtra Iobi vitæ ſuſpicione. Quamobrem hoc tantùm illis tribuitur in libro Tobiæ, quòd Iobo *inſultauerint*. ex his petenda eſt priorum obiectionum reſponſio.

Tob. 2. 15.

CAP. QVARTVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Calamitatum impatientiam, & ante acta vitæ hypocriſim, atq; in admiuiſtrando regno inhumanitatem & tyrannidem Iobo affingit Eliphaz, propterea q; illū flagellari à Deo; qui neminem inſontem iniuſto ſupplicio afficiat.

I. Reſpondens autem Eliphaz Themanites dixit.

1. *Reſpondere in ſacro ſermone. explicatur Salomon.*
2. *Quæ nominis Eliphaz interpretatio. Hæretici ſplendidis nominibus gaudent.*
3. *Quid Theman, an Regio, & præterea vrbs eius nominis. Themanitæ fortitudine & ſapientia clari.*
4. *Quæ velut Academiæ olim extiterint.*

1 ענה

RESPONDENS Reſpondere in ſacris Litteris actionem vnius erga alterum ſignificat; quare non tam eſt ad interrogata reſpondere quam aliquid erga alterum agere, ſiue loquendo, ſiue audiendo, ſiue gratum ſe alteri præbendo, ſiue rependendo beneficium, aut quid ſimile. exempla occurrunt paſsim: pauca quędam accipe. Iudic. 5 *Vna ſapientior cæteris, hæc ſocrui verba reſpondit.* id eſt hæc matri Siſaræ lachrimanti & lugenti filium, vt deſiderio & lachrymis reſponderet, ſic ad illam locuta eſt. 1. Regum 9 cum aſpexiſſet Samuel Saulem, *Dominus dixit ei*. Heb. *Dominus reſpōdit ei.* quaſi illius deſiderio & expectationi occurrens, Eccl. 10. *Pecuniæ obediunt omnia.* Heb. *Argentum* * *reſpondet omnibus.* id eſt vim habet erga omnia. Hinc* *Reſpondere*, nõ eſt loqui ſimpliciter, vt vulgo exiſtimatur; ſed loqui iuxta temporis & auditoris exigētiam. Sic Chriſtus Ieſus reſpondiſſe ſcribitur Matt. 11. Luc. 14. cũ ita loquebatur, vel orabat, vt infirmitati, & inſtructioni diſcipulorum conueniens erat. illud enim elegāter reſpondere dicitur: *Iablar tenidado reſpecto a otro.* Ergo hoc etiā modo nunc reſpōdet Eliphaz; & ita exorditur ſuam diſputationē, vt Iobi querimoniæ, & ægritudo poſtulare ſibi videbantur. Illud præterea quidam obſeruant in elegantia linguæ Hebraicæ, cùm poſt verbum reſpondendi ſequitur (*amar*) id eſt, *dixit*, pertinere ad exordiũ orationis & inſtitutionem ſermonis; vt hoc loco, *Reſpondens dixit:* אמר

Iudic. 5. 25.
1. Reg. 9. 17.
Eccleſ. 10. 19.
* Tiene correſpondencia con todas las coſas, y con todas ellas ſe entiende.
* Hablar à propoſito y en correſpondencia de lo que el tiempo, y la occaſion, y el auditorio pide.
Matth. 11. 25.
Luc. 14. 3.

2 *Eliphaz.* Nõ eſt ille filius Eſau Gen. 36. ſed lõgè poſterior; nã cognomine refert Themã nepotem Eſau. ergo ab illis deſcendit. Nonnihil de hoc ſupra diximus, cum de genere Iobi diſputaremus. Quòd verò attinet ad nominis interpretationem, idē ſonat *Eliphaz*, quod *Deicognatus*, aut, *Dei aurum*; ab (*el*) quod eſt Deus, &, *Pazaz*, quod eſt fortificari, aut conari; vel à (*Paz*) quod eſt aurum; vel potiùs, *Deus meus aurũ*; vel, *Deus meus, mea vis, & meus conatus*. quod alijs verbis Dauid dicebat, *Deus meus fortitudo mea*. Gregorius tamen in præfatione c. 7. Interlinealis, & Olympiodorus dixerũt ſignificare *Dei contemptū*; Sed à qua radice deriuari poſsit ea ſignificatio & interpretatio, ignoratur. Quod verò addidit Olympiodorus ſonare, *Deus meus diſſipauit*, vel, *Deus contemptio diſperſione mea*: forte deriuari putauit à (*Pazar*) quod eſt diſpergere, aut diſsipare. Sed cũ prima illa nominis interpretatio ſe facit, q̃ hæretici ſoleant ſpecioſas nomenclaturas vſurpare, Simõ *virtutē Dei* ſe dicebat: Montanus, *Paracletū Eccleſiæ*, Gnoſtici ſic voluerũt appellari, quaſi ampliſsima atq; veriſsima rerum omnium notione inſigniti eſſent præ cũctis mortalib. Alij Cathari, id eſt mundi, & puri; Apoſtolici, Euangelici, Illuminati, ſicato nomine collucentes, & Dei aurũ iactātes: nihil tamē veritatis, nihil probitatis habētes.

Geneſ. 36.
Interpretatio nominis Eliphaz.
אל
פז
פז
Pſalm. 24. 2.
Greg.
Interlin.
Olympiod.
פזר
Hæretici ſpecioſas nomenclaturas vſurpant.

3 *Themanites.* Theman filius fuit Eliphaz filij Eſau, Gene. 36. qui nomen vrbi, imò & regioni dedit. Nam Theman dicunt fuiſſe vrbem in terra Hus, vnde Eliphaz fuerit, ibique regnauerit. idem cenſent Brochard. Breidenbach. Chriſtianus Adrichom in deſcriptione Terræ ſanctę. Sed quidē Hier. potiſsimũ in eius nominis regionem agnoſcere videtur, ſic ſcribens de locis Heb. *Theman regio principum Edom in terra Gebalitica, à Theman filio Eliphaz filij Eſau ſortita vocabulum. Sed & vſque hodie eſt villa nomine Theman diſtans ab vrbe Petra quinque millibus; vbi & Romanorum militum præſidium ſedet, de quo loco fuit Eliphaz Rex Themanorum. vnus quoque filiorum Iſmael appellabatur Thema. Sciendum autem quod omnis auſtralis regio Hebraice Theman dicitur.* Hæc Hieronymus. diximus etiam nonnihil ſuprà in deſcriptione terræ Hus. certè tanquam metropolis Idumeæ commemoratur Ierem 49. & Amos. 1. dum ſimul in Edom, Theman, & Boſram prophetat. Sed ſiue ciuitas, ſiue prouincia Idumęę fuerit, certè Themanitæ excelluerunt fortitudinis & ſapientiæ gloria. de illo Abdias aduerſus Idumæam ait: *Timebūt fortes tui à Meridie, vt intereat vir de monte Eſau.* In Heb. *Fortes tui Themā.* Quam vocem nõ appellatiuè, ſed propriè accipiunt Septuaginta: *Pauebunt pugnatores tui, qui de Theman, vt auferatur homo de monte Eſau.* de hoc vero, id eſt de ſapientiæ ſtudio Baruch. 3. ce diuinæ legis ſapiētia loquitur; *Non eſt* (inquit) *audita in terra Chanaan, nec viſa eſt in Theman*

Thema quis
An Theman vrbs quoque fuerit.
Brochard.
Breidemb.
Chriſtianus Adrichom.
Hieronym.
Superiùs cap. 1. verſ. 1. num. 28.
Ierem. 49.
Amos. 1. 12.
Themanitæ fortitudine, & ſapientia claruerunt.
Abd.
LXX.

Baruch.3. 23. Ierem. 49. 7. Ierem.49. *Nunquid non vltra eſt ſapiētia in Theman?* quaſi diceret, qui priùs ſapientiſsimi habebâtur Themanitæ, quo modo nunc ſapientiâ, & conſilio deſtituti ſunt? An verò eam ſapientiæ laudem propter naturale intellectus acumē, an propter ſapientiæ ſtudium; quod Themanitæ colerent diſputationibus, ſcholis, lectionibus commeruiti ſint, non conſtat. Quæ olim Academiæ. Similiter Thecuitas ſapientes fuiſſe ex eo colligunt, quòd pro reducendo Abſalone Ioab *Miſit Thecuam, & tulit inde mulierem ſapientem, &c.* & Dabirenos, quod 2. Reg. 14. 2. Iudic.1.11. Iudic.1. Dabir vocata fuerit, *Cariath-Sepher, id eſt ciuitas litterarum,* quòd fuerit vniuerſitas, ſiue academia Paleſthinæ, quales olim Memphis, & Heliopolis; in Aegypto; Athenæ, Alexandria. Ergo cæteris ſapientior Eliphaz Themanites, fortè etiam ſenior, priores diſputádi vices obtinet: ſicut Eliu. iunior poſtremas. Atq; reliquorum etiam princeps videtur, vt qui duas habuit reuelationes hîc, & cap. vltimo; atque vnus ipſe pro aliorum erratis reprehenditur.

II. Si cœperimus loqui tibi forſitan moleſtè accipies: ſed conceptum ſermonem tenere quis poterit?

1. *Tentare in Hebræo. varia expoſitio. Peccatum oris grauiter punitur. Cuiuſmodi qui conſolationes non admittunt.*
2. *Quid tenere ſermonem verba vinculis & carcere indigent. vbi iuſta fuerint in iniuſtitia detineri non debent. Ieremias vinctus.*

1 LXX. *Si cœperimus loqui.* Septuaginta, Græci, & plerique ex Hebræo primam hanc partem per interrogationem accipiunt, alij per aſſertionem, ſenſus tamen idem. Rurſus in ſententia maior diſſenſio, quòd verbum (*Nacah*) נסה diuerſimodè à Rabbinis, & Hebraizantibus accipiatur; illos vide in Pagnin. Pagnin. Tentare in Heb. quid. Sed eleganter noſter interpres, quod in fontè eſt, *Tentare*, ad exordium loquendi retulit, *ſi tētauerimus*, id eſt: *Si cœperimus loqui.*

Philippus. *Forſitan moleſtè accipies.* Laborabis, laſſaberis, fatigaberis, egre feres. obſeruat Philippus Eliphaz indicare ſe non placidè, neque leniter cum Iobo acturū ſed acerbè, & moleſtè, quòd ſic expedire exiſtimet. D. Thom. ſed conuenientior D. Thomæ annotatio, quòd iam notet Iobum animi deiecti, atque impatientis, vt qui moleſtè auditurus ſit ſana amicorum conſilia, ſicut ægre & faſtidioſè etiam viſus eſt increpationem Dei ſuſtinuiſſe. Olympiod. Lenior eſt Olympiodori interpretatio, Neſti, ò Iob, nunquam nos tibi locutos eſſe, quæ moleſta acciderent; nunc vero cōtradicere cogimur. Chryſoſt. Alienius eſt, quod Chryſoſto. laborem & moleſtiā, pro peccato, & vitioſa oratione accipit, ſicut aliquando Pſalm.10. 7. LXX. eadem ſignificatione dictum eſt: *Sub lingua eius labor & dolor.* ergo lectionem Septuaginta: *Num ſæpè tibi ſermo eſt habitus in moleſtia?* in hunc ſenſum accipit, Vide ne aliquid in peccato locutus fueris, eaque de cauſſa his premaris ærumnis; nam non ſolùm actionibus, in quibus te præclarè geſsiſti, ſed etiam in verbis peccari ſolet. Papæ quantum ſupplicium quantoſque cruciatus non arbitratur Chryſoſtomus indigenos peccato oris puniendo? Chryſoſt. Duo igitur præſtat Eliphaz, nam & ſe præclarè amici, non adulatoris munus præſtare, & Iobum animi parum compoſiti ſignificat, qui non modò audiendis increpationibus, ſed admittēdæ quoque conſolationi tuæ cladis, non ſit. Plutarch. Qui ita deiecto ſint animo, miratur Plutarchus libr. de differ. adulat. & amici, & ad adulatorium vitium refert. Cuiuſmodi ſint qui conſolationes faſtidiunt. *Haud ſcio (inquit) quo pacto complures in rebus quidem aduerſis conſolationes non ferunt, ſed magis hos admittunt, qui vna ſecum lamentantur, ac deflent.*

2 LXX. *Sed conceptum ſermonem.* Septua. & Græci de ipſa Iobi oratione intelligunt, illi enim legūt. *Pondus verborum tuorum quis ſuſtinebit?* id eſt, Inſolentem iſtam orationem deuorare non poſſumus; quæ audiuimus abs te, & quæ noſtrâ mente percepimus, continere non valemus; cogimur itaque in te refundere, & euomere. Sed ſimplicius, ſi de ſua oratione ſic loquatur Eliphaz, Cum tuæ iſtæ acerbæ querimoniæ, & aſperior oratio poſtulent, vt de his tecum ſeriò & acriter expoſtulem, imperare mihi nulla ratione poſſum, vt taceam; & quæ dicenda iudico, ſilentio comprimam; *teneam*, prohibeā: inſolitum eſt nos tibi vnquam contradicere, ſed oratio iſta deſperantis, & indignantis animi, atque diuinam prouidentiam criminantis vel ab inuitis reſpōſionē extorquet. Quid *tenere ſermonem*. Quod hic *tenere ſermonem* dicitur, ab eadē radice. Prouerb.25. Prouerb.25. eſt: *Cohibere ſpiritum ſuum*, ad carcerem, & vincula, in quibus aliquis detinetūr, trans ferri ſolet. Ierem.29. & 4. Reg. 17. 4. Reg. 17. *Obſedit eum* Heb. tenuit, & ſtatim ſe explicat, *Vinctum miſit in carcerem.* nimirum non liberè emittēda ſunt verba niſi poſt diligentem examinationem, retinaculis indigent, vinculis, compedibus, vbi vera, opportuna, iuſta eſſe conſtiterit, in iniuſtitia detinentur, liberè emitti ſuo iure poſtulant. ait ergo Eliphaz, Iniuſtus ſim, ſi non libera vtar oratione. nihil aduerſus veritatem poſſum. Significat ſe vri zelo diuini honoris tuendi, neque conceptum ignem detinere poſſe. nihil itaque mirandum ſi flammas euomat, ſimile id Ierem.20. qui quòd acriter in peccatores atque peccata inueheretur, opprobria & conuitia accipiebat. Tacere, inquit, præſtat; Ier.20.9. *& dixi: Non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illius.* ſed conceptum ſermonem tenere nō poteſt: *& factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuās, clauſuſque* (Hebræ. retentus, cohibitus) *in oſſibus meis, & defeci ferre non ſuſtinens. Verbum* enim *Dei non eſt alligatum.* Patefeci igitur oris aditum eluctantibus flammis.

III. Ecce docuiſti multos & manus laſſas roborâſti.

1. *Particula* [illegible] *Ironiæ, aut aſſeuerationi ſeruiens.*
2. *Iob & re, & conſilio patientiam docuit. magiſter debet facere, & docere.*

3. *Verbum docendi in Hebræo quale.*
4. *Manus laſſæ, & deiecta brachia cuius habitus ſit.*

1 *Philip.*

ECCE. Philippus per irriſionem hæc dici exiſtimat; Fama hæc pia opera de te iactauerat, ea verò tu præſtabas, ſcilicet. quaſi diceret, Si hæc tu præſtitiſſes, neq; in has querimonias, neque in hæc mala deueniſſes. Aliquando quidem particula, *Ecce*, ironiæ, ſeruit; vt illud: *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt.* dicet itaque Eliphaz. Ecce Doctorem, atque inſtitutorem egregium aliorum. Alij exiſtimant Eliphaz irridere medicum aliorum, qui ſe ipſum curare neſciat. Sed ſimplicius eſt, vt hæc ſeriò dicta accipiantur, vti communiter accipiunt Gregorius, Latini, & Græci: frequêter enim particula, *Ecce*, aſſeuerationem importat; ex pietatis igitur operibus anteactæ illius vitæ vel hypocriſim colligit, vel impatientiam præſentis calamitatis exaggerat.

Particula, *Ecce*, ironiæ ſeruiens.
Geneſ.3.22.
Greg.
Ecce, aſſeuerantis eſt.

2 *Chryſoſt.* *Polychron.*

Docuiſti multos. Chryſoſt. & Polychron. hæc referunt ad conſolationem, & ſpem allatam ſua oratione & conſilijs afflictis hominibus, veroſimile enim eſt non ſolùm poſtea ſuâ patientia, ſed antea etiam docendi patientiam, & conſolandi afflictos facultate, & officio excelluiſſe, quod operis ac muneris diuinitus illi côceſſum fuiſſe illi ijdem afflicti homines nunc experiuntur: & quidem vtrumque ad perfectum virtutis magiſtrum pertinet, *facere, & docere*, id eſt factis & verbis magiſtrum ſe exhibere, Dedit igitur illi *Deus linguam eruditam, vt ſciret ſuſtentare eum, qui laſſus eſſet, verbo.* Oportet, inquit, te qui patientiam docuiſti, patientem te præbere; quod ſi odiſti diſciplinam, quorſum enarraſti iuſtitias Dei, & aſſumpſiſti illius teſtamentum per labia tua? pudere te deberet tam te tui diſsimilem præbuiſſe. Eleganter Gregor. dixit homil. 18. in Ezech. *Cùm ipſa ſua verba doctores ad memoriam reducunt, erubeſcunt non ſeruare quod dicunt, vnde per Salomonem quoque dicitur,* Prou. 16. *Anima laborantis laborat ſibi, quia os ſuum compulit eum. os enim noſtrum nos compellit ad laborem, quando per hoc, quod dicimus, à vitijs refrænamur.*

Actor.1.1.
Iſai.50.4.
Ineptum eſſe docendo, qui moribus diſsimilibus ſit.
Greg.

3 *Philip.*

Philippus hanc doctrinam paulò latiùs interpretatur; quòd ab errore multos reuocârit; vel quod docuerit alios pro peccatis affligi à Deo, Alij in genere; Sapiêtia tua alijs profuit, tibi vero nunc, cùm opus eſt, deficit. Certè verbum *docendi* paulò aſperiùs eſt, namque pertinet ad diſciplinam & correptionem, à quo dicitur Deut. 8. *Sicut erudit homo filium ſuum, ſic Dominus Deus tuus erudit te.* & Ierem 31. *Caſtigaſti me Domine, & eruditus ſum.* erit ergo ſententia huiuſmodi; Vel ex te ipſo diſcere potuiſſes, quorſum Deus te corripiat, & caſtiget; nam tu alios caſtigabas, erudiebas, corripiebas, cùm ab officio declinabant; docebasque non abijciendam Dei diſciplinam, neque fatigandos animis cùm à Deo corriperentur; igitur his ſupplicijs conatur te Deus reuocare à peccato, niſi correptionem & diſciplinam abijcias.

Verbum docend. aſperius.
Deut.8.5.
Ierem.31.18.

4 *Et manus laſſas roboraſti.* Aliqui; Tepidos ad bona opera animaſti, excitaſtique. ſed meliùs; Calamitatibus fractos; & laſſata brachia ingenti ærumnarum pondere, confirmâſti, & recreaſti, ne per impatientiam abijcerent impoſitum à Deo ſupplicium; ad currendum in ſemel cœpto virtutis, ac pietatis ſtudio hortatus es *Manus laſſæ*, & deiecta brachia pertinent ad habitum aut molliter, aut ſegniter ambulantis, aut currere non valentis: econtrà verò adducere brachia, manus comprimere, fortiter iactare cubitos, ſtrenuè currentis eſt; exempla ſequens verſiculus ſuppeditabit.

IV. Vacillantes confirmauerunt ſermones tui, & genua trementia confortaſti.

1. *Quid vacillare, quid confirmare ex Hebræo. Afflictis quid manus laſſæ. explicatus Paulus, & Iſai.*
2. *Genuum tremor, eſt exaggeratio timoris.*
3. *Prælati ſunt collum Eccleſiæ, & Turris Dauid confirmare debent infirmiores.*

VACILLANTES. Perperam hoc ad eleemoſynas quidam referunt, non enim commemorat Eliphaz ea facinora, quæ Iobus in opum poſſeſsione ediderat, vt acutè obſeruant Chryſoſt. & Polych. ea enim núc in tanta paupertate præſtare non poteſt, ſed illa tantùm, quæ in homine afflicto & calamitoſo deſiderari poſſunt, patientiam & animi conſtantiam, quas ipſe ſua oratione, & exhortatione, in aliorum ærumnis excitauerat. Alij quòd per *Genuum incuruationem* res turpis ſignificari ſoleat, vt infrà cap. 31. nunc ſignificari exiſtimant, officium à Iobo præſtitum in alijs reuocandis à turpi libidine; ſed quàm longè. Quod in proximo eſt, id quoque verû, & germanum eſt, totum pertinere ad imbecillitatem quandam & languorem afflicti hominis, qui preſſus calamitate vacillet animo & tremat genibus, pedibus nutet, & caſum minitetur, in quam rem dicitur ab Iſai: *Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate, dicite: Puſillanimes, nolite timere, confortamini, &c.* Quæ omnia ad animum tranſtulit Paulus Heb. 12. (inquit) *diſciplinam in præſenti non videtur eſſe gaudij ſed mœroris, propter quod* * *remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris.* inſtar ſtrenuè currentium, vt brauium comprehendatis, quod eodem capite rurſus dixit: *Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen.* Similis exhortatio ad Galatas 6. *Benefacientes nolite deficere.* & 1. Corinth. 15. *Stabiles eſtote, ſcientes quod labor veſter non eſt inanis.* & rectè omnia dicuntur, nam *vacillare* eſt in fonte impingere, aut offendere, aut præ imbecillitate caſum minitari. cuius verbi proprietas explicatur Iſa. 40. *Iuuenes in infirmitate cadent;* (vacillabunt, nutabunt, impingent, cadent,) *Qui autem ſperant in Domino, current & non laborabunt, &c.* *Confirmare* autem eſt, efficere vt ſtet aliquid firmum, conſtans, columnæ inſtar, quæ neque nutet, neque in alteram partem inclinet, quæ impoſitum pondus rectà ſuſtineat, quæ à ſua ſede & loco dimoueri minime poſsit. Iuſtus enim afflictus, dum afflictionis ſit patiens, columnam aliquâ firmiſsimam imitatur, quæ quo maius pon-

1
Chryſoſt.
Polychron.
Aſtunis.
Iſai.35.3.
Heb.12. 11.
* Recogedlas manos braçe ad côtuerça, y piſad fuerte.
Heb.12.1.
Galat.6.9.
1.Cor.15. 58.
Vacillare quid.
Iſai. 40. 30.
Confirmare quid.

dus ſuſtinet, conſtantior & firmior eſt in ſuo loco.

Genuum tremor quid indicet. *Dan. 5. 6.* *Pſal. 108. 24.* *12. Æneid.*

Genua trementia: Tremor genuum ad timoris vehementiam pertinere ſolet, ſicut ſcriptum eſt Danielis 5. *Genua eius ad ſe inuicem colidebãtur.* Sed hoc loco ad imbecillitatẽ refertur, ſicut & id Pſalm. 108. *Genua mea infirmata ſunt à ieiunio.* Simile illud.

Genua labant, gelidus concreuit frigore ſanguis.

Pſalm. 17. 40. *2. Reg. 22. 4.* חזק

Quare *trementia*, propr. eſt, *cõnutantia*, quod infirmitatis eſt, non potentis conſiſtere rectis pedibus; ſicut Pſalm. 17. *Supplantaſti inſurgentes in me, ſubtus me.* Hiero. ex Hebr. *Incuruaſti reſiſtentes mihi ſubtus me* & eodem modo 2. Reg. 22 ideo que ſequitur: *Inimicos meos dediſti mihi dorſum.* Verbum (*chazak*) neſcio quem exceſſum fortitudinis, & roboris affert, prævalentia reddidiſti, vt inualeſcerent ſuper ærumnas; ne cederent calamitatibus.

Quod ſit optimi prælati munus. *Iſai. 35.*

Sed illud obſeruandum, hoc loco indicari quod ſit optimi principis, cuiuſuis ve prælati munus, nimirum deficientibus animos facere, infirmis addere fortitudinem, *dicere, Puſillanimes nolite timere.* Propterea prælati, & principes ſunt velut collum Eccleſiæ, per quos à ſummo capite Deo robur, alimentaq; e virtutis, conſiliorum, doctrinæ ad nos tranſmittitur. Quale verò eiuſmodi collum futurum ſit, explicatur Cantic. 4. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Erat enim in monte Sion, eminentiſsimo videlicet, & nobiliſsimo vrbis loco turris erecta, quæ ſuo aſpectu ciuium animos reficeret, & confirmaret, atque vt eò confugerent, qui armis viribusque deſtituerentur. & ſicut illi ſecuri dormiunt, qui ad caput lecti gladium ſuſpenſum habent, quo opportunè vti poſsint, ſi quid inſidiarum aut periculi ſubito accidat, ita certè fideles ad caput ſuum, ad collum Eccleſiæ, apud ſuos prælatos habent arma parata, quib' ſe in omni diſcrimine communiant. Vide Plutarchum in comment. rum ſen. gerenda ſit reſp. præcipientem, vt princeps omnes erigat & conſoletur, neque animum deſpondere iuuenem ſinat. quod adductis exemplis confirmat. Atque hoc ad militiæ ſecularis Chriſtianum ducem pertinere imprimis S. Ferrandus Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconus ſcribit, in parænetico ad Reginum: *Corripiuntur* (inquit) *inquieti; conſolantur puſillanimes; ſuſcipiuntur infirmi: inueniant fideles unde cõuincantur improbi, & bene agendi ſortitur innocentia libertatem.*

Cant. 4. 4. *Prælati Eccleſiæ ſunt Turris Dauid.* *Plutarch.* *Ferrandus.*

V. Nunc autem venit ſuper te plaga & defeciſti: tetigit te & conturbatus es.

1. *Tangere, Conturbare, Feſtinare in ſacro Sermone. explicatus Dauid.*
2. *Secunda ex Heb. ſententia. venire Deum, in malum. Paulus elucidatus.*

1 IMPATIENTIAE tribuit illum calamitatum ſuarum ſenſum, quem expreſsit ſuperioribus lamentationibus. *Deficere* autem eſt idẽ quod ſupra. *Moleſtè accipere*; aut præ moleſtia & labore laſſari, & deficere; Quamuis (inquit Eliphaz) *tactus*, percuſſus vehementer fuiſſes, & clade ingenti preſſus, percuſſus (nihil enim leue verbum tangendi habet) non deberes *conturbari*, ſed imperterritus conſiſtere, ea enim conturbatio pertinet ad ingentem quendam terrorem, quo afficiuntur ij, qui vndique ſe malis obſeſſos vident. Verbum idẽ Pſalm. 82. *in ira tua turbabis eos.* Exod. 15. *Conturbati ſunt principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor.* Septuaginta, *Et feſtinaſti.* quod Chryſoſtom. & Polychronius eleganter explicauit: ductum (inquiunt) verbum eſt ab ijs, qui tumultu perterrefacti celeritatem addunt ad gradum, nã qui timet, aut terretur, feſtinat, vt fugiat, ſicut id Leuit. 26. *Viſitabo vos velociter.* alij vertunt & explicant; *Viſitabo vos in terrore.* & id Pſalm. 77. *Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum* * *feſtinatione.* ſemper pauidi, minimeque ſecuri. breuis vitæ curſus; multiſque perturbationibus infeſtus.

Pſalm. 82. 16. *Exod. 15. 15.* *LXX.* *Polychron.* *Leuit. 26. 16.* *Pſalm. 77. 33.*

* La vida breue y eſtà llena de temores, y ſobreſaltos.

Sed quidem cùm in originali nõ ſit expreſſum illud ſuppoſitum *Plaga*, quod Vulgatus ſapienter ſuppleuit, videtur verbũ veniendi poſitũ eſſe, vt cũ Deo coniũgatur in hanc ſententiam, Venit ad te Deus, viſitauit te, id eſt, grauiter ſupplicio affecit; (Dei enim viſitatio, & aduentus aliquando in malum, & pœnam ſumitur) & *defeciſti*, ad illius conſpectum terribilẽ, & minacem. & pertigit te, peruenit vſque ad te: & præ timore, & perturbatione, celeritateque fugiendi ab illo auerſus es. Sic etiam Paulus Deum punientem inducit, ob viam procedentem ijs, quos punire vult; *Tanquam filijs* (inquit) *vobis offert ſe Deus.*

Venire Deum quid. *Heb. 12. 7.*

VI. Vbi eſt timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum.

1. *Eliphaz principijs veris vtitur ad reprehendendum Iob. Salomon elucidatus.*
2. *Quid conſtantia. Qui diſſoluti corde ex Eccleſiaſtico.*
3. *Quid Patientia ex Hebræo. Deus dicitur Patientia Iſrael.*
4. *Iob per ſummam iniuriam reprehenſus. Prælati ſæpè à ſubditis inique notati.*

2 NVNC tandem (inquit Eliphaz) tribulatio, quam ſuſtines, velut lapis Lydius, prodidit non veras, ſed falſas fuiſſe illarum omnium virtutum imagines, quas præferebas, vel ſi veræ fuerunt, miratur, cùm maximè opus ſunt, non comparere. *Timor*, pietas, religio, diuini numinis obſeruantia; vt non ſemel diximus. nam minùs cohæret, quod Græci dicunt colludere cum illo, quod ipſe Iob dixerat: *Timor, quem timebam, euenit mihi*, & ex lectione Septuaginta: *Nonne timor tuus eſt in ſtultitia?* vel, vt Auguſtinus habet: *Nonne timor tuus ſtultus eſt?* eliciunt hanc ſententiam; Si probus extitiſſes, nihil timere debuiſſes. nam vir pro-

Iob. 3. 25. *LXX.*

bus non deijcitur timore, ſed, potius erigitur fiducia, & ſpe. vel ſtultus igitur & temerarius metus fuit, ſi innocens eras vel ille [illegible] vitam tuam flagitioſam fuiſſe comprobauit, [illegible] innocentia non mala, & læua [illegible],

Eliphaz malè vtitur principijs veris. *Pſalm.26.* *Sap.17.10.* *Eccleſ.10.2.* * Al bueno le da el coraçon ſiempre lo mejor, y al malo lo pejor.

læta, atque feliciæ. [illegible] hic duo principia veriſſima aſſumere Eliphaz, ſed [illegible] applicare ad rem Iobi, alterum, iuſtum habere conſcientiæ pacem, & in medio *prælio perare*, & nihil timere, [illegible] Deus illius [illegible], [illegible] Alterum, ſicut *perturbatio* [illegible], ita probitas, in boni cauſa omnia condit ſicut ſcriptum eſt: **Cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius.* id eſt, cor iuſti ſemper pulſatur, & erigitur dextra, & [illegible] ſemper, at cor impij per [illegible] ſiniſtra [illegible] Sed potius lectionem Septuaginta ego acciperem in hanc ſententiam, [illegible] eſt illa pietas, quæ cum in [illegible] ſpe [illegible], in tribulatione deficit. Polychronius, *Stulta, pietas, quæ eiijs profuerit, [illegible].*

LXX.

Polychron.

2 *[illegible].* Conſtantia, quæ etiam ſpes, aut fiducia dici ſolet, vox eadem; quæ Pſalm.77.7. *Vt ponant in Deo ſpem ſuam.* [illegible] hæc nimium atque [illegible] non [illegible], & [illegible] defixam, & immotam tenet hominem in [illegible] deſiderata, & expectata, ſecus vaga [illegible] mens, [illegible] ſuarum ludibrio permittit, [illegible] *diſſoluti corde*, id eſt, [illegible] vt diſſipatis fu-

Pſalm.77.7.

Eccleſ.2.15. * A los que con el golpe del agua, y [illegible] les quebraron las amarras, y perdieron el anchora *Iſai.30.15.*

nibus, [illegible] anchora [illegible] fluctuant; *[illegible] ideo non [illegible] ab eo.* Elegãter Iſa hanc [illegible] fortitudinem expreſſit cap.30. *In ſilentio* (Heb. in quiete, vel in quiete [illegible] concepta de diuina ope) *erit fortitudo veſtra* (hæc vos fortes, conſtantes imperterritos, malis ſuperiores efficiet.

3 *Patientia* autem potest eſſe hoc loco expectatio, quæ ſignificatio non eſt infrequens in ſacris, a verbo (*Kavah*) quod expectare ſignificat; quare Septuaginta dixerunt, *Spes tua.* Primo ergo quidam alluſionem fieri putant cum irriſione quadam ad id: *Nunquid Iob fruſtra timet Deum?* Vbi eſt timor ille religioſus, vbi fiducia, vbi expectatio præmij, & tuarum vtilitatum? nam propterea timebas Deum, vt tuam rem amplificares; iam nunc cum nihil ab illo expectes, pietatem & timorem exuiſti. Vel ſecundo [illegible], Cur, quæſo, turbaris, cum ſemper de Deo bene ſperare debeas? *[illegible] non feſtinet.* Et ideo: *Recordare quis vnquam innocens perijt.* Ideo hac voce originali dicitur Deus *Expectatio*, aut *Patientia* Iſrael, Hierem.14. & in eandem ſententiam dixit Iob cap.17. *Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea.* Rurſuſque: *Patientiam meam quis conſiderat?* Sed ſimplicius videtur, ſi ſimpliciter hæ virtutes accipiantur, à quibus putetur defeciſſe præ magnitudine calamitatis, Patientia autem, quia cum expectatione diuini auxilij, & [illegible] præmij coniuncta eſſe debet, hoc etiam nomen expectationis.

Quid patientia.
קוה
LXX.
Iob.1.9.

Iſai.28.16.

Deus dicitur patientia Iſrael *Hier.14.8.* *Iob.17.15.*

4 *In perfectio.* Aquila dixit: *Simplicitas viarum tuarum.* Auguſtin. *Simplicitas vitæ tuæ.* Quare mirum, quòd Septuagin. legerint: *Integritas vita tua*, forte pro (*[illegible]*) id eſt, innocentia (*[illegible]* iniquitatem, aut malitiam aliquis ſuppoſuit.

Aquila. *Auguſt.* *LXX.*

[illegible] *D. Thom.*

Sed illud D. Thom. ſubtiliter obſeruat, obijci Iobo defectum quatuor virtutum, quibus impatientis & irati animi impetus conſueuit ſolet, & quas Iobus ſanè retinuit ſemper; vt videas quam acriter his verbis pungatur. Primo Timoris Dei & reuerentiæ erga diuinam prouidentiam, [illegible] ille viſus eſt, dicẽs, *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factũ eſt.* Secundò Fortitudinis, atque conſtantiæ in aduerſis, ſiue ſit virtus qua homo fortiter ſuſtinet, vel aggreditur aduerſa, ſiue donum, quo redditur mens promptè & facilè mobilis ab Spiritu ſancto, vt conſtanter ſequatur eius inſtinctum [illegible] virtute in aduerſis; hanc quoque habuit Iob, cùm dixit: *Si bona ſuſcepimus de manu Domini, &c.* Tertio patientiæ, qua, iuxta rectæ rationis regulam, ſuſtinentur aduerſitatés; atque in hanc rem rationibus quoque e Philoſophis [illegible] animi ſu[illegible] Tandem vitæ innocentiæ, & amoris honeſtæ actionis, propter quem recedit homo à malo, & adhæret bono; quamuis laborandum ſit, [illegible] etiam morum integritate excellat Iob. Illud quoque non inutiliter ex hac Eliphaz reprehenſione colligit. D. Gregor. ad finem lib. [illegible], quam ſæpe multis diſpliceant prælatorum ſuorum dicta, vel facta, quod nimirum intelligar, [illegible] ratione dicta factaue ſint.

Iob per ſummam iniuriam reprehenſus. *Iob.1.12.*

Iob.2.10.

D.Greg.

VII. Recordare, obſecro te, quis vnquam innocens perijt? aut quando recti deleti ſunt?

1. *Quid ſit Iuſtum non perire, explicatur Paulus, de conſtantiam [illegible].*
2. *[illegible] interpretatio.*
3. *Chaldæi huius loci paraphraſis.*

Si adhuc perſtet Eliphaz in reprehendenda quam ipſe exiſtimabat Iobi impatientia, ſenſus erit iuſtos & innocentes non perire, id eſt, non deficere in laboribus, non abſorberi æſtu dolorum, non cedere tentationibus, ſed ſubſiſtere in miſerijs. ſic Paulus non ex ſua tantum, ſed ex reliquorum etiam perſona iuſtorum ait. 2. Corinth. 4. *In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur, aporiamur* (ingenti rerum neceſſariarum inopia premimur) *ſed non deſtituimur* (non opprimimur; egeſtate; laboramus, ſed egeſtati non ſuccumbimus) *perſecutionem patimur, ſed nõ derelinquimur, humiliamur, ſed non confundimur, deijcimur, ſed non perimus.* & Roma. 8. *In his omnibus ſuperamus*, (ſuperiores euadimus. Epitaſim habet in Græco, quaſi diceret, * *ſupervincimus.* Innocentia nobis animos facit, tam longe abeſt, vt pereamus & deficiamus.) At lenior erit ſenſus atque contextus ſi hic incipiat Eliphaz probare, calamitates contingere hominibus propter peccata; quare obſecratoria illa formula vtitur, quæ exordio orationis, & conciliandæ aut beneuolentiæ, aut attentioni apta eſt. Ergo vel nõ meminit Abel iuſti [illegible] ca-

1

2.Cor.4.8.

Rom.8.37.

*Sobradas y reſobradas ſu [illegible] tenemos para ſufrir mas.

2 Lenior ſententiæ acceptio.

[*Geneſ. 4.*] [*Geneſ. 16.*] [*Philippus.*] ciſi; neque Abraham propter vxorem periclitantis; nec Iſaac & Iacob, qui Paleſthinorum inſectationem paſsi ſunt, vt ait Philip. proptereaque ait, non ſolum ignoranter, ſed etiam violenter exprobrare. [*Caietanus.*] vel vt Caietanus conijcit, non agit de clade, & morte, quam homo homini affert, ſed quam Deus peculiari prouidentiâ, aut iuſtitiæ zelo immittit; qualem fuiſſe putabat Eliphaz, quæ Iobo acciderat; vel tandem de ijs loquitur, quæ in quotidiano vſu & experientia erât: ſic enim ait, *Recordare*, quaſi appellans ad experientiam, quæ ex multis memorijs comparatur; [*Verſ. 8.*] & ſic infrà ait: *Vidi eos, &c.* Et Dauid quaſi experimento edoctus loquitur Pſal. 36. [*Pſalm. 36. 25.*] *Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemẽ eius quærens panẽ* ſupple, etiam derelictum. tunc autem *innocentẽ perire* erit omni neceſſario vitæ ſubſidio deſtitui, neq; inuenire vel fruſtum panis, cum illud quærit, & *rectos deleri*, erit, cũ familia & ſobole ſtirpitùs conuelli & interire. [*LXX.*] Septuaginta. *Quando veraces radicitùs perierunt?* [*Olympiod.*] Olympiodorus ſic ait: *Illud radicitùs magnam vim habet, veramque omnium interitum declarat, fortunarum, inquam, amiſſionem, extinctionem liberorum, corporis afflictationem.* [Quid *delere* in Hebræo. כחד.] quare Latinus interpres eleganter dixit *deleti ſunt*, quod propriè diceres, *Abſconditi ſunt, aut ſucciſi.* nã (*Chabad*) eſt ita tollere, & ſuccidere aliquid, vt nullum maneat ſignũ, aut veſtigium; quemadmodum cum aliquid deletur; quod tunc temporis inſolitum erat: nam Deus ſuos bonis temporalibus cumulabat; illaque ipſa, ſequutis poſtea ſæculis, iuſtis promittebat, dicens: [*Iſai. 1. 19.*] *Si audieritis me, bona terræ comedetis.* [*Chaldæus.*] Chaldæus fere in eodem ſenſu, ſed ſtrictiùs, refert ad primos illos Patriarchas Iobi progenitores; *Recordare* (inquit) *an Abraham iuſtus, aut Iſaac perierint.* & ſecundam partem refert ad diluuium, quo impij obruti ſunt. ergo vtraque pars ad aliquod manifeſtum ſupplicium de peccatoribus ſumptum alludere poterit; Memoria repete, an, quando Deus ſubuertit Sodomam, innocens Loth perierit? Veroſimile enim eſt fuiſſe apud iſtos Abrahami poſteros peruulgatum illud dictum eiuſdem Abrahami Gen. 18. ad angelos Sodomæ ſubuerſores: [*Geneſ. 18. 25.*] *Abſit à te Domine, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio, fiatque iuſtus ſicut impius.* Rurſus illud, *deleti ſunt* pertineat ad diluuium, a quo ereptus eſt Noe; tunc enim dixit Deus: [*Geneſ. 6. 7.*] *Delebo hominem, quem creaui.* iuſtum verò, quem coram ſe vidit, non deleuit.

VIII. Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores & metunt eos:

1. *Videre ad experientiam pertinens.*
2. *Operari in ſacro Sermone. Impius agricolæ ſimilis.*
3. *Allegoria agriculturæ ad mores relatæ. Quis ager, quis imber, quæ meſſoria falx.*
4. *Dolor quid, aliunde ſumptus.*
5. *Voluptuarij cur dolorem metant, prima reſponſio. In Hebræo idem verbum peccandi, & laborandi.*
6. *Secunda reſponſio. eadem vox ſignificat dolorem, & concupiſcentiam explicatur. Dauid.*
7. *Optima & veriſſima cauſſa rei propoſitæ. Illuſtratus Pſalm.*
8. *Dolor pro iniuſtitia. Elucidatus Iſaias.*
9. *Impiorum ſeges, & meſſis, meſſoria falx. Impius etiam bos aratro iunctus.*

VIDI. Sicut nuper dicebamus, ad experimentũ pertinet; ſicut & id. *Nũc cognoui, quòd timeas Deũ*, id eſt, Re ipſa & experientia oſtendiſti, quòd timeas Deum. 1. [*Geneſ. 22. 12.*] & Num. 11. *Iam nũc* * *videbis, vtrum meus ſermo opere cõpleatur.* videlicet, experimento certiſsimo cognoſces. [*Num. 11. 23.* *No te pareſca, que me alargo en prometer, que à la experiencia, y à las obras te remitto.] Igitur ait Eliphaz, Nemo vnquã iuſtus perijt, nemo rectè radicitus exciſus eſt; imo impij pereunt & conſumuntur, iuſtum de illis ſumente ſupplicium Deo.

Qui operantur iniquitatem. Tranſlatio ab agrorũ cultura. quare *operari iniquitatem*, erit iniquitatẽ excolere, velut agrum quendam aptum ferendis ſeminibus, & fructui percipiendo; quòd indicant ſequentes quoq; voces *ſeminandi*, atq; *metendi*; in genere autem *operari*, eſt operam & laborem alicui rei impendere; quamquã verbum originale (*Hharas*) arare ſignificat, quemadmodum etiam Septuaginta vertunt: *Vide eos qui arabant abſurda.* 2. [Tranſlatio ſumpta ab agricultura. Quid *operari*. חרש *LXX.* Impius agricolæ ſimilis.] Sed quidem verbi huius ſignificatio ſiue propria, ſiue tranſlatitia rectè in impios quadrat, nam ſicut qui arat, terræ glebas proſcindit & vertit; ita qui aliquid magni momenti machinatur, & moliur omnia tentat cum ingenti expectatione boni euentus: quæ omnia verbum, *Hharas*, complectitur. improbi igitur arant, vertunt, inuertunt omnia, omnẽ glebam, omnemq; lapidem mouent, vomere latentia quæque perſcrutantur, ardent cupiditatibus, magnam ſibi voluptatum ſegetem ex ſuis cogitationibus & artificijs pollicentur. Tum etiam qui arat, & ſinum terræ aperit, illi ſemina mandat, quæ deinde occulit & conſepelit, vt terræ gremio excepta foueantur, & herbeſcant, ita ſanè improbi iniquitates operantur in corde, & cogitant malum, & concupiſcentes concipiunt in corde, quę deinde ſuo tempore proferant & perficiant. Quare exiſtimo hic ab Eliphaz Iobũ notari hypocriſis; quòd corde machinatus fuerit malũ, & in occulto fuerit impius, propterea q; occultæ impietatis hos publicos, & cunctis mortalibus conſpicuos dolorum fructus perceperit. eodẽ enim verbo originali *operans* dicitur Prou. 6. [*Prouer. 6. 18.*] *Cor machinans cogitationes peſſimas* Prou. 3. [*Prouer. 3. 29.*] *Ne moliaris* (cogites) *amico tuo malum.* & 1. Reg. 23. [*1. Reg. 23. 9.*] *Quia præpararet* (cogitaret machinaretur) *ei Saul etiam* (in corde, tacitus) *malum.*

Huius autem allegoriæ ſiue in bonum, ſiue in malum frequens eſt in ſacris Libris vſurpatio; 3 [Allegoria agriculturæ ad animum & ad mores tranſlatæ.] nam ſiue virtutis, ſiue laboris opera cum labore quodam exercemus, & non ſtatim fructum percipimus ſed progreſſus quoſdam agriculturæ ſimiles facimus. Quare tota vitæ noſtræ ratio in agricultura quadam poſita videtur: nam inter creaturas reliquas ſolæ arbores frugiferæ, atq; ſemina videtur hominis operâ, & induſtria egere, ſic homo ſumpſius

cura

Geneſ. 2.15. *Geneſ. 1.16.* curâ, cuſtodiæ, diligentiâ, cultura. id quod indicauit Deus homini, cum *poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum*; fecitque luminaria, *vt eſſent in ſigna, & tempora*; videlicet, vt ſignificarent, admonerentque nos de tempore opportuno ad ſerendum, metendum, atque adalia agrorum opera exercenda. Ideo *Geneſ. 8.22.* enim cap. 8. id explicatur cùm dicitur: *Cunctis diebus terræ, ſementis, & meſſis*. & qui ducendis rectâ ſulcis, & tenendo aratro ineptus eſt (vt *Luc. 9.62.* qui non reſpiciat in directum, vſque ad finem, ſed *reſpiciat retro*) neque aptus erit regno Dei. Sub qua metaphora tum alias virtutes, tum patientiam à nobis ſæpe requirit Deus. Galat. *Galat. 6.9.* 6. *Non deficiamus, operemur bonum, & tempore ſuo metemus.* Iacob. 5. *Ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ patienter ferens.* Eccleſ. 6. *quaſi is qui arat,* *Iacob. 5.7.* *Eccleſ. 6.19.* *& qui ſeminat, accede ad ſapientiam, & ſuſtine* (expectta) *bonos* (vberes) *fructus illius, in opere* (cultura) *enim illius paululum laborabis & cito edes de generationibus* (fructibus progenitis) *illius.* Igitur terra, quæ excolenda eſt in Scriptura ipſa indicatur vel pietas, vel iniquitas, virtus, vitiumvè, in qua tractanda laboramus, & cui tanquam ſemina committimus ipſa noſtra ſtudia, deſideria, labores, opera. Quare eodem modo hoc loco dicuntur impij operari iniquitatē, ſicut in Geneſ. 2. *Vt operaretur terram.* & Hoſeæ 10. *Araſtis impietatem.* Rurſuſque Sapiens ipſam ſapientiam terram dicit: *Quaſi is qui arat, & qui ſeminat, accede ad ſapientiam, & ſuſtine bonos fructus illius.* Paulus verò carnem aut ſpiritum, quibus actiones noſtræ & curæ mandantur, & in quorum cultura nos exercemus, vocat terrā, cum ait Gal. 6. *Qui ſeminat in carne, & qui ſeminat in ſpiritu.* Tandem aliquando operarijs & agricolis pietatis Deus ipſe, quem colunt, eſt terra, quam excolunt, cum ipſe dicat Ierem. 2. *Numquid ſolitudo factus ſum Iſraeli, aut terra ſerotina?* & illud: *Vita veſtra abſcondita* (ſeminata) *eſt cum Chriſto in Deo. Seminamus in lachrymis*; hoc imbre aluntur noſtra opera: & *in exultatione metemus.* Meſſionē noſtram, atque laborem iuuabunt angeli; qui *meſſores* dicuntur Matthæi 13. Porro miſericordiam, vult Deus optimus eſſe meſſoriam falcem. Hoſ. 10. *Seminate vobis in iuſtitia, & metite in* * *ore miſericordiæ*. ſicut dicitur, *in ore gladij*. Scriptura enim falci os tribuit, nos dentes. Quamuis enim Deus ex iuſtitiæ lege præmia conferat, quia tamen præmiat vltra condignū, ideo iuſtitia illa; quæ cum tanta & tam vberi miſericordia & liberalitate coniuncta eſt, miſericordia appellatur. Denique ſuam ipſe Deus domum manſionibus multis, * velut horreis diſtinguit, in quæ cùm operum prēmijs & meritis inferentur per æternitatem aſſeruandi, fructibusq́; manuum noſtrarum fruituri. Hic contraria de impiorum ſemente & meſſe cogita, ſed ea indicabimus in ſequentibus.

Quæ dicatur terra excolenda in ſpirituali agricultura.

Geneſ. 2.15. *Hoſeæ. 10. 13.* *Eccl. 6.19.*

Galat. 6.8. *Ierem. 2.31.* *Galat. 3.3.* *Meſſores* qui. *Matth. 13. 39.* *Hoſeæ. 10. 12.* Falx meſſoria iuſtorū.

* Al tiépo de la ſiega para que ſea ſu trabajo os dara Dios vna hoz cortadora, y endentada de ſu mano para que detribeis miſericordias a manojos, y manojos de gloria.

4 Quid *dolor.* *Iob. 5.7.* *Ionæ. 4. 10.*

Seminās dolores. Hoc loco *dolor* eſt idem quod afflictio, labor, laſsitudo, eadem vox infra c. 5. *Homo naſcitur ad laborem.* & ad rem agrariam aliquando accommodatur, vt Ionæ. 4. *Tu doles ſuper hederam, in qua non laboraſti, neq; feciſti vt creſceret.* & fabri, quorum vita laborioſa eſt, hoc nomine dicuntur (*Ghamelim*) ab eadem radice quaſi laboratores; ſic nos, *trabajadores.*

עמלים

Cur voluptuarius homo dicatur ſeminare dolorem. Prima propoſitę quęſt. reſponſio.

Sed mirum quòd cum peccator in vnā voluptatem perceptionem operam & impenſam conferat, laborem dicatur ſeminare, & non aliam, quam dolorum & anxietatis ſementem facere. Multiplex huius rei cauſſa aſsignari poteſt. Prima, quæ ex ipſis vocibus ſumitur, quod eadem vox laborē, & iniquitatem ſignificet; vt Pſalm. 54. *Labor in medio eius, & iniuſtitia.* Quare prætereundum non eſt, quod in ipſa lingua ſancta, quæ myſterijs abundat, verbum *laborandi* idem propemodum ſit, quod verbum *præuaricandi* & tranſgrediendi, contemnendiq́; Dei præceptum; ſola quidem Litterarum inuerſione differūt: nam (*Ghamal*) eſt laborare, (*Maghal*) verò eſt præuaricari, ex præuaricatione namque ad laborem, & ærumnas & moleſtiſsimā illam terræ culturā damnatus homo eſt; cum dictum ei eſt: *Quia comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo.*

Pſalm. 54.55.

עמל

Geneſ. 3.17.

5 Secunda ſolutio difficultatis.

Secundò, quoniam illæ ipſæ voluptates, atque delitiæ, cum ingenti labore & ſolicitudine comparantur. Hoc enim illud Ieremiæ eſt: *Vt inique agerent, laborauerunt.* & id Salomonis Prouerb. 13. *Peccatores perſequitur malum.* Nam vt Plato dixit: *Pœna iniuſtitiæ comes eſt.* & quod ad hanc iniquæ terræ culturam pertinet, Prou. 16. *Vir impius fodit malum.* indefeſſo enim labore torquentur impij, dum fodientium, & arantiū, inſtar, ſuam illam iniquitatis terram vertunt & ſubigunt; non aliter ea *omnia, quæ in mundo ſunt, concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ*, laborem & laſsitudinem appellat eccleſiaſtes, atque laborem eiuſmodi, quo laborat perpetuo homo. *Quid* (inquit) *habet amplius homo, de vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole.* eam enim nunquam intermittendi laboris legem, illa vox *laborat*, preſentis temporis indicat, vt olim, cum eam ſententiam expenderemus, obſeruauimus. ſiue ergo cogitet de impietate, vt illam perficiat, ſiue iam obtētis votis fruatur, nunquam non laborat. Eleganter Iſaias dum idololatris inſultat, qui ſuis idolis onuſti, vel vt illos ab hoſtibus eriperent, vel quòd hoſtes illa imponerent ſuis cultoribus iam captiuis geſtanda, ſudabant & defatigabantur: *Confractus eſt Bel, contritus eſt Nabo, facta ſunt ſimulacra eorum beſtijs, & iumentis: onera veſtra graui pondere vſque ad laſſitudinem.*

Ierem. 5. 9. *Prouer. 13.21.* *Plato lib. 5. de legibus.* *Prou. 16.27.* *1. Ioan. 1. 16.* *Eccl. 3.9.* *Iſai. 46.1.*

6 Tertiò ſatis fit dubitationi præcedenti.

Tertia, quoniam ſi nihil pro peccatis in impuræ vitæ cultura percepturi ſunt, quam dolorem, & cruciatus, certè dolor eſt id quod ſeminatur, & ratio eſt, nemo enim *Colligit de ſpinis vuas, nec de tribulis ficus, neque poteſt arbor bona malos fructus facere*; malum ergo ſemen eſt, quod ſeminat impius. Et cum, quæ cogitantur, & cōcupiſcentia concipit, rationem & ſimilitudinem ſeminis habeant, certè idem nomen apud Hebræos dolorem & luctum ſonat, pariterq; concupiſcentiam; videlicet (*on*) ab (*ina*) quod eſt concupiſcere; vnde inferiùs. cap. 20. dicitur; *Manus illius reddent ei dolorem ſuum*; quaſi dicat,

Matth. 7.16.

און אבה

Iob. 20.10.

reddent

reddent ſemen, quod terra multiplicatum reddere ſolet agricolæ. Non aliter cum iuſtus lætitiam, atque iucunditatem ex ſuis operibus percepturus ſit, quamuis ærumnarũ, quas patienter ſuſtinet, & voluntariæ corporis macerationis ſementem faciat, lætitiam tamen ſeminare dicitur Pſal. 96. *Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia.* Hebræ. Lux ſata, ſeminata, quare *orta eſt*? non qua ratione ſol in cælo oritur, ſed ea ratione quâ ſemẽ in terra naſcitur, & fructum profert; lucem ergo, id eſt quidquid lætum, iucundum, fælix eſt, percipient.

Pſalm. 96. 11.

7 Quarta & optima reſponſio.

Quarta, & quæ totius dubitationis nodum facile explicat, quia id ſeminat quiſque, quod non comedit, neque in ſuos vſus expendit, neque aſſeruat, ſed terræ committit. Quare interdum fameſcit agricola, eiusque familia, ne ſi ſemina conuertat in victum quotidianum, ſeminis copia neceſſaria deſit ſementi faciendæ, illud igitur ſeminat, quod ſibi negat. Quid tibi illi ſeminaſſe videntur, qui *euntes ibant, & flebant, mittentes ſemina ſua*? Lachrymas dices, & luctum, mærorem, egeſtatem: minime vero, imò riſum, lætitiam, gaudium, exultationem, & vberem omnis fælicitatis ſegetem; nam hæc ſibi negabant, ne ſementi deeſſent. id explicat originalis vox, ex qua hæc ſententia eliciturː *euntes, ibant & flebant, portantes ſemen pretioſum*, cum enim pretioſa & iucunda quęque abiicerent, atque diſpergerent, mærebant, & lachrymabant. Quid porro ſeminat impius, qui ſe voluptatibus exſaturat, & omnia iucunda & mollia conſectatur? cum hæc ille in ſuos vitæ vſus conferat, ſementi nihil niſi dolorẽ, cruciatus, aſpera omnia & acerba relinquit; *ſeminat* igitur *dolorem*.

Pſal. 125. 6.

8 *Dolor* pro iniquitate.

Sed ſi *dolor*, hoc loco non ſimpliciter pro quouis peccato, ſed pro eo, quod iniquum & iniurium proximo eſt, accipiatur, fortè melius omnia cohærebunt. *dolor* ergo ſumetur actiuè & methonymicos, pro eo, quod dolorẽ efficit, aut infert; in quo etiam ſenſu dictum eſt Iſai. 59. *Non eſt qui* inuocet iuſtitiam, conceperunt dolorem, & pepererunt iniquitatem* Pſal. 7. *Parturiit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem* & illud, *Sub lingua eius labor*, id eſt, occulte agit de ſtruendis inſidijs, & affligendis innocentibus: metent ergo, quoniam *Conuertetur dolor eius* (quẽ nititur alijs inferre) *in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius* (violentia, iniuria) *deſcendet.* Et ſic benè cohæret, quòd inferius Iobum cum leone comparat prædæ inhiante, & contra iuſtaſque imbecilliores diſcerpente.

Iſai. 59 4.

* No ay quiẽ no trate de poner demandas, y pleytos iniuſtos. trauajan de hazer mal y agrauio, y ſalen ſe cõ ello.

Pſalm. 7. 15.

Pſalm. 7. 10.

9 Qualis ſit impiorum ſeges, & meſſis.

Et metunt eos. Vt aliquid quoque de hac meſſione dicamus, miſerrimum eſt, ſpem ſementis fruſtrari, vt meſſis ſementi non reſpondeat; ſicut Aggæus dicit: *Seminaſtis multum, & intuliſtis parum*, (vt terræ, & ſoli ingratitudinem ſignificaret ob peccata ſteriliſcentis) *comediſtis, & nõ eſtis ſatiati* (& illud quidquid fuit, quod percepiſtis, quaſi alendi facultate deſtitutum eſſet, famem veſtram non expleuit) Sic quoque impijs, dixit Hoſeas: *Araſtis impietatem, comediſtis frugem mẽdacij*, ſed multò miſerius, ſi nihil omnino fructuoſum, ſed omnia vitæ, & ſpei contraria percipiantur; ſicut S. S. *Impius facit opus inſtabile*. Heb. fallax, vel falſum; quod ſpei non reſpondet: nam *dolorem* profert, ex quo videbatur decerpenda voluptas. Quid, quòd non ſolum agricolam agit, ſed bouem iugo & loris vinctum, dæmone ſtimulante & agitante, & iugum iniquitatis grauiſsimum atque duriſsimum ſuſtinentem, atque labore & niſu incredibili: *trahentem iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum*? Sed quam putas eſſe neceſſariam falcem, quâ impius peſsimã frugẽ demetit? certè cum *in ore miſericordiæ* iuſti meſſuri ſint; improbi in ore iuſtitiæ diuinæ digni ſuis ſceleribus ſupplicia præcident. Ecce vt de ſuppliciorum impiorum veriſsima prædicet Eliphaz. ſed illud tamen, vt Olympiodorus & Polychronius notàrunt, ipſe non animaduertit, non ſemper in hac vita eſſe remunerationem, neque tempus metendi; ſed potiſsimum in futura: *Suo enim tempore metemus*, vt Paulus ait: *Tunc dicet meſſoribus*, & *Mitte falcem, quoniam iam aruit meſſis terræ.* Sed pergendum, vt ſententiam integram abſoluamus.

Aggæi. 1. 6.

Hoſeæ. 10. 13.

Prou. 11. 28.

Impius non ſolum agricola ſed bos iunctus aratro.

Olympiod.

Poly. chron.

Galat. 6 9.

Ioel. 3. 13.

IX. Flante Deo periiſſe, & ſpiritu oris eius eſſe conſumptos.

1. *Quid Dei flatus indicet. Quid ventus vrens cùm ad fruges refertur.*
2. *Spiritus iræ nares inflat. Quid latus naribus, quid breuis naſo in Sacro ſermone ex Moyſe, Salomone, & Iſaia.*

1 *Flatus Dei* quid indicet.

NESCIO quam ſubitam Dei vindictam afferre videtur iſte flatus, ſpiritusq́; vehemens, qui repetè exurgere ſolet; tum etiam, vt Chryſoſt. indicat, *Noli* (inquit) *putare aut à dæmone*, aut ab hominibus iſta in te mala immiſſa. Deus eſt qui te vlciſcitur, & punit id ſignificat lectio 70. *A præcepto Domini perierunt.* Sed Polychronius ad facilitatem refert; ſine vllo labore aut fatigatione, hos Deus agricolas iniquitatis perdet ſolo præcepto, ſolo oris flatu; dicet, & fiet, quod facilè & breui fit, nos dicimus flatu fieri, *ex vaſ plo* namque *vox Domini in virtute & in magnificentia*, quę potens eſt confringere cedros Libani, tenues quoque calamos, & inanem meſſem facile diſijciet, atq; decutiet. forte in hoc flatu alluditur ad ventũ vrentem, & noxium, qui fruges abſumere, & deglubere ſolet, ſicut dictũ eſt Iſai. 40. *Exſiccatũ eſt fænum, cecidit flos quia ſpiritus Domini ſufflauit in eo.* & Ezech. 17. *In terra bona ſuper aquas multas plãtata eſt, vt faciat frondes, & portet fructum, vt ſit in vineam grandem. dic, Hæc dicit Dominus Deus: Ergo ne proſperabitur; nonne in areis germinis ſui areſcet?* Amos 4. & Aggæi. 2. *Percuſſi vos vento vrente. &c.*

Chryſoſt.

LXX.

Poly. chro.

Ventus vrẽs.

Iſai. 40. 7.

Ezech. 17. 10.

Amos. 4. 10.

Aggæi 2. 18.

2 Naſus iræ index.

Et ſpiritu oris eius. Cùm ſpiritus irati hominis faciem totam, nares præſertim incendat, & inflet, rectè Vulgatus, quod in Originali eſt, *Spiritus naſi eius*, dixit, *Spiritus iræ eius.* nam qui iraſcuntur reflant crebro, vt inflammatos, & bilioſos cordis ſpiritus refrigerare poſsint; quare *naſus*, pro ira ſæpè ſumitur, vt Pſal. 77. & Pſal. 84. *Quibus iuraui in ira mea.* Eadem vox Iſ. 2.

Pſalm 94. 11.

Iſai. 2. 22.

Guardaos del, nole le ſuba la moſtaza a las narizes.

*Canete ab homine, cuius ſpiritus * in naribus eius eſt.* Id eſt, cuius ardentes & concitatiſſimi pectoris ſpiritus ſurſum excitati illius naſum diſtendunt & inflammant. Cum verò mite, patiens, longanimeDei noſtri ingenium ſignificant ſacræ literæ, contraria ratione explicant; nam quod Pſalm.102. dicitur *longanimis*, & Exod.34. *patiens.* in Hebræo habetur * longus, latuſque naribus, vt difficilè ſit excandeſcere, & oppleri copia bilioſorum ſpirituum; facilè verò reflare, & refrigerari; è contra verò impatiens deſcribitur à breuitate, & anguſtijs naſi, Prou.14. *Vir impatiens operabitur ſtultitiã.* in fõte, arctus, vel, breuis naribus, qui leui de cauſa irritabilis eſt, non poteſt, nõ ſtultè agere. Ergo, inquit, Eliphaz, vt Iobum notet tyrannidis, qui alijs iniurius extiterit, nunc ſentire Deum iratum, & iuſta ſceleribus ſupplicia conſtituentem, & ad nihilum redigentem inanem omnem impiorum faſtum, & vaniſſimas diuitias.

Pſal 102.8.
Exod 34.12.
**Que in tiene caica, ni a ngoſta iachimenea.*
Prou.14.17.

X. Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti ſunt.

1 *Quid indicet hæc leonis rugiẽtis ſimilitudo. Tyranni principis familia tota leonina. de leonibus quædã ex ſacris, & prophanis.*
2 *Omnia leonis nomina cadere in tyrannum. Leænæ ſæuiores. Catuli audaciſſimi.*
3 *Leonis diuerſa nomina; & an eandem feram ſignificent.*
4 *Rugitus leonis qualis ſit, quo tempore edatur, quid indicet ex ſacris & prophanis multa.*
5 *Princeps ſerena fronte, & miti ac ſuaui voce ſuturus.*
6 *Vox in Hebræo, quid. Vox irati inarticulata.*
7 *Quid Catuli leonum. ſonibus imitatis venantur. de dentibus leonum nonnulla.*

1 HIs verbis vellicari Iobum ab Eliphaz omnes intelligunt, Auguſtinus, Gregorius: Polychronius, Philippus, Beda. Quare Iobum leoni rugienti comparat, ſiue propter ſæuitiam & inhumanitatem erga ſubditos, ſiue propter aſperiores voces, & querimonias, quas cenſebat eſſe indignationis & impatientiæ indices; *vocẽ* verò *leænæ* vxori tribuat, propterea quòd quædam ab illa indignabũda audiſſet: filius verò, qui ruente domo oppreſſi ſunt *Catulos leonum* appellet, quorum *dentes contriti,* & confracti fuerint. & prima pars per admirationem quandam ſimul cum reticentia efferatur. en quam grauis & horridus leonis iſtius rugitus, quàm ſæua & trux vxoris leænę vox, & indignatio, fœliciter iam ſæuiſſimo rum filiorum dentes cõfracti ſunt. Et quidem integram tyranni principis familiam, leon principis, leænæ vxoris, leunculorũ filiorum nominibus non ſemel ſignificant ſacræ literę. ſic Nahum cap.2. de Rege Aſſyrio: *Leo capit ſufficienter catulis ſuis & necauit leænis ſuis, & impleuit prædæ ſpeluncas ſuas*: Et iterum Ezech.19. Vbi leænæ nomine fortè ſynagogam intelligit parentem atque nutricem principum inhumaniſſimorum, & ſyluam altricem ferarum. Idem leonis nomen pro principe, Ezech.32. & 38. *Negotiatores Tharſis, & omnes Leones eius.* & in Pſalm.33. vbi Septuaginta legunt: *Diuites eguerunt, & eſurierunt.* Hieronymus ex Hebr. *Leones* & 2. ad Timoth.4. *Liberatus ſum de ore Leonis*; id eſt, Neronis ſæuiſſimi. Leonem autem ferarum Regem tyrãnumve eſſe ex illis potiſſimum notis docent periti naturæ, pectore, genibus, inceſſu, ſaltu, celeritate curſus, viſu, iuba, ore cataphracto, firmis lateribus, neruis ſolidis, magnis vnguibus, atque ex eo potiſſimùm tyranni referunt leones, quod vt Ar. ſcribit, adeunt vrbes, & iniuriam hominibus leones inferunt, præſertim tempore ſuæ ſenectutis; tũc enim per corporis imbecillitatem, & dẽtium defectum venari nequeunt. cum quo id facit quod ſe aliquando apud probatæ fidei ſcriptorem inueniſſe teſtatur Cælius lib.7. cap.34. in inſula Co ouem de grege Nicippi leonem peperiſſe; quod ipſi Nicippo tyrannidem portendebat; quàm ſtatim ex priuata, quam gerebat, fortuna aſſecutus eſt. Tyrannidem verò leonis eleganter deſcribit Baſi.hom.9. hexam, *Vna* (inquit) *cum leone animoſitas, & ad incandeſcentiam iræ propenſio illi agnata eſt; vita ſolitaria, expers ſocietatis ad ea, quæ gentis ſubeunt idem. velut enim tyrannus quidam animantium rationis expertium, pares honores, congreſſionesque cum cæteris non acceptat, ſed aſpernatur.* Quæ magis expreſſa tyranni principis imago?

Auguſtin.
Gregor.
Polychron.
Philip.
Beda.
Familia tyrãni principis tota leonina.
Nach.2.12.
Ezech.19.2.
Ezech.32.2. & 38.13.
Pſal.33.11.
Hieron.
2.Tim.4.17.
Leo aliorum animantium Rex, aut tyrannus.
Leonis peculiares notæ.
Cælius.
Baſilius.

2 Sed forte hæc non referuntur particulatim ad vxorem & filios, ſed ad eundem ſuperbum & tyrãnum principem, varijs licèt nominibus & comparationibus. idque dupliciter; primò, vt ſit amplificatio quædam; facilè Deus diſperdit impios, quamuis leones ſint, quamuis leænæ, quamuis leunculi. nam dicũt leænas, præſertim cùm nutriunt catulos, ſæuiores eſſe maribus: & Aelianus fœminas maribus, leonibus ceu fortiores præferens, ſcribit: Semiramim Aſſyriam non, ſi quando leonem, aut pardalim, ſimilemve ferã interfeciſſet, ſed ſi leænam eſſet nacta, in eo ſibi mirè placuiſſe. Catuli præterea audaciſſimi, & crudeliſſimi ſunt, vt quos prædæ ſanguinis guſtus recens ſumptus, & lupus, quem in ventriculo gerunt atque dentium, & vnguiũ mucrones nondum retuſi, multò audaciores & ſæuiores reddant. quare illorum rugitus notatur, Pſal.103. *Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi.* Et dentes atque molares leunculorum famoſi ſunt, Hoſeæ 5. Ioel.1. vt ille etiam dixit;

Qualem ve latis caprea paſcuis
Intenta, fuluæ matris ab vbere
Iam lacte depulſum leonem,
Dente nouo perituræ videt.

Leænæ ſæuiores marib.
Aelianus.
Pſal.103.21.
Horat.4. carmin. Ode.4.

3 Et ſic ſanè omnia nomina, quæ hic congeruntur, eiuſdem animantis ſpeciem, leonina videlicet, ſignificabunt, ſecundum diuerſos ætatis gradus. Hæc autem ſunt in fonte nomina. *Rugitus, Arieeh; vox Sahhal, dentes Chephirim contriti ſunt. Lais perijt, eo quòd non haberet prædam, & catuli Labi diſſipati ſunt.* At Dauid Kimhi ait ſecundũ diuerſos ætatis gradus leonem diuerſa ſortiri nomina; nam in primo vocatur, *Ghur*, in ſecundo, *Chephir*, in tertio *Arieeh*, in quarto *Labi*, in ſupremo *Lais*.

Diuerſa leonis nomina ſecundũ diuerſas ætates
אריה
שחל
כפירם
Dauid Kim.
ליש
לביא
גור

Leonis nomen ad plures ſpecies ferarum pertinens.

Secundò, & fortè ad originale proximiùs, quod hæc ſint nomina beſtiarum ſæuiſſimarũ differentium natura, & ſpecie, in quibus vertendis ſumma difficultas eſt, atque varietas, qualis fere in omnibus proprijs nominibus herbarum, gemmarum, lapidum, animaliũ inuenitur. quare nihil mirum, quòd nunc leonem, nunc leænam, nunc catulum leonis, diuerſæ licèt feræ ſint, noſter interpres illas nominet, familiari videlicet vocabulo.

Vulgati varietas in vertendo leonis originali nomine.

Conſtans autem eſt in vertendo, *Arieh* per leonem, vt hoc loco: cum quo etiam conſentiunt Septuag. Pſalm.7. & 21. & mille alijs locis. Quod autē hic dixit *leænam*, conſentientibus etiam Septuag. ijdem

LXX.

iſti appellant *aſpidem*, Pſalm.90. & Hoſeæ 13. vbi nos habemus, *leænam*, ipſi habent *Pantheram*. & Iob 28. pro noſtra *leæna*, illi *leonem* legunt. Quod vero hoc tertio loco *catulos leonis* nos legimus, ſicut & Septuagint. Pſal. 103. illi tamen

X

hoc, cap.4. *dracones* legunt. Hieron. *leones* dixit,

Hieron.

Pſal.33. pro eo quod nos habemus, *Diuites egerunt*. & Prou.28. & Ezech. & *vitulum*, Nehem.6. cæterum quod hoc loco nos *tygridem* Septuag. dicunt *Myrmecoleon*. & ipſe Vulgatus Iſa.30. *leonem*, & Septuagin. *aſpidem*. Quod tandem *leonem* dicit, eadem voce nominat *leænam*, Geneſis 49. Num.24. & quod Naum 28. per vocem ſæminineam *leænas*, Vulgatus vertit, Septuagint. *leones* legunt. magna igitur varietas, & certum nihil. Illud tantum certo elici poteſt, magnam ſæuitiam ferarum ſignificari tanta nominum congerie. Sed quædam minutiora in partibus ſingulis indicemus.

4 *Rugitus leonis*. Rugire leonis propriũ, & cùm alijs tribuitur, leonis fortitudo, & ferocia ſimul cũ rugitu ſignificatur, vt Ier.25. *Dominus de excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocem ſuam.* tum etiam vocis contentio, & horrida quædam aſperitas leonis ſimilis.

Iere.25.36.

Tigrides indomitæ raucant, rugiuntque leones. namque, vt Ariſtot. in Phyſiognomicis ait, animalia fortia vocem edunt grauẽ, vt leo & taurus, ſic illud, *Rugiebam à gemitu cordis mei*, id eſt grauiter, & vehementer ingemiſcebam, voce & clamore, quantum poteram contento. Quorſum igitur hoc loco *rugitus leonis, & vocis leænæ* mentio fiat? an propter aſperiores querelas, vt ſupra indicauimus? Sed ipſe Iobus non ab impatientia, vt putat Eliphaz, ſed à magnitudine doloris elici leoninos gemitus teſtatur, cũ ait: *Ante quam comedam, ſuſpiro, & tanquam inundantes aquæ, ſic rugitus meus.* ſimulque indicat vehementiam famis caninæ, ſeu potiùs leoninæ; nam fameſcens leo rugit. An quia rugitus leonis famis, & crudelitatis indicium eſt? namq; dicuntur rugire, vel cum prædam nanciſcuntur; ſicut Iſa.31. *Quomodo ſi rugiat leo, & catulus leonis ſuper prædam ſuam.* & Amos 3. *Nunquid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit prædam?* Eccleſ.51. *A rugientibus præparatis ad eſcam.* in quam rem ſcribit Plutarchus de induſtria animalium, leones iuuenes prædam nactos clamore in vitulini mugitus formam contemperato ſignum dare, vocareque ſeniores. Vel rugiunt, cum fame ſtimulantur, vt ait Petr.1.cap.5. *Leo rugiens circuit quærens quem deuoret.* de quo ſic ſcribit Baſil.

Autor. Philo.
Ariſtot.
Pſal.37.9.
Iob 3.24.
Rugitus leonis quid indicet.
Iſa.31.4.
Amos 3.4.
Eccleſ.51.4.
Plutarch.
1.Pet.5.8.
Baſilius.

homil.9. hexam. *Tanta illi vocis eliciendæ natura præſtitit inſtrumenta, vt animantium complura, longè ipſo celeriora ſolo ſæpè rugitu capiantur.* Inter edendum igitur, vel cùm eſurit, rugit: tuncque feroſiſſimus eſt. at iam paſtus & ſame vacans, facilis mitiſque maiorem in modũ eſt, vt Ariſt. ait, Plin. Aelianus. ergo *rugitus leonis*, ſignũ hoc loco erunt ferociæ & ſæuitiæ. quaſi dicat, leonis inſtar fameſcebas, ſitiebas tuorum ſanguinem, in illa quoque re leone deterior, quòd ille ſatiatus mitieſcit, tu ſemper rugiens, ſemper fameſcens; plenus ſemper, ſemperque ieiunus, & inexplebilis.

Ariſtot.
Plinius.
Aelianus.

5 Sed illud notandum. non ſolùm in principe & magiſtratu damnari os cruentum, noxios vngues, innocentium & egenorum deprædationem, ſed etiam truculentam & horriſonam vocem, trucem oris ſpeciem, & immanem conſpectum; quæuis nihil prætereà mali inferat; Illud peſſimum eſt rugire, frendere, dentes exerere, (*Hablar con aſpereza, eſpantar con bozes, moſtrar los dientes*) rugitus leonis, vox leænæ, dentes catulorum leonis, Prou.28. *Leo rugiens, & vrſus eſuriens, princeps impius ſuper populum pauperem.* æquè nociuum videlicet, aut immanior rugitus, aut dẽtes vrſi, id eſt, vocis aſperitas, & terror, ſicut ipſa dentium & vnguium immanitas. & Prou.19. *Sicut fremitus leonis, ita & ira regis.* (id eſt, vox & facies irata. nam etiam toruũ quid leo habet, & Ariſt. aliquid nubis circa ſupercilia habere dicit (videlicet aſpectum minimè ſerenum) & pelliculam in ima fronte ſupercilia & naſum verſus prominere. Frontem igitur minime habet exporrectam, ſed contractam, rugoſam, nubilam, aſpectum atrocem, & S. vehicum. atque in eos quoque ſuperbiſſimos homines trahi hæc torqueri poteſt, qui non dignantur alios ſuo conſpectu, neq, conijciunt oculos in inferiores, & egenos, qua in re leoninam etiam ſuperbiam & ſæuitiam referunt: nam leo vbi ira feruet, & turba canũ circum vallatur, dicitur defixis in terram oculis conſurgere in prœlium; *& ſicut* * *ros ſuper herbam, ita & hilaritas regis*; collucent videlicet, & ſplendent herbæ matutini roris guttis, velut gemmis, ſic *Deus illuminat vultum ſuum ſuper nos, ſic eleuat* agnus, imò & leo, leo ſimul & agnus Chriſtus Ieſus oculos, vt videat atque prouideat his, qui ſe ſequuntur; ſic ille *præterit, vt videat* cæcos; & miſeros læta benignaque fronte, atque voce mitiſſima conſoletur.

Vt principes mitiori fronte & voce eſſe oporteat.
Prou.28.15.
Prou.19.12.
Ariſtot.
* Vn buẽ roſtro, vnos ojos alegres del prelado ſon per las patel ſubdito.
Luc.16.23.
Ioan.9.1.

6 *Vox leænæ*. Vocabulũ originale, tam vocem articulatam, quàm inarticulatam ſignificat, & quemcunque etiam horriſoni ſtrepitum. vox eadem Iob cap. 15. *Sonitus terrorum in auribus eius.* Exod 9. *Ceſſabunt tonitrua.* Huiuſmodi inarticulatam vocẽ leonis inſtar emittere, qui iraſcũtur, eleganter Baſil. ſcribit, homil.10. hexam. *Qualis* (inquit) *tu, ſiquidem leonem ratione duce exercens, illius quoque contemnens rugitum, te hinc efferis, & inſoleſcis? ipſe contra infrendens dentibus inconcinnam, nec ſuis articulis diſtinctam emittis vocem, animo proprijs ira percito, & ad hoc connitente, vt in vnum aliquod impreſſionem faciat.*

קול
Quid vox in Hebræo.
Iob 15.21.
Exod.9.28.
Baſilius.
Irati voces inarticulatas edunt.

7 *Dentes catulorum leonis*. Supra indicauimus hanc partẽ referri poſſe ad filiorum interitũ,

& oppreſ-

& oppreſſionem iuente domo; deinde etiam ad ipſum Iobum, vel ad eius miniſtros impios, quorum opera in expilandis pauperibus, & per vim vexandis vti ſolent tyranni; quaſi dicat: Iam non ſunt miniſtri impij, qui tibi velut leoni ſeniori prædam conquirant & afferant, nam hic catuli, non pro teneris & lactantibus adhuc fœtibus accipiendi ſunt, ſed pro adoleſcentioribus leonibus, quorum vis, celeritas, ſæuitia maxima, induſtria quoque ea, quam Plutarch. ſcribit his verbis: *Haud minus eſt, & leo ſocium animæ; grauės annis, & confecti iam in commune à iunioribus in venatum ducuntur: at vbi curſu deſpondere animum, ſedent, euentumque præſtolantur, iuuenes interea rem agunt, nam vt ſucceſſit, clamore in vituli mugitum formam contemperato ſignum dant, vocantque ſenes, illi ſtatim vt ſenſere, accurrunt, ac in commune præda fruuntur.* Simillimum id, Amos 4. *Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes, quæ dicitis Dominis veſtris, Afferte, & bibemus.* Chaldæ. *qui dicunt principibus ſuis, vbi eſt poteſtas, vt diripiamus,* quaſi dicat, Afferte, date nobis poteſtatem, vt ebibamus, & exugamus ſanguinem, eleganter explicat Hieron. *Iubete tantum, & nos cuncta vaſtabimus.*

Qui leonum catuli.

Plutarch. de induſt. animal.

Leonis venatio qualis.

Amos 4.1.

Chaldæus.

Hieronym.

Vel de ipſo Iob poterunt hæc accipi; non enim ſenex erat, cum illi hæc dicebatur, ſed 60. aut 70. annorum, *dentes catulorum leonis contriti ſunt,* non mirum; excidunt enim dentes leonibus aliquãdo. *Contriti* a radice (*nathagh*) Alij, euulſi, eradicati; hoc loco tantùm habetur ea vox, & videtur ad rem ipſam, quæ accidit leonibus, alluſionem habere; nam ijs ob ætatem dentes aut confringuntur, aut excidunt: auctores ſunt Ariſtot. Plin. Vel ad caninos, quos vocant, dentes, id eſt, quatuor, duos ſuperiores, & duos inferiores, qui in leonibus valde diuturni ſunt, poſſumus reſpicere; de quibus ſic Ariſt. ſcribit: *Eorum quæ dentes ſerratos,* (id eſt, acutos & teretes habent) *nonnulla non amittunt caninos vt leones.* Erit ergo ſententia, Tuis dentibus quaſi leo confidebas; ſed* *contriti ſunt,* atque euulſi; & *molas,* denteſque caninos *leonum confregit Dominus.* Quare autem hoc loco Septuagin. vertunt, *gaudium Draconũ extinctum eſt,* non video.

נתע

Ariſtot.

Plinius.

* Finuas de tus colmillos y quebraron ſe te al mejor tiempo.

LXX.

XI. Tigris perijt, eo quod non haberet prædam: & catuli leonis diſſipati ſunt.

1 *Rurſus de leonis catulis, & de eorum in venando natura, vt parentibus ſenibus proſpiciant.*

2 *Tigris in Hebr. familiaris fera in Syria.*

3 *Mirmicoleon cuiuſmodi animãl, an verum, an verò fictum ſit. quid nomine & re ipſa ſignificet. Regioni Arabiæ fera non ignota.*

4 *Catuli leonum non venantur gregatim. quædam ex Polluce.*

1 David Kimh.

TIgris. Si verũ eſt, quod ſuperiùs ex Kimhi indicauimus, nomen originale, quod hoc loco ſubeſt, *Lais*, ſignificare leonem ſenem, certè videtur ſenſus eſſe, Leo præ ſenectute venari non potens, tandem deficit, præſertim ſi neque catulos habeat, qui prædam afferant, vt in commune illa omnes fruantur. (vt nuper ex Plutarcho afferebamus) ita (inquit Eliphaz) tua ſuperbia cõmeruit, vt omni filiorum præſidio atque famulorum fugientium conſpectũ tuũ, deſtitutus, fame & ſqualore cõflictaris. ſed Aeliani in eam rem verba, ſi non lectori, mihi grauia non erunt. *Ex leone procreati, & robuſtæ, & vigentis ætatis fiducia nitentes longè procedunt ad venationem, ac patrem iam ſenem ſecum adducunt, eum impellentes, deinde in media via, quam ingreſſi fuerint, illum relinquentes, toto animo ipſi in prædæ curam incumbunt, ac tantundem præda confecta, quantum vel ſibi, vel genitori ſatis ad prandium ſit, generoſo quodam & contentiſſimo rugitu edito, parentem ſuum ſecum, vt ad conuiuium veniat, tanquam commeſſatores ad prandium conuiuium inuitant; ſenex tunc ſenſim, & pedetentim velut repens eo accedens, primo filios amplexatur, deinde lingua eis ſuauiter, veluti laudans horum fœlicem venationem, blanditur: poſt & prandio dat operam, & cum his epulatur.*

Aelianus.

2 Tigris in Syria.

Sed cùm variè (*Lais*) reddatur à vulgato, vt ſuprà diximus, aliquando *leo*, aliquando verò *aſpis*, nunc certè *tigris*, quòd, vt fuit rerum peritiſſimus, ad eas feras reſpexerit, quæ in Iobi terra, & frequentiores, & notiores erant. ſcribit autem Diodorus, in parte Syriæ contermina reperiri leones, & pardales, & qui Babylonij vocantur tigres, vel, quòd tigris leoni ſimillimus ſit, excepta maculoſa pelle, vt Oppianus auctor eſt.

Diodorus.

Oppianus.

3 LXX. Auguſtin. Olympiod. Mirmicoleõ cuius modi animal.

Sed illud difficilius, quod Septuag. *Mirmicoleon* reddunt, quo etiam modo Auguſtin. legit, quæ de hoc animali ſcribit Olympiodor. omnino adſcribenda ſunt; *Negant nonnulli Mirmicoleonem animal eſſe ad veritatem hiſtoriæ, ſed compoſitione eſſe duntaxat fabricatum; alij beſtiolam eſſe aiunt ab Occeano ortam, ſiue è terra procreatam. idcirco verò interire, quod cibo caret cum eius natura congruente. quidam etiam affirmant ſine cibo vitam illud animal tueri, ſic Deo ipſi conſulente.* Totam ergò ſententiam Olympiodor. per interrogationem legit, & hac ratione intelligit dictam ab Eliphaz; Dic mihi, ô Iob, nunquid Leones vnquam ſuum amiſerunt robur? num Mirmicoleon perijt, quamuis cibum non attingat? num catuli leonum pecorum more gregatim paſcuntur? an non vitam degunt ſolitariam, atque in ſuo quiſque loco commorantur, primæque naturę parent inſtitutioni? ſic tu ſi verus homo extitiſſes, nec à Deo deſcriptas lineas tranſiliſſes, nihil tibi huiuſmodi accidiſſet. Nilus in Catena fictum nomen eſſe indicát, ex audaciſſimo leone, & cõtemptiſſima formica coagmentatum, vt ſonet formica leo; & eo nomine ait ſignificari animi paſſiones, & perturbationes, quæ cum initio facilè ſuperari poſſint, ſi ſinantur creſcere, in ſæuiſſimos leones euadunt. Olympiodor. ad diabolum refert, is enim formica eſt pietate præditis hominibus, leo impijs. Philip. quoque non eſſe verum animal indicat, appellat enim *portentum*; & ea peculiari ratione ad diabolum transfert, quòd quando prædam agit de ſanctis, tãquam de maioribus rebus, vt leo habendus eſt; quando verò minima quærit auferre, formica dicendus eſt. Sed vel ex hoc loco verum animal eſſe ego non dubito; nam pro nomine veri animantis, quod in

Nilus.

Animæ paſſiones ſimiles Mirmicoleoni.

Diabolus ſimilis Mirmicoleoni.

Olympiodor.

Philippus.

tam ad inanem, & inſolentem oſtentationem, quam ad certam ex multarum circumſtantiarum indicijs fidem faciendam referenda ſunt.

Illud verò valde incertum, quãdo hæc contigerint. ſcholia Vatabli indicant poſt Iobi calamitatem proditum eſſe Eliphaz cogitanti de rebus Iobi, quòd ob peccata eſſet miſer. ſed neque diuina reuelatione, quæ non poteſt non eſſe vera, aliquid falſum prodi poteſt; neque oportet vt hoc tempore hoc oraculum acceperit à Deo; nam quandocunque tandem fuerit, nunc illo vti ad rem ſuam poteſt.

5

Quorſum primam illã pronominis perſona exprimat.

Porrò ad me. Forte vt ſe alijs præferat, qui hęc non aſſequantur; atque ad idem pertinere poteſt, *Verbum abſconditum*, quod videlicet alios lateat. Quaſi dicat: nihil mirum te in ignorãtia quadam & falſa tuæ innocentiæ perſuaſione hærere; namque ea ignoras, quæ mihi reuelata ſunt; vel, vt dicat ſe quoque in eadem Iobi ſententia & iudicio de rebus fuiſſe, quouſque peculiari Dei admonitione edoctus fuit; & hoc fortè Vatablus voluit, quòd cum Iobi clade audita animo percelleretur Eliphaz, & cœpiſſet cogitare, quamobrem virum inſontem tam acerbè Deus tractaret, Deus illi hac reuelatione, & admonitione occurrerit, & quodãmodo reſponderit.

Verbum abſconditum quid.

Sed congruentius rei & ſermoni ſacrarum ſcripturarum, *verbum abſconditum*, dicetur, quòd non valde clarum, neque apertum fuerit, ſed modo ꝓphetico, & ſimilitudinario, & externæ imaginis confuſa quadam & obſcura cognitione obuelatum; id quod vox originalis indicat, nã *Ganab*, furari eſt, *Gunab* vero in voce paſſiua furto delatum, vel ſublatum; eadem omnino vox, qua Gen. 40. ait Ioſeph. *Furtim ſublatus ſum.* inde de eo dicitur, quod clam, & ſecretò agitur, furti inſtar, & de quo palam, & apertè non agitur; quare nos quoque, cùm quis ſine cauſa rem aliquam abſcondit, vel ſubmiſſiùs, aut ſecretiùs quã res exigat, loquitur, iubemus vt elata voce vtatur, neque enim furtum eſt, quod occultari debeat, (*que hable alto, que no es coſa ni buey de hurto, que no ſe pueda dezir y ſaber*) & idem etiam indicatur verbis ſequentibus, *quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurri eius.* nihil enim aliud hæc ſignificant, quàm vocem fuiſſe tenuiſſimã, & quæ vix ſumma cum attentione percipi poſſet: tum etiam quod reuelatio velociſſime tranſierit, & diſparuerit; licèt enim propheticæ ſpiritus nõ ſit in prophetis per modum qualitatis permanentis & inhęrentis, ſed tamen interdum magis frequens eſt, magiſque quieta; aliquando rarior, fugitque velocius; ſic enim ex Hebræo legitur pro venis ſuſurri, *parum de eo.*

גנב
גנב
Gen. 40. 15.

Vnde ſumatur metaphora hæc. Gregor.

Sed eleganter hanc noſtri interpretis tranſlationem tractat Greg. lib. 5. cap. 20. *Venas* (inquit) *ſuperni ſuſurri auris cordis furtiuè ſuſcipit, quia ſubtilitatẽ locutionis intimæ afflata mens, & raptim, & occultè cognoſcit; venæ autem ſuſurri dicuntur cauſarum origines, quibus hæc ipſa aſpiratio ad mentem ducitur; nam aliquando amore, aliquando nos terrore compungit, &c.* deinde ait: *Qui ſuſurrat, occultè loquitur, & vocem non exprimit, ſed imitatur.* videtur Gregorius agnoſcere metaphoram ductã ex occultis canalibus, per quos aqua decurrens tenui quodam murmure, & nonniſi admota aure deprehendi poteſt; nam ſicut *aquæ Siloe*, ita reuelatio vadit cum ſilentio. ad aliam, quamuis ſimilem valde metaphoram reſpexerunt Græci; nam lectionem illam Septuaginta. *Sonitu nocturno incidens timor, &c.* ſic explicat Polychron. *Quemadmodum in intempeſtæ noctis ſilentio, ſoni circumcurſantis, aut flatus tacentis motionem ſentimus, ipſum contueri non poſſumus: ſic de Deo mihi cogitanti, cùm illum inueniſſe me credo, tunc elabitur maximè.*

Iſa. 8. 6.

LXX. Polychron.

6

Illud verò notandum, cùm hic meminit Eliphaz *Verbi* à ſe auditi, conciliare auctoritatem ſuis dictis; quod enim Deus interiùs prophetæ loquitur, illud ſolet dici *verbum*; ſed ſicut in alijs Prophetis ſubiungitur *verbum Domini*, aut *Dominus dicit*, hoc quidem Dei nomen nunc deſideratur. Illud etiam notandum, *verbum* ad reuelationem pertinere; nam ſi Deus aliquem moneat aut reprehendat, non tam tunc dicitur Deus loqui, quàm venire, & apparere. vti de Laban & Abimelech obſeruat R. Moyſ. quem adducit & ſequitur Andreas Maſius Ioſue 1. ſed exiſtimo huius obſeruationis rem non eſſe valde certam, cum etiam nominibus locutionis, viſionis, ſomni, illa correptio Laban ſcribatur, Geneſ. 31. *Vidit in ſomnis dicentem ſibi Dominum.*

R. Moyſ. Andr. Maſ.

XIII. In horrore viſionis nocturnæ, quando ſolet ſopor occupare homines.

1 *Quid horror ex Hebræo aliorum interpretum varietas.*
2 *Cur reuelatio dicatur vox, aut viſio.*
3 *An viſio Eliphaz fuerit interna an externa. & quo tempore acciderit.*
4 *Somnus in Hebræo dicitur cadere, & quare.*

1

IN *horrore.* Deſcendit ad circumſtantias explicandas, quæ comitari ſolent diuinas reuelationes, quod autem noſter dixit, *horrorem*, non ſine exemplo fecit, nam etiam Septuaginta dixerunt: *Timore autem, & ſonitu nocturno inuadens timor ſuper homines, &c.* nox enim timida eſt, & tenebræ horridæ, & quæ incidũt noctu cogitationes, aut viſa, horripilationem afferre ſolent. Chaldæus dixit: *In cogitationibus*; Regia, *in ramuſculis à viſionibus noctis.* recidunt eodem omnia. nam eſto vox, originalis ramum ſignificat, ſed non quidem quemcunque, neque ramuſculum; ſed qui eminet, vel qui prominet in ſummitate cacuminis, aut qui excedit alios longitudine, vt Iſai. 17. *In cacuminibus eius*, ſed tranſlatitiè cogitationem ſignificat, quæ eſt velut ramus, germen, conceptus mentis, qui menti adnaſcitur, & adhæret; & præſertim ea cognitio, quæ peculiare aliquid, & magnificum habet, cuiuſmodi reuelationes ſunt, quæ excedunt reliquas, & velut cacumina, & ſummitates arborum prominent, & eminent; eò alluſum putant à Paulo, cùm dixit: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, &c.* quaſi dicat exceſſus, altitudo, eminentia reuelationum. Græc.

LXX.

סעפ

Iſa. 17. 6.

2. Cor. 12. 7.

potui, neq, de totius corporis habitu bene iudicare. & potuit quidem cum ſolo horriſono ſonitu cõtingere horror nimius, ſicut dicitur

Daniel. 10. 7.

Daniel. 10. *Vidi ego Daniel ſolus viſionem; porro viri, qui erant mecum, non viderunt, ſed terror nimius irruit ſuper eos, & fugerunt in abſconditum.*

4

Et vocẽ quaſi auræ lenis. Similis fuit Eliæ viſio. 4. Reg. 19. Indicatur autem poſt cõmotionem, & ventum horriſonum, ſilentium ſubſequutũ, & vocem tunc perſonaſſe: nam in Hebræo legimus, *Et ſi entium & vocem audiui.* Symmach. *Silentium vocis audiebam.* & quidem vox originalis, *Demamah*, propriè ſilentium eſt; ſed pro tranquillitate vſurpatur, & aliquando pro aura tenui; eſt enim eadem vox illo loco 4. Reg. ſimiliter hic Septuaginta dixerunt *Auram & vocem audiebam.* & Pſal. 106. *Statuit procellam eius in auram.* Hierony. ex Hebr. *Statuet turbinem in tranquillitatem.* Ex quo elicitur veræ ſignum reuelationis, ſi primum timorem incutiat; ad extremum afferat animi gaudium, & tranquillitatem, omnemq; priorem commotionem ſedet, & auferat; ſicut poſt tempeſtatem lenis aura & tranquillitas ſuccedit. ſic ſancti angeli Virgini ſanctiſſimæ, Zachariæ, Danieli apparentes, poſt primi conſpectus turbationem, atque timorem conceptum, iubent illos minime timere. & ipſe angelus erigit Danielem *ſuper genua ſua.* de qua regula bonos ſpiritus à malis dignoſcendi & diſcernendi agit D. Thom. 3. part. q. 30. a. 3. ad 3. ex doctrina ſancti Antonin. tũ etiam hoc loco. & Albertus, Cartuſ. Sylueſt. in Roſa aurea. N. P. Ignatius in ſuis exercitijs ſpiritualibus. vid. Greg. hom. 8. ſuper Ezech. & li. 4. mor. c. 30. vbi explicat cauſſas, quare animo turbentur, & corpore langueant homines ex diuinis viſionibus, & reuelationibus. ſed præcipue hoc lib. 5. c. 23. vbi rem confirmat eleganti allegoria viſionis illius parẽtum Samſonis. Iudic. 13. nam Manue viſo angelo timet, *Morte* (inquit) *moriemur quia vidimus Dominum.* at vxor meliori ſpe erecta ait, *Si Dominus nos vellet occidere, de manibus noſtris holocauſtum & libamenta non ſuſcepiſſet. Quid eſt hoc* (inquit) *Gregorius, quòd ad viſionem angeli vir ſit timidus, & mulier audax, niſi quod nobis, quoties cæleſtia demonſtrantur, ſpiritus quidem pauore ſe concutit, ſed ſpes ad maiora audenda ſe erigit; vnde turbatur ſpiritus. quia igitur, cùm altiora ſecretorum cæleſtium ſublenata mens conſpicit, cuncta humanarum virium ſordidas contremiſcit.* neq; verò hoc veræ reuelationis argumentum eſt ita verum, vt fallere aliquãdo nequeat, quod obſeruauit Cai. loco ex. 3. part. ſuperius adducto. ſed ſanè eſt valde accõmodatu diuinis rebus, quæ cùm videntur primùm ſui maieſtate opprimere, atq; difficultate deterrere, ſuas deinde bonitate, & veritate recreant, ac reficiũt debilitatum animum, atque fructum pacatiſſimum exercitatis afferunt.

Margin notes: Quid aura lenis. *Symmach.* דממה *Pſal. 106. 27.* *Hieronym.* 5 Nota veræ & diuinæ reuelationis. 1 Regula diſcernendi ſpiritus. *D. Thom.* *Albert.* *Carthuſ.* *Sylueſter.* *P. Ignatius.* *Gregor.* *Iudic. 13. 22.*

XVII. Numquid homo Dei comparatione iuſtificabitur, aut factore ſuo purior erit vir?

1 *Comparatio cùm dicitur in ſacro Sermone, per comparatiuum nomen exponenda. Præpoſitio vltimi caſus quam habeat vim.*
2 *Prima & ſecunda huius loci interpretatio non probantur. Aptior tertia.*
3 *Quarta optima. Iuſtificare quid. Explicati Dauid, Iſaias, Paulus.*
4 *Purum quid. Illuſtratus Pſalm. 38. Creatori non repugnandum.*

1 Comparatio quomodo exponenda.

HAEc eſt maxima propoſitio, quam Eliphaz audiuit, ex qua ipſe malè colligebat, Iob propter ſua peccata puniri. *Numquid homo*; hoc loco *Enos*, miſer, ærumnis, atque peccatis obnoxius; *Dei comparatione*, id eſt, præ Deo; *iuſtificabitur*; iuſtior erit Deo? nam illa cõparatio recte per comparatiuum nomẽ exprimitur, & ſolet etiã ſignificari per præpoſitionẽ vltimi caſus: vt, *Deſcendit hic iuſtificat' ab illo*, id eſt, præ illo, & Matth. 11. *Iuſtificata eſt ſapiẽtia à filijs ſuis*, id eſt, iuſtior declarata, quam filij ſui.

Præpoſitio vltimi caſus. *Luc. 18. 14.* *Matth. 11. 19.*

2 Prima huius cõparationis expoſitio.

Sed multiplex poteſt eſſe huius cõparationis ſententia; primò, quod nemini liceat de ſua ſanctitate coram Deo gloriari; nam licèt tibi vllius peccati conſcius non ſis, ſed non ex hoc iuſtificatus es; id eſt iuſtus & ſanctus, & ab omni, etiam leui peccato immunis declaratus, & renuntiatus; *nam qui iudicat te*, & vel peccatorem & ſontem, vel innocentem pronunciat, *Dominus eſt*? idem repetitur inferiùs cap. 25. *Numquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere?* Sed non congruit cum præſenti inſtituto; nam cum Eliphaz de ſanctitate, & vitæ integritate loquatur, non tam comparatio facienda eſt cum Dei omniſcia ſapientia, quàm cum illius iuſtitia, & ſanctitate.

1. Corint. 4. 4.

Secunda expoſitio. *Auguſt.* *Gregor.*

Ideo ſecundò Gregor. Auguſti. & alij hanc comparationem hominis cum Deo in ſanctitate & munditia ſic intelligunt, vt dicatur homo, licèt ſanctiſſimus, coram Dei ſanctitate infinita minimè videri mundus, aut ſplendidus; nam, vt Gregor. ait, *Humana iuſtitia diuinæ comparata iniuſtitia eſt, quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur, ſed in ſolis radio poſita tenebratur.* atque huc videntur pertinere quædam ſacrarũ Scripturarum vniuerſalia pronunciata; quale illud Pſalm. 115. *Omnis homo mendax.* & illud Iſaiæ. 64. *Quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.* & illud Pſalmi centeſimi quadrageſimi ſecundi; *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* quo loco eandem expoſitionem docent Hilarius, Hierony. Arnobius, Euthym. neque ab illa abhorret Auguſtinus, ſed elegãter amplificat lib. ad Oroſium contra Priſcillian. & Origeniſt. c. 10. *Cum* (inquit) *participatione iuſti ſunt cum comparatione nec iuſti ſunt.* Sed non video quomodo hic ſenſus cohæreat cum propoſito Eliphaz: neque qua ratione ex hoc poſſit colligere Iobum meritò à Deo puniri, aut nõ debere de diuina iuſtitia conqueri. dicam tamen de hac interpretandi ratione aliquando plura.

Pſal. 115. 11. *Iſai. 63. 6.* *Pſal. 142. 2.* *Hilar.* *Hieronym.* *Arnob.* *Euthym.* *Auguſt.*

Tertia aptior interpretatio. *D. Thom.* *Caiet.*

Tertiò aptior eſt interpretatio, quæ ex D. Thoma, & Caietan, elicitur, Nemo ex hominibus aut iuſtus, aut iudex Deo omniũ ſupremo iudice iuſtior, & incorruptior eſt; ſed nemo iuſtus iudex innocentem punit; ergo neque te innocentẽ immeritò affligit Deus, Conſequutio le-

tio legitima; ſecus Deus eſſet aut iniuſtus, aut homine minùs iuſtus. ſimilis illa Abrahæ oratio Geneſ. 18. *Abſit à te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio; non eſt hoc tuum; qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc.* Cógruit cum hoc ſenſu *Dei* nomen quod ſubeſt in hoc loco, *Eloah*, iudicis, & æquiſſimi rerum arbitri, & ponderatoris.

Geneſ. 8. 25.

3 Quarta & optima interpretatio.

Quartò, ille optimus, & conuenientiſſimus videtur ſenſus, vt hæc hominis cum Deo comparatio ſit, quaſi litigatio quædam & intentio litis. Si enim velit homo Deum in iudiciũ trahere, & diuinam iuſtitiam accuſare iniuſtitię, quòd immeritus ab illa pœnas & ſupplicia accipiat; certè etiam ſi homo ipſe iudex huius litis ſit, dũmodo ex rectæ rationis præſcripto, & lege iudicet, Deus procul dubio obtinebit in cauſſa, & manifeſta hominis culpa atq; delicto pronuntiabitur diuina Prouidẽtia æquiſſima, & ab omni iniuſtitiæ nota, quam humana temeritas illi aſpergere tẽtauerit, abſoluetur. *Numquid iuſtificabitur homo?* q. d. minimè abſoluetur &c. minime iuſtus declarabitur.

צדק

Iuſtificabitur. In fonte (*Tſadak*) verbum forenſe, ſpectans ad innocentis abſolutionem. Pſal. 50. *Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis* (iuſtus pronuntieris) *& vincas cùm iudicaris* (cùm abſolueris;) id eſt, ſi tibi litem intendere velim, quod mala abs te acceperim, certè damnabor ego, tu abſolueris, quòd pro tuo iudicis incorruptiſſimi munere, nocentem & adulterij reum ſupplicio affeceris. Pſalm. 81. *Humilem & pauperem iuſtificate;* nemo pauper & humilis apud veſtrum tribunal cadat eius cauſſa propter ignobilitatem & inopiam. Roma. 8. *Deus qui iuſtificat, quis eſt qui condemnet?* & ſæpe alias. ait ergo Eliphaz; Si ſemel homo iniuſtitiam, & peccatum admiſerit, iuſto Dei iudicio, & ſententia ad ingentia mala damnatur, neque vllum erit tantum ſupplicium, de quo iuſte poſſit conqueri; nam numquam non punitur citra condignum. in hanc rem præclarum eſt illud Danielis. 9. teſtimonium. *Peccauimus, & iniquitatem fecimus; tibi Domine iuſtitia, nobis autem confuſio faciei.* Hæc videlicet eſt velut iudicis ſententia, quam humanum iudicium ex rectæ rationis regula de ſua ipſius culpa fert. & inferius, cum agnoſcit ſe non digna peccatis ſuſcipere, *Tibi domine Deus noſter miſericordia, & propitiatio; quia receſſimus à te.* huc id Iſai. 58. *Rogant me iudicia iuſtitiæ, & appropinquare Deo* (contendere, cominus cum eo agere) *volunt, quaſi gens, quæ iuſtitiam fecerit.* & cap. 1. *Quieſcite agere peruerſe, diſcite bene facere, & venite, & arguite me, dicit Dominus.*

Pſal. 60. 6.

Pſalm. 81. 3.

Roma. 8. 33.

Dani. 9. 7.

Dani. 9. 9.

Iſai. 58. 2.

Iſai. 16.

4

Aut factore ſuo purior (mundior & nitidior ab omni macula) *erit vir*, quicumq; ille ſit, quamuis magnus, & præclaræ ſanctitatis, vir que iuſtiſſimi nomine dignus, non enim poteſt, niſi impudenter creatura creatori ſuo obloqui, aut dicere; Cur feciſti ſic? non poteſt ſeruus Domino vllam in iure litem intendere; ſed totum ſe permittere voluntati & moderationi debet ſui creatoris. non aliter Dauid Pſal. 38.* *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti;* (videlicet) has meas plagas effeciſti, & intuliſti. vel quod ad rem attinet, *quoniam tu feciſti me;* ita ſupplet Auguſti. hoc loco Pſalmi; & Gregor. 22. Moral. Sed in minori propoſitione; quam ſubſumit Eliphaz, fallitur; putat enim, ſi Deus innocentem affligat, fore innocentem afflictum Deo iuſtiorem. minimè id quidem; ſed illud bene afflictum innocentem teipſo multò nitidiorem, & defæcatiorem, atque puriorem, ſicut igne probatum aurum, veriſſimum.

Pſal. 18. 10.

* No tiene el hombre, que hablar, en lo q ſu hazedor haze del.

XVIII. Ecce, qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles: & in angelis ſuis reperit prauitatem.

1 *An hæc ſententia ſit ſuperioris reuelationis pars. Creatura nihil boni ex ſe habet.*

2 *Particula Ecce, pro, Si Qui ſerui Dei.*

3 *Quid ſtabilitas in ſacro Sermone, quid fidelitas. Explicatis locus Reg. & Pauli.*

4 *Magna interpretum varietas. Prauitas quid in Hebræo, & vt ſit ad contrarios intellectus indifferens.*

5 *Quid ſit Deum reperire, & vt in creaturarum actiones inquirat diligenter.*

INcertum an hæc verba ſint audita ſimul cum ſententia ſuperiori, vt exiſtimauit Caietan. an verò iam nunc loquatur Eliphaz, & ſuperiori reuelationi hæc ipſe adiungat, quaſi concluſionem deductam ex reuelatione ſibi facta. argumentum igitur erit à maiori; quod duplici via formari poteſt; primò, vt confirmet comparationem ſuperiùs factam, vt Philip. indicat; Ipſi angeli, quorum præclara eſt natura, tamen quia creaturæ ſunt, nihil boni ex ſe habent, nullam vitæ, nullã exiſtentiæ ſtabilitatem & firmitatẽ, niſi à Deo creatore, & bonorum omnium auctore fulciantur; ergo multò minus habebit luteus homo, de quo aut gloriari, aut conqueri meritò poſſit aduerſus optimi, atq; potentiſſimi creatoris ſui prouidentiam & legem adminiſtrandi mundum. Si verò aliam rationẽ ineat, vt Græci & D. Thomas volunt, ſic conficietur; Spiritus quidem creati in gratia propter inconſtantiam, & inſtabilitatem defecerunt à Deo, ergo multò facilius, atque veroſimilius fuerit te luteum hominem deficere, & peccare potuiſſe: te igitur temerè, & inſolenter commendas, & iactas. conſonant ſingularum vocum proprietates.

1 Caieta.

Philip.

Creatura nihil boni ex ſe habet.

D. Thom.

2

Ecce Affirmantis, vt ſupra exemplis oſtendimus; fortè huic loco aptius, vt valeat, *Si*. Deuter. 13 *Quære ſolicitè, & diligenter rei veritate perſpecta, ſi inueneris certum eſſe, quod dicitur &c.* Hebr. Quære, & interroga diligenter, & ecce veritas. Deut. 19. *Cùm diligentiſſime perſcrutantes inuenerint falſum teſtem &c.* Hebraicè. Inquirent iudices diligenter, & ecce (*Si*) teſtis ille eſt teſtis mendax &c. Si, igitur, *qui ſeruiunt ei.* Chaldæus hoc nomen ſeruorum Dei refert ad prophetas. Rab. Moyſes ad alios quoque iuſtos homines; non enim rarò Scriptura viros ſanctiores, prophetas pręſertim, ſeruos Dei nominat. Sed propter ſecundam partem, ſic exigente ſententia, angelos intelligi oportet, qui ſeruorum inſtar dicuntur Deo aut miniſtrare, aut aſſiſtere, vt cap. 1. latiùs explicauimus:

Deut. 13. 14.

Ecce pro ſi.

Deut. 19. 18.

Chaldæus.

Serui Dei qui

quare illorum & munus, & nomen eſt, *ſeruorum Dei.*

3 אמן Stabilis quid. *Stabiles.* A verbo (*Aman*) quod eſt fidum eſſe, fidelem, ſtabilem, veracem, conſtantem in dictis, & promiſſis. tum etiam actiue, credere, fidere, inniti alteri; quare ſæpe accommodatur ad diſpenſatorem, œconomum, nutritium, tutorem, & patronum, propter fidelitatem horum, quorum fidei aliquid creditur. quò videtur aſpexiſſe Paul. 1. Corinth. 4. *Hic iam quæritur*
1.Corint.4.2. *inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur.* 4. Reg.
4.Reg. 10.1. *Miſit Iehu litteras in Samariam ad optimates ciuitatis, & ad nutritios Achab*, id eſt, ad fideles ſeruos, & miniſtros, & de œconomo, & diſpenſatore illud eſt. Num. 12. *Seruus meus Moyſes, qui in omni do-*
Num.12.7. *mo mea fideliſſimus eſt,* ... *domo maior.* & tantundem refert, ... id quod clarius ex
Hebra.3.2.5. preſſit Paulus Hebr. 3. *conſiderate Ieſum, qui fidelis eſt ei, qui fecit illum ſicut & Moyſes in omni domo eius. & Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus.* eſt ergo pulchra in hoc loco antitheſis; Qui ſeruiunt ei; & pro ſeruorum & fa-
Los de ſu ſeruicio no le ſalieron leales. mulorum officio, & debito ſtabiles, fideles, conſtantes, veraces eſſe debuiſſent, inſtabiles, infideles, inconſtantes fuerũt. eadem ferè per ſatanam, aut conſiſtendi tranſlatione dictum eſt
Ioan.8.44. Ioan. 8. *In veritate non ſtetit.* huc pertinet quod
Pagnin. Sus leales no fue: ſeparatas le deſios. Pagnin. & alij vertunt; *Seruis ſuis* non credet.* ergo ſtabilitas hæc eſt in bono, conſtantia, & firmitas, fidelitas, & veritas ſeruorũ erga Dominum ſuum.

4 *Et in Angelis ſuis reperit prauitatem.* Admodum
Pagninus. varie hoc ab alijs vertitur. Pagninus. *In angelis*
Tygurina. *ſuis ponet lumen.* Tygurina. *Angelis ſuis indidit vaſa-*
Vatabl. *niam.* Vatabl. *Nec in angelis ſuis posuit lucem exactiſ-*
Regia. *ſimam.* Regia. *In angelis ſuis ponet gloriationem.* Sym-
Symmach. machus. *In angelis ſuis reperit vanitatem.* Septua-
LXX. ginta cum noſtro. *Aduerſus angelos ſuos prauum quid aduertit.* quæ tanta varietas orta eſt ex fœ-
הלל cunditate radicis, *halal*, quod ſignificat, laudare, gloriari, vocem attollere cum gloriatione, fulgore, ſplendore, aut etiam inſania; & per antiphraſim iniquum & prauum eſſe, gloria & nominis ſplendore indignum. Rurſus illa negatio prioris hemiſtichij poteſt ad hanc ſecundam partem extendi, vt dicatur reperiſſe, aut non reperiſſe, prauitatem, lucem, laudem, in angelis, aut vero poterit negatio in prima parte protius contineri. Tandem in illo quoque diſſenſio eſt, an de malis angelis, an etiam de bonis, & in vniuerſum de omni-
Caietan. bus accipi hæc debeant; nam Caietan. Eugub.
Eugub. indicat quoque Vatablus bonos angelos in-
Vatabl. telligunt, at alij omnes Græci, & Latini, Atha-
Athanaſ. naſ. Chryſoſtom. Olympiod. Philip. & alij
Chryſ. poſt eos, de angelis apoſtatis, & deſertoribus
Olympiod. interpretantur: ſenſus vterque ad rem facit;
Philip. nam quidquid lucis, laudis, gloriationis in angelis reperiri poteſt, a Deo datum, conſtitutum, inditum eſt, ex ſe nihil habent, niſi inſaniam, negatiuè, id eſt, nullam ex ſe ſapientiam, nullam veritatem, bonitatem nullam; vel poſitiuè, de angelis apoſtatis, nullam lucem habent; ſunt enim tenebræ: in prauitatem, & veſaniam prolapſi ſunt: lapſus igitur ſupernorum ſpirituum præcipit hominibus nihil de ſe ſublime ſapere, id quod ſtatim ſequenti verſiculo, & totius argumentationis concluſione colligit Eliphaz.

Illud recte ab interprete dictum eſt, * *Reperiſſe Deum in angelis prauitatem*, id eſt in illis repe- 5 *Hallo en ellos novedad y lo quel no dexo.
riſſe, quod ſine ipſo factum fuiſſet: creauit enim illos rectos. tum etiam indicatur diligenter in omnium actiones inquirere Deum, vt qui diligenter examinet & diſpiciat, ſicque inueniat. nam ex reperta re inquirendi ſedulitas & diligentia ſignificatur. Hinc illud. 2. Per.* 2.Pet.2.4.
Angelis peccantibus non pepercit, non igitur minori * No por ſer angeles diſſimulo con ellos.
diligentia in hominum actiones inquiret, & animaduertet, ſi quid reperiat ſupplicio dignum. ſicut enim *aduerſus angelos ſuos* (ſic legunt Septuaginta) *prauum quid aduertit*, id eſt, vt ex- LXX.
plicat Chryſoſt. illis ſupplicium excogitauit, & conſtituit. ita ſane aduerſus homines, quos repererit prauos, iam ſupplicia decreuit, & exquiſita calamitatum genera adinuenit, & præparauit. eſt enim illa mirabilis prouidentia, ſummaq; ſapientia, quæ tum in præparato Matt.25.34.
regno ſuis benedictis, tum in parato igne æ- 41.
terno maledictis, relucet.

XIX. Quantò magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, conſumentur velut à tinea?

1 *Vnde Eliphaz ſuam argumentationem ducat.*
2 *Quid domus lutea. Paraphraſi elucidatur Paulus. Quædam de imbecillitate noſtri corporis.*
3 *Domus externas, quas habitamus, ad ignobilitatem noſtram pertinere. Angeli in cœlo creati, ex illorum origine amplificari illorum peccatum.*
4 *Terrenum humanæ gloriæ fundamentum.*
5 *Tineã ad vindictam, & ſupplicium pertinere. Explicatur locus Regum. & Hoſeæ.*
6 *Tinea ad peccatum & culpam; tum etiam ad deformitatem. Chriſtus vermis.*
7 *Notati alij interpretes; laudatur Vulgatus.*
8 *Succidere quid, & qua ratione dicatur impius, non intelligens.*

Quantò magis. In originali a pari & ſimili videtur fieri argumentatio, *Etiam habitantes domos luteas.* ſed eleganter interpres vim ſen- 1 Argumẽtum a pari, velà maiori.
tentiæ ex re ipſa expreſſam, illa quoq; comparatione expreſſit; *Quantò magis* homo vilioris, atque imbecillioris materiæ & naturæ, tum caſibus & vitijs, tum vitiorum, & peccatorum commeritis ſupplicijs ſubiacebit?

Qui habitant domos luteas. Hominum periphra- 2 Hominũ circũloquutio.
ſis eſt. Sed quid nam eſt lutea domus? an ſordium & ignobilitatis cuiuſdam ſymbolũ eſt? Lutea domus quid.
an ſordidum, & ignobile corpus ſignificat, quod videtur inhabitare animus? ſic appella- 2.Cor.5.1.
tur a Paulo. 2. Corint. *Terreſtris domus noſtra huius habitationis, quæ diſſoluitur.* quod enim Eliphaz dicit, *domum luteam*; Paulus dicit, *terreſtrem*, & Sapient. c. 9. *terrenam habitationem.* quamuis enim lutum ex proprietate originalis vocabuli poſſit ſignificare cæmentum ex arena & calce; quare *bitumen* vertitur Exod. 1. & *cæmentum* Geneſ. 11. ſed tamen vile, & inutile lutum, limum- חמר

ue ſigni-

Habac.3.15. ve ſignificat Habac. 3. *In luto aquarum multarum (cieno y tarquin, y aſsiento de agua)* tum etiam argillam figlinam. *Iſai.64.8.* Iſai.64. *Nos lutum, & fictor noſter tu.* quare *domus terreſtris*, aut *lutea* erit, *vna caſa de ſolas tapias de barro, de tierra muerta.* nam ab eodem Paulo appellatur etiam *corpus mortis.* diciturq; ab eodem *noſtra*, vti quibus mortalitas noſtra culpa prouenerit; *Deus* enim *mortem non fecit*, quare nihil proprium habuit Abraham in terra Chananæorum præter poſſeſſionem ſepulchri; *Geneſ.23.* dicitur autem, *huius habitationis*, id eſt, ad paucos dies conſtituta; *2.Corin.5.1.* quaſi dicat, huius vitæ peregrinationi, & militiæ comparata (*caſa no propria, ſino de poruda*) imo ad breuiſſimum tempus conducta; ideo ſtatim vocat non domum, ſed *tabernaculum*: & Græcè etiam habitatio, tabernaculum eſt, quod temporarium eſt, viatoris, militis, paſtoris. Illud addit vltimò, *quæ diſſoluitur*; propriè ex Græco, deſtruitur. ſed illud eleganter dicitur, *diſſoluitur*, quaſi non egeat vt deijciatur tormentis bellicis, neque hoſtium impetu ad deſtruendum; ſed ipſa ſponte ſoluitur, rimas agit, & vetuſtate exeditur; cùm enim ſemper hoc noſtrũ corpus minitetur ruinam, non funibus, non inſtrumentis alijs vim afferentibus indiget, ſed leuiſſimo flatu ſuo ipſum pondere corruit, *Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet.* *Pſal.102.16.* Corpus autem incorruptibile, quod reſurget, appellatur ſtatim à Paulo, *Aedificatio ex Deo, domus non manu facta, ſed æterna in cælis.* quare concludit Paulus, *Dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino.* *2.Cor.5.6.* ſi corpus mortale domus eſt, imo potius tabernaculum, corp' immortale domus ęterna erit: & dũ domi videmur agere, id eſt, in hoc corpore, certè nõ domi, ſed foris peregrini agimus. Ergo Eliphaz angelis corporis expertibus opponit habitantes domos luteas, id eſt habentes corpora formata ex lutea, vilique materia. An vero etiam appellat domos luteas, id quod ſonat, domicilia ex terrea materia conſtructa. Sanè hoc etiam Olympiodorus indicaſſe videtur; *Olympiodor.* vt reſpondere poſſit angelis accolis cœleſtis Empyreæ, & nitidiſſimæ domus; nam quibus non pulueris, pluuiarum, luti obſoleſcet ſordibus, qui habitat domum luteam? hæc igitur erit ſentẽtia Eliphaz, vt Olympiodori verbis vtar; *Si angeli, qui ſpiritus ſunt, ac cæli incolæ, cùm diuini iudicij ſeueritatem ſubeant, habent quod in ipſis reprehendi poſſit, quid nobis fiet, qui ex argilla ficti ſumus, terramque habitamus?* indicaſſe hunc ſenſum videntur mihi Septuaginta; *LXX.* nam ex ſimilitudine cum domibus luteis noſtri corporis conſtitutionem poſtea explicãt, ſic enim legunt; *Habitantes domos luteas, ex quibus & ipſi de eodem luto ſumus.* neque ab hoc ſenſu noſtra quoq; lectio abhorret, cùm de corpore intelligi videatur id, quod ſequitur; *Qui terrenum habent fundamentum.* Sic videas peccatum angelorum ex eorum domicilij ſanctitate amplificari à Iuda apoſtolo; tum etiam ex dignitate creationis, & originis. *Angelos qui non ſeruauerunt ſuum principatum* (prop. principium, originem, originis & creationis dignitatem & excellentiam; non enim ſunt ex terra, ſicut homo. Nam nihil iuuit angelos, qui ceciderant, quòd à Deo formati eſſent, & intellectuali natura præditi) *ſed dereliquerunt* (contemptum quemdam indicat hæc vox, & ingratitudinem tanti beneficij) *ſuum domicilium* (Cœlum empyreum, in quo primarij angeli tanquam in proprio loco, & tecto conditi fuerant, vt Theologi docent; vnde dicuntur *de cælo cecidiſſe.* Iſai.14. Apoc.12.) *in iudiciũ magni diei vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.*

Peccatũ angelorum amplificatur ex dignitate ſuę originis.
Iudæ 6.

Angeli creati in cœlo Empyreo.
Hier. Iſai.14. Aug. 3. de do. &c.31. Strab. & Beda. Gen. 1. D. Tho. 1. p. q.61.

Qui terrenum habent fundamentum. Hæc iterum eſt alia lutei hominis circumlocutio. *Fundamentum.* hominem comparat cum domo lutea, 4
cuius fundamentum, cui tota domus firmitas nititur, terra eſt, imo puluis leuiſſimus, & tenuiſſimus, ex quo nihil firmũ, aut diuturnum compingi poſſit. quare pro *terrenum*, hoc loco ſubeſt (*ghaphar*) vox eadem, quæ in Geneſ. dicitur, *limus*, aut *puluis*, de quo formatus eſt homo. Vides profectò hic pedes luteos aureæ ſtatuæ. ſed proh, quam imbecillum fundamentum totius humanæ vitæ molis, ponderis, gloriæ, & ſplendoris.

עפר *Geneſ.2.7. & c.3.19.*

Conſumentur, Conterentur, comminuẽtur, humiliabuntur, contundentur; hęc omnia cadũt in vocem originalem. Septuagin: *Percuſſit illos tanquam tinea.* 5
LXX. accommodatè ad tineam, corrodentur, exedentur. Sed quid hoc loco *per tineam* ſignificatur? an occulta Dei vindicta, quam de his, qui externa facie ſplendebant, Deus ſumere ſolet, dum eos paulatim debilitat, & comminuit virtutem omnem, & in puluerem redigit, obſcuratque ſplendorem omnem? non aliter atque tinea ligna quamtumuis ingentia beneque ſolida corrodere paulatim ſolet, quæ leuiſſimo ictu confringuntur, & abeunt in vagos pulueres. Nihil igitur mirum, ô Iob, ait (Eliphaz) ſi contritus atque corroſus vermibus videaris, nam te diuinæ vindictæ tinea ex tuorum peccatorum latente putredine quaſi procreata debilitauit, & in pulueres redegit. Sic per Hoſæ. capite 5. *Ego quaſi tinea Ephraim, & quaſi putredo domui Iuda.* (paulatim enim amiſerant vires, & nihil fortitudinis præter externam quandam & inanem ſpeciem retinebant, infringendi confeſtim facilè ab hoſtibus) & * *vidit Ephraim languorem ſuum* (expertus eſt, & perſenſit ſe languere) & *Iudas vinculum ſuum* (nam captiuus, & manibus poſt terga reuinctis abductus eſt ab hoſte?) ſic, quod ad calamitates, & clades hoſtibus illatas attinet, dicitur Dauid. 2. Reg. 23. *Quaſi teneriimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno.* nam cùm paulatim, & occultis vijs hoſtes ſuos debilitaſſet, facilè illorum potentiam, ſi qua videbatur, velut lignum cariolum & putre vno impetu confregit.

Tinea occultum Dei iudicium, & vindicta.
Hoſeæ.5.12.
* Vio por ſu caſa flaqueza y deſmayo.
Hoſeæ.5.13. 2.Reg.23.8.

An etiam non tam pœna, quàm culpa hoc loco per *tineam* ſignificatur? eò certè videtur Eliphaz reſpicere, vt probet homines potiùs obnoxios eſſe ſordibus, & peccatis, quàm angelos. igitur *tinea* peccatum ſignificat, quę, ſicut Eccleſiaſticus ait cap. 42. *de veſtimentis procedit*; de interno quodam, prauoque fomite peccata noſtra originem ſumunt. accedit etiam quòd peccata interdum ſunt occulta, & nobis ignota; in quo *tineæ* ſimilitudinem habent; nam vt Gregor. hoc libro. 5. cap. 28. & lib. 11. 6

Eccleſ.42.13.
Gregor.

cap.25.ait, *Tinea damnum facit, & ſonitum non facit; ita iniquorum mentes, quia damna ſua conſiderare negligunt, integritatem quaſi neſcientes perdunt.* ergo dicetur ad Iob, vt ne ſibi blandiatur de ſanctitate, quoniam fomitem prauum habent, qui ex terrena materia formati ſunt, ex quo facilè creatur tinea, cuius morſus & detrimētum ſicut non facilè ſentitur, ita non facilè reſarcitur. Quid, quod in veſtibus pretioſioribus, & ſiccioribus generatur tinea? ſimiliterq; peccatum in ijs interdū, qui externa ſanctitatis ſpecie fulgent. adde quod paruum animalculum ingens damnum afferre ſolet; ſic ſane leue aliquod peccatū per negligentiam contemptum, aut minimè cognitum. forte etiam, quòd iniquus reputatus eſſet ab impijſſimis Iudæis Dei filius, dicebat ſe *vermem*, quod videlicet illum appellarent tuum peccatū, ſuamq; tineam (*Ele es mi ſtrapoſilla, y nueſtro peccado.*) *Factus eſt peccatū, qui peccatum non nouerat.*

Quare Chriſtus dicatur vermis.
Pſal.21.7.
2.Cor.5.21.

Tandem eò poteſt hæc comparatio a nobis referri, *Vt * veſtimentum à tinea corrodum*, aliquid turpe & deforme ſignificet, videlicet incaſis pilis illis ſuperioribus, & filis nudis albicantibus; quaſi dicas, ſi telæ ex auro, & argento ſplendidæ obſcurantur, quid mirum et abiorem ex lana telam veteraſcere, & corrodi?

**Si las telas de oro de los angeles deſdizē, que mucho que la ſirſa del hombre ſe apolille, y deſcubra la hilaza.*

7 Quæ hic alij de morte, & vermibus, ac putredine cadaueris dicunt, non tam in hunc locum conueniunt, quam in id.ca.13. *Tanquam putredo conſumendus ſum, & tanquam veſtimentum, quod comeditur à tinea.* illud tantùm notādum, mirum eſſe, quod Pagninus verterit, *Contererentur, donec fuerit Arcturus.* cuius ego rationem non teneor reddere. ſi id feciſſet Vulgatus, quibus, bone Deus, Hebraizantium telis non configeretur? Quod vero Vatablus notauit legendum, *Conſumentur ante tineam*, id eſt, *Priuſquam vermibus abſumantur in ſepulchro, vt veſtis à tinea*; à vero ſenſu diſceſſit; nam quod in fonte eſt, *Conſumentur ante faciem tineæ*, non prioritatem temporis, ſed præſentiam rei indicat; neque aliud ſolet ſignificare, *Facies rei*, quàm rem ipſam. Hic vides Vulgatum noſtrum obſcuriores Hebraiſmos illuminare Latina oratione; at Hebraizantes dum Hebraiſmos conantur retinere, interdum Hebraiſmorū vim, ſenſumq; peruertere.

Iob.13.28.
Pagninus.
Vatablus.

XX. De manè vſque ad veſperam ſuccidentur: & quia nullus intelligit, in æternum peribunt.

8 SVccidentur. Nō exiſtimo à verbo *ſuccidēdi* fieri alluſionem ad tineam, in hunc ſenſum, Semper illos excedit tinea; per integrum vitæ diem conſumentur, nam vox originalis eſt acrior, & vehementior, & ad hoſtilem cædem, & ſtragem pertinet: ergo potiùs cùm de tinea, occultiſque peccatis egiſſet, nunc ait, in eiuſmodi impios diuinam vindictam deſæuire, perpetuiſque cruciatibus animaduertere, etiam in hac vita, *De manè vſq; ad veſperam*, dum dies huius breuiſſimæ vitæ durat. (Chryſoſtomus vnum diem aſſignari hoc loco exiſtimat, Iobi cauſſa, qui vno die omnes calamitates, & dolores accepit.) Et quod mortis, infirmitatiſque humanæ memores non ſint mortales, ſe dant præcipites in peccata & æternum interitum. D.Thomas ſic; Quia occultas peccatorum cauſſas, internoſq; lapſus nō intelligunt, neque animaduertunt, pereunt æterno ſupplicio nulla ſuorum peccatorum pœnitentia ducti, vel velobum vellicet acriùs; Quia diuinum ſupplicium non agnoſcunt, neque intelligunt; Hebr. *Non ponunt cor ad intelligendum.* res videlicet valde occulta, & quæ non niſi attenta mentis conſideratione perſpici poſſit) ea mala, quæ patiūtur, diuinitus ſibi propter peccata immitti, nihilo his calamitatibus meliores efficiuntur, ſed potius aduerſus diuinam prouidentiam inſoleſcentes, & diuinam iuſtitiam criminantes, furore & indignatione inflammati ſalutarem diſciplinam abijciunt miſerum in modum deteriores effecti. Ideo nullum ſtatuit æquiſſimus Deus illorum ſupplicijs finem, *peribunt* igitur *in æternum.* diſperdentur, exterminabuntur. non tam de peccatis, quibus impij hærent, ſi in illis decedant, quam de ſupplicijs, quæ ſuſtinent, æternis accipiendum videtur. Vides vt multis vijs & rationibus peccator non intelligat? Sed de impiorum ſtupiditate aliquando plura.

Succidere quid.
כתת
Chryſoſt.
Qua ratione dicatur impius non intelligere.
D.Thom.

XXI. Qui autem reliqui fuerint auferentur ex eis: morientur, & non in ſapientia.

1 *Interpretum varietas, & qui dicantur reliqui.*
2 *Germana expoſitio Explicati Moyſes, & David. & quid ſit reliquum eſſe ex Hebr.*
3 *Quid auferri ex Hebr. alterum dari in ſcala interpretationes.*
4 *Variæ Hebræorum, & Hebraizantium lectiones. quid apud illos ſonus. Qua ratione dicantur impij in hac vita colligati.*
5 *Morientium ſtultorum ſtultitia. Phraſis ſacri Sermonis.*

1 PRior huius ſententiæ pars variè accipitur ab interpretibus. Primo, vt *qui reliqui fuerint*, ſint ij, qui cum impijs nō connumerantur, *ſed auferentur ex eis*, id eſt, ie illis nō aggregabūt, & *morientur* quidem; nam pijs & impijs communis mors eſt; ſed *non in ſapientia*, nam illorū ſapientia & pietas interitum non accipiet. ita D.Thom. & Gloſ. indicat. Philip. & Grego. lib. 5.cap.29. qui per *reliquos*, ſiue relictos a mundo humiles intelligit, & hos *auferri*, ſiue eligi a Deo. ſic Gregor. *Quos alios reliquos, niſi huius mundi deſpectos accipimus, quos dum præſens ſæculum ad vultum gloriæ viſum eligit, quaſi immunes indignoſque relinquit? Sed mundi reliquos auferre Dominus dicitur, quia deſpectos huius ſæculi eligere dignatur; Paulo atteſtante, Quæ ſtulta ſunt mundi Deus elegit. id quod in puero Aegyptio, quem ægrotum Amalechita in itinere reliquerat, Dauid vero refecit, ſignatur.* Deinde verò ſecunda pars ad impiorum interitum pertinet. ſed hic ſenſus non eſt valde exactus ad litteram.

Prima Latinorum interpretatio. Qui ſint reliqui.
D.Thom.
Gloſſa.
Philip.
Gregor.

Secundò Lyra; vt *qui reliqui fuerint*, dicantur filij, qui cum hæredes ſint impietatis, & ſtul-

Lyra.

Germana expoſitio,

titiæ ſuorum parentum, ſimiles cũ illis pœnas luent æternis ſupplicijs; quod videtur reſpicere, nõ ſolùm Iobi ruinã, ſed & filiorũ illius interitum ruente domo. Sed certè vocum proprietate perſpecta is videtur eſſe ſenſus, vt aſſerat potentiſſimos, & locupletiſſimos quoſq; ex impijs tandẽ pœnas dare ſuæ ſtultitię, atque ſuperbiæ, tum etiam indignantis, & impatientis animi cùm à Deo corripiuntur. nam *Iether*, quod eſt ſupereſſe, non ſolùm ordinem aut exceſſum tẽporis, vel quãtitatis ſignificat, ſed exceſſum qualitatis, dignitatis, excellentiæ. ſicut verbum Latinum ſupero, nõ ſolùm ſupereſſe, ſed etiam vincere, & excellere (*ſobrar, o ſobrepujar*) Pſal. 16. *Dimiſerunt reliquias* (id in quo alios excellunt, & ſuperant; quòd ſupra aliorum facultates excellens, & reliquum eſt) *ſuas paruulis ſuis.* (*Dexaron à ſus hijos por herederos de ſus ſobras, de ſus demaſias, de ſus exceſſos,*) ſi per ſubſtantiuũ nomen legas, facilè intelliges vim locutionis, dimiſerunt excellentes, nimias, & quæ aliorum omnium facultates ſuperant, ſuis filijs hæreditates, (*dexaron les ſus ſobradas y demaſiadas y exceſſiuas riquezas.*) Elegãter verò ſolutus eſt Hebraiſmus à noſtro interprete. Gene. 49. *Effuſus es ſicut aqua, non creſcas.* Hebræ. Non ſuperſis, non ſuperes, non excellas, non relinquaris; eadẽ vox quæ in Eccleſiaſte ſæpe dicitur, *Amplius*, id eſt, excellentia, vel abundantia, vt eo loco explicuimus. Sic igitur hoc loco legere poſſumus, *Qui reliqui fuerint*, id eſt, qui excellebant, & ſuperabant reliquos. vel non habita cura ſeruandi illius generis maſculini abiectiui, cum in Hebræo potiùs ſit nomen ſubſtantiuũ, excellẽtia, magnitudo, dignitas, id quo reliquos ſuperabant, quo excellebãt inter reliquos, auferetur: & ſæpe quidem genera, videlicet maſculinum cum fœminino permutantur; ſubeſt autem in fonte nomen fœmineum verbale. ait igitur Eliphaz, nihil prodeſſe impijs excellentiam, dignitatem, opes maximas, abundantiam ſupra reliquos mortales, quominus tãdem Deo puniente bonis exuantur.

יתר

Pſal. 16. 14.

Geneſ. 49. 4.

1 נסע

Auferetur. Propr. verbũ originale motũ quendam ex loco in locũ denotat, quo aliquid in locum trãsfertur, aut dimouetur: ideo alij dicũt excellentia eorũ trãsferetur, & proficiſcetur, abibit, dimouebitur; nihil meli[9], quàm noſtrũ, *auferetur.* Septuaginta, aliã vẽti, quo flores exiccantur, & conuelluntur, tranſlationem indicarunt; nam ſic legunt, *Inſufflauit eis, & exaruerunt.* facile videlicet a Deo perduntur illo tantũ inſpirante, atq; dicente. ſed illud quoq; pro Vatablo, & Hebræo apud Caieta. notandum, valde duram videri illã mortis circumlocutionẽ, quam hoc loco ipſi exiſtimant contineri, nam auferri dignitatẽ, vel excellentiam, aiunt eſſe, animã rationalẽ auferri, & ſeparari à corpore; atq; rectè appellari animã excellentiæ nomine; eſt enim præclara noſtri portio, qua brutis præſtamus. ſed quidẽ ego nunquã eo nomine animũ in Scripturis ſignificatũ inuenio; opes, dignitates, & eiuſmodi externa bona ſæpe. Addit Caiet. hic putaſſe Eliphaz animam rationalẽ mori, & deſtrui mutatione ſubſtantiali. ſed certè hoc neq; ſomniauit Eliphaz, neque debuit Caiet. Hebræo illi, quem ſibi in his commentarijs adhibuerat, tantopere credere, & tribuere.

LXX.

Vatab.
Caiet.

Notatur Hebrǽus apud Caietanum.

Tandem ex R. Dauid hanc quoq; habemus huius libri lectionem, Amotus, vel ablatus eſt funis eorum, quã etiam ſequuntur Hebræi in dictionario Cõplutenſi. nã ea vox, quæ ſignificat excellentiã, vel exceſſum, ſignificat etiã funem, aut chordam, vel neruũ, eo quod extẽdatur, nã extenſio videtur quędã abundantia, vel exceſſus. Funẽ autẽ rurſus Hebræus apud Caj. intelligit ligamẽ, quo continetur homo in ſua integritate; illud aũt eſt anima vnita corpori. Complutenſes per funiculũ, firmitatem & vires corporis; alij neruos, qui videntur auferri cũ in morte munus ſuũ obire non poſſint; alij dolores, qui velut funes coſtringunt hominẽ: nã in morte ceſſant dolores. alij quòd per mortem ſoluti ſunt ab hoc mundo, cũ quo putant impij ſe ligatos eſſe; ſed tamẽ ſoluit, *& ſeparat amara mors*: circũlocutiones ſane mortis oẽs. Sed cũ facilè nexus, quo homo huic vitæ aſtrictus eſt, laxetur, & ſoluatur, qui fit, vt tam fortiter ſe ligatum exiſtimet? an quia affectu ardentiſſimo mundũ & quæ in mundo ſunt, impius complectitur? igitur vim ſui affectus exiſtimat eſſe firmitatẽ, & vinculum. ſicut Holeæ. 4. de impio populo dicitur. *Ligauit eum ſpiritus in alis ſuis.* nam cũ hærent terræ, & volare nõ poſſunt, quis nõ putet colligatos eſſe cũ terra? ſed tamen vinculũ non eſt aliud, quam ſui affectus & ſpiritus nequam deprauatio.

4 Hebræorum variæ lectiones & interpretationes.

Quid funis.

Impij aſtringunt ſe cum hac vita, ſed ab illa mors illos facilè ſoluit.

Hoſ. 4. 19.

5

*Morientur, & non * in ſapientia.* Septuaginta, *Interierunt, quia non habebant ſapientiam.* vel, decedut tandem nihilo ſapientiores in calamitatibus, & extrema morte effecti; quam in vita fuerũt. Olymp. ſapientiã accipit pro Dei timore, Qui morte mulctatur, propter peccata punitur, quia ſtultus ſit, ſi Deum nõ timeat, ille enim non temere, neq, indicta cauſſa iraſcitur hominibus; cum ratione & cũ conſilio cũcta adminiſtrat, & aduerſus noſtram ſtultitiam pugnat; vti Sapien. c. 1. dicitur *Probata virtus corripit inſipientes.* id eſt, Dei potentiam & virtutem vltricem coguntur inſipientes experiri, quæ mitẽ ſe præbet erga ſapientes: cum enim hominem punit Deus, ab illo ſtant, ſapientia, ratio, conſilium, æquitas, a nobis, ſi iraſcamur flagellati, temeritas, ſtultitia, veſania, ſuperbia.

LXX.

* Tan necios ſe muetẽ, como viuieron y con ſu necedad ios enbre la tierra.

Non in ſapientia. extenuatio eſt, id eſt, in magna ſtultitia; & fortè iuxta phraſim ſacræ Scripturę conſuetã, non tam ſtultitia pro culpa & ſcelere morte mulctando ponitur, qua pro ſtultitia, quæ ſupplicij impiorũ comes eſt, nã nomẽ cum præpoſitione *in*, valet aduerbiũ; *in iuſtitia*, iuſte; *in nocentia*, innocenter, *in ſimplicitate*, ſimpliciter: *non in ſapientia*, non ſapienter, ſtultiſſimè moriuntur, (*mueren neciamente*) cùm enim viuere poſſent, ſi diuino numini ſupplices ſe præberent, miſere & ſtultè pereunt, clamante præſertim, & verbis ſuauiſſimis Sapientia inuitante inſipientes, *Relinquite infantiã* (*niñerias*) (puerorum delectamenta) *& viuite, & ambulate per vias prudentiæ.* Tantam igitur animorum ſtupiditatem admiratus clamabat propheta, *Quare moriemini Domus Iſrael.*

Extenuatio.

Præpoſitio in cum nomine valet aduerbium.

Sap. 9. 6.

Ezech. 18. 30.

NOTATIO RERVM INSIGNIORVM,

QVAE, in commentarijs fuſius explicantur.

a *De ſapientia, & pietate amicorum Iob latè diſſeritur initio capitis in annotatione praeuia. Vbi etiam an illorum dicta & teſtimonia Sacram fidem contineant.*

b *Quis Eliphaz fuerit. Quod illius cognomen, & quae illius nominis interpretatio.* V.1.nu. 2.3.

c *Quae Theman, & vt ſapientiae & fortitudinis laude clarueris.* V.1.nu.4.

d *Quid reſpondere in Hebraeo, et ſacro Sermone accuratè explicatur.* V.1,nu.1.

e *Quae vis, & tranſlatio in verbo tenendi lateat paulò diligentius explicatur.* V.2.nu.1.

f *Vt debeat princeps ſubditorum animos erigere, & confirmare, nonnulla ex ſacris.* V.4.nu.3.

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

PATEFECIT QVIDEM SVA ORATIONE loquendi aditum ſuis amicis Iob. ergo cùm finem loquendi feciſſet, qui cæteris ſenior atque ſapientiæ, & pietatis laude inſignior videbatur Eliphaz (a nam ſapientes omnes, atque pios fuiſſe exiſtimandum eſt) non quidem b ille Eſau filius, ſed ex ipſa Eſau progenie longe poſterior, præclaram auream que appellationem & interpretationem ſuo nomine præferens: cognomine quoque Themanites, referens c Theman, ſiue Idumææ prouinciam, ſiue vrbem, ex qua fortiſſimi ſapientiſſimique viri prodire ſolebant: vt Iobi lamentis & querimonijs appoſita oratione d occurreret, ſic dicere exorſus eſt, vt & ſe neq. leniter, neq; placidè cum Iobo acturum ſignificaret: neque non Iobum impatientis atque deiecti animi inſimularet.

Vereor (inquit) ſanè, amice Iob, ne te ingens calamitas ita malè vexarit (id quod ex tuis verbis ſuſpicari compellor) vt neque admittendæ conſolationi, neque ſalutari reprehenſioni, ſi quid in tua oratione peccaueris, audiendæ ſis; nimirum, qui Dei increpationem ægrè ſuſtineat, ſalutaria quoque ſapientum conſilia facilè reſpuet. * Sed quidem, quæ dicentur, boni conſules; nam cùm nihil à nobis vnquam moleſtum audieris, nunc ſi quid eiuſmodi accipias ab inuitis, & dicere repugnantibus accipies. Ego enim illa ipſa, quæ à te audiuimus, grauiſſima & moleſtiſſima minimè reprimere poſſum, quin in te euomam, atque confeſtim refundam; neque qui diuini honoris zelo perurar, imperare mihi poſſum, vt quæ dicenda & reſpondenda iudico, intra mei pectoris e carceres ſilentio comprimam, & eluctantes ardentis orationis flammas contineam.

Egiſti ſanè afflictorum multorum medicum ſalutarem; nunc te ipſum curare neſcis? Aegris mentibus præclaram conſolationem & ſpem tuis verbis atque conſilijs attuliſti, atque arcanas diuinæ prouidentiæ rationes, dum in homines animaduertit, aperuiſti; non ſemel docuiſti, non debere abijci Dei flagellantis diſciplinam, neque deficiendum cùm ab eo corripimur; calamitatibus fractos, & ingenti ærumnarum ponderi cedentes erexiſti & recreaſti; & vt in ſemel cæpto pietatis & ſuſtinentiæ ſtudio ſtrenue currendo perſiſterét, exhortatus es. Eos, qui per animi inconſtantiam, & imbecillitatem atque mollitudinem languebant in ærumnis, vacillabant animo, nutabant pedibus, & caſum minitabantur, egregiè confirmaſti, vt per patientiam currerent ad propoſitum certamen, atque infirmorum timidorumque animorum genua, id eſt, firmiores partes roboraſti, vt ne genu flecterent, ſuccumberentue doloribus, ſed rectâ ſemper conſiſterent, & aduerſus ærumnas inualeſcerent. Denique omne optimi f principis munus obijſti, dum animo deficientibus animos faciebas, & dicebas, Puſillanimes nolite timere. Nunc autem in tua iſta calamitate, non ſolùm te conſtantia vireſque deficiunt, & quam animi moleſtiam concepiſti, verbis aſperrimis prodis, verùm etiam miris terroribus (quod conſtanti viro indignum eſt) conturbaris, atque concuteris.

An ne non veræ, ſed falſæ fuerint illarum omnium virtutum imagines, quas præferebas? Ita ne cùm maximè opus tibi erant, euanuerunt ſubitò? deſidero namque priſtinam tuam illam * pietatem, & diuini numinis obſeruantiam; conſtantiam animi, ſtabilemque in Deo fiduciam, quæ ſicut ſacra anchora te fixum & immotum in medijs fluctibus tenere potis eſt, * diuinæ opis firmam expectationem, longanimem ſuſtinentiam ærumnarum omnium, denique tuam illam morum integritatem & abſolutiſſimam, vt videbatur, perfectionem.

CAPVT QVARTVM.

1 Reſpondens autem Eliphaz.

Themanites.

Dixit:

2 Si cœperimus loqui tibi,

Forſitan moleſtè accipies,

* Sed cõceptum ſermonẽ retinere quis poterit?

3 Ecce docuiſti multos.

4 Vacillantes confirmauerũt ſermones tui, & genua trementia confortaſti.

5 Nunc autem venit ſuper de plaga, & defeciſti: tetigit te, & conturbatus es.

6 Vbi eſt

* timor tuus, fortitudo tua,

* patientia tua,

& perfectio viarum tuarum?

7 Recordare, obſecro te, quis vnquam innocens perijt? aut quando recti deleti ſunt?

Quod certè poſſumus memoria repetere, nemo vnquam, qui innocens fuerit, dolorum atque calamitatum æſtu abſorptus eſt: ſancti in miſerijs ſubſiſtunt, tribulationem patiuntur, ſed non anguſtiantur, aporiantur, ſed non deſtituuntur; deijciuntur, ſed non pereunt. Neque verò alienum à te fuerit, ô Iob (id quod vt præſtes, amicè obſecro, quo tua errata agnoſcas) meminiſſe, atque ex antiquo vſque tempore repetere neminem ſanctorum tam acerbè à Deo tractatum fuiſſe, vt omnibus neceſſarijs vitæ præſidijs deſtitueretur, & cum familia & ſobole ſtirpitus conuelleretur, funditusq́ue interiret. Subuertit quidem Deus Sodomam om a nefariorum ſcelerum labe contaminatam, ſed eripuit innocentem Loth. Deleuit homines impios obrutos aquis diluuij; ſed Noë iuſtum eripuit, & collocauit in tuto.

8 Quin potiùs vidi eos, qui * operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, & metunt eos:

9 Flante Deo perijſſe, & * ſpiritu * oris eius eſſe cōſumptos.

Imò verò multis memorijs atque experimentis mihi compertum eſt, impios, qui in * colenda & excolenda iniquitate, velut g frumentatione, operam & impenſam ponunt (nam iuſti etiam virtutis & pietatis cultores, meliore ſunt, & quaſi is, qui arat & qui ſeminat, accedunt ad ſapientiam, & ſuſtinent bonos fructus illius) illos (inquam) qui dolorem acerrimum & incredibilem animi afflictionem atque ſollicitudinem ſeminant, dum iniquitatis iniuriæ proximorum, tyrannidis, & ſcelerum omnium ſementem faciunt, non niſi dolores & calamitates demetere, atque percipere, vt quorum manus reddant eis laborem ſuum. Miſeri enim illi in vnam voluptatem inhiant, ſed hæc (proh dolor) cum dolore & labore coniuncta eſt. Quid, quod ſi ex voluptate nihil, niſi doloris fructus percipitur, dolorem & cruciatum fuiſſe oportet, quod ſeminatum eſt; nam ſeminis, atque fructus ratio vna eſt, eademque natura. h Inſuper falluntur miſerè nam cum indulgent voluptatibus, non has ſeminant, quas conſectantur & deuorant; ſed dolores, & corporis macerationem, a quibus abſtinent. Cùm e contra iuſti lachrymantes ſuam ſementem faciant gaudij & voluptatis; quæ dum viuunt, contingere, & in ſuos vſus conuertere non audent, mortificationem tantum in ſuo corpore circumferentes. Perdit igitur illos Deus iniquitatis agricolas ſuo ſpiritu, vnico verbo, & tenuiſſimo flatu, veluti inſtar * venti vrentis, cui fruges abſumere, & perurere ſolet, areſcit, & decutit, penitus eradicat, & conuellit. * Sentiet itaque qui alijs iniurius extiterit, Deum vehementer iratum ardentibus in eum oculis, turgido & inflato naſo, & toto ex ore vindicta, & indignatione emicante, qui inanes omnes impiorum ſpes, tumidum faſtum, vaniſſimas cogitationes ad nihilum redigit.

10 Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonis contriti ſunt.

Hæc cum veriſſima ſint, tuque ipſe tam acerba patiaris, fieri profectò aliter non poteſt, quin non Rex pater, ſed Tyrannus hoſtis erga tuos extiteris, ad inſtar ſæuiſſimi l leonis rugientis; comparemque habueris leænam frementem, ſimulatque filios leunculos, videlicet humani ſemper ſanguinis ſitientes. An non tuæ iſtæ grauiſſimæ querimoniæ, aſperrimæque voces, rugitus leonini ſunt? An non illæ horriſonæ voces, truculentaque reſponſa, quibus tuorum ſupplicantium preces excipiebas immaniſſimi animi feritatem, famem, ſæuitiam ſignificabant? Nam ſicut fremitus leonis, ita & ira Regis. Sed quid leonem dico? leoninum genus ignotum, & longè truculentiſſimum, Pantheren, Aſpidem. quid quoque vocem dico? imò tonitrui fragorem terrificum. Viguit quondam tua iſta ferocitas velut adoleſcentioris leonis, cuius celeritas, ſæuitia, induſtria in venando maxima, dentes ſerrati, fortiſſimi, maximè diuturni. Sed euulſi ſanè ſunt, contuſi, comminuti; molas & dentes caninos leonum confregit præpotens Deus. nulli iam tibi miniſtri, nulli filij prædæ conſortes, & ſcelerum conſcij.

11 Tigris perijt eò quòd non haberet prædam: & catuli leonū diſſipati ſunt.

Eo iam redactus es, quò te tua ſuperbia, atque tyrannis adduxerit. vt velut leo Senex, edentulus, venandi impotens, omni filiorum atque famulorum præſidio deſtitutus, fame & ſqualore conficiaris. Illud quoque ad leonum crudelitatem adiecitti maculoſæ tegmen Tigris, videlicet mille aliorum ſcelerum labes, atque hypocriſis, & ſimulatæ ſanctitatis varietatem quandam tar-

g Allegoria ſpiritualis animorū culturæ. Vt impius agricola ſit; item iuſtus, quam terram excolat vterque, quam ſementem faciat, quam meſſem demetat, quæ ſacie. v. 8. nu. 2. 3. 9.

h *Proponitur opportuna dubitatio, cur voluptuarij homines dicantur ſeminare, meterèq; dolores; & cum vtilitate ſoluitur. v. 8. nu. 5. 6. 7.*

i *Quid dicatur ſpiritus oris, aut naſi (vt in Hebræo legitur) pauca quædam ex Philoſophia, & ſacris. v. 9. nu. 2.*

l *Multa de leonibus ex ſacris, & prophanis. Multa quoque de rugitu toto v. 10. vt tyrannus leonem referat. nu. 1. & 2. 5. 6. Omnia hæc leonis nomina cadere in tyrannum. nu. 2. Cuiuſmodi illius rugitus ſit, & quo tempore edatur. num. 4. 5. An nomine leonis multa ferarum genera intelligi oporteat nu. 3. de dentibus leonis peculiaria quædam num. 7. interim multa ad mores opportuna.*

ctæ ſyn-

ctæ ſynceræque ſimplicitatis prorſus expertem. Quapropter appellarim te *m* Myrmicoleonem, qui iam videaris formica, ſimulata pietate, iam leonem te prodas, qui ſemper fuiſti. Propterea quoque leonini illi tui filij diſiecti, proſtratique ſunt; nemo tuorum tibi adeſt, diſſipata eſt tua illa ſuperbiſſima familia, atque funditus euerſa.

m De Myrmicoleone, quē legunt Septuag. cuiuſmodi animal ſit, quædam ex ſacris & propbanis, tum ad rem ipſam, tum ad allegoriam. V. 11. nu. 3.

n An hæc narratio Eliphaz veram reuelationem, & diuinam contineat, diſſeruntur. V. 12. nu. 2. 3. 4.

n Rem narro veriſſimam, & diuino confirmatam oraculo, cui te attentum præbe, o Iob, nam quod * te tuique ſimiles latere arbitror, mihi de te, deque tua iſta inſolita clade cogitanti diuinitus reuelatum eſt; ſed ita tamen vt externæ cuiuſdam imaginis valde obſcura & confuſa cognitione obuelatum proponeretur. Clam igitur atque latenter rem totam percepi, nam vix bene pauit oculos conſpectu rei mihi obiectæ, vix cordis aures exſaturauit tenuiſſimo ſibilo diuinæ vocis. Quemadmodum enim in intempeſtæ noctis ſilentio ſoni circumcurſantis, aut flatus ruentis motionem ſentimus, ipſum contueri non poſſumus; ſic de Deo mihi cogitanti, cum illum inueniſſe me credo, tunc elabi ſolet maximè.

12

Porrò * ad me dictū eſt verbum abſconditum.

& quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurri eius.

In nocte igitur, cùm horrifica ſolent viſa occurrere, & cogitationes incidere plenæ timore, tunc quoque obiecta mihi per ſummum *o* timorem ſpecies quædam eſt. expaui, contremui, perterritus ſum, iniectumque diuinitus eum terrorem credo, quò ad diuinum oraculum excipiendum, tremendamque diuini ſpiritus præſentiam me compararem, & longè infirmum, indignumque agnoſcerem. Angelus itaque diuinæ præſentiæ nuntius & index, externa quadam ſpecie egreſſus eſt ante meum conſpectum, tum etiam vehementior quidam ventus in faciem meam agitatus incubuit, frigui præ ingenti timore; ſtrictis præ frigore pilorum radicibus, ſtetitque coma, atque hiſpidus inhorrui totus.

o Vt ſoleat diuinā reuelationes initio comitari timor quidam. Et de regula dignoſcendi veros, à falſis ſpiritibus. V. 16. nu. 5.

13

In horrore viſionis nocturnæ

quando ſolet ſopor occupare homines,

14

Pauor tenuit me, & tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt.

15

Et cum ſpiritus me præſente tranſiret, inhorruerunt pili carnis meæ.

Conſtitit ante me vmbra, cuius figuram, aut vultum clarè atque diſtinctè perſpicere nequiui; tandem ſubſequuto ſilentio, tenuiſſimam, placidiſſimamque vocem, inſtar leniſſimæ auræ excepi animæquior factus, & diuina viſitatione recreatus, quæ & de diuino ſupremi illius numinis candore, & de humanis ſordibus ſic me admonuit;

16

Stetit quidam, cuius non agnoſcebā vultum.

imago coram oculis meis.

Nunquid miſellus homo ærumnoſus atque peccatis obnoxius, ſi ad diuini iudicij trutinam examinetur, iuſtus inuenietur? An coram immenſa luce, vel homo ſanctiſſimus inter mortales, non erit obſcuriſſima caligo, & craſſiſſimæ tenebræ? An poſſit eſſe æquus inter homines iudex, qui cùm iuſtum minimè iniuſtè damnet; is nunc vllam iniuſtitiæ maculam Deo ſupremo iudici tentet aſpergere, quod innocentem vnquam ſupplicio affecerit? An quis ſibi de ſua innocentia & ſanctitate blanditus, ſupplicijs à Deo & verbere affectus, litem audeat Deo intendere, atque in iudicium vocare, quòd minimè incorruptè erga ſe iudicium exercuerit; atque in ea cum Deo lite ſibi pollicebitur fore, vt à ſe iuſtitia ſtet, & in cauſſa contra Deum obtineat? * Itane creatore ſuo nitidior & defæcatior creatura erit, & factori ſuo obloqui, & cum illo expoſtulare audebit, Cur feciſti ſic?

17

Nunquid homo Dei comparatione iuſtificabitur?

* aut factore ſuo purior erit vir?

Certè ſupremi ipſi ſpiritus, & Dei miniſtri, quorum præſtans atque preclara natura, & conſtitutio eſt, *p* nihil ex ſe boni habent, nullam viuendi, nullam conſiſtendi ſtabilitatem, neque firmitatem, niſi à Deo creatore, & bonorum omnium auctore fulciantur & confirmentur: multò igitur minùs habebit luteus homo, de quo, aut gloriari, aut conqueri meritò poſſit aduerſus optimi, atque ſapientiſſimi conditoris ſui prouidentiam, & adminiſtrandarum rerum ſtatum, legitimamque legem. * Quid quod propter inconſtantiam & inſtabilitatem multi ex illis à Deo defecerunt; & qui, pro ſuo munere ſeruiendi & miniſtrandi ſupremo rerum omnium Domino, maximè fideles eſſe debuiſſent, minimè fideles, conſtanteſque fuerunt, ſed apoſtatæ & deſertores, & qui prauitatem conſectati fuerint, atq; in illos inquirens Deus, inuenit ſanè, quæ ſupplicijs æternis digna eſſent facinora.

p Quid ſtabilis, quid prauitas hoc loco, & in ſacro Sermone paulo accuratiùs explicatur. V. 18. nu. 3. & 4.

18

Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles.

* & in angelis ſuis reperit prauitatem.

Quanto igitur faciliùs deficiet homo, & labetur in peccatum, qui natura ſua fragilis, atque labilis eſt? Certè quidquid in an-

19

Quantò magis hi, qui habitant domos luteas.

gelis, quidquid in hominibus laudis, lucis, gloriæ eſt, id à Deo datum & profectum eſt. Quidquid tenebrarum, ignominiæ, dedecoris; ex ipſis creaturis originem habet. Quorſum igitur, ó Iob, tuorum morum candorem & integritatem tam temere commendes, & iactes; qui non alterius naturæ, aut nobilioris ſis materiæ, quam cæteri mortales, quorum præclara pars, animus videlicet, q lutea corporis domo veluti carcere incluſa cuſtoditur, ſordido planè vilique domicilio, & ad paucos dies vitæ vaniſſimæ comparato: cùm longè præſtantiores illi cæleſtis empyrei domicilij habitatores ruerint ex tanta faſtigij altitudine præcipites in profundiſſimum baratrum. Sentito de te, o amice, ſubmiſſiùs; habemus namque, qui homines ſumus, ex luto & puluere viliſſimo primam originem, cui tam imbecillo fundamento totius humanæ vitæ moles, & momentum innititur, nihil igitur mirum, ſi, quod ipſi ignoremus, occultis peccatorū tineis & blattis arrodamur, & conſumamur, quàmuis fulgeamus externa ſpecie ſanctitatis. Nihilque præterea mirandum, ſi occulto pariter iudicio, ſed ſupplicio omnibus conſpicuo Deus nos deijciat, atq; peſſundet. ſic tamen prodimur, qui ſimus, qui fuerimus. Interim dum non reſipiſcimus, ſæuit in hanc vitam, alioqui breuiſſimam, diuina vindicta, atque noſtræ infirmitatis obliti, noſtrorumque lapſuum neſcij, & diuini ſupplicij contemptores abeunt impij in æternos cruciatus, vniuerſa poſteritate, opulentia, ſplendore penitus ablatis, tantæ ſtultitiæ æterna morte pœnas meritiſſimas luentes.

q *De lutei noſtri corporis domo pluſcula. & de comparatione cum angelorum domicilio V. 19. num. 3. & 4.*

qui terrenum habēt fundamentum, conſumentur velut à tinea?

20

De manè vſque ad veſperam ſuccidentur: & quia nullus intelligit, in æternū peribuut.

21

Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis. Morientur, & non in ſapientia.

CAP. QVINTVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Ex reuelatione atq; oratione ſuperiore conficere nititur Eliphaz Iobū puniri à Deo propter peccata, quorum indicium ſint ea, quæ ſurrera ſibi videntur, atque indignatio; atq; bene illi futurum, ſi ſe Deo ſupplicem præbeat, qui proſternit ſuperbos, humiles vero erigit, & locupletat bonis omnibus.

I. Voca ergo, ſi eſt, qui tibi reſpondeat: & ad aliquem ſanctorum conuertere.

1 *Non parua interpretum varietas, quid vocare in Hebræo.*
2 *Aliorum interpretatio.*
3 *Præfertur cæteris D.Tho. expoſitio de ſanctorum inuocatione. Vocare ad orationem etiam pertinere.*
4 *Particula, ergo, quæ proprietas ex Hebræo. Quid Hoſanna.*
5 *Qui appellentur Sancti. totius ſententiæ paraphraſis*

1 Multiplex huius ſententiæ acceptio. HAEC QVIDEM SENTENtia alioqui facilis, & nullis vecum difficilium nodis adſtricta; ſed in quam cadant tot interpretationes, quod interpretũ capita; verùm indicandæ breuiter, ſunt enim ad rem oẽs. Quidam per Ironiã cum irriſione quadã, & inſultatione dictum accipiunt. Alij ſeriò; & ex illis vidétur eſſe Greg. Polychron. Interlin. Caiet. nõ vna tamen oẽs ratione. Caiet. ad hunc ferè modum, Voca nunc defunctum aliquem, quamuis ille ſanctiſſimè vixerit, qui tuas partes agat, ſcilicet; reſpõdebit profectò tibi nemo, vt pote quorum animæ ſimul cũ corporibus interierint. Impoſuit nunc quoque Hebræus ille Caietano. nam, niſi quæreret, ex his verbis illum errorem elicere nõ poterit. Polychron. & Interlin. amarulentius (Greg. Philip. Polychro. Interlin. Caiet. Eugub.) Non ſolùm quod impiè vixeris, ſed quod ea orationis aſperitate vſus fueris, dignus non es, cui ſancti inuocati adſint; aut faciles & benignas angelorũ aliquis tuis querimonijs, & precibus aures præbeat. Grego. adhuc vehementiùs; *Oratio tua exetrabilis erit; quãtumlibet afflictus clames; Deum tibi reſpondentem non habes, quia vox in tribulatione eum non inuenit, quem mens in tranquillitate contempſit: ſanctos quoque inuenire in afflictione adiutores non vales, quos habere ſocios in hilaritate noluiſti.* Philip. & Eug. vt ex ſanctorum teſtimonio (Philip. Eugub.) ſuam ſententiã confirmare velit Eliphaz, Age, adhibe tibi patronum; conueni, cõſule quemquam ex ſanctis; neminem inuenies, qui aliter quàm ego de Dei prouidentia, deq; hominum infirmitate, peccatis, ærumnis ſentiat: nemo tibi prauè, corrupteq; de his rebus iudicãti patronus aderit, vocet; nemo qui tibi reſpondeat, tibi accinat, tuam ſententiam tueatur. in hunc ſenſum poſſet dici, *Voca*, profer nomina, pro (Vocare quid קרא) duc, ſi quẽ habeas, pro tua ſententia: nam *Kara*, quod hic eſt vocare, eſt etiã appellare proprio nomine (*llamarle por ſu nombre*) ſicut Geneſ. (Geneſ. 1. 8.) *Vocauit Deus firmamentum cœlum.* & licet clamare, inuocare, aut prædicare ſignificet, ſemper eſt cum nominatione eius perſonę, aut rei, ad quã loquimur vt Gene. 4. *Iſte cœpit inuocare nomen Domini*, id eſt, publicè, apertè, cõtenta voce, pſalmis & hymnis Dei noiẽ celebrare, & illũ ſuo nomine piè & religioſè inuocare. (Geneſ. 4. 24.) Iſai. 48. *Iſraël, quem ego voco (a quien yo hablo y llamo por ſu proprio nombre)* Pſal. 33. *Iſte pauper clamauit*, id eſt, Deũ ſuo nomine cõpellauit ingenti clamore. (Pſal. 33. 7.) Ab hoc quoq; non multum abludit Polychro. *Age ſi ſententiæ tuæ, contetem mihi profer aliquem.* Olymp. vt ad Iobi faſtum comprimendum dicat (Polychron. Olymp.) Eliphaz, poſtquam diſputauit de humana imbecillitate; *Quid præter dignitatem loqueris homo inferior Deo, vt non ſolùm videre illum, nec cõprehendere queas, ſed etiam vt nec à te millies inclamatum, ſit reſponſurus: quid loquor Deum, quandoquidem nec eius angeli in noſtrum poſſunt aſpectum incurrere?*

2 Poſſunt præterea arrogãtis verba eſſe, & de reuelatione ſibi facta gloriatis, Ego nõ ex meo cerebro loquor, ſed diuinũ oraculũ profero: ſi quid tu ſimile habes, proferto, ſi nihil eiuſmodi habeas, obmuteſcere debuiſſes. Huc pertinet, quod Lyranus ait: Si nondum quæ audiſti, (Lyranus.) intelligis, pete à Deo, vt tibi facilem mentem immittat, quo audire & intelligere velis, & poſſis. Paulò ſecùs, vt ſit impatientiæ Iobi reprehenſio quædam, & eius ſanctitatis confutatio ex ſanctorũ exemplis, qui in laboribus & ærũnis ſuſtinentiã non amiſerũt; Repete omnium ſæculorũ memoriam, & ad omniũ ſanctorum vitas actaq; contemplanda te conuerte, vehementer afflictos inuenies, ſed afflictionis, & laboris impatientes nõ inuenies. Forte vero proponit Abel, Noe, Abraham, Iſaac, Iacob.

3 Sed tandẽ ſapienter D. Tho. ſentẽtiam hanc (D. Thom.) ad orationẽ pertinere voluit; Si meis dictis fidẽ non adhibeas, vel nõ ſatis perſpicis, quæ dixerim, pete à Deo, vt te de vera, rectaq; ſententia inſtruat, & quo faciliùs obtinere poſſis, ad aliquem ſanctorũ te conuerte, qui te ſua quoq; oratione, & interceſſione adiuuet. vel potius ad rẽ ipſam; Satius tibi erit humiliari ſub potenti manu Dei, & adhibere ſanctorũ inuocationem, & preces, qui Deum tibi iratũ placent, & concilient. Hic ergo ſenſus contemnendus non eſt; tum quòd rei præſenti congruat; tum quod ſanctorũ inuocationem aduerſus noſtri (Inuocatio ſanctorum.) temporis hæreticos planè cõfirmet. nam quod ſupponitur, ſanctorum inuocationẽ piam, vtilemq; nobis exiſtere, indicatur quidem fuiſſe tum in cõſuetudine, tum etiam in fide receptã: & quòd, nõ Iobi, ſed Eliphaz verba ſint, nihil de loci auctoritate detrahit, vt ſupra docuim⁹: (Verbum vocandi ad orationem pertinet.) & fauet ſanè ipſum *vocãdi* verbum, quod etiam inuocare eſt, & cum oratione & precibus clamare Pſal. 118. *Clamaui ad te, ſaluũ me fac.* Iob. 12. *Inuocabit Deum, & exaudiet eum.* Hoſeæ. 8. *Ægyptum* (Pſal. 118. 145. Iob. 12. 4. Oſeæ 7. 11.) *inuocabant.* Fauet præterea particula (*ergo*) quæ in fonte eſt (*na*) vel (*ana*) eſtque particula adhortantis, vel obſecrantis; & eſt aliquando (אנא נא) inferioris erga ſuperiorẽm; vt Pſal. 77. *O Domine ſaluũ me fac*; Hebraicè additur in fonte (*na*) ob- (Pſal. 117. 25.) ſecro ſic legit Hieron. *Salua obſecro.* ſic dicebat populus: *Hoſan-na*, ſalua obſecro. eiuſdẽ quoq; (Quid Hoſanna.) ad ſemetipſum; Cant. 3. *Surgam & circuibo ciuitatem* in Hebr. Surgam ergo, age iam, quid ni (Cant. 3. 2.)

ſurgo? quid moror? & ſuperior ad inferiorē, quaſi iubentis, Exod. 11. *Dices ergo (ita) omni plebi.* (Exod. 11. 2.) hortatur, iubetq; vt cōfeſtim dicat & iuſſa deferat, & exponat; *Voca ergo* (inquit Eliphaz) Quid moraris opem implorare ſanctorum? tibi aliorum orationibus, & precibus opus eſt.

5 (Auguſt. LXX.) *Sanctorum* autem nomine Auguſtinus angelos intelligit, quorum ſanctitas antiquior & excellentior ſit. ſic quoq; Sept. *Inuoca, ſi quis tibi reſpondeat, vel ſi quem angelorum ſanctorum aſpicias.* ſimiliter angelos intelligunt c. 15. *Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis*, (Iob. 15. 15.) fortè quod tunc angelorū patrocinium frequentibus miraculis confirmatum eſſet, frequenter quoq; illorum apparitiones, ſicut Gene. 48. orat Iacob: *Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis.* (Geneſ. 48. 16.) de quo aptior erit locus dicendi inferius c. 33. ſuper id: *Si fuerit angelus pro eo loquens, &c.* (Iob. 33. 23.) Alij, *ſanctorum* nomine, vel angelum vel hominem iam vita functum; (Titelm.) Alij quemcunq; ſanctum, etiam apud nos degentem; quod amplius exagitat hæreticos, atque hæc quæ diximus vrſiuerit apo ... (Vid. Orant. de locis cathol. li. 3 c. 23) tuerunt in huiuſmodi ſententiam ab Eliphaz conferri. His meis imò diuinis potius oraculis, quibus me præ alijs diuini numinis bonitas dignata eſt, fidem te adhibere oportet, o amice Iob; atque tuæ cauſæ, ſententiæq. diffidere, vt cuius neminem patronū inuenire poſſis, nam, ſi quem habeas, deberes confeſtim proferre, atque indicato ſolo illius nomine te tueri: verùm ſatis ſcio neminem ſanctorum, vel angelorum vel hominum (conſilium enim impiorum longè ſit a me) de Dei prouidentia, de humana imbecillitate, de miſerijs & ærumnis aliter dicturum, aut iudicaturum, quam quæ à me audieris; atque vtinam is tu eſſes, quem Deus, vel angelus ſuo verbo ſuoque oraculo dignarentur, & rei huius reſponſionem & cognitionē poſtulanti, reſponderent. Sed reſpondebunt ſcilicet furenti, & indignanti homuncioni, qui cum è poteſtate, id eſt mente, & conſilio exire viſus fueris, ea verborū acerbitate, & orationis aſperitate inſolescas, vt minime faciles iam nunc ſanctorū angelorum, ne dum diuinas aures, quæ miſero cuiq. nunquam non patuerūt, tuis orationibus, & obſecrationibus (quamuis multas & importunas adhibeas) habiturus ſis. Sed nō ideo ceſſandum tibi ab oratione, & inuocatione ſanctorum fuerit; hæc enim extremum remedium in tua iſta deplorata calamitate fuerit, vt & obtinere forte poſſis meliorem mentem, & ſanius, incorruptiuſq; de rebus iudicium; atque Deum tibi iratum, & miſtis rationibus infenſum, æquum, mitem placatum illi ipſi efficiant. (Totius ſententiæ, atque omnium interpretatio nū collectio.)

II. Verè ſtultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia.

1 *Verè legendum ex correctione Vaticana. quæ illius particulæ vſus, & proprietas.*
2 *Quid ſtultus; & quæ ſtultitiæ gradus, etiam ad ſermonis vitium pertinet. explicant Zachari. Sapiens. Paulus.*
3 *Impatientia cum ſtultitia coniuncta.*
4 *Superbia ſtultitia quædam eſt. ex Paulo.*
5 *Ira actiuè, & paſſiuè. explicatur Salom. & Eccleſiaſticus.*
6 *Ira & inuidia extremæ paſſiones. Quis propriè dicatur paruulus ex Hebræo.*
7 *Multa in paruulo conſiderari opportuna ad rem. Dicuntur iracundi & inuidi, & pueriliter ſplendida quæque concupiſcentes. Impij deſiderijs puniuntur, cruciantur etiam iiſdem. Explicatur Ioannes.*

1 PERSTAT Eliphaz in probando ſuo illo inſtituto, videlicet ſuperbos, & potentiſſimos, atque opulentiſſimos quoſque ex impijs perdi a Deo, tum etiam calamitatum impatientiam ſceleratæ prorſus vitæ, & morum corruptiſſimorum argumentum eſſe. nec non etiam illud, quod cap. præcedenti propoſuerat, neminem eſſe, qui de ſua innocentia gloriari apud Deum poſſit, cum proni ſimus ad malum omnes.

(Particula verè. כי) *Verè*, Siue *virum*, cum alijs codicibus, ſiue *verè* legas, ſenſus idem. ſed *verè*, correctior lectio Vaticana. In Hebræo particula cauſſalis (*chi*) quia: Septuag. *etenim.* ſed aliquando affirmantis eſt, & redditur *Iuſte*. Geneſ. 27. *Iuſte vocatum eſt nomen eius Iacob.* id eſt, verè, merito. & 2. Reg. 23. *Inter tres* (additur in Hebr. *Chi*, vtiq. verè, ſane) *nobilior.* ſic etiam infra redditur, *quidem* cap. 14. *Tu quidem greſſus meos dinumeraſti.* eleganter igitur hic redditur *verè*. (Geneſ. 27. 36. 2. Reg. 23. 19. Iob. 14. 16.)

2 (Stultus quid propriè. אויל) *Stultum.* In fonte *Euil.* cùm multos autē ſtultitiæ gradus multis quoque nominibus exprimant ſac. literæ, certe *Euil*, in eo gradu videtur eſſe, vt ſit temerarius, audax, imprudens, percitus immoderato quodam affectu, & inſania, impatientia, aut ira; multa quoq; per furorem effutiens Hiſpanè, *vn atronado, deſatinado, arrebatado.* Ea vero nominis ſignificatio, & vis colligitur ex Zach. 11. *Sume tibi vaſa paſtoris ſtulti*, non quidem rudis, & ignorantis, ſed temerarij, audacis, furentis, per ſummam crudelitatem gregem non moderantis, ſed perdentis; videlicet ſingeſſe pedum, nō quo detineat oues, ſed quo velut iaculo vulneret, & configat; & velut fuſte tundat & cōfringat, & pro oleo, & reliquis inſtrumentis boni paſtoris, aſſumat arma, gladium, lapides, ad perdendas, & mactandas; ſicut de ſtultis paſtoribus dictū eſt Ezech. 34. *Cum auſteritate imperabatis eis, & cū potentia.* & Prouerb. 14. *Sapiens mulier ædificat domum, inſipiens* (Iueleth) *manibus deſtruet*; videlicet quia temere agit omnia (*atonada, y aloca*) & paulo inferius; *Impatiens operabitur* * *ſtultitiam.* pertinet etiam ad temeritatem, & audaciam loquēdi; quod Paulus appellat *Stultiloquium.* & ſic Marc. 7. hæc tria coniunguntur, *ſuperbia, blaſphemia, ſtultitia.* nempe temeraria verba cum excandeſcentia, & Dei contemptu. Similiter explicatur hæc temeritas Holeæ. 9. *Scitote Iſraël ſtultum prophetam, inſanum, virum ſpiritualem*: id eſt, multa effutiente temerè inſtar inſanientis, & furore quodam, aut ſpiritu perciti: qualis & Paulus viſus eſt Feſto Act. 26. cum de diuinis rebus multa diſputaret. *Inſanis* (inquit) *Paule, multæ te litteræ ad inſaniam conuertunt. Non* * *inſanio* (inquit) *optime Feſte, ſed ſobrietatis & veritatis verba loquor.* Ergo hoc (Zach. 11. 13. Ezech. 34. 4. Prouerb. 14. 1. Prou. 14. 17. *Vn hombre muy ſultado haze locuras y deſatinos. Epheſ. 5. 4. Marc. 7. 22. Stultitia ad ſermonis vitiū refertur. Hoſeæ. 9. 7. Act. 26. 24. *No diſparo ni me alargo en hablar.)

antes me ato muy corto.

loco *ſtultus* erit impatiens, præ animi indignatione, & temeritate, multa loquens cum audacia, & contemptu diuini numinis. & ita, cum hac *ſtultitia* rectè iungitur, *iracundia*, & ingens præterea damnum, quod eiuſmodi furor ex inſania impatientis animi ſibiipſi affert. ſicut à Sapiente, Prouerb.19. dictum eſt: *Stultitia hominis ſupplantat greſſus eius, & contra Dominum feruet animo ſuo.* (Prou.19.)

3 Illud quoque ad inſignem ſtultitiam pertinere videtur, ſuperbe & impatienter reſpuere velle, quas Deus ad ſuperbiam & impatientiam comprimendas immittit calamitates; nam ea ratione non deferuet diuina vindicta, ſed multo acrius inflammatur, ſi peccator punitus adhuc ſuperbiat, & ſtimulatus tunſuſque, velut ineractans equus ferociat. quæ videtur eſſe illius Prouerbij ſententia vſurpati ab ipſo Deo, Actor.9. *Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.* videlicet quadrat in eos, qui eum prouocant, qui laceſſitus amplius nocere poſſit, atque in eos ſimiliter, qui cum ærumnis & laboribus reluctentur, non ſolum non effugiant illa, ſed vehementius augeant, vt ille dixit: (Act.9.5.)

Euripid. in Phorm.

Inſcitia eſt aduerſus ſtimulum calces.

De iracundia verò inſoleſcentis aduerſus Deum hominis Euripides eleganter.

Euripid. in Bacchid.

Potiùs ſacra illi fecerim, quàm calcibus
Stimulos ferire coner iracundia
Ciens in Deum, mortalis ipſe cum ſiem.

Prou. 25.15.
* Paciencia y hablar mato amanſan el enojo y colera del principe.

Quare ſanius id Sapientis conſilium Prouerb 25. * *Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringit duritiam.*

4 Can es impaciencie & iracundiæ ſymbolum.

Eſt verò vt indicauimus, cum impatientia ærumnarum coniuncta ſuperbia, quæ cum inſigni etiã ſtultitia coniuncta eſt. Quemadmodum enim canes, qui impatientiæ & iracũdiæ ſymbolum ſunt, pariunt catulos cæcos, ita iracundi & impatientes atque ſuperbi edũt dicta, conſiliaque, cæca, planeq; ſtulta. Quare inter eos, qui metas rationis facilius prætergrediũtur, ſuperbi, & irati ſunt, vt docet Ariſtot. Rem eleganter explicuit Chryſoſt. ſuper cap.11. 2.ad Cor. nam inanẽ gloriationem appellat eo loco Paul. *inſipientiam. In inſipientia dico, plus ego.* Et: *Accipite modicum quid inſipientiæ meæ*, & rurſus: *Libenter ſuffertis inſipientes, cùm ſitis ipſi ſapientes.* qui enim humiles ſunt & iniuriam, atque perſecutionem patienter perferunt, ijdem, & ſapiẽtes ſunt. qui vero iniurij ſunt, atq; ſuperbi, ijdem inſipientes, vtriuſque videlicet, & ſapientiæ & inſipientiæ rationem, explicationemq; ſubiungit Paulus: *Suſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur.* Vtriuſq; tum ſuperbiæ, tum ſtultitiæ Nabal exemplum eſt inſolenter & temere multa effutiens, *& ſecundùm nomen ſuum ſtultus.* (Ariſtot.5. Ethic.cap.6. Chryſoſt. 2.Cor.11.21. 16.19. 1.Reg.25.25.)

5 כעס

Iracundia. à verbo (*Gaghas*) quod eſt iraſci, indignari, prouocare ad iram & indignationem. quare iracundia poteſt accipi vel actiue, videlicet pro prouocatione iræ alterius, vel paſſiuè pro ira, qua quis exardeſcit, Deut.32. *Propter iram inimicorum diſtuli* (id eſt, propter irriſionẽ, aut prouocationem meæ potentiæ, & irritationem meæ iræ) *ne fortè ſuperbirent hoſtes eorum* (ſi enim illi ſuperbiant, iraſcar, excandeſcam, irritabor) Prou.27. *Graue ſaxum, & onero ſa arena,* * *ſed ira ſtulti vtroque grauior.* eſt namq; moleſtiſſimum cum illo agere, qui te verbis, factiſque ad iraſcendũ prouocet. Hac etiã ratione Chaldæus, & Olymp. actiue accipiunt hoc loco *iracundiam*, diuinam videlicet, quam impius impatiens atque ſuperbus prouocat. vide inferiùs, cap.36. *Simulatores, & callidi prouocant iram Dei.* (Deut.32.27. Prou.27.3.)

* Lo mas peſado de ſufrir en el necio, ſon las occaſiones en que os pone de enojatos y deſcõpuoetos.
Chaldæm.
Olympiod.
Iob 36.13.
Pſal.6.8.

Sed lenior & congruentior ſenſus, ſi paſſiue ſumatur; exempla mille, Pſal.6. *Turbatus eſt à furore,* (iracundia, mœrore, dolore, nam hæc omnia cadunt in vocem originalem) * *oculus meus; inueteraui inter omnes inimicos meos.* ante ſenectutem conſenui, incanui oppreſſus ab inimicis; ſenectus non ex annorum, ſed ex perſecutionum multitudine, & grauitate. Similiter igitur hoc loco, *iracundia*, nimius dolor & impatiens ſtultitia, diuinæ prouidentię lugubris, triſtis, irata criminatio, *interficit ſtultum* (el miſmo ſe deguella) ſicut dicitur, Prouerbiorum 1. *Auerſio paruulorum interficiet eos, & proſperitas ſtultorum perdet illos.* id eſt, ſtulti quidquid agant ſibi ipſis exitio ſunt, ſiue malum fugiant, ſiue ab illo auertantur; peiora ſemper eligunt, meliora fugiunt. ita hoc loco *interficit*, perdit, exitio, & morti eſt. idem Eccleſiaſt. docuit cap.1. *Qui ſine timore* (reuerentia, & pio in Deum affectu) *eſt, nõ poterit iuſtificari.* (in multa peccata incidet) *Iracundia enim animoſitatis illius*, (Septuaginta, *Impetus iræ eius.* Compl. *Indignatio iræ eius*, (id eſt, procliuitas in iraſcendũ impatienter, temeritas) *ſubuerſio* (ad multa tum peccata, tum dana) *illius eſt.* Sententiam integram expoſuit per paraphraſim lectio Tygurina, neque incõmodè. *Religio Domini peccata expellit; & quando præſens eſt iram arcet. vir iracundus non poterit cenſeri iuſtus; nam ruinam ei creat ipſius ad iram procliuitas.* Vides vt veriſſimis ſententijs vtatur Eliphaz, ſed abutitur tamen contra Iobum.

* A los ojos, y a la cara me ſalen mis enojos, y mis penas me tienẽ viejo antes de tiẽpo.
Pſal.6.8.
Prou.1.32.
Eccleſ.1.28.
LXX.
Tygurin.

6 Ira & inuidia extremę paſſiones.

Et paruulum. Per *ſtultum & paruulum*, tam diuites, quam pauperes intelligunt Diuus Thomas, & Caietanus, & per *iram & inuidiam*, quæ ſunt quaſi extremæ paſſiones, atque vitia (nam ira & ſuperbia ad elationem, & magnitudinem animi, inuidia ad puſillanimitatem, & paruitatem pertinet (omnia alia vitia, quæ media ſunt, intelligi volunt, quaſi dicat; Non eſt, qui non peccet, & alicui paſſioni, & vitio obnoxius non ſit. nam ſi diues ſit, ſuperbit & iraſcitur: ſi pauper, inuidet. Sed melius vt omnino eundem impium, tum iracundiæ, tum inuidiæ notet: & vtrunque ad Iobum referat: ſicut etiam non tam in inuidia aliquis Dei zelus in hominem & odium in improbos conſiderandum eſt, vt auctor Catenæ voluit; quàm ipſius inuidi hominis, inuidiæque ingenium & vitium, vt cum ſuperiori iracundiæ vitio congruere poſſit.

פתה Quid propriè paruulus.
פתי

Eſt autem *paruulus* hoc loco à radice (*Pathah*) quod eſt verbis pellicere, lactare, ſuadere, inclinare ad ea, quæ ſunt præter veritatem, ſeducere, perſuadere. Inde (*Pethi*) *paruulus*, quòd aliquando vertit Vulgatus, *Innocentem*, ali-

Prou.14.15. quando *ſtultum*, & Prou.14. videtur vim nominis exprimere: *Innocens credit omni verbo*, quare *paruulus* eſt, qui facilè dolis, fallacijs, bláditijs credit & capitur, flexilis, credulus, qui inclinat facilè ad ea, quæ audit, vel videt, perſuaſibilis, huiuſmodi enim eſt paruulus ætate, & ſenſu. *R. Dauid.* Rab. Dauid; *Qui declinat cor ad ea, quæ ſunt præter rationem & veritatem.* *R. Mardoch.* R. Mardochai in ſuis concordantijs: *Qui credens omnibus facilè perſuadetur, & flectitur ad omne verbum.* *LXX.* Apud Septuag. eſt. *errans*, *Aquila.* apud Aquilam: *illecebris deceptus*, apud *Symmach.* Symmachum, *imprudens*, *paruulus*. *Regia.* Regia dixit; *ac delinitus*, ad genuinam vocis ſignificationem non multum; ad rem verò parum, vt videtur, accommodatè. Similis ſoni, & ſignificationis *πειθώ.* apud Græcos (*Pitho*) Suadela, vis perſuadendi. *πειθήμων.* &, *Pithémon*, moriger, qui facilè & lubenter obſequitur, & paret. *LXX.* *Inuidia* autẽ ſeu, vt Septuag. dicunt, *zelus*, eſt ardor quidam vrens animum, indignabundus & contentioſus, quo quis alijs inuidet bonum, quod ſibi ſoli concupiſcit.

Quid ſit inuidia aut zelus

7 Ex tanta igitur illius radicis fœcunditate, atque ex *paruuli* conſideratione per ampla multi ſenſus pullulant ad rem præſentem opportuni.

Multa in paruulo conſiderati ad rẽ præſentẽ opportuna.

Paruulus puſillo animo.

Primò ergo quidem in *paruulo* puſillum omninò animum ſignificari, dicit: atque eum inuidere homini inuido, qui de ſua fœlicitate deſperat, dũ alios fœlices videt; exiſtimat enim quantum alij habent, tantundem ſibi auferri. quo notabitur Iob, quod ſuis amicis fœlicitatem inuideat, vt Olymp. indicauit. *Olympiod.* in hoc reſpexiſſe etiam videtur Greg. *Gregor. lib. 5. cap. 31.* *Inuidere* (inquit) *non poſſumus, niſi eis, quos nobis in aliquo meliores putamus. Paruulus ergo eſt, qui liuore occiditur, quia ipſe ſibi teſtimonium perhibet, quòd eo minor ſit, cuius inuidia torquetur. Hinc eſt quod hoſtis callidus primo homini inuidendo ſurripuit, quia amiſſa beatitudine, minorem ſe immortalitate illius agnouit, &c.* plura in hanc rem copioſè & eleganter Gregor.

Diuites iracud. & inuidi

* Soberbia de lo que tiene.

Inuidia de lo que no tiene

Secundo, vt indicetur totam hominis opulenti vitam, & cogitationes vniuerſas, his duobus quaſi cardinibus volui, * *iracũdia, & inuidia*; iracundia (inquam) id eſt, *ſuperbia vitæ*, diuitiarum iactantia, & quæ ex his naſcuntur, temeritate, præcipitantia, ſtultitia, Dei hominumque contemptu: deinde verò *inuidia*, id eſt, cupiditate & deſiderio amplioris fortunę, & inexplebili illa auaritiæ ſiti, fameque ſacra. Sic *Prou. 28.22.* indicatur Prou.28. *Vir, qui feſtinat ditari, & alijs inuidet, ignorat quod egeſtas ſuperueniet ei*, vel in ipſa certè ratione naturali meliùs inſtituti erant Romani, qui cum honorum atque diuitiarum participes eſſent, & ſuperbiæ vitio laborarẽt; tamen, vt auctor libri Machabæorum ſcribit, modum quendam ſibi ſtatuebant; *Non eſt* (in-*1. Mach. 8.16.* quit) *inuidia, neque zelus inter eos.*

Tertio, ad puerilem quidam inſcitiam cum ſtulta ſuperbia coniunctam alij hoc modo referunt; ſtulte & pueriliter diſcruciatur, qui, quæ aliorum bona & fœlicitatem videt, ſibi propter inanem ſanctitatis exiſtimationé deberi exiſtimat, alioſque indignos cenſet, qui illis fruantur. hunc ſenſum indicauit Olymp. *Olympiod.* *Senite* (inquit) *traicerus, atque hic ſtultè vitam inuides, qui vitam iucundè traducunt, quando te ſanctum conſtituis.* Puerorum ſanè propriũ eſt, quidquid in alijs videant exiſtimare ſibi deberi, atque etiam diſcruciari, niſi obtineant.

Philip. Quarto, Philippus puerilem quandam leuitatem viro graui indignam, & nõ alterius, ſed ſui ipſius ſtultam inuidiam intelligit, quas Eliphaz collegerit ex lamẽtationibus capitis tertij. Philippi verba indigna non ſunt, quæ adſcribantur. *Ideo iracundum notat, quia natiuitatis ſuæ diem maledixerit; nam maledictio, ſicubi fit per ſpiritum, prophetia ſine animoſitate, iracundia non eſt; Inuidiam verò dicit, quod ſibiipſi inuideat, quare viuat, & quare natus ſit. Paruulum quoq; cum exprobrat, eo quod puſillanimis ſit, & virilem grauitatem tanta agere lenitate non deceat.* Philip. hæc. *Tygurina.* Tygurina lectio: *Leuem perimit indignatio*, qui ita anguſto pectore, & deiecto animo ſit, vt ſibi nulla in re indulgeat; neque, qua poſſit ratione ſe erigere, & ſuſtentare velit, hic ſui ipſius inuidus eſt, ex Sapientis ſententia: *Qui ſibi inuidet, nihil eſt illo nequius.* *Eccleſ. 14.6.*

Quartò, tandem nonnulli Hebræi, quos affert, ſequiturque Pagnin. imitaturq; in annot. *Pagn.* Vatablus, in *inuidia* illum præcipuè amorem, *Vatabl.* & cupiditatem boni abſentis conſiderant, atque in *paruulo* animum leuem, & facilem ad declinandum in concupiſcentiam eorum omnium, quæ videt; vt qui *concupiſcentia* illa *oculorũ* laboret. Hunc ergo paruulũ oportet deſiderio & priuatione boni diſcruciari, & viſibilia depereuntem perire. Sic Rab. Salomon, in huius *R. Salomon.* loci commentario, ait: *Paruulus eſt vir multi deſiderij, cuius cor inclinatur ad omnes proſperitates, & ſemper remanet cum inuidia & dolore.* in hanc fere ſententiam dicitur, Prou.21. * *Deſideria occidunt pigrum.* deſideria inquam fruendi alieno labore, deperit enim alienos labores, quos ſi non obtineat, perit, & contabeſcit præ deſiderio, & inuidia. *Paruulum* ſimiliter *occidit inuidia*; nam illi dolent oculi, & marceſcit aliorum rebus opimis; nam ex hoc perpetuo deſideriorum & inuidiæ æſtu, fit interius quidam longè acerbiſſimus impiorũ cruciatus, cùm nihil aliud illis tribuere videatur mundus, quàm eiuſmodi deſideriorũ & inuidiæ occaſiones. Dicente Ioan. Apoſt. *Omne, quod eſt in mundo* (quidquid impij ex mũdo habent) *aut eſt concupiſcentia* (miſerum, nam poſſeſſio bonorum, experientiaque diſplicet; concupiſcentia verò etiã excruciat) *carnis*, (eorum, quæ ad carnem pertinent, quibus ſuſtentatur & pingueſcit; cibus, potus, concubitus, aliæque id genus voluptates) *eſt & concupiſcentia oculorum* (eorum, quæ ſplendent, & oculos pelliciunt, & paſcunt voluptate, opes, aurea ſuppellex, ſpectacula magnifica, fumoſæ maiorum imagines, ſtemmata nobilitatis, aſſeclarum, & clientum ampliſſimus comitatus) *& ſuperbia* (faſtus, ſtrepitus, inſolẽtia) qua quis honores, & dignitates mundanas ambit) *vitæ* (victus, humanæque, & mundanæ conſuetudinis) *quæ* (ad omnia præcedentia refertur) *non eſt ex Patre.* Hinc videas quidquid mundus præter deſideria habet, aut nihil, aut valde vile eſſe. Quare ſapienter Gregor. dixit: *in his mundi delicijs appetitus* (concupiſcentia, deſiderium) *placet; experientia diſplicet.* Tota ergo impij hominis vita videtur ex deſiderijs cõpoſita,

* El holgazã muere por gozar de ſudor ageno.

Impij ſolis deſiderijs cruciantur.

1. Ioan. 2.16.

Greg. hom. 36. in Euang.

vt quo-

vt quodammodo hominem dicere, & diffinire poſſis, *virum deſideriorum*, neque alium eſſe deſiderandi præſtitutum finem, quàm mortem, ſicut ſcriptum eſt: *Mortuo homine impio nulla erit vltra ſpes, & expectatio ſolicitorum peribit.* vides tu ſpes vaniſſimas, ſolicitudines anxias, quibus cum vita finem non imponit, ſtatuet profecto mors. quare etiam dicitis, * *Deſideria occidunt pigrum*; id eſt, deſideria illum comitari vſque ad extremum halitum. Quare Paulus deſideria diuitibus afferre extremum interitum teſtatur primo ad Timoth.6. *Qui volunt diuites fieri, incidũt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria multa, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem huius temporis. Paruulum ergo occidit inuidia.* Proderis ergo, ô Iob (inquit Eliphaz) immodica te rerum mundanarum libidine æſtuaſſe, & cum illis omni via, & ratione comparandis te totũ tradideris, nunc amiſſis æſtuas adhuc, & quæ te concupiſcentia, libido, inuidia perdidit, perdet quoque funditus.

Prou.11.7.

* Con ſus deſeos ſe muere.

1.Tim.6.9.

III. Ego vidi ſtultum firma radice: & maledixi pulchritudini eius ſtatim.

1 *Stulti nomen quadrat in diuitem.*
2 *Impius terræ arbor indigena. Explicatus Dauid. Iſa. Ioan.*
3 *Quid radix? & quibus arboribus comparati diuites.*
4 *Vt impij radices habere videantur, vt nullas habeant. Ex Sapientia, & Iſaia.*
5 *Impius non arbor, ſed frutex. Herba ſolſtitialis.*
6 *Maledicere. Quid pulchritudo ex Hebræo. Familiæ malum ex impio patre-familias.*
7 *Signum pro re ſignata, & econtrà.*

1 EX familiæ, & domus interitu, & omnis fælicitatis amiſſione conatur Eliphaz elicere latentem Iob impietatem; *Ego vidi*, non ſemel conſideraui, expertus etiam ſum, *ſtultũ. euil*; de quo ſuperius diximus. ſed id nomen quadrat peculiariter in diuitem, quòd diuitiæ audacem & temerarium hominem reddant, atque dementent. Quare Paulus monet Timotheum, vt præcipiat: *Diuitibus huius ſæculi, non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum*; quę ad animi inſolentiam, & temeritatem pertinent. Sic Luc.12. diues ille *ſtultus* appellatur. mirum quam adigat diuitiæ ad inſaniam mortales; *& illiciant ad negãdum*, dicendumq; *in corde* inſipienter. *Quis eſt Deus?*

Diues ſtultus.

1.Tim.6.17.

Luc.12.

Prou.30.9.

Pſal.13.2.

2 *Firma radice.* Comparat impiũ diuitem; proſperè agentem, multos habentem liberos, & numeroſum famulitium, cuidam proceræ arbori, amplæ, annoſæ, cuius radices altè defixæ ſunt, & tellurem circumiectam habeant valde amicam, beneque congruenti humore temperatam, & ſucci plurimum, atque alimenti ſubminiſtrantem; nos eandem tranſlationem vſurpantes dicimus, (*va rico bezeudado y arraigado en eſte mundo.*) Quod verò ad ipſam terram attinet, ex qua multum incrementi impius exugat, eſt id Pſalm.36. *Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani.* Hieronym. ex Heb. *Vidi impium robuſtum, &c. robuſtum & fortiſsimum, ſicut * indigenam virentem.* Eſt enim in hoc mundo impius ſicut in natiuo ſolo. *Qui enim de terra eſt, & de terra loquitur.* poſſis etiam dicere, de terra viuit, creſcit, floret, germinat, fructumque ex terræ quaſi viſceribus latẽtem profert. Qui verò non eſt homo *de terra terrenus; ſed de cœlo cœleſtis, aſcendit ſicut virgultum, & ſicut radix de terra ſitienti, non eſt ſpecies ei neque decor.* videlicet ſicut tenerum virgultum, quod tellus parens, non velut parens, ſed velut nouerca non valdè amicè complectèretur, neque foueret, non multum ſe in terris extulit, ſed velut in arenoſa & arida terra, neque trunci magnitudine, neque ramorum proceritate, neq; frondium amœnitate mortalium oculos ad ſe allexit, neque fibras ita late diffudit, vt virens inde ſylua pullularet; nullis honorum inſignibus, nullis externarum rerum ornamentis maieſtatem ſuam declarauit; nemo dixit, Vidi illum firma radice, ſed potius externa ſpecie & ornamentis nudatam arborem, ad uenam, & leuiter terræ hærentem. quod ſummæ ſapientiæ eſt, ſicut ſtultitiæ, in hac terra virere & pulchreſcere.

Pſal.36.35.

* Daſe bien en eſta tierra

Ioan.3.31.

1 Cor.15.37.

Iſa.53.2.

Quod vero ad virentis arboris firmitatem, altaſque radices pertinet, ait: *Vidi firma radice.* poſſet quidem id referri ad truncum, nam ea arboris pars, quæ ex terra prominet, & quæ truncatis ramis ſuperſtat, radix aliquando appellatur, Iſaiæ vigeſimoprimo. *Flos de radice* (id eſt, truncus, virga) *eius aſcendet*, & capit.53. *Aſcendet ſicut radix de terra ſitienti.* Quare erit ſententia; Vidi valentem arboris truncum inſtar annoſæ quercus, aut antiquæ, atque proceræ cedri. videlicet his arboribus opulentiſſimi quique, potentiſſimique comparantur, Iſaiæ 2. & 6. Danielis 4. Zachariæ 11. Sed hoc loco crediderim potius accipi pro ipſis radicibus, videlicet illa parte arboris, quæ latet ſub terra, & fibris capillata eſt. Vidi (inquit) magnam illam & ampliſſimam, comam ramorum foliorum, filiorum, famulorum firmis, vt videbatur, niti radicibus: nam in Originali propr. Vidi ſtultum radicatum, aut radicantem, radices agentem (epitaſim habet) indies creſcentem, vires ſumentem, & quotidie firmiorem fieri; atque ea ipſa feſtinatio increſcendi, & facilitas germinandi mihi ſuſpecta reddita eſt; nam *vjſlm* (paulatim, imperceptibiliter, vix poſt multos annos) *vt palma florebit.* 3

Quid radix in ſacro ſermone.

Iſa.11.1.

Diuites cum quibus arboribus comparati.

Iſa.2.v.13.& 6.v.13.

Dan.4.8.

Zach.11.12.

Pſal.19.13.

Hic duo obſeruanda. Primùm, non eodem modo de radicibus & firmitate huius arboris, quæ impium refert, ſacram ſcripturam loqui, aliquando enim negat vllis firmis radicibus niti: nunc vero altiſſimis radicibus defixã aſſerit; nimirũ illud re ipſa & veritate; hoc verò externa tantùm facie, & vulgi ſenſu, & exiſtimatione. de illo Sap.4. *Adulterinæ plantationes nõ dabunt radices altas, nec ſtabile fundamentum collocabunt; & ſi in ramis in tempore germinauerint, infirmiter poſita à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur; confringentur enim rami, &c.* vbi 4

Scriptura nunc radices impijs attribuit, nunc negat.

Sap.3.4.

Res ſignata pro ſigno. *Iere.1.10.*

econtra res ſignata pro ſigno. Iere.1. *Vt euellas, & deſtruas, ædifices & plantes,* id eſt, prædicas, & prædices euellendum, ædificandum, plantandum, &c. Itaque hic: *Maledixi, (Dixeno,) hare bucno lo que dixe)* ſic enim eueniet proculdubio.

8 Sed illa tamen arboris pulchritudo attentiùs conſideranda eſt; nam ipſo pulchritudinis nomine, quod cum abſtractum ſit, & excellentiam, atque incrementum ſignificationis afferat, ſuſpecta nobis eſſe debet; negatú eſt enim ſummis ſtare diu, & cum in ſummo faſtigio, ſummoq; capite fulget aurum, nutant teſtacei pedes, adeſtque lapſus de monte lapis, qui ſtatuam deijciat; & poſtquam ad faſtigiũ euexit fortuna, ſtatim deturbat; integra enim huius orbis circumuolatio ex aſcenſu, & deſcenſu cõſtat, & qui finis aſcenſus eſt, idem eſt deſcenſus initium, vt Ariſtot. de circulo docuit. Hic enim ille exercitatorum, vel athletarum habitus eſt, qui cum ad ſummũ bonitatis attigerit, tunc vel maxime periculoſus eſt, auctore Hip. *Dan.2.* *Ariſtot.* *Lib.1. Aphor. Aphor.3.*

9 *Statim.* Vltima illa particula vltimo tandem loco premenda eſt, vt aliquid veritatis eliciamus; nam omnes tandem ſtulto, mundanæque fœlicitati maledicimus atque etiam ipſi damnati ſero ſapiunt, & ſuam ipſorũ fœlicitatem diris inceſſunt, vt eſt Sapien.1.cap. tandem execrabitur mercator, *ſtateram doloſam.* deteſtabitur libidinoſus voluptatem, & *confundetur ſuper hortis, quos elegerat,* ambitioſus erubeſcet in illis, ex quibus nihil fructus præter inanem gloriam obtinuit; *amara* denique *erit potio bibentibus illam, cùm attrita fuerit ciuitas vanitatis,* ſed quotus quiſque id ſtatim faciet, & voluptaté, ſuperbiam, fraudem, mendacium antequam fine miſero occupetur, auerſatur? Cui vero ipſi dies nõ placeant: memineritque *Dei in diebus iuuentutis ſuæ,* ante ſenectutis tempus? tunc enim nolentibus etiam diſpliccebit lux ipſa. vt Eccleſiaſt. admonuit. Igitur illud eſt ſalutare conſilium Eccleſiaſt.18. *Ne demoreris in errore impiorum* videlicet nullus in vana illa & omnino ſtulta impiorum opinione, corruptoque de rebus iudicio moras trahere, neque ſero ſapere, ſed *ſtatim* vaniſſimæ mundi fœlicitati *maledicere,* & ſecum certo ſtatuere, fore vt cedant vniuerſa impio in malum. *Quid ſit ſtatim mundo maledicere.* *Hoſ.12.7.* *Iſa.1.29.* *Iſa.24.9.10.* *Eccleſ.12.* *Eccleſ.18.26.*

IV. Longè fient filij eius à ſalute: & contèrentur in porta, & non erit, qui eruat.

1 *Hyppallage in ſacris. Vt impius recedat à ſalute, & ſalus etiam ab impio diuerſis rationibus.*

2 *Quid conterere in ſacro ſermone. Quod in porta fit publicè fit, & quare. Explicatur Geneſis, Amos, Salomon.*

3 *Explicatur Græcorum lectio. Quid Caſtillare apud Latinos.*

1 RAmorum deſtructionem, & conuulſionem nunc deſcribit; adeo, inquit paterna impietas filijs nocebit ipſis, vt extremo exitio pereuntibus nemo ſalutis, & opis miniſter, aut auctor adeſſe velit. non aderit auxiliator Deus. *Salus,* per excellentiam Deus dicitur: *Longè fient filij eius à ſalute.* per Hippallag. Longe fiet ab illis ſalus, auxilium, vitæ præſidium; quamuis etiam indicetur voluntaria culpa impiorum, elongantium ſe à ſalute, & ſponte ſua recedentium à Deo: hinc dicitur Deus *fortitudo ſaluationum,* vel *ſalutum Chriſti ſui,* Pſal.27. id eſt, qui potentiſſime & fortiſſime incolumem ſeruat, qui eripit periculis, 4.Reg.13. *Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis contra Syriam,* id eſt, ſignũ diuini auxilij, & libertatis aduerſus hoſtium potentiam. Dicitur autem potius *ſalus* recedere, & *longe fieri* ab homine miſero quam ecõtra; nam miſer ſalutem, & opem implorat, ſed cæteri negligunt, longeque recedunt. ſic id Pſal.118. *Longe à peccatoribus ſalus, quia iuſtificationes tuas nõ exquiſierunt,* id eſt, ne illos libera, ne tuere, noli auxilio eſſe impijs, & tuæ legis deſertoribus permitte illos veriſſimis diſcriminibus perire; ſimiliter ſupplicium improborum exprimitur ab Iſa. *expectauimus iudicium* (vindictam ſumendam de noſtris hoſtibus) *& non eſt, ſalutem,* opem, auxilium, liberationem ex hoſtium potentia, & inſidijs, *& elongata eſt à nobis.* *Hyppallag.* *Pſal.27.8.* *4.Reg.13.17. Quid ſagitta ſalutis.* *Pſal.118.155.* *Iſa.59.11.*

2 *Conterentur.* Quod hic eſt conteri, non rarò vertitur à Latino interprete humiliari, Pſal.71. *Humiliabit calumniatorem.* Pſal.142. *Humiliauit* (deiecit, proſtrauit) *in terra vitam* (me ipſum) *meã.* Sic etiam Symach. & Theodot. *Humiliabuntur in porta* quod cum Græcorum lectione & ſententia ſtatim indicanda facere poteſt. *In porta,* dupliciter, vel publice, palam, cunctis videntibus, & ſpectantibus, ſicut & id Pſal.9. *Vt narrem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion,* id eſt, in publico, & frequentiſſimo vrbis loco, Prou.31. *Laudent eam in portis opera eius.* Gen.32. *cunctis audientibus, qui ingrediebantur portam ciuitatis illius.* huius ſignificationis ratio frigidior aſſignatur ab aliquibus, quod portæ omnibus patent, omneſque illis vtuntur; ideò quod in portis fit, cunctis ſpectantibus fit. Sed germana, veriſſimaque ratio huius frequentiæ ad portas ciuitatis eſt, quod iudicia ibi exercerentur: vt indicatur, Deut.17. & 22. & Ruth 4. cuius conſuetudinis cauſam aſſignat Hieron. Amos 5. ſuper id: *Odio habuerunt in porta corripientem. Ne agricola litis cauſa veniens ciuitatis frequentia, & nouo terreretur conſpectu; nec vrbis habitator longè ab vrbe properaret, & ſubuectionem quæreret iumentorum.* hinc *porta,* pro iudicio, pro ſubſellijs iudicum, *Conterentur in porta,* ſiſtentur iudicio, lites illis intendentur & plurimæ, & moleſtiſſimæ; ſed damnabuntur ſemper, & cauſa cadent; quòd ingens miſeriæ, & maledictionis genus eſt, Pſal.108. *Cùm iudicatur, exeat condemnatus,* Prou.22. *Ne conteras egenum in* * *porta, quia iudicabit Dominus cauſam eius;* quia ſi iniuſta lite egenum oppreſſeris, Deus ad quem erit appellatio, damnabit te, illum abſoluet. Sic etia peccatori dicitur: *Si malè egeris, ſtatim in foribus* (in porta) *peccatum tuum aderit,* id eſt, ipſum peccatum te apud iudicem deferet, & aget reum, cum alluſione ad id, quod etiam ad iudicium & accuſationem pertinet: *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.*

ראָה *Pſal.71.4.* *Pſal.142.3.* *Pſal.142.4.* *Quid conterere in ſacro ſermone.* *Symmach.* *Theodot.* *In porta fieri, id eſt, publicè.* *Pſal.9.15.* *Prou.31.31.* *Gen.32.10.* *Deu.7. & 22.* *Ruth 4.* *Amos 5.10.* *Pſal.108.7.* *Prou.22.22.* * *No le pongas mal pleito al pobre, que tomara Dios la demanda, y ſaldra al pleito.* *Gen.4.7.* *Gen.4.10.*

Non erit, qui eruat. Neque iudex propitius, neque aduocatus. vel vt indicet, diuino ſup-

plicio

plicio neminem poſſe reſiſtere, vel, qué Deus ſua ope deſtituit, omnes auerſabuntur, nemo volet vindicare ab erumnis: vel, vt iudicum potentia ſignificetur; ſi ſemel à iudice & principe conterantur *in porta*, in iudicio, nemo poterit prodeſſe.

3 LXX. Olympiod. Græci.

Græci cùm Septuag. *portam* acceperunt non ciuitatis, ſed priuatarum domum; legũt enim: *Conterantur ſuper ianuas minorum.* Olympiodorus ſic explicat: *Contabeſcent in ianuis humiliorum* Græci in Catena legunt. *Tanquam* porci verſentur in portis inferiorum.* nam, *co abrizin*, Græcum, videtur coniunctum cum Græco nomine, *colabros*, quòd eſt paruus procellus. quare Olympiod. explicat *cõterantur*, contemnantur; micas, quiſquilias, putamina porrecto rictu rimentur, & paſcantur. in ianuis minorum, id eſt, ignobilium, qui quondam minores & ignobiles fuerant. Hoc à Latinis Catillare, dicebatur: nam vt Fulgentius de priſco ſermone ſcribit: *Catillare eſt, per alienas domos inſtanter gyrare, ; tractum à Catulis, quod per omnes domos circumeant.*

* Anden por puertas agenas hocàdo, y buſcando las migajnelas y caſcaras que deſechã los probres. κολαζηζειν. κολαζ(ρ)ος. Fulgentius.

V: Cuius meſſem famelicus comedet, & ipſum rapiet armatus: & bibent ſitientes diuitias eius.

1 *Fælix iuſtorum poſteritas, miſera impiorum.*
2 *Ingens miſeria, non frui labore, & bonis partis.*
3 *Quis famelicus, variæ interpretationes. quæ vis verbi comedendi. G.adij dicuntur in Hebr. quaſi comedentes, ex Salomon.*
4 *Quis dicatur armatus. Varia lectio Hebraizantium. Defenſus vulgatus. Cauponari bellum.*
5 *Qui ſint ſitientes, qui piloſi, aut capillati. coma prolixior, vel ad amorem, vel ad terrorem pertinere, ex Heliodoro.*

1 Vatablus.

CVius. Vatablus exiſtimat referri filios, de quibus paulò ante præceſſit mentio; nec verò obſtabit mutatio numeri pluralis in ſingularem; nam ea frequens eſt in ſacris literis. cuius rei inter alia illud eſto exemplum. Eccleſiaſt. 4. *Si* crediderit* (homo) *ei* (ſapiẽtiæ) *hæreditabit illam, & erunt in confirmatione creaturæ illorum*; pro, illius hominis. Cæterùm illud relatiuum, *cuius*, alij referunt ad ipſum diuitem opulentum, ſicque ſenſus eſt cohærentior.

Eccleſ. 4. 17. * A quien ſe fiare de la ſabiduria y ſantidad ſe las dara de merced y por juro de heredad a el y a ſus decendẽtes.

2 LXX. Iob 27. 17. Luc. 12. 20.

Meſſem. Ex tribus illis detrimentis, in quæ cadunt diuitum facultates, hoc primum eſt, quod *famelicus meſſem comedat*, id eſt, abſumat, & perdat fruges, quæ iam demeſſæ erant. & in horreis conditæ. Septuag. *Quæ illi congregauerunt* extrema miſeria, vt nõ fruatur bonis iam partis, & conquiſitis. vt infra dicitur: *Præparabis quidem veſtimenta, ſed iuſtus veſtietur illis.* epithaſim habet ſanè illa interrogatio facta ad ſtultum diuitem: *quæ paraſti cuius erunt?* Porrò grauiſſima, atque eo grauiora, quo magis inopinata, illa mala ſunt, quæ cadunt inter poculũ, ſupremaque labra, vti antiquo, ſed arguto Hiſpano carmine ille cecinit de Tantalo.

O mal que aſi deſeſpera,
Que de hambre y ſed ſe muere
Con el remedio a la boca.

Illud grauiſſimum & acerbiſſimum eſt, naufragium in porta; ergo vt Philip. ait: *meſſis* nomine parata bona omnia intellige condenda & reponenda in annos plurimos, ſed diuini numinis iudicio minimè in ſuos impiorũ vſus conuertenda: exhaurient quidem labores maximos arandi, ſeminandi, metendi, triturandi, condendi, ſed nullam capient comedendi voluptatem. Hanc ſanè fælicitatis partem inter alias non vltimam enumerat, Eccleſiaſt. cap. 2. *Nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his, quæ præparaueram; & hanc ratus ſum partem meam, ſi vterer labore meo.* Et rurſus cap. 3. *Omnis homo qui videt* (fruitur, percipit) *bonum de labore ſuo, hoc donum Dei eſt.* Ingens ergo ſupplicium non vti labore ſuo, non oblectare ſe in his quæ præparauerat, neque ſuam ipſam meſſem comedere.

Philip. Eccleſ. 2. 10. Eccleſ. 3. 13.

3 Quis famelicus.

Famelicus. Quis nam hic ſit? Certè alij pauperem intelligunt, iuſtum præſertim, in cuius vſus Deus conuertere ſolet facultates impij; viuunt igitur pauperes mortuo impio, & ſanctis famelicis inſtruit Deus epulum, quod ſibi impius epulo parauerat. Sic Septuag. legunt: *Quæ illi congregauerunt, iuſti comedent.* Et Chriſtus Dominus ad ſuos diſcipulos, pauperes videlicet atq; famelicos, ſic ait: *Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea. & tamen Pater veſter cæleſtis paſcit illa*, videlicet ex aliorum labore, ſemente, meſſe, horreis victum ſibi parant. Senſus idem cum illa ſententia, cap. 27. *ſi comportauerit, quaſi terram, argentum, & ſicut lutum præparauerit veſtimenta, præparabit quidem, ſed iuſtus veſtietur illis, & argentum innocens diuidet*, de quo ſuo loco.

LXX. Math. 6. 26. Iob. 27. 16.

Secundò, D. Thom. per *famelicum*, intelligit pauperem oppreſſum à diuite; vel famulos iniuſtis flagellis & iniurijs ab hero acceptos, quorum non aliud ſit ſtudiũ, quàm furandi, & diripiendi dominorum ſuorũ facultates, fruges, & omnes agrorum prouentus rapina mi- [illegible]

D. Thom.

Tertiò, Philip. intelligit Diabolum famem patientem humani ſanguinis, qui poteſtatem accipit à Deo, vt iniquos vaſtet, & illorũ præparatos labores diripiat: Vel quartò idem ipſe Philip. aſſerit poſſe homines malos, atque crudeles intelligi, qui accepta poteſtate in alios deſæuiunt, & graſſantur.

Philip.

Sed tandem ſimplex, atque idem cohærens cum ſequentibus ſenſus exigere videtur, vt in communi quicunque raptor, & deprædator, qui Deo aut iubente, aut permittente auidè inhiat in hæreditatem, & facultates impij diuitis, *famelicus* appelletur, diripiendi, diſſipandi, comedendi, deuorandi auidus, & ſitiẽs: quare verbum originale *comedẽdi* hoc loco eſt acrius, & vehementius quàm noſtrum comedere; ſignificat enim aliquid perdere, abſumere, deuorare, non ſolum dẽtibus, ſed etiam gladio, aut igne cum impetu & celeritate; quare ſi quis auidus deuoret, aut nocumentum inſigne dentibus, ore, lingua inferat, rectè hoc verbo *comedere*, deuorare, abſumere dicitur more hoſtili; ad quam nominis rationem reſpicere videtur, Prou. 30. *Generatio, quæ pro dentibus habet*

Quid comedere in ſacro ſermone.

1

gladios,

Culti dicuntur quaſi comedentes.

gladios, & commanducat molaribus ſuis, pro *commanducare*, propr. in fonte: *Et cultri molares eius*. Licet interpres reſpexerit ad etymologiam nominis; nam cultri dicuntur ab illa radice *comedendi*, quaſi comedentes. Sic Gen. 37. ad ſæuitiam & conſumptionem pertinet, *Fera peſſima comedit eam*. & Pſal. 13. *qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis*. Quid, ſi ſamelicus denotet quoque hæredem diuitis, qui mirabili celeritate, & auiditate, quæ alius ſumma ſolicitudine, & labore congeſſerat, ipſe abliguriat, & momento abſumat?

Geneſ. 37. 33.
Pſalm. 13. 4.

4 *Et ipſum rapiet armatus*. Ex fonte legitur: *De ſpinis rapiet*, nam vocem (*Tſeninim*) dicunt ſignificare ſpinas, a radice (*Tſanah*) quod eſt ſtringere, aut perforare. Iud. 4. *Percuſſumque, malleo defixit in cerebrum*. inde accipit interpres pro ſuſpirare acute, Ioſue 15. *Suſpirauit* (*Dio vn muy agudo gemido*) voce videlicet acuta inſtar ſpinæ penetrantis. vocem eandem accepit noſter pro *Lanceis*, Num. 33. v. 55. & pro *Sudibus* Ioſ. 23. v. 13. erit ergo ſenſus ſecundum Hebraizantes, Homo ignobilis, qui de ſpinis naſcitur (*naſcido en las malezas*) poterit impium diuitem diripere & expilare, nemo tam ignobilis erit, cuius ludibrio, & prædæ miſerrimus impius non exponatur. Vel, *de ſpinis tollet eam*, decutiet meſſem immiſſus grando. & ſpicas diſsipatas granaque ſingula commiſta cum ſpinis cogetur diues ſummo cum labore colligere. Friget ſenſus vterque. Alij vocem illam, *arma*, vertunt; & quidem vides noſtrum interpretem *Lanceas* vertiſſe Num. 33. & *Scutum* Pſalm. 34. & 90. & *Contos* Amos 4. & *Arma* Prou. 22. quare hîc legi poteſt, de armis tollet eam, quaſi dicat, quamuis ſuos agros, horrea, aream, & bona alia armis, lanceis, ſcutis, id eſt famulis bene armatis cuſtodire, & defendere velit ab hoſtibus, nihil efficiet: nam hoſtis de armis tollet eã, percutietque cuſtodes & abiget prædam, & ſpolia opima, vt reſpiciat ad latrũculos Sabæos, qui pueros Iobi percuſſerũt gladio. Sed noſter interpres ſapiẽter *armatũ* reddidit, quo efficeret leniorem ſenſum, milites, hoſtes, armati, a quorũ vi & impetu nihil eſt tutum, qui non clanculum, & ex inſidijs, vt ignobiles furũculi, & timidiores latrones, ſed palàm, apertè, impudenter irruptionẽ faciunt, vaſtant, diripiunt, inquã, inuolabunt in domũ, & agros impij, non tantum fures, ſed & latrones famelici. vides quantò congruentior & ſenſus, & lectio Vulgati; præſertim cum id nõ ſine exẽplo fecerit: nam Symmach. legit *Ipſi ab armatis tollentur*. qua lectionem habent Septuaginta Complut. Chaldæus verò, *Armati armis bellicis tollent*. & quæ ex eadem voce nos habemus Ioſue. 23. *Erunt ſudes in oculis veſtris*. Chald. ſimiliter reddidit, *Erunt exercitus vos cingentes*. & hoc fortè ſpectat ad Chaldæos, qui armati & in tres turmas diuiſi irruerunt in paſtores & famulitium Iobi. Sed quod ait, *rapiet armatus*, degenerem militẽ deſcribit, qui non tã belligerandi, quam furãdi & rapiendi cupidus ſit: quẽ ego non militẽ ſed latronem dixerim; cum miles ideò eſſe velit, vt latro eſſe poſsit. Huiuſmodi nos in extrema ora Gaditana, noſtra incuria malè ſecuri experti his diebus ſumus, qui bellum cauponarentur, omniaq; pecuniæ cauſa facerent: & donis, auroq; magis, quam ferro, vel virib⁹ bellum gererent. longe ille Pyrrhus aliter, de quo Ennius apud Ciceronem.

Quid cauponari bellum.

צנינים
צנת

Indic. 4. 21.
Ioſue 15. 18.

Nu. 33. v. 55.
Pſalm. 34. 2.
Pſalm. 90. 4.
Amos. 4. 2.
Prou. 22. 5.

Defenſus vulgatus.
Symmachus.
LXX.
Complutenſes.
Chaldæus.
Ioſue. 23. 13.

Milites raptores.

Nec mi aurum poſco, nec mi pretium dederitis,
Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes,
Ferro, non auro vitam cernamus vtrique.

Et bibent ſitientes diuitias eius. Similis videtur ex aliquorum interpretatione locus ille cap. 18. 5
Et aduerſus eum ſitis. Vbi Pagn. vertit, *Roborabit Deus contra eum ſitientes rapere*. & Vatablus, *Eum ſitibundus ſuperabit*. hoc ergo loco cum Vulgato aliqui etiam Rabbini vertũt, *Sitiens*, vel *Sitibundus*, deducentes vocem *Tſamim*, a *Tſama*, quod eſt ſitire. Tygur. *Sitibundi autem hauriant illius opes*. Chaldæ. Pagnin. & alij vertunt *Prædones, aut latrones*, deducentes vocem à *Tſamam*, quod eſt capillus aut coſmetes: ſic autem appellari latrones ſcribit R. Dauid in lib. radicum; *Quod latro* (inquit) *more ſermo capillos nutriat, vt mos eſt in terra Iſmaelitarum enim deſerta loca in quibus nudi incedunt, & capillos, quos creſcere ſiſit, nudum corpus contegunt*. quare Rab. Mardochai in ſuis Concordantijs ſic legit, *Abſorbeat piloſus diuitias eorum*: deque illa originali voce, ſic, quaſi dehmens, ſcribit, *Sunt qui exponunt, latrones deſerta incolentes, nudi incedentes, capillis oblongis, quos nutriunt, verenda tegentes*. ſic nomen *Pilos* ad Satyrum deſerticolam pertinet Iſai. 13 vbi ab horrore, & hirſutia nomen deducitur. quam rem illuſtrare poteſt non obſcuri hiſtorici teſtimonium Heliodori lib. 2. rerum Aethiopicarum. is enim cum de Cremone Attico loquitur, qui diu apud Beſaenſes prædones ſeruitutem ſeruierat, & per noctis tenebras aufugerat in hæc verba ſcribit; *Vt deum ſummo deſpiciens vidit, primùm præcedit ex coma prolixitate tantùm, quantum ad comparandam ſpeciem prædonibus conuenientem apud bubulcos aluerat, ne illum obuij quique aut ſerrentur, aut ſuſpectum haberent. Bubulci enim cùm alia faciunt, vt formidabiliores appareant, tum etiam comam ad faſtum promittunt, & quatiunt ſuper humeros ſparſam, non ignorantes, quòd coma eos, qui amori operam dant, acceptiores, prædones autem terribiliores efficiat*. ergo Prædones valde auidi, & ſitibundi exorbebunt, exhaurient; Septuaginta, *Exhauriatur fortitudo eorum*. quod ad extremam conſumptionem ſic refertur à Polychronio, *conſumentur, vacuabitur*. idemque exiſtimat ab his rebus tranſlationem ſumi, quæ per ſyphonem, aut fiſtulam exhauriuntur omnino, vt nihil humoris relinquatur. Sicut ergo ille alius dixit, difficile cuſtodiri, quod ab omnibus appetitur; ita ſane cuſtodiri defendique non poterit, quod pro cibo & illecebra multis propoſitum eſt, atque expoſitum famelicis, ſitientibus, & armatis; ac ſi dicas, pauperib⁹, auaris, hoſtib⁹; ſeruis, furunculis, prædonibus, domeſticis inimicis, externis militibus, auidis hæredibus, hæreditatis impiorum abliguritoribus. Quis enim non videat nos omnes ſitire diuitias impij.

Iob. 18. 9.
Pagninus.
Vatablus.
צמים
צמא
Tygur.
Chaldæus.
Pagninus.
צמצם
R. Dauid.
R. Mardochai.
Piloſi prædones.
Iſai. 13. v. 21.
Heliodorus.
LXX.
Polychronius.
Seneca.

VI Nihil in terra ſine cauſa fit: & de humo non oritur dolor.

1. *Tres primæ expoſitiones minime aptæ.*

2. *Optima expoſitio. Peccata ſunt ſemina pœnarum. Dolor dicitur cauſa doloris.*
3. *Non ſemper ſed ſæpe, terræ & agrorum mala propter peccata accidere. Explicatus locus Geneſis; & Regum.*

1 *Caietanus.*

CAietanus exiſtimat hunceſſe loci contextum,vt probet Eliphaz, hominẽ non eſſe,qui non peccet,ſicq́;Iobi innocẽtię. & integritatis exiſtimationem violet.ſicq́; ferè contexit;*Dolor*, id eſt iniquitas, & peccatũ, *nõ oritur de terra*,id eſt,de terreno, & luteo corpore,quod geſtamus;vt alludat ad id,quod ſupra dixerat,*Qui habitant domos luteas, & terrenum habent fundamentum*. quaſi dicat; Non eſt, quòd culpam omnem in terram de qua formati ſumus,reijcere velimus, nam ſpontè peccamus. voluntatis pronæ ad malum, cogitationis intentæ ad peiora,praui, corruptique de rebus iudicij vitium & culpa eſt,nõ corporis,non ægritudinis,nõ mortalitatis. Huc fere pertinet Philippus,qui terram intelligit, naturam,hominum matrem,de qua non oriatur dolor, cũ peccatũ naturale non ſit.quare cùm non natura,ſed vitio contrahatur, *nihil in terra ſine cauſa*, (id eſt, ſine Dei iuſtitia) *fit*.ita Philip.Sed pterquã quòd ſenſus hic minimè lenis ſit, & vox *doloris* in fonte(*ghamal*)vix inueniatur à Latino interprete pro peccato poſita,præterquam ea ratione,qua actiuè ſignificat iniquitatem, & tyrannidem, quæ alijs dolorem infert; certè pugnat cum illa ſuperiori ſententia Eliphaz, qua nitebatur probare luteum, & corporeum hominẽ non poſſe non eſſe peccatis obnoxiũ, nam ipſi luto & pulueri,atq;humanæ conſtitutionis ſordibus ingignitur, inhæretq́, penitus peccandi initium, & fomes, peccatorumq́; tinea,& vermis,quibus rodimur, & exedimur.

Philippus.

Præcedens expoſitio nõ probatur.

עמל

Alij hæc ad præcedentia referunt, & iungunt cum illis armatis,ſitibundiſque latronibus,quorum iniuriæ & deprædationes nõ ſint in terram referendæ,quod deſerta ſit,atq;ſyluis & nemorib' interclusa, multiſq́, latibulis & ſpeluncis latrones foueat,& contineat, vnde commodè in finitimas regiones excurrant, non enim hoc ex humo, neq, ex terra initium habet,ſed ex diuina prouidentia atq; vindicta, quæ hoſtibus atq; latronibus poteſtatem faciat impios omni contumelia & ſupplicio afficiendi.Senſus paulò coactior.

Secunda expoſitio coactior.

Græci longè aliter ſuam lectionem accipiunt.*Non prodiet de terra labor,nec;de montibus germinabit moleſtia*.nam Olympio.& Chryſoſt. ita accipiunt,vt his verbis tacitè Iobum conſoletur in hanc ſententiam; Minimè decet te conficì,quòd ærumnis afficiaris,homo cùm ſis;nõ enim terra,neq; montes,aut ſaxa, quæ ſenſum non habent, dolorem, & ærumnas pati poſſunt;proprium itaq; hominis eſt ærumnis vexari.quare rectè ſubiungitur, *Homo naſcitur ad laborem*. Hæc certè interpretatio probabilis; & quæ valde mihi placeret, niſi ſuperioris increpationis acerbitas hanc conſolandi rationem tam citò adhibitam ægrè admitteret.

Paulò aptior interpretatio Gręcorũ. *Olympiodorus Chryſoſtomus.*

2 Expoſitio optima.

Quarto tãdem loco potior atq, ſimplicior ſenſus erit,& orationis continuatio cohęrentior, vt tamquam prouerbialis quædam ſententia nunc ſubiũgatur ab Eliphaz, quã tollat caſum,aſſeratq́, diuinam erga res humanas & impiorum ſupplicium prouidentiam: quæ videtur profectò fuiſſę mens noſtri interpretis cùm explicationis gratiã trãſtulit,*Nihil in terra ſine cauſa fit*,quaſi diceret: Non caſu mala nobis accidunt,neq,ex terra germinãt,vt ſolent herbæ nullo iacto ſemine, pullulant enim ex noſtrorum peccatorũ ſemine,nam (vt ſupra diximus)qui ſeminant peccata,metunt dolores; non immeritò, non fruſtra affligimur. Nunc ad ſingulas partes.

Peccata ſunt ſemina ſuppliciorum.

In priori ergo hemiſtichiõ, ſic legimus in fonte.*Sanè non egreditur* (naſcitur, procedit) *de puluere dolor*,afflictio,ærumna,labor,iniquitas, peruerſitas;ſed hoc loco pro pœna.) Illud verò *de puluere*,videlicet tenuiori & leuiori, qui in terræ ſuperficie volutatur, acceptum eſt ab interprete pro externa cauſa leui, facili, & q̃ in nobis non eſſet.in hanc ſententiam.Noli exiſtimare noſtrarum ærumnarum cauſam externam,& leuẽ eſſe;ſordes iſtas, in quibus iaces, non ex puluere externo contraxiſti, ſed ex te ipſo & latente,atque occulta tui pectoris ſentina nunc procedunt.

In ſecunda parte, *Et de terra*. propterea rubra,argilloſa,quæ aliquando idem eſt, quod ſupra *puluis*. *Non oritur* (verbum idem quod ſupra,*non naſcetur*,germinat, procedit, prodit) *dolor*. primo loco *Aven*,nũc,*Ghamal*, idem quod ſupra afflictio,ærumna,laſsitudo, labor, malum,calamitas. vox ergo *doloris*, non tam ad ſenſum & morbũ pertinet,quam ad calamitates,&,quæ ſunt cauſa dolendi, ærumnas; quo modo etiã,licet ab alia radice accipitur Iſai. 53.**Vidimus eum virum* *dolorum & ſcientem infirmitatem*.Pſal.31. *Multa flagella peccatoris*.Hiero.*Multi dolores* ait ergo Eliphaz nullum eſſe *malum pœnæ in ciuitate,quod non faciat Dominus*.id eſt, propter noſtram culpam puniendam. quod ſi in vniuerſum intelligat pœnas omnes ad ſuppliciũ peccati pertinere,verum dicit; nam ad originale ſaltem reuocãtur omnes ærumnæ: & qui *dolores noſtros portauit*, pro peccatis doluit, non ſuis,certè noſtris. At verò ſi de peculiari & proprio peccato intelligat; fallitur Eliphaz. nã aliquãdo tribulatio non eſt ad peccati pœnã;licet frequentiſsimè quidem ita eueniat,vt Eliphaz aſſerit;nã mala,quæ videntur ex terra naſci,vt locuſta,Bruchus,& ſterilitas non ſine cauſſa,neq; ſine ſemine naſcuntur;noſtra videlicèt ſcelera ſemina ſunt, quæ in hoc mundo, velut in terra excipiuntur, & diuinæ iuſtitiæ ardore,velut ſole deſuper vrente fit ſeges noſtrorum ſuppliciorum, ſicut Adam dictum eſt de ſpinarum procreatione, *Maledicta terra in opere tuo* (Onkelus *Propter te*) *ſpinas & tribulos germinabit tibi*. quaſi diceret. Nõ caſu germinabit, ſed eo fine,vt tibi nocumẽto,pœnę,ſupplicio ſit,vt opus hoc naturæ, ſit opus intelligentię, & nihil in terra ſine cauſa fiat.Theodotio peccati cauſam clarius expreſſit; *Maledicta terra in tranſgreſſione tua*.Quid,quòd neq; ciniphes,neq; muſcæ naſcãtur ex terra,niſi Dei iuſſu, & virga iuſtitiæ & vindictæ ſymbolo contingente puluerem terræ? Neque ſolum in terra: cùm

אָוֶן עמל

Dolor dicitur cauſa doloris.

Iſa. 53. 3.

* Biẽ ſe echaua de ver que viuia penado

Pſalm. 31.10.

Iſai. 53. 4.

Geneſ. 3. 17. *Onkelus.*

Theodotio.

Exod. 8. etiam cœleſtes impreſsiones ex noſtris peccatis efficiantur; nam ex nobis ipſis, noſtriſq; moribus corruptiſsimus vapores excitantur, qui in tetras, & horrificas nubes coguntur, & maximas turbulentiſsimasque tempeſtates, ignem, ſulphurem, grandinem, ſpiritum procellarum deſtinunt, vide omninò 1. Reg. 12. cùm
1. Reg. 12. 20. enim Dominus ingétia tonitrua edidiſſet, pluuiamque nociuam, & tempeſtatem commouiſſet, dixit Samuel ad populum, *Nolite timere, vos feciſtis vniuerſum malum hoc, veruntamen nolite recedere à tergo domini.* Non igitur caſu punitur impius; ſic commeritus ipſe eſt; ſic decernit
Threnor. 3. 37 Deus, nam *quis eſt iſte qui dixit, vt fieret Domino non*
Threnor. 2. 17 *iubente? Fecit Dominus, quæ cogitauit; compleuit ſermonem, quem præceperat à diebus antiquis: deſtruxit, & non pepercit.*

VII. Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum.

1. *Quatuor viæ connectendi hanc ſententiam cum antecedentibus minus aptæ.*
2. *Optimus nexus cum antecedentibus. Diuitiæ feſtinanter acquiſitæ, faciſe diſabuntur, illæ optimæ, quæ labore conſtant.*
3. *Digreſsio ad inertiam diuitum cum paraphraſi Pſalm. 72.*
4. *Particula, Et, multiplex vſus in ſacris.*
5. *Multiplex inter Hebraizantes nominis Auis ſignificatio, & interpretatio. Interpretis etiam Latini varietas. Multa interim de humanis miſerijs, & de impiorum ſuperbia, & interitu.*
6. *Naturain hominis labor, quem fugere non poteſt.*
7. *Alacriter arripiendi labores. Volitari, aut Volitatio in ſacris quid.*
8. *Per patientiam volamus ad capiendum præmium. Explicatus David.*
9. *Auis in motum, & quid propr. in Hebræo. Explicatus Salomon in Cant.*
10. *Auis pro Dæmone & quare. Serpentes alati quid. multa ex prophetis. Explicatus Moyſes, & Iſai.*
11. *Auis pro ærumnis; & quare.*

1 D.Thomas. DIVVS Thom. ſic exiſtimat necti cum ſuperioribus, vt exemplo confirmet nihil ſine cauſa, aut fruſtra in rebus creatis fieri, nam auis, quod volare deberet, habuit à natura alas, & pennas at homo, quia ratione præditus erat, & laborare poterat arte & induſtria, exquiſitaque operandi inſtrumenta ipſe ſibi conficere, nulla habuit à natura, aut arma, aut inſtrumenta ſibi conceſſa; propter eaque *homo ad laborem naſcitur, auis ad volatum.* Nexus hic Phyſicus.

Caietanus. Caietanus vult confirmari, ærumnas eſſe peccatorum pœnas, quæ abunde homini ſuppetunt, nam *ad laborem*, id eſt ad peccata natus videtur ſilicique ſimillimus eſt, qui ex leuiſſimo contactu, leuiſsimaq; cauſa percuſſus, ex inflammata concupiſcentia ſcintillas emittit ſcelerum, inſtar auium volitantes. Senſus durus, & multo cum labore quæſitus, *labor* item pro peccato non quadrat huic loco.

Tertio, vt Iobum acriter pugnat; *Homo* (ſupple impius) *Naſcitur ad laborem*, & ærumnas, vt
Eccleſ. 39. 30. ſit eadem ſententia cum illo Eccleſiaſt. 39. *Bona, bonis creata ſunt, peſsimis autem bona, & mala.* Sed neque nomen *hominis*, neque res ipſa petit vt ad ſolum peccatorem reſtringatur.

Quartò, Olympiodorus, & Chryſoſtomus quos ſupra adduximus, vt Iobum conſoletur, quòd ærumnæ illi contigerint ex conditione humanæ naturæ, quę videtur ad labores facta. Sed hæc quoque interpretatio benignior eſt, quam biliosa & vehemens Eliphaz oratio patiatur.

Tandem quintò, vt notet Iobum diuitias ſine labore acquiſiuiſſe, nó tamen ſine iniquitate, quaſi dicat; Hac de cauſa ingenti ſupplicio affectus es à Deo, quòd ſine labore, & laſſitudine diuitias cōparare volueris, & nullo tuo diſpendio, aliorum verò detrimento, & iactura repente diues effectus fueris: cùm tamé homo ita natus, damnatus potius ad laborem ſit, nihil vt ſine labore, & ſudore comparare debeat. ſed tunc tandem *beatum* ſe exiſtimare, *beneque ſibi futurum* polliceri poſsit, *cū labores manuum ſuarum manducauerit.* Senſus hic contemnē- — 2 Quæ diuitiæ ſtabiles, quę fallaces. — Pſalm. 127. 2.
dus minime eſt, tum quod inſtituto Eliphaz, & toti orationi congruat: tum quod ſimilibus alijs ſacræ Scripturæ ſententijs, cū de diuitib⁹ ſermo incidit, confirmari poſsit. Prou. 13. *Sub-* — Prou. 13. 11.
ſtantia feſtinata minuetur: quæ autem pau latim colligitur manu, multiplicabitur, id eſt, quæ feſtinato ſine præuio labore, & induſtria. vel ex Hebr. *quæ ex vanitate*, nulli labori & merito debitę, & inanitéres facultates acquiruntur, nó erunt ſtabiles, minuentur: minus dicit, quam ſignificat, amittentur facile: quę aút labore manuum, propria videlicet induſtria paulatim acquiruntur, & congeruntur, diuturnæ erunt, augebuntur. Quod verò cum illa feſtinatione coniūcta ſit iniquitas, & rapina, cū iſto vero lento manuū labore, comes adſit iuſtitia & innocentia, indicat lectio Septuaginta, *Subſtantia feſtinata cū iniquitate minor fit, congregans autem ſibi cum pietate* — LXX. Prou. 20. 21.
multiplicabitur & Prou. 20. *Hæreditas, ad quā feſtinatur in principio, benedictióe carebit.* & rurſus c. 28. — Prou. 28. 20.
qui feſtinat ditari, nō erit innocēs. videlicét vel quia peccat, dū ſine labore ex aliorum laboribus, & induſtria diteſcit; vel quia in ea re *non erit innocens*, id eſt impunitus. Ab hac voluptuoſa, & planè ſordida diteſcendi ratione longè abſtint Iob, cum de ſe ij ſe ſtetetur. c. 31. *Si lætatus* — Iob. 31. 25.
ſum ſuper diuitijs meis plurimis, & quia plurima reperit manus mea. nam manu ſua, opera, induſtria, ingenio, & honeſtiſsimo labore locupletatus fuerat. atq; id nit. in lętandi cauſam ſubminiſtrare poterat, nam *Dei donum eſt, vt comedat, &* — Eccl. 2. 10. 24
bibat ejus de labore ſuo, vt de Iacob Sapientia teſtatur (nam Patriarcharum ſanctorum diuitiæ non fuerūt ſordidæ, & immeritæ, ſed labore, & merito comparatæ) *Honeſtauit* (locupletauit; — Sapien. 10. 10.
honeſtas enim in ſacris, non rarò pro diuitijs) *illū in laborib.* (propter labores) *& cōpleuit labores illius*; completos, perfectoſq; effecit, abſoluit, videtur enim res vna integra fieri ex labore & diuitijs, cum diuitiæ ſine labore non habeát debitū & naturale initiū, & fundamentū, vnde exurgere poſsint: neq; labor ſine diuitijs & præmio debitū & congruenté finem & abſolutioné. q; igitur ſine labore ſunt, nullo ſo-

lido fundamento fulciuntur, facileque concidunt & diſsipantur. Sanè, vt argute obſeruauit Bernardus ſermone. 4. ad fratres, *Homo, creatus non fuit ad laborem*, nā diues creatus eſt, at cùm opibus & ornamentis ſuis ſpoliatus fuerit, non niſi egenos, & miſeros filios generat. *naſcuntur* igitur in ſumma egeſtate *ad laborē*, & qui in peccatis concipimur & naſcimur, ad pœnas & labores naſcimur. Sic quicumq; Adami filius rogatus, quis, qualis velit, ad Zachariæ reſpondet, *Homo agricola ego ſum, quoniam Adā exemplum meum ab adoleſcentia mea.* Septuaginta pro *exēplo* dixerunt, *Quia* homo genuit me.* Propterea ijs, qui ſe velint laboribus ſubducere, & deſidem illam atq; voluptuariam viuendi rationem conſectari, imprecatur Dauid Pſal. 9. *Cōſtitue domine legis latorem ſuper eos, vt ſciant gentes, quoniam homines ſunt*, ad labores & ærumnas damnati, & nati.

Bernardus.

Zacha. 13. 5

LXX.

*Hijo legitimo de vn trabajador, y mi legitima ſon la hoz y el açada.

Pſalm. 9. 21.

3 Sed liber paululum in hanc ipſam rem digredi, in quam eſt bona Pſal. 72. pars, vbi perſtringuntur huiuſmodi voluptuarij diuites, qui labori & honeſtati, quaſi homines non eſſent, nefarium bellum indixere *In labore hominū* (homines, *Enos*, miſeri, calamitoſi. quaſi ipſi miſeri & *Anoſim*, non eſſent; quaſi non eſſent; eiuſdem cum calamitoſis hominibus naturæ conſortes) *non ſunt* (per Hypallag. labor nō eſt in eis, nullius labores participes ſunt) *& cum hominib.* (Hebr. cū *Adam*, appellatiuè, cum alijs hominib. ex terra formatis, & confractioni, atq; contritioni expoſitis. vel, cum alluſione ad Adā primum hominem, cui dictū eſt; *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*) *nō flagellabūtur. Ideo tenuit eos ſuperbia* (Hier. * *Ideo nutriti ſunt ad ſuperbiā* Propr *Superbia eorum* ligauit eos*, id eſt, velut torques ornauit: ſed non torques, ſed catena, quæ illos tenet vinctos & æternis cruciatibus preparatos, in collo rigido, in pectore prominenti & tumenti relucet, velut torques, ſuperbia) *operti ſunt iniquitate* (induti videlicet veſte talari ex iniurijs, & iniquitatibus tota contexta circumquaq; veſtiri. Hier. *circumdederunt ſibi iniquitatē*: veſtē non murice tinctā, ſed aliorum vermiculorum longe apud Deum pretioſiſſimorum, videlicèt pauperum & innocentum ſanguine) *& impietate ſua. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum* (exugunt ſanguinem, exorbent ſeruitores, comedunt pauperes populi, hæc illorum ſagina, *prodit*, erumpit, *Rebientan de puro gordos, y harto de hazer mal.* vel prodit iniquitas, latere non poteſt; relucet in illorum oculis, fronte, facie, impietas; niteſcunt præ impietate, qua pleni ſunt. Hieronym. *proceſſerunt à pinguedine oculi eorum*, videlicet oculi laſciui, impudentes, ſuperbi, irati, indices prauorum affectuum videntur ex ſuis ſedibus diſsilire in res externas, quas vident & concupiſcunt) *tranſierunt in affectum cordis* (id eſt, eò vſque proceſſerunt, vt non contenti præſentibus nouas ſibi omnis generis voluptates confingant, & nouis deſiderijs æſtuent, Pro affectu cordis, in Hebræ. **Picturæ, imaginati*, vt corde fingunt, & pingunt, ita externus exequuntur. vel, omnia ex votis illis ſuccedunt. vel, multò melius atque felicius illis euenit, quam cogitare, aut de-

Paraphraſis.

Pſal. 72. 5.

Geneſ. 3. 19.

Hieronym.

*Olu danſe de quien ſue ſupidre,) aſſi ſe crian regalados y engreydos.

* Echaronſe al cuello vna cadena reſplandeciente de lo berſia.

Hieronymus.

Hieronymus.

* Todo les viene como pintado y como lo y magnan y deſſeā aſſi lo ponen por la obra, a pedir de boca.

ſiderare potuiſſent, vltra affectum, vltra deſiderium * *tranſierunt*) *iniquitatem in * excelſo locuti ſunt* (id eſt, de excelſis, de cæleſtibus, de Deo; vel ſuperbe, arroganter, efferunt, & extollunt ſe loquentes,) *& lingua eorum tranſiuit in terra* (nemine illis aut repugnante, aut contradicente, nemine illorum verbis, & linguæ aditum, & tranſitum liberum prohibente) *ideo conuertetur populus meus hic* (claudunt omnes illorum latus, ingenti comitatu ſtipati incedut, & omnes ad eorū comitatum ſe conuertunt) *Et dies pleni inuenientur in eis*, (pleni ſupple calicis, epulatur quotidie ſplendide, alijsque, qui ſit illa, llantur, & obſequuntur propinant fœcundos calices) *verumtamē propter* (iuxta) *dolos, poſuiſti* (laqueos, decipulam) *eis* (quidquid mundus de illorum fælicitate ſentiat, miſeri ſunt; & pedes iam immiſerunt in laqueos, illos cōpoſuit diuina vindicta) *Subito defecerunt; perierunt propter iniquitatem ſuam* (quod hic Eliphaz exprobrat Iobo) *imaginem ipſorum ad nihilum rediges* (quaſi dicat, *modicum ſit pulchritudini eius*, quæ non eſt ſolida, ſed falſa, ſed imaginaria, ſed vmbratilis)

*Su dicha y proſperidad, corre mas que ſus deſſeos.

* Hablan de talanqueta.

4 *Et aui.* Particulæ copulatiuæ, *Et*, multiplex eſt vſus in ſacris Litteris, ſolet enim eſſe nota ſimilitudinis, tuncque videtur ſumi in rigore copulandi, nam coniunctio vtramque partem enunciationis ita coniugit, vt partes ambas, ſimiles in veritatē efficiat, vt infra cap. 34. *Auris verba probat &* (ſicut) *guttur eſcas deguſtat.* Mar. 9. *Omnis igne ſalietur, &* (ſicut) *omnis victima ſale ſalietur.* id eſt omnes homines, nihil præterim, & prædeſtinati igne tribulationum condientur, ſicut ex præcepto Leuit. 2. 1. in omni victima debet ſal adhiberi. Solet etiam particula copulatiua eſſe nota diſsimilitudinis, quaſi dicas, alioquī, vel attamen, ſicut particula aduerſatiua. Geneſ. 6. *Non permanebit ſpiritus meus, in homine in æternum eruntq; dies illius &c.* id eſt, ſed erunt dies illius. Gen. 4. *Fuit Abel paſtor ouium &* (verum tamen, at) *Cain agricola.* Prouer. 2. *Qui recti ſunt habitabunt in terra, impij verò* (Hebr. & impij) *de terra perdentur.* denique poteſt ſimpliciter accipi ita, vt iungat duas partes, & augeat ſenſum prioris. quibus omnibus modis poteſt præſenti loco ſeruire, vt iam conſtabit.

Part. culæ, Et, vſus, & proprietas.

Iob. 34. 3.

Marc. 9. 49.

Geneſ. 6. 3.

Geneſ. 4. 2.

Prouer. 2. 21.

5 *Et aui ad volatum.* Ingens eſt de huius hemiſtichij ſenſu inter interpretes concertatio, propter dictionem, (*Aui*) cui in fonte ſubeſt (*Reſeph*) & ſic habetur, *filij Reſeph volant, vel, Eleuant ſe volando.* Hebraizantes verò vertunt, *Prunam, aut, carbonem accenſum, ſcintillas, auem, Dæmonem.* Magna inde interpretationum, & ſententiarum varietas.

רשף

Et primò quidē Latinus interpres Habac. 3. vertit, *Diabolum. Egredietur diabolus ante pedes eius.* quo loco Hieron ex Hebræorum ſententia aſſerit, *Reſeph*, eſſe nomen principis Dæmoniorum, ſicque dictum, quaſi auem, propter nimiam celeritatem, & diſcurſum quoquo verſus. & ſic R Salomon hic dixit, *Filij Dæmonum eleuabunt volatum*, vt hic ſenſus ſurgat; Homo natus eſt ad laborem; & humiliationem, vt labore fractus & debilitatus faſtū deponat: at filij dæmonis ſuperbiētes volare nituntur, volat, extolluntur, eleuant ſeſe, e rapto viuere volūt, non

Habac. 3. 5.

Hieronym.

R. Salomon.

* Nacio el hōbre para trabajar, y baxar el lomo. Y el hijo del diablo echalo por alto y ajate a mayores.

labo

labore, & ſudore, ſed inſtar auium, quæ neque ſerunt, neque metunt, & tamen pater cœleſtis paſcit illas.

Pſalm. 77. 48. *Cant. 8. 6.* *Rab. Mardoc.*

Secundò, illam etiam vocem aliquando Vulgatus vertit *igne*. Pſal. 77. *Tradidit grandini iumenta eorum, & poſſeſſiones eorum igni*, id eſt, fulminibus, fulguribus & Cant. 8. *Lampades*, quare Hebræi dicunt *Reſeph*, ſignificare carbonem accenſum, aut prunam. Et Rabbi Mardochai **in ſuis concordantijs, propria, & metaphorica** huius vocabuli ſignificata enumerat hoc ordine, atq; his verbis *Pruna, Carbo accenſus, Tæda Lampas, & per tranſlationem Ferrum ſagittæ, Aegritudo calida, Febris calida inſtar prunæ, quæ citò interficit, vt peſtis*. Deut. 32. *Conſumentur fame & conſumentur (Reſeph) ardore*. **Hoc ergo loco filij** *Reſeph*, **id eſt,** filij ignis, aut prunæ, vt Regia vertit, intelliguntur impij digni igne, & gehenna: ſicut *filius mortis* dicitur dignus morte. Quare hic ſenſus **fiet; Impius ad laborem, & cruciatum natus** eſt (*Nam Diabolo & angelis eius paratus eſt ignis*) in quem cadet tandem quantumuis nunc eleuet ſe, & volet, atque volatu ex dolorum laqueis, & maiorū pœnis auolet, & ſeſe eripiat.

Deut. 32. 24. *Regia.* *Matth. 25. 41*

Qui filij ignis. *R. Abraham.* *R. Leui.* *Pagninus.* *Vatabl.* *Clarius.* *Biblia Guari.*

Sed tamen per filios ignis, aut prunæ intelligi **debere ſcintillas genitas, & proſilientes** ex igne, eſt plurimorum ſententia, R. Abrah. & R. Leui. in comment. Thargum. Pagni. Vatabl. Iſidor. Clarius. Biblia Guarini. Hæc lectio duplicem quoq; habet explicationē. primam, *Homo ad laborem natus eſt, & ſcintillæ volant* **vt dum laboraret, & terram ligone verteret lapideſq; cōfringeret, ſcintillas ex lapidibus & ſilicibus extunderet. ingentis laboris o**pus. Secundam; *Homo natus ad laborem*, quo fructum ſibi, & victum compararet: ſicut enim ictibus cum labore eliciuntur ex lapidibus ſcintillæ, ita etiam cum labore terræ fructus percipiendus eſt. Thargum dixit, *Filius hominis ad laborem natus eſt, & filij eius tanquam ſcintillæ, quæ ſaltant ex prunis, & eleuant ſe, ac ſi volarent*. **id eſt,** Miſer, & ærumnoſus homo ad laborē natus eſt licet enim videatur in oculis aliorum hominum viuere, lucere, ſplendere, ſcintillare, ſic facile igniculus ille, leuiſsimusq; ſplendor euaneſcit, & extinguitur: nō aliter atq; ſcintilla, quæ in medio aëre euaneſcit, neq. ex ſublimi volatu maius emolumentum habuit, quā quod in omnium oculis extincta eſt. ſic fulgetra ſulphurea, quæ volantia pueri appellant, acceptus in ſulphureo puluere igniculus in ſublime euehit, vt in omnium oculis extinguantur, & pereant, & vulgi prouerbiū, & fa**bula fiāt. His præterea accidit, vt cùm breuiſ**ſimo, & leuiſsimo vitę, & fœlicitatis ſplēdore ſcintillis ſimiles ſint; ſed morientes tamē ſo**lem deficientem referant, quem nemo aſpicit, nemoque illum ſermonibus vſurpat, niſi cùm defectum & tenebras patitur.**

Thargum. *Impij ſimiles fulgetris volantibus.* *Impij ſimiles ſoli deficienti.* *Deut. 32. 24.* *R. Moyſ.* *LXX.* *Complutenſ.* *Symmach.* *Aquila.*

Tertiò, vocem illam (*Reſeph*) Vulgatus vertit *Auem*, tum hic, tum Deut. 32. *Deuorabunt eos aues*. conſentit etiam R. Moyſ. hoc loco, & **Septuaginta,** *Pulli autē vulturis altiſsimè volitant*. **Cōplut.** *Pulli aquilarum* **ſumentes ſpeciem, quæ vo**latu excellit, pro genere eius. Symmach. *Filij volatilium attollunt pēnas*. Aquila *Filij volucris*. idē quoq; agnouit Hieronym. Pſalm. 75. nam vbi **Septuaginta dixerunt,** *Confregit potentias arcuum*, Hiero. legit *Volatilia arcuum*, id eſt, ſagittas ſplēdidas inſtar prunarum, pennatas, celeres, volantes inſtar auium. denique in ea voce agnoſcunt Hebræi celeritatem quandam ex volatu, vt ſupra ex ijſdem Hebræis aſſeruit Hieronymus. 5

Hieronym. *Pſal. 75. 4.* *Chryſoſt.*

Hinc iam multiplex conficitur ſenſus, Primò ſecundùm Chryſoſtomum, & pleroſque Latinos. Naturale eſt homini laborare, ſicut auium generi volare, naturale quoq; mortali**bus eſt victum ſibi cum labore, & ſudore parare, ſicut è contra auis nullo labore, alie**nis fruitur agricolæ laboribus; eſt ergo ſimilitudo quędam cum diſsimilitudine iuncta in hāc ſententiam, Ne putes, o Iob, alienas eſſe a te ærumnas, homo cum ſis, neque vero te in his calamitatibus deſpicias; non enim minor de te generali omnium prouiſori Deo cura eſt, quam de auibus, quibus neq; laborantibus, neq; metentibus liberè tantum volantibus, & quaſi per otium canentibus victum quotidianum impendit benigniſsimus creator, non itaque ærumnoſum hominem minoris æſtimat, vel canoram auiculam pluris facit. Ergo ne te deſpicias, quem Deus non deſpicit. Similiter argumentatur Chriſtus Dominus Matth. 10. a minori, *Nonne duo paſſeres aſſe veneunt? Nolite ergo timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos*.

Matth. 10. 29 *Chryſoſt.*

Secundo, quod etiam indicat Chryſoſtomus, videtur ſimilitudo in eo poſita, quod homo nequeat ſubterfugere laborē, cùm non ſit ē genere volucrum, quæ volatu ſibi conſulūt, & vincunt laqueorum, vitæq; diſcrimina: ſicut a Sapiente ſcriptum eſt, *Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum*. & Hoſeæ 11. *Auolabunt quaſi auis ex Aegypto*. & Pſ. 138. *Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris*; quod ad declinationem periculi pertinet id eſt, Si velim fugere inſtar volucris pennatæ. niſi fortè pennas auis, vela nauis intelligat, rominibus, rebusq; ipſis inter ſe colludentibus: nam **parum diſtant auis & nauis; atque ſicut illa pen**nas, ita & hęc vela dat ventis, atq; vtraque volat, fugitque velociſsimè. Homo ergo (inquit Eliphaz) fruſtra tentabit ærumnis atque **doloribus, & mille caſuum laqueis ſe ſubducere:** non enim poterit auolare neque omnino euadere. ſimili dicendi ratione dictum eſt ab Iſai. *Ecce tribulatio, & tenebræ, diſſolutio, & anguſtia, & caligo perſequens, & non poterit auolare de anguſtia ſua*. id eſt, nullū habebit miſeriarū perfugiū.

Prouerb. 1. 17. *Hoſ. 11. 11.* *Pſal. 138. 9.* *Iſai. 8. 22.*

7 Tertio, Greg. & Philipp. alacritatem quan**dam, & patientis animi conſtantiam in ſuſti**nendis laboribus imperari exiſtimant, Homo inquit, alacriter ſe dedat patientiæ, & conuolet ad arripiendos labores, ſicut auis naturali quadam voluptate volatui ſe committit. Quod etiā Paulus ſignificaſſe videtur Timotheo, ita inter alia ſic iubet, * *ſectare patientiā, manſuetudinē*, verbo *ſectādi* vehementia, ſtudium, alacritas importatur, eſt enim Græcum (*Dioco*) non ſolum ſectari, ſed etiam illo modo proſequi, & **inſequi, vt inueſtigare & inquirere diligēter &** ſtudioſè videamur. cùm videris ſuſtinētię, pa-

Greg. l. 6. c. 6 *Alacritas in amplectendis laboribus.* *1. Ad Thim. 6. 11.* * *Buſca occaſiones de padecer.* *Qui d. ſectari, aut ſectator, in ſacris diuin*

tientiçq́, materiam conuola ad illam, arripe, tibiq́ę manibus elabi ne permittas. Similem in voce *ſectandi*, aut *ſectatoris* vim, ab alio licet themate, agnouit Chryſoſtomus ſuper id ad Titum.2. *Qui dedit ſemet ipſum, vt mundaret ſibi populũ acceptabilem ſectatorem bonorum operum. Sectatorem* (inquit) *hoc eſt, magna cum alacritate, atq; ingenti ſtudio & animo, virtutis opera capeſſentem, quã in re vehementia quadam adſit, neceſſe eſt.* Neſcio quid etiã cum volatu, & auium natura coniunctum videtur Gregorius agnoſcere in illa Pauli ſententia.2.Corinth.4. *Licèt is, qui foris eſt, noſter homo corrumpatur, tamen is, qui intus eſt, renouatur de die in diem. Quia* (inquit Gregor.) *inde mens ad ſumma euolat, vnde caro in infimis deficit laboris.* Et Chryſoſt. eo loco ſic rogat, *Quo pacto renouatur?* reſpõdet; *Fide, Spe, animi promptitudine.* addit Amb. *Anima ope futuri præmij renouatur; & corporis corruptio, hæc proficit ad immortalitatem merito animæ.* Igitur hæc quoque ſententia hinc conſurget, Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum, vtriq; verò finis vltimus aut victus, aut vitæ fælicitas eſt. Homini ergo labor nõ eſt finis, ſed medium ad victum, & vitæ tranquillitatem comparandam, ſicut aui volatus finis non eſt, ſed inſtrumentum à natura datum, quo prædã & victum ſibi ſuiſque pullis conquirere poſſit, ergo homo patienter, quicquid laboris eſt ferat, quò meliùs ad futuræ vitæ & beatitudinis præmia euolare poſsit.

Chryſoſt.
Ad Tit.2.14.
Gregor.
2.Cor.4.16.
Chryſoſt.
Ambroſ.

8 Neque ſine obſeruatione prætereundum, verè atque appoſitè dici per patientiam conuolare ad beatitudinem. nõ enim tantùm per patientiam ſenſim, & pedetentim ad ſuperna gaudia accedimus, iuxta id * *Euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua*: iam illa *eundi* repetitione, peculiaris quidam affectus, & in ambulando ratio triſtibus atque lugentibus conueniens ſignificatur; ſed etiam paulo celerius, & alacrius more gaudentium; cum ſcriptum ſit, *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Currimus etiam ſicut ait Paulus *Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen.* neque verò currimus ſolum, ſed volamus iam, atque laborum & ærumnarum pennis ſubuehimur in ſublime, cùm hic dicatur non aliter homo comparari ad laborem, quàm auis ad volatũ. Mirabilis hæc celeritas, qua in ſuperna conſcẽdimus volatu perniciosiſsimo, renouati (vt Paulus loquitur) ſicut aquila nouis pennis nouatum pænarum, indicatur Pſalm.15. *Sanctis, qui in terra ſunt eius, Mirificauit omnes voluntates meas in eis; multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt.* Nam in quibus Deus beneplaciti ſui, & caritatis voluntatem declarat, multiplicatque *infirmitates* laborum, perſecutiones, ærumnas (iuxta Auguſtinum, Baſilium, Theodoret. Euthymium) hi, inquam, *accelerant* ad ſuperna, & ad curſum ſtrenuè & glorioſè cõficiendum. Rectè igitur Apoc.ca.12. cùm adeſt teterrimus draco deuorare, & perſecutionis virus euomere paratus, *datæ ſunt mulieri* (videlicet Eccleſiæ & fidelibus) *alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum locum ſuum*, ſibi paratũ à Deo. Tum etiam Paulus externis malis *renouatur*, interiùs; velut volucris cœli, *in cælis conuerſatur*.

Pſalm.124.6.
* Yuan paſſo entre paſſo, como podia yr vna gente lloroſa y affligida.
Vt quis per patientiam & labores ad præmia conuolet.
Actor.5.41.
Hebr.12.1.
Pſal.15.3.4.
Auguſt.
Baſil.
Theodoret.
Euthym.
Apoc.12.14.
2.Cor.4.16.
Philip.3.20.

9 Ex his omnibus cùm nihil planè contemnendum ſit, vt quę vtilia ſint, & pietatem promouere poſſint, neque omnino à loci huius contextu & ſententia aliena videantur; ſed tamen vltimo loco ſubijciam, quod fortè cõtextui atque etiam originali vocabulo congruere maximè videbitur. *Auis* ergo hoc loco neque ſimpliciter, neque in bonum accipi debebet; neque ea omnino vox in bonum ſumitur in Scriptura, vbi ſubſit *Reſeph*. & cum ignem, auem, morbum ardentem, ſagittam ſignificet, certè videtur vnico ſignificatu comprehendere id, quod volando adurit, vel adurendo diſcurrit, & volat. Habetque cognationem cum *Saraph*, quod eſt exurere, aut ſuccendere, & celeritatem etiam affert volatui ſimilem, vt inferius dicam, In malum verò accipi ſubiectis exemplis conſtabit. Deut.32. *Deuorabunt eos aues*, id eſt, comburentur ignitis auibus, vel peſte, aut carbunculis malignis, quæ lues volet celeriter, & omnia peruagetur, & perdat penitus aliquid intellexit Onkelos. *Inflati erunt fame, & comeſti ab auibus, & vexati ab ſpiritibus malis*. Pſalm.75. *Potentias arcuum*, id eſt, ſplendentes ſagittas, potenter & celeriter diſcurrentes, transfigentes ſubitò. Habac.3. *Egredietur Diabolus.* indicatur in egreſſu volatus, & celeritas. in Diabolo lues mortifera omnia exurens, & ſacro igne ſuccendens. Pſalm.77. *Poſſeſsiones eorum igni* id eſt, fulmini, quod volando adurit. Cant.8.* *Lampades eius, lampades ignis.* pertinacia æmulationis, & zeli comparatur lãpadibus, aut fulgetris, aut coruſcationibus maximarum flammarum quę celeriter ſe produnt, & exurgunt mirabiliter, vimque ſuam momento explicant. Et cùm alibi, quàm in prædictis locis, nõ reperiatur ea vox in Scripturis, cogimur etiam hoc loco in malum accipere, & eleganter cohærebit cum prima parte; vt ſit humanæ miſeriæ amplificatio; Homo ad laborandi, & operandi moleſtiam, & laſsitudinem natus eſt; & inſuper circa illum circumuolant mala, & aues moleſtiſsimæ & nequiſsimæ illius capiti inuolitant.

Auis in malum & quid propriè.
שׁרף
Deut.34.24.
Onkelos.
Pſal.75.4.
Habac.3.
Pſal.77.
Cant.8.
* Del fuego de los celos. ſalẽ vnas grandes llamaradas, y vnos repentinos impetus deſapoderados.

10 Sed pro quo nam hæc mala auis accipienda eſt? Primò poteſt accipi pro Dæmone; nõ quidem eodem ſenſu, quem ſupra indicauimus, ſed vt augeat humanam miſeriam; Homo ad laborem natus eſt, & præterea Dæmon circa illum volitat, paratus in illum inſilire. neque apud quoſdam viſus eſt diſsimilis omnino ſenſus illius ſententiæ, *Orate vt non intretis in tentationem, ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.* id eſt ad carnis infirmitatem accedit ſpiritus inimici promptitudo, celeritas, aſtutia, ſtudium nocendi; atque ex vtroque ingens mortalibus periculum creatur. Neque verò inauditum eſt auis nomen pro Dæmone; morantur enim ſicut auiculæ, Dæmonum catervæ in aëre caliginoſo, quà ratione à Paulo dicuntur *poteſtates tenebrarum*; & à Chriſto domino *Volucres cæli*; atque poteſt hoc loco eſſe pulchra alluſio huius auis funeſtæ, adurentis, & circumvolitantis, ad ſerpentes ignitos, qui

Matt.26.41.
Marc.14.38.
Epheſ.6.12.
Luc.8.5.

Nume. 21. Igniti ſerpentes qui, & quales. *Iſai. 14.* Serpentes alati.

Numero, ut dicuntur, *Saraph*, & flatu, aut morſu adurebant, quos pennatos fuiſſe, & populi capitibus inuolitaſſe, quorundam non imperitorum ſententia eſt: id quod ex Iſai. 14. colligitur. *De radice colubri egredietur regulus, & ſemen eius abſorbens volucrem*, quem locum alij legendum putarunt, *Abſorbens volucris*. vbi Iſaias comminatur Philiſthæis exitium miſerandũ ab Ezechia pronepote Oziæ, foreque vt Ezechias ſit velut *Serpens abſorbens volucrem*, id eſt, flatu, & ſaltu, volatu quoque volucres interficiens. Arabia enim, vt Solinus ſcribit, abundare dicitur alatis ſerpentibus. quare res hæc Iobo, & eius amicis, Syriſq; omnibus nota, & familiaris. Sunt etiã dicuntur eſſe apud Kimdacum in Ponto ſerpentes, qui inſiliant pernicioſo volatu in volucres, eaſque rapiant & deglutiant. In Aegypto vero ſcorpiones alatos eſſe etiam Aelianus auctor eſt. cuius inuenti etiam ſunt viperæ quædam, quæ iaculorum more, aut inſtar ocyſſymorum cometarũ volant, & rapidiſsimè vibrantur, auctoribus Plin. & Aetio. dum de Chenchrite ſerpete loquitur; quem, dum ſe ad lædendum parat, aiũt extendere ſe ipſum, ac veluti iaculum vibratum corporibus inuolare: Rurſus; idem Plinius hunc ſerpentem Iaculum (ſic enim vocant) ex arborum ramis vibrari ſcribit. deniq; in India plura ſerpentum genera alata reperiri vetus fama eſt. nam de Africa abunde id teſtatur Lucan. cum de Natrice ſerpente, qui in aqua quoque venenum ſpargit, atq; de Iaculatricibus illis volucribus, viperiſq; ſic loquitur.

Arabia abundans alatis ſerpentibus. *Solinus.*

Aelian. lib. 16. cap. 42.

Pli. li. 2. c. 25. Aetius Tetrab. 4. Serm. 1. cap. 27. Pli. li. 8. c. 23. Megaſtenes. lib. 1. c. 6. & Aelia lib. 9. cap. 42. Luca. lib. 9. Iſai. 30. 6.

Et Natrix violator aquæ, iaculique volucres. Non aliter idem Iſai. c. 30. deſcribit Aegyptum funeſtam, exitioſamq; Iudæis; *In terra tribulationis & anguſtiæ leæna, & leo ex eis, vipera, & regulus volans*. nam illa Aegypti terra huiuſmodi truculentis belluis, leonibus, baſiliſcis, anguibus, viperis, Iaculis, regulis volantibus, funeſtis, venenatiſq; volucribus obſeſſa eſt: quare ſicut illo Iſai. 14. loco auis funeſta, quæ ad volatum ſe comparat, id eſt, ad lædendum, & vrendum ſuo volatu, ita etiam Pſal. 90. iunguntur *ſagitta volans in die, negotium*, vel peſtis, *perambulans in tenebris, & Dæmonium meridianum*, quod etiam ſerpentis, & viperæ inſtar lædit, & mordet diſcurrendo & volando: nam (*Keteb*) à mordendo vel excindendo dicitur, quare *incurſus dæmonij meridiani*, vel morſus, vt Hier. tranſtulit, eſt ille ipſe *morſus amariſsimus* Deut. 32. qui funeſtis auibus tribuitur, reſpondente vtrobique eadem voce originali. neque hæc alarum & volandi tranſlatio incognita eſt Latinis poetis, cum Lyricus dixerit.

Pſalm. 90. 5.

קטב

Horat. lib. 2. Sa.y. 1.

11

Seu me tranquilla ſenectus expectat,

Seu mors atris circumuolat alis.

Quod ſi non dæmonem, neque eiuſmodi nocturnas aues intelligas, certe licebit ærumnas, calamitates, dolores acerrimos, vrentes, mordentes, conficientes vitam humanam, & in hominem ſtatim, atque ortus eſt, inuolantes, eiuſque capiti inſidiantes intelligere, nam hæ obſident & circumueniunt vitam humanam, & adunco roſtro pungunt, atque dilacerant. Tu, ò Iob (inquit Eliphaz) cùm hæc ita ſint, exiſtimabas te ſecurè & tranquille diuitijs ſine labore partis fruiturum? dediſti certe iam pœnas meritiſsimas, & clare perſpicis cauſam illam, ſine qua nihil in terra fit.

VIII. Quamobrem ego deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum.

1. *Multiplex huius ſententiæ acceptio. Patientia lenitur diuina ira, impatientia prouocatur.*
2. *Pronomen Ego, emphaſis cauſa. Particulæ Verum tamen quæ proprietas. Quid deprecari ex Hebræo.*
3. *Quid ſit ponere preces coram Deo. Verba quæ motum non ſignificant, aliquando motum capiunt.*

DVpliciter accipi poteſt; primò, vt velit Eliphaz aſtruere diuinam prouidẽtiam ſcelerum vindicẽ; Ego (inquit) agnoſcam Deum iudicem æquiſſimum, atq; eius peculiarem erga res humanas prouidentiam ſuſpiciam, & reuerebor, quam etiam ſeruat erga res alias. quare ſtatim ſubiungit prouidẽtiam in metheoris. Vel certè conatur Iobum adducere, vt reſipiſcat, idque ſuo exemplo latenter propoſito; Tu, ò Iob, de tua ſanctitate vt voles ſentito atq; in tuis iſtis ærumnis te ꝓ tuo ſenſu, & infirmitate gerito; ego (enim) *deprecabor Dominum* (*El*, Deum fortem, qui ſolus potens eſt homines è malis eripere) *& ad Deum* (*elohim* æquiſſimum iudicẽ) *ponam* (Hebr. dirigam) *eloquium* (preces) *meum*. nam qui iuſte irrogat pœnam, non niſi prece placari debet. S. S. *Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiem*. id eſt, rigorem, & ſeueritatem prolatæ à Principe ſententiæ. Non diſſimile id. *Laudate Dominum, quoniam bonus eſt Pſalmus* (preces vtiles) *præcinite Domino in confeſſione*. Non ineptè ſuſpicantur quidam pro, *Exarxate*, quod eſt incipere, aut præcinite, dictum eſſe à Septuag. *Exadete*, excantate, auellite Deum ab ira, quam in vos conceperat & lenite illum confeſſione: nam ſi veſtra peccata Deum quaſi incantatione ad furorem concitarunt, excantabitur humili peccatorum confeſſione. Confitere igitur (ait Eliphaz) peccatum tuum, & da gloriam Deo, deprecatus veniam. *Nam ſimulatores & calliditate prouocant iram Dei, neq; clamabunt, cum vincti fuerint*. ſicut de impio. S. S. *Cùm eſurierit iraſcetur, & maledicet regi ſuo, & ſuſpiciet ſurſum*. videlicet cum extrema iam clade cõſicietur vnicum illud ſubſidium, quod in Deo placando poſitum erat, omnino contemnet, atque in Deum regemque ſuum, quem precibus, & peccatorum deteſtatione placare debuiſſet, conuitia & maledicta congeret, & cum oculos in cœlum ſuſtulerit infenſius illud intuebitur, & quòd inde ſibi mala immitti ſentiat, etiam graue illud ſibi perſentiet.

1

Prou. 25. 15.

Pſal. 146. 1.

ἐξάρξατε ἐξᾴδετε

Iob. 36. 13.

Iſai. 8. 21.

Ego. Olympiodor. accipit pronomen hoc explicatum emphaſis, & arrogãtiæ cauſa, quaſi diceret; Ego gratias Deo agam immortales, quòd non ſum, ſicut tu, diuinę prouidentiæ cri- 2.

Olympiod.

minator, auarus, rapax, ſæuus pauperum dilaniator; &c. atque hunc ſenſum videtur indicare illa particula aduerſatiua, *Veruntamen.* Alij accipiunt initiis, vt conſilium Deum deprecandi videatur ſuggerere; id quod ſuauiter & amicè fit in ſua perſona, quaſi diceret; ſi tuo ego loco eſſem, omnino precibus vacarem, & deprecationi meorum peccatorũ, & hanc optimi conſilij rationem particula illa videtur confirmare, quæ aliquando aſſerit, vt eſt, *certè*, id ego mihi tanquam optimum eligerem. eſt etiam non raro optantis; Vtinam hanc ego mentem ſemper habeam Deum deprecandi, vtinam eandem tu aſſumas, quæ valde tibi ſalutaris exiſtet. vel tandem tertio, Cum te o amice Iob, omnem patientiæ & honeſtatis rationem contempſiſſe videam, nihil mihi officij erga te reliquum eſſe video, quam vt Deum pro te deprecer, vt te ad ſe conuertat, longeque errantem ad tramitem pietatis reuocet.

Particula veruntamẽ. אוּלָם.

Sed ſi verbum *Deprecaris* vrgeamus, in fonte quidem eſt (*Daraſ*) quod etiam *Deprecari* vertit Vulgatus Iſai. 11. *Quod dat in ſignum populorũ, ipſum gentes deprecabuntur.* Proprie vero eſt quærere, inquirere, ad aliquem ſe conferre opis, & auxilij implorandi & deprecandi gratia; tum etiam interrogare, vel conſilium petere ab eo, qui ſuperior eſt, vel potentior nobis ſit, a quo ſedice dictum. Geneſ. 26. *Perrexit Rebecca, vt conſuleret*, interrogaret, deprecaretur, *Dominum.* & Ezechi. 20 *Vt interrogarent Dominum.* Poteſt ergo eſſe ſenſus; Ego potius requirerem Deum, & quærerem ab eo humiliter & ſubmiſſè ærumnarum cauſam. deprecabor igitur, vt tibi aperiat, quorſum te puniat; tu item quærito, & deprecator idem.

Quid propriè deprecari דָּרַשׁ Iſai. 11. 10. Gen. 25. 22. Ezech. 20. 1.

Ad Deum ponam eloquium meum. Philippus notat, Sermonem in conſpectu Domini conſtituere, idem eſſe, quod humilem te & patientem Deo præbere. ſic ille; *Hoc loquar ante eum, quod humilitatem meam ipſi commendet, non vt me ſuperbum, ſicut te, notabilem faciat.* Rectè. licet quidem *Ponere ad Deum eloquium* idem videatur eſſe, quod deprecari, dirigere orationem ad Deum aptè, concinnè fundere preces.

3 Philipp.

Quod vero ad Scripturæ phraſim pertinet, notandum eſt, verba, quæ motum non afferunt, poſſe illum habere appoſita præpoſitione, Pſalm 72. *Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te*: id eſt, qui fornicando, & idola colendo recedunt à te. Iſaiæ 42. *Taceant ad me inſulæ.* id eſt tacentes conuertantur, & accedant ad me audiendum. Sic ergo, *Ponam ad Deum eloquium.* id eſt, ad eum confugiam locuturus, & vſurus in conſpectu eius orationem meam.

Verba quæ motum non ſignificant, aliquando cum motu exponuntur. Pſal. 72. 27. Iſai. 42. 1.

IX. Qui facit magna, & inſcrutabilia, & mirabilia abſque numero.

1. *Multiplex huius ſententiæ ſcopus.*
2. *Magnum ad molem, & perfectionem.*
3. *Inſcrutabile quid in ſacris, & quot modis vertatur à Vulgato. Iſaias elucidatus.*
4. *Mirabile, aut miraculum etiam in naturæ operibus. Quid propriè ex Theologia & ſacris.*
5. *Innumerabile reſpectu noſtræ intelligentiæ. Hyperbole multis exemplis oſtenſa.*

1
DEI potentiam, & mirabilitatem in agendo explicat, vel vt terreat, & comprimat Iobum, quẽ putat aduerſus numen inſoleſcere; vel vt deliniat, & conſoletur ærumnoſum, & afflictum hominem, propoſita diuinorum operum magnitudine, *vt memor ſit Dei, & delectetur.* vel, vt ſaluti, rebusq; deſperatiſsimis medicinam præſentiſsimam, & ſapientiſsimum medicum oſtendat, qui potens ſit e malis omnibus eripere, vel tandem, vt prouidentiam ſtatuat in rebus creatis, quã erga res humanas, & impiorum ſupplicia ſuperius indicauerat.

Quis ſit huius ſententiæ ſcopus.

2
Qui facit Parat, diſponit, aptè, concinnè; exquiſitè facit, ex proprietate verbi Hebraici *Naſah.* D. Tho. ad magnitudinem molis cælorum, & ſyderum refert, quorũ, cur tam magna ſint, non ſit alia cauſa, quam voluntas alicuius ſupremi, ſapientiſsimique mundi creatoris, & moderatoris. Sed magnitudo quidem frequentius in ſacris litteris ſumitur, pro quantitate & mole, quam vocant, perfectionis, ſicut Ier. 10. *Magnus es tu, & magnum nomen tuum.* & Pſalm. 135. dicuntur, *Sol & Luna, luminaria magna*, non quidem amplitudine, & mole, cum multis ſyderibus ſint minora, ſed magnitudine & robore virtutis, actionis, efficacitatis, luminis quare idem in hoc loco ſenſus, qui Pſalm. 135 *Qui facit mirabilia magna.* id eſt inſignes quoſdam, præclaros, magnificos effectus.

D. Thom. Magnus pro quantitate molis, & perfectionis. Ierem. 10. 6. Pſal. 135. 7. Pſal. 135. 4.

3
Inſcrutabilia. In Hebr. *Abſque ſcrutatione.* Id eſt, occulta, & quorum rationes, & cauſas non poſsit perfectè inueſtigare homo. Septuaginta, *Non veſtigabilia*, eadem vox, atque ſenſus, qui Pſal. 144. *Magnitudinis eius non eſt finis.* prop. Non eſt ſcrutatio. Hieron. *Magnitudinis eius non eſt inuentio.* alia etiam vox orientalis ſignificat, *Profundum* infra cap. 38. *Nunquid ingreſſus es profunda maris, & in nouiſsimis* (Hebr. in ſcrutatione) *abyſsi deambulaſti?* itaque hic, *Magna abſque ſcrutatione* ſunt, profunda, immenſa, in altiſsimo ignorationis & inſcitiæ noſtræ, quaſi pelago abſtruſa, & demerſa; quorum profunditatis non ſit finis. quod ſi ab Eliphaz dicatur, vt Iobum vellit inſtruere, tam eſſe profundam diuinæ prouidentiæ atque ſapientiæ abyſſum, cum hominem obruit miſerijs, vt perſpectas habere nõ poſsit omnes ſuæ calamitatis cauſas, certe erit eadem ſententia cum illa Iſai. 40. *Quare dicis, Iacob, & loqueris, Iſrael, Abſcondita eſt via mea à Domino*, (nulla illum mei cura tangit) *& a Deo meo iudicium meum tranſiuit* (præterit ea, quę ad meæ cauſæ abſolutionem, & hoſtium vindictam ſpectant) *Qui creauit terminos terræ* (prætereaque omnia moderatur, *non deficiet, nec laborabit* (ne putes te ab illo deſpici, aut contemni, quod in mundi totius agitandi munus intentus nullum habeat liberum tempus, quo rebus tuis proſpiciat) *Nec eſt inueſtigatio ſapientiæ eius*(te neſciente; ſcit ille, cuius ſapientiæ & potentiæ infinita vis eſt, quid facto opus ſit, in tuis vel ærumnis, vel incolumitate. ille tenet rerum omnium cauſas, mouet, moderatur.

LXX. Hieronym. Pſa. 144. 3. * Noay hallar le cabo, ni fondo, ni ſuelo. Iob. 38. 16. Iſai. 40. 27.

At mi-

4 *Gregorius.* Naturę opera mirabilia. *Pſalm. 71. Pſal. 135. 4. Auguſtinus.*

Et mirabilia. Gregorius de miraculis ſupernaturalibus accipit, ſed forte ad naturæ opera quoque pertinet, de quibus dictum eſt 1. Paralip. 16. & 135. *Qui facit mirabilia magna ſolus.* Itaq; nonnunque tribuuntur creationis opera. ſic Aug. tract. 24. in Ioan. ait, *mirabilius eſſe grani in terra multiplicationem, quàm quinque panum* [illegible] idemq; cum de miraculis loquitur 10. de Ciuit. c. 12. *Quidquid* (inquit) *mirabile fit in mundo, profectò minus eſt quàm totus hic mundus, id eſt, cælum, & terra, & omnia, quæ in eis ſunt* [illegible] *quæ fecit iſta Deus, quia eſt, occultus eſt, & incomprehenſibilis hominis, quamuis itaque miracula viſibilium naturarum videndi aſsiduitate viluerint, tamen* [illegible] *ſapienter intuemur, inuſitatiſsimis* [illegible] *miraculis ſunt.* Sic Auguſt. & Nazian. cum quædam naturæ opera ſtupenda commemorasset, ſemel & iterum vocat illa miracula in Præceptis ad virgines. *Nazianzenus.*

Quis tandem numerare queat miracula verbi?

Quæ etiam in paruis eadem miracula lucent.

Dicuntur autem naturæ opera mirabilia, quatenus procedunt à diuina potentia, quam nos comprehendere non poſſumus, vt D. Thomas docuit agens de Spiritual. creat. Sed hoc tamen loco ſapienter idem D. Thom. addidit, ea dici mirabilia, quæ cùm pateant, earum tamen cauſæ inueſtigari non poſſunt. Sed certè vis huius vocabuli ea eſt in ſacris, vt ſignificet nō ſolùm id, quod admirationem affert ex ignoratione cauſæ, ſed quidquid eſt abſconditum, & ſuperat vires noſtræ intelligentiæ, Iud. c. 13. *Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* & Pſal. 130. *Non ambulaui in magnis, nec in mirabilibus ſuper me.* id eſt, Non me extuli ad ea, quę meas vires, aut ingenium ſuperarent. Symma. *In maieſtatibus, neque in tranſcendentibus me.* Dilucidè & eleganter Theodoret. *Me ipſum metiebar, & quæ me excedunt non aggreſſus ſum.* His omnibus modis explicantur mirabilia. Deus igitur (inquit Eliphaz) magnificentiſsima opera edit, quæ & vires & intelligentiam noſtram longiſsimè ſuperant.

D. Thomas de ſpirit. creat. a. 2. ad. 6. Mirabilia quæ. *Iudic. 13. 18. Pſal. 130. 1. Symmachus. Theodoretus.*

1 *D. Thom.* Infinitum in noſtra numeratione.

Abſque numero D. Thom. exiſtimat hoc dictū ad tollendum illorum errorem, qui exiſtimarunt res eo ordine à Deo procedere, vt non niſi vnicus immediatus effectus à Deo procederet, ab hoc alius, deinde ſuo ordine ſerieq; vniuerſi alij; docet igitur plurà à Deò proceſſiſſe, imò cuncta ab illo immediatè pendere, in quibus ipſe intimè adeſt. ſubtiliter D. Thomas. Rurſus Caietan. & alij hanc innumerabilitatem rerum creatarum conſiderant non re ipſa, ſed in noſtra cognitione & numeratiōe: numerare enim omnia non poſſumus. Sic etiā Didymus. Sed forte hyperbole eſt, ſicut & id Ioan. 21. *Alia multa fecit Ieſus, quæ ſi ſcriberentur per ſingula, neque ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt libros.* quod Iſidorus Peluſiota lib. 2. epiſtola 99. intelligit non ſolum de operibus à Chriſto Domino, dum in mortali carne viueret, patratis, ſed etiam de alijs in mundi initio factis, nam *omnia per ipſum facta ſunt.* Horum ergo hiſtoriam & numerationem ait per hyperbolem fore, vt non poſſet mundo capi. Huius figuræ (ne quis exiſtimet in vitam hunc à nobis trahi) paſsim occurrunt exēpla; cuius generis illa ſunt. Deut. 1. *vrbes muratæ vſque ad cælum.* Exod. 3 *Terra, quæ fluit lacte & melle.* Pſalm. 106. *Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendūt vſque ad abyſſos.* alia congerit Iſidorus loco indicato. Cyrillus lib. 11. in Ioan. cap. 68. Auguſt. Epiſtola. 59. ad Paulinum.

D. Thom. Caietanus. Didymus. Hyperbole. Ioan. 21. 25. Iſidorus Peluſiota. Deut. 1. 28. Exod. 3. 8. Pſal. 106. 26. Iſidorus. Cyrillus. Auguſtinus.

X. Qui dat pluuiam ſuper faciem terræ, & irrigat aquis vniuerſa.

1. *Peculiaris Dei prouidentia & maieſtas in pluuiarum gubernatione. Nomen Dominus, & Adonai.*
2. *Flumina, vbi deſunt pluuiæ.*
3 *Varia Hebraizantium lectio. Quid apud illos plateatum etiam apud Vulgatum.*
4. *Pluuiæ mentio in diuino ſupplicio.*

Plerique exiſtimant hic doceri prouidentiam in naturalibus. & primum quidem in pluuiarum, & imbrium immiſsione. vt enim Chryſoſtomus hoc loco ait, hoc primū eſt illius beneficentiæ munus, quo & vita noſtra continetur, & temporum viciſsitudo declaratur. Pluuiarum ergo, & imbrium partitio in diuerſas terræ partes, diuerſiſque anni temporibus tam mirabilis eſt, vt meritò de illa naturæ auctor videatur gloriari. Iob. 28. 36. 37. 38. & Pſalm. 142. Ieremiæ. 10. & 14. *Numquid ſunt in dijs gentium qui pluant?* (Aquila. *Nunquid eſt in vanitatibus gentium qui pluant?* quaſi dicat vanum eſt numen, cui poſſe pluere non ſubeſt) *aut cæli poſſunt dare imbres? nonne tu es Dominus Deus noſter, quem expectauimus, tu enim feciſti omnia hæc.* Septuaginta, *Quid ſi cælum dabit ſatietatem ſuam. nonne tu es ipſe?* Amos. 5. *Qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ Dominus Nomen eſt eius.* Adonai, beneficus alij fundamentum, & baſis, cui tota rerum creatarum moles & ſtructura incumbit. rectè noſter, *Dominus* id enim ſupremæ dominationis, & poteſtatis indicium eſt, Actuum. 14. *Non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit* (id eſt, teſtatam voluit cunctis mortalibus ſuam maieſtatem, potentiam, ſapientiam, charitatem erga genus humanum) *benefaciens de cælo, dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia corda veſtra.* Nā tunc Deus præſentem ſe oſtendit, cùm pluit, cùm ponit nubem aſcenſum ſuum, & ſuo ſpiritu dicitur liquefacere materiam pluuiæ, & in ſtillas conuertere Pſalm. 147. *Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea, flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ.* Vide id Eccleſ. 43. *In magnitudine ſua poſuit nubes, ſuper omnem congregationem aquarum requieſcet, & ſicut lorica induit ſe aquis.* Ex hac pluuiarum adminiſtratione, & prouidētia reliquas temporum omnium, atque rerum ſublunarium, humanæque vitæ varietates, & viciſsitudines intelligit; cum pluuijs enim coniungit D. Lucas eo loco, tempora fructifera, cibum & humanorum cordium gaudium atque lætitiam.

1 *Chryſoſtomus. Iob. 28. 36. 37. 39. Pſalm. 147. Ierem. 10. & 14. Aquila. LXX. Amos. 5. 8. Actu. 14. 17. Pſal. 147. 18. Eccleſ. 43. 16.*

2 Secunda autem pars, *Et irrigat aquis vniuerſa,* non per explicationem, aut expoſitionē prio-

Flumina ſupplementum pluuiarum. *D. Thomas. Dionyſ. Caiet.* ris partis, ſed pro fluminibus ferè accipitur ab interpretibus, D. Thom. Caiet. Dion. nam fluminum exundatione ſupplet Deus pluuiarum defectum, vt in Aegypto, vbi *iacto ſemine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ*; nam de cœlo non expectat pluuiam. (*Deut. 11. 10.*) & *cùm non plueret Dominus ſuper terram, fons aſcendebat è terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.* (*Gen. 2. 4. 6.*)

3 Hebraizantium varia lectio. *Complutenſ.* חוץ Sed Hebraizantes hoc loco aliter vertunt; *Qui irrigat aquis plateas.* vel, Qui mittit aquas ſuper facies platearum. Com. plut. *Super faciē platearum* & quidem noſter interpres vocem originalem, quam hic vertit *Vniuerſa (Hhutſ) Plateas* vertit infra. cap. 18. *Non celebretur nomen eius in plateis.* (*Iob. 18. 17.*) & Ier. 7 *In plateis Ieruſalem.* (*Ierem. 7. 18.*) & *Vias.* Ieremiæ. 5. (*Ierem. 5. 1.*) Iſai. 51. (*Iſai. 51. 20.*) & ſenſus idem, cum Prouerbiorum 1. vertit *Foras; Sapientia foris prædicat* (nam per expoſitionem additur) *in plateis dat vocem ſuam, in capite turbarum clamitat, In foribus portarum vrbis*. (*Prou. 1. 20.*) eſt ergo originalis vox idem quod, *foris*, aut *foras*, extra, ſeu extrinſecus. & quia via publica & platea, aut vicus eſt extra domos & priuata ædificia, ideo pro plateis ſumitur, aut pro via: & in vniuerſum pro loco exteriori, qui eſt extra domos aut mœnia vrbis; & ſic hoc loco Septuaginta intellexiſſe videntur, locum apertum, tectoq; carentem, dium videlicet. nam legunt, *Mittit aquam ſuper eam, quæ ſub cœlo.* (LXX.) Scholia Græca, *Super partes exteriores*. ergo loca aperta, externa, plateas quæ foris ſunt, quæ ad vrbes non pertinent, quę omnibus peruia ſunt, irrigare, idem videtur eſſe, quod pluere ſuper ea, quæ nullis certis limitibus continentur, neq; à quoquam ſeminantur, aut excoluntur; videlicet non ſolum pluit ſuper iuſtos & iniuſtos; ſed etiam, cum beneficentiſsimus, & rerum optimarum, atq; maximè vtilium abundantiſſimus ſit, non ſolum frumentitios agros, aut alia loca, ex quibus fructum percipit agricola, cœleſti imbre perfundit, ſed etiam deſerta & horrida loca, atq; mortalibus inacceſſa, id quod videtur Deus ad magnificentiæ ſuæ oſtentationem quandam proferre Iob 38. (*Iob. 38. 25.*) *Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, vt plueret ſuper terram, abſq; homine in deſerto, vbi nullus mortalium commoratur, vt impleret inuiam, & deſolatam, & produceret herbas virentes?* certe hoc ad indulgentiſsimā quandam rerum omnium etiam viliſsimarum, & inutiliſsimarum curā & prouidentiam pertinet, cum neq; propter mortalium, vlliusve animantis vſum, aut opportunitatem captandam inacceſſis montibus & inuiis cautib⁹ benefaciat, implens omnia humore, lætitia, iucundiſsima quadam herbeſcentiq; viriditate. Hęc elegāter illuminauit noſter interpres, cum dixit, *Vniuerſa.* quaſi diceret; Non ſolùm perfundit terram frumentariam, quæ ſeritur, & colitur, ſed etiam vniuerſas alias terrę partes; quarum nulla diuinæ beneficientiæ expers eſt.

4 Pluuia in diuinis ſupplicijs. Sed ego tamen ſuſpicor, quoniam de rerū naturalium prouidentia, & moderatione nihil præterea hoc loco ſubiungitur, non ſolùm hic fieri mentionem pluuiæ propter ſolam rerum naturalium prouidentiam, ſed propter eam quoque, quæ ad res humanas pertinet; qualis enituit in aquis diluuij. neque mirum eò fieri alluſionem hoc loco, cum cætera, quæ ſequuntur, ad impiorum ſupplicia, & iuſtorum protectionem pertineant.

XI. Qui ponit humiles in ſublime, & mœrentes erigit ſoſpitate.

1. *Humiles qui. Honores & dignitas conferuntur à Deo.*
2. *Locus ſublimis Magiſtratuum & Principum multa ex ſacris.*
3. *Qui audiantur Mœrentes in Hebræo. Lux lata.*
4. *Erigi dicitur, quod in tuto collocatur.*
5. *Salus & ſaluator ſecuritatem quandam indicant. Ennéadis, & Epanorthoſis figura.*

NOn ſolum (inquit) Deus vtitur potentia & fortitudine ſua, ad puniendos, deprimendoſque ſuperbos, ſed etiam ad exaltandos *humiles*, id eſt, humiliatos, abiectos, contritos, oppreſſos, fractos exaltat, & viuificat, iuxta id Iſai. 57. *Viuificat* (recreat; erigit) *ſpiritum humilium, & viuificat cor contritorum.* 1 Humiles qui. *Iſai. 57. 15.* Iob cap. 22. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* *Iob. 22. 29.* Videtur itaque *Eliphaz*, Iobum erigere in ſpem, ſi ſe Deo ſupplicem præbeat, priſtinum honoris & dignitatis gradum, recuperandi, quod ille pro ſua prouidentia, parique poteſtate, honores, atque dignitates partiatur inter mortales. Oleum enim & operam perdent, qui aliter honores, & dignitates ambiant, ſicut ſcriptū eſt, *quia neq; ab Oriente, neque ab occidente, neq; a deſertis montibus.* Honores, & dignitates conferuntur à Deo. *Pſal. 74. 7.* eſt hoc loco reticentia quædam, quæ iuxta originale rectè ſuppletur, addendo, *non venit eleuatio* aut, *exaltatio.* ſequitur enim *Quoniam Deus iudex eſt, hunc humiliat, & hunc exaltat.* ipſe enim pro æquitate ſua cuncta diſpenſat, neq; ſolum cum res ſuffragijs agitur, aut Principis vnius voluntate, & arbitrio, ſed etiā cū ſortibus miſſis eligitur quis: quod enim alicui contingat, non cæcæ ſorti, ſed Dei prouidentiæ, & ſapientiæ tribuendum eſſe docet Sapiens Prou. 16. *Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.* *Prou. 16. 33.* id eſt, æquiſsimo iudicio diſponuntur, ſumma cum temperatione, & moderatione æquitatis. nam in Heb. eſt, *Et à Domino iudicium eius.* & , vt paulo latius ſententia pateret, legitur a Septuagint. Vatic. *In ſinum veniūt omnia iniuſtis; à Domino autem omnia iuſta.* *LXX. Vatica.* Complut. autem non, *iniuſtis*, ſed *iuſtis*, &c. Habet verum vtrumque; nam ſiue iuſtis, ſiue iniuſtis, aut gradus honoris, & dignitatis, aut deiectio & deturbatio ad extremam miſeriam diuini iudicij, & prouidentiæ eſt. honorum autem, honorificorumq; locorum cōſequutio aliquando ſorte fiebat, de quo alias dicendum. Ex hac vero occulta Dei prouidētia, & honorum collatione prouenit, vt *Inſuſpicabilis portet Diadema.* *Eccleſ. 11. 5.* in hanc rem præclara multa in Eccleſiaſtico. cap. 11. Ergo Deus *ponit humiles in ſublime.*

In ſublime. Exiſtimare certè licet has & ſimiles alias locutiones erigendi humiles & abiectos, & in ſublime collocādi, vel ecōtra deij-

Sedes ſublimiores in iudicijs, diſputationibus conuiuijs.

3.Reg. 10. 19. 2.Reg.3.10. Iſai.66.1. Iſai. 6.2.

ciendi è ſublimi, reſpicere ad antiquam regū, magiſtratuum, virorum nobilium conſuetudinem in loco ſublimiori ſedēdi: hæc eſt enim regia cathedra, thronus, ſolium. & et ex 3. Reg.10. Thronus Salomonis habebat ſex gradus. & 2. Reg.6. *Eleuetur Thronus Dauid ſuper Iudā.* id eſt, ſit rex, atque reliquo populo ſedeat ſublimior. & eò alluditur Iſai.66. *Cœlum ſedes mea.* & cap.6. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum.* deſcribitur enim ex celſitudine Throni diuina maieſtas. Tum etiam in publicis conuentibus, aut diſputationibus erant *prima*, & ſublimes cathedræ reliquis ſedibus eminentiores. Matth. 23. Marc. 12. Luc. 20. Et forte erant in conuiuijs, & triclinijs quidam lecti, aut ſedes lectorum reliquis ſublimiores. quod apparet ex 1 Reg. 20. *Sedit Rex ad comedendum panem ſuper cathedram ſuam ſecundū conſuetudinem.* cum quo rectè quadrat, quod in parabola de Inuitatis dixit Chriſtus Dominus Luc.14. *Intendēs quomodo primos accubitus eligerent.* aſcendebatur enim ad illos; *Amice aſcende ſuperiùs, quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.* & Prouerb. 25. *Ne gloriōſus appareas coram Rege, & in loco magnatorum ne ſteteris; melius eſt enim, vt dicatur tibi, aſcende huc,* neque diſsimile id.

Matth. 23. Marc. 12. Luc.20. 1.Reg.20. 25. Luc. 14.7. Prou.25. 6.

2.Aeneid.

Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto.

Nam torus altus, cui accumbebat, profectò non alius erat, quam tori pars, ſedeſque ſublimior, ſic etiam eo loco exponente Donato; videlicet, ea altitudo vnde melius audiri, videríque potuiſſet Aeneas. Scio *altum*, id eſt, primum ſummumque locum ante medium ab alijs accipi, ſed ego cōiecturam facio non omnino infirmam ex ipſis verbis, & proprietate ſignificationis. Huc etiam pertinet id Pſal. 36. *Honorificati, & exaltati.* & Pſalm. 26. *Exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.* & Eccleſiaſti. cap.15. *Exaltauit illum apud proximos ſuos.* Abiectiſsimum eſt locum, qui valdè humilis ſit, & terræ proximus, ipſa res, atque verba humiliandi, abijciendi, cadendi, deſcendēdi, ſedendi in puluere, & terra indicant. Iſai.47. *Deſcende, ſede in puluere virgo filia Babylon, ſede in terra; non eſt ſolium filiæ Chaldæorum.* Iſai.14. *Qui dicebas, In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſimilis ero altiſsimo. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua: quomodo cecidiſti in terram? &c.* atque is erat ille afflictorum, & miſerorum mos ſedendi in puluere. Luc.1. *Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles.* Pſal.112. & 2.Reg. *Suſcitās de puluere egenum, vt ſedeat cum principibus.* & 3.Reg.16. *Exaltaui te de puluere* (in qua enim alia honorificentiori ſede ſederet paſtor, quàm recubans in ſolio ſub cœlo?) *Et poſui te Ducem ſuper populum meum.* Inde eos, qui ſubitò in honores conſcendunt, Hiſpanus prouerbialiter dicit, *que ſe leleuantan del polvo dela tierra.* Scio hæc, quæ adduximus loca, poſſe ad ordinem dignitatis & honoris, non etiam ad loci altitudinem aut eminentiam aliquā referri; ſed ſimpliciùs, vt verba ipſa ſonant, ad aſcenſum atq; deſceſum ex loco in locum aut celſiorem, aut inferiorem accipi debere, Iacobus Apoſtolus confirmare poterit luculēter, cùm de acceptione perſonarum loquitur. *Si introierit in conuentum veſtrum vir aureum annulum habens in veſte candida, introierit autem & pauper in ſordido habitu; & dixeritis ei, Tu ſede hic bene* (*Cαλῶς*, honeſtè, honorificè, rite, ſecundum ordinem, & gradum tuæ dignitatis) *pauperi autē dicatis, Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorū.* En locū ignobiliorū infimum eſſe, nobiliorū vero ſuperiorē & ſublimiorē; quā rem explicare videtur Ambroſ. qui ſuper id. 1. Corinth. 14. *Si cui reuelatum fuerit ſedenti &c.* ſcribit; *Hæc traditio Synagogæ eſt, quam nos vult ſectari, quia Chriſtianis quidem ſcribit, ſed ex gentibus factis, non ex Iudæis, vt ſedentes diſputent, ſeniores dignitate in cathedris, ſequentes in ſubſellijs, nouiſsimi in pauimento ſuper mattas.* & eo proculdubio pertinet, quod Eccleſiaſtes cap.10. ait, *Eſt malum, quod vidi ſub ſole, poſitum ſtultum in dignitate* (Iudicis, Magiſtratus, Doctoris) *ſublimi, & diuites ſedere deorſum.* Ergo (inquit Eliphaz) ex humili & abiecta conditione, humilique ſede, & loco infimo transferre poteſt Deus ad regios thronos, & iudiciarias ſellas, & loca longè excelſa, & honorifica, atque tibi, o Iob, regni ſedem iterum reſtituere.

Iacob.2. 23. Pſal.36.20. Pſal. 26. 6. Eccleſ. 15. 4. Iſai. 47.1. Iſai.14.13. Luc. 2. 55. Pſalm. 112. 6. 1.Reg.2.8. 3.Reg.16.2.

καλῶς.

Ambroſ.

3 Mærentes dicuntur denigrati. Pagninus.

Et mærentes. Hæbraiſmum illuminauit interpres; nam in originali eſt, *obſcuros*, vel *denigratos*. Pagninus ad lugentium habitum retulit, *Pullatos*, atris indutos. qua etiam ſignificatione dicitur Pſalm. 34. *Quaſi lugens, & contriſtatus* (mærens. obſcurus, denigratus, pullatus) *ſic humiliabar.* ſed rectè noſter dixit interpres, *Mærentes.* nam ſicut lux & color albus, qui lucidus eſt, plurimum habet iucunditatis atque lætitiæ; ita color niger, & tenebræ, plurimum mœroris, & triſtitiæ. Ierem. 4. *Lugebit terra, & mærebunt cœli;* id eſt, obſcurabuntur, & tenebreſcent. Ezechi. 31. *Contriſtatus eſt ſuper eum Libanus;* id eſt, opertus tetra caligine. Numer. 14. poſt ingentes mortis minas acceptas, *At illi* * *contenebrati aſcenderunt in verticem montis.* Igitur obſcuratos denigratos, mærentes illuminat Deus; de quo etiam id accipi videtur, *Dominus illuminat cæcos*, obſcuros, nigros. tenebræ, & nox cæcæ dicuntur, Deus triſtes luce iucundiſſima perfundit & complet; alij, obſcuros, id eſt, ignobiles, pauperes; minùs commodè.

Ierem.4.28. Ezech.31.15. Num.14. 42. * Mas negros y triſtes que la noche. Pſalm. 145.8.

4 Erigere & exaltare quid denotet in ſacris. שגב Pſal.14.8.12.

Ergo. Securitatem quamdam, & altitudinem inacceſſam malis, & hoſtibus ſuperiorem verbum originale (*Sagab*) importat, cuius ſignificationis ratio & vis indicatur Pſal.138. *Confortata eſt, & non potero ad eam.* id eſt, altior eſt, quàm vt illam conſequi, vincere, ſuperare poſſim. Pſalm. 148. *Exaltatum eſt nomen eius ſolius.* id eſt, ſolus Deus tam excelſus eſt, vt nemo illi nocere poſſit, ſolus ipſe ab hoſte ab ærumna ſecurus, cuius ſumma beatitudo, opes, potentia in tuto ſunt, altiores, fortiores humanis viribus. *Ergo* igitur exaltat, in tuto collocat, vt nemo nocere poſſit; vt quem Deus ſubleuat, ſuperior ſit omnibus humanis inſidijs, vt confortetur, & nemo poſſit ad eum. Hinc Pſalm. 106. *Adiuuit pauperem de inopia.* Hieronym. ex Hebræ. *Subleuauit pauperem ab inopia*, nam cùm pauper & humilis omnibus inferior ſit, omnium ludubrio, nedum inſidijs, & violentiæ

Pſal.106. 41.

expoſi-

expoſitus, ſed ſubleuat eum Deus, erigit, & altiorem atque fortiorem conſtituit viribus humanis, inacceſſum hoſtibus. Sic Salomo Prou.
Prou. 29. 25. 29. *Qui ſperat in Domino ſubleuabitur.* diuinam protectionem, ſecuritatem, fortitudinem & altitudinem, ad quam nulla humanæ induſtriæ iacula pertingere poſsint, pollicetur. Potens eſt igitur Deus, o Iob, te erigere & ſubleuare.

5 ישע Salus & ſaluator. *Soſpitate* Propriè, ſalute, ſaluatione, incolumitate (*Ieſagh*) inde, *Ieſaugh*, Ieſus, ſaluans, ſaluator. ſalus, ſalutare, & cum nomen eſt, actionẽ quandam ducis fortiſsimi ſaluantis, eripientis, in tuto collocantis importat, ſenſus erit igitur, *Erigit ſaluatione*, id eſt erectos ſaluat, per
Endyadis. Endyadim; rurſus, ſaluatos erigit, & exaltat, ſalutem ſecuram, tranquillam, perfectam afferre poteſt. Tandem mirabile eſt incremen-
Epanortoſis. tũ huius orationis. videtur enim per Epanortoſim, prius verbum correxiſſe, & in aliud ſignificantius mutaſſe, Ponit in ſublime, imò erigit ad ſumma faſtigia, quo nulla poſsit humana vis pertingere. Rurſus prima pars ad honores, ſecunda ad firmitatem, & ſecuritatem; nã nutare ſolẽt excelſa omnia. Septuaginta par-
LXX. tem hanc, ad mortuorum ſuſcitationem retulerunt. nam legunt, *Suſcitat eos, qui perierant.* Cõ-
Complut. Didym. Polychron. plut. *Peruenis* Didymus, ad ægritudines & morbos. Poteſt Deus ex ægrotantibus, valentes efficere Polychron. Deus etiam deſperantes erigit. Sed prior ſenſus vt minùs anguſtus, ita auguſtior, & magnificentior.

XII. Qui diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorum; quod cœperant.

1. *Maligni qui propriè. Callidus in bonum, & in malum.*
2. *Quid cogitatio in ſacris. Explicatus Dauid.*
3. *Cogitationes impiorum ſine fruſtratæ; Dei finem attingunt. Explicata Sapientia, & locus Regum.*
4. *Deus impiorum conatibus reſiſtit.*
5. *Impij nihil perficiunt. Implere in Hebræo quid.*
6. *Torquentur, illuduntur etiam impij fruſtratis cogitationibus. explicati Petrus & Iacobus.*
7. *Diſpendium impiorum, Deus tumultuando deſtruit illorum res. Huius rei exempla.*

1 Qui propriè maligni. ערם CVm abiectis & humilibus faueat Deus, malignorum diſsipat conatus, cogitationes euertit. *Maligni*, autem dicitur in fõte à radice (*Gharam*) quod eſt callidũ eſſe, aut aſtutum, verſutum, vafrum, quæ vox cùm in vtranq. partẽ accipi ſoleat in Scriptura, ex adiunctis diſcerni oportet, in bonũ ne, an in malum accipi debeat. & quidem in bonum nõ ſe-
Callidus in bonum & malum. Prouer. 14. 4. mel accipitur in Prou. ca. 14. *Sapientia callidi* (id eſt, ad animi ſui bonum attenti, de ſuo profectu ſoliciti, ſibi, ſuisq; moribus diligẽter, cautè, ſedulo proſpicientis, finem ſuum, mortemque conſiderantis, & quo tãdem humana omnia recidere debeant) *eſt intelligere viam ſuam; & imprudentia ſtultorum errans.* id eſt, dolos machinatur proximo, tum etiam ſibi ipſi doloſa, nociua, errans eſt. Non aliter Prouerbio-
rum. 22. *Callidus (cautus) vidit malum, & abſcondit ſe: innocens pertranſijt, & afflictus eſt damno.* atque Prouer. 22. 3.
hæc eſt illa *aſtutia*, quam diuina Sapientia *paruulis*, id eſt peccatoribus ſtulteſcentibus communicat. Prouerb. 1. 4.
Hoc autem loco, & frequenter alias in malum. Proptereaque interpres non dixit *callidum* aut, aſtutum, neque verſutum, ſicut Septuaginta, ſed *Malignum*, malitioſum, cuius ſit deprauata, peruerſaque voluntas, malignantem hominem, immundum. ſic enim Pſalm. 82. *Su-* Pſal. 82. 4.
per populum tuum malignauerunt conſilium. Hierony. *contra populum tuum aſtute tractauerunt.* nequam, maligna, immunda conſilia capientes, aſtutia carnis pollentes, non ſapientes quæ Dei ſunt, ſed quæ carnis. Aliqui dicunt proprietatem originalis vocis ſignificare * inuolutum, vafrum, & malitioſum, cuius in animo plures ſint flexiones & diuerticula, atque ita eleganter ex proprietate vocis dicitur. Geneſ. 3. *Serpens erat callidior cunctis animantibus.* id eſt, in mille ſpiras, & nodos complicatus, & inuolutus. Inde etiam dicitur. *In ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ.* Vbi vides obſcuram & cæcam multarum aquarum atque fluctuum congeriem, & æſtum in ſe ipſos reflexorum explicari; *Congregatæ ſunt*, inuolutæ, coaceruatæ, malignitate quadam & confuſione perturbatæ atque permixtæ. quo mens malignorum hominum latenſque aſtutia, & multiplicium cogitationum æſtus aperte deſcribitur.

* Vn hombre doblado, que ... ne ... cas y rebueltas.
Geneſ. 3. 1.
Exod. 15. 8.

Congruitque nomen *Cogitationis*, quod non affert ſimplicem cogitatum, ſed excogitationem, inuentum, dolum animo conceptum, & machinatum, quo lædere poſsit, ſicut dicitur Geneſ. 50. *Vos cogitaſtis de me malum.* & Pſalm. 55. *Aduerſum me omnes cogitationes eorum in malum.* quas deinde ſubiungit; *Inhabitabunt, & abſcondent; ipſi calcaneum meum obſeruabunt.* Pſalm. 39. *Dominus ſolicitus eſt mei.* Hebraicè, Dominus cogitauit pro me; id eſt, attentè & ſolicitè proſpicit, quid è re mea futurum ſit. ſicut eodem Pſalm. dixerat, *Multa feciſti tu domine Deus meus mirabilia tua; &* * *cogitationibus tuis* (Hieronymus addit, *Pro nobis*) *non eſt, qui ſimilis ſit tibi.* Iam ergo, *Diſsipare cogitationes malignorum*, erit eorum machinas euertere, eludere dolos, infatuare conſilia. ſic pro originali verbo *diſsipandi* dicitur. 3. Regum. 15. *Peto vt venias. & irritum facias fœdus, quod habes cum Rege Iſrael,* ...

2 Cogitatio quid propriè. Geneſ. 50. 20. Pſalm. 55. 6.
Pſal. 39. 18.
* En inuentar y dar ... ça: para nueſtro bien no teneys ygual.
3. Reg. 15. 19.

3 Multis ſane vijs. Sed quanam ratione Deus malignorum cogitationes diſsipat? Multis ſanè vijs. primò, dum efficit ne ad finem optatum cogitationes ſuas perducere, & promouere poſsint. Qui ſenſus a ſecunda parte poſtulari videtur, cùm dicitur, *Ne poſsint implere manus eorum, quod cœperant.* quare tandem irrita euadunt omnia illorum machinamenta, ſicut etiam eodem *diſ-*
פרר Iſai. 44. 25. *ſipandi* verbo dixit Iſaias, *Irrita faciens ſigna diuinorum, & ariolos in furorem vertens;* * *conuertens ſapientes retrorſum, & ſcientiam eorum ſtultam faciens.* Quare cum iſte Iſaiæ locus valde ſimilis ſit huic noſtro, certe vtriuſque eadem ferè ſententia eſt, concinente etiam illo Pſalmi. 32.

* Saca mentiroſos alos adiuinos, y que de puro corridos bueluan las eſpaldas.

Sap.8.3.

Dominus diſſipat conſilia gentium; reprobat autem (id eſt, re ipſa oſtendit ſibi eſſe reprobata; minimè probari; maximè diſplicere; dum omnem illis fœlicem, & exoptatum exitum denegat) *cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum.*

Sed quàm firmæ, quamq́ue fœlices ſint, tum Dei, tum ſeruorum Dei cogitationes, & conſilia ſtatim explicat; *Conſilium autem Domini in æternum manet, & cogitationes eius à generatione in generationem*, id eſt, firma ſunt illius conſilia, efficit & conſequitur, quod ſemel conatur: effectuſque ipſe non eſt caducus, aut infirmus, ſed diuturnus, æternus, & cum *diſponat omnia ſuauiter, attingit à fine vſque ad finem.* ſunt enim hi duo fines, extremaque duo cuiuſque rei perficiendæ, videlicet cogitatio & inuentio mediorum, atque diſpoſitio, & electio; alius verò finis eſt ipſius finis conſecutio, euentus, exitus rei. cogitat igitur Deus, & perficit. Quod eleganter dicitur, 1.Regum 2. *Deus ſcientiarum Dominus eſt, & ipſi* * *præparantur* (firmantur, confirmantur, ſtabiliuntur, firmæ, ſtabiles, efficaçes ſunt illius) *cogitationes.* Septuaginta. *Deus præparans adinuentiones ſuas.* Pagninus, *Ipſi directa ſunt opera.* videlicet recta, vt tendant ad finem optatum. idem ſenſus Tygurinæ paulò dilucidior etiam iuxta fontem, *Conatus eius perficiuntur.* Quoniam vero nunquam diuina conſilia irrita euadunt, nunquam quoque Deo opus ſunt prætextus quidam & excuſationes, quas confingunt ij, quorum conſilia ad optatum exitum perducta non ſunt, côijcientes culpam in fortuita quædam, caſuſque incurrentia impedimenta; ideo eleganter Symmachus legit: *Non ſunt apud eum prætextus, & excuſationes.*

1.Reg.2.3.
*Sabe lo que haze, y ſaben le biẽ ſus traças.
LXX.
Pagninus.
Tygurinus.
Symmach.

4
Quid ſit deũ ſuperbis reſiſtere, & contradicere.
Num.30.6.

Secundò, Deus cogitationes malignorum diſſipat, illis contradicendo, & reſiſtendo: nam qui, cùm ſuperior & fortior ſit alicuius conatibus & ſtudijs contradicit, illa planè diſſipat. in hac quoque ſignificatione vulgatus accipit verbum originale, *diſſipandi*, cùm de voto, aut iuraméto vxoris agit Numerorum 30. *Si autem vir contradixerit, &c.* Sic ergo hoc loco dicetur Deus contradicere cogitationibus malignorum (quod Petrus & Iacobus dicunt: *Deus ſuperbis reſiſtit*) quòd illorum conatibus, atque conſilijs impedimenta opponat. nam cum huiuſmodi maligni propria virtute, atque ſapientia fulti ſibi ſuiſque cogitationibus fœlicem exitum polliceantur, atque conſiliorum perficiendorũ ſtabilitatem & diuturnitatem, certè quod diuinitati proprium eſt videntur velle rapere; ideo huiuſmodi ſuperbis, vt ſe quaſi tueatur, Deus reſiſtere dicitur potiùs, quàm alijs peccatoribus, ſed de hoc loco paulò poſt in hanc rem plura.

1.Pet.5.5.
Iacob.4.6.

5
Verbum implendi quid in Hebræo.
תושיה
יש

Ne poſſint implere, &c. Ne poſſint perficere, ad exitum perducere, *quod cœperant*, quod inſtituerant, & excogitauerant. Paraphraſticôs explicatum eſt ab interprete; nam in Hebræo ſimplex vox eſt (*Thuſiah*) Ne poſſint perficere manus eorum firmitatem, aut conſiſtentiam. deducitur enim à verbo ſubſtantiuo (*Ies*) quod ſignificat eſſe, ſubſiſtere; inde nomen, ens, res, quicquam. conſiſtentia, ſubſtantia. Quare ſenſus erit. * Ne poſſint perficere manus eorum quicquam, nihil conſiſtens, nihil firmum, nihil diuturnum ab eis fiat; in nihilum recident omnes eorum conatus; ex vaniſſimis cogitationibus, nihil ſolidum côſequentur. Et quoniam illam eandem vocem vulgatus vertit, *Sapientiam*, Iob 12. v.16. & *Prudentiam*, Iob 26. v.12. & *legem*, Iob 11. v. 6. & *ſalutem.* Prouerb.2. v.7. ideo ſenſus eo vſque pertingit. Ne poſſint facere, aut exequi cogitationum ſuarum legem, & præſcriptum, neque calliditatis ſuæ, vafriciei, terrenæ, animalis, diabolicæ ſapientiæ decreta, & adinuentiones; nihil quod ſibi ſaluti & commodo futurum ſit. Septuaginta eleganter dixerunt: *Et non facient manus eorum* * *veritatem.* quod enim votis & ſpei non reſpondet, mendax, fallaxque dicitur: *Impius enim facit opus inſtabile.* Hebræ. fallax, aut falſitatis opus.

*Que no ſalgan con coſa en q pongan la mano.
LXX.
*Hata q̃ les miẽta el braço, y yerren el golpe.
Prou.10.18.

6
Cùm igitur Deus impedit, ne perficiant, quod excogitauerant, & ſemel inſtituerant, vehementer illos torquet; & cunctorum ludibrio exponit, vt omnes qui viderint incipiant illudere eis dicentes: *Ecce homo, qui cœpit ædificare, & non potuit conſummare.* Ecce quorum manus non poſſunt implere, quod cœperant, hoc illud eſt illudentis Dei malignis atque ſuperbis Prouerbior. 3. Quod enim Petrus, & Iacobus ex Prouerbiorum 3. ſecundum lectionem Sep. dicunt: *Dominus ſuperbis reſiſtit*, nos habemus, *Deludet illuſores.* nam cùm poſſit potentiſſimus Deus vnico ictu percuſſum impium omnino perdere, ſinit tamen pauliſper ex ſententia agere, multa excogitare, conari, aggredi; nihil tamen implere, aut perficere; idque verbo reſiſtendi eleganter ſignificatur, quod non tam eſt oppugnare, & perdere, quàm impedimenta apponere, & prohibere conatus. Simile videas in rege Syriæ, 4. Reg. 6. cuius cùm conſilia, non ſemel, neque bis diſſipaſſet, prodidiſſetq́; Eliſeus, *conturbatum eſt* indignabundi *Regis cor pro hac re.*

Luc.14.30.
Impij torquentur fruſtratis cogitationibus.
Prou.3.34.
Petr. & Iaco. ſupra adducti.
4.Reg.16.11.

7
Impiorũ diſpendium.

Secundò, etiam hoc refertur ad impiorum diſpendium maximum. ſicut enim ad prudentiſſimi ducis bellicam induſtriam pertinet, aliquando non omnino aperto Marte cum hoſte confligere, ſed moras trahere, quo hoſtis à ſuis ipſis copijs debilitetur & conſumatur; cuiuſmodi fuit ſanum, ſed fruſtra Pompeio oblatum à Senatu conſilium dimicãti aduerſus Iulium Cæſarem; ſic ſanè Deus (qualis de quo Quintus Ennius: *Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem*) permittit multa interdum pręclara excogitare impios, atq; conari, beneque incipere; ſed reſiſtit tandem, ne perficiant, atque ſe oleũ & operam perdidiſſe planè doleant; ergo cunctando illorum Deus deſtruit rem. Rem expreſſam videas in filijs Adam, Geneſ.11. cùm enim immenſæ molis opus molirentur; cumque deſcenderet Dominus, vt videret ciuitatem, & turrim dixit: *Cœperunt facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant.* ſed reſiſtit ſtatim, prohibuitque illorum conatus dicens: *Venite igitur deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnuſquiſq; vocem proximi ſui. Atque ita diuiſit eos Dominus ex eo loco in vni*

Q. Ennius de Fabio Maxim. quod repetit Virg. 6. Aen.
Gen.11.6.7.8.

Hiſtor. eccleſ. lib. 3. Niceph. c. 32. & 33. Amian. Marcel. lib. 23. Chryſ. orat. 2. aduerſ. Iudæ.

uerſus terras, & ceſſauerunt ædificare ciuitatem. ſic quoque immodicis ſumptibus Iudæorum templum inſtaurare conante Iuliano, flammas mirabiles euomuerunt fundamenta, quibus omnia conſumpta ſunt, diſiecti lapides, diſperſa calx, omnes ab inſtituto deterriti, ne poſſent implere manus eorum, quod cœperant.

XIII. Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum: & conſilium prauorum diſſipat.

1 *Aſtutia in malum, quid in Græco apprehendere, verbum bellicum.*
2 *Præpoſitio in. Priſca militaris conſuetudo.*
3 *Comprehendere forenſe & iudiciale. Explic. Ioſu.*
4 *Idem verbum ad vincula reorum.*
5 *Comprehendere venatorum eſt. venatur Deus impios.*
6 *Comprehenditur, qui fugit.*
7 *Apprehendere pro reprehendere.*
8 *Praui qui ex Hebræo. Explicatus Dauid. Multiplices in Græco qui, & capillatura apud Petrũ, & ruga apud Paul.*
10 *Diſſipare, hoc loco pro præcipitare explicati Dauid, Iſaias. prauorum temeritas.*
11 *Senatus optimè inſtitutus.*

1
Aſtutia in malum.
LXX. πανουργία.

ASTUTIA hæc, eſt abſtractum nomen ex illo *Malignorum*. Septuag. *Prudentiam* vertunt ſed vtrunque in malum accipitur, *Malignitas* calliditas, vafricies. & Græcum nomen *Panurgiæ*, quo vtitur Paulus 1. Cor. 3. Vbi vtitur hac Eliphazi ſententia, idem indicat, tum etiam 2. Cor. 4. *Non ambulantes in aſtutia*, & cap. 11. *Timeo ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, excidant ſenſus veſtri a ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Panurgos* enim Græcis eſt callidus, verſipellis, veteratorius, qui acumine ingenij ſeſe verſat in omnem partem; & ad quiduis aggrediendũ ſe promptum & paratum præbet. *Apprehendere* autem, quod in fonte eſt, *Lacad*, eſt quaſi vi & iure belli capere, à quo verbo dicuntur vrbes aut munitiones capi, Num. 21. v. 32. Deut. 2. v. 34. 2. Reg. 4. v. 7. & 12. v. 27. Poteſt ergo primo ſenſus eſſe; eos qui ſuis conſilijs, ſuaque ſapientia aduerſus Deum inſoleſcũt, & ſuis cogitationibus quaſi firmiſſimis munitionibus incluſos aduerſus omnem externam vim ſe exiſtimãt: hos Deus obſidet, expugnat, capit, *apprehendit*, diſiectis omnibus humanæ prudentiæ & aſtutiæ machinis, ſicut ſcriptum eſt: *non eſt prudentia, non eſt ſapientia, neque conſilium contra Dominum*, vel, illa præpoſitio (*In*) poterit afferre inſtrumentum, qua ratione ſæpe ſumitur in ſcriptura; vt id: *in baculo meo tranſiui Iordanem.* Vel, vt valeat idem, quod præpoſitio, *Per*, ſicut *Deus* dicitur *olim loquutus in Prophetis*, id eſt, per Prophetas. erit ergo ſententia; quam Chryſoſt. indicat 1. Cor. 3. & communis Latinorum, Deus huiuſmodi ſapientes ſuis ipſorum armis in illos retortis expugnat, atque proſternit, illorũ aſtutia, & calliditate vtitur in illorum perniciem; ſuas illorum machinas, quibus ſe tueri & defendere parabant, ad capiendas, & oppugnandas illorũ vires & ſuperandos conatus apponet, adhibebitque

2.Cor.4.2.
2.Cor.11.3.
πανοῦργος.

Apprehendere bellicum.
לכד

Prou.21.30.

2
Præpoſitio in
Gen.32.10.
Heb.1.1.
Chryſoſt.

ſapientiſſimus Deus: velut ſi tormenta ænea ab hoſte capta adhibeat dux fortiſſimus ad reliquas hoſtium machinas expugnandas. Seruius ad id Maronis 11. Aeneid. — Seruius.

Deuicta Aſia ſubiecit aduer. Illam militiæ conſuetudinem refert; *Qui ſcripſerunt* (inquit) *de arte militari, dicunt ſummum genus eſſe dimicandi, quoties calcato vmbone aduerſarij, ſe in hoſtilem clypeum erigit miles, & ita cõtraſtantis vulnerat terga.* ſic profectò videas dimicare Deum aduerſus aſtutos; nam calcata illorum aſtutia, armiſque detractis fugientes iam, tergaque dantes apprehendit, capit, proſternit, ſuis ipſorum gladijs illos confodit. Præclarũ profecto victoriæ genus propterea enim gladium illum Goliath, nõ habere alium æqualem, quòd ab ipſo hoſte detractus hoſtem interemiſſet, dixit Dauid ad Achimelech: *Non eſt huic alter ſimilis, da mihi eum.* — 1. Reg. 21. 9.

3
Secundò, verbum comprehendendi poteſt eſſe quaſi iudiciale, quod dici ſolet, capere in flagranti delicto. ſic enim dicitur, Ioſue 7. *Quicunque fuerit in hoc facinore* * *deprehenſus.* & ibidem *Sors inuenit Achan.* Hebraicè, deprehenſus eſt Achan. aliqui ex Græco, * Oſtenſus eſt. Non aliter aſtutos hos, & ſapientes apprehendit Deus, cum illorum occulta & abſcondita conſilia manifeſtat, & profert in omnium conſpectum. quare de Deo, ſicut & de iuſto filio Dei, conqueruntur impij, Sapient. 2. *Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum, & tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo.*

Ioſu.7.15.
* A quien le cogieren cõ el hurto en las manos.
Ioſu.7.18.
* Deſcubrioſe el ladron, y parecio el hurto.
Sap.2.14.

4
Apprehendere ad vincula pertinens.
Prou.5.22.

Tertiò, id verbum pertinere poteſt ad vincula, quibus reus, aut captiuus tenetur comprehenſus, ſicut Prouerb. 5. dicitur: *Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur.* & tunc præpoſitio *in*, denotare etiam poterit cauſam inſtrumentalem. *Apprehendit* ergo Deus, deuincit, conſtringit ſua ipſorum aſtutia, & dolis tanquam vinculis, ſummis difficultatibus obligat vnde ſe extricare vlla ratione nequeant. Videas profectò hominem ambitioſum, aut turpis lucri & voluptatis cupidum eò interdum ſuis conſilijs, ſuaque cupiditate impulſum, vt regredi vix poſſit, procedere verò minus poſſit, vixque illi effugium pateat, ergo ſe ſentit ſuis conſilijs irretitum, & comprehenſum, vinculiſque fortiſſimis nõ ſolum ad præſentia diſcrimina, ſed ad æternũ etiam tenebrarum carcerem obligatum. videlicet, *comprehenſum* à Deo *in aſtutia ſua.*

5
Metaphora ducta à venatoribus.
Iſa.24.18.
Iere.5.26.

Quartò, alij volunt deſumi à venatoribus metaphoram, quare *apprehendere in aſtutia* erit, ex illorum aſtutia rete conficere, & expandere ad illos illaqueandos, & irretiendos. Sic ab eadem originali radice dicitur, Iſa. 44. *Tenebitur laqueo.* & Ieremiæ 5. *Laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos* (comprehendendos) *viros.* In hanc rem eſt id Pſalm. 72. *Propter* (iuxta) *dolos poſuiſti eis* (ſupple, laqueos) *deieciſti eos, dum alleuarentur*, id eſt, iuxta ſuos ipſorum dolos, fraudes, aſtutias, laqueos illis paras, & in ipſis ſuis fraudibus, tanquam in margine foueæ conſtitutos, facilè eos deijcis præcipites; incidũtque in foueam, quam alijs per dolum & fraudem parauerant. Et hi, qui maximè oculati videntur, non vident laqueos, non foueam,

Pſal.72.2.18.
Sap.14.

in quam

in quam incauti conijciunt pedes. In his verò laqueis non deeſt etiam ſuus cibus, & illecebræ, quibus ſicut paſſerculi inefcantur; videlicet, ſpes lucri, honoris, voluptatis, ſicut ſcriptum eſt, Sapient. 14. *Creaturæ Dei factæ ſunt in tentationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium.*

6 Ἀρπάζω. Virg. 1. Æen. Quintò, iuxta Græcum, quo Paulus vtitur, 1. Corint. 3. *Comprehendere* eſt, fugientem iniecta manu apprehendere; vel potius prehendere, ſeu manu corripere, vt Virgil. dixit:

.... *Arcumque manu, celereſque ſagittas*
Corripuit ....

Qua etiam voce, prehendere poſſeſſionem Græci dicunt; & occaſionem arripere. Ergo ſenſus erit; qui aſtutia & doloſa ſapientia conantur diuinæ prouidentiæ manus & decreta eludere, & fugere; illos Deus inſequitur, & iniecta manu apprehendit, corripit, quantumuis longiſſime tuis cogitationibus & machinamentis peregrineris, & diuinos oculos coneris effugere, *illuc manus Dei deducet te, & tenebit te dexteræ eius.*

7 Ambroſ. 1. ... Cyprian. lib. 3. ad Quirinum, 16 Quirin. & de Bono patient. ... reprehendere. Sexto tandem, Græcum *apprehendendi* verbũ, per reprehendere legit Ambroſ. *Reprehendens ſapientes.* eodemq; modo Cyprianus. idemque videntur intelligere Theophil. 1. Cor. 3. & Olympiodor. hoc loco, qui per *arguere* explicat: forte in hunc ſenſum; Conuincit errare illos, & ſuis dolis deceptos fuiſſe, teſtatum facit. neque illa obiurgatio, & increpatio diuina tam verbis, quàm reipſa accipienda eſt; dum illos Deus ingenti ſupplicio, & infœlici rei exitu perperam cogitaſſe, & imprudenter atque ſtultè egiſſe comprobabit. Ad futuram quoque Sap. 1. 9. extremi iudicij damnationem, cùm *in cogitationibus impij interrogatio erit*, referri poteſt; nam eum locum per futurum legit Cyprian. *Reprehendam ſapientes*, de bono Pat. & *reprehendet*, ad Quirin.

8 Quid conſilium ex Hebræo. יעץ Pſal. 80. 13. Quid conſilium. Cic. 2. inuẽt. Pſal. 1. 1. Iſa. 8. 10. *Et conſilium.* Poteſt idem eſſe, quod ſupra, *cogitatio*: ab eadem originali radice dicitur *adinuentio*, Pſalm. 80. *Dimiſit eos ſecundùm deſideria cordis eorũ; ibunt in adinuentionibus ſuis.* Hieronymus. *Dimiſit eos in prauitate conſilij ſui, ambulabunt in conſilijs ſuis.* Et certe etiam *conſilium* (vt Cicer. definit, eſt aliquid faciendi, non faciendi ve excogitata ratio.) nunc adde, per vafriciem & calliditatem. Sed ne omnino ſit idem cum ſuperiori ſententia, hoc loco *conſilium* erit inter multos initum, ſicut Pſal. 1. dicitur: *Conſilium impiorum*, & Iſa. 8. *Inite conſilium, & diſſipabitur.*

9 Praui qui. פתל Gen. 30. 8. R. Mardoch. in ſuis concord. נפתלתי *Prauorum. Praui* hoc loco ſunt, qui ſupra *maligni*. Sed ab alia radice (*Pathal*) quod ſignificat luctando peruertere, aut peruerſè luctari, aut complicare & intorquere ſe, vt alium nõ tam virtute & robore, quàm calliditate & verſutia ſubuertat. à quo verbo Geneſ. 30. dictum eſt à Rachel: *Comparauit me Dominus cum ſorore mea, & inualui, vocauitque eum Nephtali.* quem locum Hebræi ſic legunt: *Colluctationibus Dei luctata ſum cum ſorore mea*, vel *obliquationibus Dei verſa ſum*, vt ait R. Mardochai. & inde Aſtutus aut vafer luctator dicitur (*Pethaltal*) nomine, literiſque geminatis; vt inſignis vafricies, & diſtorſio, & quaſi duplicata calliditas ſignificetur; nos ferè eadem voce & literarũ geminatione dicimus, *Retartaillas*, hinc dicitur: *generatio peruerſa*. Deut. 32. Pſal. 17. *Cùm viro innocente innocens eris, & cum peruerſo peruerteris.* qui locus 2. Reg. 22. ita habet in Hebræo tranſpoſitas, & quaſi peruerſas literas, & ſyllabas, vt cum ſic deberet legi (*Thiphathal*) legitur tamen (*Thithaphal*); ac ſi Latinè diceremus,* *Aduerſus peruerſum peruerteris*, non *perueteris*; vt indicaretur maxima quædam & inuicta Dei quaſi diſtorſio, implicatio, calliditas aduerſus prauos, callidos, diſtortos: quaſi dicat, aduerſus Cretenſem Cretizat Deus; cùm callido & vafro luctatore callide, vafre luctatur Deus, ſupplantatores ſupplantat. ab eadem quoque radice dicitur,* (*Pethil*) id eſt, vitta ex filis retortis, aut duplicatis. atq; hæ ſunt vittæ illæ hiacynthinæ Numer. 15. Idem ab alia licet radice, ſignificat *prauum*, Ierem. 17. *prauum* (multis flexibus obliquum) *eſt cor hominis, & inſcrutabile: quis cognoſcet illud? Ego Dominus, qui do vnicuique iuxta viam ſuam, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum.* Septuaginta hic vertunt, *Aſtutos.* Olympiodor. vocat: *Polyplocos. Multiplices, qui ſunt nimium prudentes, qui perfidioſa, ac ficta inſtruunt conſilia; quos ipſos praua ſententia homines vocare conſueuerunt, ij qui vim propriam vocabulorum aucupantur; ideo quod prauitas in eorundem mente, & conſilia inſit.* *Polyploci* autem propriè Græcis ſunt, multifariam nexi, aut contexti, multis capillorum nexibus & nodis impliciti, & intorti. nam *Plote*, apud Petr. cap. 3. v. 3. eſt *Capillatura*, id eſt, criſpatura, aut implicatio capillorum; ſimile id, quod in ſimili argumento, voce tamen alia, dicitur ad Timoth. 2. v. 9. *Intortis crinibus.* ſunt ergo huiuſmodi homines, varij, nodoſi, impliciti, intricati, quibus videtur oppoſuiſſe Paulus ad Epheſ. 5. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, non habentem maculã, aut rugam?* id eſt, nihil multiplicitatis, duplicitatis, varietatis, implicationis habentem; ſed Chriſtiana tantum ſimplicitate conſpicuam. ſed de hoc aliquid ſuperiùs me dixiſſe memini.

Margin (right): Deut. 32. 5. Pſal. 17. 27. 2. Reg. 22. 27. תפתל התחל * Cõ los que no habla claro, habla Dios traſtrabado. * Trencas, o torcales. פתיל Ier. 17. 9. LXX. Ὀλυμπιόδ. πολυπλόκους. Multiplices in græco qui πλόκοι. Capillatura apud Petrũ. Timoth. 2. Epheſ. 5. 25.

Iam ergo huiuſmodi *prauorum* hominum conſilia Deus *diſſipat*; non quidem ſicut ſupra dicitur Deus diſſipare contradicendo, reſiſtendo, 10 Quid hoc loco diſſipare.
irrita reddendo, ſed accelerando, conturbando, præcipitando. Septuaginta. *Diſiecit.* Symmachus. *Diſturbauit.* nam (*mahar*) accelerare, LXX. מהר
aut feſtinare eſt; atque inde præcipitem eſſe, imprudentem, ſtultum; nam prudentia tranquillitate & deliberatione indiget. vnde dicitur Iſa. 32. *Cor ſtultorum* (feſtinantium, qui Iſa. 32. 4.
ſine prudentia, ſine deliberatione ſe dant præcipites in ſtulta conſilia) *intelliget ſcientiam* (vt autem illam intelligendi præcipitantiam, & feſtinationem conſilij declararet, appoſito exemplo, ſubiunxit Iſaias) *& lingua balborum velociter loquetur, & planè.* ſicut enim bleſitudo linguæ duo videtur claudere, videlicet accelerationem cum impedimento quodam, & hæſitantia, vt nihil expeditè & clarè pronunciare poſſit; & quo magis properat, eo minùs proficit citata illa linguæ volubilitate; ita ſanè qui intelligentia feſtinus eſt; nullum profert vtile, verum integrum conſilium, ſed manca omnia, & inutilia. Suæ itaque Eccleſiæ ſuiſque

fidelibus promittit eo loco Deus intelligentiam atque prudentiam ſani conſilij capiendi: tum etiam facilitatem quandam loquendi de rebus vtilibus clare, appoſite in rem propoſitam, expeditè, integrè, veriſſimè, neque ſine illa grata verborũ & orationis volubilitate. At prauorum hominum cõſilia Deus feſtinat, perturbatque, vt perturbatè omnia efficiant, nunc hæreant, nunc omnia confundant, & miſceant, & accelerando rem perdant. quæ eſt grauiſſima quædam conſilij diſſipatio, quam ſuis hoſtibus imprecatur Dauid, Pſal. 63. dum
Pſal. 63. 3. petit, protegi *à conuentu malignantium,* & à prauorum conſilijs, qui volebant illum *ſagittare,* videlicet clanculum, & ex inſidijs, *& firmauerunt* (inquit) *ſibi ſermonem nequam* (firmiter & conſtanter deliberarunt de me perdendo) *ſcrutati ſunt iniquitates* (ſimul omnes inito conſilio) *defecerunt ſcrutantes* (per ſe ſinguli) *ſcrutinio,*
Hieron. (Hieronym. *Cogitatione ſingulorum.*) *Accedit homo ad cor altum* (profundas videlicet & occultiſſimas nocendi artes, ſed Deus qui ſuperior eſt, ſublimiora cogitat) *& exaltabitur Deus* (illorũ conſilia diſſipabit; illi in profundo ſe conſtituunt, vt ex inſidijs & latenter perficere poſſint ſua conſilia, at Deus ſublimiorem ſe conſtituet, & ante omnium oculos illorum conatus eludet, & conſilia diſſipabit) *Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum,* (vel, vt Hebraicè habetur, ſagitta repentina ſagitta eorum, qui videlicet nec rectè conſiderant ſcopum, neque collectis viribus, aut manu quieta & fixa eiaculantur, ſed feſtinanter, præcipitanter, temere, vt pueri omninò ſagittandi imperiti eiaculari ſolent. ita nunquam colliniãt) *& infirmatæ*
Hieron. *ſunt contra eos linguæ eorum* (Hierony. *& corruent in ſemetipſos linguis ſuis.* Quia ſuis ipſi conſilijs contra ſe pugnant. Quod verò id ſit opus Dei ſapientiſſimi diſſipantis prauorum conſilia, ſubiungitur) *Conturbati ſunt omnes qui videbant eos, & timuit omnis homo; & annunciauerunt opera Dei, & facta eius intellexerunt. Lætabitur iuſtus in Domino* (non enim timet, ſi pro illo Dominus ſit cõtra mundi ſapientiam, & conatu.) *& ſperabit in eo, &* * *laudabuntur omnes recti corde.* quaſi dicat: Hi quidem quos Deus protegit gloriari tandem poterunt, cæterum aſtuti, & praui illi non gloriabuntur, neque iactabunt ſe, cum ſua cõſilia diſſipata cernant.

*Los buenos y ſencillos ſi, pero los malos, y ſabidos no ſe ſabrán alabando.

11 Qualis futurum ſit Senatorum*, quales ſententiæ animi & ſuffragia.

Tandem hoc loco obſerua, quale futurum ſit conſilium illud, cui præſidet ſtultitia, perturbatio, præcipitantia, falſa quædam & emendicata ſapientiæ ſpecies, potius aſtutia, fraus, vafrities, proprij commodi & lucri cupiditas; honeſti, recti, boni communis contemptus, & obliuio; vbi ſuffragia per fraudem, inuidiam, auaritiam, & præcipitantiam feruntur; cùm
Sap. 1. 5. ſcriptum ſit: *Spiritus S. diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.* de
Iſa. 19. 14. quo id dictum eſt Iſa. 19. *Dominus miſcuit* (infudit, propinauit) *in medio eius ſpiritum vertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius & vomens.* ebrij enim multo aliter de rebus iudicant, quam res ipſæ ſint, & quæ immota hæque ſunt, circumagi exiſtimant circumacti ipſi, & turbulenta vertigine perturbati. his cum

neque decori, neq; honeſti vlla ratio ſit, nihil de decoro, & honeſto ſtatuere, aut deliberare poſſunt. alia quoque multa in hanc rem præclara eo loco Iſaias. Sed econtrariò ſi conſilio præſideat diuina ſapientia, quæ non inde ſapientiſſima & ſalutaria conſilia prodibũt, atque perficientur? ſicut ſcriptum eſt: *Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus, & viam prauam, & os bilingue deteſtor.* Prou. 8. 12.

XIV. Per diem incurrent tenebras: & quaſi in nocte, ſic palpabunt in meridie.

1 *Tenebræ quid. Tenebræ meridianæ, ignoratio in re clariſſima, impij in capiendo conſilio cæcutientes.*
2 *Palpare in meridie. Cæcorum periphraſis.*
3 *Impij ſe dant præcipites in diſcrimina ſibi ignota.*

PLerique hæc accipiũt de aduerſitatum tenebris ſubito offuſis diei, id eſt, impiorum proſperitati. Olympiod. *Tunc demum dicit impios florentes ſtatim commutationem paſſuros eſſe, cum illorum erit ad ſummum perducta ſelicitas.* ſed non valde cohæret cum præcedentibus. Congruentius ergo, vt ad eandem rem capiendi conſilij pertineat. videlicet non ſolum illorum conſilium præceps, & immaturum futurũ eſſe, vbi omni deliberatione, & conſultatione opus ſit; ſed vbi res clariſſima ſit, & facilè expediri poſſit, fore vt multo timore pauidi tum progrediantur, non tam maturè, quam timidè, & ſuperſtitioſè cunctando, & diu deliberãdo de rebus faciliſſimis, atque leuiſſimis. Diurnæ ergo tenebræ ignorationem aſſerunt rerũ clariſſimarum, conuenie ſt igitur in illorum conſilium frequẽtiuncè actum iri de rebus, & nihil omninò perficiẽt; & iuxta Iſaiam, diu incubabunt & fouebunt, tandemque *rumpent oua aſpidum, & quod confotum fuerit, erumpet in regulum,* id eſt, incubabunt nequiſſimis conſilijs, fouebunt illa, excludent tandem, quæ ſibi, atque alijs futura ſint exitioſa.

1 Tenebræ quid.

Tenebræ in capiendo cõſilio, & deliberando.

Tenebræ diurnæ ignoratio in re perſpicua. Iſa. 54. 5.

Tum etiam, illud *palpare in meridie,* eſt cæci periphraſis, vt indicatur Deut. 28. Iſa. 59. 2. Pet. 1. nam quod cæco lumen oculorum præſtare deberet, vt ſcilicet oculi præuenirent viam, & præcederent greſſum, id manibus præſtare nititur deficientibus luminibus; ideo cæcus tentat, & palpat manibus, antequam pedem efferat. quare in eãdem ſententiam locutus eſt Iſa. cap. 59. nam cum populus anxie nimis inquireret ſuarum calamitatum cauſam, in re clariſſima hallucinabatur, cum manifeſte propter ſua peccata puniretur. Ergo poſtea ipſi ingenue fatebantur: *Propter hoc elongatum eſt iudicium, palpauimus quaſi cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectauimus, impegimus meridie, quaſi in tenebris.* Iſa. 59. 10.

2 Palpare in meridie.

Poſſunt etiam pertinere tenebræ illæ ad ignorationem malorum, atque diſcriminum, in quæ ſuis ipſis conſilijs imprudentes ſe conijciunt, cum quo facit illud Eccleſiaſt. 27. *Facienti nequiſſimum conſilium ſuper ipſum deuoluetur, & non agnoſcet vnde veniat illi.* & Iſa. 47. *Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius.*

3 Impij cadũt in diſcrimina, quorum cauſam ignorant. Eccleſ. 27. 30. Iſa. 47. 11.

XV. Parte

XV. Porrò ſaluum faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem.

1, 2, *Scripturarum mos in proponendo ſimul impiorum ſupplicio, & iuſtorum ſalute.*
2 *Egenus quis. Eius nominis etymologia.*
3 *Gladius oris quid indicet. Lingua gladio & arcui ſimilis, mendacia ſagittæ. Quid extendere arcum & linguam.*
4 *Violentus quis propriè. Tyranni impij iniuſti poſſeſſores.*
5 *Deus permittit ſuos in manus impiorum cadere. Illos eripit iure belli, & iure propinquitatis. explicatur Salomon.*

1 Scripturæ mos in proponendis ſimul impiorũ ſupplicijs, & piorum beneficijs.

IAm nunc alteram diuinæ prouidentiæ partem proponit erga humiles, & afflictos. Et quidem conſideratione digniſſimum eſt, ferè ſemper in ſcripturis poſt impiorũ ſupplicium, & minas ſtatim ſubdi humiliũ, & iuſtorum ſalutem & patrocinium; ne quiſquam exiſtimet propenſum eſſe potiùs Deum ad puniendum, & occidendum; quàm ad viuificandum & benefaciendum; nam potiùs, cum quaſi dolens & coactus in impios animaduertit, ſe conſolatur pijs benefaciẽdo, Deut. 32. *Iudicabit* (puniet, damnabit iuſto ſupplicio) *Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis miſerebitur.* Tygurina iuxta originale; *& in ſeruis ſuis ſe ſolabitur.* & inferiùs; *ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur,* (ſed ad benefaciendũm & propitiandum procliuior eſt) *& propitius erit terræ populi ſui.*

Deut. 32. 36.

2 Egenus, & pauper qui.

Hoc autem loco, *egenus*, & *pauper* ſunt, quibus nec patronus nec amicus ſint, neque vires, neque perfugium, ab omnibus præſidijs deſtituti, Septuag. *infirmum* dixerunt. Eſt verò elegans *pauperis* etymologia, a verbo (*Abah*) quod eſt deſiderare; quaſi omnia deſiderans, cùm nihil habeat; hi ſunt iuſti, quos deſideria & ſpes in Deo collocata ſuſtentant.

LXX. אבה

Pauper dicitur quaſi deſiderans.

3 Supplicium gerentiũ ocidum iniuſtũ. Impiorũ conſilia exitioſa.

A gladio oris. Septuaginta ad rem bellicam referunt; *Pereant in bello, infirmus autem egrediatur de manu potentis.* videlicet, vt impij in bello iniuſto, quod gerunt aduerſus pios, cadant: at verò pij euadãt victores & incolumes. D. Tho. & alij ad blanda fallaciaque cõſilia; ſeruabit, inquam, humiles, ne ſinãt ſe decipi impiorum conſilijs, atque ſuaſu, quæ non ſecus pernicioſa ſunt, quam gladius hoſtilis. Sed illud meliùs rei præſenti congruit, vt cum potentes atque ſuperbi opprimant & deuorent pauperes, *gladius oris eorum* dicatur, mors, aut calumnia pauperi ab improbis intentata, imperata, ore illorum pronunciata, illorum cõſilijs frequenter tractata, minis & verbis ſæpius agitata, & confirmata. ſic quidam explicant id Hoſ. 14. *Vitulos labiorum noſtrorum reddemus tibi.* id eſt, ſacrificia vitulorum, quæ labijs, ore, verbis conceptis tibi vouimus. Simile in hanc ipſam rem id Pſal. 58. *Ecce loquentur in ore ipſorum, & gladius in labijs eorum, quoniam quis audiuit?* id eſt, agunt de me occidendo, & diligenter inquirũt; num quis me viderit, aut audierit, vbi ſim, vbi lateam. Vel a gladio oris, ſimpliciter ab illorum pernicioſis conſilijs & verbis virulentis, quibus pauperes proſcinduntur, vulnerantur, non ſecus, quam gladijs acutiſſimis. quare *gladius oris*, erit gladius, vt ita dicam, verbalis, vel verba acuta, hoſtilia, inimica oratio, nam ſolet frequenter ſcriptura ori gladium & aciem; rurſus gladio & aciei os tribuere, propter gladij & linguæ ſimilem figuram acuminatam, leuem, acutam, verſatilem, Pſal. 56. *Filij hominum, dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus.* Idem Pſal. 63. Simili analogia dicitur, Iere. 9. *Sagitta vulnerans lingua eorum,* licèt eodem cap. tranſlatione nonnihil mutata, lingua vocetur arcus ipſe; & verba, ſagittæ eiaculatę: *Extenderunt linguam ſicut arcum mendacij, & non veritatis; confortati ſunt in terra,* id eſt, lingua, velut arcu intento, eiaculantur mendacia & dolos, atque in eo ſe potentes eſſe, & fortes videri volunt, cùm tamen potentiſſima ſit veritas, multoque mendacijs fortior. Obſerua id, *extẽderunt*, poteſt enim ſignificari aliquid cum mendacio cõiunctum, cum quis plura aut confingit, aut loquitur, quã poſtulet res; itaque rei veritatem per vim extendunt, & dilatant linguam, *largan a la lengua y a la verdad dan de ſi, hablando largo.* Tandem lingua percutit tanquam diſtrictus gladius. Iere. 18. *Percutiamus eum lingua.* & quod gladius tantum cominus lædat, at vero ſagitta eminus, non ſolum lingua gladius ſed ſagitta etiam appellatur, quæ etiam in abſentes ſæuire ſolet. Sed de his aliquãdo plura. alias etiam explicabimus, qua ratione gladius os habeat & comedat, atque bibat.

Quid gladi' oris.

Hoſ. 14. 3.

Pſal. 58. 8.

Gladius oris & Os gladij.

Pſal. 56. 5.

Pſal. 63. 4.

Iere. 9. 8.

Lingua arcus mendacia ſagittæ.

Quid ſit arcum, id eſt, linguam extendi.

Lingua non ſolũ gladius, ſed etiam ſagitta.

Et de manu violenti. Creſcit oratio; Non ſolùm à conſilijs, & calumnijs impiorum Deus eripit pauperem, ſed etiam ſi quis, *violentus* (id eſt, fortis, præualens, capiens, conſtringens, opprimens, ad comprimendum; & conſtringendum, & capiẽdum ſe roborans & confortans: hæc enim omnia denotat vox originalis (*Hhazak*) in illũ *pauperem*, & imbecillu manum iam iniecerat, *de manu*, potentia, viribus illius extorquet prædam Deus. Hæc autem ereptio, & liberatiõ pauperis *de manu violenti*, & potentioris intelligi poteſt, tanquam de manu tyranni, & hoſtis per iniuriam & vim capere, & retinere volentis; aut tanquam de manu iniuſti poſſeſſoris, nam ſine iure, ſine iniuria omnia ſibi licere potẽtiores exiſtimant, nunc lite intenta & iuris prætextu; nunc aperta violẽtia, & iniuria.

4 Violentus quis propriè.

חזק

Et notandum quidem, quod noſtrã in Deum confidentiam nutrire maximè poteſt, non ſolum a conatibus, cõſilijſque impiorum Deum ſuos eripere, ſed etiam *de manu*; nam permittat interdum in manus hoſtium cadere, atque in mille ærumnas, vt tunc ſe magnificentiorem redemptorem, & potẽtiorem vindicem oſtendat, cum de manu eripit, quam ſi tanta mala auertiſſet, & hoſtium conſilia ſua induſtria præoccupaſſet. nemo igitur quamuis captus, & poſſeſſus ab iniquis hoſtibus, à malis, ab ærumnis, deſperet; ſed illud frequẽter repetat: *Poſſederunt nos Domini abſque te; tantum in te recordemur nominis tui.* nam potens eſt Deus nos redimere de manu iniquorũ dominorum, & poſ-

5 Quorſum Deus permittat ſuos in ærumnas, & manus impiorum cadere

Iſa. 26, 13.

Prou.23.10. ſeſſorum; Eodem illud pertinet, Prou.23. *Ne attingas paruulorum terminos, & agros pupillorum, ne introeas, propinquus enim illorum fortis eſt, & ipſe contra te iudicabit cauſam illorum.* Septuag. *Ne tranſponas terminos æternos, & in poſſeſsionem orphanorum, ne ingrediaris; qui enim redimit eos Dominus, validus eſt, & iudicabit iudicium eorum tecum.* LXX. *Propinquus* eo loco eſt vindex, redemptor, qui iure propinquitatis vindicat, redimit, eripit ab alieno, vel iniuſto poſſeſſore; qui, cùm fortis & potens ſit, eripit *de manu violenti* prædam, & extorquet diuiti antiquam pauperis poſſeſſionem. alludit enim ad legem, Leuit.28. *Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſsiunculam ſuam, & voluerit propinquus eius, poteſt redimere, quod ille vendiderat.* Leuit.28.25. quod ad pauperes omnes videtur extendi, qui paupertate adacti veniunt in poteſtatem locupletiorum. Atque adeo eo loco Hebræi obſeruant, non fuiſſe poteſtatem cuiquam bona ſua vendendi, niſi redactus fuiſſet ad ſummam paupertatem. hæc enim in cauſa eſt, vt non ſolum poſſeſſiuncula, ſed etiam totus ipſe pauper venalis ſit, & prædæ violento exponatur. Deus igitur eripiẽs *de manu violenti pauperem*, non ſolum ſe nobis exhibet propinquum, cùm iure propinquitatis redimat, ſed propinquorum propinquiſſimum & coniunctorum, coniunctiſſimum; nam alijs diſcedẽtibus à paupere & nemine ſe vindicem præbente, ſolus ipſe vindex & redemptor eſt; vel poterit dici eripere *pauperem de manu violenti*, non ſolùm tanquam propinquus, ſed tanquam adiutor fortis de manu tyranni, & de omnium malorum, & aduerſitatum vinculis & carcere, cùm ſcriptũ de Ioſeph ſit: *Diſſoluta ſunt vincula brachiorum eius per manum potentis Iacob.* cuius rationem paulò ante reddiderat, *ſedit in forti arcus eius.* nam cùm ipſe ſe videret manibus vinctum, & ab omni armorum præſidio deſtitutum, illum exorauit, qui pro ſuis ſeruis, armis, ſcuto, gladio, arcu, vt eminus & cominus defendat, pugnare contra hoſtes ſolet. illi ergo vtpote potentiſſimo arcũ ſuum id eſt, omnem defendendi ſe rationem permiſit, & orauit ſuppliciter: *Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi,* neque deterioris conditionis fuit quidẽ Ioſeph, quam Samſon; licet enim ille ſe minimè potuerit vinculis, & manicis eximere, at verò Samſon propria ſe virtute, duobus nouis funibus vinctum diſſoluerit (*ſicut enim ſolent ad odorem ignis ligna cõſumi, ita vincula quibus ligatus erat diſsipata ſunt & ſoluta*) tamen cum Deus vincula diſſoluit, vt eripiat pauperem, manicas manuum in aureas armillas conuertit; nam aurata ſunt vincula brachiorum Ioſeph, per manus potentis Iacob. ſic legit Onchelus: *Tunc poſitum eſt aurum ſuper brachia eius, poſſedit regnum ac confirmauit.*

Deus propinquus & vindex.

Deus eripit ſuos iure belli.

Gen.49.24.

Pſal.34.2.

Iud.15.14.

Vincula, & ærumnæ in aurum iuſtis vertuntur.

Onkelos.

XVI. Et erit egeno ſpes, iniquitas autem contrahet os ſuum.

1 *Egenus quis propriè. Metonymia. Spes ærumnis nutritur. Qui vincti ſpei apud Zachar. explicat Paulus.*

2 *Iterum Metonymia in ſacris. Quis propriè iniquus.*

3 *Contrahere os, quid. & cum ad orationem refertur.*

4 *Obmuteſcere erubeſcentium eſt, explicati David, Salomon, Iſaias.*

SPes. Chryſoſt. *Hæc Deus agit, vt & ille qui nullus eſt viribus benè ſperet; & vt iniuſtus non efferatur, & vt lingua ſublimia loquens obſtruatur, & vt elatum ſupercilium deprimatur.* Sic poterit, *egenus* 1 Chryſoſt.
propriè, attenuatus, exhauſtus vel facultatibus Egenus quis propriè. דל
vel viribus; homo tenuioris fortunæ, macilentus, ſqualidus) in ſpem firmam de diuina ope erigi, bene de Dei prouidentia, bonitate, potentia in reliquis vitæ diſcriminibus ſperare; non confundetur, cum ſe viderit de manu potentis, & violenti mirabiliter ereptum. Vel metonomycôs, *Spes*; pro re ſperata; *Erit egeno* Metonymia.
certa ſalus, certum auxilium, nam *ſperantem in Domino miſericordia circundabit*, id eſt, videbit ſe pauper bonis, ſalute, fœlicitate affluere vndique, vndequaque fœlix erit, qui ſpem ſuam in Deo collocauerit. Lyranus dixit hanc ſpem eſſe certam expectationem futuræ proſperitatus in præſenti vita, vt Iobum erigat in ſpem recuperandæ priſtinæ fœlicitatis. Vel, licèt te egenum ac miſerum vidéas, ô Iob, non ideo non bene ſperare de Deo debes, deque tua ſalute; quãtumuis deſperatiſſima videatur; nam calamitates & ærumnæ pijs, iuſtiſque viris, non præcidunt, neque extenuant ſpem, ſed excitant, ſed accendunt, ſed nutriunt, & confirmant. Et quidem Paulus *creaturam*, id eſt, iuſtum hominem ingemiſcentem & parturientem, & ſubiectum vanitati, id eſt, mundanis preſſuris, quæ cito tranſeũt, aſſerit, ſed *ſubiectam* tamen *in ſpe*, melioris conditionis, & beatitudinis obtinendæ. Hos vocauit Zacharias, *vinctos ſpei*, quibus vincula, ſqualor carceris, ſordes & tenebræ ſpem afferunt melioris ſtatus, & qui malis & ærumnis obligati ſalutem, & redemptionem per Chriſtum ſibi pollicebantur; illos enim ſic alloquitur Zacharias: *Conuertimini ad munitionem vincti ſpei. hodie quoque annuncians duplicia,* (cumulatiſſima bona, duploque maiora, quàm quę ſperare audes) *reddam tibi.* ideo Paulus ait: *Gloriamur in tribulationibus, quoniam tribulatio patientiam operatur,* (id eſt, efficior tribulationum, & malorũ tolerãs, deuorator, contemptor) *patientia vero probationem* (tum mihi, tum mũdo teſtata redditur mea tolerantia; planeque agnoſco me fortiorem, ac potentiorem eſſe, quàm de me ſperare poſſem) *probatio vero ſpem* (id eſt, cuius ſemel ſit cognita, probataque ſuſtinentiæ virtus, &c. hunc neceſſe eſt, in ſpem certiſſimam erigi coronæ certantibus propoſitæ.) Igitur quo maior ſit ignis tribulationum, ampliorque patientiæ materia animo ſubiecta, maiorem ſpei flammam exurgere neceſſe eſt; quod non tacuit Dauid: *Dum appropiarent ſuper illum nocentes, vt ederent carnes illius,* & per ſummam crudelitatem dilacerarent, *dum tribularent illum inimici, dum conſiſterent aduerſus illum caſtra, dum exurgeret prælium, in eo* ipſo prœlio & conflictu ipſe *ſperabat,* & quo magis ardebat, eò maiores in ſe ipſo ſpei igniculos ſentiebat.

Pſal.31.10. Lyranus. Aerumnæ nutriunt ſpem. Qui vincti ſpei apud Zachariam. Rom.8.22. Zach.9.12. Rom.5.3. Pſal.26.2.

Iniquitas autem, &c. Metonymia, adiunctum pro ſubiecto; iniquitas, pro iniquis, Pſal.5. *Non* 2 Metonymia. Pſal.5.5.

Deus volens iniquitatem tu es. (ſtatim exponit) *neq; habitabit iuxta te malignus* (Hebraicè, malitia. vtrumq; iterum exponitur) *neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.* Septuag. *Iniuſti os obſtruatur.*

LXX.

עול

Iniquus, propriè iniuſtus, qui contra legem, & fas committit, quo proximus lędatur, & offendatur. cuius vocis etymologia, & ratio explicatur Pſalm. 70. *De manu contra legem agentis, & iniqui.* id eſt, de manu & potentia contra legem inique agentis, vt mihi noceat. Hierony. *De manu iniqui & nocentis.*

Iniquus propriè quis. *Pſalm. 70. 4.* *Hieronym.*

3 *Chryſoſt.* *D. Thom.*

Contrahet os ſuum. Propriè, claudent, continebunt os. Chryſoſtomus; Ne ſuperba, & ſublimia loquantur. D. Tho. Perſpecta hac Dei prouidentia erga pauperes & humiles, maligni & nocendi ſtudioſi retrahent ſe ſe, ne ex toto malignétur, neq; omnino ſe effundant in aliorum perniciem, neq; inter ſe amplius ineant praua & iniqua aduerſus pios conſilia, iuxta id Pſal. 63. cùm de improborum ruina, atq; miſerorum patrocinio, & ſalute loquitur Dauid: *Conturbati ſunt omnes, qui videbant, eos, & timuit omnis homo: & annuntiauerunt opera Dei, & facta eius intellexerūt.* id eſt, nemo deinceps audebit aliquid mali moliri aduerſus ſanctos Dei, nemo obloqui.

Pſalm. 63. 9.

Alij referūt ad impiorum orationes, & preces, quas execretur Deus, quaſi dicat, Quod Deum blaſphement, & laceſſant contumelijs, nō habebunt locū quidquam à Deo poſtulandi, non os, non linguam, obmuteſcent coram Deo, *contrahēt os ſuum.* nam ſi in labijs eorum ſit gladius, ſi os & linguam cruētata habeant innocentum ſanguine, & iniquis conſultationibus, illorum orationem auerſabitur Deus. quod dictum ab Iſaia Propheta videtur cap. 1. cùm de precibus cum iniquitate coniunctis agit; *Cùm extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis: Et cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam; manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* Tantundem enim refert multiplicare orationem, & habere manus armatas gladio, & fuſo ſanguine plenas, ac ſi diceretur, habere in ore & in precibus gladium; id eſt, habere coniunctas preces cum proximorum iniuria & ſanguine: tunc enim nō minùs execratur Deus labia armata ferro, quam manus fœdatas ſanguine. Illud autem fortè dictum hoc loco fuerit ab Eliphaz, vt Iobum notaret, vel liberiùs de Deo loquentē vel iniquè de diuina prouidentia diſputantem, vel minis atq; clamoribus tenuiorum animos quondam perterrefacientem.

Contrahere os in oratione.

Iſai. 1. 15.

Sed melius hæc referētur ad erubeſcentiam quandam; & confuſionem impiorum; dum viderint è ſuis manibus atque viribus pios eripi, atque in tuto collocari. ſicut & id. Micheæ. 7. *Videbunt gentes, & confundentur, ponent manum ſuper os ſuum.* & Ierem. 8. *Conuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam, & ſileamus ibi, quia Dominus Deus noſter ſilere nos fecit.* Et illud: *At ille obmutuit.* quæ omnia ad confuſionem, & erubeſcentiam pertinent: hæc enim, ſicut & timor, ſolet vocē adimere. Vel quidem referendum ad ſtuporem & admirationem, ſicut id Pſal. 106. *Videbunt recti, & lætabuntur, & omnis iniquitas* (iniquus) *oppilabit os ſuum*, contrahet, occludet; neque muſſitabunt iniqui; ſed tantam Dei potentiam aduerſum ſe pro pauperum defenſione timentes, & ſtupentes; non audebunt hiſcere. cum quo illud Sapientiæ. 6. congruit: *Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum, videntes ipſi, turbabuntur in ſubtatione inſperatæ ſalutis decretos intra ſe.* nam præ timore, & ſtupore non aliter poterunt vocem emittere. Vel tandem hoc impiorum ſilentio ſignificabitur nihil tunc impios habituros, quod contra hanc Dei æquiſſimam prouidentiam, & impiorum defenſionem iuſte opponere, aut obloqui poſſint, cum manifeſte prolaturus ſit Deus in omnium conſpectum innocentiam humilium, violentiam & iniuſtitiam potentiorum. ſic Iſaias. 52. *Super ipſum continebunt Reges os ſuum: quia quibus non eſt narratum de eo, viderunt, & qui non audierunt, contemplati ſunt.* id eſt, illius innocētia, ſanctitas, hoſtium illius inuidia, & crudelitas omnibus erunt perſpectæ; nemini obloquendi poteſtas erit. in re certiſſima & explorata nos dicere ſolemus, *no ay que hablar*, & de homine ſanctiſſimo: *Nadie tiene, que hablar de el.* Hæc omnia Chaldæus à verſiculo 12. de Pharaone, & Aegyptijs opprimētibus Iſraelitas accipit, ſic enim legit, *Qui irritas facit cogitationes Aegyptiorum, qui callide cogitauerūt, vt malè facerent Iſraeli; & non eſt operata manus eorum conſilium ſuum. qui comprehendit ſapientiam Aegyptiorum in aſtutia ipſorum, & cōſilium aſtrologorum ſuorum peruerſorum reddidit ſuper eos. Per diem incurrebant tenebras, & ſicut in nocte, palpabant in meridie, & redemit populum ſuum à percuſſione oris eorum, & de manu regis fortis populum pauperem.* ſanè non ineleganter, ſi certiùs conſtaret, an tanto tempore Aegyptiacæ plagæ Iobum præceſſiſſent, vt commodè poſſet ad eas his verbis ſpectari.

4 Obmuteſcere ad erubeſcentiam, & cōfuſionem pertinere. *Mich. 7. 16.* *Ierem. 8. 14.* *Matth. 22. 12.*

Pſal. 106. 42.

Sap. 6. 2.

Iſa. 52. 15.

Chaldæus.

XVII. Beatus homo, qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes.

1 *Beatus in Hebræo quid, & antitheſis inter beatū, & Enos.*
2 *Corripere quid propriè. Cùm oratio verbo aliquo non reſtringitur ad omnes temporis differentias extendenda.*
3 *Beatitudo, pro ſpe beatitudinis. ſpes cum tribulationibus coniuncta. quid ſpes gloriæ, & gloria ſpes. explicatur ſemel & iterum Paulus, & Matthæus.*
4 *Deus, cū punit iudex, voluntaria patiētia ſalutaris.*
5 *Quid Reprobare ex Hebræ. explicant Iſaias, & Moyſes.*
6 *Tribulatio Calix, quàm nauſeent impij, quàm auidè ebibant iuſti.*
7 *Reprobare ex Græco, & Heb. cum contemptu.*
8 *Extenuatio. Tribulationes pretioſiſſimæ & honorificentiſſimæ. Illuſtrati Lucas, & Paul.*
9 *Tribulatio diuinæ charitatis argumentum. illuſtrati Salomon, & Paulus.*

B*EATVS.* In fonte eſt particula, quæ indicat peculiarem ſententiæ vim atque dignitatem, attentionemq; conciliat, tum etiam poſt longam diſputationem, quaſi clauſulam, & epiphonema toti orationi apponit; Ecce itaque cum veriſſima ſint, quæ audiſti, *beatus* erit vir, &c. Pro

1 Patientiæ gradus.

הנה

Particula attentioni con

ciliandæ ſermiens.

&c. Pro *beato* autē Hebræus apud Caietanum, Regia, & alij Hebraizantes, *Beatitudines* legunt, imitati Chaldæum Pſalm. 1. qui *beatum virum* transfert, *Beatitudines*, vel, *bonitates viri*. & eſt quidem de originali voce (*aſre*) inter doctos dubitatio, an ſit pluralis numeri, an ſingularis, concretum, an abſtractum nomē, aut verbale, quod dicunt; imò an ſit nomē, vel potius aduerbium; certè conſtat indeclinabile eſſe, & formam habere non tam pluralis, quam dualis. Latinus interpres per nomen adiectiuum nunc in plurali, frequētiùs verò in ſingulari vertit, *Beatus*, vel *Beata*; ſi *beatitudines* dicat, augetur ſignificatio, & cumulum rerum multarū, quibus homo efficitur beatus ſignificabit: quia vt R. Dauid, & R. Mardochai dicunt: *Beati beatitudo in multis bonitatibus conſiſtit*. alij reſpiciunt ad duplicem hominis beatitudinem, temporariam vnam, alteram æternam, rectè etiam aduerbialiter eſſertur vis ſententię, atq; vocabuli, quod fœlicitatem denuntiat, & bonum ominatur, ſicut id: *Dicite iuſto, quoniam bene*. *Beatus* igitur eſt *homo*, neque ſemel fœlix, ſed ſemel & iterū, bis, ac ter; terq; quaterq; beatus; modis omnibus fœlix; beatitudines hominis, non vnam tantum, ſed omnia fœlicitatis genera denuntio; ò quam præclarè, quàm bene, quàm fœliciter cum illo agitur, bene, fœliciter illi ſit; cedant cuncta illi beatè, cedent proculdubio proſpere, fœliciter. Et eſt elegans tamen oppoſitio, tum coniunctio *beati*, cum *hominis*; nam ſubeſt in hoc loco *Enos*, miſerrimus, deploratæ conditionis, ægerrimus, vitæ, & ſalutis deſperatæ. Igitur, *beatus homo*, fœlix miſer ille; diues & bonis omnibus cumulatus pauper ille; beatus modis omnibus, qui nunc dolet, & cruciatur morbis deſperatiſſimis; quàm præclarè cum miſero & ærumnoſo agitur: dicite miſero, ægro, dolenti, quoniam bene. ſed ſtatim de hoc iterum.

Beatus in Hebræo.

Regia. *Caiet.*

אשרי

Iſai. 3. 10.

Anthitheſis inter beatū & hominem.

2 *Qui corripitur*. Obiurgatur, reprehenditur, cum reprehenſione quadam, & obiurgatione, ſeueriorīq; diſciplina inſtruitur, & informatur ad bonum & honeſtū. quod, etſi verbis frequenter fiat, tamen etiā re ipſa factū ſignificatur, pertinetq; ea vox, ad ſeueriorem diſciplinam, & verbera, atq; ſupplicium, quod cuiuſpiam peccati reprehenſionem comitari ſolet. Sed quoniam nullo verbo afficitur hęc oratio; neque ſignificatur, eſſe, vel fuiſſe, vel fore beatum, non ad vnam tantum temporis differentiam reſtringenda eſt, ſed libere dimittenda, vt ad multas ſe extendat. *Beatus* igitur eſt, eritq; deinceps, numquam non erit fœlix, *qui corripitur à Deo*, ſiue cum afficitur calamitate aliqua, ſiue cum fœliciori conditioni reſtituitur; nam cum diuinam correptionem patienter & humiliter perfert, fœlicitatem meretur; cùm iam fœlix eſt, præmio potitur toleratæ correctionis; *beatum* igitur *qui corripitur*, maximam illi fœlicitatem denuntio; nam iſtum percuſſum ſtatim ſanabit Deus; neque iſtum lædet, quod aliorum iudicio miſer & infœlix ſit, qui ſuo iudicio & ſenſu, req; ipſa beatus & fœlix exiſtat; tum propter emolumenta maxima, quæ illi affert diuina correptio, tū quòd ea ſit diuinæ ergà ſe charitatis non obſcurum argumentū; nam

Corripere quid.

יכח

Regula, cum oratio nullo verbo reſtringitur.

Aerumnæ beatitudinē afferunt.

corripit, quem diligit; tum quod ſpes melioris fortunæ, & fœlicitatis temporariæ, atque æternæ recuperandæ poteſt illum in medijs ærumnis atq; doloribus beatū reddere; fortè enim hoc dixit Eliphaz, propter ſpem, quam paulò ante egeno iniecerat.

3 Et quidem ſacræ Literæ beatitudinem, gloriationem, conſtantiam, gaudium animorum, quæ afflictis, & tribulationem patientibus tribuunt, ad ſpem tandē reducunt, quam propter patientiam & probationem concipit, qui corripitur à Deo, quod paſſim docet Paulus. Rom. 12. *Spe gaudentes, in tribulatione patientes*. & c. 5. *Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei, nō ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus*. quaſi dicat. Nō ſolum ſperamus fore, vt ſimus aliquādo beati; ſed ita ſpem cum tribulationibus coniunctam habemus, vt qui gloriamur in ſpe, gloriemur etiam in tribulationibus; Rurſus ſpem, atq; tribulationem ita cum gloria, quam ſperamus, cōiungimus, vt glorioſi iam nobis ipſis videamur in ipſis tribulationibus conſtituti: in fletu, & lamentis, & prælio cum perſecutionibus exultare, & triumphare. Quare non ſolum eſt *Spes gloriæ*, ſed vt Paulus loquitur Hebræorum 3. *Gloria ſpei*: & vtramq; ſiue ſpē gloriæ, ſiue gloriam ſpei videntur efficere in nobis ipſis tribulationes patienter toleratæ. Quare Paulus poſtquam 2. Corint. 4. multa de tribulationibus diſſeruiſſet, concludit: *Ergo mors* (id eſt mortificatio, aſſidua maiorum patientia, iuxta Anſelmum) *in nobis* (qui mortificationem in noſtro corpore circumferimus) *aliquid operatur* (non eſt otioſa, neq; inutilis, ſed operoſa, efficax, fœcunda, aliquid ex ſe proferens; non ſolū enim paſſione afficitur, qui tribulatione patitur, ſed aliquid pręterea cum tribulatione communem habet) Neque verò è contrario proſperitas, vitæq; iucunditas in voluptuarijs hominibus otioſa eſt, aliquid enim aliud præter voluptatem ex ſe progignit. Quid ergo *operatur* tribulatio in corde hominis afflicti? aut quanam ratione exerit, exercetq; vires ſuas? illa eſt enim Græcę vocis *operandi* vis & proprietas. certè gignitur in nobis illud, quod paulò pòſt ſubditur: *Momentaneum, & leue tribulationis noſtræ æternum gloriæ pondus operatur in nobis*. quaſi dicat. Nunc hoc ipſo tēpore, quo patimur, gignitur & efficitur, imò creſcit, augetur ingens quidā gloriæ cumulus, tanta eſt ſpei efficacitas, tanta cogitationis intentæ, & cōtemplationis aſſiduæ vis, & robur. Propterea enim ſubditur: *Non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur*. Atque hæ videntur illæ ipſæ beatitudines, gaudium, exultatio, regni ſublimitas, & maieſtas, quæ Chriſtus Dominus in paupertate, lachrymis, eſurie, ſiti, perſecutionibus conſtituit, Matth. 5.

A Deo. In originali *Eloah*, nomen iudicis, tum vt hanc correptionem & punitionem iuſte ſibi à Deo infligi propter ſua peccata agnoſcat Iob; tum etiam, vt neque hac ratione inutilem ſibi fore patientiam intelligat, atque latenter & tacite illud Eccleſiaſtici conſilium ſuggerere videatur: *Quàm bonum eſt correptum manifeſtare pœnitentiam: ſic enim effugies voluntarium peccatum*. quod enim antea volens commiſiſti,

Beatitudinē & gloriationem tribulationum ad ſpem beatitudinis frequenter referri.

Rom. 12. 12.

Heb. 3. 6.

Spes gloriæ, & gloria ſpei.

2. *Cor.* 4. 12.

Tum mortificatio, tū voluptas aliquid aliud in corde gignunt, & operantur.

2. *Cor.* 4. 17.

Matth. 5.

Deus cum punit Iudex.

Eccleſ. 20. 4.

Voluntaria patientia ſalutaris.

nunc

nunc voluntaria patientia, & pœnitentia delebis.

4 *Increpationem ergo Domini ne reprobes* Septuaginta, *Ne renuas.* In Hebræ. eſt (Maas) quod eſt reprobare, vel reijcere aliquid cum faſtidio, & nauſea, vel cum cõtemptu; nauſeam autem & faſtidium indicat ille locus Iſaię.30 *Pro eo, quod* * *reprobaſtis verbũ hoc, propterea erit vobis, &c.* eſtq; idem ſenſus Iſai.8. *Abiecit* (faſtidiuit hunc potum, & nauſeat cum ori admouet) *populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio.* ab eadem radice dicitur Num.11. *Donec vertatur in nauſeã, eo quòd repuleritis* (abiecerItis, cum nauſea & faſtidio reprobaueritis) *Dominum, qui in medio veſtri eſt* vt per eadem torquerentur, per quæ peccarunt: id eſt, vt ſicut faſtidio illis fuit Deus optimus; ità etiam faſtidio illis ſint creaturæ, & ſuæ ipſorum voluptates. Onchelus, *Donec faſtidiatis, eo quod faſtidieritis verbum Domini.* Ergo in hoc ſenſu ait Eliphaz; *Increpationem Domini ne reprobes*, ne faſtidias, ne tibi ſtomachum moueat tribulatio.

ת אס
LXX.
Reprobare quid ex Heb.
Iſai.30 12.
* Por que os enfadais de oyr las amenazas de Dios las cũplira el mas preſto.
Iſai.8.6.
Num.11.20.
Onkelos.

6 Videtur enim de tribulatione loqui, quaſi de calice, aut potione amara quod ſæpe Scriptura vſurpare ſolet, cum de malorum perpeſſione loquitur. Quare, cum hæc quoq; ſint verba Dei nos ad tolerantiam adhortantis, notq. tamquam filios diligentis, & corripientis vt Paulus Hebræorum. 12. ait, *Vobis tamquam filijs loquitur dicens: Fili mi noli negligere diſciplinam Domini, &c.* Certe videtur Deus veluti mater ad caput lectuli filij decumbentis aſſidere, deprecari, præcipere, ingerere potionis calicem ſalutarem; *Calix* enim eſt *in manu Domini vini* meraciſſimi *plenus miſto*; & ſicut potio medica, tum ex dulcibus, tum ex maris multa commiſtione temperatis conſtat, ita ſanè calix diuini ſupplicij tum habet vinũ merũ, generoſum, ſuaue, tum etiam amariſſimarum pęnarũ miſtionem, ad quas nauſeat hominis mens, & ſenſus, nunc Deus illum filijs, nunc peccatoribus & deſperatè ægrotantibus propinat, nam *Inclinauit ex hoc in hoc.* cæterum improbi hunc calicem *reprobant*, nauſeant, & euomunt ſi quidpiam delibauerint, ſed tamen velint nolint: *Bibent omnes peccatores terræ Hi profectò bibent de vino iræ Dei quod mixtum eſt mero in calice iræ ipſius, & cruciabuntur igne, & ſulphure.* at qui filij ſunt, naturali quadam malorum deteſtatione & ſenſu nauſeare etiam videntur, deprecantur enim vt ſi fieri poſſit, *tranſeat* ab illis *calix*, ſed tandem, cum indignum exiſtimente: *Non bibere calicem, quem illis* materna plus quam in indulgentia *dedit pater*, propinatum ſibi poculum auidè arripiunt, atque naturæ difficultati, & nauſeæ præſentiſſima remedia admouent, acetum videlicet, atq; fel Chriſti Ieſu patientis: hęc enim cũ acriora multo ſint, multoq; acutiora, quam noſtræ acerbitates, & dolores, facile ipſorum præſidio noſtrarum acerbitatum guſtum, atq; ſenſum, aut magna ex parte minuimus, & retundimus, aut deleuimus atq; temperamus. Et quod ſibi, ſuiſq. ciuibus mortifero poculo conſulens vltimus ille Campanorum magiſtratus Leſius olim hortabatur, Chriſtus nobis dicere videtur. *Poculum, quod mihi datum fuerit, vobis circumferetur ex eo poto corpus à cruciatu; animum à contumelijs, oculos, aures à videndis, audiendiſq; omnibus acerbis, quæ manent victos, vindicabit.*

Tribulatio potio amara.
Heb.12.5.
Pſalm. 74. 9.
Apoc.14.1.
Ioan.18.11.
Præſidio fellis & aceti Chriſti Ieſu amaritudo tribulationũ ebibitur.
Liuius lib.26. [illegible]
Leſij oratio ad milites.

7 Illud præterea; *Reprobare* cum contemptu quodam eſſe, quod Pſalm. 52. dicitur: *Quoniam Deus ſpreuit eos.* & Pſal. 118. *Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, factus eſt in caput anguli.* id eſt, quẽ antea inutilem iudicabant, quem contemnebant ædificantes; & conſonat quidem Græca vox, qua vtitur Luc. Actorum. 4. *Iſte eſt lapis, qui reprobatus eſt a vobis ædificantibus. Exuthenthis.* pro nihilo habit'. & ab eodẽ themate dicitur Luc. 23. *Spreuit illum Herodes.* & Rom.14. *Tu quare ſpernis fratrem tuum?* & 1. Corinth 1. *Contemptibilia elegit Deus.* Et cum hæc ſententia vſurpata ſit, à Salomone Prouerb.3. Pro eo quod nos habemus: *Diſciplinam Domini ne abijcias.* Septuaginta legunt: *Noli negligere diſciplinam Domini.* & Cyprianus. *Ne neglexeris.* atq. eodem modo Paulus Hebræo. 12. *Noli negligere.* tamquam inutile aut vile, cum res ſit ſalutaris, & præclara.

Reprobare, contemnentis eſt.
Pſalm.52.6.
Pſal.117.22.
Ἐξουθενηθεὶς.
Luc.23.11.
Rom.14.10.
Cor.1.18.
Prouerb. 3. 11.
LXX.
Cypr. de habitu Virgin. & lib.3. ad Quirin.2. cap. 66.

8 Extenuatio eſt, nam plus ſignificat qua dicitur; Maxime facito diſciplinam Domini, nihil tibi aut potius, aut antiquius ſit, quàm vt illius correctionem æquo animo ſuſcipias, & grata voluntate complectaris: glorIare in Dei correptione, in laboribus, & ærumnis. Tantam tribulationem pretioſiſſimarum præſtantiam agnoſcebat Paulus, cum diceret: *Ego Paulus vinctus in Domino.* nam nihil habuit præclarius, quo ſe Epheſijs commendaret: & cum cætera communia ſibi & Regi Agrippæ precaretur; vincula ſibi ſoli reſeruat; *Opto* (inquit) *apud Deum & in modico, & in magno* (id eſt, non tibi parùm, ſed multùm etiam perſuaſiſſe; neque ſi id breui, & facili ſermone, ſed laborioſo & graui, diuturnoque confici oporteret) *Non ſolùm te, ſed omnes etiam, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis & ego ſum* (tamen vinculorum gloriam alijs videtur inuidere, & ſibi ſoli ineſſe gaudet) *exceptis vinculis his.* forte etiam vincula excipit, quod illi tribulationum præſtantiam ignorarent, & ſi vincula etiam illis offerret, videretur proijcere margaritas ante porcos; acutè hoc indicauit eo loco Chryſoſtomus: *Hoc* (inquit) *facit, quaſi aliud quiddam gloria dignum, ſed ad illorum ſuſpicionem reſpiciens addit, exceptis vinculis his.* Oecumenius quoque paulo luculentius ſententiam eandem expreſſit: *Non* (inquit) *vincula execrans, aut ob ea pudore ſuffuſus hoc dicebat, nam hoc ſi quid aliud gloria, & exultatione dignum apud ipſum habebatur, ſed ad illorum exiſtimationem reſpiciens, ad eorum imbecillitatem ſeſe demittens.* non aliter Ignatius vinculorum gloriam, cæteris licet amiſſis, pretermittendam non exiſtimat, dum ad Tarſenſes ſcribit. *Hæc* (inquit) *præcipio vobis non quaſi ſim aliquid, tametſi vinctus ſum.* Quid, quod certe videtur Paulus ſibi ipſi integer, perfectuſque homo, ſi in vinculis ſit, ſi mortem pro Chriſto obeat, nihilque ſibi præterea pretioſium eſſe; *Vincula & tribulationes Ieroſolimis me manent; ſed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretioſiorem, quàm me.* non tam mihi vita pretioſior eſt, quam egomet mihi. Sed quem te ipſum, Paule, dicis? Non liber ego vinculis, & iucundè viuens, ſed *vinctus in Domino*, quotidie moriens; is Paulus

8 Extenuatio.
Tribulationes pretioſiſſimæ & honoratiſſimæ
Epheſ.4.
Actor.26.
Chryſoſt.
Oecumenius.
Ignatius epiſt. 7. ad Tarſenſ.
Acto. 20. 23.

eſt, is Apoſtolus; ſic meis vinculis, & ærumnis pretioſiùs nihil.

9

Tribulatio ſignu diuini beneplaciti.

Sed præter quàm quòd tribulationes maximi fieri oporteat, quod ad animi diuitias, honorem, multaſq; alias opportunitates conferant, ſed tamen illud in præſentem locum peculiariter conuenit, propterea permagni æſtimandas eſſe, minimeque ſpernendas, quod ſint diuini erga nos amoris pignora, & paterni affectus argumentum, non ſolum cum peccati pœna non ſunt, ſed cùm in ſceleris alicuius ſupplicium infliguntur; id enim indicat vocabulum *correptionis*, quę eſt errati alicuius obiurgatio, & durior quædam pueri ſegniculi inſtitutio, & ſeuerior caſtigatio. Hanc verò à charitate paterna proficiſci Salomon explicat: *Diſciplinã Domini fili mi ne abijcias, quẽ enim diligit Dominus corripit, & quaſi pater in filio* * *complacet ſibi* id eſt, quia beneplacitum ſuum in filio conſtituere vult, & optat vt ſibi placeat homo diſciplina, & flagello tollere conatur, quod ſibi diſplicet. Paulus vero ſic locum repetit, & illuſtrat: *Nondum vſque ad ſanguinem reſtitiſtis, & obliti eſtis conſolationis*, (id eſt, cum nondum extrema diſcrimina toleraueritis, iam vos cæpit obliuio Dei potentis vos conſolari, cùm vos corripit? iam obliti eſtis, in Dei correptione gaudium, ſolatiumque ingens animorum latere) *quæ vobis, tanquam filijs* (nam corripit paterno affectu) *loquitur dicens* (Deus inquam hoc vobis dicit non Salomon, ille vos ad patientiam hortatur, nõ homo) *Fili mi noli negligere diſciplinam Domini: quem enim diligit Dominus* (nempe dilectione illa prædeſtinationis, qua homini vult æternæ beatitudinis bonum) *caſtigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit* (quem approbat, quem lęto vultu, & obuijs vlnis excipit, quem adoptat. nam in domo Dei non ſolùm ſerui, interdum filij, & quidem frequentiſſime vapulant, non ſicut in Romana republica, vbi nemo ingenuus & liber vapulabat; quod teſtatum cunctis voluit eſſe Dei filius flagellatus, & in cruce pendes, dicentibus incredulis Iudæis: *Si filius Dei eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei*, nam in cruce potiùs Dei filius & credi, & haberi voluit) Et in eandem ſententiam paulò infertur, *Tanquam filijs vobis offert ſe Deus* quem locum ſic legit Auguſtinus; *Sicut filios vos* * *aggreditur Deus*. ne te igitur ſubtrahas Deo aggredienti, minanti, verberanti; ſeu potius illi occurre: ſicut Eccleſiaſt. ait. *Ne feſtines* (ne feſtinanter fugias) *in tempore obductionis* (correptionis) *coniungere Deo*.

Correptionis proprietas.

Prouerb. 3. 11.

* Por que le quiere como a hijo, no quiere ver en el coſa q le deſagrade.

Heb. 12. 4.

In domo Dei filij vapulant

Actor. 22. 25. 26.

Matth. 27. 40

Heb. 12. 7.

August. ſerm. de temp. barbarico tom. 9.

* Padre es, el que os acomete a dar.

Eccleſ. 2. 3.

10

Patientię gradus quidam.

Hieronymus autem Ezechiæ. vſurpans hũc locum, legit: *Fili ne contriſteris ad diſciplinam Domini*. Et certe in hac ſuſtinentia rerum aduerſarum videtur ſacra Scriptura multos patientiæ gradus diſtinguere, illoſq; à nobis exigere. Primùm non negligere. Secundum, non faſtidire, nec nauſeare. Tertium, non deficere. Prouerbior. 3. & Hebræ. 12. *Non deficientes animis veſtris*; quamuis vires deficiant corporis, vt ſpiritus nunquam non promptus ſit, carne licet infirma. Quartum, non defatigari: ijſdem locis; eſtque idem fere, quod ſupra defatigari, deficere præ moleſtia, & tædio. His vero, iterum contraria adiungito, quæ etiam exiguntur à nobis. Primum, permagni facere patientiæ opportunitatem, & materiam nobis oblatam. Secundum, non ſolum non faſtidire, ſed exurire, & ferre tribulationes, *vt ſaturemur opprobrijs*. Tertium, fortiter & conſtanter ardua quæque & difficilia aggredi; non fugere, ſed obuiam procedere aduerſitatibus. Quartum, gaudere, & exultare, cum *digni habemur pro nomine Ieſu*, moleſtum & aſperum aliquid *pati*.

Prouerb. 3. 11.

Heb. 12. 4.

[illegible]

Denique notandum eſt hoc loco pro *Domino* ſubeſſe in Hebr. *Saddai*, quod nomen copiam, & vbertatem affert bonorum omnium, &, vt alij dicunt, omnipotentiam. Ergo ait: Correptionem omnipotentis Dei, & bonis omnibus affluentis reprobandam non eſſe, cum poſſit ille nos recreare, & mortuos ſuſcitare, atque bonis omnibus cumulare.

XVIII. Quia ipſe vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius ſanabunt.

1 *Deus cùm corripit, non derelinquit. Vulnerare & Mederi quid propriè. Deus peſſet ſcientia ligatura.*
2 *Emphaſis in ſacris. Deus inſtar Chirurgi ſecando, & vrendo medetur.*
3 *Deus prius vulnerat vt poſtea medeatur. Capere quid. Curare ex Græco. Illuſtratus Hoſeas.*
4 *Dei vulnera ſalutaria. Omnia optimi Chirurgi munia præſtat ille. explicatus Dauid.*
5 *Percutere, de vehementiori plaga dictum.*
6 *Dei medicina, tum illius poteſtatem, tum charitatem indicat, quadam ex ſacris.*

HANC etiam non neglігẽdæ neq; reprobandæ correptionis diuinæ rationem adiungit Eliphaz, quod Deus non puniat, neque conterat ad interitum, ſed ad correptionem: nam cùm corripit, non derelinquit, vt dicitur 2. Machab. 6. *Nunquam a nobis miſericordiam ſuam amouet, corripiens vero in aduerſis populum ſuum non derelinquit*; nam ipſe vulnerat, & medetur. Doctè Vulgatus dixit, *Vulnerat*, nam licet ex vi originalis vocis (*caab*) tantum vertendum eſſet, dolore afficit, vel cum Septuaginta, dolere facit, quod commune eſt, vel ad vulneris dolorem, vel ad acerbitatẽ cuiuſuis alterius cruciatus; tamẽ ex adiuncto verbo *medendi*, ille profectò genuinus ſenſus eſt, Dolorem efficit vulnerando, nam mederi iuxta fontem eſt, ligare, & circumuoluere; & cum ad vulnus, vel dolorem refertur, eſt alligando vulnus mederi, & ſanare, vt enim docent medici, bona chirurgię atq; curandorum vulnerum pars in ligatura conſiſtit; ſic enim in ſua Chirurgiæ Officina, Hippocrates dixit: *Partim quidem ipſa deligatio ſanat, partim curantibus inſeruit: rurſuſque maximus deligationis vſus eſt*. ab eadem radice dictum eſt Ezech. 34. *Quod confractum eſt, non alligaſtis*. & Pſalm. 146. *Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum*, id eſt, cum animo & corde, tum corpore ſaucios & dolentes curat, non ſolum appoſitis pharmacis, ſed etiam molliſſimis deligamentis, puriſſimis, leuiſſimis, tenuiſſimis; talia enim Medicina præſcribit. igitur Deus *vulnerat & medetur*; & quod admirabile eſt, percutiendo ſanat; quare illius ſagittæ *ſagittæ ſalutis ſunt*.

1

2. Mach. 6.

Commẽdatus Vulgatus

כאב

[illegible] quid in Hebr. [illegible]

[illegible]

Medentea Hebræo quid. [illegible]

Scientia ligaturæ in Chirurgo.

Hippocrates.

Ezech. 34. 4.

Pſal. 146. 3.

Hippoc. in Officina Chirurg.

2 *Enallage.* *Iſai.65.22.* *Deut.22.1.*

tu ſunt. Eſt autem in Scriptura frequens enallage, cum verbu pro participio ponitur. at Iſai. 65. *Non ædificabunt, & alius habitabit; non plantabunt, & alius comedet.* id eſt, ædificantibus illis, alius non habitabit & comedet. Deut. 22. *Non videbis bouem errantem, & præteribis.* id eſt, videns non præteribis. ſimiliter hic: *Vulnerat, & medetur,* vulnerans medetur, vulnerando ſanat. Eſt enim etiam medicinæ Chirurgicæ præceptum, cum vulnus aut vlcus exigit, vulnera aperire, & partem vulneratã ſecare amplius, quod ſecus ſanari & curari non potiſt. Sic præcipit Hippoc. dum de capitis vulneribus, & ſecãdis vlceribus diſſerit. *Vlcera, quæ non habent ſufficientem magnitudinem longitudinis, ac magnitudinis ad oſsis inſpectionem, an quid malum ſit à telo, & quantum caro contuſa eſt, & ad curationem, quali nam vlcus opus habet, ſi verò ſubcaua fuerint vlcera in obliquum, cauitatem quam proximum reſecare oportet, vbi non facilè eſt medicamentis quocunque peruenire.* ſic ſane vulnerando medetur Chirurgus, ſic quoq; *vulnerat,* ac *medetur* Deus, vbi alijs medicamentis lenioribus ad internas animi partes læſas, & affectas non eſt facile peruenire: ſic extrahit conceptum, & latitas interius pus, ſic abſtergit viſcera, & animi ſordes. Præterea etiam non ſolum ſecando, ſed etiam vrendo *vulnerat, & medetur* Deus, nam eiuſmodi ſunt viſoria inſtrumenta, vt cũ vlcus aperiãt, ſed vulnus efficiãt, latera inurant, ſiſtantq; ſanguinem, & cruſtis, velut cataplaſmatis appoſitis, ne malũ ſerpat, efficiant, cùm Scriptum ſit: *Sagittas ſuas ardentibus effecit.* vide licet (vt alij legunt) carbonibus iuniperorum, quorum flamma efficacior, & pertinacior eſt, inflammatas: quo enim vehementius ardent, eo melius vrunt, & facilius medentur. Eleganter Auguſt. ſuper Pſal. 50. rem hanc tetigit. *Illa* (inquit) *eſt vox Domini, ego percutiam, et ego ſanabo. Percutit putredinem facinoris, ſanat dolorem vulneris. Faciunt hoc medici, ſecant, percutiunt, & ſanãt: armant ſe, vt feriant, ferrum geſtant, & curare veniunt.*

Aperire vulnera aliquando medicinę præceptum. *Hip. lib. de capitis vulneribus.* Vulnerando medetur Chirurgus. *Pſal.7.14.*

3 *LXX.* *Aquila.* *Hoſ.6.1.* Capere quid

Verum ſimplicius, & nulla dicendi figura ſententiam hanc accipiunt Septuaginta, vt ſenſus ſit, non tam vulnerãdo mederi, quàm prius vulnerare, deinde mederi, & ſanare: ſic illi legunt: *Ipſe dolere efficit, & rurſum reſtituit.* Aquila; *curabit.* vox eadem ferè ſentẽtia vertitur *curare,* Hoſeæ 6. *In tribulatione ſua manè conſurgent ad me, venite & reuertamur ad Dominum, quia ipſe cepit & ſanabit nos; percutiet, & curabit.* Verbũ *capiendi* ad prædam pertinet, & ad rapiendum more leonino, aut lupino, quaſi diceret; Inſtar leonis, aut lupi viſus eſt Deus nos velle capere, & diſcerpere; atq; vt nos caperet, prædamq; faceret, veluti vngue aut dente infixo nos vulnerauit; ſed non ille deuorare vult, ſed in ſuam poteſtatem redigere, non diſcerpere, non perdere, non enim lupus, ſed paſtor eſt. cæpit ergo prædam, quàm vt lupus fecit; ſtatim vt paſtor fouebit, ſanabit; itaque *percutiet, & curabit.* eadem vox, quæ hoc loco, *medebitur*; alligabit; alligando medebitur, & curabit. notauit Hieronymus ſubeſſe hoc loco (*mot. ſi*) & *Mota* Græcè appellari linteola, quæ inſeruntur vulneribus, vt putridas carnes comedant, & extrahant purulentias, & rectè. eſt enim *motos,* lineamentum, ſeu linteolum carptum, quod vulneribus inditur, ſiue tortile, aut raſile, *hilas, o mecha; & (mecha,)* eſt vulnerarium lineamentum vulneri aut vlceri indito, aut penicillo vulnerario indito curo. quo eodem verbo Aquila hoc loco vſus eſt: *Curabit* (inquit) *aut linteamento induto ſanabit.* illud quoq; addit iſto loco Hierony. *Artis medicorum eſt grandia vulnera longo ſanare tempore, & per dolorem reddere ſanitatem.*

μὴ τωθ… *μοτα* Curare in Græco quid propriè. *μοτος.* *Aquila.*

4 Vulnera quę infligit Deus ſalutaria. Deus omnia optimi medici munia præſtat.

Hic duo obſeruanda; alterum, ſectiones & vulnera, quæ fiunt a medicis, cum ad ſanitatem efficiendam referantur, ſumma arte, & cura fieri, vt minimum noceant, ne vena aut neruus incidatur, ſed vt minimo dolore & damno fiant, facileq; poſſit vulnus recens coire. non aliter cùm Deus vulnerat, eam quidem parte percutit, ex cuius ſenſu, & læſione minimum detrimenti, & doloris, quo ad fieri poſſit, accipiamus; aut certè cuius dolor, & vulnus minime mortifera ſint, ſed potius ſalutaria. Alterum; nullum optimi chirurgi in medendo vulnere munus non obire Deum optimum, cum ipſe * *curet,* carpat linteum, lineamentuq; raſuram, aut vulſuram torqueat, concinnet, indat, deliget: quæ omnia ſalutem certo promittant; res profectò & illius bonitate, & noſtra conſideratione digniſſima. ſicut enim Hippocrates eos miniſtros in curatione exigit, *Vt qui circa ægrotantem ſunt, tacentes ſint, & præſecto obedientes,* ita ſane nos, qui Iobi vulnera, & curationem, mirabilem Dei ſapientiſſimi in agendo rationem & ſapientiam agnoſcimus, vt vulnerando medeatur, attenta conſideratione, ſilentes & mirabundi tantam bonitatem ſuſpicere debemus, atque diligere eum corripit, cùm vulnerat, neque aliam ſalutis recuperandæ viam inire; ſic felices enim *qui diligunt ſalutare Dei. Corripiet* (igitur) *me iuſtus* (Deus) *in miſericordia* (non plaga inimici crudeli, ſed vt ſanet minimo detrimento, minimoque dolore, *& increpabit* (percutiet, vulnerabit; vulneret inquam, atque percutiat) *me: oleum autem peccatoris* (venenum amaritudinis. ſic ex Hebr. oleum inquam illud venenatum eſt, quamuis blandum, & ſuaue videatur, blanditiæ, fauor, adulatoria verba) *non impinguet* (ex Hebr. non infringat obliniendo, demulcẽdo franget) *caput meum.* propterea non reprobabo Dei correptionem, quæ quo ſæuior videtur, eo lenior & ſalutarior re ipſa eſt; ac penitus abijcio, faſtidio etiam, negligo, imò deteſtor blanditias & lenocinia peccatorum, quæ dum demulcent, vulnerant; dum mederi videntur, infringunt, lædunt.

* El por ſu mano alegra la herida, y da el boton de fuego haze las hilas, tuerçe la mecha, pone el cabeçal, y ata la venda. *Hipp. in offic. Chirurg.* *Pſal.69.5.* *Pſal.140.5.*

5 Percutere quid. מחץ *Pſal.67.22.* *Pſal. 109.5.* *Num.24.8.*

Percutit, & manus eius ſanabunt. Poteſt eſſe ſuperioris ſententiæ repetitio quædam per expolitionem, vel forte paulo amplior ſenſus, nam *Percutere,* in originali eſt, ictu & percuſſione contundere, cõſtringere, vnde dicitur Pſal. 67. *Deus confringet capita inimicorum ſuorum.* & Pſal. 109 *Confregit in die iræ ſuæ reges.* Et rurſus: *Conquaſſabit capita.* vel quidem eſt, transfigere. quare erit augeſis. Quamuis ita vulneret, vt perfodiat, & transfigat; medebitur tamen, & ſanabit, ſic ab eadem radice dicitur Numero. 25. & *Perforabunt ſagittis.* & Iudic. 5. *Tempus validè perforans,* &

graucm

grauem aliquam plagam verbum ſanandi poſtulare certè videtur.

6 — Quid indicet hæc Dei medicina & curatio poſt vulnerationem. *1.Reg.2.21. Deut.32.39. Tob.13.2. Sap.16.13. Deut.32.39.*

Sed notandum quidem hanc commutationem vulneris, & contuſionis, aut etiam mortis in ſalutem, & vitæ fœlicitatem, quorum vtrumq; à Deo fiat, tanquã rem illó maximè dignam ſolere in ſacris Litteris prædicari. 1. Regum 2. *Dominus mortificat, & viuificat: deducit ad inferos, & reducit.* Deut. 32. *Percutiam & ego ſanabo.* Tobiæ 13. *Quoniam tu flagellas, & ſaluas,* Sapient. 16. *Deducis ad portas* (extrema diſcrimina) *mortis, & reducis.* Sed cùm hæc dicũtur, duo nobis de Deo ſignificantur. Primum, Dei ſumma potentia. & ita Deut. 32. ſtatim ſubditur: *Non eſt alius Deus præter me.* & Sapient. 16. *Tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes poteſtatem.* & 1. Regum 2. *Domini enim ſunt cardines terræ.* & Tobiæ 13. *Non eſt qui effugiat manum tuam.* Alterum; Dei charitas, & miſericordia, quæ poſt flagella, ſtatim affert ſolatium, quaſi humano more afflixiſſe, & percuſſiſſe pœniteat illum. ſicut Tobias adducto loco etiam explicuit: *Caſtigauit nos propter iniquitates noſtras, & ipſe ſaluabit nos propter miſericordiam ſuam.* & Ierem. 26. *Bonas facite vias veſtras, & pœnitebit Dominum mali quod locutus eſt aduerſum vos.* quaſi ergo aut pertæſus, aut fatigatus & deficiens flagellando, & puniendo, viſitat iniquitates *vſque in tertiam, & quartam generationem.* & vindictam, & ſupplicium ſtatim remittit; *et facit miſericordiam in millia,* cùm miſerendo, parcendo, benefaciendo, nunquam ſe laſſari, imò potiùs valde recreari, ſignificet. vti Ierem. Thren. 5. ad ingentis cladis ſolatium cecinit: *Quia non repellet in ſempiternum Dominus, quia ſi abiecit & miſerebitur, ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum,* * *non enim humiliauit ex corde.* Rem licèt apertè videre 2. Regum 24. cum enim trium dierum peſtem comminatus fuiſſet, vix *de mane vſque ad tempus conſtitutum,* prandij videlicet meridiani lues graſſata fuerat, *& miſertus eſt Dominus, ſuper afflictionem, & ait angelo percutienti populum; Sufficit nunc, contine manum tuam.*

Dei charitas. *Tob.13.* Pronior De[us] ad miſerendum. *Ierem.26.* *Exod.20.5.6.* *Thren.3.34.* *El ſe canſara y lo dexara preſto, q no le ſale de coraçon. *2.Reg.24.15.16.*

XIX. In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum.

1 *Prima expoſitio Senarij & Septimi. Septenarius nota multitudinis.*

2 *Secunda expoſitio. expli. Salomon, & Amos. Deus Adiutor, & Protector, quid ſignificet. Senarius nota multitudinis & fœcunditatis.*

3 *Sex creationis dies laborandi ſymbolum. Septimum Beatitudinis. Quid Sabbatiſmus apud Paulum.*

4.5 *Quarta, & quinta expoſitio. Quid lux ſeptemplex apud Iſaiam.*

6 *Optima, & ſimpliciſſima interpretatio.*

I — Prima expoſitio Sex, & ſeptima pro ſeptem. *Amos.1.3.* Septenarius nota multitudinis.

MVLTIPLEX eſt apud interpretes huius ſenarij, ſeptenarijq; interpretatio. Primò enim quidam non diſtinguunt ſenariũ a ſeptimo, ſed ſex, & ſeptimam pro ſeptem accipiunt. qua ratione non pauci dictum volunt, id Amos 1. *Super tribus ſceleribus, & ſuper quatuor.* id eſt, Si ſepties peccauerit, &c. numerum itaque ſequentem ſine diſcrimine addunt præcedenti, & ex vtroque integram ſummam conficiunt: per ſeptem autem tribulationes innumeras ſignificari aiunt. Septenarius enim eſt multitudinis nota, & numeri indefiniti, vt Amos. 1. *Super tribus ſceleribus, & ſuper quatuor* (id eſt, Si ſepties, centies, millies, ſine numero peccauerit) *non conuertam, &c.* ſic quoque de muliere peccatrice eiecſſe dicitur Chriſtus Dominus: *Septem Dæmonia,* id eſt, vniuerſitatem vitiorum. & Iſaiæ 4. *Septem mulieres,* id eſt, multæ. & 1. Regum. 2. vbi nos habemus: *Sterilis peperit plurimos.* Septuag. iuxta Heb. *Sterilis peperit ſeptẽ,* & per expoſitionem ſeu per oppoſitionẽ additur. *Et quæ multos habebat filios, infirmata eſt.* ſic etiam Ierem. 15. *Infirmata eſt, quæ peperit ſeptem.* exempla obuia ſunt. erit ergo ſententia; In ſeptem tribulationibus liberabit te Deus, ſępe, ſemper te eripiet malis & diſcriminibus, ſi fortè in illa incidas. ita Polychron. ex Græcis; Lyra. Vatab. Iſidor. Clarius. Ad eundem ferè ſenſum Auguſtin. 11. de ciuitate cap. 31. illum Prouerb. locum accipit: *Septies in die cadit iuſtus, & reſurget,* id eſt, quoties in tribulationem inciderit, non peribit, neque demergetur, non enim de culpa, ſed de pœna intelligit.

Luc.8.2. Iſai.4.1. 1.Reg.2.5. LXX. *Iere.15.9. Polychron. Lyra. Vatab. Iſid. Clarius. Auguſtin.*

2 — Secunda expoſitio.

Alij ita ſex à ſeptima diſtinguunt, vt diuerſas res ſignificent, id quod ipſa ſententia indicat: neque enim oportet ſemper numeros illos, qui ſimul ponuntur, conflare in vnam ſummam, ſicut Prouerb. 30. apertè ſeparantur: *Tria ſunt inſaturabilia; & quartum, quod nunquam dicit ſufficit.* Et rurſus; *Tria ſunt, per quæ mouetur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere.* atque eadem ratione non incongruè accipietur ille locus Amos: *Super tribus ſceleribus, & ſuper quatuor, &c.* id eſt, tria; videlicet cætera ſcelera leuiora ſunt, ſed quartum cuiuſque videlicet nationis, ex illis, quæ a Propheta recenſentur, maximè proprium, diuturnum, inueteratum, veniam non meretur; erit igitur ſententia hæc; ſex tribulationibus, id eſt, plurimis, ſi in illas incidas, te Deus eripiet, & in ſeptima, &c id eſt, aliquando faciet, ne in vllum diſcrimen deuenias, ſed auertet mala omnia, vt ſecure agere poſſis. qua ratione Eccleſiaſticus cap. 51. ſępe etiam Scripturæ Deum appellant non ſolum *Adiutorem* ſed etiam *Protectorem*; Adiutorem inquam, ad vincendas, & ſuperandas difficultates omnes, in quibus iam ſumus, Protectorem verò, ad auertendas, fugandaſque calamitates, ne nobis occurrant; Quod verò numerus Senarius ſit etiam multitudinis nota, & indefiniti numeri, non eſt alienum a Pythagoreorum doctrina; qui Senarium nuptijs, & generationi dedicabant; quod videatur perfectione quadam numeri imparis, qui marem refert, & paris, qui fœminam connubium inter ſe continere. Sex igitur diebus cùm creatus mundus, omniumque viſibilium rerum vniuerſitas ſit; & cum *requieuerit Deus die ſeptimo,* excluſiuè, quod dicitur, nam ſex tantum dies creationis fuerunt, rectè rerum fœcunditatem, multiplicationemque ſignificabit, vt Philo ex ſua illa Platonica, aut Pythagorica doctrina eleganter docet.

Prou.30.15. Amos.1.3. Geneſ.15.1. Pſal.17.3.19.31. Pſal.26.1. & Pſal.27.7. Pſal.39.18. Pſal.113.9. Eccleſ.51.2. Deus non ſolùm adiutor ſed etiam protector. Senarius nota multitudinis. *Geneſ.2.2. Philo initio lib. de Mundi opificio.*

3 — *Gregorij allegoria.*

Tertiò, Gregorius tum ſeptimũ à ſex ſecernit, tum per Senarium multitudiné tribulatio-

Sex dies creationis ſymbolum laborandi.

num notari exiſtimat, ſed longe alia ratione; nam his numeris alludi cenſet ad ſex hebdomadæ creationis dies, quibus Deus vniuerſa elaborauit, atque laborandi ſpeciem quandam, & exemplar nobis propoſuit; in ſeptimo autem, qui requiei conſecratus eſt, ad requiem etiam nobis propoſitam reſpici. Rurſus per hebdomadam laboris, & operandi ſignificari præſentem vitam, quæ tota laboribus, & ærumnis plena eſt; per ſeptimum vero requiei diem, futuræ vitæ fœlicitatem; ex quo hæc ſententia conficietur: In multas tribulationes, atque labores incidere te, dum vixeris, oportebit, cum *ad laborem natus homo ſit, graue quippe iugum impoſitum eſt filijs Adam a die natiuitatis, vſque in diem mortis eorũ*: nullus igitur dies huius vitæ ab ærumnis vacuus tibi illuceſcet: ſed tamen, ſi conſtanter, patienterque pertuleris, poſt laborioſiſſimam hebdomadam, in ſeptimo æternitatis die, non tanget te damnationis malum: ſecus, qui dies huius hebdomadæ, ſerięmq; inuertat, vt in ſex prioribus diebus laborare renuat, qui deinde ſequetur ſeptimus ęternitatis dies, non erit requiei conſecratus, ſed ſempiternis cruciatibus. Non diſſimili profecto allegoriæ ratione, dum de diebus creationis, & vitæ huius laboribus Paulus agit, rem totam ſic claudit. *Itaque relinquitur ſabbatiſmus populo Dei.* non ſolum Sabbathum, ſed ſabbathiſmus, id eſt, æternum quoddam ſabbathum, & nunquam lapſura ſolennitas, dies feſtus, qui nũquam occidet, neque aduesperaſcet.

Hebdomada creationis designat præſentem vitam.

Eccleſ. 40. 1.

Hebr. 4. 9. Quid ſabbathiſmus apud Paulũ.

4 Quarta expoſitio. *Chryſoſt. Olympiod. Caieta.*

Quarto non longe ab hac expoſitione, proximius etiam ad litteræ exigentiam Chryſoſtom. Olympiodo. Caieta. ſic intelligunt; Si in his ſex, id eſt, multis tribulationibus, atq; moleſtijs te conſtantem, patientemq; præbueris, ô Iob, teque ſubmiſſiùs permiſeris verberari, erudiri, purgari à Deo; ſeptimus tandem in hac vita aliquando tibi illuceſcet fœlicitatis & requiei dies aliquis, quo nullum te malum tanget, neq; flagellum appropinquabit tabernaculo tuo.

5 Quinta expoſitio. *R. Moyſ. lib. 3. Doctor. dubiorum. c. 30. 3 Reg. 8. Iſai. 30. 26.*

Quinto, ſex hos ſeptimumque diem feſtiuos atque ſolennes accipere poſſumus, ſed euidenti non tam ex Eliphaz intentione, quam ex poſterioris Scripturæ vſu, & ſignificatione. nam vt R. Moyſes Aegypt. ait, hoc numero ſeptenario aliquando alluſio fit ad ſeptem illos dies dedicationis domus Domini tempore Salomonis; qui auguſtiſſimi, lætiſſimique fuerunt. in quam quoque rem explicat locum Iſaiæ. 30. *Et erit lux lunæ, ſicut lux ſolis: & lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum, in die, qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui.* id eſt, erit dies ille maxime feſtiuus, longeque fœliciſſimus, præcedetque lætiſſimus veſper. ſic igitur promittitur laborum toleranti hominum reliquum vitæ iucundiſſimum, & reliqui dies omnés læti, atque feſtiui.

6

Propoſui candidus, quid in hoc loco, aut alij dicunt, aut ab alijs indicatum promoueri, & illuſtrari à nobis potuit, vt quod optimum lectori videatur ſibi deligat. Ego ſexto tandem loco, quod mihi viſum eſt ſimpliciſſimum, atq; leniſſimũ proferam; videlicet ſex tribulationes, ſeptimam etiam dici ab Eliphaz, eas omnino, quæ deinde ab ipſomet recenſentur, quaſi diceret; Cum ſex, imo & ſeptem videantur eſſe calamitatum genera, que homini accidere poſſunt, videlicet, ea, quæ iam enumerabo, ab omnibus profecto Dei ope immunis eris. nam pręterquam quod ſanctus Ferrandus initio ſui ad Reginum comitem Pareneticı, ſic videtur intellexiſſe hunc locum: profecto res ipſa ſic etiam exigere videtur, vt non alias, quàm illas ſeptem adiungat, cum ait, *A fame eruet te de morte, & in bello de manu gladij.* Septenarium autem numerum facile erit colligere legenti, & intelligenti: atq; has potiſſimum tribulationes propoſuit, quod his aliæ omnes contineantur, quæ ſolent hominibus accidere.

Sexta & ſimpliciſſima expoſitio.

S. Ferrandus.

XX. In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladij.

1 *Fames, & ſterilitas frequenter immittuntur à Deo propter peccata. Explicatus Moyſes.*

2 *Nouem tempora famis indicata in Scripturis ante et poſt Iobi ætatem.*

3 *Iuſtis ſuum cibarium conſtitutum à Deo. Illuſtratus in Apocal. Ioan.*

4 *Fames bello aſſinis. Pax vberrima. Pacis atque Famis imago.*

5 *Manus gladij quid. Hyppallage. Iuſtus ab hoſte ſecurus.*

HAec prima famis plaga ſolet non infrequẽs eſſe, nam tum ex terra, tum ex cœleſti pluuia tẽporanea, & ſerotina, tum ex pace, & ſecuritate ab hoſtibus pendet & agricolarum induſtria & labor, & fructuum vbertas; facileq; eſt aliquid horum deſiderari. vti Plato, inter aliarum vitæ miſeriarum, & officiorum, exercitiorumq; humanorum deplorationem ſic ait; *Verùm dulcis eſt agricultura, eſt ſanè. non ne tota tamen eſt (quod aiunt) vlcus, ſemper paratam doloris habens cauſam, nunc quidẽ ſiccitatem, nunc pluuias, nunc vreditem, nunc rubiginem, nunc vel æſtum intempeſtiuum, vel frigus conquerentes?* Solet verò frequenter Deus publica ſcelera fame & ſterilitate punire, vt conſtat Deut. 28. cùm peſtem & famem comminatur & 2. Reg. 21. Cùm *propter Saul & domum eius, facta eſt fames in diebus Dauid tribus annis iugiter.* Iſai. 30. *Dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem.* Huc certè illud ſpectare videtur, quod Deut. 21. præcipitur, *Quando inuentum fuerit in terra cadauer hominis occiſi, & ignorabitur cædis reus, egredientur maiores natu & metientur à loco cadaueris ſingulorum per circuitum ſpatia ciuitatum, & quam vicinorem cæteris eſſe perſpexerint, ſeniores ciuitatis illius tollent vitulam, quæ non traxit iugum, neque terram ſcidit vomere, & ducent eam ad vallem aſperam, atque ſaxoſam, quæ nunquam arata eſt, neque ſementem recepit, & cædent in ea ceruices vitulæ.* vbi quæri iubetur locus ſalebroſus, quia deinde ſeri nõ poterat, vt Hebræi tradunt, atque R. Kimhi in ſuis radicibus, in voce *Ethan.* huius ſignum eſt, quod vitula nihil agriculturæ edocta eſſet. cum ergo ſola pro peccato victima faciat locum ſterilem, quid ipſum peccatum? Obſeruat verò

1 Fames, & ſterilitas frequenter accidit.

Platonis Axiocho.

Agriculturæ difficultates.

Sterilitas & fames propter peccata.

Deut. 28. 20.

2. Reg. 21. 1.

Iſai. 30. 20.

Deut. 21. 1. 2. 3. 4.

R. David, Kimhi. איתן

R. Ioſeph.

R. Ioſeph, illum locum dici *aſperũ* & incultum, per Prolepſim, quia talis futurus deinde erat: alioquin non ſemper eligebatur eiuſmodi, ſed vbicunque cadauer inueniretur.

2 Potuit autem Eliphaz ad inſignes aliquas famis, & ſterilitatis difficultates, quibus Deus & impios conſumpſerit, & iuſtis conſuluerit, reſpexiſſe; nam Hebræi ex Thargo Ruth. 9. numerant nouem fames famoſas, quarum quinq; potuerunt extitiſſe ante Iobi tempora, & hoc loco indicari ab Eliphaz in exemplum ſupplicij improborum. Prima, viuente Adamo, & eo forte reſpicit id Gen. 3. *Maledicta terra in opere tuo* (in tranſgreſſione tua) *ſpinas & tribulos germinabit tibi.* Secunda ſequuta eſt parricidium Cain. Geneſ. 4. *Maledictus eris ſuper terram.* Septuaginta. Onkelus. *Maledictus tu a terra,* id eſt, Terra tibi maledicet, ſteriliſcet tibi terra, *cũ operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos.* Onkelus. *Non dabit tibi *robur ſuũ,* id eſt, non feret fructus, quos poſſet, aut non poterit vberes fructus terræ. Tertia ſub Abrahamo Gen. 12. Quarta ſub Iſaac Gene. 26. Quinta ſub Iacob Gene. 42. quam Ioſephus affirmat peruagatam fuiſſe vniuerſum orbem. Ad aliquam ergo ex his quinq; potuit alludere Eliphaz. Sequuta vero eſt ſexta Ruth. 1. Septima 2. Reg. 21. Octaua 3. Reg. 18. Nona 4. Reg. 6. Et denique nouiſſimis temporibus *erunt peſtilentiæ & fames.* Cum autem iuſto pollicetur Eliphaz eruturum iri *de morte* famis tempore, non ſolum promittit fore, vt non pereat fame; ſed vt neque fameſcat, Deo curam illius gerente, & quotidianum cibum ſubminiſtrante. nam propriè in fonte eſt, Redemit, id eſt, redimet te, quaſi ſoluto pretio. nam qui fameſcunt, certiſſimæ morti addicti ſunt, cibo & alimonia præſtito redimuntur, liberantur.

[Margin: Thargum Ionathæ. — Nouẽ famoſæ famis tempora. — Geneſ. 3. 17. — Geneſ. 4. 11. — LXX. — Onkelus. — *Seran las coſechas muy flacas, y la tierra de poca fuerça. — Geneſ. 12. 10. — Geneſ. 26. 1. — Geneſ. 42. 5. — Ruth. 1. 1. — 2. Reg. 21. 1. — 3. Reg. 18. 2. — 4. Reg. 6. 25. — Matth. 24. 7.]

3 Qui impiorum famem, atq; penuriam, piorum vero non ſolum neceſſarium diurnumq; cibarium, ſed etiam iucundiorem lautioremq; victum a Deo paratum videre velit, legat cap. 6. Apocal. *Audiui tanquam vocem, in medio quatuor animalium dicentiũ, Bilibris* (in Græc. Chœnix, menſura tritici, quã vnus homo quotidie abſumere poteſt, id eſt, cibarium diurnum) *tritici denario, & tres bilibres hordei denario* (intellige denarium diurnum; id eſt, ſufficienter poterunt viri ſancti & probi ſuo labore victum ſibi parare; numquam illos fames opprimet, quod ſi paulo viliori cibo, qualis eſt panis hordeaceus, contenti fuerint, non ſe ſolum, ſed alios etiam ſuſtentare poterũt, id eſt, tum ſibi triticeus, tum familiæ ſuæ hordeaceus panis numquam deerit. illa autem animalium vox eſt quaſi præconium, quod in maxima annonæ caritate ad piorum ſolatium iubet Deus fieri) *& vinum & oleũ* (quibus conuiuiorũ iucunditas, & lætitia conſtat) *ne læſeris.* (nam manent ſanctis cuncta integra, dum improbi ſæuo famis ſupplicio cõficiuntur. id quod ſtatim deſcribitur, *& ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum erat illi nomen mors* (certe equus, non idem qui ſeſſor: quis autem *Pallidus* præter mortem, nonne Fames? certe, nam ſicut pallida mors; ita etiam

.... *pallida ſemper*
ora fame ....

[Margin: Iuſtis paratũ cibarium à Deo — Apocal. 6. 6. — Bilibris quid — Vinum & oleum ad lætitiam conuiuiorum. — Quis equus pallidus, cui aſſidet mors — Virg. 3. Aen.]

& infernus ſequebatur eũ (videlicet defuncti, ſqualidi, famelici) *Et data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ interficere gladio, & fame, & morte, & beſtijs terræ.* harum igitur plagarum cum hoc loco mentio fiat, certe coniunctæ ſunt, & cum de fame diximus, nunc de gladio.

4 *In bello de manu gladij.* Coniungere hæc duo ſolet Scriptura, famem, & bellum, aut gladium, vt in Apoc. nuper vidimus, tum etiam 2. Reg. 24 Ierem. 18. nam inter arma negliguntur, & ſteriliſcunt campi, bellumque abſumit omnia, ſicut in pace rerum omnium abundãtia, & prouentus fructuum vberrimi ſunt. quare ſicut de ſumma illa pace ſcriptum eſt, *Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces;* pari ſane, verum cõtraria ratione ad bellum, & hoſtium timorem pertinet, vt vomeres, & falces, & inſtrumenta colendorum agrorum iterum in gladios, & lanceas conflentur, & ſumma pacis abundantia cum penuria & annonæ difficultate, atq; fame commutentur. tum etiam lurida fames, pannoſa, vix oſſibus hærens, vacua ſinu, pingitur cum bello. ſicut cõtraria ſpecie pingebatur Pax cum puero Pluto, & ſpicis, atque concordia cum cornu-copiæ. quod diuitiæ in pace cõparentur, atq; omnes fructus fœliciter proueniant. ſicut Tibullus alloquitur Pacem.

Interea Pax alma veni, ſpicamque teneto,
Profluat & pomis candidus ante ſinus.

[Margin: Fames bello proxima. — 2. Reg. 24. 13. — Ierem. 18. 21. — Iſai. 2. 4. — Famis imago. — Pacis imago. — Tibull.]

5 *Manus* autem *gladij*, Polychronio videtur eſſe vis & potentia gladij. Alij, ictus enſis. quaſi diceret, liberabit te ab inimicorum potentia, & ictibus iugulum tuum petẽtibus. Similis phraſis Ierem. 18. *Da filios eorum in famem, & deduc eos in manum gladij* (quod ſtatim exponit; *iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio.* Pſal. 62. *Tradentur in manus gladij.* gladio manus vis, & efficacitas agendi tribuitur, ſicut ſolet tribui os, & deuorandi, abſumendiq; auiditas. Sed forte *manus gladij* per hyppallagem dicitur, gladius manus, gladius enim manu apprehenſus, & eleuatus ſymbolum eſt extremi diſcriminis, & præſentis hoſtis, atque imminentis cædis, ſicut dicuntur *Gladij ancipites in manibus eorũ,* & *Sagittæ in manu potentis.* Vel forte, quod in idem recidit, *Manus gladij,* eſt manus gladiata, manus armata, hoſtes ferro armati. Hæc item præclara atque magnifica promiſſio eſt, vt omnium hoſtium conatus irriti fiant, & ab hoſtibus ſecurus homo degat, quamuis illi multa moliantur, quamuis propè iam acceſſerint; ſicut dicebat Dauid, *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me.* menſæ paratæ accumbere otium, ſecuritatem, tranquillitatem indicat.

[Margin: Polychron. — Manus gladij quid. — Ierem. 18. 21. — Pſal. 62. 3. 11. — Hypallage. — Pſal. 149. 6. — Pſal. 126. 4. — Iuſto ab hoſtib. ſecuritas. — Pſal. 22. 5. — *El enemigo a viſta, y yo muy de eſpacio a meſa pueſta, y ſin perder bocado.]

XXI. A flagello linguæ abſconderis: & non timebis calamitatem, cùm venerit.

1 *Flagellum linguæ calumniatorum apud iudicem delatio, vix quadrat.*
2 *Durius pro aduentantium hoſtium rumore.*
3 *Simplicius pro linguæ petulantis verbere, quod honeſta fama accipere ſolet. Percuſſor apud Pagninum quæ. Patrona lingua apud Latinos. Superbus alios diuerberat.*

4 *Lingua gladius, ſagitta, flagellum, & quorſum. Explicatio Sapient.*

5 *[illegible] lingua.*

6 *Calumniator [illegible].*

1 *Vatabl.* Flagellum linguæ calumniatorum dilatio. *Ierem. 18.*

A *Flagello linguæ.* Quidam, vt Vatablus hoc videntur accipere de publica delatione apud iudicem per calumniam facta ab inimicis; ſicut id Ierem. 18. *Percutiamus eum lingua,* id eſt, accuſemus eum apud Regem, & omni induſtria, & ratione efficiamus, vt publica ſententia vapulet, & percutiatur in iudicio. ergo *flagellũ linguæ* erit verberatio, aut pœna in iudicio conſtituta & poſtulata fieri a calumniatoribus. Non aliter Auguſtinus dixit Chriſtum dominum prius [illegible] linguis Iudæorum clamantium & petentium, vt crucifigeretur, quam reipſa a Romanis militibus tolleretur in crucẽ. A lingua itaq; quæ verbera, flagella, pœnas lege, & iudicio [illegible] conſtitutas tibi procuret liberaberis. ad hanc certe rationem [illegible] Deo gratias agit, quod ab iniquis accuſatoribus, qui illũ apud Aegypti regẽ detulerant, liberatus fuiſſet, *A laqueo linguæ iniquæ, a labijs operantium mendacium, a lingua coinquinata, a verbo mendacij, a Rege iniquo, a lingua iniuſta.* Ergo ait Eliphaz. Dum impij, o Iob, deferẽt apud tyrannos, & reos egerint pios viros, de te non audebunt loqui; nihil mendacij aut calumniæ [illegible] numquam accuſabeˀris in iudicio. Hæc omnia licet bene conuenire poſſent in flagellum linguæ, ſed in Iobi perſonam non [illegible] quadrare videntur.

Auguſt.

Eccleſ. 5. 3.

Minus probatur præcedens interpretatio.

2 Flagellũ linguæ, [illegible] hoſtium, [illegible]. *Ierem. 50. 42.*

Alij per linguæ flagellum horrendam de hoſtibus venturis famam, & belliei in tumultum interpretantur, cuius ſonitus velut flagellum cor diuerberat, & dolore afficit, ſicut dicitur Ierem. 50. *Ecce populus venit ab Aquilone, vox eorum quaſi mare ſonabit, audiuit Rex Babylonis famam eorũ, & diſſolutæ ſunt manus eius, anguſtia apprehendit eum, dolor quaſi parturientem.* verum valde durum, & a phraſi Scripturæ alienum videtur bellicum tumultum dici flagellum linguæ.

3 Flagellum linguæ petulantia.

Ergo largius, & amplius accipiendũ eſt flagellum linguæ pro calumnia, & omni detrimento, quod mendacijs, aut linguæ petulantia honeſti viri fama accipere poteſt. *Flagellum.* quod proprie nos dicimus, *שוט*, conſentiente etiam & conſonante voce originali [illegible] & Latina vox verbum, aliquid etiã peculiare cũ lingua habet; nam verbera, à verbis, vt Nonius cenſuit, aut verba a verberãdo dicta ſunt, quod aures vox verberet. ſicut Soſia ille dixit, *Metuo vocem ne vae hodie hic vapulem, qua hunc verberat.* & qui detractorijs verbis famam alterius verberant, certe *Percuſſores* appellantur, etiã ſuppreſſo linguæ nomine. Sic enim in Paulo 1. ad Thimo. 3. *Non percuſſorem.* Caiet. [illegible] de linguæ verberibus, id eſt, conuitijs accipit. & Hier. ſimiliter ad Tit. 1. illum definit, *Non percuſſorem, qui manſuetus & patiens ſit in tempore, quid loquendum ſit, quid ve tacendum, nec ſermone ſuo [illegible] conſcientiam percutit infirmorum, ne contumelioſus & garrulus pergat eum, quem poterat modeſtia, & lenitate corrigere.* apud Latinos etiam eſt, iniuria aliquem verberare, & apud Lyricum.

שוט

Verbera, & verba affinia.

Plaut. in Amphitr. act. 1.

Percuſſor apud Paulum, 1. ad Tim. 3. 3. Ad Tit. 1. 7.

Percuſſoris definitio.

Cic. 4. de finib. Hora. 3. carm. Odæ. 12.

Metuentes patrua verbera linguæ.

Nam patrui multo quã patres incorruptiores eſſe ſolent in iudicandis, & obiurgandis fratrum filiorum peccatis, ſicut aliquando à Cicerone dictum eſt, *Qui in reliqua vita mitis eſſet, tunc in hac cauſa perturbatus, quidam patruum, cenſor, magiſter.* ergo qui aſpere & inhumaniter [illegible], hi percutiunt, verberant, flagellant, ſic Græca vox *Percuſſor* apud Paulum [illegible] qui promptus & celer eſt ad percutiendum ſtimulo, verbere, ad verbera incutienda. Cum autem [illegible], aut flagellum, aut funiculus ſit, aut virga, aut quodlibet aliud inſtrumentum ad cedendum aptum, certe de hoc flagello linguæ eſt id accipiendum Prouerb. 14. *In ore ſtulti, virga ſuperbiæ.* id eſt lingua ſtulti & temere loquentis, velut verbere, aut percuſſoria virga utitur, & verberat. nam cùm verbera & flagra ſeruilia ſint, ſuperbus in cæteros tanquam in ſeruos vult dominari.

Lingua patrua quid.

Cic. pro Cælio.

πλήκτης.

Verber apud Latinos.

Prouer. 14. 3.

Superbus alios diuerberat.

Sed illud obſeruandum, quòd cum alijs nominibus linguæ feritas & virulentia ſignificari ſoleat, nunc tandem flagellum dicitur; nam nihil eſt, quod dolorem, & cruciatum afferat, quod in lingua non contineatur. cum ſit Iacobo teſte *Vniuerſitas iniquitatis.* ſed ea peculiari ratione *flagellum* dicitur, quod dolorem & liuorem efficiat, id eſt, ſolet honeſtæ famæ notam indelebilem inurere, vt docet Eccleſiaſticus c. 28. *Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ* (nõ ſolum flagelli inſtar liuorem facit, ſed etiam) *comminuet oſſa.* Prẹterea cum detractores, & maledici apertè & publicè profitentur ſe hoſtes eorũ, quibus detrahunt, dicitur lingua eorum, aut gladius, aut ſaggita, cum vero clanculũ calumniantur, & detrahunt, nõ ſolũ dicitur lingua eorũ *Laqueus linguæ iniquæ,* vel, *Sagitta o cuta,* vel, *Serpens in ſilentio mordens,* ſed etiã flagellũ, q; in ſcapulas impingitur, & à tergo lædit, quod non videas. Sic Marcus Verrius, & Paulus explicant, Cũ Cato, *Pro ſcapulis,* dixit, de pœna verberum intelligi. Adde etiam, quod cum detractor Zelum, quem ſimulat, atq; deſiderũ conceptum correptionis, & melioris conditionis eius hominis, quem dictis ſuis proſcindit, cum parentis, patrui, cenſoris incorrupti, magiſtrique ſpeciem quamdã oſtentat, tunc videtur lingua, pro *flagello* vti. Flagello enim parens & magiſter vtitur. de quo veriſſimè a Salomone Prouerb. 26. dictum eſt, *Verba suſurronis quaſi ſimplicia* (bono, & ſimplici animo prolata) *& ipſa perueniunt ad interiora cordis.* illis quippe transfigitur cor, verberatur fama, liueſcit, comminuitur, & intimorum viſcerũ vehementi dolore afficitur. non is profectò parens, non patruus, non magiſter, ſed ſæuiſſimus hoſtis.

4 Cur lingua vocetur flagellum.

Iacob. 3. 6.

Eccleſ. 28. 21.

Detractor nunc gladio nunc ſagitta nũc flagello vtitur.

Eccleſ. 51. 3. Pſal. 68. Eccleſ. 10.

M. Verius. & Paulus.

Prouerb. 26.

Abſconderis. D. Thom. Latebunt detractorem tua facta, de quibus poſſet ille materiam detrahendi ſumere, ſed minùs propriè. Caiet. Deficient delatorẽ firmæ probationes, & ſufficientia indicia, quibus poſſet te cuiuſpiam ſceleris reum conuincere. minus leniter Rab. Abrahã. in cõmentarijs, Calũniatori, quaſi ſemper fuiſſes abſconditus, & numquam illi vel de facie notus, non venies in mentem: cùm alios maledictis & contumelijs diuerberauerit, te præte-

5 *D. Thom. Caiet.*

R. Abraham.

ribit intactũ. ſed præter ſacræ Scripturæ phraſim. Illud ergo proprium, lene, germanum, *Abſconderis*, protexeris, defenderis; tuebitur te ſemper Deus ne prævaleat contra te calũnia, mendacium, detractio; ne quid accipias damni ex lingua iniqua. ſimile id Pſal. 30. *Abſcondes* (proteges, ſeruabis, munies vndiq;) *eos in abſcondito* (in interiori cubiculo tuæ maieſtatis) *faciei tuæ* (te prouidente, circumſpiciente, ne quid accipiant damni, tuus cõſpectus ſecuros illos reddet, non ſecus ac ſi in interiori cubiculo, & penetrali abditiſſimo ſeruari, abſconditi, abditi eſſent. idem rurſus paulo clarius) *proteges eos in tabernaculo tuo* (ſicut Moyſem fugientem à iurgio & murmuratione populi ad tuũ tabernaculum Num. 14.) *à contradictione* (rixa, iniurijs, detractione) *linguarũ. Vir linguoſus* (delator, maledicus, detractor) *non dirigetur* (nõ erit firmus, ſtabilis) *in terra* (in tua ciuitate, in tuo regno: non timebis delatores, cùm ſoſpes & incolumis regnaueris, nemo regi *maledicere* audebit, nemo detrahet etiam in *cogitatione ſua*, aut in *ſecreto cubiculi ſui*.) Aliquid etiam plus ſignificat, quam dicit, vt auctor Catenæ expoſuit, Efficiet vt contumelias facile vincas, atque in ore omnium tua verſetur laus. Eleganter vero Chryſoſt. *Flagellum linguæ cum manibus adij* conſer, *Haud leue* (inquit) *eſt, imo vero magnum, cum poſſe iuuante Deo hominem effugere, qui nihil boni vnquam loquatur: lingua enim nihil improbius, quibuslibet inſidiis quolibet enſe immanior, atq; intolerabilior.*

Germanior expoſitio.

Pſal. 30. 21.

Eccleſ. 10. 20.

Nicetas.

Chryſoſt. Lingua petulans enſe immanior.

6 Calamitas pro vaſtitate. LXX. Polychron. שׁדד

Non timebis calamitatem. Non eſt calamitas in vniuerſum accipienda pro qualibet ærumna; quamuis enim Septuaginta mala omnia intellexerint legentes, *Non timebis à malis venientibus.* quo etiã modo interpretatur Polychron. *Nullum ad te malum manabit* Sed verbum *calamitatis* originale (*Sadad*) eſt more prædonũ, & impetu hoſtili vaſtare, & depopulari, quare vox eadẽ inferiùs redditur *vaſtitas*; Non timebis, ô Iob, vaſtitatem non hoſtium, & prædonum aduentum: ſecurè & tutò ages.

XXII. In vaſtitate & fame ridebis, & beſtias terræ non formidabis.

1 *Ridere quid. Iuſti in ærumnis gaudentes, illuſtratur Dauid.*
2 *Iuſti tum in ſingulis, tum in plurimarum ærumnarum prælio inuicti.*
3 *Beſtiæ homines ferinis moribus.*
4 *Quomodo Paulus ad beſtias pugnauerit.*
5 *Beſtias Deus immittit ſcelerum vindices.*

1 Ridere quid. שׂחק Pſalm. 2. 4. Hab. 1. 10. LXX.

R*idebis*: Quod in fonte eſt (*Sachak*) eſt aliquando illudere: vnde dicitur Pſal. 2. *Qui habitat in cælis irridebit eos*, & Habac. 1. *Ipſe ſuper omnem munitionem ridebit, & tyranni ridiculi eius erũt.* ita hic Septuaginta, *Iniuſtos & iniquos deridebis.* ludibrio ergo habebis tyrannos, prædones, vaſtatores, vel, Quaſi ludens, & ridens illos fugabis, debellabis, pro nihilo inimicos tuos humiliabis. Quemadmodum etiam Theophylactus expoſuit illum locum Habac. Vel, *Ridere*, poterit ſimpliciter accipi, *In vaſtitate* ita eris munitus, atque de tua ſalute certus, & ſecurus,

Iuſti in ærũnis gaudẽtes

vt ridere poſſis, nihil triſte tibi accidet, læta omnia atque iucunda: etiam ſi fameſcas, non ſolum non te enecabit, aut conficiet fames, verùm te Deus ſua ope, ſuoque conſolationis pabulo reficiet, & ridere faciet: ipſa te fames reddet ſaturum, lætum, hilarem; & non ſecus ac ſi tibi plenus eſſet venter, cantabis, *ridebiſque in ipſa fame libẽter.* ſimile quid canit Pſ. 67. *Si dormiatis inter medios cleros*, id eſt, inter ſortes ſortientur videlicet milites, cuius nam mãcipia futuri ſitis, miſſis ſortibus deliberabunt de vobis interficiendis. in his igitur diſcriminibus, dormietis ſecuri, & tuti, ſicut Petrus Act. 12. quem cum Herodes ſequenti die producturus eſſet ad ſupplicium, *erat in ipſa nocte dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus*, & ita ſopitus altè, vt niſi percuſſus latere, excitari non poſſet. vel, etiam *ſi dormiatis inter medios cleros*, ollas, cacabos, quamuis miſeri, afflicti, captiui viliſſima quæque ſeruorum munia obeatis) *pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri* (non ſecus lætus, iucundúſque erit conſpectus veſter, atque eſt alba columba argenteo candore, & aureo pallore conſpicua, quæ ſolis radijs percuſſa; ratiſſimum ſit intuentibus ſpectaculum.) *Dum diſcernit* (iudicat) *cæleſtis* (Deus) *reges*, (hoſtes, atque tyrannos potentiſſimos) *ſuper eam* (eius defendendæ, & tuendæ cauſa) *niue dealbabũtur in Selmon*, erũt ij, quos tuebitur Deus, velut mons Selmon, qui cum vmbroſus, obſcurus, cauernoſus eſſet totus, decidenti tamen niue impletis cauernis lucidiſſimus, atque gratiſſimus albicabat; non ſecùs miſeri, inopes, famelici, cœleſti conſolatione & lætitia perfunduntur, implentur, albicant, ita vt timore minimè palleſcant, famè non ſqualleant, ſpoliati minimè ſentiant inopiæ detrimenta, ſed candidos ſe, lætos, hilares præbeant, & in ærumnis, gaudeant, & exultent, atque in fame rideant.

Moriraſte de hambre, y eſtaraſte finando de ella. Pſal. 67. 14.

Actor. 12.

Illa autem duarum rerum coniunctio, in *vaſtitate, & fame*, accipienda videtur copulatim (vt logici dicunt) nam cum vtramque partem ſeorſum antea dixiſſet, videlicet famem, & vaſtitatem ſub nomine calamitatis, nunc vtramque coniungit, in hanc ſententiam, Non ſolum ſingulas ærumnas ſuperabis, ſed omnium illarum in vnum coeuntium, agmen: Non ſolum fœliciter depugnabis cum ſingulis, ſed integrum ex omnibus exercitum fugabis. In eandem ſententiam videtur à Iacobo dictum, *Omne gaudium exiſtimate fratres, cùm in varias* (multas ſimul omnis generis, multiplices, verſicolores. ex Græc.) *tentationes incideritis.* 2

2 Iuſti tum per ſe ſingulas, tum iunctas omnes calamitates ſuperant.

Iacob. 1. 2.

Et beſtias terræ. Olympio. & Philip. per *beſtias* intelligunt homines ſilueſtribus & ferinis moribus; & fauet originalis vox quæ deducitur à (*Hhaiah*) quod eſt viuere, aut habere animã viuentem, vnde dicitur hoc loco beſtia, quaſi viuens, animans; & ad homines aliquãdo refertur in bonum Pſal. 67. *Animalia tua habitabunt in ea*. & ibidem in malum, *Increpa feras arundinis*, id eſt, populum barbarum, atq; ferinum prodeuntem ex ſuis latibulis, & cauernis, tãquam ex arundineto, venenata animalcula, vt nobis noceant. ſimul etiam in bonum & in malum 3

3 Olympio. Philip. חיה Beſtiæ, homines ferinis moribus. Pſal. 67. 11.

Pſal. 73.

Pſal.73.

Pſal.73 *Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi* (iuxta Hebræum. *Ne tradas beſtijs animam turturis tuæ,* id eſt, animam tui ſerui, afflicti, miſeri, qui gemitu, ſuſpirijſq; turturis inſtar, tuam opem implorat) *& animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem.* Heb. *Animas animalium tuorum.* Hoc eodem genere loquendi locutum Paulum, cùm ait, *Si ſecundum hominem ad beſtias pugnaui Epheſi.* Affirmant Chryſoſto. Anſelmus, Theophila. Oecumen. D. Thom. Tertullian. & in eandem rationem Ignatius ſcripſit ad Romanos: *Sy ta Romamſque terra marisq; cum beſtijs de pugno nocte dieq; alligatus decem leopardis, qua eſt militaris cuſtodia, qui & beneficio affecti peiores fiunt.* Idemque ipſe Paulus 2. ad Thimotheum 4. *Leonem* dicit Neronē, *Liberatus* (inquit) *ſum de ore leonis.* Habentque in Scriptura improbi homines ex ſimilitudine morum brutorum, beſtiarum quoque appellationem. Quamquam non deſint, qui illas Pauli beſtias veras feras intelligant, ad quas Paulus Epheſi damnatus fuit, Ambroſ. Origenes. Nicephorus. hi dicunt obiectum eſſe Paulum leoni, qui ad illius pedes manſuetus conſederit. Sed hic ſenſus licet minùs probetur in hoc loco Pauli; tamen in noſtra Eliphaz ſententia verior, leniorque videtur; Beſtias ſæuiſſimas nedum homines non formidabis; nihil ab hoſtibus, nihil à beſtijs detrimenti accipies; non aget lupus in tuo grege prædam; nūquam leo ad caulas paſtorum accedet, cum enim leones ſenes ſunt, ad paſtorum caulas prædam quærere dicunt, vt indicatur 1. Regum. 17. *Dixit Dauid ad Saul; paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem & veniebat leo, vel vrſus, & tollebat arietem &c.* Solet etiam Deus venenatas beſtias immittere in homines ſceleratos. Deut.32. *Dentes beſtiarum immittā in eos, cum furore trahentium. &c.* & Num.21. *Immiſit Dominus ignitos ſerpentes.* quo loco R. Moyſes affirmat nó ſolùm improbos ex populo percuſſos à ſerpentibus, ſed etiam morſibus infeſtatos ab omnibus iumentis, quæ ſecum deferebant; cui fauet id Sapien. *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum.* quare ſi hoc loco Eliphaz patientiam imperet, & ſuadeat Iobo, à qua ſi ſit munitus, iubeat nihil timere a beſtijs terræ, id eſt, ab omni venenato, ſæuoque animali; conſentire quidem videtur cum illo Pſalm.90. *Conculcabis leonem, & draconem.* Verùm enim verò cùm illi, qui in deſerto laboris, & itineris impatientes fuiſſent, acerbiſſimè morderentur à ſerpentibus, & beſtijs terræ; certè qui patientiſſimus fuit, in vinculis, ærumnis, tempeſtatibus, itineribus pro Chriſto ſuſceptis, & qui tunc etiam vinctus ducebatur Paulus, cum vipera in manum illius inſiluiſſet, nihil mali accepit, agnoſcente & ſentiente beſtiola virtutem laborum, & patientiæ Pauli; aduerſus quam nihil potiunt dentes, atque venena. nam cum *charitas patiens eſt*, id eſt, cum patientia coniuncta, *omnia ſuffert, omnia vincit.*

4
Paulus ad beſtias quomodo pugnauerit.
1.Cor.15.32.
Chryſoſto.
Anſelmus.
Theophilact.
Oecumenius.
Tertul. de Reſurrect. carnis c.48.
Ignatius epiſto. ad Rom.
2. ad Thim. 4.17.
Improbi habent brutorum appellationem.
Ambroſ.1. Cor.15. Orige. in Peria. lib.1. c.2. Niceph. lib.12.c.15.
Leones ad paſtorū caulas prædam agunt.
1.Reg.17.
5
Beſtiæ ſcelerū vindices.
Deut.32.
R.Moyſ.
Sap.5.18.
Pſal.90.13.
Act.28.3.
1.Corint.13.4.

XXIII. Sed cum lapidibus regionis pactum tuum, & beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi.

1 *Lapides, angeli, viri conſtantes, lex lapidea, nō quadrant huic loco.*
2 *Lapides maceriæ, paulò commodius.*
3 *Lapides agrorum beneuoli, vbertatis ſymbolum.*
4 *Lapides terminales qui, Limites agrorum quales. Deus terminus. multa ex prophanis.*
5 *Regio quid propriè apud ſacros, & prophanos.*
6 *Pactum cum lapidibus ad perpetuitatem pertinere,*
7 *Quod criminis genus ſcopeliſmō in Arabia peculiare.*
8 *Beſtiæ nomen quid propriè.*
9 *Paraphraſi illuſtratum Pſal. 90. de leonibus peculiaris quædam.*

Offenderunt ad hos lapides plerīq; interpretes, non enim facile eſt illos vidiſſe, quamuis ante oculos poſitos. Hugo angelos intelligit, qui apud Ezechielē dicuntur *Lapides ignis*; cum his pacificitur vir probus, & amicitiæ fœdere arctiſſime deuincitur; *conſerui enim ſumus.*

1
Qui dicantur lapides.
Hugo.
Ezech.28.24
Apoc.19.10. & 22.9.

Secundò, Philip. interpretatur fortes homines, his verbis, *Lapides per methaphoram fortes homines dixit, ſtabiles, & quietos, qui ſunt vtique iuſti, & ſancti, quorū magna fama & virtus animi vbique increbruerit: ſi talis fueris, cum huiuſmodi ſanctis hominibus, qui in modum lapidum firmi, per diuerſas poſiti regiones ſunt, habebis pactum ſolida charitatis, vt ab eis nunquam te aliqua tribulatio poſſit auellere.* Non multū longè ab hoc Grego. *Qui* (inquit) *rectè viuit, pacto ſe cum lapidibus regionum iungit; quia in eo, quod mundi deſideria ſuperat, vitā ſuam procul dubio ad ſanctorum præcedentiū imitationē ligat.* ſed hæc allegoriā ſapiūt.

Philip.
Lapides viri fortes.
Gregor.

Tertiò, Chaldæus refert ad legem ſcriptam in tabulis lapideis. Sed qua ratione lex poterit dici lapides regionis, præſertim cùm neq; Eliphaz, neque Iob ad legem pertinuerint?

Chaldæus.
Lapides lex lapidea.

Quarto, Caietanus accipit de patientia, conſtantia, firmitate, quæ per lapides ſignificari ſolent, cum ipſe etiam Iob dixerit, *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt.* in hanc ſententiam; Quia iam conueniſti cum lapidibus, & par illis euaſiſti in fortitudine & ſuſtinentia tot malis, ictibuſque ſuperior, ideo pacem habebis &c. Sed ſenſus durus eſt. Quatuor ergo alias expoſitiones leniores, veriſimilioreſque ſubijciamus.

Lapis conſtantia & fortitudo.
Iob.6.12.

Quinto itaque hi lapides ſint, ex quibus vallū aut maceria fundi, aut poſſeſſionis alicuius compingitur. quaſi dicat, habebis cùm lapidibus, cùm maceria, cum vallo initum pactum, vt non alio cuſtode tui agri indigeant. nunquā diſſoluetur maceria, non diſſiliet lapis ex ſepe, nemo furabitur, nemo inſiliet in agros tuos; ſiquis conabitur diſſipare ſepem, mordebit eum coluber, ſi quis transferre lapides affligetur, nihilq; efficiet tandem. Non multum diſplicet, ſed neque valde placet.

2
Lapides ſimpliciter accepti, ex quib' fundi maceria componitur.

Sextò, vt referatur ad mali propulſationem, Neq; quidem à lapidibus, qui à lædendo pede nōmen habent, tu læderis: lapides & ſaxa, (regionum videlicet, illarum deſertarum, quæ ſa-

xoſæ ſint & incultæ) te nunquã lædent, quaſi tecum fœdus percuſſerint, viam tibi planam, & expeditam præbebunt, nunquã *offendes ad lapidem pedem tuum.* Similis percuſſio fœderis eſt Iſai. 28. ex perſona impiorum nihil ſibi timentibus à diuinis cõminationibus. Dixiſtis, *Percuſſimus fœdus cum morte, & cùm inferno fecimus pactum; flagellum inundans, cùm tranſierit, non veniet ſuper nos.* alludere videtur ad fœdus illud initum in AEgypto cum angelo percutiente. Exod. 11. & 12. *Erit ſanguis vobis in ſignum in ædibus, & videbo ſanguinem, & tranſibo vos.*

Septimò, multò elegantiùs D. Thom. interpretatus eſt, de vberrimis fructibus qui non ex molli, occata, bene culta terra, ſed ex ſterilib⁹, ſalebroſis, lapidoſis agris cœlo fauente, & Deo benedicente colligere poſſit iuſtus; ita vt videantur fœdere deuincti ad reddẽdos prouentus ampliſſimos, ex quibus alius nõ niſi ſpinas, & tribulos colligeret. Ergo iuſto (inquit Eliphaz) molleſcent ſaxa; impijs verò terræ puluis molliſſimus & tenuiſſimus lapideſcet. ſic comminatur, & iubet Deus. Deut. 28. *Sit cœlum, quod ſupra te eſt æneum: & terra, quam calcas, ferrea.* Onkelus dilucida paraphraſi; *Erunt cœli qui ſupra caput tuum ſunt, fortes, tanquam æs, vt non deſcendere faciant pluuiam: & terra, quæ ſubter te eſt, dura erit tanquam ferrum, vt non proferat fructus.* Cum deſcribit autem Moyſes vbertatẽ agrorum promiſſorum, ait Deut. 32. *Conſtituit eum ſuper excelſam,* (montoſam) *terram, vt comederet fructus agrorum, & ſugeret mel de petra,* (de cauernis petrarum, in quibus ſilueſtres apes mellificant) *oleumq; de ſaxo duriſſimo* (nã inter ſaxa maxima ibi olearum & oleí copia prouenit.) Nõ diſſimile ipſe Iob priſtinæ fœlicitatis memor; *Fundebat mihi petra riuos olei.* Huc igitur reſpicere potuiſſe Eliphaz nemo iure negabit.

4 Octauò, tamen proponam, quod ſcio nõ nemini placaturum. *Lapides regionis*, intelligi poſſunt fines terminiq; agrorum limitatorum. Hi autem termini non ſemper ijdem, eiuſdemue formæ, aut ex eadem materia fuerunt; fuerunt namque terminales arbores apud Paulum. l. Cõſult. quas finales appellat Siculus Flaccus. Meminit Hygenus de limitibus. Fuére etiam, fines agrorũ Formæ, id eſt, æreę tabulæ inſculptæ, in quibus, quid cuiq; datum, aſſignatũ, redditum, veteri poſſeſſori commutatum, aut alia ratione attributum fuiſſet, inſcribebatur; atq; ex his tabulis controuerſię de agrorum modo, finibuſq; decidebantur, figebanturq; ad æternitatem. Hinc Vlpianus. *Qui tabulam æneam legis formamve agrorum continentem refixerit vel quid inde immutauerit, lege Iulia peculatus tenetur.* Quæ verba docta, & ſapienti elucidatione expoſuit Briſſonius in ſelectis ex iure ciuili antiquitatibus. Fuere deniq. limites ex lapidibus. & quidem cùm Numa Pompilius publicum populi Romani agrum, & priuatum cuiuſque certis limitibus, terminiſq; definiuiſſet, in Deorum numerum Terminũ retulit. is Deus (ſi dijs placuit) ſaxum erat, ſaxaque ſimiliter, reliqui omnes agrorum aut publicorum, aut priuatorũ limites; quos loco dimouere capitale fuit. hõc enim ſpectat illud ex antiquis legibus,

Qui ſecus faxit & terminum exaraſſit,
Ipſus, & boues ſacri ſunto.

Quare neque Deus Terminus Ioui omnium deorum maximo ſua ſede cedere voluit. rei huius meminére. Ti. Liui. Auguſtinus, Lactantius, & totius rei ſummam eleganter. 4. de Ciuit. Ludouic. Viues ex Plutarch. Dionyſ. Lucio Floro. confecit. de quo Ouid. quoque.

Termine ſiue lapis, ſiue es defoſſus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoq; numen habes.
Tu populos, vrbeſque & regna ingentia finis,
Omnis erit ſine te litigioſus ager.
Nulla tibi ambitio eſt, nullo corrumperis auro,
Legitima ſeruas credita rura fide.
Termine poſt illud leuitas tibi libera non eſt,
Qua poſitus fueris, in ſtatione mane.
Et ſeu vomeribus, ſeu tu pulſabere roſtris.
Clamato tuus eſt hic ager, ille tuus.

Hinc terminales lapides apud Ammia. Marcellinum, & meminerunt etiã. ll. 1. 2. 3. D. de termino. mo. ſolebant verò hi lapides alte defigi, ita vt in ſummo hærerent ſolo, vt indicat illa termini ad vitę humanæ finem tranſlatio apud Lucretium.

Quandoquidem vitæ depactus terminus alte. & id Virgilij:

Et ſi fata Iouis poſcunt, hic terminus hæret. quo rei immutabilitatem ſignificat. hinc Terminus dictus,

Capitolij immobile ſaxum.

5 Ergo, vt ad rem noſtram veniamus, *Lapides regionis*, ſunt limites, terminiq; agrorũ: & quidẽ hoc loco, *Regio* eſt (*ſadeh*) propriè, campus, ager ſatiuus, pars terræ culta aruis, paſcuis, hortis, plantis: eadem enim vox ſubeſt Geneſ. 27. *Vt odor agri pleni.* & Num. 20. *Non ibimus per agros, neque per vineas.* & 4. Reg 8. *Clamans ad regem pro domo ſua, & pro agro ſuo.* Paſcua etiam ea voce dicuntur, *Dehesas.* Pſalm. 8. *pecora campi.* idemque *Regionis* nomen ſignificat in ſacris, vt Geneſ. 14. *Percuſſerunt omnem regionem* (agrum) *Amalechitarum.* quod ad agrorum quoque deuaſtationem pertinet. ſic Iſai. 32. *Plangite ſuper regione* (agro horto) *deſiderabili, ſuper vinea fertili.* & illud, *Videte regiones, quoniam albæ ſunt iam ad meſſem.* vnde eſt Mich. 2. *Regiones* (agros) *diuidere.* idem etiam apud Latinos vſus *Regionis.* nam regiones à Iuris peritis in fundis ſtatuuntur. & regiones ſunt fundorum partes certis menſuris diſpertitæ. eſt etiam *regio* Ciceroni tractus terræ, aut agrorum; quod vulgo, *pagos*, dicimus. imò etiam aliquando regio idem eſt, quod lapis, limes, terminus, linea, regula; cùm Cicero de Natura Deorum dixerit; *Visus regionibus terminare.* & per tranſlationem; *Si quibus regionibus vitæ ſpatium circumſcriptum eſt, iiſdem omnes cogitationes terminaret ſuas &c.*

Pactum verò inire *cum lapidibus*, terminiſque agrorum, ad perpetuitatem quandam nunquam violandam pertinet, tum ex firmitate fœderis, tum ex immobilitate termini & lapidis. ergo ſignificat fore, vt termini agrorum illius à nemine violentur; Nemo tranſiliet, nemo tranſgredietur, nemo mouebit ſua ſede

& loco,

Iſai. 28. 15. | Exod. 12. 13. | Elegans D. Tho. expoſitio. Pactum cum lapidibus ad terræ & appoſitum vocatarem. | Deut. 28. 23. | Onkelus. | Deut. 32. 13. | Iob. 29. 6. | Limites agrorum quales fuerint. | Paul. lib. 5. ſent. tit. 22. | Sic. Flac. lib. 1. de condit. agro. | Hygenus. | Vlpian. in l. qui tabulam. ff. ad l. Iuliam pecul. | Briſſonius lib. 4. c. 5.

Liu. Deca. 1. lib. 5. | Augu. 4. de ciu. c. 23. | Lactan. lib. 1. c. 20. | Ludo. Viues. | Ouid. 2. Faſt. | Inferius. | Inferius. | Marcellinus, lib. 18. | Lucretius. | Virg. 4. Aen. | Terminus rei immutabilitatem denotat. | שדה Regio quid. | Gen. 27. 27. | Num. 20. 17. | 4. Reg. 8. | Pſal. 8. 8. | Gen. 14. 7. | Iſai. 32. 12. | Mich. 2. 4. | l. 8. & l. 29. ff. de acqui. domi. & l. 7. ff. de com. diuidun. | Cic. de natur. Deorum. | Cic. pro Archia. | Pactum inire cum lapidibus ad perpetuitatem pertinere.

& loco; tuorum agrorum termini, & limites nemini cedēt; erunt Iobi immobilia ſaxa, immoti lapides; *Ponet* Deus *fines tuos pacem*, vt nemo in tuos terminos incurrat, nemo tuos agros, aut agricolas infeſtet, *non ſit Satan, aut occurſus malus*; perpetuo paciſceris cum hoſtibus de non violandis tuis limitibus, non refigēdis, mouendis, attingendis tuis terminis; ſi tui lapides vomere, aut roſtro pulſabuntur alieno, clamabunt ſtatim. Hic ager Iobi intactus eſto. Certè Samuel videtur cùm hoſtibus, & cum lapidibus pactū iniiſſe mirabiliter, poſtquam ſui populi fines propagauit, 1.Reg.7. Nam inito cum Philiſthæis prælio, *Egreſſi ſunt Iſrael de Maſphat, perſecuti ſunt Philiſthæos, & percuſſerunt eos vſque ad locum, qui erat ſubter Bethcar: tulit autem Samuel lapidem vnum, & poſuit eum inter Maſphath, & inter Sen: & vocauit nomen loci illius, Lapis-adiutorij. Dixitque, huc uſque auxiliatus eſt nobis Dominus. Et humiliati ſunt Philiſthiim; nec appoſuerunt vltra, vt venirent in terminos Iſrael.*

1.Reg.7.11.

7 Optima lapidum expoſitio.

Sed illud tandem, quod optimum atque leniſſimum in tanta horum lapidum explicationum congerie videri iure debet, proferam non ex alio, quam ex ipſo iure. In Arabia, quidem, vbi Iob, atque illius amici habitabāt, extraordinarij criminis genus erat, ſi quis in inimici agrum lapides poneret, qui futuri eſſent indicio malo leto periturum inſidijs illorum qui lapides poſuiſſent, qui agrum illum deinde coleret. Ergo ominoſi, religioſi, & formidandi erant illi lapides, necnon & ager incultus, qui illos haberet. Sed Legem ex libro Vlpiani integram de officio Proconſulis adſcribendam duxi. *Sunt quædam, quæ more prouinciarum coërcitionem ſolent admittere: vt puta in prouincia Arabia σκοπελισμὸν crimen appellant, cuius rei admiſſum tale eſt: plerique inimicorum ſolent prædium inimici σκοπελίζειν, id eſt, lapides ponere indicio futuros. quod ſi quis eum agrum coluiſſet, malo leto periturus eſſet inſidijs eorum; qui ſcopulos poſuiſſent. Quæ res tantùm timorem habet, vt nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum, qui ſcopeliſmon fecerint. Hanc rem præſides exequi ſolent grauiter vſque ad pœnam capitis, quia & ipſa res mortem comminatur.* ſic Vlpianus. Ergo nihil in noſtrum locum lenius, & congruentius, quàm vt inter alia calamitatum, & beſtiarum genera, etiam ſacros illos lapides agrorum numerat, qui viro iuſto & probo minime formidandi ſint, neque propter illos relinquendus incultus ager, quaſi ipſa hominis pietas potens ſit excantare ominoſos illos lapides, quaſi pacto cum illis, & cum morte inito. vel dicat Eliphaz, nihil Iobo ab inimicis timendum, etiam ſi in illius agros lapides ponant, nam & illorum induſtria, & inſidiæ vanæ erunt, aut omninò nullæ.

Scopeliſmū in Arabia quale crimē.

l. Sunt quædam. D. de extraordin. criminib.

8 Beſtia quid propriè.

Et beſtiæ terræ. Beſtia hoc loco indifferens nomen ad quæcunque animalia, nam eadem voce originali dicitur, Pſal.103. *Animalia puſilla cum magnis.* & Leuit.11. *Hæc ſunt animalia, quæ comedere debetis, omne quod habet diuiſam vngulam, & ruminat in pecoribus, &c.* & Leuit.17. dicitur, *Quæcunque fera, quæ venatione, aut aucupio capitur.* Pro *terra* autem eſt eadem vox, quæ ſuperius vertitur, *regio*; ſignificat ergo beſtias agri, quæ agros, ſata, vineta demoliri ſolent; ait ergo Eliphaz: Non ſolum fixis limitibus muniti erunt tui agri, & pacati ab hoſtium incurſibus, ſed etiā à beſtijs, quæ infeſtæ ſolent eſſe agris; quos *ſingularis ferus non depaſcetur*, non attinget; vulpeculæ, quarum magna copia eſt, non demolientur vineta tua; non rabidi lupi cum tuis gregibus inimicitias gerent, tibi tuiſque rebus parcent; nunquam ſenties in tuis regionibus locuſtam, non ærucam, non bruchum: non alia camporum lues tuis ſatis inſidebit.

Pſal.103.25.
Leuit.11.2.
Leuit.17.13.

9 Verum quoniam ex his promiſſionibus videtur bona ex parte deſcriptus, Pſalm.90. qui totus eſt ad exprimendam viri bene de Deo ſperantis fœlicitatem, paucis à nobis percurrendus erit; cuius auctor dicitur Moyſes, atque eadem tribulationum ſerie qua Eliphaz, ſimilem in medijs hoſtibus ſecuritatem & incolumitatem viro iuſto pollicetur. Fingere ergo licet hominē per mediam ſolitudinē prędonibus, venenatis ſerpentibus, immaniſſimis feris infeſtatum aut errantem, aut iter facientem, iamque aduentante nocte, & vmbras atque timores producēte, ſola ſit arx quędam excelſa, & munitiſſima optimi alicuius & benigniſſimi principis, ad q̃ omni ope deſtitutus viator ille poſſit diuertere. Huic iam contendenti, & properanti gradu citiſſimo ad principis opem, & arcem, videtur his verbis gratiſſimis fauſtaque ſalutatione occurrere, *Qui habitat in adiutorio altiſſimi*, (Hieronym. *in abſcondito excelſi*, id eſt, qui Deum habet adiutorem, abſconſorem, protectorem. Chaldæus. *Qui collocat manſionem ſuam in ſecreto altiſſimi* (*in protectione* (vmbra Hierony. *vmbraculo*) *Dei cæli* (Domini omnipotentis) *commorabitur.* (Hebræ. Pernoctabit) *Dicet Domino* (dicere poterit) *ſuſceptor meus es tu, Deus meus ſperabo in eum*, (namque tua ope, ô Deus optime, qui me ſuſcipis, incolumis ero. deinde verò ſeptem tribulationes, & innumera diſcrimina enumerat) *quoniam* (certè affirmantis eſt, vel conceptæ fiduciæ cauſam exponit) ipſe *liberabit me de laqueo venantium*, (de paratis inſidijs, de prædonibus, qui laqueos, & foueas inſtruunt ad capiendos viatores) *& à verbo aſpero* (Hierony: *de morte inſidiarum.* Hac enim quid aſperius, quidve acerbius? neque ſolum ab eiuſmodi morte, ſed ab omni *verbo*, id eſt, re & negotio periculoſo) *Scapulis ſuis obumbrabit tibi*, (verba videntur eſſe adminiſtratoriorū ſpirituum, qui peregrinū læti excipiunt; Non ſolum alijs committet tui cuſtodiam, ſed te ipſe per ſe cuſtodiet, ſcapulis ſuis te proteget; primus ipſe occurret hoſtibus, prius quam ad te peruenire poſſint. *Et os hara eſpaldas*) *& ſub pennis eius ſperabis* (nō ſecus ac pullus ſub matris alis, ſecurus ages ab accipitribus) *ſcuto circumdabit te veritas eius*, (Hieronym. *ſcutum & protectio veritas eius*, promiſſio de te ſeruando; itaque hac nocte ſecure, & fœliciter ages) *à ſagitta volante in die* (tum verò illuceſcente die, cum te cōmiſeris itineri, prædonū ſagittas compeſcet, infeſtos milites fugabit) *à negotio perambulante in tenebris* (Hieronym. *à peſte in tenebris ambulante*, etiam mors ipſa, peſtis, lues quamuis ſtructis

Pſalmus nonageſimus paraphraſi illuſtratus. Quis auctor Pſal. 90.

Hieronym.

Chaldæus.

Hieronym.

Deus per ſe ipſum nō ſolùm per angelos, iuſtū ſuū cuſtodit.

Hieronym.

inſidijs, & occultè inuadens nihil nocebit) *ab incurſu* (Hierony. à morſu) *& dæmonio meridiano* (Chaldæ. *à turba dæmonum in meridie graſſantium.* quamuis cateruatim aduerſum te coniurent, non homines ſolùm, ſed dæmones ipſi, iter tuum impedire non audebunt. quod ſi procaciter, & aperta vi velint impetum facere, vires ſuas, brachiumque exeret potentiſſimus, & diſtricto gladio pro te aduerſus hoſtes tuos pugnabit, & horrendam ſtragem ædet) *Cadent à latere tuo mille: & decem millia à dextris tuis.* (*Dara en ellos a dieſtro, y a ſinieſtro.* cedet innumerabiles à dextris, & à ſiniſtris. lætuſque contemplaberis proſtratos hoſtes, cù nihil ab illis mali acceperis) *ad te autem non appropinquabit* (nam in publica ſtrage & calamitate incolumis ſeruaberis, & lætus videbis, miraberiſque, quò tandē ſupplicij acerbiſſimi reciderint impiorum conatus) *Verumtamen oculis tuis conſiderabis, & retributionem peccatorum videbis. Quoniam* (ſed quid mirum? nam ſic Deus agit cū omnibus qui ſpem ſuam in illo defigunt) *tu es Domine ſpes mea. Altiſſimum poſuiſti refugium tuum,* (Hieron. *excelſum poſuiſti habitaculum tuum.* vel, ipſe Deus altiſſimus eſt refugium tuum. ſic ſanè neque tu, neque ex tuis quiſquam nocumentum accipiet) *non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo* (domeſticis, familiæ) *tuo.* (Hieron. *lepra non appropinquabit.* neque tu, neque aliquis ex familiaribus turpi aut moleſta aliqua ægritudine laborabit, nemo ex tuis *vlcere peſſimo* percutietur, nemo foras eijcietūr ex ciuitate, ex tuo tabernaculo, & domo, ne contagio reliquos inficiat. Iobo quadrat. Deinde ipſi adminiſtratorij ſpiritus vltro ſeſe iuſto offerunt ſalutis cuſtodes, ac ſe ipſos ſignant dicentes: En, vt Dominus) *Angelis ſuis mandauit de te* (vt cùm egrediaris ad perſequendum iter) *cuſtodiāt te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum,* (quod difficilè & ſaxoſum fuerit viæ, non conficies tuis pedibus, ſed portaberis ab angelis; delicatè, velut nutrix infantulum, te deducent. ſed præterea beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi. ſi in plano & expedito itinere venenatū aliquem ſerpētem compreſſeris pede, non tibi nocebit, patietur ſe conculcari; ſecurus igitur) *ſuper aſpidem & baſiliſcum* (qui in illis regionibus, deſerta præſertim Arabia frequentes ſunt) *ambulabis* (quod ſi vaſtus aliquis, & immanis Draco, aut leo in medio itinere ſe fuderit, ne minimum viæ diſpendium facias, rectà ibis) *& conculcabis leonem & draconem.* (leo non dormit in ſpecu, ſed in aperto nihil timens, vbicunque nox ei ſuperuenerit. accidet igitur, vt in media via ſe opponat exporrectus. Quid ſi leonem hic memoret ſerpentem vaſtiſſimum, & feritate, maculiſque fuluis, inſigniquè capitis nota greſſibili leoni ſimilem? de quo id cecinit Nicand.

Occurret punctis immacula Chenchrina membris
Commaculata gerens, varijſque idcirco leonis
Nomine donarunt, vaſtum, reuincibile monſtrum.

Iam tunc leo ſerpens faciliùs quoquo verſus ſerpit, & vias occupat. perge igitur per calcatum ſerpentem, vel calce abijce, & expunge, vt tibi viam liberam relinquat; nam beſtiæ omnes pacificæ erunt tibi.

XXIV. Et ſcies, quod pacem habeat tabernaculum tuum: & viſitans ſpeciem tuam non peccabis.

1 *Verba cognoſcendi certitudinem afferunt. Tabernaculum quid. aliquando pro templo.*
2 *Pax & concordia domeſticorum. Vt debeat paterfamilias amicè corripere domeſticos.*
3 *Species domus pro vxore minùs commodè, commodius pro ſpecioſa domo.*
4 *Viſitare quid. Paterfamilias viſitator eſt. explicatum Pſal. 67.*

ET *ſcies.* Ita erit, pacem habebit tabernaculum tuum. verba cognoſcendi interdum tantùm afferunt certitudinem quandam, & manifeſtationem rei, quæ poteſt eſſe omnibus nota, & conteſtata. — 1 Verba cognoſcēdi afferunt certitudinem.

Tabernaculum tuum. Domus, familia, omnia, quæ ad te pertinent, quæ domi habes, domeſtici tui. Domus apud pleroſque Orientales tabernacula, & tentoria erant; videlicet, caſſæ tabulis, vel corio, vel etiam arborum ramis, ſeu ſtramentis contextæ, quæ loco moueri, & huc illuc transferri poſſent. Deinde verò pro quolibet ædificio habitationi apto acceptum eſt à Latinis, tum etiam ab Hebræis; adeoque etiam pro loco diuino cultui & adorationi conſecrato, quod templū appellamus; nam de templo illo magnificentiſſimo, cui fabricandus locus inuentus iam & deſignatus erat, dictum eſt Pſal. 115. *Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.* quare cū Chriſtus Dominus corpus ſuū appellauit templum, Ioan. 2. idem intelligitur, quod tabernaculum. Neque ambigendum orientalium tabernacula templorum inſtar ſolem orientem reſpexiſſe, non ſecus atque illud Cyri tabernaculum, quod Xenophon ſcribit, tum hyeme tum verò æſtate Orientem verſus ſitum fuiſſe. ſed de hoc aliàs. — Tabernaculum quid. — *Pſal. 115. 7.* — *Ioan. 2. 19.* — Cyri tabernaculū quale. *Xenoph. lib. 8. Pæd.*

Pacem autem, non pauci pro animorum coniunctione & charitate mutua accipiunt. D. Thom. *Quòd domeſtici tui pacem inuicem habeant.* nam fœlicitatis eſt, *Habitare vnius moris* (cordis, & animi vnius) *in domo,* & filios habere, atque domeſticos mutua charitate deuinctos. Chryſoſtom. *Non exteri modo tecum pacem habebunt, ſed domus etiam pace perfruetur incredibili, tuique domeſtici non ſolùm inter ſe, verùm etiam nullas tecum contentiones exercebunt. Quid enim profuerit externos non tentari bellis, qui turbis redundat inteſtinis?* Alij; nihil tibi materiam iraſcēdi ſubminiſtrabit, te omnes ad pacem prouocabunt, tum externi, tum domeſtici, ad non iraſcendum, ad non peccandum: imò verò excitabunt te omnia ad Deum colendum, & laudandum. Alij, inter quos Vatablus, ſic vtranque partem nectunt; Viſitabis domum tuam, atque domeſticos, *& non peccabis* conniuendo ad vlla eorū delicta; & tamen *pacem adhuc habebis tabernaculum tuum,* id eſt, — 2 Quid pax hoc loco. *D. Thom.* Domeſticorum mutua charitas. *Pſal. 76. 7.* *Chryſoſt.* — *Vatablus.* Paterfamil. amicè, & beneuolè corripit.

domeſtici licet flagellati; & correpti tibi non ſuccenſebunt; *non amat quidem peſtilens eum qui ſe corripit*, at te tui diligēt, cùm illos corripueris; (Prou.15.12.) iuſti enim atque ſapientes erunt, qui ad te pertinebunt. Sed ſimplicior erit ſenſus, ſi per pacem bonorum omnium abundantia, & fœlicitas ſignificetur. *Scies*, experieris, *tabernaculum*, domumque tuam pace, boniſque omnibus abundare; nihil, quod ad tuam, vel domeſticorū fœlicitatem conferre poſſit, deſiderabis. Septuaginta, *in pace erit domus tua*. (LXX) ad eum ſenſum, quo ſcriptum eſt Iſa.32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta*. (Iſa.32.18.)

3 Species domus pro vxore.

Et viſitans ſpeciem tuam. Speciem quidam interpretantur vxorem, quæ dicatur *ſpecies domus*, ab effectu; tum quòd ipſa ſit pulcherrima, & ſpecioſiſſima totius familiæ, & domeſticæ ſupellectilis pars, tum quod ſua cura & induſtria domum reddat ſpecioſam, bene ornatam, præclarè omnibus rebus inſtructam: quaſi dicat, *el aſeo y la limpieza dela caſa es la muger*. iuxta id Eccleſiaſt.26. *Mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus ſuæ*. (Eccleſ.26. 21.) eſt quidem natura ſua Philocoſmon, & ſtudioſum, amansque ornamentorum genus mulierum: ſed meminiſſe debent, ſpeciem non compitorum & platearum, ſed ſuarum domuum appellari; vt quarum pulchritudo & ſpecies foris videnda non ſit, ſed ſuæ tantùm domi: neque enim externis placere, ſed ſuo tantum viro debent; ſcriptum eſt enim: *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus* (Pſal. 72.'3.) (in Gynecæo, in extremo domus angulo, vltimoque receſſu, in quo ſolę mulieres habitabant) *domus tuæ*. Sic explicant id Pſal. *Species domus diuidere ſpolia*. (Pſal.67.13. Vatabl. Clar. Cajet.) Deus dabit imbecillibus fœminis, quæ deſidentes domos ornant, diuidenda hoſtium ſpolia, quæ ex bello reportarint ſui viri. Sed ſimplicius & rectiùs *ſpecies domus* dicitur, domus ſpecioſæ, ornatæ, inſtructæ, ipſa ſuppellex, magnificentia apparatus, ornamentum, pulchritudo, ſubeſt (Germanior expoſitio.) enim in hoc loco vox à radice (*Naua*) quod eſt (נוה) decorum, pulchrum, commodum, amœnum habitaculum eſſe, à quo deducitur *pulchritudo* illa, cui initio huius capitis maledixit Eliphaz. cum autem ex locis ibi adductis, pulchritudo; ornatus, ſpecies ſæpe tribuatur domui, aut tabernaculo, certe pulchritudo domus, eſt domus pulchra, ornata, opulenta, plena domeſticis, & familia, fœliciter & iucundè viuentibus. Sicque exigit verbū *viſitandi*, quod proprie eſt, re[illegible]re quid domi geratur, recenſere domeſticos; rationem ab illis exigere, caſtigare etiam, ſi opus ſit: ad operas & labores excitare: hæc enim omnia verbum *viſitandi* complectitur, eſtque ſuperioris erga inferiorem, & habet curam & ſedulam adminiſtrationem rei, cui viſitator adeſſe, & incumbere debeat.

4 Viſitare quid propriè. (פקד)

Quare non debet paterfamilias diù abeſſe a domo, vt eſſe opportunus viſitator poſſit. (Paterfamil. ne diſcedat longiùs, vt opportunus viſitator eſſe poſſit.) *Viſitans* (itaque ſpecioſam & opulentam domum tuam *non peccabis*, recte adminiſtrabis familiam tuam; ſcies domui tuæ bene præeſſe. (Pagnin.) Ad hunc ferè ſenſum reuocant alij illud Pſal. 67. *Habitatio*, vel *habitaculum domus diuidet ſpolia*, id eſt, domeſtici diuident ſpolia; ad omnes domos, omneſq; qui manſerunt in ciuitate, & domi ſuę deſiderunt, redundabunt ſpolia, omnia quę in domo Dei ſpecioſiſſima, & opulentiſſima erūt. Cùm verò hæc dicit Eliphaz, obijcere videtur Iobo in adminiſtrāda ſua familia quādam peccaſſe, atque negligenter ſe geſſiſſe, in hanc ſententiam. Cum tradiderit tibi Deus, reſtitueritve domum ſpecioſam, & præclarè ornatā, te pariter efficiet ſolertem œconomū, optimumque patremfamiliàs. qui ſenſus multò magis quadrat, quam quem aſſignat Lyran. (Lyranus.) videlicet. cum oculos ad tuam opulentiā conuerteris, non peccabis ſuperbiēdo, ſed cuncta Deo accepta referes.

XXV. Scies quoque, quoniam multiplex erit ſemen tuum, & progenies tua ſicut herba terræ.

1 *Scire ad experientiam pertinere; Semen ad poſteritatem.*

2 *Herba terræ, ad fœcūditatem, vel pulchritudinem. in Chriſti aduentu virtutum vbertas. explicatus Dauid.*

Scies id, quod proculdubiò ipſum experimentum cognoſcere te faciet, fore vt *ſemen tuum*, ex te ſati, atque nati, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis, miꝛum in modum multiplicentur. (1 Scire ad experientiam refertur.) ſicut & id Geneſ.4. 8. *Semen iſtius creſcet in gentes*, id eſt, multi populi ex illo ducent genus. (Semen pro filijs & poſteris.) *Et in ſemine tuo benedicentur* (multiplicationem, & fœcunditatem ſignificat) *omnes gentes*.

Et progenies tua. Hebr. *Germina* pulli. ſūt enim filij ex parentibus. *ſicut n[illegible] ex radice*, & trunco, ſicut ex vita palmites. *Sicut herba terræ*, quæ ſponte naſcitur cum magna vi, magnaque vbertate fundit ex ſe tellus; innumeros habebis filios; poſteri tui vbique terrarum erunt: implebunt terram, ſicut herba, quæ vbique prouenit. (2 Herba terræ ad fœcunditatem.) Sic eadem ferè metaphora, magna *iuſtitiæ*, & *veritatis* vbertas, & copia ſignificatur, Pſal 88. *Veritas de terra orta eſt* (germinauit inſtar herbæ) *& iuſtitia de cælo proſpexit*. in cælo apparuit, conſpecta eſt, conſpici à nobis potuit, manifeſtata mundo eſt, & vita cunctis mortalibus, neminem latuit, vt ea quæ in cælo apparent. (In Chriſti aduentu vberes prouētus virtutū omniū.) Iuſtitia, & veritas Chriſti tempore, & aduentu cælum, & terram impleuerunt, in omnes cæli plagas, & terræ angulos ſe diffudit iuſtitia, veritas, pax, miſericordia. forte alluſio ad ſubitam illam, ſpontaneamque herbificationem terræ, cùm Gen.1. dictum eſt, *producat terra herbam virentem*. (Gen.1.) nam quę primum inanis & vacua eſſet, momento temporis tam varijs, tamq; pulchris herbis, atque floribus conueſtita, & ornata extitit.

Per ſe dabat omnia tellus.

Ergo, inquit Eliphaz: Tu modo, ô Iob, ſqualles velut inanis, & vacua terra; omni honore ſpoliata; ſed herbeſcens florebis, veſtieris floribus, proferes vberrimos fructus, ornaberis filijs, opibus, famulis. Quòd ſi hoc ad ſpeciem quoque, & pulchritudinem filiorum referendum ſit? certè ad eum ſenſum videtur Catenæ (Nicetas.)

LXX. Herba terræ ad pulchritudinem. Herba quomodo alias vertatur à vulgato. Pſal. 71. עשב

auctor interpretari lectionem Septuaginta: *Filij tui erunt quaſi omnis herba campi. Sicut ager* (inquit) *qui omni herbarum genere floreſcit.* (*Daran Dios unos hijos como unas flores*) Vox eadem, *fœnum, gramen* vertitur, Pſal. 71. & tum multiplicationem, tum virorem, pulchritudinem, & gratiſſimũ conſpectum affert. *florebunt de ciuitate ſicut fœnum terræ* (*Gheſeb*) herba mollior, tenerius gramen, virens, lætum.

XXVI. Ingredieris in abundantia ſepulchrum, ſicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo.

1 *Abundantia, de multa ætate, vt variè reddatur à vulgato.*
2 *Quid plenitudo dierum. Explicatus Moyſes, & Ieremias.*
3 *Ingredi ſepulchrum, quid indicet.*
4 *Aceruus, & ingredi ex Hebræo. Meſſoria mortis falx. Illuſtratus vulgatus.*
5 *Allegoria ſementis, & meſſis ad vitam humanam relatæ.*
6 *Quid mori in tempore.*

1 *Didymus. D. Thom. Lyra.* Didymus D. Thom. Morieris quidem in ſumma rerum omnium opulẽtia, & copia; nec iterum tibi accidet, vt ante mortem ſpolieris opibus, quas ſemel parauεris, ſed te ad ſepulchrum vſque comitabuntur. Sed mihi magis placet *Chryſoſt. Philip.* Chryſoſtomi, & Philippi expoſitio, vt *abundantia* non tam ad opes & facultates quam ad vitæ longiſſimæ annos plurimos pertineat: nam pro *abundantia* eſt in fonte (*Calah*,) quæ vox ſenectutem ſignificat, quæ eſt dierum abundantia. & ita vulgatus eandem vocem, *vitam*, vertit iterum, cap. 30. *Vita ipſi putabantur indigni* in quo cum ſummus ſit Hebræorum conſenſus in vocis proprietate tradenda, imo & cum R. Mardochai in ſuis concordantijs fere eodem modo verterit, ſicut noſter interpres. *Venies grandæuus*; vel *in abũdantia in ſepulchrum*; atque cum docte etiam Pagn. legerit, *in ſenectute*, Vatablus *in ſenio*; ignoro cur Regia correctim ex ſtimauerit; *in maturitate*, & cur Tygurina dixerit, *terminos ſeſſos*, niſi fortè, vt rem per ſe dilucidam obſcurarent, & in ſacræ ſcripturæ proprietate metaphoras illi ſuas quærerent. nam qui in ſenectute moritur, maturus iam al ſert ditur è vita, & ſoſpes, id eſt, nullo aduerſo caſu ante naturale tempus rapitur. Senectutem itaque pollicetur, non quidẽ moleſtam, atque morboſam, ſed vegeta atque fœlicem, id quod indicat *abundantiæ* vox, quæ in bonũ accipitur; tum etiam originalis, quæ vt Mardochai ait, propriè ſignificat *tẽpus ſenij in quo vita eſt vigoroſa & homo adhuc fortis eſt*, quam Pſ. 91. viridẽ, aut *vberem ſenectam* vocat. eleganter autem vita lõgior & multa ſenecta *abũdantiæ* nomine ſignificatur: eſt enim velut vbertas quædam, & fertilitas ſoli & terræ, quæ multorũ annorum fructum proferr. atque etiam vitæ dierum abundantia ſolet in ſcripturis appellari, *plenitudo dierum*, id eſt, ſaturitas, ex vocis proprietate, ſaturitas autem cum abundantia connexa eſt; ſic enim

Abundantia de ſenecta dicitur.

בלח Vox abundãtiæ variè redditur à vulgato.

Iob 30. 2.

R. Mardoch. Pagnin. Vatablus. Tygurina.

Abundantia in bonum. *R. Mardoch. Pſal.* 91. 15.

2 Vitæ abundantia, plenitudo dierũ.

fertilem annum Hiſpanus vocat, annum ſaturum, *año harto.* & ſic Gen. 25. Abrahamũ dicitur *Geneſ.* 25. 8. mortuus *in ſenectute bona* (vberi, abundanti) *prouectæque, ætatis, ac plenus* (ſatur, Onkelus; *ſenex, & ſatur*) *dierum.* *Onchelus.* Cæterum *abundantia*, aut *plenitudo dierum*, non ſolum eſt ſenecta, ſed beatæ ſenectæ amplificatio, addit enim vim, & augmentum ſenij, & ſignificationis, neque ſolùm additur ſupra ſenectutem expoſitionis gratia, vt patet loco Gen. adducto: & Iere. 6. *Vir cum muliere capietur, ſenex, cum pleno dierum*, id eſt, cum valde decrepito. *Iere.* 6. 11. ad fœlicem, itaque, ô Iob, *ſenectam* peruenies, viridem, *vberem, adhuc multiplicaberis in ſenecta vberi*, & tandem morieris *plenus dierum & bonorum operum*, cum nulla iam vitæ diuturnioris cupiditate tenearis.

3 In ingredi in ſepulchrũ, duo indicat. *Ingredieris.* Venies, peruenies, intrabis. Duo autem poteſt denotare, primum, quod ſeipſo eò peruenturus ſit, non confectus laboribus, & ærumnis, non fractus doloribus, ſed integer, vegetus, *que pa eſſa que ſe puede yr por ſu pie a la ſepultura*, ſicut de Moyſe dicitur, Deut. 34. *Deut.* 34. 7. *Centum viginti annorum erat, quando mortuus eſt, non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti ſunt*, quare ipſe videtur ingreſſus in ſuum ſepulchrum, ſuiſque pedibus conceſſiſſe in mortis locum. Deinde vero etiam indicatur ſepulchrum, domum eſſe, quam homo iure ſuo ingreditur. de quo alias.

4 גדיש Aceruus quid. *Sicut infertur aceruus tritici.* In originali eſt vox ſimplex (*Gadis*) quæ in communi aceruum frugum ſignificat. fortè inde dictum eſt coaceruum, *Cabiz*. neque ea vox explicat; otio fruges congeſtas in aream ante trituram, quam poſt trituram in horreis iam conditas, itaque explicat potius aceruum tritici, quam hoc. *LXX.* Septuaginta paraphraſi vſi duplicem ſenſum indicant ita legentes; *Venies in ſepulchrum, tanquam frumentum maturum, quod in tempore meſſo* [illegible], *vel ſicut aceruus areæ in tempore comportatus.* [illegible] Hebræ. ſicut in noſtra lectione ſimilitudo ſimplex & vnica eſt, quam Pagninus, Vatablus, Caietanus, & plerique ex recentioribus accipiunt de comportatis in aream frugibus; & *Pagninus. Vatablus. Caietanus.* ducuntur coniectura verbi *inferendi*, quod in fonte eſt, *Ghalah*, aſcendere, aut eleuari, ſicque Pagninus ad Hæbraicum, licèt obſcurè legit, *Sicut aſcendit aceruus frugum in aream.* magis obſcure Tygurinus. *Quemadmodum frugum aceruus increſcit.* Regia magis Hebraice, ſed minus Latine, minuſque clarè; *Sicut aſcendere aceruum tritici.* [illegible] etiam Hebræi, [illegible] Vatablus in annotationibus, legunt *Sicut ſuccidatur aceruus, aut in ſtat in tempore ſuo.* arbitrantur enim idem verbum ſignificare ſuccidere, aut cadere: forte per antiphraſim, & intellectum contrarium propriæ ſignificationi: & ita explicant id Pſalmiſt. ter. vbi ſubeſt idem verbum; (*Ne rẽuoces me* (ne me ſuccidas). *in dimidio dierum meorum.* quare cum hic de morte ſermo ſit, legere etiam poſſumus, *ſicut ſuccidatur*; nam qui moriuntur, excindi, & demeti dicuntur; habet enim mors meſſoriam falcem; in conſummatione enim mundi clamabit angelus ad ſedentem ſupra nubem. *Mitte falcem tuam & mete; quia venit hora, vt metatur; quoniam aruit*

עלה log. cui ex hebraeo quid *Paginus. Tygurin. Regia. Vatablus.*

Mortui demetuntur metaphoricè.

Apoc. 14. 14.

meſſis

Illuſtratus vulgatus. *meſſis terræ.* At Latinus interpres, quia idē verbum ſignificat aſcendere aliquid ſuper aliquē locum adducendo, vel educendo, vel afferendo aliquid in medium, ideo dixit *infertur*, ſeu, affertur, portatur; quod licèt ad areā ſpectare poſſit (eleganter enim dicas, inferri fruges, & manipulos in aream) tamen potiùs ad horreū reſpexiſſe videtur. nam vis originalis verbi illud peculiare habet, vt ſignificet etiam recedere, vel abſcondi, id quod eleuatur, & aſcendit: ſicut & nos dicimus, *alcar de obra; alcarſe las nubes, leuantar el campo,* cum hæc abeunt, recedūt,
Num.10.11. finiuntur. ſic Numer.11. dicitur: *Eleuata eſt* (aſcendit) *nubes de tabernaculo fœderis.* quod expli-
Num.9.17. catur eodem verbo, Numer.9. *Cùm ablata eſſet nubes, quæ tabernaculum protegebat.* quare hoc loco
4 aſcendere, eleuari, inferri aſcendendo aceruum frugum, erit, *alcar de eras, y en cerrar el pan.* comportatis ex area frugibus in horrea, diſcedere & ceſſare.

5 Pulchra meſſionis cum morte comparatio. Eſt verò hæc cū morte ſimilitudo pulchra, nam primum concepto ſemine intra matris viſcera naſcitur infans, herbeſcit in pueritia, adoleſcit in iuuenta, pollicetur fructum, explicat, profertque ſpicas frugemque bonam, matureſcit in ſenecta, areſcit, caneſcit, albicat demetitur letali morbo, atque deijcitur in le-
Iob 18.14. ctulum, atteritur doloribus, *calcat ſuper illum quaſi rex interitus*, excutitur, & ventilatur, vt nihil ariſtarū, id eſt, bonorum temporaliū ſe-
Pſal.48.18. cū deferat, *neque deſcendat cum eo gloria eius*; tandē comportatur in ſepulturæ horreum, educēdus
Iſa.69.14. iterum à Deo, vt *oſſa* illius ad immortalitatem
Allegoria minùs ſolida. *germinent.* Illud verò minùs ſolidum eſt, quod alij dicunt, *ingredieris in abundantia ſepulchrum*, ſicut maturæ ſegetes, quæ videlicet ſuo pondere flexis calamis, & ſpicis ſua ſponte curueſcentibus terram petunt, procumbunt, concidunt: ita tu iam dierum pondere grauis, tua ſponte concides nutantibus cruribus, recuruo pectore, reflexo collo, grauitante capite, ſepulturæ fœlix mandaberis.

6 *In tempore ſuo.* Sicut frugibus maturitas eſt ſuum tempus, ita homini ſenecta, quaſi dicat:
Eccleſ.6.18. *Non morieris* propter peccata tua *in tempore non*
Pſal.101.25. *tuo*; non *reuocabit* te Deus *in dimidio dierum* tuorū, *nec in via virtutis tuæ*; videlicet cùm adhuc valens, & robuſtus in virili ætate fueris; non adducet Deus vitæ habenas, vt te de medio curſu alacriter currentem reuocet, ſed curres fœliciter, & peruenies lætus ad vitæ metam extremam; non quæritabis moribundus *reſiduum* Iſa.38.10.
annorum tuorum, quos ſcilicet naturali curſu iuxta tuas vires, viuere debuiſſes; nō tibi mors, non morbus, non ſubitus aliquis caſus ſuffurabitur, neq; vi auferet tuæ vitæ annos, *suum* tibi *tempus* intactum, integrum ſupererit.

XXVII. Ecce hoc, vt inueſtigauimus, ita eſt, quod auditum mente pertracta.

Ecce. Concluſio, confirmatioque dictorum 1
atque adhortatio, vt ſuis acquieſcat mo- Inueſtigare.
nitis. *Inueſtigauimus.* diligenti inquiſitione, & veritatis ſcrutatione, atque reconditorum diuinæ prouidentiæ conſideratione iudiciorum, rem ita ſe habere comperimus; nam meæ orationi noſtri amici libenter ſubſcribunt, videſque omnes ore, oculis, vultu annuere. Vox *in-*
ueſtigandi, eadem Deut.13. vertitur, *quærere ſoli-* Deut.13.14.
cite, & diligenter. & Iudic.18. *Explorare, & diligen-* Iud.18.2.
ter inſpicere.

Quod auditum. A te, tum etiam à nobis ex aliorum antiquorum doctrina, & traditione; ſic enim Septuaginta legunt: *Ecce hæc exquiſiuimus,* LXX.
hæc audiuimus. omnium ergo ſapientum conſenſio ſumma vel contumacem, & ſuæ ſententiæ nimium amātem potens eſt comprimere. Vel, audiſti iam quod è re tua ſit; ego dixi, & quod mei muneris erat, præſtiti, tu quod tuum eſt
mente pertracta. Septuag. *Tu vero ſcito tibi ipſi, quid* LXX.
egeris. id eſt, explora te metipſum, vt de peccato, quod in te inuenias te ſtatim pœniteat. Propriè ex Hebr. Audi, & ſcito tibi, id eſt, hæc tu in tuam vtilitatem conuerte. Auguſt. *Scito temetipſum.* At vulgatus datiuum illum apud Hebr. ſæpe redundantem contempſit, vel quidem *ſcire tibi*, perinde eſſe putauit, atque ſcire tuum, quaſi diceret: Tecum cogita, tua *mente*
pertracta. Quod verò Tygurina paraphraſis ha- Tygurina.
bet; *Hæc æquo animo percepta poteris apud te ipſum dijudicare*; non valde congruit originali.

NOTATIO RERVM INSIGNIORVM, QVAE, in commentarijs fuſius explicantur.

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

CAPVT QVINTVM.

DICENDI ſtudio ardẽs Eliphaz, præcedentibus orationibus confirmationem huiuſmodi non ſine amarulentia ſubiunxit. His meis dictis, imò diuinis potiùs oraculis, quibus me præ cunctis mortalibus diuini numinis bonitas dignata eſt, fidem te adhibere oportet, amice Iob; atque plus mihi recta monenti, quàm tuæ cauſæ ſententiæque tribuere; *a* cuius ne minem inuenire poteris patronum, nam, ſi quem haberes, debuiſſes ſanè confeſtim proferre, atq; ſolo illius indicato nomine te tueri. * Verum ſatis mihi perſuaſum eſt, neminem ſanctorum, vel angelorum, vel hominum (nam de impiorum patrocinio quid loquar?) de Dei prouidẽtia, de humana imbecillitate, de miſerijs & ærumnis aliter dicturum, aut iudicaturum, quam à me audieris. Atque vtinam is tu eſſes, quem Deus, vel angelus ſuo verbo, ſuaque reſponſione & oraculo dignaretur. ſed reſpondebunt ſcilicet indignanti, & furenti homuncioni, qui ea verborum amarulentia, & orationis acerbitate, pænè ad inſaniam vſus fuerit, vt iam nũc quantumuis clames, & ſupplex depreceris, minimè faciles ſanctorum angelorum, nedum diuinas aures experturus ſis. Sed non ideo tibi ab oratione & ſanctorum inuocatione ceſſandum fuerit, quo tanquam extremo remedio in deplorata iſta tua calamitate vſurus ſis, ad meliorem, & ſaniorem mentem à ſuperis obtinendam, & Deum tibi multis rationibus infenſum, placandum atque leniendum.

a Varia & multiplex tum horũ vocum interpretatio, tum interpretum ſententia, & vt hoc loco aduerſus hæreticos aſtruatur inuocatio ſanctorum. integre v. 1. præſertim num. 3.

1 Voca ergo
Si eſt [illegible]
qui tibi reſpondeat,
* & ad aliquem ſanctorum conuertere.

Verùm enim verò meritò ſæuit in te diuina vltio. nam tui ſimiles *b* ſtultos homines, * malorum impatientes, percitos ira atque furore, verbis audaces atque temerarios, aduerſus Deum diuinamq́ue prouidentiam excãdeſcentes & inſolentes miſerè perimit non ſolùm diuini numinis ira & iuſta vltio, quam aduerſum ſe prouocat ſtultitia cum ſtultiloquio, & ſuperbia coniuncta; ſed ſua ipſius etiam ſtultiſſimi hominis indignatio, & triſtis atque amarulenta diuinæ prouidentiæ criminatio, qua intra ſe dirumpitur, exitio eſt. * Neque tantum huic peſti animorũ (iracundiam atque ſuperbiam dico) obnoxij ſunt magnates (addam) opulenti, & fœlices, verum etiam *c* paruuli, & miſeri quique, licèt hos quidẽ inuidia velut paruulos, præſertim infeſtet: id, quod in te quoque, ô Iob, experti ſumus: nam ita te deiecit, puſilloq́ue animo effecit iſta tua calamitas, vt, quos fœlices videas, non niſi tua, quã amiſiſti fœlicitate, fœlices factos eſſe exiſtimes. quo quid magis puerile, magiſve ſtultum credi, exiſtimarique poſſit? neque o Iob, tam leuiter, tam pueriliter, tam inconſideratè egiſſes aut loquutus fuiſſes, niſi tanta externarum rerum concupiſcentia, & quaſi æſtu quodam laboraſſes, puerorum inſtar, qui, quidquid ſplendet vbicunque tandem cõſpexerint, inuident alijs. Illis ergo caducis, fluxiſque bonis, cum omni via & ratione comparandis nunquam non incubueris, nunc quoque amiſſis æſtuas adhuc, & quæ te oculorum cõcupiſcentia, libido, inuidia ſemel perdidit, perdet quoque funditus, & extremo dabit præcipitio.

b Quis propriè ſtultitiæ gradus notetur ab Eliphaz. & vt impatientia ærumnarum, & inſolentia animi ſpectent ad inſignem ſtultitiam, v. 2. nu. 2. 3. 4.

c Qui propriè paruuli appellentur, & vt tum hos, tum magnates & locupletes inuidia & concupiſcentia oculorũ infeſtet, paulò fuſior, & ad mores opportuna tractatio. v. 2. nu. 6. 7.

2 Vere *ſtultum interficit iracundia,
* & paruulum occidit inuidia.

Sed age, ne ſine manifeſta ratione rem efficiam; ex tuæ familiæ domuſque interitu, latentem animi tui impietatem proculdubio eliciam. vidi profectò ſæpè, ſæpeq́ue expertus ſum nonnullos diuites, quos ſuæ illorum opes dementarãt, atque audaces, ſuperbos, temerarios, *d* ſtultoſq́ue effecerant, qui cùm proſperè agerent, multiſq́ue liberis atque famulis cingerentur, referebant ſanè proceram aliquam arborem, annoſam, amplam, altè defixis radicibus nitentem, cui benè culta, beneq́ue amica terra circumtecta eſſet, conuenienti humore temperata, & ſucci plurimum, atque alimenti ſubminiſtrans: mirum enim, quantum incremẽti exugat e terra impius. Sed non mirũ creſcere, florere, germinare

d Stulti nomen quadrare in diuites, & quare. & vt ſit arbori ampliſſimæ ſimilis; rurſuſq; non arbori, ſed herbæ viliſſimæ vtiliter explicatur. v. 2. à num. 2. vſque ad 5.

3 Ego vidi ſtultum
firma radice,

in terra,

in terra,qui de terra viuit, homo terrenus: nam cœleſtis, non habet matrem,ſed nouercam, terram:in qua non ſecus viuit & creſcit,quam radix in ſolo ſiticuloſo.* Sed cum tantam impiorum fœlicitatem contemplor,tantamq; arboris amœnitatem & pulchritudinem in amœno & fertili ſolo conſitæ; me continere non poſſum(vrgente etiā & commouente me ſpiritu,quin* male ominer, & imprecer tantæ fœlicitati,& pulchritudini.Præterquam enim, quòd cum hęc maxima eſt,ſuſpecta eſſe debet(nam ſummis negatum eſt ſtare diu;)tamē non illa vera,ſed adumbrata fœlicitas eſt, non arbor,ſed viliſſima herba;nullæ illi radices, nulla ſtabilitas: nam adulterinæ plātationes nullas dant radices altas, nec ſtabile fundamentum collocant. Quare impiorum omnium ex ſuis ſedibus,domibus, opibus conuulſio,eradicatio, interitus certiſsimis certiora ſunt.*e* Tu nunc* ſero licet agnoſces hæc, ò Iob, agnoſcétque impij omnes aliquando:ſed ſapient ſero. Ego (quæ Dei gratia erga me eſt, nūquam in errore impiorū demoratus, ſtatim atq; in mundana rerū imaginem oculos conijcio, hæc mecū,ipſe mente pertracto,atq; ſęuiſsima impiorum ſupplicia,& rerum omnium, quæ ad illos pertinent,euerſionem, meos ante oculos propono.

Adeo enim nocet paterna filijs impietas,vt extremo exitio pereuntibus nemo illis ſalutis,opiſve miniſter,aut auctor adeſſe velit:nam clamantes,& opem implorantes,reliqui negligent;atque clamoribus quotidianis importuniſque defatigati longe ab illis recedent.proptereaq; cunctis inſpectantibus publicum ſpectaculum mundo dabunt incredibilis cladis, & miſerandi exitij: * & (quod humanæ infœlicitatis nō vltima pars eſt,)ſiſtentur iudicio, plurimis & moleſtiſsimis litibus intentis,atq; de plurimis criminibus apud ſæuiſsimos iudices delati: & cùm iudicabuntur, exibunt condemnati, nunquam non ſua cauſa cadentes * irato illis, multumq; indignante iudice,atq;opem & officium ſuum aduocato,patronoq; negante. Quis enim vindicare ab ærumnis velit eum, quem faſtidit Deus, aut qui princeps,atque iudex iratum ſe præbuit.

f Tum impius bonis iam partis & conquiſitis minimè fruetur; non enim labore ſuo vti permittetur: nam poſtquam plurimos arandi,ſeminandi,triturandi, in horrea denique condendi labores ſuſceperit, non deerit *g* famelicus aliquis, perdendi, diſsipandi, deuorandi auidiſsimus,& alienæ ſubſtantiæ ſiticuloſus, qui conditas fruges, vel exhauriat,vel diſsipet: aut hæres aliquis iniqui diuitis, qui mirabili celeritate,& feſtinatione, congeſtas & conquiſitas ſumma ſolicitudine,atq; labore diuitias abliguriat: Tum etiam armati prædones,à quorum vi, & impetu nihil ſatis tutum eſt,qui non clanculum & ex inſidijs,vt ignobiliores,meticuloſioresq; furunculi,ſed palam & impudenter irruptionē faciant, inuolabunt in domum,agros,horrea impij hominis, cunctaq; vaſtabunt,atq; diripient:nec non* barbari alij, ſylueſtresque homines, aſpectu feri,moribus & immanitate horribiles,nunquā non prædam ſitientes,exorbebunt atq; exhaurient improborū bona.Quare cuſtodiri minime poterit,quòd ab omnibus appetitur, minimeq; defendi,quod expoſitum eſt famelicis,ſitientibus,armatis, pauperibus,auaris,hoſtibus,ſeruis,furūculis,prædonibus, inimicis domeſticis,externis militibus,auidis hæredibus.

Neq; vero caſu hæc impijs accidere putandum eſt,velut ea,quę nullo prius iacto ſemine terra ſua ſponte profert: neq; in externā aliquam,leuiſsimamq; cauſam ſupplicia impiorum,calamitateſque cæteræ referendæ,ſed in diuinam vindictam ſcelerum vindicem,quæ mortaliū peccatis prouocata,dignas ab improbis pœnas exigit.Hinc nempè germinant ſpinæ, hinc bruchus, locuſta, ciniphes oriuntur, hinc Deo operante, & efficiente, noſtrorum ſuppliciorum ſeges vberrima multiplicatur,& creſcit.

Propterea dolencam, ad peccata & ſcelera natus videtur homo,atq; compoſitus,pariterq; ad labores,& ærumnas, cæterasq; peccatorum ſuorum pœnas.In has tu, ò Iob meritò iam incidiſti. nam cum voluptuariam vitam conſectareris, ſine vllo *h* laboris, aut laſſitudinis diſpendio diuitias comparare, & rem tuam augere moliebaris; atque adeo ſic obtinuiſti,vt feſtinato diteſceres.

e Vt omnes tandem vanitati maledicant; vt iuſti ſtatim, non opportunè ſapiunt, indicatur. v.3.n.9.

f Quàm ſit acerbum impiorum ſupplicium,non poſſe vti bonis conquiſitis. & vt iuſtis Deus & bona, & bonorum vſum concedat. v.5.nu.2.

g De famelicis, & ſitibundis accuratior tractatio ex Hebræorum radicibus. v.5.n.3.4.5.

h Diuitiæ, quæ ſine labore comparantur, vt male audiant in Scriptura, malè etiam durabantur. & impijs diuitibus ſolicitudo quædam, & animi inertia comes adſit, opportuna digreſſio. v.nu.7.2.3.

* Et

* maledixi pulchritudini eius

* ſtatim.

4 Longè fient filij eius à ſalute:

* conterentur in porta.

* & non erit, qui eruat.

5 Cuius

meſſem

famelicus comedet:

& ipſum rapiet armatus:

& bibent * ſitientes diuitias eius.

6 Nihil in terra ſine cauſa fit,

& de humo non egreditur dolor.

7 Homo naſcitur ad laborem,

Sed cùm ex iniquitate, & multorum iniuria, & direptione opes illæ tuæ comparatæ fuerint, euanuerunt tandem; vt ſcias, quoniã homo es, atque in mortalium labore, & victus comparandi ſollicitudine reliquorum mortalium, qui ad laborem naſcuntur, non diſsimilis.

& auis ad volatum.

i Sicut enim volandi celeritate, & aſsiduitate victum quærit, & inuenit auis, ſic in labore vultus ſui veſci pane ſuo hominem oportet. At filij diaboli, qui parentem ſuperbiæ imitantur laboris atq. laſsitudinis exortes, volare nituntur, & paſſerculorum inſtar, qui neq; ſerunt, neq; metunt, è rapto viuere. Sed volitent nunc, quantum volent liberè, vt ſeſe malorum atque pœnarum laqueis eripiant incident profectò iſtiuſmodi volitantes ſcintillæ in æternum ignem, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Interim erigit ſeſe homo & in altum tollitur, vt velut ſcintillæ ſplendidiſsimæ, in omnium oculis fulgeat & ſplendeat, ſed facile igniculus ille, atque ſplendor leuiſsimus euaneſcet, & extinguetur, neque ex volatu ſublimi maius emolumẽtum habebit, quam, vt cunctis ſpectantibus & irridentibus extinguatur. Verum ne te propterea, amice Iob, deſpicias, namque, homo cum ſis, non niſi humana pateris, neque de te ærumnoſiſsimo licet, minor cura eſt optimo mundi totius procuratori, & prouiſori Deo, quàm de auiculis, quibus nihil laborantibus, ſed per otium & delitias cantillantibus, quotidianum victum impendit, multis ſanè paſſẽribus melior apud illum eris. Tu interim *k* altilia imitare, & alacré te præbeto ad arripiendos, ſuſtinendoſque labores, & ſi quam tibi tolerantiæ materiam & occaſionẽ propoſitam videas, ne fugito, ſed conuola ad illam: inde enim beatæ tibi vitæ prædam facies, & per patientiam non curres tãtùm, ſed volabis ad propoſitum brauium. Hæc dum loquor, continere eluctantẽ pectore gemitum quis poſsit? nam ad humanas ærumnas illud quoque accedit, vt funeſtiſsimæ *l* aues, & Dæmonum Cateruæ, velut Reguli volantes, & iaculatrices viperæ humano capiti inuolitent, & lætali morſu malè ſecurum hominem opprimant. cuius rei, vtinam in te, ô Iob, nunquam videre licuiſſet expreſſam imaginem. Sed quidquid id tandem ſit. Dei ſummam ſapientiſsimamq; prouidẽtiam ſemper ego ſuſpiciam, & reuerebor, atq; te illam (ſi ſapies) agnoſcere oportet. Sed tu de te, deq. Deo, vt libet, ſentito, ego gratias immortales illi agam, quod tui ſimilis non ſim, diuinæ prouidentię criminator, diuiniq; & humani iuris violator. Ego enim, ſi in aduerſum aliquem caſum inciderem, ea mente ſum (quã tibi quoque ineſſe percupio) vt Deum deprecer ſupplex, atque oratione & animi ſubmiſsione illius iram & iuſtitiam indignabundam leniam, atq; excantem; & ſi opus fuerit, mearum ærumnarum & ſuppliciorum cauſam ab eo requiram, nihil de mea ſanctitate ſublime ſentiens; imo ſupplici demiſſoque animo, cum fortiſsimo Deo imbecillus ego homuncio colloquutus.

8 Quamobrem ego deprecabor Dominum.

& ad Deum ponam eloquium meum.

9 Qui facit magna, & inſcrutabilia, & mirabilia abſque numero.

Quis enim, vel vt ſuam arrogantiam & faſtum deprimat, vel vt ſuum animum conſternatum atque iacentem erigat, non admiretur ſupremi numinis potentiam, & mirabilitatem in agendo, atque efficacitatem in prouidendo & diſponendo? Is enim profectò non ſolùm parat, diſponit, aptè & exquiſitè facit hanc, quam conſpicimus, cælorum molem maximam, atq; pulcherrimam; verum etiam inſignes quoſque, magnificentiſsimoſque naturę effectus, quorum rationes, & cauſas non poſsit humana ſapientia ad perfectum omnes inueſtigare. vt vel ex hac ratione nemo poſſit ſuarum miſeriarum, quas mirabilis Dei ſapientia diſpenſat, cauſas perſpectas habere; proptereaque oporteat, tum ſupra naturã, tum in natura *m* miracula multa contemplari, quæ nobis videndi aſsiduitate & vſu viluerunt. Neque mirum; nam cùm diuinæ ſapientiæ atque potentiæ effecta ſint iſta etiam naturæ opera, intelligentiæ noſtræ vires facile ſuperant, tum magnitudine & præſtantia, tum numero atque multitudine pene infinita.

10 Qui dat pluuiam ſuper faciem terræ:

Et, vt de plurimis pauca proferam, certe *n* pluuiarum & imbrium partitio in diuerſas terræ partes, diuerſiſq. anni temporibus, tam mirabilis eſt, vt non niſi auctore naturæ omnino digna videatur: eſt enim non ſolùm illius ſapientiæ, verùm etiam bonitatis atque munificentiæ erga mortales præclarum teſtimoniũ. Quid,

quod

i Copioſa, & accurata Auis tractatio, quæ, qualiſve hoc loco accipienda ſit, vbi multa ex Hebraæ origine, multaque ex ſacris; tum ad intelligentiam, Scriptum ad mores accommodata proponuntur. v. 7. à n. 5. vſq; ad 11.

k Vt ſit conuolandum alacriter ad arripiendas propoſitas ærumnarum, & patientiæ occaſiones, & præmium etiam. & de quibuſdam iſtius rei gradibus, videlicet, ambulando, currendo, volando, vitiis conſideratio. v. 7. nu. 7. 8.

l Vt Auis in malum accipiatur, & de funeſtis exitioſiſque auibus, aut alatis ſerpentibus, non pauca ex ſacris & prophanis. v. 7. nu. 9. 10. 11.

m miraculi appellatio an ad naturæ opera accommodari poſsit. quædam ex Scripturis, & patribus. v. 9. nu. 9.

n Vt ſint pluuiæ Diuinæ potentiæ, & munificentiæ peculiaris, & opportuna materia. v. 10. nu. 1. & 2. & Diuini etiam ſupplicij, & iuſtitiæ. n. 4.

quod fontes atque flumina,tum terræ prouentus,tum vitam ipſam mortalium varijs rationibus ſuſtentant,atq recreant? Neque tantùm diuina munificentia atq; liberalitas intra frumentarios agros,aut alia cultiora loca ſe continet,ex quibus fructum & vtilitatem homo percipere poſsit,verum etiam deſerta & horrida loca,penitusque inacceſſa mortalibus cæleſti imbre perfudit;atque beneficum ſe in vtilibus cautibus, & aſperrimis ſaxis benignum,mitemq; præbet; vniuerſo denique fouet,atque complectitur. Interim tamen aquarum miniſterio,quibus viuunt homines, impios ſubuertit,penitusque demergit.

& irriget aquis vniuerſa.

o Honores & dignitates non ab alio quàm à Deo quærendæ, obſeruatio vtilis. v. 11. nu. 1.

p Locum eminentem & ſublimem proprium fuiſſe magiſtratuum, nobiliſsimorumque virorum, multis probatur ex ſacris, & prophanis. v. 11. nu. 2.

q Vt Deus, atque iuſti viri cogitationum ſuarum finem præſtitutum fæliciter attingant, vt impij diſpendijs ingentibus nihil tandem perficiant, explicatur. v. 12. nu. 3. 4. 5. 6.

Neque ſolùm Deus poteſtate, inſitaque fortitudine vtitur ad puniendos,deprimendosque ſuperbos,ſed etiam ad eos,qui *oppreſsi,fractiq; ſunt, erigendos & recreandos; o confert enim honores quibus ille vult, & dignitatis gradus, idemq; abijcit ad locum infimum & ignobiliſsimum;tum mærore & luctu tabeſcentes in p ſublime erectos, in tuto conſtituit,atque in ſummo, tum ſalutis & incolumitatis, tum honoris & fælicitatis faſtigio collocat.

11 Qui ponit * humiles in ſublime: & mœrentes erigit ſoſpitate.

Interim aſtutos vafrosque homines, plenos malignitate & dolo, vt qui ſuæ ſapientiæ atque prouidentiæ infeſti inſenſique ſint,diſsipat,atque euertit; dolosque omnes,atque machinamenta eludit,ne ad q finem optatū cogitationes ſuas promouere poſſint;tum etiam ita illorum conatibus obeſt, atque reſiſtit,vt omnem ſapientiæ laudem,quam ſibi arrogârant,illis eripiat. * Nihil igitur firmum,nihil diuturnum ab illis fit, & quæ cœperant & excogitauerant ex præſcripto & decreto ſuæ calliditatis & aſtutiæ omnium ludibrio & irriſioni exponit.

12 Qui diſſipat cogitationes malignorum ne poſſint implere manus eorum, * quod cœperant.

r Summum dimicandi genus, quo aduerſus ſapientiam humanam vtitur Deus, dum hoſti armis detractis, hoſtem interimit. v. 13. nu. 2. Item etiam multiplex tranſlationis ratio, quæ in illo apprehendendi verbo latet, & ad morum inſtructionem commode adduci poteſt. n. 3. 4. 5. 6. 7.

Digni profectò, vt qui ſuis conſilijs,ſuaque ſapientia confiſi aduerſus numen inſoleſcunt, & ſuis ſe cogitationibus,quaſi fortiſsimis munimentis incluſos, & munitos aduerſus omnem impetum arbitrantur,Deus obſideat,capiat, apprehendat;euerſisq; munitionib. & machinamentis humanæ aſtutiæ, viribusq;e confractis penitus deſtruat, r & ſuis illorum telis in ipſos retortis confodiat,atque defigat. Quid quod traducit iniquos hos prauorum conſiliorum machinatores, dum, quæ illi machinantur in intimo cordium receſſu, omni retecta facie in publicum omniū conſpectum profere,atque ſua ipſorum aſtutia & dolis illos conſtringit, in extricabilibuſque difficultatibus obligat. Fugiant illi licèt; ſed inſequentis Dei manum effugere non poterunt: videlicet, quantumuis longiſsimè ſuis cogitationibus peregrinentur, captos atque comprehenſos extremæ ſtultitiæ arguit, & reprehendit ſapientiſsimus Deus. Tunc tandem cognoſcent miſeri,nō ſolùm per ſe ſingulos aberraſſe,verùm etiam, quæ coacto verſutiſsimorum hominum concilio,tamquam ſaluberrima, atque opportuniſsima conſilia ſtabilierant, exitioſa ſibi extitiſſe; nam peruerſos vafrosque ſupplantatores illos s ſupplantat Deus,præcipitesque agit in deliberando, vt perturbatè omnia efficiāt; & rem,quam inſtituunt,accelerando perdant. Sed quid non prauum atque peruerſum conſtituatur in eo conuentu, cui præſidet ementita ſapientia, veriſsimaque ſtultitia, atque mentis & conſiliorum omnium perturbatio?

13 Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum: & conſilium prauorum diſſipat.

s Vt Deus ſupplantet, & eludat prauos homines, & quæ ſit iſtorum prauitas, quod conſilium, quæ capiendi conſilij præcipitantia, & temeritas. v. 13. n. 9. 10.

Illud etiam verſutorum hominum ſupplicium amplificat, quod non ſolùm præcipites ſint in conſtituendo, vbi multa deliberatione opus eſſet,ſed vbi res valdè facilis incidit, atque ipſa meridiana luce clarior,multo timore pedetentim progrediātur; non aliter quàm,ſi in multa caligine verſarentur; atque non tam mature, quam inutiliter & ſuperſtitiosè cunctando in rebus facilibus ſummas ipſi difficultates aſciſcant.* Craſsiſsimis igitur tenebris circumfuſi ad ea perficienda,quæ nec vident,nec prouident, manus prętendent,inſtar cæcorum,quos ſine duce in multa diſcrimina incidere neceſſe eſt.

14 Per diem incurrent * tenebras. & quaſi in nocte, ſic palpabunt in meridie.

Sed ne quiſquam exiſtimet,Deum optimum ad puniendum potiùs,quam ad benefaciendum propenſiorem eſſe, certè ingentibus his ſupplicijs impiorum,non minus illuſtris erit miſerorum ſubleuatio: nam egenos & pauperes,qui ab omni amicorum,vitiorumque præſidio deſtituti ſunt,tuebitur Deus, neque permit-

15 Porrò ſaluum faciet egenum.

* à gladio oris corũ.
* & de manu violẽti pauperem.

tet vllis impiorum conſilijs, exitioſisq́; blandimentis decipi, aut vllis calamitatibus lædi, vllisq́;* minis, mendacijs maledictiſve, quæ ſolent inſtar t gladiorum acutiſsimorum vitam famamq́ue confodere, quicquam illos detrimenti accipere. * Quid quòd etiam retundet fortiſsimorum hoſtium robur & vires, captamq́ue prædam per ſummam vim & iniquitatem, ex illorum manu poteſtateq́; extorquebit? non enim perditos & dilaceratos vult, quos in hoſtium immaniſsimorum v manus incidere permiſit; ſed potiùs per ſummam hoſtium ignominiam, atq. ſuorum gloriam & lætitiam incolumes tandem ſeruatos & ereptos.

t Quis ſit gladius oris, quæ lingua virulenta vis & crudelitas, adductis varijs ſacris translationibus tractatur. v. 15. n. 3.

v Quorſum Deus permittat iuſtos in manus incidere hoſtium & calamitatum cùm auertere potuiſſet, opportuna conſideratio. v. 15. nu. 5.

16

Et erit egeno ſpes: iniquitas autem cõtrahet os ſuum.

Hæc Deus agit, vt & qui nullis eſt viribus, bene ſperare ſciat, & vt iniquis minimè efferatur, ſed os, quod multa iactare ſolebat, comprimi, elatumq́; ſupercilium deprimi aliquando diſcat. cum ſemel igitur te viderit, qui exhauſtus erat omnibus bonis atque viribus mirificè ereptum ex omnibus diſcriminibus, nunquã deinceps deſpõdebit animum priſtini beneficij memoria erectus. Hæc ideo dixerim, o amice Iob, vt nullæ te ærumnæ ad deſperationem compellant, cùm potiùs x ſpem nutrire & cõfirmare poſſint, & vt tuo exemplo iniquos doceam, non impunè abituros, ſi ſe in aliorum perniciem effundant, & aduerſus pios exitioſa & impia conſilia ineant, eorum enim non ſolùm opera, & conatus, ſed verba ipſa, & orationes fictas & ſimulatas execratur Deus; nam &, cùm furunt, impias contra illum, nulla religionis habita ratione, voces iactare audent. Erubeſcens igitur tandem, & tam mirabilem contra ſe propijs & iuſtis eripiendis Dei poteſtatem experti, planeq́; ſtupeſcentes, vix y hiſcere audebunt: nihil enim habebunt, quod iure opponere poſsint diuini numinis ęquitati, atq; ſapientiſsimæ humanarum rerum gubernationi; & prouidentiæ.

x Vt ærumnæ, & calamitates ſpem nutriant, & foueant, quædam ex ſacris v. 16. nu. 1.

y Quale ſit impiorum ſilentium, cum ſe viderint correptos diuino ſupplicio, & quid eo ſilentio indicatur, opportuna ad mores quædam. v. 16. nu. 3. & 4.

17

Beatus homo qui corripitur à Deo.

Cùm veriſsima itaq; ſint, quæ tibi à me dicta ſunt, beatus verè, ſeptiesq́; fœlix ille erit, qui cùm ita Deus agit, vt illum, dum viuit, ad ſuorum ſcelerum pœnitentiã, reſipiſcentiamq́; adducat inflictis pœnis, atq; doloribus. nam pro omnibus ærumnis, quas patienter ille perferet; ingentem bonorum omnium cumulũ illi ominor; imò veriſsime polliceor, atq, denuntio. Neq; verò ſolũ ego; nam idem ipſe, qui afflictus eſt, beatioris vitæ z ſpem quandã non leuem concipiet, cùm ipſis ærumnis natam, atq. nutritam. Tãtùm ille ſe Deo punienti, & verberanti ſupplicem præbeat. Hanc igitur, ò amice, calamitatem, & amariſsimam potionem, quàm tibi Deus ipſe ad tui animi medicinam propinat, ne tibi ſtomachum moueat, ne cum faſtidio & nauſea abijcias; ne tanquam rem inutilem, vilemq́, aſperneris, cum res ſit lõgè ſalutaris, atq; a pręclara: nihil enim tibi, aut potius, aut antiquius eſſe debet, quam vt Dei correptionem æquo animo ſuſcipias, atq; grata voluntate complectaris. Sunt enim etiam ipſa noſtrorum ſcelerum ſupplicia, paternæ Dei erga nos beneuolẽtiæ argumentum clariſsimũ; ne te igitur comminanti, flagellanti, corripienti Deo parenti optimo ſubtrahas, ô Iob: format enim te ille flagello & verbere ad omne viri perfecti officium. quare vtilitate & cõmodo omnem animi mærorem, atque defatigationem abundè compenſatam iri iudicabis.

Increpationẽ ergo Domini ne reprobes.

z Vt ſit beatitudinis ſpes cum ærumnis coniuncta & vt ſpes glorioſa ſit, nonnulla ad ærumnarum gloriam explicandam. v. 17. num. 3.

a Allegoria calicis, & amaritudinis, nauſeæ, & aliorum huc ſpectantium, quæ ad tribulationes ſpectant. v. 17. nu. 4. 5. 6.

b Tribulationes pretioſiſſimæ & charitatis diuinæ erga nos pignora. v. 7. nu. 7. 8. 9.

18

Quia ipſe vulnerat, & medetur.

Cùm enim c vulnerat Deus, doloremq́ue infert, non tortor ille eſt, ſed indulgentiſsimus medicus; peritiſsimusq́, Chirurgus, qui non ſolùm alligandi, curandiq, vulnera, & oſsium confractiones ſcientiam probè nouit, ſed etiam cùm vulnus, vlcuſve exigit, amplius ſecare, aut aperire; vt vel ſic ad internas animi partes læſas, & affectas, facilius perueniri, latitans pus abſtergi, calloſa labia emolliri poſsint. quod ille primum aut vrit, aut ſecat, ſanat confeſtim, & non priſtinæ ſolum, ſed multo firmiori ſaluti, & integritati reſtituit; interim verò dum curationem efficit, molliſsimis deligamentis vtitur, & ipſe ſua manu linamenta tenuiſsima carpit, & corradit, quæ vulneri inferat, omnemq; indulgentiſsimi medici operam præſtabit, vt minimum vulnerando noceat, ſalutemq, breuiſsime efficiat. Quamuis enim nõ vulneret ſolum ſed perfodiat, transfigat, contundat, remediũ & curationẽ opportunam ſtatim adhibet, quaſi facti, dolorisq́ue inflicti pænitens.

Percutit, & manus eius ſanabunt.

c Vt hæc omnia referuntur ad medicinam Chirurgicam, & vt Deus in noſtris vulneribus aut vlceribus curandis omnia medici munia præclare obeat, atque ſuæ potentiæ; & charitatis certiſſima documenta præbeat, toto v. 18. ſed præſertim. nu. 1. 3. 4. 6. & vt Dei ſectiones, & vſtiones ſalutares ſint. n. 2. & 4.

19

Nunquam itaque in tot incides ærumnas, atque diſcrimina,

19
In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum.

d De numero ſeptenario, & ſenario, de creationis hebdomada, & de Sabbatho, & ſabbathiſmo, peculiaria quædam. v. 19. præſertim num. 1. 4. 5.

d ſeptem licèt, imò innumera ſint, quin ſemper te ille incolumem, liberumq́ue reddat, ita tamen vt non ſemel labi in ipſa diſcrimina patiatur, vt te cum illuſtriori ſuæ poteſtatis commendatione eripiat, aliquando etiam ipſa diſcrimina longè propulſabit, vt ſecurus ſecurus, deinceps agere poſſis. Verum illud forte diuina prouidentia contingeret, vt in ſex huius noſtræ vitæ hebdomadæ diebus nullus tibi ſine labore & dolore feriatus illuceſcat, vt in ſeptima tandem æternitatis luce longe lætiſsima, atque clariſsima gaudendum, & feriandum ſine vlla viciſſitudine laboris ſit. Fieri etiam poterit, vt ſi in ſex, multiſque tribulationibus perferendis conſtantem inuictumq́, te præbueris, ſeptimus tandem in hac tibi vita lætiſsimus affulgeat dies, in quo malum nullum timeas, ſed ſumma pace potiaris. Atque vt ex his potiſsimùm reliquas colligere poſſis, ſex, ſeptemue tibi proponã calamitatum genera, quę vt grauiſsima & moleſtiſsima, ſolent homines perhorreſcere.

20
In fame eruet te de morte:
& in bello de manu gladij.

e Fame & ſterilitate Deum peccata mortalium punire. è contra vero neceſſario victu, & dimenſo quotidiano ſuis iuſtis conſulere, obſeruatur. v. 20. n. 1. 2. 3.

In fame publica, & communi annonæ caritate, e qua publica ſolet Deus ſcelera punire, efficiet ille, non ſolum ne fame pereas, ſed vt neq; fameſcas, præſtitoq; neceſſario victu, quem ille pro ſua benignitate curabit, atq; præbebit, quaſi perſoluto pretio te, redimet ex morte, macie, & tabe, quæ famem & frugum inopiam comitantur; regioneſque deuaſtant. Si fortè immaniſsimi hoſtes tuos fines infeſtarint, multorumq́; ſanguinem profuderint, atque in te iam mucrones ſtrinxerint, manus atq; gladios illorum continebit, retrahetq; diuina potentia, multo humanis viribus potentior; omnium itaque hoſtium conatus aduerſum te in vanum recident.

21
A flagello linguæ abſconderis.
Non timebis calamitatem, cum venerit.

f Quàm ſit immane & ferū malum, lingua. Cur nunc flagelli ſimilis dicatur, cum antea gladij & ſagittæ appellationem habuerit. v. 21. nu. 3. 4. 5.

Tutum te præterea reddet à falſis aduerſariorum calumnijs, & & iniquis delationibus, quæ tibi verbera, aliasve pœnas lege conſtitutas afferre moliantur. Neminem tibi detrahere, & linguæ flagello diuerberare tuam famam patietur. f Nam, quem non dolorem efficiat, quodve detrimentum non afferat honeſtis viris lingua aduerſariorum petulans, & effrænata; aut verò in obiurgando & mordendo nimium præceps, nimiumque efferata? tum verò ſecurè & tuto ages nullum vaſtatorum, prædonumve impetum pertimeſcens.

22
In vaſtitate, & famę ridebis:
& beſtias terræ non formidabis.

g Qualis ſit iuſtorum afflictorum riſus, & gaudium, explicatur. v. 22. num. 1.

Quin etiam Tyrannos & prędones valdè famoſos irridere poteris, nulloq; negotio à tuis limitibus propulſabis; & cùm circũuicinæ regiones deuaſtatæ fuerint, tam eris munitus, vt cùm nihil triſte euenire tibi poſſe perſuaſũ habeas, ridere & exultare poſſis. Sed eſto in ipſa vaſtitate & fame ſis, tunc te Deus ſua ope, & conſolationis pabulo reficiet, vt vaſtatus atq. fameſcens nullam animi ægritudinem patiaris, vt nunc doles & eiulas, ſed potius g rideas, gaudeaſque vehementer: neq; ſolùm ferinis moribus homines nihil tibi nocebunt, ſed neque beſtias ſæuiſsimas formidabis: non enim venenati dentes, rabidive morſus viris ſanctis, & laborum patientiſsimis nocere ſolent.

23
Sed cum lapidibus regionis pactũ tuũ,
& beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi.

h De lapidibus terminalibus multa ex prophanis & vt in rem præſentem appoſitè quadrent. Tum etiam de extraordinario illo apud Arabes crimine, quod Scopeliſmon vocant. v. 23. num. 4. 5. 6. 7.

i De Dei erga ſuos patrocinio aduerſus omnia malorum genera, opportuna digreſſiuncula. v. 23. num. 9.

Perinde itaque immunis eris à malis omnibus, quàm lapides ipſi, ſaxaq; duriſsima, quæ nulla vis comminuit, aut è ſua ſede cõuellit. His tu, cum propter mentis firmitatem atque conſtantiam ſimilis exiſtere curaueris, calamitatum omniũ impetum ſine iactura excipies. Quid, quòd nec ipſi te lædent lapides, ſed ſaxoſa & aſpera loca, facilem tibi aditum, tramitemq; præbebunt, & quæ alijs ſteriloſcunt (quis enim e ſaxoſa & inculta terra fructus percipiat?) vberem tibi multorum fructuum copiam profundent, tui verò agri & fundi non alio cuſtode, quàm ipſis lapidibus & h limitibus defixis indigebunt: nemo enim audebit illos refigere: ſed quaſi ſint Iobi perpetui limites, & immobilia ſaxa, & quaſi inito cũ hoſtibus pacto, & fœdere, nunquã violãdo, nemo neq; agros, neq; agricolas infeſtare volet; neq, ominoſis illis & nefaſtis lapidibus, qui mortem, & miſerandum exitium minãtur, agrũ tuum ſteriloſcere, & incultum relinqui, nemo tam audax, & protectus erit, qui tentet; atq; ferè ipſæ, quæ gregibus inſidiari ſolẽt, & ſata, atq; vineta demoliuntur, quaſi pactis & ſtabilitis induciјs, nullas iam cum tuis ouibus, agnis, hædis inimicitiãs gerent. i Quis enim attingere audeat eum, quem in ſuam fidem atque patrocinium Deus ipſe rerum omnium Dominus ſuſcepit?

24
Et ſcies, quòd pacem habeat tabernaculum tuum.
* & viſitans ſpeciem tuam non peccabis.

Fælicitas tunc tandem Iobi, omnium ore atque ſermonibus celebrabitur: atque certiſsimo experimento comperies, incredibilem eſſe: ipſaque tua ſpe longe maiorem tuæ domus, familiæq; vniuerſæ pacem, & bonorum omnium affluentiam. Illud enim, quod peculiare quoddam genus fælicitatis eſt, domeſticorum concordia, non deſiderabis: filios enim, familiareſque omnes habebis ſumma charitate deuinctos, & neq. inter ſe, neque tecum vllas illi contentiones exercebunt. Quid enim profuerit externis non tentari bellis, qui turbis redũdat inteſtinis? Nihil igitur erit in tanta tuorum domeſticorũ proſperitate, quod tibi vllam iraſcendi materiam afferat. *Nam cùm in *l* domum tuam bonis omnibus pulchrè inſtructam, vxore potiſsimum, quæ domeſtica curet, prudentiſsima, & ſolertiſsima, & quæ domeſticæ ſupellectilis optima, & pulcherrima pars eſt, ornatam ingreſſus fueris, requiſierisque pro tuo optimi patris-familias munere, quid domi geratur, recenſuerisq; domeſticos, rationem à ſingulis exigens; nihil erit, quòd non præclarè efficias, & ſanctè atque ſapienter adminiſtres.

25
Et ſcies quoque quoniam multiplex erit ſemen tuum:
* & progenies tua ſicut herba terræ.

Experimento quoque ipſo diſces fore, vt iucundiſsimam atque numeroſam filiorum, atque nepotum poſteritatem habiturus ſis, * multisq; velut pullulantibus germinibus & tenerioribus ſurculis ad aſpectum gratiſsimis conueſtiaris, tanta vbertate, quanta ſolet fertile ſolum fructus, omnisque generis herbas ex ſe fundere.

26
Ingredieris in abundantia ſepulchrum,
* ſicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo.

Cùm verò fato conceſſurus ſis, in ſumma tunc rerum omnium opulentia & copia verſaberis. non enim continget vt rurſus ante mortem opibus ſpolieris, quas ſemel comparaueris. Tum ad longiſsimam, fælicisſimamq; ſenectam perueniens, non minus annorum multitudine, quàm diuitiarum affluentia cumulatus, ſoſpes, & lætus, nullis ærumnis confectus, nullisque doloribus fractus, ſed integer atque valens, tuis ipſe pedibus concedens in tuũ ſepulchrum: & veluti aceruus *m* tritici conderis in terræ horrea, aut velut maturæ ſegetes ſuo tempore demeſſæ, & in aream comportatæ.

27
Certè hoc, vt inueſtigauimus, ita eſt: quod auditum mente pertracta.

Certè hæc, quæ ex me audiſti, non meo tãtùm iudicio, ſed multorum ſapientum teſtimonio, poſt multam diuinarum rerum cõſiderationem atque exquiſitam diſputationem comparata tibi propoſui; videsque noſtros hos amicos meæ orationi ſubſcribere: atque ore, vultu, oculis, annuere, nihilq. præterea habes quod iure poſſis opponere. Tu, quod reliquum eſt, quæ audiſti & accepiſti in rem tuam confer; atque explora temetipſum, vt ſi quid latentis ſceleris in tuo animo deprehenderis, continuò facti pænitentia deleas. atque æqui bonique tandem vniuerſa conſules.

l De ſignificatione ſpeciei domus, & de vxoris officio tũ ad Scripturam, tum ad mores quadam. v. 24. nu. 3. 4.

m Allegoria meſſis, & frugum comportatarum in aream, & harum relata ad humanam vitam, atque mortem. v. 26. n. 4. 5. 6. tum etiam de abundantia quadam, quæ ſicut in frugibus, ita & in annis eſt. num. 1. 2. 3.

CAPVT SEXTVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Dum obiectis ſibi ab Eliphaz reſpondet Iob, aſperitatem ſuarum lamentationum excuſat ex doloris magnitudine, quæ illum ad gemendum acerbiùs impulit; cogiturque denuò illam exponere ſuis amicis valentibus, atque importuna ægroto conſilia ſuggerentibus.

I. Reſpondens autem Iob, dixit.

1 RESPONDENS. Nunc reſpondendi verbum ſimpliciſsimè, vt ſonat, accipiendum eſt: rogatus enim rationem videtur reddere eius, quæ in ipſo eſt fidei, conſtantiæ, & pietatis: reſpondet etiam, quia obiectis ſatiſfacit: ne, ſi accuſatus non reſpondeat, aut criminis conuictus, aut certe ſuſpectus videatur. Neque vir iuſtus ſe vnquam ita deſpicie, aut ita concidit, & frangitur animo, vt paratiſsimus non ſit poſtulatus rationem reddere, de ijs præſertim, de quibus ipſe ſuis verbis aut factis ſiniſtrè opinandi, atque offendendi occaſionem infirmioribus præbuiſſe viſus ſit.

Iuſtus rationem ſuæ orationis reddit.

II. Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas, quam patior, in ſtatera:

III. Quaſi arena maris hæc grauior appareret: vnde & verba mea dolore ſunt plena.

1. *Diſſenſio Hebræi, Græci, Latini. Peccatis pœna ex Dei lege conſtituta.*
2. *Ira quàm variè accipiatur, & in Græco quid.*
3. *Calamitas quid, & quàm variè reddatur à Vulgato.*
4. *Anrinus nomen idem quod ſtatera, & quare. Præcepta de audiendo.*
5. *Pondus patientiæ, & tribulationum eleuant grauitatem peccatorum.*
6. *Doloris grauitas leuatur ſuſpirijs.*
7. *Arena maris quid indicet. de generatione & ſignificatione arenæ quædam.*
8. *Multarum lectionum conciliatio. Illuſtratur vulgatus.*

1 Diſsēſio Græci & Hebræi à Latino.

PAulò difficilior ſententia, propter diſsēſionem Græci ab Heb. & Sept. Hebraizantiumque à Vulga. Hebræum ſic ferè ex verbo. *Vtinam appendendo appenderetur ira mea, & contritio mea eleuaretur ſimul in ſtatera, quia arena maris grauior erit.* Septuag. *Si quis appendens appenderet iram meam, & dolores meos tolleret in ſtatera pariter, & vtique arena maris grauior erit.* Neque ſolum in verbis ipſis componendis, & explicandis difficultas eſt, ſed etiam in onerandis bilancibus huius ſtateræ, quid cuique imponendum ſit. Et quidem Latini iuxta Vulgatam lectionem, vnam lancē onerant peccatis, *quibus iram meruit*: deinde verò alteri imponūt *calamitatem quam patitur*, atq; tunc peccatis præponderare calamitatem, ſicut rei leui præponderare poſſet res grauiſsima, qualis *arena maris*. Accipiunt vero *peccata* pro culpis, quæ non neget Iob quondam à ſe commiſſa, ſed tamen affirmet, vel pauciora, vel leuiora fuiſſe, quam debuiſſent a iuſto iudice tot ac tantis ſupplicijs puniri. nam ſi Deus (ſic affirmante Eliphaz) tēporales ærumnas attemperat peccatis, Iob qui maximos ſuſtinet cruciatus, improborū omnium ſceleratiſsimus eſſet: quod erat apertè falſum. Verum enim verò ſi cuicūque peccato grauiſsima ex Dei lege cōſtitueretur pœna, iniuſta non eſſet, punit enim citra cōdignum: tamen iam communi prouidentiæ & iuſtitiæ lege non conſtituit Deus grauiſsima ſupplicia erratis leuiſsimis. In hoc ergo Latinorum ſenſu, *ira*, quæ eſt in originali, ſumetur actiuè, aut per metonymiam pro materia iræ, id eſt, pro peccatis, quæ Deum ad iram prouocant.

LXX.

Prima Latinorum expoſitio.

Sic explicant Philippus D. Tho. Caiet. Diony. Tuel.

Ira actiuè.

Græci verò velle videntur, vt *peccata, quibus iram meruit, & calamitas, quam patitur*, ſimul in vna lance ponantur; in altera verò *arena maris*; tuncq; *calamitas* multò *grauior* ſit, quam *maris arena*. Sed in hoc quoque ſenſu eſt aliqua varietas: nam *peccata, quibus iram meruit*, poterunt intelligi, lamentationes illæ ca. 3. quæ amicis viſæ ſunt ex peccato, & ira proficiſci: propterea enim illū obiurgauit Eliphaz dicens: *Verè ſtultum interficit iracundia*; atq; tum ibi, tum hic eſt eadem originalis vox. quare hoc loco *ira*, eſt querimonia valdè iracunda. Aut certè *peccata, quib. iram meruit*, ſint ipſæ lamentationes, propter quas commeruerat, vt illi iraſceretur Eliphaz. Tertiò etiam cum Olymp. ferè ad ſenſum Latinorum intelligentur peccata, propter quæ Deus iratum illi ſe præbet tot plagis inflictis. Vel quartò *ira* pro ægritudine animi & vehementiori dolore, & commotione, quam meruit perferre, & dolorem, cruciatum, triſtitiā, deiectionem, & ægritudinem animi. nam *athymia*, qua voce Chryſ. & Polychro. *iram* exponunt, eſt anxietas & quaſi deſperatio, affectuſque hominis in malis deſpondentis animum, & qui meliora non ſperat, cui deeſt cōſilium, animus, mens. quā etiam voce cùm ſignificetur aliquid cōtrarium alacritati, animoſitati, iræ, excandeſcentiæ, & partem illam animi, in qua irarum exiſtit ardor, concidiſſe, & elanguiſſe, rectè opponetur iracundiæ illi, quàm Eliphaz obijciebat, quaſi Iob diceret; Non tam ſum animoſus, & iratus, quam deiectus, & exanimatus. tum etiam hæc ærumnarū, & dolorū lanx grauior eſſet arena maris grauiſsima, vel, grauior multò eſſet altera querelarū lance; nam verbis leuiſsimis vix poſsū ſignificare grauiſſimum animi cruciatum. hoc indicauit Steuchus. & quidem hos omnes ſenſus admittere poteſt vox originalis, videlicet, *ira* mihi a vobis, tanquam blaſphemanti attributa; vel, in me à Deo exercita; vel, qua vos in me cōcitamini, & ardetis; vel, quam ipſe ego me-

2 Secūda Græcorum expoſitio.

Peccata quæ hoc loco intelligantur.

Quid ira.

Sic interpretantur Pirg. Vata. Iſidor. Clar. Engub. Opr. Ciſterc. Olym.

Ira, animi ægritudo.

ἀθυμία.

Chryſoſt.

Polychron.

Eugubinus.

Diuerſæ interpretationes, ſed minimè repugnantes.

cum perſentio, quæ me exedit, & dilacerat, &
quam verbis vtcumque explico. quæ etiã om-
nia cadere poſſunt in paraphraſim noſtri in-
terpretis. *Peccata quibus iram merui.* ſed in eo cõ-
ueniunt, vt *peccata* non accipiantur pro vera
culpa. Et pro primo ſenſu, eſt illa iracundia
aut excandeſcentis, & impatientis animi ſig
nificatio, de qua dixi cap. 5. verſicul. 2. Pro ſe-
cundo autem, & tertio eadem vox poteſt ac-
cipi actiuè, vt eodem loco diximus. Pro quar-
to eadem vox ſumi poteſt paſsiuè pro illa
ipſa animi perturbatione, excandeſcentia, ar-
dore proueniente, ex dolore & cruciatu inter-
Iob. 17. 7. no, & ſic voce eadem dixit de ſe Iob. cap. 17.
Caligauit ab indignatione (mœrore, triſtitia, animi
1. Reg. 1. 6. ægritudine) *oculus me⁹*. & Anna 1. Reg. *Ex multitu-
dine doloris & mœroris* (Heb. iræ, indignationis
conturbati & ardentis animi) *mei locuta ſum.*
Ergo excuſabit & purgabit ſe Iob à calumnia
blaſphemiæ, & iracundiæ aduerſus Deum; in
in hanc ſententiam, Non extorquet indigna-
bũdam lamentationem vlla aduerſus Deum
Defenſus vulgatus. ira, ſed animi dolor, acerbitas cruciatus. Qua-
re cum hic ſenſus, qui ex Hebræo, & Græco e-
licitur, bene poſsit cum noſtra lectione con-
ſentire, liberiùs, quàm oportuit, Latinum in-
terpretem carpſit Eugub. Nunc ad ſingula
veniendum.

3 הוה Calamitas quid. *Calamitas.* Explicuit interpres, cũ dixit, *quã
patior.* vox autem originalis (*Havah*) variè ver-
LXX. *Pagnin.* *Vatabl.* titur à Septua. *do ores*, à Pag. *contritio*, a Vatab. *af-
Tygurina. flictio*; a Tygur. *cõditio*; a Regia, *Infortunium.* ſed pe-
Regia. ritiores dicũt ſignificare caſum aduerſum, in-
felicem euentum. quod dicere ſolemus, *accideti-
mẽtas, auẽturas, o deſvẽtu as.* Semperq́ in malum
R. Mardoch. ſumitur. R. Mardochai ait eſſe, *corruptionem, acci-
dens malum prauitatem, malitiam.* à Latino interpre
Prou. 20. 25. te vertitur *inſidiæ.* Prou. 10. *Inſidiæ impiorum ſub-
uertet.* videlicet ex quibus ſubitus & inopinat⁹
caſus innocentibus accidere ſolet. & *vanitas.*
Pſal. 51. 9. Pſ. 51. *Præualuit in vanitate ſua.* Hieron. *in inſidijs ſuis.*
Hieronym. atq; eadem analogia ſignificat prauitatẽ, mali-
tiam, iniuſtitiã, quòd ex prauo, & iniquo im-
piorum affectu, & inſidijs infortunia ſoleant
creari pijs, rectè hæc omnia in Iobi inopina-
tum caſum cadunt.

4 LXX. *Appenderentur.* verbum tum in Hebr. tum in
Sept. repetitum. *Appendens appenderet*, vel, *appen-
dendo appenderetur.* id eſt, diligenter expenderen-
Eiuſdem verbi repetitio. tur, non vulgari trutina, non ſonus ſed ſenſus
verborum ponderaretur; acciperentur meæ
querelæ non nudæ, & per ſe conſideratæ, ſed
relatæ, & comparatæ, ad animi ægritudinem,
Statera in Hebr. idem nomẽ, quod aurium. במאזנים atque dolorem, ex quo proficiſcuntur. *Statera*
autem in originali eſt nomẽ plurale, *in ſtateris*
aut potius duale, in bilancibus. quo etiam no-
mine dicũtur aures. quare cum trutinã requi-
rit, certè æquum auditorem, & incorruptum
aurium iudicium requirit. eſt enim inter au-
res, veluti inter duas lances, media trutina ra-
tiõis & iudicij, quod in capite peculiari ratio-
ne reſidet propter internos ſenſus rationi &
iudicio miniſtrantes. Ergo duæ aures, non tam
quod multum audiendum ſit, quam quod quæ
audiuntur diligenti mentis trutina expenden-
da ſint, homini conceſſæ ſunt: neq; quicunq; ſa-
nè *aures audiendi* habet. eleganter Plut. audito- Matth. 11. 15.
ris officiũ deſcripſit, vult. n. eſſe ſuam bene au- Plutarch. de officio audi.
diendi artem, non minùs quã benè dicendi: at-
que ſicut *in ludo* (inquit) *pilæ debet mittenti cõcinnè
in motu reſpondere is, qui accipit: in orationibus eſt con-
cinnitas quædam, tam circa dicentem, quàm circa audi-
torẽ.* illa aũt præcepta in audiendo tradit, *Vt pa-* Precepta bene audiendi.
*ratus & meditatus venias ad audiendum, non incuriùs,
nec ſecurus officij ſui. vt nulla ſit ſupercilij toruitas, tri-
ſtitia vultus, obtutus vagus, inflexio corporis, crurũ alte-
rius in alterũ indecora iniectio, nutus, cũ altero ſuſurra-
tio, riſ⁹, oſcitatio, ſomnolẽta capitis in terrã demiſsio, vt au-
ditor exiſtimet ſe dicẽtis aduocatũ eſſe, neq; talius debere
acerbè offenſam excutere, neq; verba & res in diſquiſi-
tionem vocare.* Hoc ſuum audiendi officium atq;
præcepta cùm minimè ſeruauerit Elphaz, a-
lijq́; amici, iuſtiores alias aurium lances, tru-
tinamq́ue merito Iob requirit.

Sed cùm præterea etiam *ſtateram* requirat, 5
in cuius vna lance *peccata* ponantur, in altera Patientia & tribulationes ſunt alterius lancis pondus, quo peccata eleuantur.
verò *calamitas*, vt prima illa interpretatio Lati-
norum explicabat, Obſeruandum quidem ca-
lamitates & ærumnas eſſe momentum, & põ-
dus, quod peccati grauitatem eleuare videtur,
atq; eò magis extenuare, quò pena pro pecca-
to ſuſcepta grauior fuerit. neq; mirandum tã-
tum eſſe patientiæ pondus, cum *æternum gloriæ
pondus* illi ex æquo reſpondeat, *Momentaneum.n.* 2. Cor. 4. 17.
*& leue tribulationis noſtræ, æternum gloriæ pondus o-
peratur in nobis.* His ærũnis grauatus & depreſ-
ſus homo, diuinæ iuſtitiæ trutinam, & quã vo-
cant linguam ad ſe videtur trahere. nam cùm
vidit Deus *Achab humiliatum*, illius laudes, & 3. Reg. 21. 29.
pœnitentiam prædicare cœpit, diuina bonita-
te iam ad illum propenſa & inclinata. Tunc
autem lanx peccati eleuatur, atque dimittitur
culpa. cum hoc facit, quòd verbũ parcẽdi, aut
dimittendi culpam, in fonte eſt eleuare, attol-
lere. de quo dicemus c. 7. v. vltimo.

Secundò pro ſecundo illo ſenſu notãdum, 6
etiam ſuſpiria atq; lamenta eſſe pondus, quo Suſpirijs eleuatur doloris grauitas.
animi dolor, & ægritudo quaſi in altera lãce
poſita leuantur: & interdum quò grauiores
ſunt gemitus, & vehementiora ſuſpiria, &
externæ ſignificationes doloris, leuiorem effi-
ciunt dolorem, atq; cruciatum. Sic miniſtro E-
liſei prophetæ viſa ſunt indigna, quæ Sunami-
tis illa faciebat, procumbẽs humi, & apprehẽ-
dens prophetæ pedes; at prophetæ æquiſsima eſ-
ſe dolori viſa ſunt, neq; poſſe aliter conſiſtere,
& ſuſtineri dolorem. quare cùm *acceſſit Giezi,* 4. Reg. 4. 27.
*vt amoueret eam, ait homo Dei, dimitte illam, anima e-
nim eius in amaritudine eſt.* Neque verò mirum
cor & linguam eſſe duas quaſi vnius ſtateræ
lances, nam dicunt vnico neruo vtrumq; col-
ligatum eſſe, ſibiq́ mutuo reſpondere. Quare
ſicut iuſtitiæ ſymbolum ſtatera eſt, ita ſanè il-
le iuſtus eſt, *qui non egit dolum in lingua ſua*, & qui Pſalm. 14. 3.
tantundem proferat lingua, quãntum in cor- Pſalm. 11. 3.
de poſitum ſit. eſtque lingua velut corculum
alterum, nam qui non ſimpliciter loquitur in Pſalm. 11. 3.
corde, & corde loquitur. id eſt duplici corde.

Quaſi arena maris. Non dubium, quin hoc loco 7
arena maris denotet graue pondus. Sed vnde nã Chryſoſt.
Reſpondet Chryſo. *Maris arenam* dixiſſe, vt quæ Arena grauitatis, & immobilitatis Symbolũ.
ſit magis humida. verùm ſiue ſolitariè poſita,

ſiue mari adiuncta; *arena* ſignificare ſolet immenſitatem quandam, ſiue numero, & copia ſiue pondere & grauitate; quare ad multiplicationem refertur Geneſ.22.& 23. Ierem.33.& 22. Pſalm.78.& 27. Habac.1. abſolutè pro magnitudine & menſura. 3.Reg.4. *Dedit Deus latitudinem cordis, ſicut arenam, quæ eſt in littore maris.* &

4.Reg.4.29.

fortè eadem prouerbij forma, qua nos copiam & abundantiam ſignificare ſolemus, cum dicimus, *como tierra, como agua.* vnde de re, quæ propter immenſitatem exhauriri nequeat, & quam fruſtra quis conetur efficere, aut comprehendere, ſunt prouerbia illa, *Arenam metiris. Vndas numeras.* in quam etiam rem Homerus dixit.

Hom. Iliad. 4

Nec mihi, ſi tantum dederit, quantum extat arena,
Et pulueris ' ' ' ' ' ' ' ' ' ' ' ' ' ' ' '

Gellius.

Vide Gellium lib.19.cap.13. qui cùm de etymologia huius nominis diſſerat, & an arena in ſingulari numero, an verò arenæ in plurali dicendæ ſint, illud argute addidit ex ſententia Frontonis; *Cum arena ſingulari nomine dicta, multitudinem tamen & copiam ſignificet minimarum, ex quibus conſtat, partium, indocti & inſcite arenæ dictæ videntur, tanquam id vocabulum indigeat numeri amplitudine. cùm & ſingulariter dictæ ingentia ſit naturalis ſui multitudo.* Ad pondus vero, & grauitatem, quæ cum ingenti arenæ copia coniuncta eſt, facit id Prouerb.27. *Graue ſaxum & oneroſa arena.* ſic et iam hoc loco. Sed *maris* potiſsimùm dicitur arena, quòd ibi proueniat immenſa copia

Prou. 27. 3.

Nam cum triplex ſit arenæ genus, foſsitia, fluuiatilis, & marina, vt Plinius ſcribit lib.3. cap. 23. & Vitruuius lib. 2. cap. 4. primum locum obtinet mare in generatione arenæ. cuius cauſam, Ariſtotel. ſcribit Sectio. 23. Problem. 33. *Quia (inquit) ſaxa in mari conſiſtunt, & terra denſa maximè eſt; arena autem ſaxum in parua, minimaque perfractum eſt, quod ictu fluctuũ frangitur.* Sed cum hæc arenæ generatio neque vera generatio ſit, ſed potius lapidum grandiorum, ſaxorumque diuiſio, accuratius huius rei cauſam tradidit lib.2. de Plantis; docet enim ex arena peruncta, & delinita ſpuma marina, exſiccante ſalſedine, & alliđente fluctu partes arenæ cogi, & quaſi coagulari, atque lapideſcere. arenam vero fieri ex terra & aqua ſalſa, ſalſedine exſiccante, & terra indurante, & in partes exiguas diuidente lutum. Hinc quo dulciores fluuij ſunt, minus generant arenæ. ſed de hoc ſatis.

Plinius.
Vitruuius.
Ariſtoteles.

8 *Vnde & verba mea dolore ſunt plena.* Iterum hic eſt diſſenſio. Septuaginta dixerunt, *Propterea vt videtur, verba ſunt mala.* quaſi dicat, Nihil mirum, quòd cùm pectore, corde diſcrucier, ore aperto dolorem, & malum, quod patior, ſignificem. Symmachus, *Propterea verba mea amara*: repletus enim ſum amaritudinibus, & cibatus abſinthio. quid ergo mirum ſi amareſcat lingua, ſi amara expuam? nam quis ſuccenſeat ægroto letaliter affecto, quod amarum putre, graue ſputum excernat? Sed Hebraizantes vertunt, *Propterea verba mea abſorpta ſunt.* ita Complutẽſes, Rabbi Dauid, Pagni. Regia. Vatabl. ex parte etiam R. Mardochai a radice, *Luegh*, quam noſter interpres vertit, *abſorbere*, Abd.1.v.16.& *deuorare*. Prou.20. *Ruina eſt homini deuorare ſanctos.* quam lectionem nunc habent correcta Vaticana, non verò, *deuorare*. & *Lambere*. Iob.34.v.33. Iam hæc Hebraica verborum abſorptio diuerſimode explicatur. Nam R. Leui, & R. Mithridatus, quos affert Pagni. legunt atque explicant, *Corrupta ſunt*, aut, *Perdita ſunt*. R. Moyſes *Deleta ſunt.* alij, *Præcipitata ſunt*, quaſi in ventrem. id eſt, ſicut cibus feſtinanter deglutitus, temere atque præcipitanter cadit in ventrem, ita verba mea præ doloris magnitudine quaſi feſtinanter & præcipitanter prolata ſunt, & videntur temere cadere ex ore. R. Mardochai indicat his etiam modis ex vi originalis vocis verti poſſe, *Verba mea diſsipata ſunt*, aut, *excisa ſunt*. fauet Theodotionis lectio. *Sermones mei interciſi ſunt.* Sed addit R. Mardochai, id verbum pertinere ad pronunciationem corruptam, & ad balbutiem. vnde colligo, illud verbum deuorandi, cùm ad ſermonem refertur, fortè eſſe id, quod de balbutientibus, & neque integre neque expedite loquentibus dicere ſolemus, *que ſe comen las palabras*. aut de his, qui ſupprimunt verba & conſulto tacent. *que tragan y diſsimulan.* Quare rei præſenti aptari hæc poterunt; primo vt, ſi fortè paulò feſtinantius, minuſque expeditè, minuſque leniter loquutus fuiſſet Iob, nunc ſe excuſet ex doloris magnitudine, qui illum adigebat ad præcipitanter loquendum. Vatablus ſic per paraphraſim explicat, *Vix loqui poſſum; vox faucibus hæret.* Tygurina; *Pro magnitudine rerum parce ac moderate queſtus ſum.* Forte ſic commodius. Mirati eſtis orationem meam; ſed ego certe multa alia dicenda ſupprimere coactus ſum præ magnitudine doloris, quibus & mẽtem meam, & loquendi cauſas & rationes exponerem. Hunc quoque ſenſum Caietan. ſequitur: ſed ſuſpicatur alluſionem à Iobo fieri, ad id, quod ſupra Eliphaz obiecerat, quod non confiſuſſet opem ſuam in Deo, neque illum deprecaretur. Reſpondet ergo dolorem illi vocem adimere, neque permittere loqui, quæ vellet omnia: quare & ſupplicem Deo orationem, quam mente concepit, non ſinitur, vt vellet recitare. Illud vero, quod ex Olympiodoro, & Polychronio elicere poſſet quis, acutum eſt, & rectè cum præcedentibus cohærens, vt dicat, Inde mihi noua dolendi ratio accedit, quod dolorem non poſsim integrè verbis ſignificare, neque parem meis malis orationem afferre, *quare verba mea dolore ſunt plena* multis igitur ex cauſis doleo. Vides, vt cùm his omnibus Vulgati paraphraſis rectè conſentiat, & ſapienter indicet balbutiei illius, aut interciſionis orationis, atque verborum, & ſupprimendi longiorem orationem, tacendique ſententias plurimas, cauſam atque rationem, videlicet dolorem, cum dixit, *Vnde & verba mea dolore ſunt plena.* nam qui dolens loquitur, multa ſupprimit, multa deglutit, tacet multa, multũ balbutit, multa intercidit, multa ſibi condonari iure poſtulat: qui omnia ab illo integra, ſuauiter, expedite, dici poſtulet, iniquus plane ſit.

LXX.
Symmachus.
Complutẽn.
R. Dauid.
Pagnin.
Regia.
Vatab.
R. Mardoch.
ערל *Prou. 20. 25.*
לוע
R. Mardoch.
Theodotio.
Quid deuorare vel abſorbere cùm ad verba refertur.
Vatablus.
Tygurina.
Caietan.
Olympiod.
Polychr.
Illuſtratus Vulgatus.

IV. Quia ſagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum: & terrores Domini militant contra me.

1. *Sagittæ quid hoc loco ſignificent variæ interpretationes.*
2. *Fulmina Dei ſagittæ. nubes illius arcus. Illuſtrata Sapientia.*
3. *Sagittas eſſe in aliquo, quid ſit. Sagitta infixa acerbum dolorem efficit.*
4. *Quæ ſagittarum indignatio, quis furor ſerpentis apud Dauidem.*
5. *Multiplex in hoc loco ſpiritus acceptio.*
6. *Sanguis & vinum ſimilis coloris in Paleſthina, Vinum optimum rubeum. Celeuſma quid.*
7. *Terror quid. non ſolum ad futura, ſed etiam ad præſentia refertur.*
8. *Militare, ordinare, diſponere idem explicat, David.* [redacted]

1 D.Thom. Sagittæ dolores.

S*Agittæ Domini.* Non dubium quin *ſagittæ*, ægritudines ac dolores ſint; quos D.Tho. ſagittas dici exiſtimat, quòd cruciatus ſubiti fuerint. *Quia* (inquit) *ſagitta a longe & ex improuiſo immittitur;* tum etiam ab eo, qui cum cominus ſit, lædere & pertingere longiùs poſsit contento arcu, ſed lædi non facilè poſsit, neq. videri ab eo, qui percuſſus ſit, non aliter ſuas calamitates cælitus immiſſas côqueritur Iob. Philip. ad vlcera corporis refert, atq; ſic ſcribit: *Non ſolum pœnæ, quibus cruciabatur, verum & vermes poſſunt intelligi, qui carnem perforabant, & quos Diabolus inſtigabat ad comedendum, omnemque corporis eius ſanguinem, humoremque ſugendum.* Olympiod. & Polychr. *Pœnas diuinitus inflictas, quæ acri quodam morſu, ſanguinem meum abſumunt, & cùm loqui voluero, tunc demum perfodiunt.* meo itaq; Deus ſanguine ſagittas ſuas imbuit. hoc loco, *Saddai*, omnipotens, fortiſsimus, potentiſsimus, vaſtator, deſtruens, qui nihil non poteſt, cuius potétiæ reſiſtere nemo poteſt.

Philipp. Sagittæ vlcera.

Olympiod. Polychron.

Saddai.

2

Sed cùm *ſagittas* Dei dicit, fortè translationem deſumit à fulminibus, quæ propter impotentem vim transfigendi atq; vrendi, vlcus illud peſsimū ex ardore proueniens, de quo ſupra diximus, ſignificent. fulmina autem ſagittas Dei dici côſtat. Pſ.17. *Miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos; fulgura multiplicauit, & conturbauit eos* ſic enim dicuntur ſagittæ ardentes Pſal.7. *Sagittas ſuas ardentibus effecit.* & Pſ.119. *Sagittæ potentis, acutæ cum carbonib. deſolatorijs.* Habac.3. *In luce ſagittarum tuarum ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ.* fulgura, & fulmina ſunt lucentes ſagittæ, & fulgurans haſta. Nã cum de cælo dimicat Deus contra genus mortalium, non alijs ſagittis aut iaculis, quàm fulminibus, fulguribus, tonitruis, grandine, pluuijs vtitur, quæ omnia ſagittas eſſe ſi nubes arcus ſint. dubium eſſe nõ poteſt nubes autem arcum eſſe Sapientia docet ca. 5. *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. ibunt directæ emiſſiones fulgurum, & tanquam à benè curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum inſilient.* quoniam verò erant etiam maiora quædam tormenta, ex quibus aut ſagittæ, aut magna vis lapidum longiùs eiaculabãtur, addit Sapientia. *Et à petroſa ira plenæ mittentur grandines.* aliquando enim Deus diu vibrato telo aliquem collimat, aliquando quemcunque, vt obuium habet, ſine vllo diſcrimine miſsilium grandine obruit. videlicet, cùm aut priuatum aliquem hominẽ inſigni aliquo ſupplicio afficit: aut cùm publica clade, & communi ſupplicio plerosque corripit. Ergo peculiari te clade petitum, affectumque grauiori ſupplicio, quam vllum mortalium, nũc conqueritur. verùm exiſtimo hic *Dei ſagittas* non tam dici fulmina, quàm baliſtarum & arcuum ſpicula. his enim conuenit in ſcopo eſſe, atque infigi, qua ratione ait, *Sagittæ domini in me ſunt.* vt ſtatim dicemus: tum etiam ebibito ſanguine inebriari. Alij per Hebraiſmum *Sagittas Dei* dici exiſtimant acutiſsimas, immanes: ideoque alij vertunt *Sagittæ fortes.* Sed hoc loco minus cõgruit, cum ſæpè tribuat Deo perſonam cõtra ſe pugnantis arcu, ſagittis, lancea, gladio, &c.

Fulmina ſagittæ Dei.
Pſalm.17.15.
Pſalm. 7. 14.
Pſalm.119. 4.
Habac.3.11.

Deus de cælo dimicans quo arcu, & quibus ſagittis.

Sap.5.21.

Vatabl.

3 LXX. Olympiod. Polychron.

In me ſunt. Iuxta lectionem Septuag. *Sagittæ Domini in corpore meo ſunt.* Olympiod. Polych. ſic explicant, *Solus ipſe noui, qui plagas à Deo inflictas meo excepi corpore.* vos philoſophamini in meis ærumnis liberiùs, & bene valentes importuna mihi conſilia ſuggeritis. Verùm exiſtimo *ſagittas* dici *eſſe* in aliquo, cùm penitus defixæ ſunt; nam hæ grauiſsimum dolorem efficiunt. ſicut Eccl.19. in exemplũ acerrimi doloris dicitur, *Sagitta infixa in fæmore carnis* (id eſt, quæ altè demerſa in fœmore, quod carne abundat, acriter excruciat, donec extrahatur) *Sic verbum in corde ſtulti.* quam doloris ſæuitiam nõdum exempto iaculo expreſsit in Hercule Oetæo Seneca.

Quid ſit ſagittas eſſe in aliquo.
Eccleſ. 19.12.

Infixa ſagitta acerbiſſima.

Senec. Act.3. in Hercule Oethæo.

> *hic cælum horrido*
> *Clamore complet, qualis impreſſa fugax,*
> *Taurus bipenne, vulnus & telum ferens*
> *Delubra vaſto trepida mugitu replet*

Non diſsimile id Ouidij in eundem Herculem, eandemque rem.

> *Perque altam ſaucius Oeten.*
> *Haud aliter graditur, quam ſi venabula taurus.*
> *Corpore fixa ferat, factique refugerit auctor.*

Ouid.9.Me.

Indicat etiam ſpiculorum, & ſagittarum defixio magnum contendentis arcum atque iaculantis robur. ex qua re fortiſsimos Saulem atque Ioanathan oratione illa funebri commendauit Dauid. *Sagitta Ioanathæ nunquam rediit retrorſum, & gladius Saul non eſt reuerſus inanis.* id eſt, tanta vi iaculabatur Ioanathas, vt ſaggittæ, etiã cùm contingerent armatos hoſtes, non reuerterentur retrorſum, neque reſilerent, ſed penitus illorum corpora penetrarent. neque vnquam Saul ſtrictum gladium adegit in hoſtem, quin grauiſsimè vulneraret. Ergo dicat Iob; Potentiſsimus Deus ſuis me ſagittis confixit, quæ *in me ſunt* omnes, ac neque vna reuerſa eſt retrorſum, nulla reſilijt; & cùm nulla extracta ſit, doleo incredibiliter defixis adhuc ſpiculis. Quid, ſi etiã conqueritur nullam ſibi medelam adhiberi, cùm adhuc *ſagittæ in eo ſint*, hæreantq; in intimo nondum extractæ aſſulæ, & aculei, ſæuiſsimi; & curationis initium, nõ niſi extractis ſagittis fieri poſſit? Illud etiam

2.Reg.1.22.

* Aũ todavia tengo dẽtro las puntas y las aſt..as delos paſſadores, y no ſe a comẽça do mi cura, ni tomado la ſangre.

ad do-

ad doloris & vulnerum amplificationem pertinet, vt dicat, adhuc recentibus vulneribus, & veluti tunc recens infixis ſagittis excruciari, neque tempore melius habere. Simile quid ille quoque lamentabatur.

Ouid. 5. de Triſt. eleg. 2.

Quæque mora, ſpatioque ſuo coitura putaui
Vulnera, non aliter quam modo facta dolent.
Scilicet exiguis prodeſt annoſa vetuſtas,
Grandibus accedunt tempore damna malis.

4 *Aſtunica.* Indignatio quid. חמם

Quarum indignatio. Quidam ſagittarum *indignationem* exiſtimant eſſe illarum multitudinem atq; frequentiam. quæ interpretatio vnde ſumi potuerit, non video. Originalis vox deducitur à radice, *Chamā*, quod eſt calefieri, aut incaleſcere. ſignificat ergo æſtum, & ardorem: quare ſumitur pro *indignatione*, & ira, quæ, cùm ardore ſanguinis coniuncta eſt. Septuag. *furorē* vertunt. Tygurina *furorem*. Pagninus, Vatabl. Regia *venenum*, quod dracones inflammari & irati ardens venenum ſpuere ſoleāt: aut quod venenum inflammet & vrat, quo ſolent ſagittarum culpides tingi, præſertim ab indignantibus, ſæuientibusq; hoſtibus. Hæc igitur erit *ſagittarum indignatio*, aut furor pharetræ, quòd ſit venenatis granida ſagittis. Sic Pſal. 57. *Furor illis* (Hebraice, ardor, virus vrens) *ſecundum ſimilitudinem ſerpentis*. atque eadem vox Pſalm. 13. *Venenum aſpidum ſub labiis eorum*. Non diſsimilem ardentis, vrentisq; veneni flammam ille mortifera veſte irretit[*] Hercules Aete[*] coquebatur

LXX. Tygurina. Pagninus. Vatablus. Regia.

Pſalm. 57. 5.

Pſalm. 13. 3.

Senec. Act. 4.

Eheu quis intus ſcorpio, quis feruida
Plaga reuerſus cancer infixus meas
Vrit medullas? Sanguinis quondam capax
Tumidi iecur pulmonis arentis fibras
Diſtendit: ardet felle ſiccato iecur;
Totumque lentus ſanguinem auexit vapor.
Exedit artus penitus, & totos malum
Hauſit medullas, oſſibus vacuis ſedet.

LXX. Spiritus pro ſanguine.

Ebibit ſpiritum. Græci cum Septuaginta legūt *ſanguinem*. & poteſt quidem cum ſpiritu conuenire; nam *anima*, aut ſpiritus viuentis dicitur *eſſe in ſanguine*, quaſi dicat, Eliciunt, exhauriunt ſanguinem. Vatabl. *ſpiritum* accipit pro vitali facultate, ſicut etiam accipitur Geneſ. 6. *Omnis caro, in qua eſt ſpiritus vitæ*. id eſt, vitalis facultas aut vita animalis. quaſi dicat; Vulnera ſingula mortifera ſunt. Diuus Thomas pro reſpiratione, quæ etiam ſpiritus acceptio frequens eſt in ſacris, quaſi dicat, Tot confoſſus vulneribus vix reſpirare va eo. eodem fere pertinet, quod in hoc loco addunt Septuaginta. *Cùm incepero loqui, ſtimulant me.* Polichron. *indignationem* dicit per acerbum dolorem, qui acutis quaſi ſtimulis confodiens, haud ei orationis poteſtatem faciat. Sic pereo; nam inſpiratum aerem, & conceptum ore, naribusque ſpiritum, non iterum ore & naribus, ſed concuſſo pectore, apertisque vulneribus expiro. in hūc fere ſenſum de Ioſeph dicitur Pſ. 104. *Ferrū pertranſijt animā eius*, ſpiritū, animam vitalem ſpirādi facultatē prohibebat, gulā ipſam, quæ eſt animæ, & ſpiritus inſtrumentum, cōprimebat. Si vero ſpiritus accipitur pro viribus, robore, efficacitate, vt Iſai. 31. *Aegyptus homo* (imbecillus) & *non Deus* (fortis) *caro* (mera infirmitas) *& non ſpiritus* (robur, efficacitas) ſenſus erit, Mei dolores me

Vatablus. Spiritus pro vital. facultate. *Geneſ. 6. 17.* *D. Thom.* Spiritus pro reſpiratione. *LXX.* *Polychr.*

Pſal. 104. 18.

Spiritus pro vi & robore.

Iſai. 31. 6.

prorſus eneruant atque exhauſto robore deijciunt: nihil in me firmum, nihil integrum relinquunt.

Quod ſi quis tandem velit, *ſpiritum* hoc loco ſumi pro mēte, iudicio, animo, internisq; viribus, ſenſus erit, corporis dolorem, vlcerumq; virus in animū incredibiliter redundare. quadrant omnia. tanta eſt ſacrarum Litterarum in ſingulis vocib. fœcūditas. Sed ille reliquis ſen ſib. præſtat, q *ſpiritū* pro ſanguine accipit, ſic exigente verbo bibendi, vt iam explicabimus. Spiritus pro mente & iudicio.

Eſt ergo notandum, ſanguinē referre vinū, quod in illa Paleſthinæ regione frequentiſsime rubrum eſt, vel quod rubrum optimum & generoſiſsimum habetur. vnde ſanguis pro vino, potus pro ſanguine, commutatis vocib', atque nominibus dicuntur. Geneſ. 49. *Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.* loquebatur autem de vite optima, quæ in originali dicitur vitis, *Sorec*, & a Vulgato vertitur *Vinea electa*, Iſaiæ. 5. & Ierem. 2 præterea Deut. 32. *Sanguinem vuæ biberent meracissimum.* & quidem hoc vinum meracum aut generoſum, quod tū hic, tum Pſalm. 7 1. & Iſai. 27. ſcribitur, *Rubeum* ab alijs vertitur, aut *Rubens*. in Hebræo autem ſimpliciter voce dicitur *Chemer*. Ierem. 51. a radice *Chamar*, quod, vt R. Mardoch. ait, ſignificat rubeſcere quamuis ea ſignificatio non agnoſcatur a Vulgato. vinum autem optimum Rubrū eſſe, & in Paleſthina frequens, indicatur Geneſ. 49. *Rubicundiores oculi eius præ vino.* ſic enim alij legunt, quod nos *Pulchriores*. Oncheius. *Rubicundi erunt montes eius in vinea eius.* & è conuerſo ſæpe ſtrages, & humani ſanguinis profuſio, vuarum conculcationi, & vindemiæ comparatur. Sic Ierem. 51. illa hoſtium inter ſe cohortatio ad profundendum humanum ſanguinem, *Celeuſma*, dicitur. eſt autem *Celeuſma*, cantus ille, quo vuarum calcatores in torculari ſe cohortari ſolent ad laborem. & Apocal. 14. angelo habenti falcem acutam dictum eſt. *Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ ſunt vuæ eius: & miſit angelus falcem ſuam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum, & calcatus eſt lacus extra ciuitatem, & exiuit ſanguis de lacu vſque ad frænos equorum, &c.* Hunc ergo potum rubrum ſitiunt ardentes illæ ſagittæ, hoc inebriantur, & madent, ſicut Scriptum eſt, *Inebriabo ſagittas meas ſanguine.* ſic *ebibunt ſpiritum.*

6 Vinum rubeum in Paleſtina. Vinum ſanguini ſimile. *Gen. 49. 11.* שורק

Iſai. 5. 2. *Ierem. 2. 21.* *Deut. 32. 14.* *Ierem. 5. 14.*

חמר

Geneſ. 49. 11.

Celeuſma quid. *Apoc. 14. 15.* Cædes hominum vindemia.

Deut. 32. 42.

7 Terror de abſentibus malis, & etiam de præſentibus.

Et terrores eius. Plerique; Non ſolùm præſentibus premor, ſed metu futurorum excrucior. & territor; nulla ſpe bonorum leuor. Alij, & quidem commode, de præſentibus doloribus, & ægritudinibus intelligunt, quæ incredibili ſua magnitudine terrorem incuterent; Terribilis clades, horribilis, & miſer caſus; calamitas, quam abſentem timeas: quæ præſens aſpectu, & ſenſu incredibilis doloris terreat, quæ terribilem, horrendumque reddat hominem cunctis ſpectantibus; ſicut Dauid dicebat *ſe prodigium factum*, atque terribile ſpectaculum mundo propoſitū. vox eadem ad res præſentes accōmodari ſolet, & exagitationem quandam affert in præſentia alicuius rei, ex qua aliquid præterea mali timeatur. vt Heſter. 7. ab eadem

Pſalm. 70. 7.

Heſter. 7. 6.

radice

radice dicitur. *Illicò obſtupuit, vultum Regis ac Reginæ ferre nō ſuſtinens.* an verò commodè refertur ab alijs ad conſcientiæ quoſdam terrores, & ſcrupulos, diximus. c.3.

8 ערך Militare, idē quod diſponere, & ordinare. *Caietanus.*

Militant contra me. Verbum militandi, quod in fonte eſt *Gharac*, ſignificat etiam diſponere, aut ordinare. vnde Caietanus legens; *Terrores Eloha ordinabunt me.* exiſtimat inſinuare; quod non eſt abſorptus ſpiritus eius paſsionibus nec deſperatus, ſed inter ſuas paſsiones, atque Dei timorem ita conſtitutus, atque diſpoſitus, vt Dei rationem habeat, atq. irreprehenſibiliter loquatur. ſed mirum, quam ſint hæc à proprietate *ordinandi* aliena. eſt enim illa ordinatio militaris, cùm ordine quodam inſtruitur acies, & milites diſpoſiti ſuis locis parantur ad pugnam. quare eadem voce dicitur Ioel. 2 *populus fortis præparatus* (ordinatus, diſpoſitus) *ad prælium*, & 1. Reg. 17. *Direxerat* (ordinauerat) *Iſrael aciem, & Philiſthiim ex aduerſo fuerant præparati.* & Pſalm. 49. *Arguam te, & ſtatuam* (ordinabo, diſponam, inſtruam ſcelerum tuorum aciem) *contra faciem tuam.* Ergo ait Iob, Premor vndique obſidentibus me malis: inſtructa acie acerrimi me dolores inuadunt; terribiles cruciatus meas vires vitamque expugnant. Deus huius exercitus mouendi, & inſtruendæ aduerſum me aciei imperator, & auctor.

Ordinatio militaris.

Ioel. 2. 5.

1. Reg. 17. 21.

Pſal. 49. 21.

V. Numquid rugiet Onager, cùm habuerit herbam? Aut mugiet bos, cùm ante præſepe plenum ſteterit?

VI. Aut poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditum? Aut poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum affert mortem?

VII. Quæ priùs nolebat tangere anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt.

1. *Variæ expoſitiones, & rationes contextus. eligitur optima.*
2. *Onager in Hebræo. illius feritas, velocitas, & aliæ notæ ex prophanis.*
3. *Onager libertatis indomitæ Symbolum. quædam ex ſacris.*
4. *Idem famis, & ſitis impatiens. multa ex prophanis, Cornelij Taciti hiſtoriographi fabula. Illuſtratus locus Iudicum. piſcis aſinus. notati guloſi.*
5. *Quid bos in ſacro ſermone. quod illorum pabulum ex Iſaia.*
6. *Quid inſulſum. Conſilia & correptio neque nimium ſalſa, neque inſulſa. de ſale multa. Inſulſi quidam ſapientes notati.*
7. *Moleſtia inſulſa. Sal paupertatis & frugalitatis ſymbolum.*
8. *Hebræa examin. rurſus de ſale, & de ouo quodam.*
9. *Correctio Vaticana. illuſtratus Salomon.*
10. *Anima in ſacro ſermone. de fame Iobi quædam. expenſa. lectio Græcorum.*

NON eſt facilis veri ſenſus, germanique contextus horum verſiculorum explicatio. Sed omnino duplex, aut triplex eſſe poterit. Primò enim quidam hæc referūt ad famem, & cibi indigentiam, quaſi diceret; Si alij dolores à me ſuſpiria, & lamenta non extorquerent, certè ſola fames clamare cogeret. neque id mihi vitio tribuendum, quod fameſcentibus brutis, condonatur onagro & boui: ſi verò poſt ſuſpiria, atque clamores, aliquid tandem cibi mihi affertur, tam eſt inſulſus, inconditus, amarus, frigidus, vt etiam fameſcenti homini ſtomachum moueat; quòd ſi ſtimulante fame, illa etiam ſumere cogor, ad quæ quondam nauſeabam, vix neceſſarius cibus mihi ſuppetit. Sed ſenſus humilior eſt, quam hominem deceat grauioribus alijs malijs exagitatum. Græci non famem ſolùm, ſed cuiuſcumque rei neceſſariæ inopiam, & extremas alias ærumnas adiungunt. 1

Prima expoſitio.

Secundo alij; Non fruſtra conqueror, nam in omnium animantium natura poſitum eſt, vt ſi fameſcant, aut aliquid mali patiantur, inarticulatis & rudibus vocibus id ſignificent. Ergo verò tam grauiter doleo, vt non clamare ſolum cogar, ſed etiam mortem expetere, quæ certè eſt mortalibus cibus inſulſiſsimus, atque amariſsimus. *Quis ergo mihi det, vt veniat petitio mea, &c.* Secunda huius interpretationis pars durior mihi videtur, & parum congruens.

Secunda expoſitio.

Tertiò: lenior decurſus huiuſmodi; Mala, & ægritudines, vocem, gemitum, querimoniam eliciunt, etiam ex brutis; neque ſolum mala grauiſsima, ſed etiam illa, quæ leuiora ſunt; nam cùm quis incidit in cibum inſulſum, aut amarum, veneno ve infectum, ſubito clamore conqueritur, atque geſtu, & gemitu illum auerſatur: niſi forte dira illum fames compellat ad ſumenda amara pro dulcibus. Me verò miſerrimum, cui grauiſsimè laboranti non licet per vos clamare, neque lamentari, cum eiuſmodi nunc acerbiſsimis doloribus & ærumnis amariſsimis paſcar, quas quondam valens faſtidiebam vehementer. Scio Græcos non contexere omnes hos verſiculos in vnam ſententiam; ſed id obſeruabimus, cum ad ſingulos ventum fuerit.

Lenior contextus.

Verſ. V.

NUmquid rugiet onager. Pro *onagro* eſt in fonte, *Phere*, fera, iumentum ſylueſtre, beſtia agri, quæcumque illa ſit, non cicur, neque domeſtica, ſed fera ſylueſtris. quo nomine Eſau vir *gnarus venādi, & homo agricola*, vel, vt Onchelus vertit, *oberrans in agris*, dicitur Geneſ. 16. *ferus homo*, id eſt, ſylueſtris, vt Onager; atque aſſuetus in ſolitudine, & campo. Latinus interpres *Onagrum* vertit, aut quòd inter feras ſylueſtres Onager ſit notiſsimus; aut verò quòd exiſtimauit interpres originale nomen eſſe ſpeciale, proptereaq. ſpeciali. Latino nomine reddendum eſſe, atq. Onagro reſpondere. neque verò omnino conſtat cuiuſmodi animal *onager ſit*: ſonat tamen aſinum ſylueſtrem

2 פרא Onager cuiuſmodi animal. *Gen. 16. 72.*

Aſia & Africa ferunt aſinos ſyluestres. *Plin. lib.8.c.45* *M.Varro.* *Virg.3.Geor.*

veſtrem. & annorum quidem greges ferorum Aſia fert, & Africa, auctore Plinio. Onagri tamen feritas indomita non eſt. nam, vt M. Varro teſtatur, Onager ad manſuetionem idoneus eſt, quòd è fero facilè manſuetus, & è manſueto nunquam rurſus ferus fiat. Feritatem etiam teſtatur, aut potius ſylueſtrem naturam, quod nonniſi venatu capiatur. quare Virgilius, vbi venaticos præcipit alédos canes, ad Onagrum prædam faciendam valere dicit.

Onagrorum velocitas. Onagros venatur Leo.

Sæpè etiam curſu timidos agitabis onagros.

Et quidem pollet Onager velocitate, ſicut plerumque timida. Sed timet in primis leonem, qui illius carnibus gaudet, ex Eccleſiaſt.13.cap. *Venatio leonis Onager in eremo: ſic & paſcua diuitum ſunt pauperes.* de qua re Albertus. *Leo onagrum odit, & venatur.* Certitates huius animalis notæ ex Oppiano hæ ſunt; *benè vngulatus*, id eſt, fortis, & robuſtæ vngulæ. *Acrem*, vel, acripes, aut celerrimus, *Alacer*, & expeditus; *Bono & moderato corpore, venuſtus*, & pulcher aſpectu; *Curſorium*, id eſt, ad currendum propéſiſſimus; *Argentei*, aut plumbei coloris. Hebræi mulos appellant *Pheredim*, proximo nomine, quos cum celeritate præſtare certum ſit, tum ex ſacris, tum ex prophanis forte erunt, quos Ariſtot. ſcribit mulos Syriæ peculiares, celeritate præſtantes, nec ſteriles, ſed ſui generis. atque hi ipſi erunt quos Plinius ſcribit, lib.8, cap.44. *Generantur ex equa & Onagro manſuefacto mulæ veloces in curſu, duritia eximia pedum, verùm ſtrigoſo corpore, indomito animo, ſed generoſo.* nam quod de Onagris Indicis alij ſcribunt, præſertim Aelianus, & Volaterranus, potius in vnicornem quadrant, quam in noſtrum Onagrum.

Onagrorum notæ. *Albert. de animalibus.* *Oppianus.* Onagri feritas non eſt indomita. Mulis Onagri affines. Muli Syriæ velociſſimi. *Plinius.* *Aelian. ex acceſſione Gillij & Volaterra.*

3 Onager libertatis ſymbolum. *Iob 11.12.*

Sed quæ de Onagro ex ſacris colligere poſſumus ad rem noſtram, hæc ſunt. Primò quidem id nomé affert in ſacris libertatem quandam, quæ velit pro libito agere & diſcurrere. & indicatur infra, cap.11. *Tanquam pullum Onagri ſe liberum natum putat.* vide etiam cap.39. atque ea effrænatæ cupiditatis procacitas indicatur, Iere.2. *Onager aſſuetus in ſolitudine in* deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui, * nullus auertet eam.* Nam dicunt libidine ardentem ſumma montium faſtigia conſcendere, ad captandam auram, refrigerandumque ardorem libidinis. sic ſcribit Albertus. Hoſeæ 8. *Onager ſolitarius * ſibi Ephraim.* Ergo argumentatur Iob a minori, etiam animantia bruta, quæ nulla ducuntur ratione, ſed impetu quodam effrænati appetitus feruntur, procacia, atque indomita, non rugiunt, aut rudunt, niſi ex cauſæ neceſſariæ ſtimulo & ſenſu; Ergo nec ſine cauſa ego conquerar, neque fruſtra ingemiſcam.

Ierem. 2.14. *Rehincha quando andaua en celos. * No ay quié le aleaye por preſo, quãdo cotei as ſus querenc. *Albertus lib. 22. de animal.* * Eſta muy ſob.e ſi, y muy hecho a ſu voluntad.

4 Onagrum rudere deficiente pabulo. *Ierem. 14.6.*

Sed præterea indicatur quidem hoc loco, Onagrum rudere deficiente neceſſario pabulo. id quod clarius docet Ierem.14. *Onagri ſteterunt in rupibus, traxerunt ventum* (rupibus attracto vento, magnaque rurſus vi reddito fit) *quaſi dracones: & defecerunt oculi eorum, quia non erat herba,* eſt enim eodem modo accipiendum, ſicut id: *In deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui*; non tam quod ventum captet, vnde femellam inueſtigare poſſit, quam quod femellam quæritans rudat. Quod autem herbam deſideret, ex Oppiano Petrus Gyllius explicat; *Onagri paſtu alantur herbarum, quas vbertim fundit terra.* Neque ſolùm famis, ſed ſitis quandoque impatientem eſſe, docemur Pſalmo. 103. *Qui emittis fontes in conuallibus, inter medium montium pertranſibunt aquæ; potabunt omnes beſtiæ agri; expectabunt Onagri in ſiti ſua.* quam certè ſæpe pati neceſſe eſt, cum in calidis, ſiccisque tantum regionibus reperiantur. Cum quo illa poteſt facere, quàm Cornelius Tacitus fabulam fingit lib.21. Iudæorum res ſcribens, aut potiùs peregrinationem in deſerto. *Nihil (inquit) æque, quam inopia aquæ fatigabat, iamque haud procul exitio totis campis procubuerant, cùm grex aſinorum agreſtium è paſtu in rupem nemore opacam conceſſit. Sequutus Moyſes coniectura herbidi ſoli largas aquarum venas aperit.* quod mendacium apud prophanos ſcriptores inualuiſſe, ex Plutarcho quoque conſtat libro 14. conuiualium quæſtionum, quæſt.5. quæ eſt eiuſmodi: *Vtrum Iudæi, quod venerentur ſuem, an quod ab eo abhorreant, abſtineant ſe eius carne, nec cæteris rationib. quod ſicut Aſinum, qui eis aquæ fontem oſtendit, colunt, ſic porcum venerentur, ſementis, & arationum doctorem.* Et paulo inferius: *A lepore temperant, quod aſini, quem maxima & occulta religione colunt, ſit hoc animal ſimillimum. nam color, aures, oculi ſupplices, triſteſque, mirè aſinum referunt.* Indeque gentes Chriſtianis impingebant, quod caput aſininum colerent: vt ſcribit Tertullianus aduerſus Gent. in hæc verba. *Cornelius Tacitus ſuperſtitionem huiuſmodi inſeruit. Is enim Iudæos Aegypto expeditos, ſiue, vt putauit, extorres, in vaſtis Arabiæ locis aquarum egentiſsimis, cùm ſiti macerarentur, Onagris, qui fortè de paſtu, potum petituri æſtimabantur, indicibus fontibus vſos: ob eam gratiam, conſimilem beſtiæ ſuperficiem conſecraſſe, atque ita inde opinor præſumptum, nos quoque vt Iudaicæ religionis propinquos eidem ſimulachro initiari.* Sed Cornelium Tacitum mendaciorum loquaciſſimum oſtendit eo loco Tertullianus, planeque huius mendacij conuincit. ſimiliterque illum imitatus Minutius fœlix in Octauio. cuius quoque rei meminit Ioſephus libro 2. contra Appionem, atque facete reſpondet; *Sunt apud nos aſini, quod apud alios ſapientes viros, onera impoſita portantes.* & nonnulla alia in hanc rem Petrus Crinitus, libro 1. de honeſta diſciplina. cap.9. An verò cum hac aſinorum ſiti hiſtoria conſentiat, Iudicum 15. cum Samſon ſitiens valde, propeque enectus, poſtquam aſini mandibula illa proſtraſſet Philiſthæos, obtinuit à Deo ex illa ipſa mandibula aſini, qui ſitis impatientiſſimus eſſe ſolet, potum copioſum, remedium è re proxima & cum ſibi cognata, aut potiùs contraria præſtante Deo? Certè ſic videtur; ſic enim legimus: *Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla aſini, & egreſſæ ſunt ex eo aquæ, quibus hauſtis, refocillauit ſpiritum, & vires recepit: idcirco appellatum eſt, nomen, loci illius, Fons-inuocantis de maxilla.* A fame quoque, & auiditate cibi dictum videtur, quod ex Ariſtotel. affert Clemens Alexandrinus lib.2. Pedag cap.1. piſcem, qui aſinus dicitur, ſolum ex alijs animalibus habere cor in ventre. hunc Epicharmus comicus, vocauit *Ectrapelogaſtron*, hoc eſt, qui à communi ventris conſuetudine diſcedit. taleſque

Oppianus ex acceſſione Gyllij. *Pſal. 103.10.* Onager ſitis, & famis impatiens. *Cornel. Tacit.* *Plutarch.* *Tertul. aduerſ. gentes. cap.16.* Corn. Tacit. mendaciſſimus. *Min. Fœlix.* *Ioſephus.* *Petrus Crinit.* *Iudic. 15.19.* *Clemens Alexandr.* Guloſi quib. ſimiles. Εκτραπελογάστωρ.

Sal cõdimentum pauperũ.

ærumnarum cõdimentum expetam. Sal enim tenuiſſimum, maximeque neceſſarium, & naturale palati irritamentum eſt, & paupertatis atque frugalitatis potius, quam voluptatis & luxus ſymbolum. nam

Horat. lib. 2. Carm. Ode. 16.

Viuitur paruo benè, cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum.

Varro. Plin. lib. 31. cap. 7.

Indeque priorum ſæculorum frugalitatem omnis luxus expertem Varro, & Plin. teſtatũ eſſe voluerunt, quòd veteres pulmentarij vice ſale vſi fuerunt, eſitarintque ſalem cum pane & caſeo. cum quo ſenſu facere etiam poſſunt quæ ſequuntur.

Veterib⁹ pulmentariũ ſal.

8

Diſſenſio Hebræi & Græci à Latino. R. Dauid. R. Leui. Pagnin. Chaldæus.

Aut poteſt aliquis guſtare. Hebræa, Græca, Latina hac in parte valde diſſentiunt. iuxta Hebræum R. Dauid, R. Leui, Pagnin. Regia, Chaldæus, & alij Hebraizantes legunt; *Aut eſt ſapor in ſaliua*, vel, *in albumine oui*, aut, *vitelli*. vox enim originalis (*Rir*) propriè ſignificat ſpuere, & inde ſputum, vel ſaliuam; & *Calamuth*, craſſum, vel denſum, à (*Chalam*) quod periti exiſtimant eſſe propriè incraſſari, aut condenſari: indeq; exiſtimant eſſe ſomniare. quæ ſignificatio noſtro interpreti familiariſſima eſt; quòd ſomnia & ſomnus ex incraſſatis vaporibus fieri ſoleant. Hinc ſenſus; Nunquid eſt ſapor in ſaliua craſſa, vel in albumine vitelli? nam quod liquidum & pellucidum inſtar ſaliuæ in ouo eſt, illud eſt albugo, quod autẽ craſſius, & denſius eſt vitellus. ſicut ergo albumen, aut vitellus, aut verò ouum, quantumuis per ſe alimẽti præbeat, lacteum, temperatiſſimum, ad nutriendum aptiſſimum, atque minimè excrementoſum, tamſine ſale aceſcit, & mouet ſtomachum, adeo vt ſine ſale ouũ infauſtum, atque ominoſum aliquid ſignificet; fortè etiam dæmoniacum, atque mortalium vitæ & incolumitati infeſtũ & inimicum. vnde apud noſtrates vulgari prouerbio iactatur. *Alla vayas mal, donde comen el gueuo ſin ſal.* Quam rem à maleficis ſtrigibus deſumptam eſſe Bernardinus Gomeſius ſuo illo erudito de ſale opere docuit: experientia quippe, & multarum lamiarum confeſſione compertum eſt, dum aliquando Dæmones opiparam menſam inſtruunt ſuis conuiuijs, ſalem nũquam apponere (non enim amicitiæ illa menſa eſt) tum etiam oua ſine ſale edenda proponere. cibum videlicet inſulſiſſimum atque ingratiſſimum. Ergo argumentatur Iob a minori, Si nemo non eſt, qui in ouo lacteo per ſe, & delicatiſſimo nutrimento ſalem, ſaporemque non quærat, iniquè aduerſum me ſtomachamini, qui non delitias & cupedias, non delicatiſſimorum ciborum ſalſamenta, ſed malorum meorum condimentum aliquod requiram. Hebræus apud Caietanum ſic legit: *Nunquid eſt ſapor in ſaliua ſanitatis?* nam dicunt etiam radicem originalem (*Chalam*) ſignificare ſanitatem, aut roborationem quandam, quæ cum illa craſſitudine coniuncta eſt. at R. Mardochai ait ſignificare pinguedinem, deindeque vitellum oui, quòd ſit pinguis, aut ſanus. totam itaque rem hanc Caietanus refert ad tritam illam Philoſophiam, quòd in ſenſu intus exiſtens prohibet extraneum: ita vt lingua, & guſtus birioſus, & amareſcens, omnia efficiat amara, ſiue quæ percipit, ſiue quæ ſpuit: ſaliuam autem hominis ſani oportet nullum ſaporem habere peculiarem. Ego igitur, inquit Iob, cùm ægrotem vehementer atque amariſſimam habeam animam, cor, palatum, linguam, nihil mirùm, ſi billioſa expuã, ſi à maioribus lamentis ingemiſcam, ſi vobis videar nihil niſi amarum & acidum euomere. nam * felleus cùm ſim totus, iniquè à me requiritis dulciora verba. illud certè requirite ab homine ſano: nam non eſt ſal, non eſt amaror in ſaliua ſanitatis; non eſt, cur qui ſanus ſit acida, acerba, bilioſa proferat. Poſſet etiã hoc retorqueri in ipſos amicos, qui propterea quòd in Iobũ malè affecti eſſent, & plus quàm expediret indignarentur, Iobi verba & oratio illis videretur amara iuxta illorum linguæ amaritudinem. Fortè illud etiam accommodatum, & ad vocẽ Hebræam, & ad rem ipſam: vt prima vox, ſaliua, ſumatur pro liquore, & ſecunda pro ſopore, aut ſomno, vt ſit ſenſus, Poteſt aliquis ſumere liquorem mortis, aut ſomni? id eſt, mortiferam potionem. Sed Latinus interpres vocem illam, *chalamuth*, nõ pro ſimplici vocabulo accepit, ſed pro duplici; videlicet priorem partem deducens à radice, (*Chul*) quod eſt dolere, aut (*Chalam*) quod eſt interficere, vel venire, aut afferre dolorem, & mortem. Secundam verò à (*Muth*) quod eſt mori. ſaliuam verò pro guſtandi inſtrumento accepit, atque dilucida paraphraſi ſententiam totam ſapienter illuminauit; Quis poſſit ſine ingenti animi commotione, & ſenſu helleborum bibere, aut ſumere cicutam? imò quis venenatum poculum delibare? Cùm verò calicem mihi propinet Deus exhauriendum, mortifera, atque amariſſima potione plenum, mihi per vos non cõqueri, non mutire licet, non timere, non horrere horrificum poculũ? vel, *mors* eo loco amaritudinem ſignificet, vt 4. Regum 4. propter amariſſimas colochintidas, *mors eſt in olla*. Morior ergo (inquit Iob) & non dolebo? non ingemiſcam?

Ouũ ſine ſale infauſtum & ominoſum.

Bernardinus Gomeſius.

Caietanus.

Rab. Mardo.

ריר
חלמות
הלמ

* Eſtoy hecho de miel, y pedisme que no eſcupa amargo.

חיל
חלמ
מות

Mors pro amarore.

4. Reg. 4.

9

Hic præterire non poſſumus (ne quid de induſtria prætermiſiſſe videamur) pleraque Biblia, hanc præcedentem ſententiam ſubnectere. *Animæ enim eſurienti, etiam amara dulcia eſſe videntur.* quę ſententia omnino deeſt in hebræo, & Gręco, proptereaque coniectura eſt ex gloſſa interlineali, aut ex margine irrepſiſſe in textum. & obſeruarunt quidem Biblia Plantiniana in hunc locum tranſlatam eſſe ex cap. 27. Prouer. vbi his verbis effertur apud Septuaginta Vaticanos. *Anima, quæ in ſaturitate eſt, fauis illudet: animæ autem egenti etiam amara dulcia videntur.* quamquam Caietanus, alijque interpretes, *eſurienti* legerint. Vulgatus autem; *amarum pro dulci ſumet.* ſententiam igitur hanc, vt ex eorum commentarijs conſtat, hic non agnoſcunt D. Hieronymus, Philippus, Beda, D. Thomas, Titelmãnus, Iſidorus Clarius, & illam tandem expunxit correctior nunc lectio Vaticana. Sed cùm illam D. Gregorius, & plerique Latini habuerint, potuit cõmodus aliquis nexus cum reliquis reperiri, vel vt præcedentis ſententię reſtrictio aliqua eſſet; Nemo (inquit) volet

Prou. 27. 7.

LXX. Vaticani.

Caietanus.

Hieronym. Philipp. Beda. D. Thom. Titelm. Iſid. Clari. D. Gregor.

amarum ſumere, niſi eſuriat: eſurienti enim etiam lapides dulceſcunt. vel, vt coniungatur cum ſequentibus, Amareſcunt hæc mihi, ſed non ideo non arripio, neque non ſumo tam auidè, quam ſi dulciſſima eſſent; nam quæ quondam faſtidiebam, nunc buccis ambabus comedo, & pleno ore exorbeo. vel, ita ſum grauiſſime affectus, vt iam libenter, & auide amariſſima quæq; ſumerem, & pro dulcibus reputarem; nam me, ſuprà omnem amaritudinem acerbiſſima premunt mala.

10 *Quæ prius nolebat tangere anima mea.* Anima cùm ad famem refertur, ventriculi voracitatem, edendi appetentiam, ingluuiem ſignificat. exempla obuiam, Pſal. 77. *Cum peterent eſcas animabus ſuis.* Et iterum: *Miſit ſaturitatem in animas eorũ.* Deut. 24. *Non accipies loco pignoris inferiorem & ſuperiorem molam, quia animam ſuam* (vnde victum ſibi comparat; vnde viuit & comedit) *appoſuit tibi.* Septuag. *Quia animam iſte pignerat.* Ait ergo Iob, Nauſeabam ego quondam ad huiuſmodi ærumnas: mouebant mihi ſtomachum ſqualor, paupertas, vilior cibus, vlcera, ſanies, vermes: nunc verò his ipſis abunde paſcor, atque huc vocari poteſt Pagninus, & aliorum Hebraizantium ex fonte lectio. *Quæ prius renuebat anima mea tangere, ſunt* * *veluti ægritudines carnis meæ.* Alius quoque ſenſus indicatur à Vatablo; *Quæ quondam horrebam, iam mihi tam intimè adhærẽt, ſicut cibus in ipſa viſcera inditus, & ſicut ipſæ ægritudines, quæ viſcera mea occupant.* vel exaggerat quidem ſuos dolores hac ratione; vix mihi perſuadere potuiſſem, parem me exiſtere poſſe his malis & quotidianis cruciatibus perferendis; vt iam videri poſſim mihi ipſi delicatè vixiſſe, cùm nunquam delicias conſectatus fuerim. Quod ſi etiam ad inſulſiores amicorum ſermones reſpiciat; Audire nunc cogor atque deuorare importuna conſilia, quæ quondam ſanum delicatiſſimum meũ palatum profectò faſtidiret. quanquam hic ſenſus omninò diſpliceat Gregorio. *Abſit* (inquit) *vt vir ſanctus aliquando amicorum ſuorum dicta deſpexerit, qui & ſeruus humilis fuit.* Philippus econtra ad ſua ipſius verba; Quæ nunc loquor, quondam non auderem neque ore contingere, ac ne cogitare quidem; ſed illa nunc à me doloris vis extorquet. denique D. Thom. & Clarius, de morte accipiunt, vt cohæreat cum ſequẽtibus, Quondam de moriendo non cogitabam, cùm tranquilla & iucunda vita fruerer, ſed nunc præ anguſtia, nihil niſi mortem cogito. nam is eſt tribulationis effectus, vt vitam hanc reddat nobis infenſam, atque de meliori alia conſequenda, deque bono mortis cogitationem nobis inijciat. nunquam enim de relinquenda Aegypto, & quærenda terra promiſſionis cogitaſſent Iſraelitæ, niſi vexati ab Aegyptijs, atque Pharaonis tyrannidem experti. Secus ij, cum quibus bene agitur, de quibus ſcriptũ eſt: *Non eſt reſpectus morti eorum.* (Hieron. *Non cogitant de morte ſua*) & (quia) *firmamentum* (non eſt) *in plaga eorum*, id eſt, quia nec valdè longis, neque valde acerbis malis afficiuntur.

Anima ad famem relata.
Pſal. 77. 18.
Deut. 24. 6.
LXX.
Pagnin.
* Como eſto que abora padezco, era delo q̃ en otro tiempo hazia yo aſcos.
Vatabl.
Gregor. lib. 7. cap. 7.
Philip.
D. Thom.
Iſidor. Clar.
Tribulationes afferunt cogitationẽ mortis.
Pſal. 72. 4.
Hieronym.

Alij iuxta Hebræum priorem partem abſolutè referunt ad præcedentia; *Renuit tangere anima mea*; deinde verò ſecundam, *nunc anguſtiæ cibi mei ſunt.* Septuag. ſic legunt: *Non poteſt ceſſare ira mea.* (Auguſt. anima mea) *fœtorem enim video eſcas meas, ſicut eſt odor leonis.* Ambroſ. hanc lectionem habet. *Non poteſt enim mea quieſcere anima. Fœtorem namq; video cibaria mea, ſicut odorem leonis.* Quod ſic explicat Chryſoſt. *Vel cùm Iobus cruciaretur fame, velletque cibum ſumere, ita defluente ſanie, & halitu fœtido, qui è corpore miſcebatur, cibum infici, vt omnino nihil guſtare poſſet.* Rectè verò leonis odoris mentio fit, nam, vt Chryſoſt. ait: *Teterrimi eſt odoris bellua hæc, & cùm ſit natura inſatiabilis, alia quadam ratione etiam fecit Deus cæteris beſtijs flagitioſiorem; Ferunt etiam huius ipſius beſtiæ reliquias, à cæteris animãtibus reſpui omnino, ob grauem in eas inſpiratum odorem, qui ex illius corpore exhalatur.* Cuius rei auctores quoque ſunt Ariſtotel. Plinius, & Aelianus. ſed Plinius præſertim lib. 11. cap. 53. de animalium halitu diſſerens; *Anima* (inquit) *leonis virus graue, vrſi peſtilens. Contacta halitu eius nulla fera attingit: citiuſque putreſcunt afflata reliquis.* Hinc illud apud Plaut.

Vt ego hunc proteruum leonem Getulum olentem edentulum.

Hanc quoque cauſam quidã aſſignant, quod ipſe leo nunquam redeat ad id, quod ex prædà reliquit. licet veriorem aſſignet Philoſtratus, quod videlicet propter ſuperbiam dedignetur reliquias attingere, qui poſſit nouam, & integram prædam rurſus venari. Iulianus quoque in Catena huiuſce rei cauſam non in morbo ſolum, ſed improbi etiam Dæmonis opera conſtitiſſe exiſtimat. *Hic enim* (inquit) *Deo inuiſus odoris ſæpenumero afflare dicitur fœditatem.* Sed de hoc diximus aliquando.

LXX.
Auguſt.
Ambroſ.
Chryſoſt.
Ariſtotel.
Plinius.
Aelianus.
Halitus leon.
Plaut. in Menech.
Philoſtrat.
Iulian.
Vide c. 2. in enumeratione morborum Sectione 9. n. 3. & c. 3. v. 24. n. 3. 4.

VIII. Quis det, vt veniat petitio mea, & quod expecto, tribuat mihi Deus?

IX. Et qui cœpit, ipſe me conterat, ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me.

1 *Verbalia ſeu abſtracta nomina non ſemper ſententiam amplificant.*
2 *Incipere, & conterere quid.*
3 *Manus quid. quid ſoluere.*
4 *Succidere vehemens in Hebræo verbum. Auaritia pro cuiuſcunq; rei inexplebili cupiditate. Illuſtratus Iſaias.*
5 *Dei benignitas, cùm flagellat, penitus non conterit.*

1 PEtitio mea. Quod ſummis votis expeto. *Et quod expecto.* diſſoluit Hebraiſmum. Septu. *Spem*, aut expectationem *meam det mihi Deus*, id eſt, quod auidiſſimè expeto, anxiè, ſollicitè, intente. fortè etiam non ſemper nomina hæc verbalia, ſeu abſtracta, afferunt vim peculiarem, ſicut apud Plautum, ſeruus ait.

Ibo intro, ne dum abſim, multæ fortitio fiam.

Id eſt, mulcta mihi ſorte obtingat. & idem.

Sume tibi optionem Leonidam.

Videlicet militem, qui optatur, & in rem legitur. qua etiam ratione apud Petronium.

LXX.
Nomina verbalia frequẽter, non ſemper vim adducunt.
Plaut. in Milit.
Plaut. in Aſinaria.

Petrapim.

Quid an amoris alieni conceſſio?

videlicet, qui alteri conceſſus ſis. Sic *petitio*, & *expectatio*, quod petitur, & expectatur. a Deo, hoc loco, *ab vicali*, iudice æquiſſimo, remedium ſibi adhiberi poſtulat, ne quid iniquum, aut contra ius faſque poſtulaſſe videatur.

2 *Et qui cœpit.* Hæc eſt ſumma petitionis ſuæ; vt qui me ſemel cōterere cœpit, penitus me conficiat, neque me longiori ſupplicio excruciet. Quod verò hic, & alias transfert Vulgatus *incipere*, Hebræi dicunt ſignificare, *velle*, nempe primum illum actum voluntatis, complacentiæ, beneplaciti, quo homo ſe applicat ad id, quod vult exordiri. de quo vide Burgenſ. addit. 3. ad ca. 2. Exod. & addit. 2. ſuper 4. Reg. 5. Verbum autē *conteri culi*, eſt, idem, quod ſupra. c. 4, *conſumēntur velut à tinea.* & infrà. c. 22, *Lacertos pupillorum comminuiſti.* Cui igitur (inquit Iob,) meæ ærumnæ ſemel placuerūt, opto vt ſemper placeant; cupioq. non ſolum illi placere æger & dolens, ſed mortuus etiam. qui igitur * volens me conſumere cœpit, (quod in me eſt) perficiat tandem.

יאל
Incipere in hebræo quid
Burgenſ.

Conterere quid.

* Si de mis males guſta acabeme, y por mi no quede.

3 *Soluat manum ſuam.* Philippus *manum*, hoc loco ait eſſe diuinam poteſtatem, qua omnē creaturam continet. ſicut infra dicitur, cap. 12. *In cuius manu eſt anima omnis viuentis*, de qua etiam *manu vulnerati dormientes repulſi ſunt.* hanc igitur ſolui exoptat, vt ab ea decidens, cadat in temporalem mortem, in hanc ſententiam; Ne me contineat manu ſua, & quod ad vitā hanc pertinet, me dimittat, *no me tenga de ſu mano.* Sed nō quadrat verbo originali, *ſoluendi* (*Nathar*) quod eſt propriè diſſoluere. vnde dicitur Pſal. 148 *Dominus ſoluit compeditos.* & Iſa. 58. *Solue faſciculos deprimentes*; eſt verò ita diſſoluere, vt liberum ſit, vel pedibus, vel ſoluta manu vti, quare illum locum Pſalm. legimus ex fonte. *Dominus exilire facit compeditos.* eſt enim idem verbum, Leuit. 11. *Crura, per quæ ſalit ſuper terram.* * *Soluat igitur manum ſuam*, nō ſe gerat erga me inſtar hominis abbreuiatam, aut colligatam habentis manum, & impeditum brachium, ſed libero expeditoque brachio me confodiat. Quamuis autem ſua vulnera in Dei poteſtatem, & brachij diuini robur referat, ſed ſubolfacit quidē manum & poteſtatem ſe percutientis ligatam eſſe, neque penitùs liberam, id quod veriſſimū eſt, nam non eſt facta integra dæmoni poteſtas perdendi Iobum, cùm dictum eſt illi: *Ecce in manu tua eſt, verum tamen animam illius ſerua.*

Philip.

Manus quid.
Iob 12. 10.
Pſal. 87. 6.
נתר

Soluere quid proprie.
Pſal. 145. 7.
Iſa. 58. 6.
Leuit. 11. 12.
* luego largo de ſu eſpada, y echetrafos, y reueſes à plazer, ſin encogimiento, ni laſtima.

Iob 2. 6.

4 *Et ſuccidat me.* Philippus, alijque Latini exiſtimant, *ſuccidendi* verbum tranſlatum eſſe ab arboribus, quę ſucciduntur, aut conuelluntur ex terra. Ita vt ſe Iob arbori compareret, quæ dum viuit, hæret fixis terræ radicibus. quæ tranſlatio licet alijs in locis frequētiſſima ſit, ſed præſenti non congruit; nam verbum (*Bathſag*) ad infligendum vulnus pertinet, & inexplebilem cupiditatem, atque immanem auiditatem vulnerandi, & humani ſanguinis profundendi affert, aut cuiuſcunque alterius operis perficiendi. & in genere, auaritiam, & lucri cupiditatē & ſacram famem importat; quæ ad res alias transfertur. Ezech. 22. *Auare* (cupide, auide, inexplebili deſiderio) *proximos tuos calumniabaris*, Iſa. 10. *Cùm impleuerit* (*Iebatſagh*, auide & deſideranter quaſi in lucrum ſuum inſiuans, inſtar auari & cupidi hominis perficere aliquid cupientis) *Dominus cuncta opera ſua.* Ait itaque Iob; potentiæ ſuæ vires exerceat in me penitùs concidendo, & perdendo Deus; breui, citò, celeriter, auidè me concidat, & abſumat, quaſi ex mea morte ingētem ſibi lucrum reportaturus; ſi ſuæ gloriæ cedit, me conficere, vtinam id ſtatim faciat, atque * *magnificetur in corpore meo Deus ſiue per vitam ſiue per mortem.*

Philip.

בצע

Auaritia pro cuiuſque rei auiditate.
Ezech. 22. 12.

יבצע
Iſa. 10. 12.

Philip. 1. 20.
* Gane el hōrra, y queſteme a mi la vida.

5 Obſerua videri Iobum dubitare de ſua morte: atque cum letaliter ſe affectum multis vulneribus planè ſentiat, opus tamē eſſe precibus vt velit Deus illum tollere, agnoſcit enim Dei benigniſſimi ingenium, qui cùm incipit, non penitùs conterit; facileque ab incepto vulnerandi, & affligendi deſiſtit, appoſitus eſt in hāc rem Iſaiæ locus, ca. 10. nam cùm Aſſyrium immitteret ad ſuum populum flagellandum tantùm, ſed minimè conterendum, longè diuerſum hoſtium animum quā ſuum eſſe exponit. *Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum, furoris mei mandabo illi: ipſe autem non ſic arbitrabitur, & cor eius non ita exiſtimabit, ſed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucarum.* Quare fieri non poteſt, quin in medijs ærumnis, bene de Dei bonitate, deque ſua incolumitate ſperet.

Dei benignitas in medijs flagellis.

Iſa. 10. 7.

X. Et hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat, nec contradicam ſermonibus Sancti.

1 *Mortis poſtulatio. Affligere in Hebræo quid.*
2 *Dolor, & dolere ex Hebræo. Illuſtratus Iſaias.*
3 *Parcere quid apud ſacros & prophanos. Moribundi hominis miſertus Deus. Mors peccati remediū. Explicati Moyſes, Samuel, Paulus.*
4 *Quid contradicere. Quis mortis ſtimulus apud Paulum. Iuſto non formidanda mors.*
5 *Sanctum Dei nomen, quid propriè. Fideles quondam appellati Sancti.*
6 *Lectio, & expoſitio Sept.*

1 OBſeruanda viri patientiſſimi petitio, nō vt ab ærumnis liberetur, ſed vt in illis iacens extremum claudat diem, dum tamen id ſine vllo ſuo peccato fiat. quare incrementum dolorum & ægritudinum petit, dum modo mortis ſpem certiſſimam concipere poſſit. id enim ſignificat illud. *Affligens me.* videlicet recentibus alijs malis. Illud verò *affligendi* verbū, (*Salad*) hoc tantum loco reperitur, quod Hebręi dicunt idem eſſe, quod vrere, aut incendere. Ita R. Dauid, & R. Mardochai, qui legunt: *vram me in dolore.* & etiam ſi exurar, perferam lubens, dum modò moriar. idem etiam vertūt paulò mitius, * *Calefaciam me in dolore.* atque referunt ad quandam languentis recreationem, quaſi diceret, Hac ſpe moriendi certiſſima incaleſcerem, refocillarer, confouerer. R. Abraham; *Si interfecerit me Deus, ſubſiliā*, exultabo præ letitia. R. Moyſes: *Roborabo me in infirmitate mea.* corfortabor, fractus licèt conſolideſcam, non

Oratio viri ſanctiſſimi precantis mortem.

Affligere.
סלד
R. Dauid.
R. Mardoch.
* Si eſtuuieſſe cierto que dios me quiere acabar, por mas tormentos que me dieſſe, en traria en calor, y cobraria animo, q me falta para biuir.
R. Abraham,
R. Moyſes.

concipiam animo metum mortis, imò verò certa illius expectatio ingentes mihi faciet animos, & quem habeo fractum, & diffluẽtem, colliget atque roborabit. Alij vertunt per implorare, aut obſecrare; *Orarem*, aut *orabo in dolore meo*, id eſt, doloris incrementum peterem, & acerbiores cruciatus. *Tygurina.* Tygurina; *Terreſiam agrotatione.* Sed ignoratur, vnde illam ſignificationem terroris deprompſerit, & tandem, quiſq; illam ſignificationem ſtatuit, quę videtur huic loco conuenientiſſima, cùm ex alijs locis propriæ & germanæ coniectura fieri non poſſit. Integrum ergo fuit noſtro interpreti verbo *affligendi*, reddere, quod cum præcedentibus videretur optime cohærere.

2
חיל
Dolor qud.

Dolor vero eſt, a radice (*Chul*) eſtque dolor quaſi parturientis, quare agnoſcit quidem Iob ſuos dolores ſalutares eſſe, id eſt, qui ſibi ingens ſpirituale bonum, atque etiam incolumitatem parituri ſunt; tum etiam qui clamare illum compellant, & orare Deum, nihil verò iniuriæ aduerſus numen effutire, ſicut per hác ipſam vocem *dolendi, & parturiendi* dictum eſt, Iſa.26. *Sicut quæ concepit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis; ſic facti ſumus à facie tua Domine, concepimus & quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis.* quamuis parturientibus, propter dolores ſummos, quibus cruciamur, ſimiles ſumus, ſed tamen nihil ſpiramus aut proferimus, niſi ſaluberrimum ſpiritum, qui Deo atq. hominibus gratiſſimus ſit. nam dolentes Deo gratias agimus, flagellati illum obſecramus, maledicimur, & benedicimus. hunc autem morem dolendi, & clamandi ad Deum inſtar parturiẽtis affectum, non ſolùm nulli vitio tribuit ſcriptura, vt potius ingentis ſtupiditatis illos damnet, qui dolentes nõ clamant, neque parturiunt ſalutarem ſpiritum; ſicut Ierem.5. ab hac eadem voce dictum eſt, *percuſſiſti eos, & non doluerunt*, id eſt, nõ parturierunt, neq, inſtar parturientis, clamarunt diuinam opem cum gemitu implorantes.

Iſa.26.17. LXX.

Stupor in malis damnatur

Ierem.5.3.

3
Parcere commiſeratis eſt.
Cic.4. in Cat.
1.Reg.15.29.

Non parcat. Afferre ſolet *parcendi* verbũ quendam pietatis, & commiſerationis affectum, quam etiam habet apud Latinos, dicente Cice. *Mihi, & rebus meis parcere deſinite*, 1.Reg.15. aduerſus Saulem, qui ſtulta quadam pietatis commiſeratione ductus viuum ſeruarat Agag Regem, & *melioribus ouibus, & armentis pepercerat.* Scriptum eſt: *Porrò triumphator in Iſraël,* * *non parcet, & pœnitudine non flectetur, non enim eſt homo, vt agat pœnitentiam.* in eandem rem dixit Paulus, 1.Corinth.7. Cùm permanendi in virginitate conſilium daret: *Si nupſerit virgo, non peccauit; tribulationem autem carnis habebunt huiuſmodi. ego autem vobis parco.* quaſi, veſtri commiſeratione tactus: namque eſt ſtatus coniugatorum cum multis curis, & ſollicitudinibus coniunctus. Ait itaque Iob: * *Non parcat.* nulla mei miſeratione tangatur. Vides vt in medijs ærumnis agnoſcat Iob Deum miſericordem, atque parcentem, atque manum ex miſerrimi hominis iam iam morituri iugulo retrahentem? non enim eſt voluntatis illius, hominis mors, qui poteſtatem occidendi inimico denegat; qui defunctum hominem profuſis lachrymis proſequitur, qui ad funus & feretrum adoleſcentis miſericordia mouetur. quem diuinæ pietatis affectum expreſſit Paulus, dum de Epaphrodito morbo grauiſſimo loquitur: *Infirmatus eſt* (inquit) *vſque ad mortem, ſed Deus miſertus eſt eius, non ſolùm autem eius, verùm etiam & mei, ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberem.* Itaque Iob infirmatus vſque ad mortem Deum orat, ne ſui miſereatur, ne parcat: nam commiſeratio hæc eſt cum ſumma ſuarum pœnarum acerbitate coniuncta. potiùs ergo illam Dei miſericordiam exorat, non quæ ab infligendo mortem abſtineat, ſed quæ mortem infligat. qua erga Adamum quoque vſus eſt, cum illum è paradiſo eiecit; *Ne fortè* (inquit) *ſumat de ligno vitæ, & viuat in æternum.* præſtaret enim illi facilis quædam mors, quam ærumnoſiſſima, productiorque vita: quare vt ſententiæ illius acerbitatem leniret Deus, (*In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*) obſeruat Chryſoſt. mortis terminum præſcriptum eſſe tantis ærumnis, cùm ſubiunxit: *Donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es.*

* Triſiphaſte y tuyſte laſtima del Rey vencido: Dios triumphara de ti ſin duelo ni laſtima
1.Cor.7.28.

* No ay que tener laſtima de matar me ſino de ver me penas y viuir.
Dei cõmiſeratio in extremis mortalium ærũnis.

Iob c.8.6.
Ioan.11.35.
Luc.7.14.
Philip.2.27.
Moribundi hominis miſericordia tactus Deus.

Mors peccati remedium.
Gen.3.23.
Quorſum Ada pulſus e paradiſo.
Gen.3.19.

4
Aſſumica.

Nec contradicam ſermonibus ſancti. Hoc quidam ad deprecationem mortis referunt; Deo non reſiſtam precibus, ſi me extinguere voluerit: imo pro magno beneficio ducam. non valdè accommodatè ad verbum *contradicendi.* Lenior ergo, & grauior ſenſus; Si moriar, liber & ſecurus à peccandi metu euadam; ſic nunquam Dei præceptis contradicam. valde enim mihi, atque meæ imbecillitati, quàm tot cruciatus & dolorum tormenta quatiunt, timere debeo ne me a ſanctitate, & nunquam Deo contradicendi ſtudio deijciant. Eſt autem (*Cachad*) ita contradicere, vt id cui contradicitur, negetur, deleatur, abſcondatur, ne appareat, ne audiatur, ne videatur. quare alij vertunt. *Non negabo, non abſcondam ſermones Sancti.* alij in præterito; *non negaui*, non abſcondi; Adhuc (inquit) non peccaui, nollem ab hac vitæ innocentia recedere, aut retrahi vi dolorum, vel, acerbiores etiam cruciatus poſtulo, qui me cõficiant; nulli enim poterunt efficere, vt Deo repugnem, vt non æquus, & patiens de illius manu mortem excipiam: quidquid illi collibitum fuerit, quidquid de me ſtatuerit, diſpicere mihi non poterit. vel; Qui ita vixerim, vt Dei præcepta abnegauerim nunquam, non eſt cur non mortem precari poſſim, optare, expectare; non eſt cur timere illam debeam: *Stimulus enim mortis peccatum eſt.* ſi quid venenatum in morte ſit, ſtimulus eſt, cuſpiſque iaculi tincta veneno mortifero. Hoc ego non perſentiam, qui nunquam contradixerim ſermonibus Sancti. Tum etiam, qui aditum & viam patefecit egredienti ſpiritui, & morti ingredienti, ingenti vulnere aperto, peccati ſtimulus fuit; ſi verò mors econtrà, nunc peccato viam & aditũ occludit. Moriar itaque, vt nunquam *contradicam ſermonibus Sancti.* Præterea; *ſtimulus mortis*, qui mortem ſtimulat, & pungit remorantem, *peccatum eſt; per peccatum* enim ſtimulans & pungẽs vt gradu acceleraret, *mors introiuit in orbem terrarum*, nam *impij* fugientem illam, aut certè remorantem, *manibus & verbis accerſierunt, & ſponſiones poſuerunt ad illam*: nunc ad virum iuſtũ ſegnis

Contradicere.
כחד

1.Cor.15.55.
Sap.2.24.
Sap.1.16.

accedit,

Mors ſegnior accedit ad virum iuſtum.

accedit, poſtulata, expectata, exorata; non enim valde opimam prædam, ex viro iuſto ſibi pollicetur. Orat igitur vitæ, & mortis auctorem, vt renuentem & moras trahentem mortem aduocet; hancq́, æ ūnnoliſſimam vitam iſtam ſuam tandem permutat. Demq; illud non eſt inelegans; Tam longè abſum, vt Deo me flagellanti contradicere velim, vt mortem, 4 quæ in hac me ſententia, & voluntate fixum, confirmatumque occupet, optem, & orem. cadunt ſenſus iſti omnes in pijſſimam hanc ſententiam.

5 Sed cùm ſuæ ſanctitatis, & vitæ innocentiæ mentionē facit, aptiſſime Deum nominat *Sanctum.* quod nomen Deo per excellentiam conuenit. Hebraicè (*Kados*) quod nō tam ſignificat à communi aliorū Deorum falſitate alienum, & ſeparatum (vt quidam exiſtimarūt de arcanis Dei nominibus differentes) quam ab omni immunditia, vitio, labe purum, incontaminatum, caſtum, ſeparatum, atque adeò ſanctum præ cæteris. Quam ſuam excellentem ſanctitatis munditiam, & puritatem ſæpe commendat Deus, cùm præcipit, non niſi ſancta, & pura, atque munda ad ſe accedere. Iſaiæ. 65. *Non appropinques mihi, quoniam immundus es.* id quod potiſſimum a ſacerdotibus, qui familiariter cum illo agunt, requiritur. Leuit. 21. *Sancti erunt Deo ſuo.* id eſt; expedit, non niſi ſanctos & mundos ad Deum Sanctum accedere. Vim quoque nominis, & quid Deus a nobis requirat expreſſiſſe videtur Moyſes Deut. 32. *Deus iuſtus, & abſque vlla iniquitate, peccauerunt ei, & non filij eius in ſordibus.* Hinc *Sancti* dicebatur initio Eccleſiæ quos aqua Baptiſmi abluerat, & ſanctificarat. *Mundum* igitur ſe Iob, atq; *ſanctum Deo ſuo Sancto* optat: atque exiſtimat fore, vt minus lædatur à morte, quàm à vitæ ſordibus. Decumbens ergo in ſuo illo ægritudinis lecto ait, *Laui pedes meos,* vereor ne, ſi ſurgam, redeamque ad vitæ negotia, iterum *inquinem illos.*

Sanctum Dei nomen. קדוש

Montan. de arcano Serm. c. 2

Iſai. 65. 5.

Leuit. 21. 6.

Sacerdotum Sanctitas.

Deut. 32. 4.

Sancti appellabatur quōdam fideles.

2. Cor. 13. 12.

Cant. 5. 3.

6 Illud tandem indicandum, totius huius loci ſententiam apud Septuaginta longe eſſe diuerſam. *Qui cœpit, vulneret me: in finem autem ne me tollat; ſit autem mea ciuitas ſepulchrum; ſuper cuius muros ſaltabam ſuper eam. non parcam, non enim mentitus ſum verba ſancta Dei mei.* cuius hæc erit ſententia ex Chryſoſtomo, & Niceta; Illud mihi ad ſolatium ægritudiniſque medicamentum erit ſatis, ſi nō ſinat me diuturnioribus in finem ſupplicijs cruciari; & ſi in ipſa mea ciuitate mori, atque humari mihi contingat, in qua quondam cum voluptate verſabar; neque hæc quæ ſentio, ſilentio premam: nam qui non mentiar, libera poſſum oratione vti.

LXX.

Chryſoſt. Nicetas.

XI. Quæ eſt enim fortitudo mea vt ſuſtineam? aut quis finis meus vt patienter agam?

1 *Quatuor interpretationes huius ſententiæ. Tertia cōmodior. Explicatus ſemel, & iterum Paulus.*
2 *Expectare quid propriè.*
3 *Quid propriè hoc loco finis. Quid expectatio. Illuſtratur Terentius.*

NOn eodem modo, neq. ſenſu eodem accipiuntur hæc verba ab interpretibus. 1 nam primò aliqui exiſtimant hic Iobum agere de breuitate vitæ, Multi (inquit) me exagitant cruciatus, quibus ſuſtinendis plane ſum impar: nam vitam per ſe breuiſſimam multò breuiorem efficiunt morbi, atque dolores: mortem ergo, quæ non longè abeſt, non immeritò precor.

Prima expoſitio.

Eugubinus exiſtimat exaggerare ſuam calamitatem, ita vt reſpondeat Eliphaz dicenti, *Increpationem Domini ne abijcias.* quaſi diceret: Grauiorem eſſe correptionem, quàm vires: neque ſuſtinere poſſe tam atrocia ſupplicia. *Quæ eſt enim fortitudo mea &c.* In quem ſenſum illud quoque non ineptè accipitur; *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* id eſt, acerbiorem mihi pœnam infligis, quam vt venia vitæ conceſſa, tolerare poſſim. Atque eſt quidem diuerſitas in pœna, & ſupplicio, cùm ad correctionem, vel cum ad extremum ſupplicium dirigitur: vt indicatur Iſai. 10. cùm Deus voluit Aſſur eſſe virgam ad flagellandos filios, non gladium ad occidendos hoſtes. *Ipſe autem non ſic arbitrabitur, ſed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem &c.* Ait itaq; Iob, Si corripior, quomodo enecor? nam ex tantis ſupplicijs euadam potiùs mortuus, quam ſalutariter caſtigatus.

Secunda expoſitio. *Eugub.*

Geneſ. 4. 13.

Pœna nō eādem cum ad correptionē, vel cum ad extremum ſupplicium pertinet.

Iſai. 10. 7.

Sed tertiò forte melius poſſet dici, his verbis reſponderi Eliphaz dicenti, fore vt melius Iobo eſſet, ſi ad preces confugeret; Ecce (inquit) precor Deum, vt me conficiat, precor præterea, vt mihi grauiſſimè laboranti ſuſtinentiam, & conſtantiam conferat, nam ſine precibus, ſine pietate non poſſem tam fortiter tot mala ſuſtinuiſſe. Senſum hunc indicauit Chryſoſtomus. *Tolerantia* (inquit) *non a robore corporis, ſed pietatis, ac timoris Dei manabat: nunc vero rem omnem non ſuæ audaciæ, ſed precationi permittit.* quaſi diceret ad Eliphaz; Tu pietatis, & precandi affectum in me requiris; ego verò non alia re ſuſtentor, quàm virtute pietatis & precum, atque diuinæ opis. ſic etiam dixit Paulus, *Quod nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Non abijcio gratiam Dei.* id eſt, hæc mea vita miſerijs, & rerum aduerſarum moleſtijs obnoxia ſuſtentatur nō meis viribus, ſed diuina gratia; fide, dilectione in filium Dei; virtute euangelij; diuinis auxilijs. *in fide.* id eſt, per fidem; vel, cum fidei auxilio. ſubiūgere enim poterat, hæc ipſa Iobi verba, *Quæ eſt enim fortitudo mea vt ſuſtineam?* Atq; in eandem ſententiam videtur dictum; *Habemus theſaurum iſtum* (Chriſtiana pietatem, euangelij fidem, quæ lucet in nobis, quæ alios illuminat) *in vaſis fictilibus* (id eſt, in corpore fragili, ærūnoſo, obnoxio tribulationibus, & perſecutionibus) *vt ſublimitas ſit virtutis Dei* (propriè ex Græco, vt ſublimitas virtutis ſit Dei. Hieronymus ſic legit; *Vt abundantia fortitudinis noſtra ſit ex Deo.* Auguſt. *Vt eminētia virtutis ſit Dei.* id eſt fortitudo noſtra, non noſtræ ſed diuinæ virtuti atq; pietati tribuatur. nā, vt Chryſoſtomus ait, *Noſtræ carnis imbecillitas, nihilo melius teſta ſe habet: adeo offenſionibus patet, ac morte, & morbis, & cæli intemperijs, alijſq; innumeris incōmodis*

Tertia expoſitio commodior.

Chryſoſt.

Hominis virtus ex pietate & precibus.

Galat. 2. 20.

Corin. 4. 7.

Hiero. Aduer. Pelagium.

Auguſt. Epiſt. 153. & Serm. 153. & Serm. 15. de verbis Apoſt.

Chryſoſt.

facilè diſſoluitur) & non ex nobis. Quare ſubijcit. *In omnibus tribulationem patimur, ſed nõ anguſtiamur &c.* diuinæ virtuti, quidquid corporeæ vitæ, atque vigoris eſt, tribuens.

Olympiod. Quartò, Olympiodorus exiſtimat, ex magnitudine ſui doloris, ſuæque imbecillitatis excuſare acerbitatẽ ſuarum lamentationũ, quaſi dicat; Infirmo, atq; dolenti nemo iure gemitũ, & clamorẽ denegat.

2 Hi tamen omnes verbum *Suſtinendi*, pro, patiendi ſumpſerunt. Sed certe,

יחל Suſtinere pro expectare. verbum, *Iahel*, quod tum hoc in loco, tum in alijs, interpres vertit *ſuſtinere*, propriè ſignificat *expectare*, aut præſtolari; vnde dicitur

Geneſ. 8. 18. Geneſ. 8. *Expectauit ſeptem diebus.*

Pſal. 129. 5. Pſalm. 129. *Suſtinuit anima mea in verbo eius.*

Iob. 14. & infrà cap. 14 *Expecto, donec veniat &c.* ergo ſi hoc loco *expectare* ſit, ſenſus eſſe poteſt,

Vatab. quem indicat Vatablus, vt reſpondeat ad verba Eliphaz in fine præcedentis capitis, *Sciet quoniam multiplex erit ſemen tuum. Quæ eſt* (inquit) *fortitudo mea*, vt ſperem liberos? Ab homine confecto & moribundo, non poſſunt liberi ſuſcipi, neque expectari. Sed id melius, vt reſpondeat illi dicto Eliphaz, *Erit egeno ſpes, &, in ſex tribulationibus liberabit te &c.* In longiorem ſpem me adducitis, cùm ſperando non ſim, qui iam propè mortuus videar. id quod à Iobo dicitur, vt conſilij importunitatem, expreſſo tenſitiuæ partis affectu retunderet, non quòd de diuina potentia diffideret. nam is fuit

Rom. 4. 18. Iob, *vt in ſpem contra ſpem crederet*, illudq; cõſtanter

Iob. 13. 15. affirmauerit, *& ſi me occiderit in ipſo ſperabo.*

3 *Aut quis finis meus.* Lyranus exiſtimat hoc reſpicere ad errorem Eliphaz putantis non eſſe

Finis hoc loco ad quid referatur. alium finem vitæ melioris, quam huius miſerrimæ.

Lyra. R. Abraham. R. Abraham refert ad extremã ætatem, & vitæ finem, quaſi dicat; Cùm iam in extrema ætate ſim, vitæque meta extrema, quid mihi proſit fœliciorem ſtatum ſperare? Sicut di-

2. Reg. 19. 35. xit Berzel. i Galaadites Dauid inuitanti ſe ad regiam menſam. *Octogenarius ſum hodie, numquid vigent ſenſus mei ad diſcernendum ſuaue & amarum? aut delectare poteſt ſeruum tuum cibus aut potus? vel audire poſſum vltrà vocem cantorum atque cantatricum? non indigeo hac viciſſitudine; ſed obſecro, vt reuertar ſeruus tuus, & moriar in ciuitate mea &c.*

LXX. Septuaginta dixerunt *Quod tempus meum?* Sed præſtat communior expoſitio, vt *finis* accipiatur pro termino & meta laborum, Quem *finem* habituri ſunt

D. Thom. mei cruciatus, vt patienter agam? Diuus Thomas & alij, *vt patientiam ſeruare me poſſe credam, ad*

Pſal. 38. 5. *breue ſaltem tempus?* Simile id. *Notum fac mihi Domine finem meum, vt ſciam quid deſit mihi.*

Olympiod. Ex Olympiodor. elicitur; An breuis eſt hæc mea calamitas, vt gemitus & ſuſpiria comprimere poſſim, & ægritudinem leuare expectatione finis? Sed certè Vulgatus *patientiam* accipit frequenter pro expectatione quadam longanimi, atque res præſens eandem ſignificationem re-

ארך quirit. & verbum originale *patienter agenus*, eſt propriè prolongare, aut in longum differre. & frequentiſſime accommodatur ad longio-

Deut. 6. 2. rem vitam. eſt enim idem verbum Deut. 6. *Vt prolongentur dies tui.* & pertinet etiam ad dila-

Ezech. 12. 22. tionem. Ezechielis. 12. *In longum differentur dies.* qui ſenſus, ex nomine *animæ* in originali adiuncto, rectè confirmatur. Propriè enim ex Hebræo legas, *Vt prolongem animam.* aut, *vitam.*

LXX. Septuaginta. *Vt ſuſtineat anima mea.* Itaque ait; Quiſnam finis meis laboribus ſtatuitur, vt de morte non cogitem, vt mori non cupiam, vt vitam amare poſſim, vt vitam prolongari velim, vt patienter, & longanimiter diuturniorem vitam paratus ſim viuere?

Aquila. Aquila, *Vt longanimiter agam.*

XII. Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt.

1 *Caietani ſubtilitas. Argumento à minori excuſat Iob acerbitatem ſuæ orationis.*
2 *Magna exemplarium diſſenſio. Conciliatio etiam.*
3 *Quid Neceſſarij, qui? Recedere in Hebræo. Defenſus, & illuſtratus Vulgatus.*

1 Caietanus. NOn oportet cum Caietano nimium ſubtiliter diſtinguere *fortitudinẽ lapidum*, quæ ad animum pertineat, & *æneam duritiem*, quæ ad corpus: vt ſigillatim explicet, & animi ægritudines, & corporis infirmitates. Sed rem totã ſimplici oratione exponit; Non ſum ſaxeus, non ferreus, & ſine ſenſu, vt percuſſus, neq; ſentiam, neque ingemiſcam. Et quidem illa, quæ

Argumẽtum à minori. ſenſus expertia ſunt, lapides & metalla, ictum & malleũ reſpuunt, & ad ictum contactum ſonant, & tinniunt. quid ni ego etiã vocem edam, qui carneus ſum & mollis, qui teſteus ſum & fragilis? Videmini vos, ò amici non agnoſcere veſtrum *figmentum*, *ſed cognouit* qui vos, & qui

Pſal. 102. 14. me finxit Deus, *Recordabitur ipſe quoniam puluis ſum*, cui meæ voces neq; inauditæ, neque ingratæ exiſtent. Huiuſmodi argumentum à minori vſurpauit, & aliquantum promouit poëta.

Ouid. 1. Am. Eleg. 15.
Ergo cùm ſilices, cùm dens patientis aratri.
Depereant &c.

XIII. Ecce non eſt auxilium mihi in me, & neceſſarij quoq; mei receſſerunt à me.

2 Diſſenſio exemplarium. DIſſentiunt hoc loco, Hebræa, Græca, Latina mirabiliter, neque ſolum in ipſis verbis atq; ſententia, ſed quòd alij cum aſſertione legant, alij cum negatione, quidam cum interrogatione, nonnulli ſimpliciter. Noſter certè interpres videtur cum præcedentibus coniunxiſſe; Deficio (inquit) nã ſaxeus, aut calybeus non ſum, atq; ipſæ me vires non adiuuant, neque miſerrimum corpus opem ferre poteſt animo.

LXX. Septuagin. & Græci integrum hunc locum ad Deum referunt, atq; ſic legunt; *An non in ipſo confidebam? Sed adiutorium à me receſſit, negauit me miſericordia, & viſitatio Domini me deſpexit.* quod

Græci cũ Latino conſenſus. ſic poteſt necti cùm noſtra lectione; Certè non poſui in me ſpem vllam, aùt de meis viribus atq; robore aliquid magnum ſperaui: perſpecta enim mihi erat humana imbecillitas. quod vnum mihi ſpei reliquum erat, Dei auxilium, nunc quoque deſidero; quapropter ſupra omnem corporis cruciatum angor animo vehementiſſimè. Poſſet autem illud, *in me*, minùs ſtrictè accipi, vt tantundem valeret, ac ſi diceret, Non eſt auxilium mihi, ſignificetque

non ſolùm languentium virium defectum, ſed cuiuſcumque etiam opis externæ, ſiue humanæ, ſiue diuinæ. *Vatab.* Vatablus proximè ad originale, *Non-ne auxilium meum in me?* ſupple *fuit*, id eſt nonne, quoad potui, me iuui. id eſt, minimè ſum puſillanimus, nam me, quoad fieri poteſt, erigo & ſuſtento: ſed calamitatis pondere deijcior, & conſternor ſtatim. Sed vix poteſt ex negationibus, quæ in Hebræo ſunt germanus ſenſus colligi, cùm addita vel ablata negatione facilè ſententia mutetur.

3 תושיה Neceſſarius. *Vid.c.5.V.12. nu.5.* דחה Quid *recedere*.

Et neceſſarij. Deſeritur à pleriſque Vulgatus, quòd vocem, *Thuſia*, *neceſſarios* verterit; cùm potius ſignificet legem, ſapientiam, ſubſiſtentiam, vt capite præcedenti diximus. Verbum autem *recedendi* propriè eſt, impellere, expellere, aut euertere; affertque caſum, aut lapſum, atque ruinam. *Pagnin.* Hinc Pagninus; *Et lex expulſa eſt à me?* quaſi dicat, minimè, nunquam enim diuinæ legi defui. *Vatab.* Vatablus. *Nonne ſapientia impulſa non eſt à me?* quaſi dicat, Nonne ſemper me continui in formula rectè viuendi? *Regia.* Regia. *Subſiſtentia expulſa eſt à me?* Sed quem ſenſum hic habeat ſubſiſtentia, cum interrogatione, & ſine negatione, ego non video. *Tygurina.* Multo planius Tygurina legit, *Quid, facultas ſubſiſtendi me deſtituit?* *Iſid.Clar.* aut Iſidorus Clarius, qui cum aſſertione legit; *Vires ſuſtinendi receſſerunt à me.* *Complutenſ.* Complutenſes legerunt, *Sapientia, vel prudentia receſſerunt à me.* quæ omnia eò pertinent, vt vel ſuam pietatem tueatur, vel ſi in ſapientia & prudentia videatur defeciſſe, ex magnitudine ſui doloris atque imbecillitatis excuſet. Illuſtratus Vulgatus. Sed Latinus interpres non ineptè ex conſequentibus exiſtimauit hanc partem ad neceſſarios, & amicos referri poſſe, tum etiam ex antecedentibus hunc ſenſum collegit; Amicitiæ, & neceſſitudinis legem violatam in meis malis video; neceſſariorum opem, & amicorum officium deſidero: mea calamitas illos deterruit, expulit à me, qui ſubſiſtere firmi, & conſtantes eſſe deberent, ſimul cum alijs omnibus quæ amiſi, dilapſi ſunt. Quia verò vitium id amicorū fuerat, verbo *recedendi* congruentius exprimitur.

XIIII. Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam, timorem Domini derelinquit.

1 *Tollere in Hebræo quid. Quid diſſolui, & Liqueſieri corde.*
2 *Quid miſericordia, & erga quos. Illuſtrati Salomō, Ionas, Ioannes.*
3 *Veræ amicitiæ laus.*
4 *Miſericordia, & ſanctitas in ſacro ſermone idem. Miſericordia per antiphraſim idem quod conuitium.*

1 *Tollere* in Hebræo.

NVnc violatæ amicitiæ, quaſi per minas, diuinum ſupplicium adiungit. Verbum autem *tollendi*, *Maſas*, eſt propriè liqueſacere, aut diſſoluere, quare propriè eſt, Qui diſſoluit ab amico ſuo miſericordiam; vel, qui liqueſacit; vel, diſſoluto & liqueſacto in miſericordia ab amico ſuo. id eſt; Qui langueſcit, qui deficit, qui friget in benefaciendo amico ſuo, cuius charitas refrigeſcit, quæ (cùm ſit *vinculum perfectionis* *Coloſ.3.14.* amicos inter ſe colligat, vt in bonis & perfectione communicent) eo diſſoluitur, ſit, vt alter tollat ab amico ſuo miſericordiam. Illa etiam diſſolutio & liqueſactio ad animi languorem, atque terrorem frequenter refertur, vnde dicitur Ioſue.7. ab eadem radice; *Pertimuit* (diſſolutum eſt) *cor populi: & ad inſtar aquæ liqueſactum eſt.* Duplici voce *timendi*, & *liqueſaciendi*, vnica Hebraica reddita eſt. Pſalm.57. *Ad nihilum deuenient* (Hieronym. diſſoluantur) *tanquam aqua decurrens.* Senſus igitur, Qui in amici ærumnis, & calamitate terretur, qui timet propius ad illum accedere, ne quid ſibi mali accreſcat è vicino malo; qui langueſcit in amici languoribus; qui non ſolum non erigit, neque conſolatur, aut animos facit, imo potius animum adimit. &c.

Cordis diſſolutio. *Ioſue.7.5.* *Pſal.57.8.*

2 *Miſericordia* quis affectus. *Rom.1.13.*

Miſericordia autem hoc loco nō ſolùm eſt affectus benefaciēdi miſeris, ſed potiùs affectus ille, & pietas inter parentes, & liberos, inter fratres, amicos &c. *La buena volūtad, y amiſtad que ſe deuen.* Quo ſenſu Paulus vocabat quoſdam *ſine miſericordia, ſine affectione.* Ergo ſi de amicis & æqualibus dicatur, erit, gratia, beneficium, ſubuentio gratuita, quam alter alteri ex amicitiæ lege præſtare tenetur. Sic 2.Reg.16. ab eadem radice dicitur, *Hæc eſt gratia* (Hebraicè, miſericordia) *tua ad amicum tuum?* *2.Reg.16.17.* Prouerb.3. *Miſericordia* (beneficentia, benefaciendi affectus) *& veritas* (dictorum & conuentorum fides, & conſtantia) *nō deſerant te, & inuenies gratiam* (gratus eris) *& diſciplinā bonam* (bene, & ingenuè inſtructus, verbis, ingenuis moribus habeberis) *corā Deo & hominibus.* *Prouerb.3.3.* Atq; hæc miſericordia, & veritas illæ omnino videntur eſſe, quas Ioannes appellat, *opus, & veritatem*, cum ait, *Non diligamus lingua, & verbo, ſed opere* (miſericordia, beneficio præſtito) *& veritate.* *Ioan.1.c.3.18.* quæ verbo, & linguæ reſpondet, ſic re ipſa præſtans, vt fueris pollicitus. Qui ergo non diligit opere, & veritate, quem deſerunt miſericordia & veritas, *tollit ab amico ſuo miſericordiam.* eodem fortè loquutionis genere dixit Ionas.c.2. *Qui cuſtodiunt vanitates fruſtrà, miſericordiam ſuam derelinquunt. ego autem in voce laudis immolabo tibi.* *Ionæ.2.9.* id eſt, cultores Idolorum, à quibus nihil boni acceperunt, ingratos ſe exhibent vero & beneficentiſſimo Deo, à quo tot bona, amicè, beneuolè, gratuitò, miſericorditer in illos collocata ſunt, neque rependunt illi gratiam religioſo cultu, & pietate; ego autem ſupplex, & religioſus gratias referam.

3

Timorem Domini derelinquit. Retorquet illud.c. 4. *Vbi eſt timor tuus*, in ipſum Eliphaz. Ne iſtud numinis contemptus, qui neceſſitudinis oblitus adeò me, ô amici, laceratis maledictis. Magna verò tū beneficentiæ, tū honeſtæ amicitię laus, vt qui ab illis diſcedat, à Dei amicitia diſcedat: & qui non timet amicitiā violare, & amicū laceſſere, timorē Domini derelinquat. Nam præcipit Deus, vt qui illū religioſe coluerit, obſeruet etiā amicum, & proximum diligat. Quare ſicut eadē charitas eſt, qua Deum diligimus, & proximū propter Deum; ita etiā eadem pietas atque religio nos pios efficit erga Deum, & beneficos erga proximum. quare, *qui miſericordiam tollit ab amico ſuo*, verā religionem, verumq; Dei cultum & pietatē cum charitate

Veræ amicitiæ laus.

Eadem pietas nos refert ad Deū, & proximos.

coniun-

Sadai vber-rimus. coniunctam non habet. Eſt autem hoc loco, *Sa-
dai*; vt ſimul etiam Dei bonitatem erga miſe-
ros & ab humano ſolatio deſtitutos oſtendat,
nam abijcit timorem Dei omnipotentis, vber-
rimi, ſufficientiſſimi, qui poterit ſubuenire e-
geno ſuo, & ab omni humana ope deſtituto;
Res diuina bonitate digniſſima, vt ligna cam-
pi, quæ nullius culturæ, & curæ cõmiſſa ſunt,
Pſal.103.16. Deus curet & colat, *Saturabuntur* namque *ligna*
cãpi. has videlicet arbores curat & rigat Deus.
Hieronym. Hieronymus, *Saturabuntur ligna Dei*: ergo, quem
deſpicit humana miſericordia, locupletabit
diuina.
4 Poteſt verò eſſe elegans alluſio in his ver-
Miſericordia in ſacro ſer-[illegible] bis. nam *miſericordia*, de qua diximus, eadem eſt,
quæ ſæpè in Scripturis dicitur *Sanctitas*: & præ-
terquam quòd miſericordes vocantur ſancti;
nam eſt viro ſancto digna, & ſancti miſericor-
des ſunt; atque plus præſtant beneficij gratui-
ti, quàm teneantur: qui verò ſanctus nõ eſt, vix
Pſalm.4.4. implet id, quod facere tenetur. Sic Pſal. 4. *Miri-
ficauit Dominus ſanctum ſuum* Hebraicè, Me miſeri-
cordem, pium, beneficũ mirabiliter cuſtodiet.
Pſal.17.26. Pſal. 17. *Cum ſancto ſanctus eris*, miſericors, benefi-
cus, gratuitus, cum miſericorde, benefico, gra-
tuito. Ergo latẽter Iob amicos vellicat, de ſan-
ctitate ſibi blandientes, cum miſericordiam
Prouer.12.10. erga ſuum amicum exuiſſent. nam *Viſcera impio-
rum crudelia*. de quo vide Gregorium lib. 7. cap.
11. *Reproborum* (inquit) *viſcera neſciunt compaſsionem
&c.* Quia verò nomẽ *miſericordiæ*, pietatis, bene-
Miſericordia per antiphraſim. ficentiæ per antiphraſim ſignificare ſolet cru-
delitatis cuiuſdam affectum, opprobrium, im-
properium, conuitium gratuitũ, &, vt ait Rab-
R.Mardoch. bi Mardochai, *additionem mali*, ſicut in alia ſigni
ficatione affert additionem boni. Hanc quoq.
Vatabl. ſententiam in his verbis latere vult Vatabl.
Diſſolutio ab amico ſuo, conuitium erit. quaſi miretur
amicos, qui pro conſolatione conuitium in il-
lum iactent. quale autem conuitium fuerit ſe-
quentibus verbis contineri videtur; nimirum,
quod miſericordia Domini dereliquiſſet Iob.
ſed tum ſenſus, cum contextus hic duriuſcu-
lus eſt.

XV. Fratres mei prætericrunt me, ſicut torrens, qui raptim tranſit in conuallibus.

1 *Frater, & pater in ſacro ſermone. Illuſtratus Salomon de vera amicitia.*
2 *Quid præterire, & quàm variè redditũ à Vulgato.*
3 *Multiplex cum Torrente comparatio. Vallis etymologia ex Hebræo. Præterire immiſericordis eſt.*
4 *Inconſtantis, & parum fidelis amicitiæ Symbolum.*

1 NOn ſolùm amicitiç legem ab amicis, ſed
Fratres in ſacro ſermone. etiam naturæ ius à cognatis & conſan-
guineis violatum erga ſe conqueritur. Hos e-
nim *fratres* intelligunt ferè Latini & Græci. at-
Philip. que obſeruat Philippus, vniuerſam cognatio-
nem illum deteſtatã fuiſſe. niſi fortè nimium
ſtrictè ipſi germani, & vterini *fratres* intelligã-
tur, qui fortè ad acerbiorem dolorem ſuperſti-
tes erant. Poſſunt etiam, tum hi, quos diximus,
tum etiam amici, noti, eiuſdẽ inſtituti & pro-
Pater. feſſionis homines intelligi. quos omnes *fratres*
appellat ſermo ſacer: ſicut *Pater* dici ſolet, non
ſolùm generis aut ſanguinis, ſed etiam inſtitu-
ti aut profeſſionis alicuius auctor & magiſter.
Et quidem vera amicitia quædam eſt fraterni-
tas, & animorum æqualitas, & coniunctio, vt
indicatur Prouerb. 17. *Omni tempore diligit, qui ami- Prouer.17.17*
*cus eſt, & frater in anguſtijs * comprobatur*. Hebraicè. *El amigo de prueua, hermano es.
Frater in anguſtijs naſcetur. Septuaginta eleganter,
In omne tempus amicus ſit tibi, fratres autem in neceſsi-
tatibus vtiles ſint, huius enim gratia naſcuntur. Augu- *LXX.*
ſtin. fraternitatem hanc de Angelis intelligit, *Auguſt.*
nam ſic explicat, *Horrui angelus*. ſed quid intelli-
gat, non video.
Prætericrunt me. Verbum, *Bagad*, ſæpè noſter 2 בגד
tranſtulit verbo *præuaricandi* à recto. alibi verò
verbo *contemnendi*, aut *ſpernendi*. quare affert con *Præterrundi verbũ variè redditum à Vulgato.*
temptum quendam contra ius faſq., & contra
debitam fidem; cuius ſignificationis vis incre-
dulitatis, & infidelitatis nomine exprimitur
Iſaiæ. 21. *Qui incredulus eſt, infideliter agit*. id eſt, frau *Iſai.21.2.*
dulentus, doloſus, iuris, recti, fideiq; contem-
ptor &c. quare hæc omnia huic verbo ineſſe,
deriſionem, dolum, falſitatẽ, fraudem, præua-
ricationem, infidelitatem, impietatem, docet
Rabbi Mardochai, quæ omnia interpres rectè *R.Mardoch.*
complexus eſt verbo* *præte eundi* per ſummum *Paſaron de largo ſin hazer caſo de el pobre llagado.
contemptũ, fidem & amicitiæ legem violarũt,
ſanguinis & naturç coniunctionẽ contemnen-
tes, prçuaricatores, & ab officio recto receden
tes. Septua. deſpicientiam iſtam ad ipſos oculos *LXX.*
deſpicientes referunt, nam ſic legunt; *Propinqui*
mei non reſpexerunt me. Polychron. & Olympiod. *Olympiodo.*
deijciunt à me oculos, & execrantur. *Polychron.*
Sicut torrens. Infidelitatem, & tranſcurſum il- 3
lum explicat appoſita comparatione *torrentis*, *Similitudo Torrentis multiplex.*
qui cùm prçcipitatur inter medium montium,
pertranſit velociſſimè. Cæterùm ſimilitudo
hæc non eodem modo ab omnibus accipitur:
Nam Diuus Thom. Albertus, aliiq; Latini tan- *D.Thom.*
tum attendunt velocitatem, impetumq; decur *Albert.*
rendi, & raptim tranſeundi: & quidem accõ-
modatè ad vocem originalem; nam *Aphik*, non אפיק
eſt impetus, vt verſio Regia indicat, ſed potiùs *Regia.*
aqua, vel riuus, aut torrens *cum impetu fluens*, vt
doctè legit Pagninus. nam *Aphak*, affert fortitu- *Pagnin.* אפק
dinem, & vehementiam, impetum, rapidita-
tẽ rei, quæ aut cohibetur, & detinetur, ne fluat,
aut ne prodat ſe; aut rei fluentis, atque decur-
rentis, fontiſue ſcaturientis. Sed illud elegans
eſt, quòd *vallis* dicitur, *Nachal*, à verbo quod ſig- נחל
nificat hæreditare, aut poſſidere aliquid iure *Vallis vnde dicatur.*
hæreditario, & cum quadam ſucceſſionis per-
petuitate, ſicut hæreditatem quãdam à primo-
genij inſtitutore ad poſteros iure hæreditario
deuoluendam. Ita ſanè vallibus videtur iure
quodam naturæ attributa aquarum hæreditas
deſcendens è montibus & collibus; ſicut Scri-
ptum eſt; *Qui emittis fontes in conuallibus, inter mediũ Pſal.103.10.*
montium pertranſibunt aquæ. & hoc loco, *Torrens*
qui raptim tranſit in conuallibus. & loquitur (inquit
Diuus Thomas.) *ad ſimilitudinem vnà iter agenti- D.Thom.*
um, cùm vno cadente in foueam alij procedunt illo di-
miſſo, ſumma celeritate prætereuntes, & ad ſua
commoda contendentes. ſic ait Iob, Me conſpe
cto, potiùs deſpecto, nulla ope etiam leuiſſima
allata, ad ſua commoda & negotia contende-
runt, ni-

Præterire ad contemptũ, & immiſericordiam pertinere.

Luc.10.30.

runt, nihil de me iuuando cogitantes. vel ne tangerentur mearum ærumnarum commiſeratione, ſi in me diſpiciendo & contemplando hærerent, deiectis oculis præterierunt celerrimè: ſicut cum *multis acceptis plagis iacebat ſemiuiuus ille, qui deſcendebat à Ieruſalem in Hierico, ſacerdos viſo illo preteriyt ſimiliter & leuita.* Non ſic ille de quo Scriptum eſt. *Præteriens vidit hominem cæcum à natiuitate.* nam illos, videntes licèt, prętereundi cupiditas corripuit, vt confeſtim oculos auerterent, ne viderent; quare *viſo homine, præterierunt*: at Chriſtum Ieſum prætereuntẽ, & quaſi aliò contendentem oblati miſerrimi hominis conſpectus detinuit, & ita conſticit, hæſitque, vt per otium videret, & contemplaretur.

Ioan.9.1.

Chryſoſt.

Chryſ. homi.55. in Ioan.9. ait, *diligenter intuitum*, quare *præteriens vidit*. nam quos tangit pauperũ amor, & tener ille pietatis affectus, delectat profectò aſpectus ipſe ærumnarum, & cæcos vident, & mutis ipſis nihilque petentibus reſpondent, adſunt, ſubueniunt: at qui neq; miſerari, neque molleſcere volunt ad aliorum ærumnas, omnem naturæ ſenſum abnegantes, hi deſpiciunt, deijciunt oculos, prætereunt; atque tantùm abſunt, vt cæcos videant, vt *oculos viduæ*, & miſerorum fruſtrà expectare faciant.

Iob.31.16.

4 *Didymus.*

Sed tamen Græci, præſertim Didymus in catena, infidelitatem illam *prætereundi*, & breuiſſimè exareſcendi, tantum conſiderant. *Propter inconſtantiam* (inquit) *atque perfidiam torrentis fluctui eorum comparatur ſimilitudo*: nam putatur torrens à rudibus perennis fluuius, ſed tamen ſubſequens ſqualor atque ſiccitas apertè torrentem indicant. ſic improbi amicitiæ larua detracta conſtantiam, & perpetuitatem in amando non ſeruant.

Simbolum inconſtantis amicitiæ.

Simulatæ amicitiæ cum Torrente ſimilitudo.

Sed tertiò tamen, poteſt eſſe elegans cum torrẽte comparatio in eo, quòd optimo & maximè opportuno tẽpore deficit. cùm enim hyeme copioſiſſimis aquis redundet, cum nulli vſui eſſe videtur, quod tunc terra, arboreſq; cœleſtibus pluuijs abundè perfundantur; at cùm æſtate, vel viatoribus, vel terrę arenti vſui eſſe poſſet, tunc ipſe etiam areſcit: ſic ſanè multorum amicitiæ, cùm opus non ſunt, turgent, & fluctus atq; ſpumas magnificẽtiſſimarum pollicitationum in ſublime tollunt; ſed diſparent & euaneſcunt prorſus in aduerſitate. At quòd alij Iobum cum torrente comparari exiſtimãt, paulo poſt indicabimus.

XVI. Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix.

XVII. Tempore, quo fuerint diſſipati, peribunt: & vt incaluerit, ſoluentur de loco ſuo.

XVIII. Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt.

1 *Latinorum expoſitio, & connectendi ratio. Supplicium eorum, qui non miſererentur pauperis.*

2 *Hebraizantium varia lectio. Timor cur obſcurus. Irruere quid propriè.*

3 *Torrentis ſimilis inconſtans amicitia. Vacuum quid propriè. explicatus Moyſes.*

4 *Lectio Septuaginta Torrentes referunt diuitiarum inconſtantiam. Inuolutæ ſunt nexus, & interpretationes horum verſiculorum.*

Latini hæc quoq; accipiũt dicta propter amicos, quibus grauia ſupplicia cõminetur in pænã ſuæ impietatis. Timent (inquit) illi ad me accedere, ne participes ſint meorum malorũ ſed (quæ Dei eſt iuſta vindicta) in multò grauiora mala incident, ſicut & nix, quàm pruina, copioſior, dẽſior, frigidior eſt: quare *qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix*. conniuet nũc Deus, ſed opportuno tempore *diſſipabit*, interimetq; miſerando exitio: atq; deſuper *incaleſcente* diuinæ iuſtitiæ ſole, *diſſoluetur*, & liquefiet vniuerſa illorum fœlicitas. Tortuoſis quidẽ inſtiterunt *ſemitis*, & nulla recta ratione defluxerunt, vt quorum vita non fuit iuſta, ſimplex, & recta, neq; eorum vera, ſyncera, amicitia, ſed infida atque laruata, & ad ſua cõmoda ſemper attenta: cadent igitur bonis omnibus, quorum vitę exitus *vacuus* erit omni fælicitate, pleniſſimusq; æterno ſupplicio.

1 Latinorum contextus, & expoſitio. Illorum ſupplicium, qui auertunt oculos à paupere.

Quidã Hebraizantes cõtinuant ſemel cęptã torrẽtis metaphorã, Sicut torrens, vel ſicut torrẽtes, *qui timent pruinã, & irruet ſuper eos nix*, id eſt; qui fuſci redduntur atq; nigreſcũt propter gelu & niuẽ, qua concreſcunt & conglaciant. *timere* autẽ, & nigreſcere non omnino diſſonant; nam timor affert obſcuritatem quandã, atq; nigredinẽ ſpirituum, & cordis; & quaſi occultationem quandam lucis, & lætitiæ. Subeſt enim hoc loco verbũ, *Kadar*. quod tenebras, aut triſtitiã ſignificat, de quo ſuprà diximus, quare Iere. 4. *Mœrebunt cæli*. idem eſt, quod tenebreſcẽt, aut nigreſcent. Occultatio autẽ eſt etiam cum huiuſmodi tenebris, atq; timore coniuncta: & ita hoc loco verbũ *irruendi*, eſt propriè occultare, & abſcõdere. quare legunt etia, Sicut torrẽtes, quos operit nix. Tygurina, *Qui turbidi ſunt*; ac glacie & niue, quę in eos reſoluitur, externa quidẽ ſuperficie conglaciante & indureſcente occulte tunc præterlabũtur, ita ſanè mei propinqui, qui conglaciant, & lapideſcunt in meis malis, turbida me frõte toruiſq; oculis excipiunt, abſcondunt ſe: ingruente verò æſtate diſſipabuntur & liquefient. id eſt; nullo mihi tẽpore vtiles erunt. Nam ſicut torrentes hieme conglaciant, æſtate verò diſſipantur, & liqueſiunt; ſic illi in hieme meæ aduerſitatis gelati ſunt, & in æſtu meorum dolorum exareſcunt.

2 Hebraizantes. Timor cur nigredini ſimilis.

קדר *Iere.4.28.*

עלם

Irruere quid propriè. *Tygurina.*

Tum etiam nullã conſtantiam habent torrentes in ſuo alueo, ſed vt confluentium aquarum impetus fert, nunc hanc, nunc illam ſemitam ſequuntur. In quem ſenſum aliqui accipiunt illa verba. *Inuolutæ ſemitæ greſſuum eorum.* Tygurina; *Concutiũtur itinera, per quæ feruntur.* Vatab. *Auertuntur ſemitæ ipſorum torrentiũ.* Pagninus, *Declinabunt ſemitæ viæ eorum.* Sic ſanè huiuſmodi falſos amicos non ſemper eodem loco, & alueo inuenies, nã qui hodiè ad te currũt, & confluunt, ſequẽti die aliò curſum cõuertent. Cùm verò torrentes exundant, & diffluunt diſtor-

3 Torrentes referũt inconſtantes amicos. *Tygurina. Vatab. Pagnin.*

tis ſe-

extitiſtis, nam & veniſtis ſerò, & videntes plagam meam timetis. Hunc ſenſum ſequuntur R. Levi, & R. Abraham, & cohæret benè cum ſequentibus, fauetque lectio, Septuag. *Nunc autem & vos inſurrexiſtis in me ſine miſericordia: itaque videntes vulnus meum timete*. quaſi diceret; Hoc potiùs timendum vobis eſſet, ne immiſericordes erga me ſitis, potius quam ne oneri vobis ego ſim. Quod autem quidam hoc loco explicant *timuiſtis*, ſupple, ne mihi ob peccata hæc calamitas acciderit, valdè abſonat. Illud meliùs, quod indicat Didymus, Si omnis qui peccat vexatur ærumnis, atque ex me huius rei argumentum petitis, ergo & vobis quoque timendum eſt, niſi fortè vos innocentes eſſe credatis. Sed ſi *timor* hoc loco ſit ſtupor, & terror ex magnitudine calamitatis, fortè ille quoque ſenſus ſubeſſe his verbis poſſet, Cùm nunc recens adueneritis, & externus tantùm meæ calamitatis conſpectus ſtuporem vobis attulerit; quid ſi vniuerſæ cladis oculati teſtes à principio adfuiſſetis?

R. Levi. *R. Abraham.* LXX. *Didymus.* *Timor* pro ſtupenda calamitate.

XXII. Nunquid dixi: afferte mihi, & de ſubſtantia veſtra donate mihi?

5\. Sordida amicorum parſimonia.

FRuſtra timent alij, fruſtrà quoque vos timetis; nihil enim à vobis exigo, facultates nullius concupiſco ad ea quæ mihi opus ſunt; nemini moleſtus fui, neque deinceps ero. Notat ergo ſordidam amicorum auaritiam, & illiberalitatem. Illud paulò durius, quod Eugub. Numquid poſtulaui à vobis munera, vt quaſi ſim vobis debitor, audacias mihi inſultetis, & ego tenear audire tacitus? Illud non incongruum, neque non cum ſequenti ſententia cohærens, quod ex Tygurina paraphraſi, & Vatab. annotatione elicitur; Dixi ne, vt mihi conferatis aliquid, & è facultatibus veſtris largiamini pro me munera, vt me liberetis ab hoſte, & redimatis me ex manu tyrannorum corrumpendo illos muneribus?

Eugub. *Tygurin.* *Vatabl.*

XXIII. Vel liberate me de manu hoſtis, & de manu robuſtorum eruite me?

1. *Hoſtis vnde dicatur. Anguſtia, & Tribulatio quid. explicatur David & Paulus.*
2. *Robuſtus quid. Vt variè reddatur à Vulgato.*
3. *Eruere quid. Quid etiam redimere.*
4. *Variæ expoſitiones, eligitur optima. Tacere quid, & quomodo vertatur à Vulgato. Iuſtus ſuorum dictorum veritatem tuetur.*
5. *Quid ignorare cum ad culpā refertur. quid docere.*

1\. LXX.

SEptuag. *Numquid aliquid vos petij, aut fortitudine veſtra indigeo, vt ſaluetis me de inimicis, vel de manu potentum?* Vatab. *de manu hoſtium & robuſtorum.* neque Chaldæos neque inimicos alios, qui in tribulationem ipſum intelligit, nā legit: *Vt liberetis me de manu tribulationis.* nam vox originalis. *Tſar*, eſt anguſtia, vel tribulatio, aut anguſtiator, tribulator, hoſtis, à radice, *Tſur*, quod eſt obſidere, oppugnare more hoſtili, vel anguſtiare, affligere, cuius vocabuli proprietas explicatur Nehemiæ. 9. *Dediſti eos in manum hoſtium ſuorum, & affixerunt eos.* videlicet obſidendo, & in anguſtias redigendo: hinc *tribulatio* pro anguſtia, & arcta rei obſidione, aut menſura. 3. Reg. 22. *Suſtentate eum pane tribulationis.* id eſt, mēſura arcta, anguſta, ſtricta. & Pſal. 118. *Tribulatio, &* (exponitur) *anguſtia inuenerunt me.* id eſt, arctiſſima obſidione cinctus ſum. Sed ille eſt præclarus locus Pſalm. 4. *In* tribulatione* (quæ anguſtias affert latitudini & dilatationi contrarias) *dilataſti mihi*. Atque eò reſpiciens videtur dixiſſe Paulus: *In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur.* Ergo cū hoſtes Chaldæi, aut Sabæi nunquam illum obſediſſent, non ſunt hoc loco hoſtes obſidentes & in anguſtias redigentes, ſed dolores ipſi & cruciatus, de quibus ipſe poſtea dicet: *Circumdedit me lanceis ſuis.*

Vatabl. צר צור

Hoſtis ab arcta obſidione dictus. *Nehem. 9. 27.* *Anguſtia* quid. *Tribulatio* pro anguſtijs. 3. *Reg. 22. 27.* *Pſal. 118. 143.* *Pſal. 4.* *Nunca mas ancho, que en el mayor aprieto. 2. *Cor. 4. 8.* *Iob. 16. 13.*

Robuſtus verò eſt hoc loco propriè terribilis, aut formidabilis, atque idem dicitur *Violentus* infrà Iob. 27. & *Fortis*, Pſal. 53. & *Potens*, Pſal. 58. & *Crudeliſſimus*. Ezech. 31. atque ab eadem radice Iſai. 2. dicitur: *Cùm ſurrexerit percutere terram.* videlicèt terribiliter, & formidandè. & Iſai. 10. *Confringet lagunculam in terrore.* id eſt, potenter, terribiliter, ita vt hoſtes exterreat, penituſque proſternat. Ergo *robuſti* hoc loco eſſe poterūt, violenti, & crudeliſſimi dolores; quos patitur: quibus percutitur terribiliter, incredibiliter, ad ſtuporem vſque: quibus non ipſe tantùm ſed videntes quoque, atque audientes terrentur, & ſtupeſcunt.

2\. *Robuſtus* quid propriè. עריץ *Iſai. 2. 19. 21. & cap. 10. 33.*

Quia verò verbum *eruendi*, eſt propriè redimere, Vatab. intellexit; *Numquid à vobis petij, vt redimeretis me muneribus de manu tyrannorum?* Caietanus; *vt res meas ab hoſtibus ſublatas pretio vendicetis*: ſed præterquam quod id verbum non ſemper afferat *redemptionem* propriè dictam, quæ pretio & conuentione fit, ſed tantum liberationem quandam, vt Exod. 21. *Dimittat eam.* Hebraicè, *redimat.* id eſt, dimittat liberam, ac ſi eſſet redempta. Pſalm. 54. *Redimet in pace animam meā, ab his qui appropinquant mihi.* id eſt, dum in bello ſum, multis me oppugnantibus, antequam in illorum poteſtatem deueniām, in pace me Deus conſtituet, fugatis hoſtibus. Poſſet etiam redemptionis vis retineri in hanc ſententiam: Hoſtes, qui me obſident, non ij ſunt, ex quorū tyrannide pretio, aut conuentione aliqua redimi poſſim: nemo enim dabit *Pretium redemptionis animæ ſuæ, & viuet adhuc in finem.*

3\. *Eruere* quid. פדה *Redemptio* non ſemper ſtrictè accepta. *Exod. 21. 8.* *Pſal. 54. 19.* *Pſal. 48. 9.*

XXIIII. Docete me, & ego tacebo: & ſi quid fortè ignoraui, inſtruite me.

PHilippus ſimpliciter accipit: *Redarguite me, ſi mentior, & tacebo conuictus, & ſi quid aliud ignoro, veſtrum erit errantem corrigere*. ſenſus valdè anguſtus. D. Thom. iuxta ſuperiora ſic: *Numquid poſtulaui vt me doceretis, & inſtrueretis? minime. quorſum ergo obtruditis importuna conſilia egenti homini, ſed minimè indigenti, neque poſtulanti?* ſed hoc non decurrit leniter. Germanius & cla-

4\. *Philipp.* *D. Thom.*

Lenior interpretatio.
LXX.
Pagnin.
Vatab.
Græci & Hebraizantes.

rius iuxta Septuag. Græcos, & Hebraizantes, Pagnin. & Vatab. vt nunc quaſi ad orationis finem, veritatem ſuæ orationis tueatur; Si malè loquutus ſum, teſtimonium perhibete, docete me, an alicuius opinionis errore inductus mortem expectem: an non ſit optabile cruciatibus liberari: & quidem obmuteſcam, neque lamentabor, neque vobiſcum contendam amplius, ceſſabo, quieſcam, quietus manebo. hæc enim omnia affert verbum *tacendi*. Chryſoſt. aliquanto longius ad vitæ ſuperioris peccata refert; *Quis nam ex vobis me arguet de peccato?* ſi quid vnquā aut opere, aut verbo offenderim, proferte; neque ſolùm ex ſupplicijs coniecturam facite ſceleratæ vitæ. Et quidem verbum *ignorandi* (*Sagah*) eſt propriè per ignorantiam & incogitantiam errare, aut peccare. vt Pſalmo 18. *Delicta* (Hieronym. *errores*, alij, ignorantias, id eſt, peccata, & delicta per ignorantiam admiſſa) *quis intelligit?* & Habacuc. 3. *Oratio pro ignorantijs*. id eſt, pro delictis & erroribus, quam ſignificationem præclarè probat, quod ab hac radice dicitur Leuit. 4. *Anima, quæ peccauerit per ignorantiam*. & infra. *Quod ſi omnis turba ignorauerit*. id eſt, ſi inconſideranter peccauerit. & tunc pro eo peccato præcipitur offerri ſacrificium. quare tantùm abeſt à vocis germana ſignificatione illorum ſententia. qui ignorantiam hanc pro innocentia, aut vllius peccati conſcientia, accipiunt, atque pro illo, *nil conſcire ſibi, nulla pallescere culpa*, vt potius peccatum & delictum, & culpabilem ignorantiam ſignificet. ergo inquit Iob; Si quid à me inconſideranter, præcipitanterve dictum aut erratum eſt, vos *me inſtruite*; propriè, intelligere me facite; non conuitijs, ſed ratione mecum agite. Illud non ineptè obſeruat Didymus, indicare Iobum, quemadmodum apud mœrentes & ægros amici ſe gerere debeant? *Docete* (inquit) *me*, id eſt, docere debetis, non importunè arguere, & vrgere. Verbum autem *docendi* poteſt etiam ex ſua proprietate exponi, fœcundare auditoris animum doctrina & conſilio inſtar pluuiæ cælitus cadentis; vnde dicitur *imber temporaneus*, perfundite itaq; me temporanea & opportuna doctrina, qua refrigerer, qua deferueſcat ignis meorum dolorum; ſed ne me percellatis conuitiorum turbine, ne tonetis vocibus, & clamoribus, ne fulguretis excandeſcentes aduerſus miſerum hominem.

Tacere, quid & quibus modis vertatur à Vulgato.
חרש
Chryſoſt.
5.
שגה
Ignorare quid
Hieronym.
Habac. 3. 1.
Leuit. 4. 2.
Didymus.
Docere propriè quid.
ירה
Deut. 11. 14.
Ierem. 5. 24.
Ioel. 2. 23.

XXV. Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis, cùm è vobis nullus ſit, qui poſsit arguere me?

1. *Detrahere quid, & vt variè reddatur à Vulgato.*
2. *Quid veritas, quid rectitudo.*
3. *Arguere aliquando ad argumentationem pertinere. vt veritas non reformidet certamen.*
4. *Concinnare ex Hebræo Vitium inepti argumenta form.*
5. *Deſperare in ſacro Sermone. Illuſtratus Ieremias. Varia Hebraizantium & Græcorum Lectio.*

1.
מרץ
Detrahere quid propriè.

VErbi *detrahendi*, quod in fonte eſt (*Maratz*) ſignificatio incerta eſt apud Hebræos, quare longè diuerſum ſenſum alij eliciunt. pleriq; tamen exiſtimant idem eſſe, quod roborare, aut fortificare. Ergo ferè Hebraizantes omnes cum Hebræis legunt, *Quàm roborata*, vel, *quàm fortia ſunt eloquia fortitudinis*, vel *Quàm fortes ſunt ſermones recti?* quaſi diceret; Fortis eſt veritas, facilè concludunt, quæ vera ſunt. At Vulgatus malitiam quandam, moleſtiam, & quaſi falſitatem veritati contrariam videtur in illo vocabulo agnouiſſe. quare 3. Regum. 2. vertit *maledictionem peſſimam*. quam alij *fortem*, ſeu *violentam*. & infra, *moleſtiam loquendi*. c. 16. quam alij, *violentam*. & eodem ferè recipit lectio Septuag. *Vt ita veraci verba* Aquila. *Moleſta fuerunt verba recti*. D. Auguſt. *Vt video, praua veri hominis verba ducitis* id eſt Meis verbis tanquam prauis, vilibus, peſsimis, moleſtis detrahitis, cùm veriſsima ſint, atque recta; proindeque minimè acerba videri debeant. Eleganter hæc omnia vnica interpretatione complexus eſt Olympiodorus, ſic ſcribens: *Tanquam ſi diceret, Grauis multis accidit veritas: hæc itaq; vobis euenit: ideirco mea ipſa verba, quamuis vera ſint, tanquam ſicta eſſe, ac nullius pretij repudiatis*. & Iulianus dicari quidem exiſtimat, *Quando auxilium cunctatur diuinum, licet vera quis dixerit, nullam tamen ei fidem habendam ab auditoribus, quaſi ipſa calamitate refutante orationem*. Eſt enim illud quoque peculiare pauperi ex ſua inopia & calamitate malum; vt cùm *deceptus ſit, inſuper & arguatur, locutus eſt ſenſatè, & non eſt datus ei locus. & dicunt: quis eſt hic? & ſi offenderit, ſubuertent illum*.

3. Reg. 2. 18.
Iob. 16.
LXX.
Aquila.
Auguſt.
Olympiod.
Iulianus.
Eccleſ. 13. 27. 28.

2.
ישר
Quid *veritas*, aut *rectitu.* *Vide c.* 1. *verſ.* 1 & 56. 57.

Veritatis. vox originalis propriè *rectitudinem* ſignificat falſitatis & doli expertem, & præterea *iucunditatem*, quæ in plana & recta via ſolet eſſe viatorum comes, vt aliquando diximus. quare vterque ille ſenſus locum habet, quem ſupra indicauimus, vt orationem ſuam, & veram eſſe confirmet, & præterea non acerbam, ſed potiùs teneram, atque mollem, vt quæ ex humano quodam & tenero ægritudinis ſenſu proficiſcatur.

3.
LXX.

Cùm è vobis nullus ſit, qui poſsit arguere me, id eſt, nemo poſsit iure me reprehendere. Septuag. *Neque correptio veſtra verbis me ſedabit*. id eſt, vt ait Chryſoſtom. neque veſtras ego refutationes reformido, neque in veſtra oratione acquieſcam. quare non omnino diſſonat, ſi vocabulum *arguendi*, pro argumentandi ſumas, vt vulgus ſolet, & aliquando Scriptura. vt infra cap. 15. *Arguis verbis eum, qui non eſt æqualis tibi*. Eſt verò animi cuiuſdam erecti, & nihil ſibi conſcij non detrectare argumentorum pugnam, nam veritas illum confirmat, cùm falſitas imbecillis, timidaque ſit.

Arguere pro argumentari
Iob. 15.
Veritas non reformidat aduerſariorū argumentationes.

XXVI. Ad increpandum tantùm eloquia concinnatis; & in ventum verba profertis.

4.
Concinnare quid.
חשב

COncinnatis. Propriè cogitatis, excogitatis inuenire cupientes, quibus me verbis acerbiſsimis increpare, & compe

ſcere valeatis, non verò animaduertitis, quid vobis reſpondeam, quid rei veritas à vobis & à me exigat; non tam pro veritate diſputatis, quàm pro vexando calumnijs, & contumelijs cũ homine miſerrimo cõtenditis. Eſt vero hoc

Argumentantium vitium.

inepticulorum argumentantiũ peculiare vitium, non attendere quid illis reſpondeatur, ſed in id ſolùm intendere, quid poſsint ipſi denuò aduerſus reſpondentem regerere, & replicare. qui cum loquendo quidem, ſed minimè audiendo ſint, in illos ſcriptum eſt: *Qui priùs reſpondet, quàm audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum.*

Prou. 18. 13.

5. יאש

Et in ventum verba profertis. Radicem (*jaas*) ſæpè Vulgatus vertit *deſperare*, vt Ierem. 2. * *Deſperaui, nequaquam faciam.* quaſi dicat, actum eſt. & cap. 18. * *Deſperauimus, poſt cogitationes noſtras ibimus.* Inde omnes Hebraizantes hoc loco vertunt; *In ventum eloquia deſperati.* Tygurina per paraphraſim, *Nunc excogitatis ſermones & verba, idque inaniter, quibus me deſperationis conuincatis.* ſed ſignificantius Vatab. *An diſceptando reputare debetis eloquia eius, qui deſpondit animum verba mera &* * *ventum* (q. d. *An diſceptando debetis flocci pendere verba mea, qui animum ob afflictiones deſpondiſſe vobis videar? Non ſunt parui pendenda eloquia hominis afflicti.* Alij non participialiter, ſed nominaliter vertunt. *In ventum verba deſperationis.* id eſt, Spiritu oris veſtri, ventoſa verba profertis, quibus me ad deſperationem adigatis, aut deſperantis animi conuincatis. Non ineptè nunc Hebræus apud Caietanum legit per interrogationem: *In ſpiritu verba* * *afflicti faſtidio?* nam verbum illud *deſperandi*, non ſolùm curam aut ſpem alicuius rei à corde remouet, verùm etiam contemptum quendam, faſtidium, tædiũque affert. *ventum* vero ſiue ſpiritum, pro rationali parte accipit, in hanc ſententiam: Quæ homo ex deſperata ægritudine tædio, & faſtidio affectus loquitur, nõ ſunt accipienda quaſi ex mente deliberata proficiſcantur, ſed ex dolore & tædio partis ſenſitivæ. Sed Complutenſes re melius perpenſa hanc deſperationem ad ipſos amicos loquentes referunt, & in hanc ſententiam explicant: *Amouetis verba à corde veſtro, & ſine cogitatione & meditatione, profertis ea in ventum.* inſtar deſperatorum, aduerſum me inſurgitis faſtidioſè, inconſideranter, furenter, acerbiſsimè mecum agitis. Quem eundem ſenſum, ſed leniorem atque ſanu liariorem reddit noſter interpres, cum dixit: *In ventum verba profertis.* quaſi diceret: Inanis eſt veſtra increpatio, cui nulla vera ſolidaq; cauſa, aut materia ſubſit. proinde nihil me mouet, imò potius faſtidio inania & ventoſa verba, quorum curam & auditum pello ex corde, neque magis curo, quam ſi aeri dicerentur. Sept. *Neque enim loquutionem ſermonis veſtri ſuſtinebo.* ſimilis loquutio infra cap. 15. *Numquid reſpondebit ſapiens, quaſi in ventum loquens?* & Ierem. 5. *Prophetæ fuerunt in ventum loquuti.* quod ad inanem verborum iactantiam pertinet.

Ierem. 2. 25.
* En negocio acabado y deſatuziado no ay que tratar mas de el.
Ierem. 18. 12.
* Ya auemos acabado con Dios, y echado por otro camino.
Tygurin.
Vatab.
* Deueis de penſar que vn hombre ſin apura do como yo habla ad ayre.
Hebræus apud Caietan.
* Lo que aʒeys habla un hombre enſado y canſado de padecer, mas nace de ſuenſado, que de ſu buena razon.
Complutenſes in Lexico.
LXX.
Iob. 15. 2.
Ierem. 5. 13.

XXVII. Super pupillum irruitis & ſubuertere nitimini amicum veſtrum.

1. *Irruere venatorum eſt. Leo incubat prædæ. explicatus Moyſes.*
2. *Subuertere ex Hebr. deſtructus Vulgatus.*
3. *Animi conſtantis videtur conſpicuum et undique deiectus. Formula confirmandæ veritatis ex Paulo.*
4. *Sedere ad animi tranquillitatem ſpectant.*
5. *Quid contentio, & quo à rixa differat.*
6. *Stultitia in Heb. calamitas, cauſa pro effectu. Quid perſonare.*

1. IRruitis *ſuper, &c.* Opprimitis veſtro pondere, clamore, violentiâ contumelijs *pupillum*, cui non ſit adiutor: quod valde illiberale eſt. *Tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ*, quam labentem & ſemidirutam viatores omnes diruere, & deijcere penitùs conantur. forſan ſumitur translatio à venatione & præda, ſuper quam ſe ſolet prædo, aut venator proijcere, vt hominem vel prædam pondere opprimat, & arctè comprehenſam elabi è manibus non ſinat. ſicut de venatore dicitur Pſalm. 10. *Inclinabit ſe, & cadet* (ſuper prædam) *cùm dominatus fuerit pauperum.* Sic dicitur, prædam tenere Leo, cadens, accubanſque ſupra illam. ſicut ſcriptum eſt: *Ad prædam fili mi aſcendiſti* (nam tribus Iuda in montana terræ promiſsionis loca occupanda, & expugnanda conſcenſurus erat, ſicut Leo, qui in montibus venationem exercet) *requieſcens accubuiſti vt Leo, & quaſi Leæna, quis ſuſcitare* (remouere, abigere à præda, cui incubat) *eum audebit.* Fontem legunt Hebraizantes actiuè. *Super pupillum proijcietis.* & Pagnin. intelligit, *Proijcitis laqueos.* ſed præſtat, quod diximus. vel vt ſignificatio verbi (*Naphal*) actiue accipiatur, pro cadere facere, vt ſenſus ſit, *Irruitis*, id eſt? veſtro pondere impellitis, & cadere facitis: ſic enim exigit ſecunda pars. Nam quod Vatab. dicit: *Pupillo iraſceremini.* vel, *Pupillum condemnaretis*, neſcio vnde confirmari poſsit, niſi quia, qui cadit, inferior eſt, & vincitur ab eo, qui illum proſternit & deijcit. Sed illud languet: & non minùs diſplicet, quod Tygurina legit: *Pupillo imponere ſtudetis.*

Pſal. 36. 4.
Pſal. 10. 30.
Leo cadens ſuper prædã.
Gen. 49. 9.
Regia.
נפל
Irruere actiuè ſumptum
Vatab.

2. Cùm ſecunda quoque parte congruunt, quę de cadendo, aut irruendo diximus: nam *ſubuertere* propriè eſt, circumfodere, id eſt, foſſam facere, in quam decidat: ex verbo legas, *Et fodietis circum amicum veſtrum.* nam ab eadem radice dicitur Pſalm. 7. *Lacum aperuit, & effodit eum.* Ad dolos, & calumnias verborum, & decipulas argumentationum videtur pertinere. Pagnin. *Foditis mendacia contra amicum.* Vatab. *Foditis, & machinamini fraudes:* Septuag. contumelias, & conuitia interpretantur? *Inſultatis contra amicum veſtrum*, Hebraiſmum eleganter noſter illuminauit, *ſubuertere*; deijcere, deturbare in opinionem ſceleratæ vitæ, in captioſam argumentandi, & colligendi rationem atque decipulam, in animi deſpondentis abiectionem, & puſillanimitatem. Cùm autem dicit *pupil-*

Subuertere.
Pſal. 7. 16.
Vatab.
LXX.
Hebraiſmus illuſtratus.

Vatab. Caietan. argumentū [à] minori.

lum, & amicum, ſe ſignificat: vel, vt indicant Vatab. & Caietan. eſt ſententiæ Auxeſis, & quaſi argumentatio quædā à maiori ad minus; Qui ſubuertere nititur amicum, & ſodalem, quid non faciet contra pupillum & orphanum?

XXVIII. Veruntamen quod cœpiſtis, explete: præbete aurem, & videte, an mentiar.

3. IN eo, quod ſemel cœpiſtis, pergite. neque enim diſputationi me ſubtraho, neq; viam præcludo diligenti examini meorum verborum, æquum tantùm iudicium veſtrum requiro, & attentas atque beneuolas aures. In fonte; *Velitis, & reſpicite in me.* id eſt, nolite à veſtra diſputatione ceſſare; quod ſemel voluiſtis, & aggreſſi eſtis, proſequimini; neque enim erubeſcam. Conſtantiam quandam, & firmitatem animi, & vultus minimè deiecti, aut aliquid reuerentis, quod ſibi obijci poſſet, videtur indicare illud: *Reſpicite in me*. vel, in faciem; fortè illud eſt, quod nos quoque dicere ſolemus. *Mirad me a la cara, que yo ſ[o]y, y haré bueno lo que e dicho.* quanquam Vulgatus ad attentionem quandam retulit, cùm quis figit in dicente oculos. & propterea reddidit, *Præbete aurem.* quod lectio Auguſt. dilucidè dixit: *Nunc autem aſpicientes vacate mihi.* Illud autem *Videte an mentiar*, Septuag. quaſi commutatis oculis, ſic legerunt, *Inſpicientes in facies veſtras non mentiar.* non eſt, quòd aliquid ſubuerear, ingenuè quod verum eſt eloquar vobis teſtibus, audientibus atque videntibus. Ad libertatem orationis, & confirmationem veritatis pertinet illud; *Non mentiar*: nam neſcio quid amplius ſignificat, quam ſi dicas, veritatem dico. vt Paulus ad Rom. 9. *Veritatem dico in Chriſto Ieſu non mentiar.*

[A]nimi conſtantia, & vultus minimè [d]eiectus. — [A]uguſtin. — LXX. — [F]ormula cōfirmandi veritatem. — [R]om. 9. 1.

XXIX. Reſpondete obſecro abſque contentione, & loquentes id quod iuſtum eſt, iudicate.

4. SI quid reſpondendum, & obijciendum habetis, libēter audiam. propriè ex Hebræo, cōuertimini, aut, reuertimini. Septuag. *Sedete obſecro, & non ſit iniuſtum, & rurſum iuſto adeſtote.* Fortè enim indignabundi diſceſſum parabant, aut iam ſurrexerant diſceſſuri: quare illos inuitat ad promouendam diſputationē. quanquàm Olympiod. & Polychron. exiſtimant perinde eſſe ac ſi diceret, Vos ipſos meorum verborum iudices conſtituo. Didymus, illud, *ſedentes*, ad ſermocinandum vacuum attentumque animum, & inquirendi cupidum ſignificare exiſtimat.

LXX. — [O]lympiod. [P]olychron. [D]idymus. — [S]edere ad animi tranquillitatem pertinere.

5 *Abſque contentione.* Hebraicè; *Non ſit iniquitas.* Septuag. *Non ſit iniuſtum.* nihil per contentionem; aut iniquum contradicendi ſtudium à vobis dicatur, aut ſtatuatur. & quidem ſapienter à Latino interprete dictum eſt, *abſque contentione*. Nam quid iniquius, quam veritatem oppugnare? & ſi ille iniuſtus eſt teſte Apoſtolo, *qui veritatem detinet*: quid, qui illam opprimit, lacerat, conuellit? Contentionem autem interpres dixit, quòd res de diſputatione, argumentis & reſponſione eſſet. eſt enim contentio in verbis, aut diſputatione cum impugnatur veritas. Vt Theologi cum Diuo Thoma definiunt. 2. 2. q. 38. art. 1. Vel, vt Ambroſ. *Contentio eſt impugnatio veritatis cum confidentia clamoris.* & q. 41. eo diſtinguitur contentio à rixa, quòd illa fit in verbis; hæc in factis. & à Græcis appellatur *Logomachia*. & quidem ſic indicatur à Paulo ſcribente ad Timoth. *Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.* Rurſus idem Apoſtolus hanc contentionem cum iniquitate coniungit, perſtringens garrulos Iudęos veritatis impugnatores. *Qui ſunt ex contentione, qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati.*

LXX. — Rom. 1. 18. — Contentionis vitium. — D. Thom. — Ambroſ. — Contentio quo differat à rixa. — λογομαχία. — 2. ad Tim. 2. 14. — Rom. 2. 8.

Et loquentes (propriè, reuertentes, id eſt, diſputationem inſtaurantes) *quod iuſtum eſt iudicate.* id eſt, me iuſtificate, me à vobis iuſtum & innocentem iudicari oportet: quotieſcunque in iudicium & examen me vocaueritis, ſemper iuſtus inueniar. propriè: *adhuc iuſtitia mea.* vel ſic iuſtifico meam cauſam, & controuerſiam.

XXX. Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit.

INiquitatem. Nihil quod à me iniquè dictum ſit, nihil contra ius, aut contra diuinum numen. *Stultitia (Hauoth)* calamitates, infortunia, contritiones, aliquod verbum ſtultè prolatum, propter quod plagis, & ſupplicio dignus ſim. de qua voce diximus ſupra. admodum enim variè redditur à noſtro interprete. Sed aliquando quidem ad linguæ vitiū refertur, cùm latens in corde iniquitas, aut prauum deſiderium, aut effrægata cupiditas ore & verbis ſe prodit, & per ſtultitiam, & temeritatem in lingua, & faucibus perſonat. vt Micheæ 7. *Magnus loquutus eſt deſiderium animæ ſuæ.* quo loco eleganter dixit Tygurina: *Magnam corruptelam animi ſui loquitur*. Sed ne quis hunc locum ad aliam radicem pertinere aſſerat, præſto ſunt alij ab ipſa noſtra radice. Pſal. 38. *Qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates.* ſtultè, & temerè de inſidijs ſtruendis, & morte patranda locuti ſunt. Sic enim Hieronym. legit. *inſidias*. Pſalm. quinquageſimo primo, *Iniuſtitiam cogitauit lingua tua.* Hieronym. *Inſidias cogitat lingua.* Ergo ſtultitia, quam Iob negat in faucibus ſuis *perſonare*, ſunt verba per ſtultitiam & temeritatem prolata, quæ latentis prauitatis, atque malitiæ aut praui corruptique erga religionem animi indices ſint. Sed ex originali alius ſenſus elicitur, nam pro *perſonare* eſt, בין, quod eſt prudenter agere, vel intelligere: quare propriè legas: *An fauces, vel palatum meum non intelliget?* non ſentiet calamitates & tribulationes? fieri non poteſt, quin dolens conquerar:

6. — Stultitia quid in Hebræo. — הוות — Perſonare. — Mich. 7. 3. — Pſal. 51. 4. — בין

quin

LXX. quia pars ſenſitiua, quæ dolorem & amaritudinem refugit, non afficiatur ſenſu calamitatum. Septuag. *An fauces meæ non intellectum meditantur?* Non itaque ſtulteſco, dum in faucibus meis gemitus & lamenta perſonant; nam ad præſcriptum rationis gemo, & ſuſpiro.

Et quidem non ſemel Scripturæ, linguæ, faucibus, verbis tribuunt, quod mentis & intelligentiæ proprium eſt; videlicet meditari, aut intelligere: idque duplici de cauſa. Primum, quòd magna ſit rationis, & orationis cognatio: quare quæ mentis expertia ſunt, eadem facultate ſermonis carent. tum etiam, quòd ſermo meditatione indigeat, & multa conſideratione dicendorum præuia. hinc illud: *Lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam.* id eſt attentè, ſapienter, non temerè, neque ſtultè de diuinis loquar. Simile id Ioſue. 1. *Non recedat volumen legis ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus.* id eſt; ita meditaberis, & cogitabis aſſiduè, vt ex ipſa quaſi cogitatione, & attentione mentis efferueſcente redundent, & ebulliant in ore verba. Et ſapientia ſic ſuas leges atque præcepta haberi pro torque vult. *Liga ea in corde tuo iugiter, & circumda gutturi tuo.* videlicèt vt verba, quæ in gutture formantur, fiant ad præſcriptum ſapientiæ, & illius regula, & menſura circumſcribantur. Altera verò cauſa, quod in vniuerſum cùm aliquid prudenter, & ſapienter agitur ex præſcripto rationis, tunc ratio & conſilium dicitur ineſſe ipſi rei per quam fit. Sic intellectus manibus tribuitur, vt illud Geneſ. 48. Iacob *commutans manus benedixit filijs Ioſeph.* propriè ex Hebræo legitur: *Intelligere fecit manus ſuas.* quod Onkelus doctè explicat: *Prudenter egit manibus ſuis.* ac ſi ipſæ manus myſteriorum conſciæ eſſent. Similiter Deus dicitur populum ſuum deduxiſſe: *In intellectibus manuum ſuarum.* id eſt, ſapientiſsimis, & myſterioſis actionibus. Sic etiam fauces aut ſtultæ, aut intelligentes ſunt.

Ioſ. 1. 8. *Prou. 6. 21.* *Geneſ. 48. 14.* *Pſal. 77. 72.*

CAPVT SEXTVM.

1
Reſpondens autem Iob dixit:

2
Vtinam appenderẽtur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in ſtatera.

3
Quaſi arena maris hæc grauior appareret.
* vnde & verba mea dolore ſunt plena.

4
Quia ſagittæ Domini in me ſunt: quarũ indignatio ebibit ſpiritum meũ:

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

CVM ELIPHAZ ORATIO POSTVLARE videretur, vt eius, quæ in ſe erat fidei atque pietatis rationem Iobus redderet, atque obiectionibus propoſitis ſatisfaceret; infractus is, conſtantique animo, atque bona conſcientia erectus ſic reſpondet. Optarem ſane, vt ſi quæ vnquam admiſi errata, *a* quibus diuini numinis indignationem aduerſum me cómerui, nunc cum grauitate ſimul meorum cruciatuum æquis lancibus expenderentur: vt cum omnibus perſpectum eſſet calamitates meas præponderare; non ſecùs quàm ingentem arenæ maris cumulum compoſitum cum re leuiſſima, nemini tam dubium eſſet, quæ patior, non eſſe meorum ſcelerum ſupplicia. *Neque verò lamenta hæc mea, atque ſuſpiria, nuper ex dolenti pectore emiſſa, propter quæ ſuſpicionem de me concepiſtis *b* iracundi & indignantis hominis, tam leuiter iactata ſunt, vt doloris acerbitas & grauitas grauior non ſit, quàm quot in littore exaggerari poſſunt *c* arenæ cumuli. Quæ enim peccata tam grauia vnquam patrárim, vt grauiſſimam ægritudinem, & animi commotionem, irati & furentis maris inſtar perferre nunc cogar, omni pondere & mole grauiorem? quin & vos aduerſum me indignamini, & excádeſcitis, quod vobis viſus fuerim aduerſus Deum temerè & inſolenter indignari. Sed nullus, ò amici, aduerſus Deum irati, atque impatientis animi ardor, quin potiùs incredibilis animi dolor, & acerbitas, gemitum & voces has querulas ex meo pectore extorquent. Eſt enim mea calamitas multarum rerum acerbiſſimarum acceſſione incredibiliter exaggerata, vt quæ *d* ſubita & inopinata, & quaſi per inſidias parata, atque quaſi ex alicuius hoſtis prauitate, & concepta in me malitia profecta fuerit. At vos iniqui profectò rerum æſtimatores, & ponderatores videmini; & *e* aurium, quod homini conceſſum eſt, veluti bilancium, iudicio non tam vim atque ſententiam, quam inanem meorum verborũ ſonitum ponderare. Atqui (ó amici) cogitare debuiſſetis, licet quidem pœnæ ſint *f* pondus, quo ſcelus admiſſum, quaſi in altera lance poſitum leuatur, & extenuatur: tamen nihil eſſe in me tam graue ſcelus, quod illi reſpondere ex æquo poſſit. tum etiam lamentationes & gemitus, quaſi pondera quædam eſſe, quibus doloris grauitas & acerbitas leuari & extenuari poſſit. Neque verò ea omnia loquor, quæ *g* dolor ſubminiſtrat: multa deuoro, atque ſupprimo. quòd dicendi facultatem ægritudo mea ſuperet; vnde mihi noua doloris ratio accedit.

Sed heu me miſerum, quem Deus potentiſſimus atque fortiſſimus vaſtator, cuius potentiæ nemo reſiſtere poteſt, mille acutiſſimis *h* ſagittis confixit, profundiſſimiſq; vulneribus, & intimos viſcerum receſſus penetrantibus, quaſi per occultas inſidias, inſtar ſagittarij alicuius ſæuiſſimi, transfixit. Sed quid ego ſagittas dico? fulmina potiùs ardentiſſima hæc; enim ille à bene curuato arcu nubium pro ſagittis eiaculatur. Hæc in me ſunt, vt qui ſolus ipſe noui, qui plagas a Deo inflictas meo corpore excepi. vos enim, ò amici, integris viribus & bona valetudine, quaſi de plauſtro loquimini: philoſophaminique liberius in meis ærumnis; at ego vehementiſſime crucior: nam cùm penitus ſpicula Omnipotentis in meis viſceribus, & pulmonibus defixa hæreant, nullumque extractum ſit, vt aliquod vulneri remedium quæreretur, neq; vllus iactus fortiſſimi illius brachij a me aberrauerit, ſed me omnes collimárint; accedit etiam, quod cuſpides omnes inflammatæ & ardentes videntur, vt quæ tinctę ſint letali aliquo veneno; ita vror, & ardeo, exhaurior q, totus ſanguine vulneribus profluente, & aperto conſciſſoque pectore, non ore tantum, aut naribus exſpiro. Ergo cùm ita meo ſanguine *i* ebriæ, obrutæque ſint ſagittæ, & madeat, aut potius natet terrum, ſitio ego, & exugor,

pem-

NOTATIO RERVM INSIGNIORVM, QVAE in commentarijs fuſius explicantur.

a *Difficilis huius ſententiæ & Bilancium prima Latinorum expoſitio tractatur. verſ. 1. 2. 3. nu. 1. & 5.*

b *Altera Græcorũ expoſitio expenditur. nu. 2. & 6.*

c *De arenæ generatione, & ſignificatione, & prouerbialibus ex illa locutionibus, quædam ex facris & prophanis. ver. 3. n. 7.*

d *Calamitatis ſignificatio accuratè expenditur ex Heb. ver. 3. n. 3.*

e *De nomine aurium, & vt bilancium ſimiles ſint, & de auditu doctrina & præceptis quædam. verſ. 3. n. 4.*

f *Allegoria grauitatis peccatorũ relatæ ad diuinæ iuſtitiæ trutinam, & pœnarum pondus ex altera parte reſpondentium. ver. 3 num. 5. Nec non etiam de ſuſpirijs & gemitu, quo eleuatur ægritudinis grauitas. nu. 6.*

g *Vt dolor abſorbeat, & præcipitet verba, ex Originalis, & Hebraizantibus non pauca. v. 3. n. 8.*

h *De Dei ſagittis, quænam ſint, & vt collineent ſemper, & fixæ hæreant in ſcopo. ver. 4. n. 2. 3.*

i *Vt Sagittæ bibant & inebrientur ſanguine rubei vini ſimilitudine, & vt cædes hominum vinearũ referat, quædam ad ſacrificii gentium opportuna. v. 4. nu. 5. 6.*

penitusque conficior miſer. Quid, quod non ſolùm præſentibus malis, ſed aliorum etiam grauiſsimorum impendentium timore diſcrucior, vt vndique terroribus & metu obſidear, velut hoſtiũ immaniſsimorum exercitu oppugnatus: nam non aduenturæ ſolùm, ſed præſentes etiam ægritudines & cruciatus incredibili ſua magnitudine me deterrent; nec non terribile ſpectaculum cunctis me mortalibus efficiunt.

Quod ſi dolores alij à me ſuſpiria & gemitus non extorquerent, at ſola fames clamare vehementius cogeret. Nec vitio mihi tribuẽdum, quod fameſcentibus brutis, onagro videlicet (*l* qui fameſcens frequenter, vehementerque rudit) & boui condonatur, vt rugientibus præ fame inteſtinis, vocem atq; rugitus edant. Si verò poſt ſuſpiria atque clamores, aliquid tandem mihi cibi apponitur, mirum eſt, quam ſit inſulſus, inconditus, amares, frigidus; vt etiam fameſcenti homini ſtomachum moueat. Quod ſi vrgente fame ſumere velim illa, ad quæ quondam nauſeabam, vix neceſſarius ad victum cibus ſuppetit: non fruſtra itaque conqueror: nam hoc in omnium animantium natura poſitum eſt, vt ſi vel fameſcant, vel mali alicuius quidpiam patiantur, inarticulatis & rudibus vocibus, & qua poſſunt ratione ſignificent, ego verò non gemere tantum, ſed illum cibum, qui mortalium palato amariſſimus eſt, mortem (inquam) expetere compellor: interim alij leuioribus compulſi malis clamare permittuntur. Si enim quis in cibum inſulſum, aut male conditum, aut amarum, aut veneno infectum incidat, ſubito clamore conqueritur, & voce atque geſtu auerſatur, niſi illum dira fames cogat ſumere amara pro dulcibus. me verò infœlicem, cui grauiſſime laboranti per meos ipſos conſolatores non liceat gemere, cum his miſerijs acerbiſſimis paſcar, & exſaturer, quas quondam firmus & valens faſtidirem. Sed illud te monitum velim, amice Eliphaz, vt qui amicitiæ officium te præſtare & colere profiteris, *m* ſalem coemas. inſulſa enim, & nullo prudentiæ ſale condita conſilia, grata & ſuauia, imò & ſalutaria eſſe ægrotantis præſertim palato, minime poſſunt. Sed Sal tamen parce & moderate adhibendum, ne ærumnoſum & dolentem hominem nimium acerbe & inhumaniter pungas; ſed potius ſali oleum addas, inſtar medici humaniſſimi atque prudentiſſimi, quo ægrotantis animi acerbitatem & animi morbos cures, & lenias; ne ſapiens cum videaris, inſulſum & fatuum ſal iure haberi poſsis: præſertim, cum ego ad mearum calamitatum leuamen, nulla valde exquiſita remedia poſtulem, ſed quocumque vel leuiſsimi ſolatij adminiculo contentus ſim, cuiuſmodi pauperibus & tenuioribus hominibus, ſal eſſe ſolet, neceſſarium quidem, ſed facile parabile palati irritamentum, & non niſi pauperum condimentum. Nam neq; delicatiſsimus cibus, quale eſt lacteum & molle albumen *n* oui ſine ſale comedi poteſt; quanto minus poterunt moleſtiſsimæ & inſulſiſsimæ acerbitates ſine vllo condimento deuorari? Sed ſi inſulſum & fatuum me vos è contrario exiſtimetis, quod paulò concitatiora verba loquar & à prudentiæ ſale, & condimento imparata, mirari profectò minime debetis, nam qui inſulſam habet ſaliuam, & linguam, inſulſum expuit; qui amaram habet linguam, amarum & biliolum excreat. Sic ſane ego mihi ipſi non dulcè ſapio: neque ſuave oleo, *o* inficio enim grauiſsimo halitu leonini perſimili, quæ mihi apponuntur. & qui amareſcam totus, dulciora nõ poſſum pectore promere; enim verò quæ nunc loquor, vix quondam auderem ore contingere, ac ne cogitare quidem. At vi doloris ad loquendum vel inuitus, & dolens adigor, ſicut etiam (inuitus licet) excipere & deuorare cogor importuna conſilia meorum amicorum.

Sed ad tot tandem malorum ſolatium aliquod, ab ipſo meo iudice, ne quid contra ius & æquum poſtulaſſe videar, ſummis contendo precibus, ſpero etiam anxius atque ſolicitus, vt qui me ſemel conterere & tundere cœpit, penitus conficiat; neque me diuturniori ſupplicio excruciet: opto enim illi, cui meæ ærumnæ ſemel *p* placuerunt, nunquam non placere, neque dolens & decumbens ſolùm, ſed mortuus etiam gratus, & obſequens haberi. Soluat igitur, atque expediat manum ſuam, liberè

l De onagri natura, fame, ſiti, ruditu, tum ex ſacris tum ex prophanis multa. ver. 5. nu. 2. 3. 4.

m De ſale ad correptionem, & ad ſapientiam relato peculiaria quædam. v. 6. nu. 6. 7.

n Hebræorum lectio de oui albumine, aut vitello pro inſulſa ſalina latè tractatur, & illuſtratur. ver. 7. nu. 8.

o Quid illa graueolentia halitus, quam Septuaginta legunt, & vt anima leonina virulenta ſit, ex ſacris & prophanis nonnulla. v. 7. nu. 10.

p Vt veri ſuius ſententiæ aſſerunt voluntatis quandam voluptatem, & quandam cupiditatem inexplebilem, quaſi Deo noſtræ ærumnæ placeant, & ingenti

& terrores eius militant contra me.

5
Numquid rugiet onager, cùm habuerit herbam? aut mugiet bos, cùm ante præſepe plenum ſteterit?

6
Aut poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditũ? aut poteſt aliquis guſtare quod guſtatum affert mortem?

7
Quæ priùs nolebat tangere anima mea, nũc præ anguſtia cibi mei ſunt.

8
Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto tribuat mihi Deus?

9

& qui cœpit, ipſe me conterat: ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me.

10

Et hæc mihi ſit cõſolatio, vt affligens me dolore, non parcat:

Nec contradicã ſermonibus Sancti.

11

Quæ eſt enim fortitudo mea, vt ſuſtineam?

aut quis finis meus, vt patienter agam?

12

Nec fortitudo lapidũ fortitudo mea: nec caro mea ænea eſt.

13

Non eſt auxiliũ mihi in me:

*& neceſſarij quoque mei receſſerũt à me.

14

Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam,

timorẽ Domini derelinquit.

15

Fratres mei præteriẽrunt me,

quoquo verſus conijciat, & verſet; videtur enim hactenus ſe geſſiſſe in me cædendo inſtar hominis abbreuiatam, aut colligatam habentis manum: libero itaque, & expedito brachio me confodiat. ſentio enim, quisquis ille ſit, cuius miſer ego manu atq; gladio iam diu vulneror & tundor, impeditam & ligatam illam eſſe. Ergo ſic me ille vulneret, omnemque meum ſanguinem profundat, vt mea illi mors lucro alicui, aut verò voluptati exiſtat. Hoc igitur ſolatio, interim dum me dolores vrunt, incaleſcerem, & animos, vireſque colligerem, ſi cruciatuum magnitudo certam mihi mortis ſpẽ allatura eſſet. Scio enim dum iſti dolores me, velut q parturientem, excruciant, fore vtandem ſalutis & incolumitatis ſpiritus, vitæque alterius requies atque tranquillitas parata mihi ſit. Nulla igitur mei r commiſeratione retardetur: nam ſi moriar, liber & ſecurus à peccandi metu euadam, nunquamque deinceps Dei voluntati repugnabo, vt qui ex huius vitæ, & mortalium conditionis inconſtantia receſſerim. Valde videlicèt meæ imbecillitati timeo, ne me à pietatis ſtudio doloris acerbitas vel latum vnguem dimoueat; cùm itaque adhuc non peccauerim, nollem à mea vitæ innocentia recedere; quamuis ſpes mihi firma ſit, forè, vt nũquam Deo contradicam. Non eſt igitur, cur ſ mortem timere debeam; ſed potiùs eſt cur conſtanter petere atque expectare illam poſsim: quam cum mihi tandem infligere voluerit Deus, tantum abeſt, vt illam deprecari paratus ſim, vt pro magno potiùs beneficio ſim habiturus. ſanctus enim qui eſſe ſtudeam, à ſancto & puriſsimo numine nihil iniqui, aut parùm mihi vtile accipere poſſum.

Et certe rem expecto neque longè diſtantem, neque valdè difficilem; nam vitam per ſe breuiſſimam in arctiſsimas anguſtias redigunt acerbiſsimi, quos perfero, cruciatus, quibus ſuſtinendis par eſſe non poſſem, niſi me t precandi ſtudium & aſſiduitas, atq; diuina gratia corroboraret: atque (humanum etiam aliquid arbitratus) gemitibus interdum & lamentationibus indulgerem: nam neque laborum meorum finem, quando futurus ſit, ſcio, vt ea cognitione & ſpe me ad patienter ſuſtinendum confirmem. Non enim alium fœlicitatis temporalis finem, vel exſpecto, vel oblatum etiam acciperem: quicumque enim ſit vitæ ærumnoſiſsimæ iſtius exitus, vitæ ipſi anteferendus meritò eſt.

Quippe non ego ſaxeus ferreusve; aut ſine ſenſu ſum, vt iam vehementer percuſſus neque ſentiam, neque ingemiſcam. Et quidem illa, quæ ſenſus expertia ſunt, lapides atque metalla, ictum & malleum reſpuunt, & ad leui limum contactum, quaſi conquerantur, tinniunt; ego verò qui mollior ſim, qui ex fragiliori teſta compactus, teſteus & luteus, pene iam contractus nullam doloris & ſenſus vocem emittam?

Vires me iam planè deficiunt; cùm enim (quod veriſſimè affirmabo) minime ſim puſillo, aut abiecto animo, tamen longè inferior ſum ægritudinis magnitudine, & acerbitate, &, quod mihi reliquum eſſe poterat, diuinum auxilium deſidero; *nec non veræ amicitiæ & neceſsitudinis in ipſis meis propinquis, & familiaribus officium requiro: video enim humanitatis legem aduerſum me violatam eſſe; & qui maximè conſtantes eſſe debuiſſent in me iuuando, & ſubleuando, hi primi a me dilapſi ſunt.

Si quid autem in lege prudentiæ, aut comitatis ego vnquam peccauiſſem, grauiter dolenti, & ab omni amicorum ope homini deſtituto condonandum erat. Qui verò non ſolùm frigent, & languent, vbi ardenti erga amicum charitate opus eſt, ſed etiam amicorum ſuorum malis territantur, & longiùs fugiunt, ne quid mali è vicino malo participent; & qui v miſericordiæ & pietati nuncium remittunt, hi profecto Dei timorem grauia comminantis ſupplicia & æternæ, veræque amicitiæ deſertoribus, à ſe abiecerunt; neque Deum diligit, qui proximum non diligit; neq; x ſanctus eſſe poteſt, qui miſericors non ſit.

Sed illud mihi acerbius, quod naturæ etiam iura erga me violata video: nam vniuerſa mea cognatio me deteſtatur; & cùm me vident, ſanguinis & naturæ coniunctionem contra naturæ iura contemnentes & abnegantes, à me oculos deijciunt, atque

lucro exiſtat. verſ. 9. n. 2. & 4. & vt in medijs cruciatibus ſe probat Dei benignitas. nu. 5.

q Afflictum parturire ſpiritum ſalutis, dummodo patienter perferat, indicatur cum vtilitate. ver. 10. nu. 2.

r Vt Dei miſericordia reſplendeat ſiue cum mortem infert, ſiue cum vitam tuetur. ver. 10. nu. 3.

ſ Vt mors ſegnis & timida, vtpote inermis, accedat ad virum iuſtum. ver. 19. nu. 4.

t Vt humana imbecillitas precum & diuinæ gratiæ robore grauiſſimas ærumnas perferre poſſit, quadam ex ſacris. ver. 11. nu. 1.

v De miſericordia affectu accuratè diſſeritur, & de laude veræ amicitiæ. ver. 14. nu. 2. 3.

x Vt ſit idem Miſericordia & ſanctitatis, vtriuſque Miſericordis, & ſancti nomen in ſacro ſermone. verſ. 14. nu. 4.

y Vt iuſti oculos in ærumnoſis defigant, vt impij auertant & prætereant, opportuna ad mores conſideratio. verſ. 15. n. 1. 3. 4.

hominem miſerrimum execrantur, velociſſimeque y prætereunt, ad ſua quiſque negotia, & commoda contendentes, ne vlla mearum ægritudinum, ſi in me diutius oculos figere voluiſſent, commiſeratione tangerentur. Cumque à me inſtar torrentis, qui raptim tranſit in conuallibus, dicto citiùs dilabantur; illa etiam re torrenti perſimiles euadunt, quòd ſicut torrens hyeme, cum opus non eſt, aquis redundat, æſtate vero areſcit, & ſqualet, ita iſtorũ amicitia, cum opus mihi non erat, turgebat, & fluctus atque ſpumas magnificentiſsimarum pollicitationum in cœlum tollebat: ſed cum in æſtu mearum ærumnarum ad illos confugio, fugiunt illi, excedunt, euaneſcunt.

Cæterum, in tantæ iſtius impietatis, & inhumanitatis pœnam fiet profecto, vt qui timent propius ad me accedere, ne participes ſint meorum malorum, in tanto grauiora mala incidant, quanto nix copioſior, & denſior eſt pruina. Conniuet nunc tantiſper Deus; ſed tarditatem ſupplicij grauitate compenſabit, atque opportunè illos diſsipabit: & incaleſcente atque ardente diuinæ iuſtitiæ ſole vniuerſam illorum fœlicitatem, quæ nunc ærea, & ſolida videtur, liquefaciet, atque diffundet. Tortuoſis, & inflexis alueis defluxerunt, vt quorum amicitiæ & vitæ ratio recta non fuerit; ſed illorum vitæ exitus omni fœlicitate vacuus erit. Interim, ſicut z torrentes quos nix operit, & glacie ac niue liqueſcente turbidi redduntur, externa facie conglaciante & concreſcente, occulte prælabuntur: ita mei propinqui, dum ad meas miſerias indureſcunt, & turbida, toruaq; me fronte excipiunt, cùm præſentes ſunt, & vix me conſpecto ſeſe proripiunt: ita nunquam illi mihi opportuni, aut commodi erunt: nam in mearum aduerſitatum hyeme conglaciant: & in æſtu meorum dolorum diſſoluuntur & exareſcunt, nulla ſanè vitæ conſtantia, vitæ, neque amicitiæ ſtabilitate ſeruata: inſtar torrentis, qui, quo fert aquarum confluentium impetus, nunc hanc, nunc illam ſemitam aut efficit, aut ſequitur. Neque non ego torrenti ſimillimus ſum; nam quondam bonorum omnium, atque diuitiarum affluentia redundabam: nunc in ſumma ſiccitate & ſqualore tabeſco.

z Torrentis ad inconſtantem amicitiam fuſior allegoria tum ex re ipſa, tum ex Hebræorum lectione. verſ. 15. n. 3. & 4. & ver. 18. nu. 3. & ver. 20. nu. 1.

Et quidem vt Themanitæ, & Sabæi, dum iter faciunt in ſua illa arenoſa & æſtuante regione, ſi poſt vehementem imbrem, tantiſper ſiti compulſi de via deflectant ad biberdum, nullos iam torrentes reperire poterunt. Nam bibula tellus momento temporis exſorbet quamcunq; confluentium aquarum vim maximam, & confuſi pudibundique recedunt; ſic ſanè amici mei, qui ad me conſolandum venerunt, tum etiam alij, qui ex remotis prouincijs ad hoc miſerandum meæ fortunę ſpectaculum confluxerunt, confunduntur, & pudefiunt dum in me oculos adijciunt, atque contemplantur hominem à ſuis fratribus, propinquis, & vniuerſis denique, quorum intererat mihi adeſſe, neglectum, atque derelictum. Cum vero mihi nihil reliquum eſſet, quam vt ſperare poſſem aliorum Themanitarum, & Sabæorum auxilium; illi certe aut ruſtico pudore detinentur, ne me inuiſant: aut qui iam adſunt, importune me conſolantur, vt qui à me per contemptum, & ludibrium oculos deijciant. Sed, o amici, vos admoneo, ne præſenti fortunæ inſoleſcatis: & qui cum Themanitis atq; Sabæis mercaturam & commercia exercetis, pecunijs ne multum fidete: confundentur enim tandem, qui in illis ſperant, & facile ad meam quoque inopiam deuolui poterunt.

Veniſtis itaq; ſero ad me conſolandum, ne in recenti mea clade, & egeſtate aut opem, ſtipemve à vobis emendicarem: & nunc quoq; vobis ipſis, ac veſtris crumenis timere videmini, dum meã indigentiam vultu minime benigno conſpicitis. Sed ſecuros vos, & ſine timore eſſe volo: nihil enim à vobis exigam; neque vllius ſane facultates concupiſco ad ea, quæ mihi opus ſunt: neque verò efflagitabo, vt largiamini pro me munera, quibus me ab hoſtibus & tyrannis redimatis. Nihilque prętereà quicquam vobis debeo, vt quaſi pretio conductus, debeam multus, & patientiſsimus auditor veſtra probra patienter excipere. Numquid igitur veſtra fortitudine indigeo, vt vel à potentiſsimis hoſtibus, vel ab his grauiſsimis ærumnis, & tum animi, tum corporis anguſtijs, qui-

Sicut torrens, qui raptim tranſit in conuallibus.

16
Qui timent pruinã, irruet ſuper eos nix:
17
Tempore, quo fuerint diſſipati, peribunt: & vt incaluerit; ſoluentur de loco ſuo.
18
Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt.
19
Conſiderate ſemitas Thema, & expectate pauliſper.
20
Cõfuſi ſunt quia ſperaui. venerunt quoq; vſque ad me, & pudore cooperti ſunt.
21
Nunc veniſtis, & modò videntes plagam meam timetis?
22
Nunquid dixi: Afferte mihi, & de ſubſtantia veſtra donate mihi?
23
Liberate me de manu hoſtis, & de manu robuſtiorum eruite me?

CAP. SEPTIMVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

In ſemel capta oratione & ſententia de optanda morte perſtat Iob, atque ex vitæ ærumnis, breuitateque redarguit Eliphaz. ſed illam tandem quodam humanitatis ſenſu ſtatim deprecatur.

Huius capitis, atque omnium dicendorum ſcopus.

1. *An Iob lamentari iterum inſtituat. Perſtat potius in reſpondendo ſibi obiectis.*
2. *An Eliphaz errauerit in fide veræ beatitudinis.*
3. *Aliæ ſententia de Iobi propoſito, & mente.*
4. *Totius capitis vera ſententia, & cum præcedenti bus nexus.*

1\. ANNOTATIO hæc præmittenda ſanè fuit, quod totius fere capitis ſententia, & cognitio ex Iobi propoſito ſcopo, & animi intentione inueſtiganda pendeat. In quo non parua eſt diſſenſio interpretum: nam exiſtimant non nulli iam nunc diſputationem ſemel initam cum Eliphaz abrumpere Iobum, atque dimittere, & ad lamentationes humanæque vitæ deplorationem ſe conuertere. Sed hoc mihi diſplicet; neque enim tam leuiter illum Eliphazi verba pupugerant, vt illa tam facilè deſpiciat, & obliuiſcatur, atque ad aliud agendum quaſi per otium ſe conuertat. Illud melius, in quo ferè omnes interpretes côueniunt, vt ſtet in ſatisfaciendo obiectis ſibi ab Eliphaz, ſeq; tuendo.

An Iob nunc iterum lamentari aggrediatur.

Iob reſpondet obiectis ab Eliphaz.

2\. Sed cui nam peculiari obiectioni reſpondeat, aut quam ſolutionem adhibeat, diſſentiunt iterum. Nam D.Thom. & Caietan. exiſtimant, reſpondere Eliphaz aſſerenti beatitudinem atque bonorum operum premium non eſſe expectandum poſt hanc vitam: quòd nullam aliam, quàm fluxam hanc & perituram, videatur ille agnoſcere: reſpondeatq; Iob, id fieri non poſſe: cùm præſens mortalium vita non conſiſtat in ſe ipſa, ſed ad aliû ſtatum tendat, ſicut motus ad quietem; & militia, belliculſque tumultus ad victoriæ, & pacis tranquillitatem potiundam: atque mercenarij labor ad laboris intermiſſionem mercedemq; percipiendam. Eandem Iobi mentem aſſeruiſſe quoq; videtur Rabbi Moyſes, qui ſcribit verſari Iobum in confutatione illius rationis, videlicet, iuſtis non deeſſe in hac vita ſuorum meritorum iuſta præmia: ergo reſpondeat Iob ex vitæ breuitate & ærumnis, quæ tempus & ſpatium videntur negare expectando, & fruẽdo præmio, cùm non melior ſit vita, quam breuiſſimum militiæ tempus, quod duobus aut tribus anni menſibus abſoluitur: aut quam operarius mercenarij dies, qui totus ſudore atque labore plenus eſt Sed hæc expoſitio tribuit viris ſapientiſsimis indignum & intolerandum errorem, vt ſupra diximus in præfat. & initio capitis quarti.

D.Thom. Caietan.

An Eliphaz errauerit in fide beatitudinis futuræ.

Rabbi Moyſes.

3\. Sed Chryſoſt. tamen in catena indicat Iobũ contendere, vt probet ſuam calamitatem non tam ex ſcelere aliquo, quam ex quadam naturæ lege ſibi accidiſſe, neque bonis tantùm bona, malis ſue mala tantummodò, ſed permixtim, nunc huic, nunc illi accidere mala, cùm mortales omnes duriſsimam agant militiam. Præterea Iſidor. Clar. ſubtiliter cogitauit hæc recitari, & proferri à Iobo quaſi ex Eliphaz ſentẽtia: ſic (inquit) amice Eliphaz, ſtatuis Deũ vulnerare, & deinde mederi; & ſicut militi aut mercenario ſtatutum eſſe mortalibus quieſcendi, & mercedem percipiendi ſuum quoque tempus: ego verò, non omnino breue tempus, neque paucos menſes expectaui, & tamen nullum vidi laborum meorum finem, mercedem nullam.

Chryſoſt.

Aerumnę vitæ huius ex neceſſitate accidunt.

Iſidor. Clar.

Ad hæc indicat Polichron. quæ de militia, & mercenarij labore dicit, eo pertinere, vt probet honeſte & laudabiliter mortem à ſe deſiderari, vt à milite belli exitum, atque diſceſſum, & à mercenario nocturnam quietem.

Polychron.

4\. Tandem, illud videtur congruentiſſimum vt quod c.3. dixerat de optanda morte, in quo hæſerat Eliphaz, nunc confirmet, & ex calamitatum magnitudine querimonias ſuas penſari oportere: atq; vt Olympiod. dixit; [illegible] pro tribunali ſedentibus, ſuam Iobus inſtituit defenſionem, atque grauiſſima maximeque opportuna comparatione exorditur.

Totius capitis vera ſententia atque dicendorum [illegible] bus.

Olympiod.

1. Militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut dies mercenarij dies eius.

1. *Iob non tam de alijs; quam de ſe hoc cap. loquitur. prima perſona ſolet in Scripturis de ſe ſub nomine tertiæ loqui. Explicatur Samuel, & David.*
2. *Militia quid. Conſideratio prima ad ordinem, ſtationes, & ornatum militarem relata. Stellæ militant, & quare. Militum conſtitutio Aureliani Imp.*
3. *Secunda militiæ conſideratio, de militari obedientia multa ex prophanis. Centurialis vitis quæ. Miles conſcriptus, & valetudinarius.*
4. *Tertia conſideratio terrorum, & diſcriminum. Leo terretur rotarum ſonitu.*
5. *Quarta conſideratio militiæ ad tentationem relata. expeditur lectio & proprietas Græca. Piraterium pro receptaculo piratarum.*
6. *Piraterium pro loco infeſto piratis.*
7. *Piraterium pro exercitu piratico. Impij viuunt ex rapto. Ambitio pertinet ad rapinam.*
8. *Tentatio pro tempore, & loco tentationis, & experimenti. per tribulationes ſumitur de homine experimentum. explicata Sapientia.*
9. *Tentatio ipſa ærumna.*
10. *Militia pro ipſo exercitu, & militibus. Corporis cõpoſitio exercitus ſimilis.*
11. *Militia pro tempore conſtituto. Quod belli gerendi tempus, quæ ætas. qui dicerentur eſſe ex catalogo, qui vltra catalogum. plura ex ſacris, & prophanis.*

ILlud primò proponi poteſt, an hæc ſit communis omnium mortaliũ vitæ deploratio, atq; de homine in vniuerſum loquatur: nã ſic aſſerunt Græci omnes, & plerique Latini. Sed eandem ferè dubitationem facilè nos ex- 1.

Iob non tam de alijsquam de ſe hoc.c. loquutus.

Prima perſona de ſe tanquam de tertia loquitur.

expediuimus. c.3. ſimilique ratione nunc quoque ſtatuendum videtur, licèt quæ dicuntur hoc capite, in alios quoque mortales cadant, ſed de ſe potiſſimùm loqui; atque cùm *hominem* nominat, ſe nominare. Eſt enim Scripturæ conſuetudo, vt prima perſona de ſe loquatur, quaſi de quapiam alia tertia. Exempla frequētia. Geneſ.4. ait Lamech, *Audite vocem meam vxores Lamech*: non dicit vxores meæ. & Dauid. 3.Reg.1. *Tollite vobiſcum ſeruos Domini veſtri* (id eſt meos) *& imponite Salomonem filium meum ſuper mulam meam.* & Aſſuerus Eſth. 8. Scribite *Iudæis ex regis* (meo) *nomine, ſignantes litteras annulo meo.* huc quoque illud pertinere videtur Geneſ.19. *Pluit Dominus à Domino ignem.* id eſt à ſeipſo, vel cælitùs, vbi ipſe reſidebat. Sed, quod ad rem præſentem proximè facit, ſub hoc nomine *hominis*, ſolet aliquis de ſe tanquam de alio quopiā loqui. ſic cum vulgò loquimur ipſi, dicere de nobis ipſis ſolemus, *la perſona, o el hombre haze.* homo facit, id eſt ego ipſe facio. Pſal. 38. *A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus*; (deinde ad tertiam perſonam tranſit de ſe quoq; loquutus) *propter iniquitatem corripuiſti hominem* (me) *tabeſcere feciſti ſicut araneam animam* (meam) *eius.* Pſal.168. *Perſequutus eſt hominem* (me) *inopem, & mendicum.* & Pſalm.33. *Iſte pauper clamauit*; (ſeipſum ſignat, *eſte pobre que aqui ven*) eadem loqutionis forma Chriſtus Ieſus ſe filium hominis nominat, *Quem dicunt homines eſſe* ſi lium hominis?* id eſt, me ipſum, &, *Filium hominis videbitis*, nō aliter Iob de ſe loquutus ait, *Militia eſt vita hominis*. Sed quidem quod ipſi conuenit, omnibus conuenit; nam eadem vitæ, mortalitatis, ęrumnarum cauſa & lex mortalibus omnibus communis eſt. Iam igitur in militiam ingrediendum nobis eſt.

Geneſ.4.23.
3.Reg.1.33.
Eſth.8.8.
Geneſ.19.24
Pſal.38.11.
Pſal.168.16.
Pſal.33.7.
Matth.16.13.
* Que ſe dize por alla del hombre, y que ſe habla de la perſona
Matth.26.4.

2.

צבא
Militare quid

Quid primū in militia cōſideretur.

Stellæ exercitum conficiunt? & militiam.

Militia eſt vita hominis. Multa ſunt in militia, q̄ cum præſenti inſtituto facere poſſunt. & quidem nomen *Tzaba*, ab eadem radice dicitur, quod eſt militare, & ſtare in militia, ordine, loco, tempore conſtituto: nec tam eſt congredi, aut præliari cum hoſte, quàm ipſa bellandi ratio, & ars, aut militaris diſciplina, exercitus ordo, militem agere, militiam exercere. hinc quidquid ſuam ſtandi, aut ingrediendi rationem præſcriptam ſeruat, militare dicitur. propterea ſtellæ militant, & cæleſtem militiam atque exercitum efficere dicuntur & in illis facilè videre poteris omnem militiæ rationem deſignatam in Scripturis, de his enim ſcriptum eſt. Iud. 5. *Stellæ manentes in ordine, & curſu ſuo aduerſus Siſaram pugnauerunt.* ſuis autem ſedibus & ſtationibus hærent immotæ, nam pleræque fixæ ſunt: ſuis certis & definitis motionibus, & curſibus caſtrametantur, quamquam huius exercitus quaſi adminiſtris vagari, & errare inter medios alios milites quibuſdam licet. ij ſunt planetę, quos vaga & errantia ſydera vocant. horum omnium imperator & Dux luminum Sol, aut certè Luna, cui *noctis poteſtas* tradita eſt: atque illud huic militiæ peculiare eſt, vt ornatiſsima ſit, beneque terſis atque lucentibus armis veſtita: lucent enim, atque ſcintillant, *lucens Lunæ Globus, Tytaniaque aſtra.* quare tum ab ornatu, tum ab ſplendore & lumine Chaldæorum exercitum deſcripſit Nahum c.2. *Clypeus fortium eius igneus, viri exercitus eius in coccineis.* quò illud pertinet Aureliani Cæſaris inter alia ſeueræ diſciplinæ præcepta, quæ in epiſtola militari Vicario ſuo tribuno cuidam mandat, Auctore Flauio Vopiſco. *Vt militum arma terſa ſint veſtis noua veſtem veterem excludat, ſtipendium in Balteo, non in popina habeat: torquem brachialem, & annulum apponat.* Ad quam ſimilitudinem de Deo pugnatore forti, dum cum impio non depugnat, dicitur. *Gladium ſuum vibrauit.* Hebraicè, *expoliet.* Hieron. m. *acuet*, alij, *ſplendificabit*, exterget: numquam illius arma ſqualent rubigine. Hinc Latinus interpres ad ornatum retulit id Geneſ.2. *Perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus* (in Hebræo & Chaldæo, *omnis militia*, vel exercitus) *eorum.* Sed cùm iam præliandum eſt, & manus cum hoſte conſerendæ, nulla tunc ſtrenuo militi ratio, aut cura ornamentorum eſt, nam fędo puluere & atro fumo inuoluuntur, & nigreſcunt omnia nulla certę ſtationis habita ratione: permiſcentur enim multa confuſione vterque exercitus. Non aliter milites hi cœleſtes, cū contra inſeniatos pugnabunt, deponent ſpecioſa, ſplendentiaque ornamenta. nam *Sol obſcurabitur, Luna vertetur in ſanguinem, Stellæ de cælo cadent.* Niſi fortè ideo apelletur militia cœli, quod ſtellæ, & luna videantur agere nocturnas excubias: nam noctu vigilat cœlum apertis luminibus. vnde honeſtæ illæ fœminæ, quæ oblatis ſpeculis pernoctabant in oſtio tabernaculi, dicuntur *excubare* Exod 38. Hebraicè, *militare.* Vnde etiam Angeli, qui *vigiles* ſunt, ijdem etiam milites ſunt, exercitumque conficiunt. Iam ergo dicere Iob poterit: Dum vitam hanc viuo, ſcio quidem me militem agere, non domi, neque in pace verſari, ſed foris atque militiæ: ſeruarique à me oportere quamcunque mihi ſedem, aut ſtationē meus imperator conſtituerit, quantumuis ea ingenti labori atque diſcrimini obnoxia ſit: quamuis me ſtationarium militem conſtituat, qui excubias agam, qui vigilem. Vigilare itaque me oportet, in quacunque tandem vitæ conditione ſim: neq; enim quāuis doleā, animi mei, aut diuini obſequij, curam & ſtudium abijcio. Sed non ideo, interdictum mihi fuerit deſiderium rude donari militem iam emeritum, & huius vitæ veluti ſacramento abſolui, atque dolorum, & mortalitatis ſtipendio expurgi.

Iudic.5.20.
Pſal.135.9.
Nahum.2.2.
Aureliani cōſtitutio de militibus.
Flauius Vopiſcus.
Pſal.7.13.
Gen.2.1.
Matth.24.29
Act.2.20.
Alia ratio cęleſtis militiæ.
Exod.38.8.
Dan.4.14.
Angelorum exercitus.
Prima huius Iobi militiæ acceptio.
Miles ſtationarius.

3.

In milite requiritur Obedientia.

Secundò in militia licet conſiderare, non promptitudinem tantum militum, ſed neceſſitatem quandam parendi imperatori; eſt enim militia obedientia quædam fortis, & inuicti animi, verùm arbitrio carentis ſuo. Cuius rei, id eſt militaris obedientiæ præclara multa exempla ex antiquitate peti poſſunt: neque enim tantùm duci aut tribuno, ſed vt alter alteri quaſi ſeruus obſequeretur inter alias militares conſtitutiones Aurelianus Imperator præcipit. Inde angeli militum & nomen, & officium obtinuerunt, quòd diuinæ voluntati, & dicto obedientiſsimi ſint, vt dicitur Pſal.102. *Omnes angeli eius potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum*

Aureliani cōſtitutio.
Militia Angelorum.
Pſal.102.20.

eius. Atq; ſuorum militum obedientiam exponens Centurio ille Matth. 8 dixit. *Habeo ſub me milites; & dico huic vade, & vadit; & alio veni, & venit.* Non aliter miniſterium, & obſequium ſuorum angelorum ipſe exponit apud Zachariam Deus: *Circumdabo domum meam ex his, qui militant mihi * euntes & reuertentes.* id eſt; quos acceptis mãdatis priùs redijſſe, quam mille ſentias. Hinc etiam qui in templo ſeruiunt, militare dicuntur, quod diuinæ voluntati dicati ſint Luc. 24. *Viſitabo ſuper militiã cœli* id eſt, ſuper miniſtros templi, & myſteriorum cœleſtium. de quo aliquãdo plura. Sed illud peculiare in rem præſentem, quòd incredibilis dolorũ tolerantia, & obtemperatio requirebatur à milite, dũ cędebatur. Quare exta. apud Martianũ Conſultum, lex illa, *cum qui Centurioni caſtigare ſe volenti reſtiterit, Veteres notauerunt. Si vitem tenuit, militiam mutat. ſi ex induſtria fregit, vel manum Centurioni intulit, capite punitur.* Huius aũt Centurialis vitis, id eſt bacilli ex vite, quo tribuni aut Cẽturiones milites ob crimen cædebãt, meminere Plin. lib. 14. ca. 1. Cornelius Tacit. lib. 1. alijq; quos affert Petrus Crinit. de honeſt. diſc. lib. 22. c. 2. Hoc quoq; Iob dicat; Dum vixero obediam diuinæ volũtati; nunquam diuinum imperium quantumuis duriſsimum detrectabo. ſi me ille cædat, & verberet acerbiſsime, *nodoſam poſt hæc ſi frangat vertice vitem,* nõ reſiſtã meo duci, non tribunis aut centurionibus, non diuinæ iræ, mearumq; pœnarum adminiſtris; miles ero integerrimus. ſed cùm tã grauiter doleam, tamq; affectã valetudine laborem, cauſarius, valetudinariuſve miles haberi velim, qui merito militiæ laboribus ceſſare debeam, imo qui cogendus ſim militia ſuperſedere, vitamque hanc militarem relinquere.

Matth. 8. 9. — *Zach. 9. 8.* — * Que a penas les an mandado la coſa quando la dexan hecha, y eſtan de bueita. — Miniſtri tẽpli militant. — *Luc. 24. 21.* — *L. militis agrũ 13. D. de re milit.* — Centurialis vitis. — *Pli. li. 14. c. 1.* — *Tacit. lib. 1.* — *Crin. lib. 22. cap. 2.* — *Iuuen. Sat. 8.* — Miles cauſarius, aut valetudinarius.

4 Tertia militiæ conſideratio ad diſcrimina relatæ.

Tertio, poteſt *Militiæ* nomen ſignificare humanam vitam plenam totam tentatione, difficultatibus, diſcriminibus: nam in his poſita eſt vniuerſa militiæ ratio, vt plena ſit ſollicitudinis, atq; ſtomachi; vt indicatur Iud. 5. in cantico Deboræ canentis triumphũ: *Quicumq; ebuliſtis de Iſrael animas veſtras ad periculũ.* & 2 Reg. 11. *Varius eſt belli euentus, & nunc hunc, nunc illum conſumit gladius.* Atq; humanæ vitæ pericula copioſe perſequitur Paulus 2. Cor. 11. Sunt enim humanæ vitæ comites vbiuis terrarum, atque gentium, minitantur omnia nobis læthale quid, & triſte, ſiue ad animum, ſiue ad corpus reſpicias. quem horrificum atque terribilem tumultum belli deſcripſit eleganter Nahum cap. 3 nam contendentibus aduerſus Niniuem hoſtibus ait. *Vox flagelli,* (nam auriga crepitante flagello & equos ad curſum ſtimulat, & hoſtib' timorem affert) *& vox impetus rotæ* (Septuaginta; *Vox commotionis rotarum*: eſt namq; etiam ſonitus hic horrificus, cùm magno impetu currunt, & inter alia, quæ magnanimos leones terrent, ſunt rotarum orbes circumacti, vt ſcribit Plinius lib. 8. ca. 16. non quod curules milites ſuſpicetur, cum currus etiam inanes formidare eodẽ loco Plinius obſeruet) *& equi frementis* (hinnitus quaſi procul odoratus bellum, prouocat equus hoſtem) *& quadrigæ feruentis* (vehementer concitati, & inſultantis, pedibusque lapides quatientis, atque ex ſilicibus excutientis ſcintillas: hæc enim omnia cadunt in vocem originalem, propriè dicas, feruenter exultantis, & quatientis campum quadrupedante pedum ſonitu) *& equitis aſcendentis* (nam milites vociferatione etiam & clamoribus ſe excitant ad pugnam) *& micantis gladij, & fulgurantis haſtæ* (nam ſplendens ferrum fulgaris, aut fulminis ſimile eſt, quod longe conſpectum territat hoſtes) *& multitudinis interfectæ* (nam qui valuerant cadunt ſimul cum voce, extremoque ſpiritu vitam profundunt) *& grauis ruinæ, neque eſt finis cadauerum, & corruent in corporibus ſuis* (alij namque ad ſociorum ſuorum cadauera impingebant, ruebantque in ipſos ſuorum hoſtium mucrones.) *Militia igitur eſt vita hominis ſuper terrã,* quid enim non ſit in vita plenum diſcrimine? Quis nõ ſit hoſtis aduerſum te armatus? in ipſis tuis ſocijs corrues, cum plurima *pericula* ſint *in falſis fratribus,* atq; *pericula ex genere.* Hæc cum ita ſint (inquit Iob) quid me iubes in vita hac ſolicitatis ſperare, O Eliphaz, in qua nihil ſit tutum, nihil tranquillum?

Iud. 5. 1. — *2. Reg. 11. 25.* — *2. Cor. 11.* — *Nah. 3. 2.* — Leo terretur ſonitu rotarum. — *Plin. lib. 8. cap. 16.* — *2. Cor. 11. 26.*

4 Quarta militiæ conſideratio ad tentationem relatæ. Expenditur lectio Sept. *Tẽtatio* quid propriè.

Quarto alij in militia agnoſcunt locum atque tempus tentationi expoſitum iuxta lectionem Septuag. *Numquid non tentatio eſt vita hominis ſuper terram:* quæ lectio frequentiſsimè vſurpata a concionatoribus dum de Chriſti Domini tentationibus pro cõcione declamant, & quidem valde ad rem, ſi tamen propriam *Tentationis* rationem atque germanam ſignificationem paulò diligentius inueſtigauerimus. Duplex ergo poteſt ſubeſſe ſignificatio atque ſententia. Prima, quod humana vita prædonum, piratarumq; inſidijs & incurſionibus valde infeſtetur: nam quod Græci dicunt, *Piraterion* eſt, vita hominis ſuper terram, illud ſonat; nam *Pirateuo,* prædari eſt, aut piraticã exercere; quare *Piraterion,* eſt ſedes piratarum; ſeu locus quem piratę tenent, atque infeſtant: quare ſenſus cõmodiſsimus. Humana vita, militia, id eſt militiæ locus eſt, plenum piratis, atq; hoſtibus mare, ſceleratiſsimorum latronum ſpelunca & receptaculum. Ergo cum inter prędones, piratasque ſæuiſsimos verſemur, à tergo, à lateribus, ſepti diſcriminibus, inſidijsque certiſsimis circumuenti, non ego (inquit) accelerem, vt periculoſiſsimum *Piraterium,* locaque infeſtiſsima citò prætereuchar?

πειρατήριον. πειρατεύω.

6 Altera *Piraterij* conſideratio.

Poteſt autem *Piraterion,* non eſſe piratarum receptaculum, ſed illud tantum hoc loco indicare, locum expoſitum infeſtatumque piratis, in quo impunè volitant, graſſanturq; prædones Nam ſcriptum eſt: *Væ terræ & mari, quia deſcendit Diabolus ad vos habens iram magnam.* Qui hinc diſcedit, liber iam euaſiſſe videtur ex inſidijs, atque hoſtibus. igitur hæc erit Iobi ſententia; Cùm mortem opto, in tuto eſſe deſidero; quandiu enim viuo, hoſtium & ſpoliatorũ incurſionibus expoſitus ſum: liber enim humani generis hoſtibus in hanc vitam, & in hunc aërem, quem ducimus, velut poteſtatibus aditus patet.

Apoc. 12. 12.

7 Tertia *Piraterij* conſideratio, pro exercitio Piraticæ.

Piraterion denique non pro loco piratarum, ſed pro ipſa piratica, ſeu exercitio piraticæ ſumi debere, non nemo cõtendit, vt & Sabæo-

Sadai vberrimus.

coniunctam non habet. Eſt autem hoc loco, *Sadai*; vt ſimul etiam Dei bonitatem erga miſeros & ab humano ſolatio deſtitutos oſtendat, nam abijcit timorem Dei omnipotentis, vberrimi, ſufficientiſſimi, qui poterit ſubuenire egeno ſuo, & ab omni humana ope deſtituto, Res diuina bonitate digniſſima, vt ligna campi, quæ nullius culturæ, & curæ cõmiſſa ſunt, Deus curet & colat, *Saturabuntur* namque *ligna cãpi*, has videlicet arbores curat & rigat Deus. Hieronymus, *Saturabuntur ligna Dei*: ergo, quem deſpicit humana miſericordia, locupletabit diuina.

Pſal.103.16.

Hieronym.

4

Miſericordia in ſacro ſermone.

Poteſt verò eſſe elegans alluſio in his verbis. nam *miſericordia*, de qua diximus, eadem eſt, quæ ſæpè in Scripturis dicitur *Sanctitas*: & præterquam quòd miſericordes vocantur ſancti; nam eſt viro ſancto digna, & ſancti miſericordes ſunt; atque plus præſtant beneficij gratuiti, quam teneantur: qui verò ſanctus nõ eſt, vix implet id, quod facere tenetur. Sic Pſal. 4. *Miriſi. auit Dominus ſanctum ſuum* Hebraicè, Me miſericordem, pium, beneficũ mirabiliter cuſtodiet. Pſal. 17. *Cum ſancto ſanctus eris*, miſericors, beneficus, gratuitus, cum miſericorde, benefico, gratuito. Ergo latẽter Iob amicos vellicat, de ſanctitate ſibi blandientes, cum miſericordiam erga ſuum amicum exuiſſent. nam *Viſcera impiorum crudelia*. de quo vide Gregorium lib. 7. cap. 11. *Reproborum* (inquit) *viſcera neſciunt compaſsionem &c.* Quia verò nomẽ *miſericordiæ*, pietatis, beneficentiæ per antiphraſim ſignificare ſolet crudelitatis cuiuſdam affectum, opprobrium, improperium, conuitium gratuitũ, &, vt ait Rabbi Mardochai, *additionem mali*, ſicut in alia ſignificatione affert additionem boni. Hanc quoq; ſententiam in his verbis latere vult Vatabl. *Diſſoluto ab amico ſuo, conuitium erit*. quaſi miretur amicos, qui pro conſolatione conuitium in illum iactent. quale autem conuitium fuerit ſequentibus verbis contineri videtur; nimirum, quod miſericordia Domini dereliquiſſet Iob. ſed tum ſenſus, cum contextus hic duriuſculus eſt.

Pſalm.4.4.

Pſal.17.26.

Prouer.12.10.

Miſericordia per antiphraſim.

R. Mardoch.

Vatabl.

XV. Fratres mei præterierunt me, ſicut torrens, qui raptim tranſit in conuallibus.

1 *Frater, & pater in ſacro ſermone. Illuſtratus Salomon de vera amicitia.*
2 *Quid præterire, & quàm variè redditũ à Vulgato.*
3 *Multiplex cum Torrente comparatio. Vallis etymologia ex Hebræo. Præterire immiſericordis eſt.*
4 *Inconſtantis, & parum fidelis amicitiæ Symbolum.*

1

Fratres in ſacro ſermone.

NOn ſolùm amicitiæ legem ab amicis, ſed etiam naturæ ius à cognatis & conſanguineis violatum erga ſe conqueritur. Hos enim *fratres* intelligunt ferè Latini & Græci. atque obſeruat Philippus, vniuerſam cognationem illum deteſtatã fuiſſe. niſi fortè nimium ſtrictè ipſi germani, & vterini *fratres* intelligãtur, qui fortè ad acerbiorem dolorem ſuperſtites erant. Poſſunt etiam, tum hi, quos diximus, tum etiam amici, noti, eiuſdẽ inſtituti & profeſſionis homines intelligi. quos omnes *fratres* appellat ſermo ſacer: ſicut *Pater* dici ſolet, non ſolùm generis aut ſanguinis, ſed etiam inſtituti aut profeſſionis alicuius auctor & magiſter. Et quidem vera amicitia quædam eſt fraternitas, & animorum æqualitas, & coniunctio, vt indicatur Prouerb. 17. *Omni tempore diligit, qui amicus eſt, & frater in anguſtijs * comprobatur.* Hebraicè. *Frater in anguſtijs naſcetur.* Septuaginta eleganter, *In omne tempus amicus ſit tibi; fratres autem in neceſſitatibus vtiles ſint, huius enim gratia naſcuntur.* Auguſtin. fraternitatem hanc de Angelis intelligit, nam ſic explicat, *Horrui angelus.* ſed quid intelligat, non video.

Philip.

Pater.

Prouer.17.17

* El amigo de prueua, hermano es.

LXX.

Auguſt.

2

בגד

Prætereundi verbũ variè redditum à Vulgato.

Præterierunt me. Verbum, *Bagad*, ſæpè noſter tranſtulit verbo *præuaricandi* à recto. alibi verò verbo *contemnendi*, aut *ſpernendi*. quare affert contemptum quendam contra ius faſq., & contra debitam fidem; cuius ſignificationis vis incredulitatis, & infidelitatis nomine exprimitur Iſaiæ. 21. *Qui incredulus eſt, infideliter agit.* id eſt, fraudulentus, doloſus, iuris, recti, fideiq; contemptor &c. quare hæc omnia huic verbo ineſſe, deriſionem, dolum, falſitatẽ, fraudem, præuaricationem, infidelitatem, impietatem, docet Rabbi Mardochai, quæ omnia interpres rectè complexus eſt verbo* *prætereundi* per ſummum contemptũ, fidem & amicitiæ legem violarũt, ſanguinis & naturæ coniunctionẽ contemnentes, præuaricatores, & ab officio recto recedentes. Septua. deſpicientiam iſtam ad ipſos oculos deſpicientes referunt, nam ſic legunt, *Propinqui mei non reſpexerunt me.* Polychron. & Olympiod. *deijciunt à me oculos, & execrantur.*

Iſai.21.2.

R. Mardoch.

*Paſſaron de largo ſin hazer caſo de el pobre llagado.

LXX.

Olympiodo.

Polychron.

3

Similitudo *Torrentis* multiplex.

Sicut torrens. Infidelitatem, & tranſcurſum illum explicat appoſita comparatione *torrentis*, qui cum præcipitatur inter medium montium, pertranſit velociſſimè. Cæterùm ſimilitudo hæc non eodem modo ab omnibus accipitur: Nam Diuus Thom. Albertus, alijq; Latini tantum attendunt velocitatem, impetumq; decurrendi, & raptim tranſeundi: & quidem accõmodatè ad vocem originalem; nam *Aphik*, non eſt impetus, vt verſio Regia indicat, ſed potiùs aqua, vel riuus, aut torrens *cum impetu fluens*, vt doctè legit Pagninus. nam *Aphik*, affert fortitudinem, & vehementiam, impetum, rapiditatẽ rei, quæ aut cohibetur, & detinetur, ne fluat, aut ne prodat ſe; aut rei fluentis, atque decurrentis, fontiſue ſcaturientis. Sed illud elegans eſt, quòd *vallis* dicitur, *Nachal*, à verbo quod ſignificat hæreditare, aut poſſidere aliquid iure hæreditario, & cum quadam ſucceſſionis perpetuitate, ſicut hæreditatem quãdam à primogenij inſtitutore ad poſteros iure hæreditario deuoluendam. Ita ſanè vallibus videtur iure quodam naturæ attributa aquarum hæreditas deſcendens è montibus & collibus; ſicut Scriptum eſt; *Qui emittis fontes in conuallibus, inter mediũ montium pertranſibunt aquæ.* & hoc loco, *Torrens qui raptim tranſit in conuallibus.* & *loquitur* (inquit Diuus Thomas.) *ad ſimilitudinem vna iter agentium, cùm vno cadente in foueam alij procedunt illo dimiſſo*, ſumma celeritate prætereuntes, & ad ſua commoda contendentes. ſic ait Iob, Me conſpecto, potiùs deſpecto, nulla ope etiam leuiſſima allata, ad ſua commoda & negotia contende-

D.Thom.

Albert.

אפיק

Regia.

Pagnin.

אפק

נחל

Vallis vnde dicatur.

Pſal.103.10.

D.Thom.

runt, ni-

runt, nihil de me iuuando cogitantes. vel ne tangerentur mearum ærumnarum commiſeratione, ſi in me diſpiciendo & contemplando hærerent, deiectis oculis præterierunt celerrimè: ſicut cùm *multis acceptis plagis iacebat ſemiuiuus ille, qui deſcendebat à Ieruſalem in Hierico, ſacerdos viſo illo præterijt ſimiliter & leuita.* Non ſic ille de quo Scriptum eſt. *Præteriens vidit hominem cæcum à natiuitate.* nam illos, videntes licèt, prætereundi cupiditas corripuit, vt confeſtim oculos auerterent, ne viderent; quare *viſo homine, præterierunt*: at Chriſtum Ieſum prætereuntē, & quaſi aliò contendentem oblati miſerrimi hominis conſpectus detinuit, & ita conſtitit, hæſitque, vt per otium videret, & contemplaretur. Chryſ. homi. 55. in Ioan. 9. ait, *diligenter intuitum*, quare *præteriens vidit*. nam quos tangit pauperū amor, & tener ille pietatis affectus, delectat profectò aſpectus ipſe ærumnarum, & cæcos vident, & mutis ipſis nihilque petentibus reſpondent, adſunt, ſubueniunt: at qui neq; miſerari, neque molleſcere volunt ad aliorum ærumnas, omnem naturæ ſenſum abnegantes, hi deſpiciunt, deijciunt oculos, prætereunt; atque tantùm abſunt, vt cæcos videant, *vt oculos viduæ*, & miſerorum fruſtra expectare faciant.

Præterire ad contemptū, & immiſericordiam pertinere.
Luc. 10. 30.
Ioan. 9. 1.
Chryſoſt.
Iob. 31. 16.

4
Didymus.

Sed tamen Græci, præſertim Didymus in catena, infidelitatem illam *prætereundi*, & breuiſſimè exareſcendi, tantum conſiderant. *Propter inconſtantiam* (inquit) *atque perfidiam torrentis fluctui eorum comparatur ſimilitudo*: nam putatur torrens à rudibus perennis fluuius, ſed tamen ſubſequens ſqualor atque ſiccitas apertè torrentem indicant. ſic improbi amicitiæ larua detracta conſtantiam, & perpetuitatem in amando non ſeruant.

Simbolum inconſtantis amicitiæ.

Sed tertiò tamen, poteſt eſſe elegans cum torrēte comparatio in eo, quòd optimo & maxime opportuno tēpore deficit. cùm enim hyeme copioſiſſimis aquis redundet, cum nulli vſui eſſe videtur, quòd tunc terra, arboreſq; cœleſtibus pluuijs abundè perfundantur; at cùm æſtate, vel viatoribus, vel terrę arenti vſui eſſe poſſet, tunc ipſe etiam areſcit: ſic ſanè multorum amicitiæ, cùm opus non ſunt, turgent, & fluctus atq; ſpumas magnificētiſſimarum pollicitationum in ſublimè tollunt; ſed diſparent & euaneſcunt prorſus in aduerſitate. At quòd alij Iobum cum torrente comparari exiſtimāt, paulo poſt indicabimus.

Simulatæ amicitiæ cum Torrente ſimilitudo.

XVI. Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix.

XVII. Tempore, quo fuerint diſſipati, peribunt: & vt incaluerit, ſoluentur de loco ſuo.

XVIII. Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt.

1 *Latinorum expoſitio, & connectendi ratio. Supplicium eorum, qui non miſerentur pauperis.*
2 *Hebraizantium varia lectio. Timor cur obſcurus. Irruere quid propriè.*
3 *Torrentis ſimilis inconſtans amicitia. Vacuum quid propriè. explicatus Moyſes.*
4 *Lectio Septuaginta Torrentes referunt diuitiarum inconſtantiam. Inuolutæ ſunt nexus, & interpretationes horum verſiculorum.*

LAtini hæc quoq; accipiūt dicta propter amicos, quibus grauia ſupplicia comminetur in pœnā ſuæ impietatis. Timent (inquit) illi ad me accedere, ne participes ſint meorum malorū ſed (quæ Dei eſt iuſta vindicta) in multò grauiora mala incident, ſicut & nix, quàm pruina, copioſior, dēſior, frigidior eſt: quare *qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix.* conniuet nūc Deus, ſed opportuno tempore *diſſipabit*, interimetq; miſerando exitio: atq; deſuper *incaleſcente* diuinæ iuſtitiæ ſole, *diſſoluetur*, & liquefiet vniuerſa illorum fœlicitas. Tortuoſis quidē inſtiterunt *ſemitis*, & nulla recta ratione defluxerunt, vt quorum vita non fuit iuſta, ſimplex, & recta, neq; eorum vera, ſynceraq; amicitia, ſed infida atque laruata, & ad ſua cōmoda ſemper attenta: cadent igitur bonis omnibus, quorum vitę exitus *vacuus* erit omni fælicitate, pleniſſimuſq; æterno ſupplicio.

1
Latinorum contextus, & expoſitio.
Illorum ſupplicium, qui auertunt oculos à paupere.

Quidā Hebraizantes cōtinuant ſemel cęptā torrētis metaphorā, Sicut torrens, vel ſicut torrētes, *qui timent pruinā, & irruet ſuper eos nix*, id eſt; qui fuſci redduntur atq; nigreſcūt propter gelu & niuē, qua concreſcunt & conglaciant. *timere* autē, & nigreſcere non omnino diſſonant; nam timor affert obſcuritatem quandā, atq; nigredinē ſpirituum, & cordis; & quaſi occultationem quandam lucis, & lætitiæ. Subeſt enim hoc loco verbū, *Kadar.* quod tenebras, aut triſtitiā ſignificat, de quo ſuprà diximus, quare Iere. 4. *Mærebunt cœli.* idem eſt, quod tenebreſcēt, aut nigreſcent. Occultatio autē eſt etiam cum huiuſmodi tenebris, atq; timore coniuncta: & ita hoc loco verbū *irruendi*, eſt propriè occultare, & abſcōdere. quare legunt etiā, Sicut torrētes, quos operit nix. Tygurina. *Qui turbidi ſunt*; ac glacie & niue, quę in eos reſoluitur, externa quidē ſuperficie conglaciante & indureſcente occultè tunc præterlabūtur; ita ſanè mei propinqui, qui conglaciant, & lapideſcunt in meis malis, turbida me frōte toruiſq; oculis excipiunt, abſcondunt ſe: ingruente verò æſtate diſſipabuntur & liquefient. id eſt; nullo mihi tēpore vtiles erunt. Nam ſicut torrentes hieme conglaciant, æſtate verò diſſipantur, & liquefiunt; ſic illi in hieme meæ aduerſitatis gelati ſunt, & in æſtu meorum dolorum exareſcunt.

2
Hebraizantes.
Timor cur nigredini ſimilis.
קדר
Iere. 4. 28.
עלם
Irruere quid propriè.
Tygurina.

Tum etiam nulla conſtantiam habent torrentes in ſuo alueo, ſed vt confluentium aquarum impetus fert, nunc hanc, nunc illam ſemitam ſequuntur. In quem ſenſum aliqui accipiunt illa verba. *Inuolutæ ſemitæ greſſuum eorum.* Tygurina; *Concutiūtur itinera, per quæ feruntur.* Vatab. *Auertuntur ſemitæ ipſorum torrentiū.* Pagninus, *Declinabunt ſemitæ viæ eorum.* Sic ſanè huiuſmodi falſos amicos non ſemper eodem loco, & alueo inuenies, nā qui hodiè ad te currūt, & confluunt, ſequēti die aliò curſum cōuertent. Cùm verò torrentes exundant, & diffluunt diſtor-

3
Torrentes referūt inconſtantes amı- [illegible]
Tygurina.
Vatab.
Pagnin.

extitiſtis, nam & veniſtis ſerò, & videntes plagam meam timetis. hunc ſenſum ſequuntur R. Levi, & R. Abraham, & cohæret benè cùm ſequentibus, fauetque lectio, Septuag. *Nunc autem & vos inſurrexiſtis in me ſine miſericordia: itaque videntes vulnus meum timete.* quaſi diceret; Hoc potiùs timendum vobis eſſet, ne immiſericordes erga me ſitis, potius quam, ne oneri vobis ego ſim. Quod autem quidam hoc loco explicant. *timuiſtis*, ſupple, ne mihi ob peccata hæc calamitas acciderit, valdè abſonat. Illud meliùs, quod indicat Didymus, Si omnis qui peccat vexatur ærumnis, atque ex me huius rei argumentum petitis, ergo & vobis quoque timendum eſt, niſi fortè vos innocentes eſſe credatis. Sed ſi *timor* hoc loco ſit ſtupor, & terror ex magnitudine calamitatis, fortè ille quoque ſenſus ſubeſſe his verbis poſſet; Cùm nunc recens adueneritis, & externis tantùm meæ calamitatis conſpectus ſtuporem vobis attulerit, quid ſi vniuerſæ cladis oculati teſtes à principio adfuiſſetis?

R. Levi. R. Abraham. LXX. *Didymus.* *Timor* pro ſtupenda calamitate.

XXII. Nunquid dixi: afferte mihi, & de ſubſtantia veſtra donate mihi?

5\. Sordida amicorum patrimonia.

FRuſtra timent alij, fruſtrà quoque vos timetis; nihil enim à vobis exigo, facultates nullius concupiſco ad ea quæ mihi opus ſunt, nemini moleſtus fui, neque deinceps ero. Notat ergo ſordidam amicorum auaritiam, & illiberalitatem. Illud paulò durius, quod Eugub. Numquid poſtulaui à vobis munera, vt quaſi ſim vobis debitor, audacius mihi inſultetis, & ego tenear audire tacitus? Illud non incongruum, neque non cum ſequenti ſententia cohærens, quod ex Tygurina paraphraſi, & Vatab. annotatione elicitur; Dixi ne, vt mihi conferatis aliquid, & è facultatibus veſtris largiamini pro me munera, vt me liberetis ab hoſte, & redimatis me ex manu tyrannorum corrumpendo illos muneribus?

Eugub. *Tygurin. Vatabl.*

XXIII. Vel liberate me de manu hoſtis, & de manu robuſtorum eruite me?

1. *Hoſtis vnde dicatur. Anguſtia, & Tribulatio quid: explicatur David & Paulus.*
2. *Robuſtus quid. Vt variè reddatur à Vulgato.*
3. *Eruere quid. Quid etiam redimere.*
4. *Variæ expoſitiones, eligitur optima. Tacere quid, & quomodo vertatur à Vulgato. Iuſtus ſuorum dictorum veritatem tacetur.*
5. *Quid ignorare cum ad culpã refertur. quid docere.*

1\. LXX.

SEptuag. *Numquid aliquid vos petij, aut fortitudine veſtra indigeo, vt ſaluetis me de inimicis, vel de manu potentum?* Vatab. nomine *hoſtium & robuſtorum*, neque Chaldæos neque inimicos alios, quàm tribulationem ipſam intelligit, nã legit: *Vt liberetis me de manu tribulationis*, nam vox originalis. *Tſar*, eſt anguſtia, vel tribulatio, aut anguſtiator, tribulator, hoſtis, à radice, *Tſur*, quod eſt obſidere, oppugnare more hoſtili, vel anguſtiare, affligere, cuius vocabuli proprietas explicatur Nehemiæ. 9. *Dediſti eos in manum hoſtium ſuorum, & afflixerunt eos.* videlicet obſidendo, & in anguſtias redigendo: hinc *tribulatio* pro anguſtia, & arcta rei obſidione, aut menſura. 3. Reg. 22. *Suſtentate eum pane tribulationis.* id eſt, mẽſura arcta, anguſta, ſtricta. & Pſal. 118. *Tribulatio, &* (exponitur) *anguſtia inuenerunt me.* id eſt, arctiſſima obſidione cinctus ſum. Sed ille eſt præclarus locus Pſalm. 4. *In *tribulatione* (quæ anguſtias affert latitudini & dilatationi contrarias) *dilataſti mihi.* Atque eò reſpiciens videtur dixiſſe Paulus: *In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur.* Ergo cũ hoſtes Chaldæi, aut Sabæi nunquam illum obſediſſent, non ſunt hoc loco hoſtes obſidentes & in anguſtias redigentes, ſed dolores ipſi & cruciatus, de quibus ipſe poſtea dicet: *Circumdedit me lanceis ſuis.*

Vatabl. צר צור

Hoſtis ab arcta obſidione dictus. *Nehem. 9. 27.* *Anguſtia* quid. *Tribulatio* pro anguſtijs. *3. Reg. 22. 27.* *Pſal. 118. 143.* *Pſal. 4.* *Nunca mas ancho, que en el mayor aprieto. *2. Cor. 4. 8.* *Iob. 16. 13.*

Robuſtus verò eſt hoc loco propriè terribilis, aut formidabilis, atq; idem dicitur *Violentus* infra Iob. 27. & *Fortis*, Pſal. 53. & *Potens*, Pſal. 58. & *Crudeliſſimus*. Ezech. 31. atque ab eadem radice Iſai. 2. dicitur: *Cùm ſurrexerit percutere terram.* videlicet terribiliter, & formidandè. & Iſai. 10. *Confringet lagunculam in terrore.* id eſt, potenter, terribiliter, ita vt hoſtes exterreat, penituſque proſternat. Ergo *robuſti* hoc loco eſſe poterũt, violenti, & crudeliſſimi dolores, quos patitur: quibus percutitur terribiliter, incredibiliter, ad ſtuporem vſque: quibus non ipſe tantum ſed videntes quoque, atque audientes terrentur, & ſtupeſcunt.

2\. *Robuſtus* quid propriè. עריץ *Iſai. 2. 19. 21. & cap. 10. 33.*

Quia verò verbum *eruendi*, eſt propriè redimere, Vatab. intellexit; *Numquid à vobis petij, vt redimeretis me muneribus de manu tyrannorum?* Caietanus; *vt res meas ab hoſtibus ſublatas pretio vendicetis?* ſed præterquam quòd id verbum non ſemper afferat *redemptionem* propriè dictam, quæ pretio & conuentione fit, ſed tantum liberationem quandam, vt Exod. 21. *Dimittat eam.* Hebraice, *redimat.* id eſt, dimittat liberam, ac ſi eſſet redempta. Pſalm. 54. *Redimet in pace animam meã, ab his qui appropinquant mihi.* id eſt, dum in bello ſum, multis me oppugnantibus, antequam in illorum poteſtatem deueniam, in pace me Deus conſtituet, fugatis hoſtibus. Poſſet ea redemptionis vis retineri in hanc ſententiam: Hoſtes, qui me obſident, non ij ſunt, ex quorũ tyrannide pretio, aut conuentione aliqua redimi poſſim: nemo enim dabit *Pretium redemptionis animæ ſuæ, & viuet adhuc in finem.*

3\. *Eruere* quid. פרה *Redemptio* non ſemper ſtrictè accepta. *Exod. 21. 8.* *Pſal. 54. 19.* *Pſal. 48. 9.*

XXIIII. Docete me, & ego tacebo: & ſi quid fortè ignoraui, inſtruite me.

PHilippus ſimpliciter accipit: *Redarguite me, ſi mentior, & tacebo conuictus, & ſi quod aliud ignoro, veſtrum erit errantem corrigere.* ſenſus valdè anguſtus. D. Thom. iuxta ſuperiora ſic: *Numquid poſtulaui vt me doceretis, & inſtrueretis? minime. quorſum ergo obtruditis importuna conſilia egenti homini, ſed minimè indigenti, neque poſtulanti?* ſed hoc non decurrit leniter. Germanius & cla-

4\. *Philipp.* *D. Thom.*

Lenior interpretatio.
LXX.
Pagnin.
Vatab.
Græci & Hebraizantes.

riùs iuxta Septuag. Græcos, & Hebraizantes. Pagnin. & Vatab. vt nunc quaſi ad orationis finem, veritatem ſuæ orationis tueatur; Si malè loquutus ſum, teſtimonium perhibete; docete me, an alicuius opinionis errore inductus mortem expectem: an non ſit optabile cruciatibus liberari: & quidem obmuteſcam, neque lamentabor, neque vobiſcum contendam amplius, ceſſabo, quieſcam, quietus manebo. hæc enim omnia affert verbum *tacendi*. Chryſoſt. aliquantò longius ad vitæ ſuperioris peccata refert; *Quis nam ex vobis me arguet de peccato?* ſi quid vnquã aut opere, aut verbo offenderim, proferte; neque ſolùm ex ſupplicijs coniecturam facite ſceleratæ vitæ. Et quidem verbum *ignorandi* (*Sagah*) eſt propriè per ignorantiam & incogitantiam errare, aut peccare. vt Pſalmo 18. *Delicta* (Hieron. *errores*, alij, ignorantias, id eſt, peccata, & delicta per ignorantiam admiſſa) *quis intelligit?* & Habacuc. 3. *Oratio pro ignorantijs*. id eſt, pro delictis & erroribus, quam ſignificationem præclarè probat, quod ab hac radice dicitur Leuit. 4. *Anima, quæ peccauerit per ignorantiam*. & infra. *Quod ſi omnis turba ignorauerit*. id eſt, ſi inconſideranter peccauerit. & tunc pro eo peccato præcipitur offerri ſacrificium. quare tantùm abeſt à vocis germana ſignificatione illorum ſententia, qui ignorantiam hanc pro innocentia, aut vllius peccati conſcientia, accipiunt, atque pro illo, *nil conſcire ſibi, nulla pallescere culpa*, vt potiùs peccatum & delictum, & culpabilem ignorantiam ſignificet. ergo inquit Iob; Si quid a me inconſideranter, præcipitanterve dictum aut erratum eſt, vos *me inſtruite*; propriè, intelligere me facite; non conuitijs, ſed ratione mecum agite. Illud non ineptè obſeruat Didymus, indicare Iobum, quemadmodum apud mœrentes & ægros amici ſe gerere debeant? *Docete* (inquit) *me*, id eſt, docere debetis, non importunè arguere, & vrgere. Verbum autem *docendi* poteſt etiam ex ſua proprietate exponi, fœcundare auditoris animum doctrina & conſilio inſtar pluuiæ cælitùs cadentis; vnde dicitur *imber temporaneus*. perfundite itaq; me temporanea & opportuna doctrina; qua refrigerer, qua deferueſcat ignis meorum dolorum; ſed ne me percellatis conuitiorum turbine, ne tonitruis vocibus, & clamoribus, ne fulguretis excandeſcentes aduerſus miſerum hominem.

Tacere, quid & quibus modis vertatur à Vulgato.
חרש
Chryſoſt.
5.
שגה
Ignorare quid
Hieronym.
Habac. 3. 1.
Leuit. 4. 2.
Didymus.
Docere propriè quid.
ירה
Deut. 11. 14.
Ierem. 5. 24.
Ioel. 3. 23.

XXV. Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis, cùm è vobis nullus ſit, qui poſſit arguere me?

1. *Detrahere quid, & vt variè reddatur à Vulgato.*
2. *Quid veritas, quid rectitudo.*
3. *Arguere aliquando ad argumentationem pertinere. vt veritas non reformidet certamen.*
4. *Concinnare ex Hebræo Vitium inepti argumentatoris.*
5. *Deſperare in ſacro Sermone. Illuſtratus Ieremias. Varia Hebraizantium & Græcorum Lectio.*

1.
מרץ
Detrahere quid propriè.

VErbi *detrahendi*, quod in fonte eſt (*Maratz*) ſignificatio incerta eſt apud Hebræos, quare longè diuerſum ſenſum alij eliciunt. pleri que tamen exiſtimant idem eſſe, quod roborare, aut fortificare. Ergo ferè Hebraizantes omnes cum Hebræis legunt, *quam roborata*, vel, *quàm fortia ſunt eloquia fortitudinis*, vel *Quàm fortes ſunt ſermones recti?* quaſi diceret; Fortis eſt veritas, facilè concludunt, quæ vera ſunt. At Vulgatus malitiam quandam, moleſtiam, & quaſi falſitatem veritati contrariam videtur in illo vocabulo agnouiſſe. quare 3. Regum. 2. vertit *maledictionem peſſimam*. quam alij, *fortem*, ſeu *vehementem*. & infra, *moleſtum loquendi*, c. 16. quam alij, *vehementem*. & eodem ferè reſpicit lectio Septuag. *Vtinam vera [illegible] verba*. Aquila. *Moleſta fuerunt verba recti*. D. Auguſt. *Vt videtur, prauis veri hominis verba dicuntur* id eſt; Meis verbis tanquam prauis, vilibus, peſsimis, moleſtis detrahitis, cùm veriſsima ſint, atque recta; proindeque minimè acerba videri debeant. Et eleganter hæc omnia vnica interpretatione complexus eſt Olympiodorus, ſic ſcribens: *Tanquam ſi diceret, Grauis multis accidit veritas: hoc ipſum vobis euenit: ideirco mea ipſa verba, quamuis vera ſint, tanquam flagitioſa, ac nullius pretij repudiatis*. & indicari quidem exiſtimat, *Quando auxilium cunctatur diuinum, licet vera quis dixerit, nullam tamen ei fidem habendam ab auditoribus, quaſi ipſa calamitate refutante orationem*. Eſt enim illud quoque peculiare pauperi ex ſua inopia & calamitate malum; vt cùm *deceptus ſit, inſuper & arguatur, locutus eſt ſensatè, & non eſt datus ei locus. & dicunt: quis eſt hic? & ſi offenderit, ſubuertent illum.*

3. *Reg.* 2. 18.
Iob. 16.
LXX.
Aquila.
Auguſt.
Olympiod.
Indicaut.
Eccleſ. 13. 27. 28.

Veritatis. vox originalis propriè *rectitudinem* ſignificat falſitatis & doli expertem, & præterea *munditatem*, quæ in plana & recta via ſolet eſſe viatorum comes, vt aliquando diximus. quare vterque ille ſenſus locum habet, quem ſuprà indicauimus, vt orationem ſuam, & veram eſſe confirmet, & præterea non acerbam, ſed potiùs teneram, atque mollem, vt quæ ex humano quodam & tenero ægritudinis ſenſu proficiſcatur.

2.
ישר
Quid *veritas*, aut *rectitudo*.
Vid. c. 1. verſ. 1. n. 56. 57.

Cùm è vobis nullus ſit, qui poſſit arguere me, id eſt, nemo poſſit iure me reprehendere. Septuag. *Neque correptio veſtra verbis me ſedabit*. id eſt, vt ait Chryſoſtom. neque veſtras ego refutationes reformido, neque in veſtra oratione acquieſcam. quare non omnino diſſonat, ſi vocabulum *arguendi*, pro argumentandi ſumas, vt vulgus ſolet, & aliquandó Scriptura. vt infra cap. 15. *Arguis verbis eum, qui non eſt æqualis tibi*. Eſt verò animi cuiuſdam erecti, & nihil ſibi conſcij non detrectare argumentorum pugnam, nam veritas illum confirmat, cùm falſitas imbecillis, timidaque ſit.

3.
LXX.
Arguere pro argumentari
Iob. 15.
Veritas non reformidat aduerſariorū argumentationes.

XXVI. Ad increpandum tantùm eloquia concinnatis; & in ventum verba profertis.

COncinnatis. Propriè cogitatis, excogitatis inuenire cupientes, quibus me verbis acerbiſsimis increpare, & compe-

4.
Concinnare quid.
חשב

ſcere valeatis, non verò animaduertitis, quid vobis reſpondeam, quid rei veritas à vobis & à me exigat; non tam pro veritate diſputatis, quam pro vexando calumnijs, & contumelijs cũ homine miſerrimo cõtenditis. Eſt vero hoc

Argumentantium [illegible]

inepticulorum argumentantiũ peculiare vitium, non attendere quid illis reſpondeatur, ſed in id ſolùm intendere, quid poſsint ipſi denuò aduerſus reſpondentem regerere, & replicare. qui cum loquendo quidem, ſed minimè audiendo ſint, in illos ſcriptum eſt: *Qui priùs reſpondet, quàm audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum.*

Prou.18.13.

5. יאש

Et in ventum verba profertis. Radicem (*jaas*) ſæpè Vulgatus vertit *deſperare*, vt Ierem. 2. *Deſperaui, nequaquam faciam.* quaſi dicat, actum eſt. & cap.18. *Deſperauimus, poſt cogitationes noſtras ibimus.* Inde omnes Hebraizantes hoc loco vertunt, *In ventum eloquia deſperatis.* Tygurina per paraphraſim, *Nunc excogitatis ſermones & verba, ſiquidem loquimini, quibus me deſperationem communicatis.* ſed ſignificantius Vatab. *An diſceptando reputare debetis eloquia eius, qui deſpondit animum verba mera & ventum* (q. d. *An diſceptando debetis flocci pendere verba mea, qui animam ob afflictiones deſpondiſſe vobis videar? Non ſunt parui pendenda eloquia hominis afflicti.* Alij non participialiter, ſed nominaliter vertunt. *In ventum verba deſperationis.* id eſt, Spiritu oris veſtri, ventoſa verba profertis, quibus me ad deſperationem adigatis, aut deſperantis animi communicatis. Non ineptè nunc Hebræus apud Caietanum legit per interrogationem: *In ſpiritu verba* *affecti faſtidio?* nam verbum illud *deſperandi*, non ſolum curam aut ſpem alicuius rei à corde remouet, verùm etiam contemptum quendam, faſtidium, tædiũque affert. *ventum* vero ſiue ſpiritum, pro rationali parte accipit, in hanc ſententiam: Quæ homo ex deſperata ægritudine tædio, & faſtidio affectus loquitur, nõ ſunt accipienda quaſi ex mente deliberata proficiſcantur, ſed ex dolore & tædio partis ſenſitiuæ. Sed Complutenſes re melius perpenſa hanc deſperationem ad ipſos amicos loquentes referunt, & in hanc ſententiam explicant: *Amouetis verba à corde veſtro, & ſine cogitatione & meditatione, profertis ea in ventum.* inſtar deſperatorum, aduerſum me inſurgitis faſtidiosè, inconſideranter, furenter, acerbiſsimè mecum agitis. Quem eundem ſenſum, ſed leniorem atque familiariorem reddit noſter interpres, cùm dixit; *In ventum verba profertis.* quaſi diceret: Inanis eſt veſtra increpatio, cui nulla vera ſolidaq; cauſa, aut materia ſubſit. proinde nihil me mouet, imò potius faſtidio inania & ventoſa verba, quorum curam & auditum pello ex corde, neque magis curo, quam ſi aeri dicerentur. Sept. *Neque enim loquutionem ſermonis veſtri ſuſtinebo.* ſimilis loquutio infra cap.15. *Nunquid reſpondebit ſapiens, quaſi in ventum loquens?* & Ierem.5. *Prophetæ fuerunt in ventum loquuti.* quod ad inanem verborum iactantiam pertinet.

Ierem.2.25.
*En negocio acabado y deſatuziado no ay que tratar mas de el.
Ierem. 18. 12.
*Ya auemos acabado con Dios, y echado por otro camino.
Tygurin.
Vatab.
*Deueis de penſar que vn hombre tan apurado como yo habla ad ayre.
Hebræus apud Caietan.
*Lo que azeys habla vn hombre enfadado y canſado de padecer, mas nace de ſu enfado, que de ſu buena razon.
Compluten ſes in Lexico.
LXX.
Iob.15.2.
Ierem.5.13.

XXVII. Super pupillum irruitis & ſubuertere nitimini amicum veſtrum.

1. *Irruere venatorum eſt. Leo incubat prædæ. explicatum Moyſes.*
2. *Subuertere ex Hebr. diſtraſit Vulgatus.*
3. *Animi conſtantis videtur conſpirationi et adhuc deieſtus. Formula conſirmationis veritatis ex Paulo.*
4. *Sedere ad animi tranquillitatem ſpectans.*
5. *Quid contentio, & quo à rixa differat.*
6. *Stultitia in Heb. calamitas, cauſa pro effectu. Quid perſonare.*

IRruitis *ſuper, &c.* Opprimitis veſtro pondere, clamore, violentia contumelijs *pupillum*, cui non ſit adiutor: quod valde illiberale eſt. *Tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ*, quam labentem & ſemidirutam viatores omnes diruere, & deijcere penitùs conantur. forſan ſumitur translatio à venatione & præda, ſuper quam ſe ſolet prædo, aut venator proijcere, vt hominem vel prædam pondere opprimat, & arctè comprehenſam elabi è manibus non ſinat, ſicut de venatore dicitur Pſalm. 10. *Inclinabit ſe, & cadet* (ſuper prædam) *cùm dominatus fuerit pauperum.* Sic dicitur, prædam tenere Leo, cadens, accubanſque ſupra illam, ſicut ſcriptum eſt: *Ad prædam fili mi aſcendiſti* (nam tribus Iuda in montana terræ promiſsionis loca occupanda, & expugnanda conſcenſurus erat, ſicut Leo, qui in montibus venationem exercet) *requieſcens accubuiſti vt Leo, & quaſi Leæna, quis ſuſcitare* (remouere, abigere à præda, cui incubat) *eum audebit.* Fontem legunt Hebraizantes actiuè. *Super pupillum proijcietis.* & Pagnin. intelligit, *Proijcitis laqueos.* ſed præſtat, quod diximus. vel vt ſignificatio verbi (*Naphal*) actiuè accipiatur, pro cadere facere, vt ſenſus ſit. *Irruitis*, id eſt, veſtro pondere impellitis, & cadere facitis: ſic enim exigit ſecunda pars. Nam quod Vatab. dicit: *Pupillo iraſceremini.* vel, *Pupillum condemnaretis*, neſcio vnde confirmari poſsit, niſi quia, qui cadit, inferior eſt, & vincitur ab eo, qui illum proſternit & deijcit. Sed illud languet: & non minùs diſplicet, quod Tygurina legit: *Pupillo imponere ſtudetis.*

1.
Pſal.61.4.
Pſal.10.30.
Leo cadens ſuper prædã.
Gen.49.9.
Regia.
נפל
Irruere actiuè ſumptum Vatab.

Cum ſecunda quoque parte congruunt, quę de cadendo, aut irruendo diximus: nam *ſubuertere* propriè eſt, circumfodere, id eſt, foſſam facere, in quam decidat: ex verbo legas, *Et foditis circum amicum veſtrum.* nam ab eadem radice dicitur Pſalm.7. *Lacum aperuit, & effodit eum.* Ad dolos, & calumnias verborum, & decipulas argumentationum videtur pertinere. Pagnin. *Foditis menducia contra amicum.* Vatab. *Foditis, & machinamini fraudes:* Septuag. contumelias, & conuitia interpretantur? *Inſultatis contra amicum veſtrum*, Hebraiſmum eleganter noſter illuminauit, *ſubuertere*, deijcere, deturbare in opinionem ſceleratæ vitæ, in captioſam argumentandi, & colligendi rationem atque decipulam, in animi deſpondentis abiectionem, & puſillanimitatem. Cùm autem dicit *pupil-*

2.
Subuertere.
Pſal.7.16.
Vatab.
LXX.
Hebraiſmus illuſtratus.

Vatab. *Caietan.* Argumentũ à minori.

lum, & amicum, ſe ſignificat: vel, vt indicant Vatab. & Caietan. eſt ſententiæ Auxeſis, & quaſi argumentatio quædã à maiori ad minus; Qui ſubuertere nititur amicum, & ſodalem, quid non faciet contra pupillum & orphanum?

XXVIII. Veruntamen quod cœpiſtis, explete: præbete aurem, & videte, an mentiar.

3. IN eo, quod ſemel cœpiſtis, pergite. neque enim diſputationi me ſubtraho, neq; viam præcludo diligenti examini meorum verborum, æquum tantùm iudicium veſtrum requiro, & attentas atque beneuolas aures. In fonte, *Velitis, & reſpicite in me.* id eſt, nolite à veſtra diſputatione ceſſare; quod ſemel voluiſtis, & aggreſſi eſtis, proſequimini; neque enim erubeſcam. Conſtantiam quandam, & firmitatem animi, & vultus minimè deiecti, aut aliquid reuerentis, quod ſibi obijci poſſet, videtur indicare illud: *Reſpicite in me*. vel, in faciem; fortè illud eſt, quod nos quoque dicere ſolemus. *Mirad me a la cara, que yo ſoy, y hare bueno lo que e dicho.* quanquam Vulgatus ad attentionem quandam retulit, cùm quis figit in dicente oculos. & propterea reddidit, *Præbete aurem.* quod lectio Auguſt. dilucide dixit: *Nunc autem aſpicientes vacate mihi.* Illud autem *Videte an mentiar*, Septuag. quaſi commutatis oculis, ſic legerunt, *Inſpicientes in facies veſtras non mentiar.* non eſt, quòd aliquid ſubuerear, ingenuè quod verum eſt eloquar vobis teſtibus, audientibus atque videntibus. Ad libertatem orationis, & confirmationem veritatis pertinet illud; *Non mentiar*: nam neſcio quid amplius ſignificat, quam ſi dicas, veritatem dico. vt Paulus ad Rom. 9. *Veritatem dico in Chriſto Ieſu non mentiar.*

Animi conſtantia, & vultus minimè deiectus.

Auguſtin. *LXX.*

Formula cõfirmandi veritatem.

Rom. 9. 1.

XXIX. Reſpondete obſecro abſque contentione, & loquentes id quod iuſtum eſt, iudicate.

4. SI quid reſpondendum, & obijciendum habetis, libẽter audiam. propriè ex Hebræo, cõuertimini, aut, reuertimini. Septuag. *Sedete obſecro, & non ſit iniuſtum, & rurſum iuſto adeſtote.* Fortè enim indignabundi diſceſſum parabant, aut iam ſurrexerant diſceſſuri: quare illos inuitat ad promouendam diſputationẽ. quanquàm Olympiod. & Polychron. exiſtimant perinde eſſe ac ſi diceret, Vos ipſos meorum verborum iudices conſtituo. Didymus, illud, *ſedentes*, ad ſermocinandum vacuum attentumq́ue animum, & inquirendi cupidum ſignificare exiſtimat.

LXX.

Olympiod. *Polychron.* *Didymus.* *Sedere* ad animi tranquillitatem pertinere.

5. *Abſque contentione.* Hebraicè; *Non ſit iniquitas.* Septuag. *Non ſit iniuſtum.* nihil per contentionem, aut iniquum contradicendi ſtudium à vobis dicatur, aut ſtatuatur. & quidem ſapienter à Latino interprete dictum eſt, *abſque contentione*. Nam quid iniquius, quam veritatem oppugnare? & ſi ille iniuſtus eſt teſte Apoſtolo, *qui veritatem detinet*: quid, qui illam opprimit, lacerat, conuellit? Contentionem autem interpres dixit, quòd res de diſputatione, argumentis & reſponſione eſſet. eſt enim contentio in verbis, aut diſputatione cum impugnatur veritas. Vt Theologi cum Diuo Thoma definiunt. 2. 2. q. 38. art. 1. Vel, vt Ambroſ. *Contentio eſt impugnatio veritatis cum confidentia clamoris.* & q. 41. eo diſtinguitur contentio a rixa, quod illa ſit in verbis, hæc in factis. & à Græcis appellatur *Logomachia*. & quidem ſic indicatur a Paulo ſcribente ad Timoth. *Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.* Rurſus idem Apoſtolus hanc contentionem cum iniquitate coniungit, perſtringens garrulos Iudæos veritatis impugnatores. *Qui ſunt ex contentione, qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati.*

LXX.

Rom. 1. 18. Contentionis vitium.

D. Thom. *Ambroſ.*

Contentio quo differat à rixa.

λογομαχία.

2. ad Tim. 2. 14.

Rom. 2. 8.

Et loquentes (propriè, reuertentes, id eſt, diſputationem inſtaurantes) *quod iuſtum eſt indicate.* id eſt, me iuſtificate, mea vobis iuſtum & innocentem iudicari oportet: quotieſcunque in iudicium & examen me vocaueritis, ſemper iuſtus inueniar. propriè: *adhuc iuſtitia mea.* vel ſic iuſtifico meam cauſam, & controuerſiam.

XXX. Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit.

6. INiquitatem. Nihil quod à me iniquè dictum ſit, nihil contra ius, aut contra diuinum numen. *Stultitia* (*Hauoth*) calamitates, infortunia, contritiones, aliquod verbum ſtultè prolatum, propter quod plagis, & ſupplicio dignus ſim. de qua voce diximus ſupra. Admodum enim variè redditur à noſtro interprete. Sed aliquando quidem ad linguæ vitiũ refertur, cùm latens in corde iniquitas, aut prauum deſiderium, aut effrænata cupiditas ore & verbis ſe prodit, & per ſtultitiam, & temeritatem in lingua, & faucibus perſonat. vt Micheæ 7. *Magnus loquutus eſt deſiderium animæ ſuæ.* quo loco eleganter dixit Tigurina: *Magnus corruptelam animi ſui loquitur.* Sed ne quis hunc locum ad aliam radicem pertinere aſſerat, præſto ſunt alij ab ipſa noſtra radice. Pſal. 38. *Qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates.* ſtultè, & temerè de inſidijs ſtruendis, & morte patranda locuti ſunt. Sic enim Hieronym. legit. *inſidias.* Pſalm. quinquageſimo primo, *Iniuſtitiam cogitauit lingua tua.* Hieronym. *Inſidias cogitat lingua.* Ergo ſtultitia, quam Iob negat in faucibus ſuis *perſonare*, ſunt verba per ſtultitiam & temeritatem prolata, quæ latentis prauitatis, atque malitiæ aut praui corruptiq́ue erga religionem animi indices ſint. Sed ex originali alius ſenſus elicitur, nam pro *perſonare* eſt, *Bin*, quod eſt prudenter agere, vel intelligere: quare propriè legas: *An fauces, vel palatum meum non intelliget?* non ſentiet calamitates & tribulationes? fieri non poteſt, quin dolens conquerar:

Stultitia quid in Hebræo.

הוות

Perſonare.

Mich. 7. 3.

Pſal. 51. 4.

בין

quin pars ſenſitiua, quæ dolorem & amaritudinem refugit, non afficiatur ſenſu calamitatum. LXX. Septuag. *An fauces meæ non intellectum meditantur?* Non itaque ſtulteſco, dum in faucibus meis gemitus & lamenta perſonant; nam ad præſcriptum rationis gemo, & ſuſpiro.

Et quidem non ſemel Scripturæ, linguæ, faucibus, verbis tribuunt, quod mentis & intelligentiæ proprium eſt, videlicet meditari, aut intelligere: idque duplici de cauſa. Primum, quod magna ſit rationis, & orationis cognatio: quare quæ mentis expertia ſunt, eadem facultate ſermonis carent. tum etiam, quòd ſermo meditatione indigeat, & multa conſideratione dicendorum præuia. hinc illud: *Lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam.* id eſt attentè, ſapienter, non temerè, neque ſtultè de diuinis loquar. Simile id Ioſue. 1. Ioſ. 1. 8. *Non recedat volumen legis ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus.* id eſt; ita meditaberis, & cogitabis aſſiduè, vt ex ipſa quaſi cogitatione, & attentione mentis efferueſcente redundent, & ebulliant in ore verba. Et ſapientia ſic ſuas leges atque præcepta haberi pro torque vult. Prou. 6. 21. *Liga ea in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo.* videlicèt vt verba, quæ in gutture formantur, fiant ad præſcriptum ſapientiæ, & illius regula, & menſura circunſcribantur. Altera verò cauſa, quod in vniuerſum cum aliquid prudenter, & ſapienter agitur ex præſcripto rationis, tunc ratio & conſilium dicitur ineſſe ipſi rei per quam fit. Sic intellectus manibus tribuitur, vt illud Geneſ. 48. Geneſ. 48. 14. Iacob *commutans manus benedixit filijs Ioſeph.* propriè ex Hebræo legitur: *Intelligere fecit manus ſuas.* quod Onkelus doctè explicat: *Prudenter egit manibus ſuis.* ac ſi ipſæ manus myſteriorum conſciæ eſſent. Similiter Deus dicitur populum ſuum deduxiſſe: Pſal. 77. 72. *In intellectibus manuum ſuarum.* id eſt, ſapientiſſimis, & myſterioſis actionibus. Sic etiam fauces aut ſtultæ, aut intelligentes ſunt.

CAPVT SEXTVM.

1
Reſpondens autem Iob dixit:
2
Vtinam appenderẽtur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in ſtatera.
3
Quaſi arena maris hæc grauior appareret.
* vnde & verba mea dolore ſunt plena.
4
Quia ſagittæ Domini in me ſunt:
quarũ indignatio ebibit ſpiritum meũ:

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

CVM ELIPHAZ ORATIO POSTVLARE videretur, vt eius, quæ in ſe erat fidei atque pietatis rationem Iobus redderet, atque obiectionibus propoſitis ſatisfaceret; infractus is, conſtanſque animo, atque bona conſcientia erectus ſic reſpondet. Optarem ſane, vt ſi quæ vnquam admiſi errata, *a* quibus diuini numinis indignationem aduerſum me cõmerui, nunc cum grauitate ſimul meorum cruciatuum æquis lancibus expenderentur: vt cum omnibus perſpectum eſſet calamitates meas præponderare; non ſecus quam ingentem arenæ maris cumulum compoſitum cum re leuiſſima, nemini iam dubium eſſet, quæ patior, non eſſe meorum ſcelerum ſupplicia. *Neque verò lamenta hæc mea, atque ſuſpiria, nuper ex dolenti pectore emiſſa, propter quæ ſuſpicionem de me concepiſtis *b* iracundi & indignantis hominis, tam leuiter iactata ſunt, vt doloris acerbitas & grauitas grauior non ſit, quàm quot in littore exaggerari poſſunt *c* arenæ cumuli. Quæ enim peccata tam grauia vnquam patrarim, vt grauiſſimam ægritudinem, & animi commotionem, irati & furentis maris inſtar perferre nunc cogar, omni pondere & mole grauiorem? quin & vos aduerſum me indignamini, & excandeſcitis, quod vobis viſus fuerim aduerſus Deum temerè & inſolenter indignari. Sed nullus, ò amici, aduerſus Deum irati, atque impatientis animi ardor, quin potiùs incredibilis animi dolor, & acerbitas, gemitum & voces has querulas ex meo pectore extorquent. Eſt enim mea calamitas multarum rerum acerbiſſimarum acceſſione incredibiliter exaggerata, vt quæ *d* ſubita & inopinata, & quaſi per inſidias parata, atque quaſi ex alicuius hoſtis prauitate, & concepta in me malitia profecta fuerit. At vos iniqui profectò rerum æſtimatores, & ponderatores videmini; & *e* aurium, quod homini conceſſum eſt, veluti bilancium, iudicio non tam vim atque ſententiam, quam inanem meorum verborũ ſonitum ponderare. Atqui (ò amici) cogitare debuiſſetis, licet quidem pœnæ ſint *f* pondus, quo ſcelus admiſſum, quaſi in altera lance poſitum leuatur, & extenuatur: tamen nihil eſſe in me tam graue ſcelus, quod illi reſpondere ex æquo poſſit. tum etiam lamentationes & gemitus, quaſi pondera quædam eſſe, quibus doloris grauitas & acerbitas leuari & extenuari poſſit. Neque vero ea omnia loquor, quæ *g* dolor ſubminiſtrat: multa deuoro, atque ſupprimo. quòd dicendi facultatem ægritudo mea ſuperet; vnde mihi noua doloris ratio accedit.

Sed heu me miſerum, quem Deus potentiſſimus atque fortiſſimus vaſtator, cuius potentiæ nemo reſiſtere poteſt, mille acutiſſimis *h* ſagittis confixit, profundiſſimiſq; vulneribus, & intimos viſcerum receſſus penetrantibus, quaſi per occultas inſidias, inſtar ſagittarij alicuius ſæuiſſimi, transfixit. Sed quid ego ſagittas dico? fulmina potiùs ardentiſſima hæc; enim ille a bene curuato arcu nubium pro ſagittis eiaculatur. Hæc in me ſunt, vt qui ſolus ipſe noui, qui plagas à Deo inflictas meo corpore excepi. vos enim, ò amici, integris viribus & bona valetudine, quaſi de plauſtro loquimini: philoſophaminique liberius in meis ærumnis; at ego vehementiſſimè crucior: nam cùm penitùs ſpicula Omnipotentis in meis viſceribus, & pulmonibus defixa hæreant, nullumque extractum ſit, vt aliquod vulneri remedium quæreretur; neq; vllus iactus fortiſſimi illius brachij a me aberrauerit, ſed me omnes collimàrint; accedit etiam, quod cuſpides omnes inflammatæ & ardentes videntur, vt quæ tinctę ſint letali aliquo veneno; ita vror, & ardeo, exhaurior q; totus ſanguine vulneribus profluente, & aperto conſciſſoque pectore, non ore tantum, aut naribus exſpiro. Ergo cùm ita meo ſanguine *i* ebriæ, obrutæque ſint ſagittæ, & madeat, aut potius natet ferrum, ſitio ego, & exugor,

pem-

NOTATIO RERVM INSIGNIORVM, QVAE in commentarijs fuſius explicantur.

a *Difficilis huius ſententiæ & Bilancium prima Latinorum expoſitio tractatur. verſ. 1. 2. 3. nu. 1. & 5.*

b *Altera Græcorũ expoſitio expenditur. nu. 2. & 6.*

c *De arenæ generatione, & ſignificatione, & prouerbialibus ex illa locutionibus, quædam ex ſacris & prophanis. ver. 3. n. 7.*

d *Calamitatis ſignificatio accuratè expenditur ex Heb. ver. 3. n. 3.*

e *De nomine aurium, & vt bilancium ſimiles ſint, & de audiendi doctrina & præcepta quædam. verſ. 3. n. 4.*

f *Allegoria grauitatis peccatorũ relata ad diuinæ iuſtitiæ trutinam, & pœnarum pondus ex altera parte reſpondentium. ver. 3 num. 5. Nec non etiam de ſuſpirijs & gemitu, quo eleuatur ægritudinis grauitas. nu. 6.*

g *Vt dolor abſorbeat, & præcipitet verba, ex Originali, & Hebraizantibus non pauca. v. 3. n. 6.*

h *De Dei ſagittis, quænam ſint, & vt callentes ſemper, & fixæ hæreant in ſcopo. ver. 4. n. 2. 3.*

i *Vt Sagittæ bibant & inebrientur ſanguine rubei vini ſimilitudine, & vt cædes hominum vindemiæ referat, quædam ad SS. intelligentiam opportuna. v. 4. nu. 5. 6.*

penituſque conficior miſer. Quid, quod non ſolùm præſentibus malis, ſed aliorum etiam grauiſsimorum impendentium timore diſcrucior? vt vndique terroribus & metu obſidear, velut hoſtiũ immaniſsimorum exercitu oppugnatus: nam non aduenturæ ſolum, ſed præſentes etiam ægritudines & cruciatus incredibili ſua magnitudine me deterrent; nec non terribile ſpectaculum cunctis me mortalibus efficiunt.

Quod ſi dolores alij à me ſuſpiria & gemitus non extorquerent, at ſola fames clamare vehementius cogeret. Nec vitio mihi tribuẽdum, quod fameſcentibus brutis, onagro videlicet (l qui fameſcens frequenter, vehementerque rudit) & boui condonatur, vt rugientibus præ fame inteſtinis, vocem atq; rugitus edant. Si vero poſt ſuſpiria atque clamores, aliquid tandem mihi cibi apponitur, mirum eſt, quàm ſit inſulſus, inconditus, amares, frigidus; vt etiam fameſcenti homini ſtomachum moueat. Quòd ſi vrgente fame ſumere velim illa, ad quæ quondam nauſeabam, vix neceſſarius ad victum cibus ſuppetit: non fruſtra itaque conqueror: nam hoc in omnium animantium natura poſitum eſt, vt ſi vel fameſcant, vel mali alicuius quidpiam patiantur, inarticulatis & rudibus vocibus, & qua poſſunt ratione ſignificent, ego vero non gemere tantum, ſed illum cibum, qui mortalium palato amariſſimus eſt, mortem (inquam) expetere compellor: interim alij leuioribus compulſi malis clamare permittuntur. Si enim quis in cibum inſulſum, aut malè conditum, aut amarum, aut veneno infectum incidat, ſubito clamore conqueritur, & voce atque geſtu auerſatur, niſi illum dira fames cogat ſumere amara pro dulcibus. me vero infœlicem, cui grauiſſime laboranti per meos ipſos conſolatores non liceat gemere, cum his miſerijs acerbiſſimis paſcar, & exſaturer, quas quondam firmus & valens faſtidirem. Sed illud te monitum velim, amice Eliphaz, vt qui amicitiæ officium te præſtare & colere profiteris, m ſalem coëmas. inſulſa enim, & nullo prudentiæ ſale condita conſilia, grata & ſuauia, imo & ſalutaria eſſe ægrotantis præſertim palato, minime poſſunt. Sed Sal tamen parcè & moderatè adhibendum, ne ærumnoſum & dolentem hominem nimium acerbe & inhumaniter pungas; ſed potius ſali oleum addas, inſtar medici humaniſſimi atque prudentiſſimi, quo ægrotantis animi acerbitatem & animi morbos cures, & lenias; ne ſapiens cùm videàris, inſulſum & fatuum ſal iure haberi poſsis: præſertim, cum ego ad mearum calamitatum leuamen, nulla valde exquiſita remedia poſtulem, ſed quocunque vel leuiſsimi ſolatij adminiculo contentus ſim, cuiuſino di pauperibus & tenuioribus hominibus, ſal eſſe ſolet, neceſſarium quidem, ſed facile parabile palati irritamentum, & non niſi pauperum condimentum. Nam neq; delicatiſsimus cibus, quale eſt lacteum & molle albumen n oui ſine ſale comedi poteſt; quanto minus poterunt moleſtiſsimæ & inſulſiſsimæ acerbitates ſine vllo condimento deuorari? Sed ſi inſulſum & fatuum me vos è contrario exiſtimetis, quòd paulò concitatiora verba loquar & à prudentiæ ſale, & condimento imparata, mirari profecto minime debetis, nam qui inſulſam habet ſaliuam, & linguam, inſulſum expuit; qui amaram habet linguam, amarum & bilioſum excreat. Sic ſane ego mihi ipſi non dulce ſapio: neque ſuave oleo, o inficio enim grauiſsimo halitu leonini perſimili, quæ mihi apponuntur. & qui amareſcam totus, dulciora nó poſſum pectore promere; enim verò quæ nunc loquor, vix quondam auderem ore contingere, ac ne cogitare quidem. At vi doloris ad loquendum vel inuitus, & dolens adigor, ſicut etiam (inuitus licèt) excipere & deuorare cogor importuna conſilia meorum amicorum.

Sed ad tot tandem malorum ſolatium aliquod, ab ipſo meo iudice, ne quid contra ius & æquum poſtulaſſe videar, ſummis contendo precibus, ſpero etiam anxius atque ſolicitus, vt qui me ſemel conterere & tundere cœpit, penitus conficiat; neque me diuturniori ſupplicio excruciet: opto enim illi, cui meæ ærumnæ ſemel p placuerunt, numquam non placere, neque dolens & decumbens ſolùm, ſed mortuus etiam gratus, & obſequens haberi. Soluat igitur, atque expediat manum ſuam, liberè

l *De onagri natura, fame, ſiti, ruditu, tum ex ſacris tum ex prophanis multa. ver. 5. nu. 2. 3. 4.*

m *De ſale ad correptionem, & ad ſapientiam relato peculiaria quædam. v. 6. nu. 6. 7.*

n *Hebræorum lectio de oui albumine, aut vitello pro inſulſa ſaliua latè tractatur, & illuſtratur. ver. 7. nu. 8.*

o *Quid illa graueolentia halitum, quam Septuaginta legunt, & vt anima leonina virulenta ſit, ex ſacris & prophanis nonnulla. v. 7. nu. 10.*

p *Vt verba huius ſententiæ afferant voluntatis quandam voluptatem, & quandam cupiditatem inexplebilẽ, quaſi Deo noſtræ ærumnæ placeant, & ingenti*

& terrores eius militant contra me.

5
Numquid rugiet onager, cùm habuerit herbam? aut mugiet bos, cùm ante præſepe plenum ſteterit?

6
Aut poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditũ? aut poteſt aliquis guſtare quod guſtatum affert mortem?

7
Quæ priùs nolebat tangere anima mea nũc præ anguſtia cibi mei ſunt.

8
Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto tribuat mihi Deus?

9 & qui cœpit, ipſe me conterat: ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me.

10 Et hæc mihi ſit cõſolatio, vt affligens me dolore, non parcat: Nec contradicã ſermonibus Sancti.

11 Quæ eſt enim fortitudo mea, vt ſuſtineam? aut quis finis meus, vt patienter agam?

12 Nec fortitudo lapidũ fortitudo mea: nec caro mea ænea eſt.

13 Non eſt auxiliũ mihi in me: *& neceſſarij quoque mei receſſerũt à me.

14 Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam, timorẽ Domini derelinquit.

15 Fratres mei præteriẽrunt me,

quoquo verſus conijciat, & verſet; videtur enim hactenus ſe geſſiſſe in me cædendo inſtar hominis abbreuiatam, aut colligatam habentis manum: libero itaque, & expedito brachio me confodiat. ſentio enim, quisquis ille ſit, cuius miſer ego manu atq; gladio jam diu vulneror & tundor, impeditam & ligatam illam eſſe. Ergo ſic me ille vulneret, omnemque meum ſanguinem profundat, vt mea illi mors lucro alicui, aut verò voluptati exiſtat. Hoc igitur ſolatio, interim dum me dolores vrunt, incaleſcerem, & animos, vireſque colligerem, ſi cruciatuum magnitudo certam mihi mortis ſpé allatura eſſet. Scio enim dum iſti dolores me, velut q parturientem, excruciant, fore vt tandem ſalutis & incolumitatis ſpiritus, vitæque alterius requies atque tranquillitas parata mihi ſit. Nulla igitur mei r commiſeratione retardetur: nam ſi moriar, liber & ſecurus à peccandi metu euadam, nunquamque deinceps Dei voluntati repugnabo, vt qui ex huius vitæ, & mortalium conditionis inconſtantia receſſerim. Valde videlicèt meæ imbecillitati timeo, ne me à pietatis ſtudio doloris acerbitas vel latum vnguem dimoueat; cùm itaque adhuc non peccauerim, nöllem à mea vitæ innocentia recedere; quamuis ſpes mihi firma ſit, forè, vt nũquam Deo contradicam. Non eſt igitur, cur ſ mortem timere debeam; ſed potiùs eſt cur conſtanter petere atque expectare illam poſsim: quam cum mihi tandem infligere voluerit Deus, tantum abeſt, vt illam deprecari paratus ſim, vt pro magno potiùs beneficio ſim habiturus. ſanctus enim qui eſſe ſtudeam, à ſancto & puriſsimo numine nihil iniqui, aut parum mihi vtile accipere poſſum.

Et certè rem expecto neque longè diſtantem, neque valdè difficilem; nam vitam per ſe breuiſſimam in arctiſsimas anguſtias redigunt acerbiſsimi, quos perfero, cruciatus, quibus ſuſtinendis par eſſe non poſſem, niſi me t precandi ſtudium & aſſiduitas, atq; diuina gratia corroboraret: atque (humanum etiam aliquid arbitratus) gemitibus interdum & lamentationibus indulgerem: nam neque laborum meorum finem, quando futurus ſit, ſcio, vt ea cognitione & ſpe me ad patienter ſuſtinendum confirmem. Non enim alium fœlicitatis temporalis finem, vel exſpecto, vel oblatum etiam acciperem: quicumque enim ſit vitæ ærumnoſiſsimæ iſtius exitus, vitæ ipſi anteferendus merito eſt.

Quippe non ego ſaxeus ferreusve, aut ſine ſenſu ſum, vt tam vehementer percuſſus neque ſentiam, neque ingemiſcam. Et quidem illa, que ſenſus expertia ſunt, lapides atque metalla, ictum & malleum reſpuunt, & ad leui Timum contactum, quaſi conquerantur, tinniunt; ego verò qui mollior ſim, qui ex fragiliori teſta compactus, teſteus & luteus, pene iam contractus nullam doloris & ſenſus vocem emittam?

Vires me tam planè deficiunt; cùm enim (quod veriſſimè affirmabo) minime ſim puſillo, aut abiecto animo, tamen longe inferior ſum ægritudinis magnitudine, & acerbitate, &, quod mihi reliquum eſſe poterat, diuinum auxilium deſidero, *nec non veræ amicitiæ & neceſsitudinis in ipſis meis propinquis, & familiaribus officium requiro: video enim humanitatis legem aduerſum me violatam eſſe; & qui maximè conſtantes eſſe debuiſſent in me iuuando, & ſubleuando, hi primi a me dilapſi ſunt.

Si quid autem in lege prudentiæ, aut comitatis ego vnquam peccauiſſem, grauiter dolenti, & ab omni amicorum ope homini deſtituto condonandum erat. Qui vero non ſolum frigent, & languent, vbi ardenti erga amicum charitate opus eſt, ſed etiam amicorum ſuorum malis territantur, & longius fugiunt, ne quid mali è vicino malo participent; & qui v miſericordiæ & pietati nuncium remittunt, hi profecto Dei timorem grauia comminantis ſupplicia ſi aternæ, veræque amicitiæ deſertoribus, a ſe abiecerunt; neque Deum diligit, qui proximum non diligit; neq; x ſanctus eſſe poteſt, qui miſericors non ſit.

Sed illud mihi acerbius, quod naturæ etiam iura erga me violata video: nam vniuerſa mea cognatio me deteſtatur; & cum me vident, ſanguinis & naturæ coniunctionem contra naturæ iura contemnentes & abnegantes, à me oculos deijciunt, atque

homi-

lucro exiſtant. verſ. 9. n. 2. & 4. & vt in medijs cruciatibus ſe probat Dei benignitas. nu. 5.

q Afflictum parturire ſpiritum ſalutis, dummodo patienter perferat, indicatur cum vtilitate. ver. 10. nu. 2.

r Vt Dei miſericordia reſplendeat, ſiue cum mortem infert, ſiue cum vitam tuetur. ver. 10. nu. 3.

ſ Vt mors ſegnis & timida, vtpote inermis, accedat ad virum iuſtum. ver. 19. nu. 4.

t Vt humana imbecillitas precum & diuinæ gratiæ robore grauiſſimas ærumnas perferre poſſit, quædam ex ſacris. ver. 11. nu. 1.

v De miſericordia affectu accuratè diſſeritur, & de laude veræ amicitiæ. ver. 14. nu. 2. 3.

x Vt ſit idem Miſericordia & ſanctitatis, rurſumque Miſericordis, & ſancti nomen in ſacro ſermone. verſ. 14. nu. 4.

y Vt iuſti oculos in ærumnoſis defigant, vt impij auertant & prætereant, opportuna ad mores conſideratio. verſ.15.n.1.3.4.

hominem miſerrimum execrantur, velociſsimeque y prętereunt, ad ſua quiſque negotia, & commoda contendentes, ne vlla mearum ægritudinum, ſi in me diutius oculos figere voluiſſent, commiſeratione tangerentur. Cumque a me inſtar torrentis, qui raptim tranſit in conuallibus, dicto citiùs dilabantur; illa etiam re torrenti perſimiles euadunt; quòd ſicut torrens hyeme, cùm opus non eſt, aquis redundat, æſtate vero areſcit, & ſqualet, ita iſtorũ amicitia, cùm opus mihi non erat, turgebat, & fluctus atque ſpumas magnificentiſsimarum pollicitationum in cœlum tollebat: ſed cum in æſtu mearum ærumnarum ad illos confugio, fugiunt illi, excedunt, euaneſcunt.

Cæterum, in tantæ illius impietatis, & inhumanitatis pœnam fiet profecto, vt qui timent propiùs ad me accedere, ne participes ſint meorum malorum, in tanto grauiora mala incidant, quanto nix copioſior, & denſior eſt pruina. Conniuet nunc tantiſper Deus; ſed tarditatem ſupplicij grauitate compenſabit, atque opportunè illos diſsipabit: & incaleſcente atque ardente diuinæ iuſtitiæ ſole vniuerſam illorum fœlicitatem, quæ nunc ærea, & ſolida videtur, liquefaciet, atque diffundet. Tortuoſis, & inflexis alueis deſfluxerunt, vt quorum amicitiæ & vitæ ratio recta non fuerit; ſed illorum vitæ exitus omni fœlicitate vacuus erit. Interim, ſicut z torrentes quos nix operit, & glacie ac niue liqueſcente turbidi redduntur, externa facie conglaciante & concreſcente, occulte præterlabuntur: ita mei propinqui, dum ad meas miſerias indureſcunt, & turbida, toruaq. me fronte excipiunt, cum præſentes ſunt, & vix me conſpectu ſeſe proſpiciunt: ita nunquam illi mihi opportuni, aut commodi erunt: nam in mearum aduerſitatum hyeme conglaciant: & in æſtu meorum dolorum diſſoluuntur & exareſcunt, nulla ſanè vitæ conſtantia, viæ, neque amicitiæ ſtabilitate ſeruata: inſtar torrentis, qui, quo fert aquarum confluentium impetus, nunc hanc, nunc illam ſemitam aut efficit, aut ſequitur. Neque non ego torrenti ſimillimus ſum; nam quondam bonorum omnium, atque diuitiarum affluentia redundabam: nunc in ſumma ſiccitate & ſqualore tabeſco.

z Torrentis ad inconſtantem amicitiam fuſior allegoria tum ex re ipſa, tum ex Hebræorum lectione. verſ.15.n.3.& 4.& ver. 18.nu.3.& ver.20. nu.1.

Et quidem vt Themanitæ, & Sabęi, dum iter faciunt in ſua illa arenoſa & æſtuante regione, ſi poſt vehementem imbrem, tantiſper ſiti compulſi de via deflectant ad bibendum, nullos iam torrentes reperire poterunt. Nam bibula tellus momento temporis exſorbet quamcunq; confluentium aquarum vim maximam, & confuſi pudibundique recedunt; ſic ſanè amici mei, qui ad me conſolandum venerunt, tum etiam alij, qui ex remotis prouincijs ad hoc miſerandum meæ fortunę ſpectaculum confluxerunt, confunduntur, & pudefiunt dum in me oculos adijciunt, atque contemplantur hominem à ſuis fratribus, propinquis, & vniuerſis denique, quorum intererat mihi adeſſe, neglectum, atque derelictum. Cum vero nihil mihi reliquum eſſet, quam vt ſperare poſſem aliorum Themanitarum, & Sabæorum auxilium; illi certe aut ruſtico pudore detinentur, ne me inuiſant: aut qui iam adſunt, importune me conſolantes, vt qui à me per contemptum, & ludibrium oculos deijciant. Sed, o amici, vos admoneo, ne præſenti fortunæ inſoleſcatis: & qui cum Themanitis atq; Sabæis mercaturam & commercia exercetis, pecunijs ne multum fidete: confundentur enim tandem, qui in illis ſperant, & facilè ad meam quoque inopiam deuolui poterunt.

Veniſtis itaq; ſero ad me conſolandum, ne in recenti mea clade, & egeſtate aut opem, ſtipemvè à vobis emendicarem: & nunc quoq; vobis ipſis, ac veſtris crumenis timere videmini, dum meã indigentiam vultu minime benigno conſpicitis. Sed ſecuros vos, & ſine timore eſſe volo: nihil enim à vobis exigam; neque vllius ſanè facultates concupiſco ad ea, quæ mihi opus ſunt: neque verò efflagitabo, vt largiamini pro me munera, quibus me ab hoſtibus & tyrannis redimatis. Nihilque prętere a quicquam vobis debeo, vt quaſi pretio conductus, debeam multus, & patientiſsimus auditor veſtra probra patienter excipere. Numquid igitur veſtra fortitudine indigeo, vt vel a potentiſsimis hoſtibus, vel ab his grauiſsimis ærumnis, & tum animi, tum corporis anguſtijs, qui-

bus

Sicut torrens, qui ra-
ptim tranſit in con-
uallibus.

16
Qui timent pruinã
irruet ſuper eos nix.

17
Tempore, quo fue-
rint diſſipati, peri-
bunt: & vt incalue-
rit, ſoluentur de lo-
co ſuo.

18
Inuolutæ ſunt ſemi-
tæ greſſuum eorum:
ambulabunt in va-
cuum, & peribunt.

19
Conſiderate ſemitas
Thema, & expectate
pauliſper.

20
Cõfuſi ſunt quia ſpe-
raui. venerunt quoq;
vſque ad me, & pu-
dore cooperti ſunt.

21
Nunc veniſtis, & mo-
dò videntes plagam
meam timetis?

22
Nunquid dixi: Affer-
te mihi, & de ſubſtan-
tia veſtra donate mi-
hi?

23
Liberate me de ma-
nu hoſtis, & de manu
robuſtiorum eruite
me?

CAP. SEPTIMVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

In ſemel capta oratione & ſententia de optanda morte perſtat Iob, atque ex vitæ ærumnis, breuitateq; confutare pergit Eliphaz. ſed illam tandem quadam humanitatis ſenſu ſtatim deprecatur.

Huius capitis, atque omnium dicendorum ſcopus.

1. *An Iob lamentari iterum inſtituat. Perſtat potius in reſpondendo ſibi obiectis.*
2. *An Eliphaz errauerit in fide veræ beatitudinis.*
3. *Aliæ ſententiæ de Iobi propoſito, & mente.*
4. *Totius capitis vera ſententia, & cum præcedentibus nexus.*

1. ANNOTATIO hæc præmittenda ſanè fuit, quod totius ferè capitis ſententia, & cognitio ex Iobi propoſito ſcopo, & animi intentione inueſtiganda pendeat. In quo non parua eſt diſſenſio interpretum: nam exiſtimant nonnulli iam nunc diſputationem ſemel initam cum Eliphaz abrumpere Iobum, atque dimittere, & ad lamentationes humanæque vitæ deplorationem ſe conuertere. Sed hoc mihi diſplicet; neque enim tam leuiter illum Eliphazi verba pupugerant, vt illa tam facilè deſpiciat, & obliuiſcatur, atque ad aliud agendum quaſi per otium ſe conuertat. Illud melius, in quo ferè omnes interpretes conueniunt, vt ſtet in ſatisfaciendo obiectis ſibi ab Eliphaz, ſeq; tuendo.

An Iob nunc iterum lamentari aggrediatur.

Iob reſpondet obiectis ab Eliphaz.

2. Sed cui nam peculiari obiectioni reſpondeat, aut quam ſolutionem adhibeat, diſſentiunt iterum. Nam D. Thom. & Caietan. exiſtimant, reſpondere Eliphaz aſſerenti beatitudinem atque bonorum operum premium non eſſe expectandum poſt hanc vitam: quòd nullam aliam, quàm fluxam hanc & perituram, videatur ille agnoſcere: reſpondeatq; Iob, id fieri non poſſe: cùm præſens mortalium vita non conſiſtat in ſe ipſa, ſed ad aliũ ſtatum tendat, ſicut motus ad quietem; & militia, belliculſique tumultus ad victoriæ, & pacis tranquillitatem potiundam: atque mercenarij labor ad laboris intermiſſionem mercedemq; percipiendam. Tandem Iobi mentem aſſeruiſſe quoq; videtur Rabbi Moyſes, qui ſcribit verſari Iobum in confutatione illius rationis, videlicet, iuſtis non deeſſe in hac vita ſuorum meritorum iuſta præmia: ergo reſpondeat Iob ex vitæ breuitate & ærumnis, quæ tempus & ſpatium videntur negare expectando, & fruendo præmio, cùm non melior ſit vita, quam breuiſſimum militiæ tempus, quod duobus aut tribus anni menſibus abſoluitur: aut quam operarius mercenarij dies, qui totus ſudore atque labore plenus eſt. Sed hæc expoſitio tribuit viris ſapientiſſimis indignum & intolerandum errorem, vt ſuprà diximus in præfat. & initio capitis quarti.

D. Thom. Caietan.

An Eliphaz errauerit in fide beatitudinis futuræ.

Rabbi Moyſes.

3. Sed Chryſoſt. tamen in catena indicat Iobũ contendere, vt probet ſuam calamitatem non tam ex ſcelere aliquo, quam ex quadam naturæ lege ſibi accidiſſe, neque bonis tantùm bona, maliſque mala tantummodò, ſed permixtim, nunc huic, nunc illi accidere mala, cùm mortales omnes duriſſimam agant militiam. Præterea Iſidor. Clar. ſubtiliter cogitauit hæc recitari, & proferri à Iobo quaſi ex Eliphaz ſententia: ſic (inquit) amice Eliphaz, ſtatuis Deũ vulnerare, & deinde mederi; & ſicut militi aut mercenario ſtatutum eſſe mortalibus quieſcendi, & mercedem percipiendi ſuum quoque tempus: ego verò, non omnino breue tempus, neque paucos menſes expectaui, & tamen nullum vidi laborum meorum finem, mercedem nullam.

Chryſoſt. Aerumnę vitæ huius ex neceſſitate accidunt.

Iſidor. Clar.

Ad hæc indicat Polichron. quæ de militia, & mercenarij labore dicit, eo pertinere, vt probet honeſtè & laudabiliter mortem à ſe deſiderari, vt à milite belli exitum, atque diſceſſum, & à mercenario nocturnam quietem.

Polychron.

Tandem, illud videtur congruentiſſimum vt quod c. 3. dixerat de optanda morte, in quo hæſerat Eliphaz, nunc confirmet. & ex calamitatum magnitudine querimonias ſuas penſari oportere atq; vt Olympiod. dixit; amicis iam pro tribunali ſedentibus, ſuam Iobus inſtituit defenſionem, atque grauiſſima maximeque opportuna comparatione exorditur. 4.

4. Totius capitis vera ſententia atque dicendorum omnium ſcobus.

Olympiod.

1. Militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut dies mercenarij dies eius.

1. *Iob non tam de alijs; quam de ſe hoc cap. loquutus. prima perſona ſolet in Scripturis de ſe ſub nomine tertia loqui. Explicatus Samuel, & Dauid.*
2. *Militia quid. Conſideratio prima ad ordinem, ſtationes, & ornatum militarem relata. Stella militant, & quare. Militum conſtitutio Aureliani Imp.*
3. *Secunda militiæ conſideratio, de militari ſobedientia multa ex prophanis. Centurialis vitis quæ. Miles cauſarius, & valetudinarius.*
4. *Tertia conſideratio terrorum, & diſcriminum. Leo terretur rotarum ſonitu.*
5. *Quarta conſideratio militiæ ad tentationem relata. expenditur lectio & proprietas Græca. Piraterium pro receptaculo piratarum.*
6. *Piraterium pro loco infeſto piratis.*
7. *Piraterium pro exercitio piratico. Impij viuunt ex rapto. Ambitio pertinet ad rapinam.*
8. *Tentatio pro tempore, & loco tentationis, & experimenti. per tribulationes ſumitur de homine experimentum. explicata Sapientia.*
9. *Tentatio ipſa ærumna.*
10. *Militia pro ipſo exercitu, & militibus. Corporis cõpeſitio exercitus ſimilis.*
11. *Militia pro tempore conſtituto. Quod belli gerendi tempus, quæ ætas. qui dicerentur eſſe ex catalogo, qui vltra catalogum. plura ex ſacris, & prophanis.*

1. ILlud primò proponi poteſt, an hæc ſit communis omnium mortaliũ vitæ deploratio, atq; de homine in vniuerſum loquatur: nã ſic aſſerunt Græci omnes, & plerique Latini. Sed eandem ferè dubitationem facilè nos expediui-

Matth. 8. 9.

eius. Atq; ſuorum militum obedientiam exponens Centurio ille Matth. 8. dixit. *Habeo ſub me milites, & dico huic vade, & vadit; & alio veni, & venit.* Non aliter miniſterium, & obſequium ſuorum angelorum ipſe exponit apud Zachariam Deus: *Circundabo domum meam ex his, qui militant mihi * euntes & reuertentes.* id eſt; quos acceptis mãdatis priùs rediiſſe, quam miſſe ſentias.

Zach. 9. 8.
* Que a penas les an mandado la coſa quando la dexan hecho, y eſtan de bueita.

Hinc etiam qui in templo ſeruiunt, militare dicuntur, quod diuinæ voluntati dicati ſint Iſai. 24. *Viſitabo ſuper militiã cæli.* id eſt, ſuper miniſtros templi, & myſteriorum cœleſtium. de quo aliquãdo plura.

Miniſtri templi militant.
Iſai. 24. 21.

Sed illud peculiare in rem præſentem, quòd incredibilis dolorũ tolerantia, & obtemperatio requirebatur à milite, dũ cędebatur. Quare extat apud Martianũ Conſultum, lex illa, *Eum qui Centurioni caſtigare ſe volenti reſtiterit, Veteres notauerunt. Si vitem tenuit, militiam mutat. ſi ex induſtria fregit, vel manum Centurioni intulit, capite punitur.*

L. militis agrũ 13. D. de re milit.

Huius aũt Centurialis vitis, id eſt baculi ex vite, quo tribuni aut Centuriones milites ob crimen cædebãt, meminêre Plin. lib. 14. ca. 1. Cornelius Tacit. lib. 1. aliiq; quos affert Petrus Crinit. de honeſt. diſc. lib. 22. c. 2.

Centurialis vitis.
Pli. li. 14. c. 1.
Tacit. lib. 1.
Crin. lib. 22. cap. 2.

Hoc quoq; Iob dicat; Dum vixero obediam diuinæ volũtati; nunquam diuinum imperium quantumuis duriſsimum detrectabo. ſi me ille cædat, & verberet acerbiſsimè, *nodoſam poſt hæc ſi frangat vertice vitem,* nõ reſiſtã meo duci, non tribunis aut centurionibus, non diuinæ iræ, mearumq; pænarum adminiſtris; miles ero integerrimus. ſed cùm tã grauiter doleam, tamq; affectã valetudine laborem, cauſarius, valetudinariuſve miles haberi velim, qui merito militiæ laboribus ceſſare debeam, imo qui cogendus ſim militia ſuperſedere, vi tamque hanc militarem relinquere.

Iuuen. Sat. 8.

Miles cauſarius, aut valetudinarius.

4.
Tertia militiæ conſideratio ad diſcrimina relata.

Tertio, poteſt *Militiæ* nomen ſignificare humanam vitam plenam totam tentatione, difficultatibus, diſcriminibus: nam in his poſita eſt vniuerſa militiæ ratio, vt plena ſit ſolicitudinis, atq; ſtomachi; vt indicatur Iud. 5. in cantico Deboræ canentis triumphũ: *Quicumq; obtuliſtis de Iſrael animas veſtras ad periculũ.* & 2 Reg. 11. *Varius eſt belli euentus, & nunc hunc, nunc illum conſumit gladius.*

Iud. 5. 1.
2. Reg. 11. 25.

Atq; humanæ vitæ pericula copioſe proſequitur Paulus 2. Cor. 11. Sunt enim humanæ vitæ comites vbiuis terrarum, atque gentium. minitantur omnia nobis ſæuũ aliquid, & triſte, ſiue ad animum, ſiue ad corpus reſpicias.

2. Cor. 11.

quem horrificum atque terribilem tumultum belli deſcripſit eleganter Nahum cap. 3. nam contendentibus aduerſus Niniuem hoſtibus ait. *Vox flagelli,* (nam auriga crepitante flagello & equos ad curſum ſtimulat, & hoſtib⁹ timorem affert) *& vox impetus rotæ* (Septuaginta, *Vox commotionum rotarum*: eſt namq; etiam ſonitus hic horrificus, cum magno impetu currunt, & inter alia, quæ magnanimos leones terrent, ſunt rotarum orbes circumacti, vt ſcribit Plinius lib. 8. ca. 16. non quod curules milites ſuſpicetur, cum currus etiam inanes formidare eodẽ loco Plinius obſeruet) *& equi frementis* (hinnitus quaſi procul odoratus bellum, prouocat equus hoſtem) *& quadrigæ feruentis* (vehementer concitati, & inſultantis, pedibuſque lapides quatientis, atque ex ſilicibus excutientis ſcintillas: hæc enim omnia cadunt in vocem originalem. propriè dicas, feruenter exultantis, & quatientis campum quadrupedante pedum ſonitu, *& equitis aſcendẽtis* (nam milites vocibus etiam & clamoribus ſe excitant ad pugnam) *& micantis gladij, & fulgurantis haſtæ* (nam ſplendens ferrum fulguris, aut fulminis ſimile eſt, quod longè conſpectum territat hoſtes) *& multitudinis interfectæ* (nam qui vulnerati cadunt ſimul cum voce, extremoque ſpiritu vitam profundunt) *& grauis ruinæ, neque eſt finis cadauerum, & corruent in corporibus ſuis* (alij namque ad ſociorum ſuorum cadauera impingebant, ruebantque in ipſos ſuorum hoſtium mucrones.)

Nah. 3. 2.

Leo terretur ſonitu rotarum.
Plin. lib. 8. cap. 16.

Militia igitur *eſt vita hominis ſuper terrã,* quid enim non ſit in vita plenum diſcrimine? Quis nõ ſit hoſtis aduerſum te armatus? in ipſis tuis ſocijs corrues, cum plurima *pericula ſint in falſis fratribus,* atq; *pericula ex genere.* Hæc cùm ita ſint (inquit Iob) quid me iubes in vita hac fęlicitatis ſperare, O Eliphaz, in qua nihil ſit tutum, nihil tranquillum?

2. Cor. 11. 26.

4
Quarta militiæ conſideratio ad tentationem relatæ.

Quartò alij in militia agnoſcunt locum atque tempus tentationi expoſitum iuxta lectionem Septuag. *Numquid non tentatio eſt vita hominis ſuper terram:* quæ lectio frequentiſsimè vſurpata à concionatoribus dum de Chriſti Domini tentationibus pro cõcione declamant, & quidem valde ad rem; ſi tamen propriam *Tentationis* rationem atque germanam ſignificationem paulò diligentiùs inueſtigauerimus.

Expenditur lectio Sept. *Tẽtatio* quid propriè.

Duplex ergo poteſt ſubeſſe ſignificatio atque ſententia. Prima, quod humana vita prædonum, piratarumq; inſidijs & incurſionibus valde infeſtetur: nam quod Græci dicunt, *Piraterion* eſt, vita hominis ſuper terram, illud ſonat; nam *Pirateuo*, prædari eſt, aut piraticã exercere, quare *Piraterion*, eſt ſedes piratarum; ſeu locus quem piratę tenent, atque infeſtant: quare ſenſus cõmodiſsimus. Humana vita, militia, id eſt militiæ locus eſt, plenum piratis, atq; hoſtibus mare, ſceleratiſsimorum latronum ſpelunca & receptaculum. Ergo cum inter prędones, piratasque ſæuiſsimos verſemur, à tergo, à lateribus, ſepti diſcriminibus, inſidijsque certiſsimis circumuenti, non ego (inquit) accelerem, vt periculoſiſsimum *Piraterium*, locaque infeſtiſsima citò prætereuehar?

πειρατήριον. πειρατεύω.

6
Altera *Piraterij* conſideratio.

Poteſt autem *Piraterion*, non eſſe piratarum receptaculum; ſed illud tantùm hoc loco indicare, locum expoſitum infeſtatumque piratis, in quo impunè volitant, graſſanturq; prædones. Nam ſcriptum eſt: *Væ terræ & mari, quia deſcendit Diabolus ad vos habens iram magnam.* Qui hinc diſcedit, liber iam euaſiſſe videtur ex inſidijs, atque hoſtibus. igitur hæc erit Iobi ſententia, Cum mortem opto, in tuto eſſe deſidero; quandiu enim viuo, hoſtium & ſpoliatorũ incurſionibus expoſitus ſum: liber enim humani generis hoſtibus in hanc vitam, & in hunc aerem, quem ducimus, velut poteſtatibus aditus patet.

Apoc. 12. 12.

7
Tertia *Piraterij* conſideratio, pro exercitio Piraticæ.

Piraterion denique non pro loco piratarum, ſed pro ipſa piratica, ſeu exercitio piraticæ ſumi debere, non nemo cõtendit, vt & Sabæo-

 rum,

rum, Chaldæorumque rapinis Iob ſtimulatus illud dicat.

Ouid. 1. Meta.

Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus.

Neq; ab hoc alienum eſt illud *militiæ* nomen: nam pro deprædandi, & latrocinandi officio aliquando accipitur: præterquam enim quòd milites aliquando latrones dicti ſunt (vt ſuprà indicauimus, & poſteà latiùs dicemus) ſed frequenter quidem non ſunt contenti milites ſtipendijs ſuis, rapiunt ergo. Igitur ex *militiæ* nomine vniuerſa ſcelera ad vnam *latrocinandi* nequitiam reuocare videtur; nã ſicut Paulus inexplebilem omnis generis cupiditatem *auaritiam*, aliquando vocat, ita mundiciam, ambitionem, auaritiam, libidinem, reliqua denique peccata, quorum materiam improbi auidiſſimè conſectantur, & velut præripiunt alijs, vel ex manibus eripiunt, Iobus vocet *piraticam*, & *latrocinium*. Præſtat (inquit) vtiliſſimis his rebus, quibus improbi ſatiari cupiunt, dimiſsis hinc egredi, atq; eo contendere, vbi quidquid poſſideas, *Neque ærugo, neq; tinea demolitur, neque fures effodiunt, & furantur.* Illud verò non eſt à ſacro Sermone alienum, vt de eo, qui honores ambiat, tanquam de raptore loquatur: cum dixerit Paulus, *Non rapinam arbitratum eſt, eſſe ſe æqualem Deo.* de quo alias.

Epheſ. 4. 19.

Matth. 6. 19.

Philipp. 2. 6.

8 Poteſt quidem Græcæ etiam voci illi *tentationis* ſignificatio ſubeſſe, vt *militia* tentatio ſit, quaſi locus, tempuſq; experimenti, quo exploratur, qualis quiſque ſit, & de alicuius vel fortitudine, vel, conſtantia & tolerantia, aut alia animi virtute periculum fit, neque eſt aut alia ars, quâ meliùs exploretur hominis virtus, fortitudoq; militaris, aut aliud hominum genus, de quibus aut frequentius aut verius experimentum fiat ſic 4. Reg. 25. *Sopher, princeps exercitus probabat tyrones de populo terræ.* Heb. *mutſ-ſabet*, id eſt, ea ratione de cuiuſque virtute, & viribus periculum faciebat. Sept. *qui ordinabat populum terræ*, id eſt, in ordine diſciplinaq; militari exercebat, & inſtruebat. Hac ratione dicitur: *patientia operari probationem*, nam tribulationem, laborumque tolerantia oſtendit, quid valeant cuiuſq; humeri, quid ferre recuſent. quis, qualiſve quiſque ſit. *Sic tentatio eſt vita hominis*, in qua princeps militiæ Deus nos probat; nam quidquid in vita nobis accidit, tum & creaturæ omnes noſtras vires, animique noſtri virtutem explorant, & de nobis experimentum ſumunt. In quam quoque ſententiam dictum eſt Sap. 14. *Creaturæ factæ ſunt in tentationẽ animabus hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium.* Nam in vſu creaturarum proditur cuiuſque animus: pleraque enim non ſolùm propter neceſſitatem, ſed etiam propter probationem, aut tentationem creata ſunt à Deo. non aliter, quam cum pater familias non ſolum domeſticis, filijs, aut ſeruis neceſſaria largitur, verum etiam minimè neceſſarias pecunias aut exponens, aut ſcrinium apertum relinquens, obſeruat quo ſe quiſque modo gerat, & an ijs abſtineant, quæ contingere liberè, & impunè poſſent, an verò cum *transgredi poſsint*, minime tranſgrediantur; atque neceſſarijs tantum contenti viuant. Propterea Paulus ait: *Omnia mihi licent* (id eſt, poſſumus) *ſed non omnia expediunt*: non licet per rationem, neque per diuinam legem. ergo ait Iobus, Scio militiam eſſe vitam hominis, atque me probari ærumnis, & belli laboribus, explorarique animi mei vires, conſtantiam, atque patientiam, virum me præbebo. & minimè ineptum militiæ. Nam cùm ſuſtineo, non recuſo probationem, viriumque examen: ſed qui ſatis probatus iam ſim, ſi fieri poteſt, vt dimittar aliquando, precor: non fuerim ipſe; ne fugitiuus miles, militiæque proditor atque deſertor ſim, niſi ab eo cui bene notus, & exploratus ſum, *in pace dimiſſus*.

Quarta militiæ ex Græco obſeruatio pro loco & tempore ſumendi experimenti.

4. Reg. 25. 19.

LXX.

Rom. 5. 4.

Sap. 14. 11.

Simile.

1. Cor. 6. 12.

Miles fugitiuus.

Cùm præcedenti quoque annectenda, quãquam non nihil diuerſa, Græcorum interpretatio, Nicetæ, Polychron. Chryſoſt. qui per *tentationem* nihil aliud intelligunt, quàm vitæ ærumnas, atque difficultates. licet enim proſperitas probare & tentare etiam plerumque ſoleat, vt in Prouerbio eſt; *Honores oſtendunt virum*, ſed illa *tentandi* ratio certiſſima, & efficaciſſima eſt per tribulationes, & quæ nullis pateat calumnijs. Vide quæ ſuprà diximus. cap. 2. v. 5. 9

Nicetas. Polychron. Chryſoſt.

Quoniam verò vox (*Tſaba*) nõ militiam ſolum, ſed exercitũ etiam ſignificat, placuit quibuſdam perinde eſſe dicere: *Militia eſt vita hominis ſuper terram.* ac ſi diceretur; Exercitus eſt. Sicut dicitur in ſacris frequentiſsime *militia*, id eſt exercitus & milites; vt *militia cæleſtis*, id eſt, exercitus ſiderum, atque luminum, vel angelorum. Hinc ille ſenſus elici poteſt, Valde difficile, valdéque laborioſum eſt exercitum ſuis ſumptibus alere, & diutius continere, nihiloque faciliùs illam vitam viuere, in qua tum animus, tũ corpus, atq; ſingula corporis membra, & internæ externæque facultates in vnum quaſi exercitum coeuntes, cõmeatu neceſſario indigent, quo ſæpe carent & cum numeroſiſsimo hoſtium exercitu pugnant, a quibus ſæpe vincuntur: facilè quoque diſſoluitur hæc hominis compoſitio. Ergo quis non meritò optet belli finem, vt quiſque poſſit in domum ſuam redire diſſoluto exercitu; *Corpus in terram ſuam, & animus ad Deum, qui fecit illum*? nam hac quaſi lege, & præſtituto ſibi fine militat homo, & ad bellicum laborem vocatus eſt, dictum enim illi eſt: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es.* 10

Militia pro exercitu, & militibus.

Iſai. 24. 21. & 34. 4.

Ierem. 19. 13.

Luc. 2. 13.

Act. 7. 42.

Non minùs difficile corporis cum animo coniunctionem continere, quam exercitum alere.

Geneſ. 3. 9.

Pleriqueex Hebraizantibus hoc loco legendum putant. *Tempus præfixum*, aut, *determinatum eſt homini ſuper terram.* R. Mardochai in ſuis concordantijs, ſequuntur Pagnin. Vatab. Neque inter hos numero Hebræum illum apud Caiet. qui tantum vertit: *Tempus eſt homini ſuper terram.* quaſi homo tantum ſciat vti omnibus temporis differentijs. nam præterquam, quòd hæc Philoſophia de vſu temporis, alterius ſit loci, & negotij, certe vox originalis non ſignificat tempus ſimpliciter, ſed certum aliquid & conſtitutum, ea analogia, quòd certo & determinato anni tempore exerceri ſolet *militia*, ſicut ſcriptum eſt: *Factum eſt vertente anno eo tempore, quo ſolebant reges ad bella procedere*; æſti- 11

Militia pro tempore cõſtituto.

R. Dauid. R. Mardoch. Pagnin. Vatab.

Hebræus, apud Caiet.

2. Reg. 11. 1.

uo vi-

uo videlicet tempore, aut potiùs initio veris videlicet Martio, à quo annus verti incipiebat Exod. 12. Vel ideo *militia* tempus determinatum affert, quia non quæuis ætas erat bello apta, ſed determinata & certa, vt patet ex lege Numerorū *à viginti annis, & ſupra*, ex quo colligi poteſt fortitudo exercitus Iſraelitici, nam alij à decimo ſeptimo anno adſcribi militiæ poterant, vt auctor eſt Liuius deca. 3. lib. 1. & aliquando etiam à 16. anno vt idem Liuius ſcribit eiuſdem decadis lib. 3. maiorem autem ſex & quadraginta annis ineptum etiam militiæ iudicabant, niſi in neceſſitate reipublicæ, vt Polybius tradidit lib. 6. Aliquando etiam qui ad decimum quintum annū perueniſſent, ſcribi milites poterant, vt ex Varrone conſtat, qui dum deſcribit ætatis gradus humanæ, eos qui ad decimum quintum perueniunt, ait dici eſſe ex catalogo, ſicut vltra catalogum, qui iam militiæ apti non ſunt: catalogum autem vocabant tabulas, in quas per numerum milites ſcribebantur. In Eccleſiaſtica etiam militia, id eſt in ſacerdotum & Leuitarum miniſterio, & ſeruitio templi, certa etiam ætas conſtituebatur. Num. 8. à viginti quinque annis, & ſupra, vſque ad quinquageſimum. Non ſolum enim in ciuili & Eccleſiaſtica militia corporis robur laboris perferendo requiritur, ſed ne minuatur ſit animus & quidem. apud prophanos illi qui ad vigeſimum quintum annum perueniſſent, plenam militia habere, completaq. ſtipendia, & militiæ tempora dicebantur, vt obſeruauit Seruius, 2. & 7. Æneidos. in hanc rem accipium, id Iſ. 40. *completa eſt militia eius*, ſubeſt enim eadem vox (*Tſaba*) quanquam correctior lectio Vaticana, *malitia* legatur quidem, atque vocem etiam propè eandem, nam *militiam*, quaſi *malitiam* dictam volunt, quod multa dura, multaque mala pro republica ſuſtineat miles, aut, vt Feſtus Pompeius ex Aelio affert, à molitie per contrarium intellectum dici potuit, quaſi nihil molle, ſed aſperum, plerumque malitia atq; duritia miles gerat ſimile id cap. 14. *cunctis diebus, quibus nunc milito*, id eſt, qui conſtituti ſunt meæ vitæ. In hanc igitur ſententiam dixerit Iob: *Militia eſt hominis vita*, tempus quo mihi militandum atque laborandum eſt in hoc mundo, fixum et ratum atque determinatum eſt, atque perquam breue. ad extremum ego cum iā peruenerim, ſtulte mihi pollicerer longius tempus, aut de vita diutiùs mori maiorem ſpem conciperem. Quare importunè neſcio quam ſpem niteris me adducere, o Eliphaz, cum tempus & vita me deficiant. Hæc ſunt quæ ex fœcunditate ſacrarum litterarum, atque *militia* elici poſſunt, verba quidem, & à germana ſignificatione vocis minimè aliena. Sed quædam alijs præſtant, præſtatque optimi iudicium lectoris integrum ad eligendum relinquere.

Exod. 12. 2. Quod ætatis tempus militiæ præfixum. Num. 40. 42. Liu. dec. 3. lib. 1. & lib. 3. Polyb. lib. 6. Varro. Qui dicerentur eſſe ex catalogo, vel vltra catalogum. Nu. 8. 24. 25. Seru. 2. & 7. Æneid. Iſa. 40. 2. Feſtus ex Aelio. Iob. 14. 14.

Vita hominis ſuper terram: & ſicut dies mercenarij, &c.

11. *Super terram, appoſitum hominis. quid Enos ex proprietate Hebræa. Vt enos vita deſperata ſit, explicatum David.*

12. *Multiplex militia ſpiritualis ... arma, & ſtipendia ex Paulo.*

13. *Dies ſingularis de vita hominis, ſeu Diarij mercenarij. quid in diario ſub re conſiderandum. Omnibus communis labor. Miſeri mercenarij proprietates & ingenium.*

HOMINIS *ſuper terram. Hominis*, qui eſt in terra, dum viuit; vel, *homini terreno* ſicut & Pſ. 9. *Non apponat vlt à magnificare ſe homo ſuper terram*, id eſt, homo terrenus, mortalis, qui nihil magnificum ex vili & terrena ſua origine concipere poteſt, aut debet. vt illud; *ſuper terram* ſit appoſitum hominis, pertineatq. ad eius infirmitates, & ærumnoſam conditionem. Atq. ſic exigit originalis vox, *Hominis*, quæ hoc loco eſt (*Enos*) à radice (*Anas*) quod eſt deſperate, aut perditè dolere, & infirmari. Vnde dicitur 2. Reg. 12. *Percuſſit Dominus paruulum, & deſperatus eſt*. Et Pſal. 68. *improperium expectauit cor meū, & miſeriam* extremam. Hier. *Et deſperatus ſum*. Sic Ier. 30. *Inſanabilis fractura tua, & inſanabilis dolor tuus* Hebraice. Deſperatus. inde *homo* dicitur, *Enos*, ſemper dolens, ſemper ægrotans, deſperate dolēs, inſanabilis: qua de re, vt ſe ad mortem compararet, atq; rebus ſuis proſpiceret, admonitus eſt, cùm audiuit: *Morte morieris*, id eſt, certiſſimè moriendum tibi eſt. & iterum, quod immedicabili peſſimi laborantibus dici ſolet, dictum illi eſt: *Homo ſicut * fœnum dies eius*.

Pſal. 9. 18. Quid nomē Enos. אנוש אנש 2. Reg. 12. 16. Pſal. 68. 21. Ierem. 30. 12. Homo deſperate ægrotans. Geneſ. 2. 17. Pſal. 102. 15. * De la ſazon adonde eſta, quādo mas ... dura haſta el caer de la hoja, y el ſecarſe de heno * Toda eſta vida es i dias cō la muerte y al fin morir.

Aptiſſimè igitur pericula, ærumnæ, breuitas vitæ, metus, atque certitudo inſtantis mortis, quæ omnia affert *militia*, vocabulo *hominis* continentur. Quare ex vtroque hæc quoq; ſententia elicitur: *Militia eſt vita * enos*. cū morte, cū malis immedicabilibus militamus, atq. pugnamus, dum viuimus, vincimurque perpetuò. De nomine autem *enos*, deque altera illius etymologia iterum dicendi locus erit.

Sed illud indicandum breuiſsimè, quanquā ab huius militiæ primo & litterali ſenſu aliena non ſit, ſed tamen ad allegoriam, aut tropologiam potiùs pertinere quæ dici poſſent de multiplici noſtrorum animorū ſpirituali militia; aut ſub mundo duce; aut ſub dæmone & carne, aut ſub Deo; quæ cuiuſque militiæ ſtipendia, quæ arma, quis armorum vſus, quæ in huiuſmodi bello accepta, aut inflicta vulnera, quis belli exitus, quis pacis ſtatus. In quam rē multa ſuppeditabit Paulus, qui frequēter meminit, *militiæ*, & armorum ſpiritualium; vide Auguſtinum li. 10. confeſſionum ca. 28. Bernardum prioribus ſermonibus ad milites templi, & peculiari ſermone de fallacia huius vitæ.

12 Multiplex militia allegoricè indicata. ad Epheſ. 6. 11. 13. Aug. lib. 10. conf. c. 28.

Et ſicut dies mercenarij. Licèt *dies* in originali, pluraliter dicantur, poſſintque ſignificare lōgius tempus, aut annum: & *dies hominis*, pro integra illius vita ſumi ſoleat, non ideo tamen hic accipitur mercenarius pro eo, qui operam ſuam locat ad tempus longius: ſed pro quotidiano, aut diario mercenario, qui cùm portet pondus diei & æſtus, ſingulorū dierū mercedē accipit. ſic legunt Septua. *Sicut quotidiani mercenarij vita eius*. atque multo magis appoſita humanæ vitæ ſimilitudo: ſicut enim in vnico die operario, quandiu lucet ſol, non eſt vlla re-

13 Dies tā pluraliter quàm ſingulariter: LXX. Simile.

quies mercenario conſtituta, ita ſanè dum luce huius vitæ fruimur, nulla nobis requies expectanda eſt, ſed inceſſanter & indefeſſè laborandum, dum lucem habemus. In hac autẽ ſimilitudine eadem ferè illa obſeruari poſsũt, quæ in militia, videlicet vitæ breuitas, indefeſſus labor, nocturnæ quietis, id eſt, mortis expectatio; commutatio cum altero ſtatu & vita mercedis & præmij, id eſt beatitudinis perceptio; vel certè tam pijs, quam impijs cõmunes ærumnæ; quod omnes conduci ad laborandum videantur. quanquam non omnes ęqualiter laborent, nam alij *primo manè* conducuntur, *circa ſextam* alij, deſidentibus alijs vſque ad *nonam*. ſed nemo non laborat, ſerò licet. Quòd autem non idem ſit omnium labor, neque eadem opera, indicatur ipſo mercenarij nomine, quod commune eſt ad eos omnes, qui in quocunque miniſterio operam ſuam locant conſtituta mercede. In quocunque tamen mercenario obſeruanda ſunt, primùm, miſerrimi hominis conditio, qui niſi *labores*, *non** *manducas*. Secundò ingenium quoddam illiberale, & minimè ingenuum, cuiuſmodi ferè ſunt miſeri, & pauperes omnes, q. niſi mercede & præmio propoſito, vix manum operi & labori admouent. Tertiò, non debere eſſe pudori homini mercenario laborioſum hoc viuendi genus, quod ab *hominis* natura alienũ non ſit; in quo miré ſtulteſcunt voluptuarij quidam delitioſæque vitæ ſectatores, qui *in labore hominum* eſſe nolunt, *neque cum hominibus flagellari*. At ſancti, qui operas ſuas atque labores Deo locant, illique ſeruiunt cum lachrymis & omni humilitate, non erubeſcunt vitæ labores, dicente Paulo 2. ad Timotheum: *Noli erubeſcere teſtimonium Domini noſtri, neque me vinctũ eius*. Et infrà. *Ob quam cauſam & hæc patior, & non confundor, ſcio enim cui credidi*. Quartò laboris humani efficacitas, & vtilitas, vt qui ab homine iuſto ſuſceptus, cumulatiſſimam mercedem promereatur. Quintò, quod eleganter indicat Gregor. ſicut mercenarius, dum in alieno ſolo laborat, mercedem tamen lucratur; ſic nos, cùm in alieno, id eſt, ad Dei gloriam, & proximi vtilitatem incumbimus, noſtram rẽ agimus, & quo plus laboris impendimus, & ſuperimpendimus; plus quoque præmij percepturi ſumus.

Quid conſiderandum in diario mercenario.

Omnibus communis labor.

Matth. 20.

*Que ni lo tiene, ni lo come, ſino lo trabaja.

Voluptuarij homines notati.

2. *ad Tim.* 1. 8.

Greg.

II. Sicut ſeruus deſiderat vmbram, & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui.

1. *Non legendum Ceruus. Cerui pugnantes cum ſerpentibus æſtimant, explicatus Dauid. Quædam ex Græcis.*
2. *Quid deſiderare, quid vmbra in ſacris. Variæ huius ſimilitudinis acceptiones.*
3. *Finis operis, Labor, reliquum, reliquiæ, pro mercede & præmio laboris, explicatis Moyſes, Dauid, Ieremias.*

1 SERVVS. Quidam latini *ceruum* legerũt, vt D.Th. & Dionyſius; aiunt enim ceruum aquæ & vmbræ auidiſsimum eſſe. quod ex Dauide conſtat Pſ. 41. quanquam ab alijs naturæ ſcrutatoribus, videatur hoc prætermiſſum. Gloſſa vero ſitire tũc potiſsimum ait, cum ſenio grauis excreſcentibus pilis & cornibus ſerpentem naribus haurit, vnde veneno æſtuãs fontem ad bibendum ardentiſſimè deſiderat, quo hauſto cornua & pilos deponit. Idẽ propè Baſilius, Theodoretus, Heſychius, Euſebius. & illud peculiare addit Didymus, tradi à nõnullis ceruum ſe in aquis ſpeculari cupientẽ fontes perquirere, vt maculas abſtergat, quibus in ipſo conflictu ſerpentum liuore inficitur. Nam in pugna ipſa dum ſerpentes propulſantur, ceruum proprio ſanguine conſpergũt. ſed res hæc ceruorum noſtra non eſt, neq. lectio cùm ex Hebræis, Græcis, Latinis conſtet legendum eſſe *ſeruus*; & vox originalis ſignificat mancipium, vel bello captum, vel pecunia emptum. quamquam idem nomen dari ſoleat ei, qui quacunque ratione ſeruit, aut obſequitur.

D. Thom.
Dionyſ.
Pſal. 41. 2.
Gloſ.
Ceruus ſitit.

Baſil. Theod. Heſych. Euſ. Vide catenã Græcorum Danielis Barb.

עבד

2 *Deſiderat*. propriè anhelat, & ardenter ſitit aliquid eo modo, quo qui æſtuat aperto ore captat aerem, quò refrigeretur; *ſeruus* igitur æſtuãs, & anhelans *deſiderat vmbram*. Hanc autem plerique Latini accipiunt pro nocturnis tenebris, in quibus ceſſat mancipium à labore. Alij pro vmbraculo accipiunt, quo æſtuãs labore, ſeruus tantiſper diuertere, & confugere deſiderat refrigerij gratia. niſi malis pro loco, aut domo, quo poſt diurnos labores noctu ſe recipit dormiturus. namq; in Heb. *vmbra frequenter* id ſignificat, quod protegendo, & cuſtodiẽdo obumbrat. ſicut Gen. 19. *Ingreſsi ſunt ſub vmbra culminis mei*. & Pſ. 15. *Sub vmbra alarum tuarum protege me*. Græci quidem Chryſoſt. & Polychron. *vmbram* pro nocte acceperunt. ſed id tamen dicunt deſiderari a ſeruo, vt per tuta ſilentia noctis poſſit fugere. *Sicut* (Polychronius ait) *Seruo aduerſus domini moroſitatem eſt in vna nocte perfugium; ſic miſeriarum, quibus humana vita affligitur, eſt in vnica morte liberatio*. Quem ſenſum elicere potuerunt ex lectione Septuag. *Tanquam ſeruus metuens Dominum ſuum, & conſequutus eſt vmbram*. ita vt ille deſiderij æſtus ſit præ formidine ob fugam, vt Chryſoſtomus ait.

Deſiderare quid. [illegible]
צלם
Quid vmbra.

Gen. 19. 8.
Pſal. 15. 8.
Chryſoſt.
Polychron.

LXX.

Chryſoſt.

3 *Et ſicut mercenarius præſtolatur*. Præſtolatio hæc eſt quædam, vt expectatio auida, intenta, ſolicita, cum quadam oculorum & animi inclinatione & propenſione in rem deſideratã, & expectatam; affertq; quendam expectationis ardorem, & anxietatem. Quare expectatio hæc aliquando vertitur *ſuſtinentia*, vt Pſal. 129. aliquando *Patientia*, vt infra Iob. 17. *Operis* vero *finis*, eſt ſimpliciter in Hebræo, opus, a (*Paghal*) quod eſt cum affectu quodam, & energia agere, & operari. Dicitur autem opus per ſynecdochem, ipſa merces operi debita, aut poſt opus conſequuta; quare quod Leuit. 19. dicitur: *Non morabitur opus mercenarij apud te vſque manè*. Deut. 24. exponit: *Non negabis mercedem indigẽtis, ſed eadem die reddes ei pretium laboris ſui ante ſolis occaſum*. Eadem phraſi dicitur in Scriptura *labor* pro re acquiſita labore, & induſtria, & *petitio*, pro re obtenta aut obtinenda per petitionem; & Matth. 16. *Commutatio*, id eſt, pretium commutationis, vel contractus commutandi. noſter aũt interpres dixit *finem operis*, quia opus & operans mercedem ſibi tanquam finem proponunt,

קוה

Pſalm. 129. 5.
Quid finis operis.

פעל
Opus aut finis operis pro mercede.
Leuit. 19. 13.
Deut. 24. 14.
Labor pro re acquiſita labore.
Matth. 16. 26.

Pſal.36.37. Reliquię aut reliquum pro præmio operis. *Ierem.29.*

nunt, neq; datur præmium niſi operanti labore abſoluto. Sic Pſ 36. præmium operis dicitur id, quod reliquum eſt, aut poſtremum. *Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem* (contemplare innocentem, æquum) *quoniam ſunt reliquiæ* (manet prẹmium poſt laborem) *homini pacifico* & Ier. 29. *Vt dem vobis finem & patientiam*. id eſt, præmium, & mercedem patienter, & ardenter expectatam. Eadem ratione, qua hic dicitur: *expectari finis operis*. Quare qui hunc finem ad tempus referunt nocturnũ, quo ceſſat mercenarij labor, vt videtur Lyranus, non omnino videntur vim vocis aſſequuti.

Lyranus.

III. Sic & ego habui menſes vacuos & noctes laborioſas numeraui mihi.

1. *Diuerſi nexus, & interpretationes. Indicatur optima. Vacuum quid propriè.*
2. *Quid habere. Præmium cur dicatur, hæreditas. Patientiæ peculiari ratione attributa merces.*
3. *Quid noctes laborioſæ. Quid numerare, & ad quam numerandi regulam aut ſpeciem ſpectet. Explicatur ſemel & iterum Iſaias.*

1 D. Tho. nexus & interpretatio.

MENSES *vacuos*. Hæc eſt altera pars ſimilitudinis propoſitæ. Quoniam verò D. Th. perſtat in ſua illa expoſitiõe de fine hominis, & præmio in hac vita non expectando contra errorem Eliphaz; ideo hæc ſic accipit: *Menſes* præteritos meæ proſperitatis omnibus fortunæ bonis refertiſsimos ego ſemper exiſtimaui *vacuos*, vtpotè ſine potiſsimo fine, ac beatitudine, quæ homini poſt hanc vitam propoſita eſt; numquam igitur acquieui in huius vitæ bonis, ſed inſtar mercenarij præſtolor finem meorum operum in altera vita. Alij in hanc ſententiam; Sicut ſeruus, ſicut mercenarius, ita ego ſanè aut futuræ quietis, aut mercedis expectatione hos meos vitæ menſes ærumnoſiſſimos, omni conſolatione vacuos tranſigo patienter. Sed ſignificantior videbitur ſententia, ſi pars hæc potius diſſimilitudinem quandam contineat priori ſimilitudini ſubnexam; ad amplificationẽ calamitatis; quã etiam confirmet vltimum præmium non eſſe in hac vita expectandum, in qua iuſtis perinde ac improbis mala communia ſunt, proptereaque vitæ finem optabilem eſſe, cùm quo *finis operis*, optatus, & expectatus coniũctus ſit. Cum deberem inſtar mercenarij præmium expectare, & percipere, longè aliter accidit: nam laboris non vnum aut alterum diem, ſed *menſes* annoſque plures premio *vacuos*, honeſtis tamen laboribus, atque operibus refertos video. Non *compleuit* igitur Deus meos *labores* in hac vita. Vox autem *vacui*, eadem ſignificat vanum, fruſtraneum, falſum, mẽdax; quòd rectè quadrat ſpei, aut votis, quibus euentus nõ reſpondet, neq; labori præmium. vel intelligit de ipſo tẽpore ſuæ calamitatis, quòd cùm poſt reliquam vitam piè, & honeſtè tranſactã ſequi deberet fælicisſimum, quaſi merces in fine operis, infælicisſimũ tamẽ ipſe experitur.

Aliorum interpretatio.

Germanior expoſitio.

שוא *Vacuũ* quid propriè.

2 Quid *habere*

Sic ego habui. Particula illa, quæ eſt nota ſimilitudinis, non repugnat noſtræ expoſitioni, in qua permixta eſt ſimilitudo cum diſſimilitudine. Verbum, autem *habendi*, quod in Hebrẹo eſt (*Nachal*) eſt iure hæreditario aliquid acquirere, & poſſidere: Cùm (inquit) iure laborantis, & diarij mercenarij, quaſi hæreditario iure percipere debuiſſem honeſtẹ vitæ præmiũ, vacuus diſcedere iubeor, neque aliud quàm labores & ærumnas pro debita hæreditate accipio. In altera igitur vita *corona iuſtitiæ mihi repoſita eſt*, ad quam contendo, atque mortem exopto, cuius *iudicium bonum eſt homini egenti, & qui minoratur viribus*. Fortè illa hæreditatis ſignificatio, ad humanam omnium mortalium conditionem à primo parente deuolutam in poſteros pertinet; Habui (inquam) hæreditario iure *menſes vacuos* atque ærumnoſos, quaſi per hæreditariam originem. Quid enim à ſuis parentibus poſsit habere mortalis, quàm imbecillam quãdam naturam, natam ad laborẽ, prætereaque morbis & doloribus expoſitam? Rectè autem honeſtæ atq; laborioſæ vitæ prẹmium hæreditati comparatur, quaſi merces ex iuſtitia debita, ſic enim Paulus ſæpè hæreditatem vocat, quàm cum Chriſto vniuerſorum hærede *cohæredes* poſſidebimus. Quòd autem tribulationum tolerantiæ peculiari quadam ratione potius quàm alijs virtutibus beatitudinis merces, & hæreditas promittatur, aliquãdo pluribus expoſuimus. Sicut & id quod ad *vacui* nomen & translationem ſpectat; ſunt enim labores, velut menſura quædam vacua, quam Deus mercede, & præmio replet.

נחל

2. ad Tim. 4.5

Eccleſ. 41.3.

Præmium cur dicatur hæreditas.

Rom. 8.17.

Patientiæ peculiari ratione tribuitur præmium. *Vid. in præf. cap. 6. n. 3.*

3

Et noctes laborioſas numeraui mihi. Hinc meæ laborioſæ noctes, plenæ vigilijs, & anxietatib⁹, quòd mẽſes habuerim vacuos. vel, vt exaggeret calamitatem, & dolores; *Menſes* habeo omni ſolatio *vacuos*, vt nec in noctibus quidem liceat mihi quiſcere; interdiu doleo, labore etiam noctu, vel, vt alluſio ſit ad ſerui, & mercenarij nocturnam quietem. Hi noctu interquieſcũt, ego verò poſt vitæ labores alios honeſtorum operum, in noctem ingredior infælicisſimã, in qua nulla mihi conceditur quies, nullum præmium exacti operis, ſed denuò laborare cogor, cùm laſſitudine, & anxietate corporis, & animi; viriumque defectu. hæc enim cõtinet vox originalis *laborandi*. Sed illud *Numerandi* verbum premendum eſt, Hebraicè (*manah*) quod non eſt quacumque ratione *numerare*, ſed peculiari quadam ratione, & ſpecie, aut regula, quam vocant arithmeticè, non illa quidem quam vocant additionem, aut in ſummam reductionem, nos, *ſumar o multiplicar* (vt quidam exiſtimarunt) ſed ſubtractionem, aut ſubductionem. *reſtar, quitè de tantos ſaca tantos. quedan tantos, &c.* Quomodo videtur accipiendum id Iſai. 65.* *Numerabo vos in gladio, & omnes in ſede corruetis*. Et quia in hac ratione numerandi quædam ſubducuntur, & quaſi ſeparantur, ideo etiam ſignificat *ſeparare*, vel ſeorſum deſtinare ad aliquem ſpecialem vſum vt Iſai. 53. *Et cum iniquis reputatus eſt*. & id Dan. 1.* *Conſtituit eis Rex annonam*. Ergo huius loci ſententia poterit nonnihil habere ironiæ; Id quod pro præmio mihi datur, ſunt noctes iſtæ laborioſiſſimæ, quas ex reliqua vita quaſi ſubductas &

עמל
מנה

Quid *numerare* hoc loco, & ad quã Arithmeticę regulam ſpectet.

Forer. Iſa. 53.

Iſai. 65, 12.

*Iros diez mãdo y quitãdo por pũta de lança, y por filos de eſpada, haſta que quedeis apurados.

Numerare & ſeparare.

Iſa. 53.12.

*Pueſto àparte cõ los facinoroſos, y ſentenciados a muerte.

Dan. 1.5.

Sennaloles ſu racion a parte que ſe les dieſe por quenta.

LXX.

LXX.

ſubtractas mihi numerant, & conſtituunt, ſicut mercenario merces numeratur, & conſtituitur. Huc fere reſpexerunt Septuag. *Noctes dolorum data ſunt mihi.* vel, Si ex his menſibus velim partem aliquam ſubducere, & ſubtrahere pro alleuamento, & ſolatio reliqui temporis, noctes videlicèt, quibus cuncta animantia quieſcere ſolent; laborioſiſsimas ſanè noctes ſubtraham, atque numerabo. Illud ex Hebræo notandum, propriè haberi; *Noctes laborioſas numerarunt mihi*, aut conſtituerunt. cui ſententiæ, quoniam perſona deeſt, non incommodè noſter interpres primam commodauit.

IV. Si dormiero, dicam: Quando conſurgam? & rurſum expectabo veſperam: & replebor doloribus vſque ad tenebras.

1. *Dormire in Hebræo quid. & quomodo aliàs vertatur. Somnus laborum induciæ.*
2. *Expectandi verbum, à menſurãdo dicitur, & quare.*
3. *Dolor pro iactatione, & commotione per metonymiam. Aegrotãtes mutationibus, vt remedijs vtũtur.*
4. *Tenebræ pro crepuſculo matutino, aut veſpertino.*

1 Quid *dormiẽdi* verbũ שכב

SI *dormiero.* Noctis laborem illum exponit: nam cum dormitum ſe recipiebat, & ad ſomnum captãdum ſe componebat, ingraueſcentibus doloribus excitabatur, cogebaturq; rurſum optare, & expectare diem. verbũ (*Sacab*) non ſolum *dormire*, ſed iacere, aut cubare ad dormiendum ſignificat, aut proſterni, proſtrariue. quod idem eſt, quod cubare: vnde dicitur Ierem. 3. *Vbi non proſtrata ſis.* & inde dicitur Pſal. 87. *Vulnerati dormientes in ſepulchris.* non ſolum quod mors ſomnus ſit, ſed quod defuncti exporrecti iaceant, & proſtrati ſint. Theophanes autem Nicænus eleganter epiſtola ſecunda ait: *Neque dormiens, cum quidem aſſuetis omnibus induciæ ſunt pœnarum, vacuus erat doloribus, nam diei mala, noctis tribulationibus excipiebantur.* Inducias autem illas malorum natura dedit cunctis animantibus, quas malorum domitrices alij appellant, alij ſomnum laborum medicum. illud verò habent dolores, & ægritudines, aut etiam voluptates, vt per noctem non ſolùm non minuantur; ſed vehementiùs etiam aut repræſententur, aut exacuantur.

Ierem. 3. 2. Pſalm. 87. 6. Theoph. ep. 2.

Somnus laborum induciæ.

2 LXX. מדד *Expectare* quid propriè.

Quando conſurgam? Rectè reſpondet decumbenti. Septuag. *Quando dies?* Nihilo verò meliùs habens, *expectabo veſperam.* verbũ originale (*madad*) propriè ſignificat metiri, aut menſura extendere, atque inde nomen, *Midda*, quod nos (*Medida*) dicimus: quare erit, diem laborioſum metiri expectatione, & deſiderio veſperæ. Nam quæ aut aduenisse, aut abijſſe iam cupimus, hac ratione metiri ſolemus, id eſt, illorum moras, tempusque per dies, aut horas, minutatim numerare, quẽ ſenſum doctè expreſſit Vulgatus dicens.* *Expectabo veſperam.* Et in eundem ſenſum Septuag. *Si ſurrexero, rurſus quãdo veſper?* At verò R. Leui, & R. Moyſes in commentarijs de ipſa nocte accipiunt, ita vt expectare veſperam, ſit menſurare noctem, expectando quidem, non vt veniat, ſed vt elabatur. atque ſic Chaldæus dixit: *Saturatus ſum vniuerſis vagationibus vſque ad tempus matutinum.* quamquã hoc ad ſequentem partem pertinere videtur.

מדד *Hazeſeme el dia largo, quẽto las noras y voy por pũtos midiendo, lo que me queda haſta la tarde.

LXX. R. Leui. R. Moyſ.

Chaldæus.

3 נדד

Et replebor doloribus. (Dolores hic dicuntur à verbo (*Nadad*) quod commotionem, & iactationem ex loco in locum affert; quare hîc *dolores* propriè erunt, commotiones, mutationes; quod ad animi euagationem, curasq. mentem diſtrahentes cum Chaldæo referũt. Quare ſic legit R. Leui in commentarijs: *Menſium eſt cor meum longitudinem noctis, ob priuationem ſomni, & ſaturatus ſum vagis cogitationibus.* alij curas, & ſollicitudines vertunt. Sed nunquam ea vox accommodatur in Scriptura ad euagationem vel mutationem aliam quam localem. quare hoc quoque loco de iactatione & commotione hominis decumbentis in lecto ſubindeque loca mutantis, quod in vno, atq. eodem quieſcere non poſſit, accipienda eſt; quare * *repleri doloribus* erit, dolorum vi iactari, & quieſcere non poſſe. Nam vt Seneca dixit: *ægrotantes mutationibus, vt remedijs vtuntur*, ſed nihil confert, vbi doloris, & morbi cauſa hæret intimis viſceribus, nam quocumque te conuertas, illa te comitatur. Interpres eleganter per metonymiam illius iactationis & frequentis commotionis cauſam explicuit vertens *dolores*. Quia vero ſtatim ſubditur, *vſque ad tenebras*, viſum eſt quibuſdam eum ſenſum de nocturna in lecto iactatione repugnare, atque neceſſarium omnino videri, de diurnis doloribus accipiendum. Sed nihil cogit; nam tenebræ hoc loco ſunt (*Neſeph*) quæ non ſolum noctem, ſed crepuſculum matutinum vel veſpertinum ſignificat, quare vertitur *veſpera.* 1 Reg. 30. & Iſaiæ. 5. & pro crepuſculo, vel veſpertinis tenebris dicitur, *Obſcurum.* Prou. 7. *In obſcuro, aduesperaſcente die, in noctis tenebris, & caligine.* At vero pro matutino crepuſculo ponitur Pſalm. 118. vertiturque *Maturitas. Præueni in maturitate, & clamaui.* Hieronym. ex Hebræo: *Surgebam adhuc in tenebris, & clamabam.* quare hic dixit Pag. *Satur etiam ſum euagationibus vſque ad crepuſculum.* atque de his tenebris dictum eſt: *Obtenebrentur ſtellæ caligine eius.* Sed abunde id cõfirmat lectio Septuag. *Repleor doloribus a veſpera vſque ad mane.* non omnino cõtemnenda eſt paraphraſis Tygurina totius huius ſententiæ. *Vbi me in lectum collocaui, dico: Quando ſurgam? Cumque menſuram ad veſperum extendi, ſaturor iactationibus vſque ad crepuſculum.* Quod vero Vatab. ſic legit: *Omnes horas noctis numeraui, & vſque ad auroram ad ſaturitatem vſque repletus ſum ſordibus, vel rebus aſpernandis;* ita vt ſordes, de quibus ſequenti verſiculo agit, reſpiciat, minime placet. Nam quamuis vox, quæ ſignificat dolorem, aut iactationem, vel commotionem, menſtruas etiam fœditates ſignificet, propter quas à communi conſuetudine menſtruata remouebatur, tamen non quælibet vocabuli ſignificatio, in quemlibet locum trahi cum violentia debet.

R. Leui.

* Eſtoy harto de mudar lugares, y dar bueltos y no me dexan mis dolores repoſar.

Seneca. Aegrotantes mutationibus vtuntur.

4 Tenebræ pro crepuſculo matutino aut veſpertino. נשף

1 Reg. 30. 17. Iſa. 5. 11. Prou. 7. 9. Pſ. 118. 147. Hieronym. Pagnin. Iob. 3. 9.

LXX.

Tygurin.

Vatablus nõ probatur.

Leuit. 12. 5. & c. 15. 32. Thren. 1. 17.

V. Induta eſt caro mea putredine: & ſordibus pulueris cutis mea aruit, & contracta eſt.

1. *Quid putredo. Metonymicos ponitur pro vermibus.*
2. *Quid ſordes. expenditur Græcorum lectio, & Hebraizantium.*
3. *Quid verbum areſcendi.*
4. *Quid contrahi. & quibus alijs modis vertatur à Vulgato.*

1 LXX. Auguſt. Quid putredo. Pagnin.

INDVTA. Cooperta, obducta. Septuaginta; *Conſpergitur corpus.* Auguſt. *Concreſcit. Caro.* Septuaginta: *Corpus meum.* quare neſcio, cur quidam legerit, *Cor meum Putredine.* propriè, *vermes*: nam hoc etiam modo aliquãdo vertit Vulgatus, vt infra Iob. 21. & *tineam.* Iſaiæ 14. quare hæc putredo eſt materia & nutrimẽtum vermium, quorum ipſe Iob ſator, & procreator eſſet, adeo immanis erat vis tabifici cruoris. Septuag. vtrumque dixerunt: *Conſpergitur corpus meum, in putredine vermium.* Philipp. *totus computrui,* breuius quidem, ſed neque obſcurius, neque inelegantius.

Iob. 21. 26. Iſai. 14. 11. Metonymia. LXX. Philipp.

2 D. Thom. Lyra. R. Abrah.

Et ſordibus pulueris. Latini cum D. Tho. & Lyra, *Sordes* intelligunt, quas ex ſterquilinio, &c. in quo iacebat, puluere contrahebat, quaſi dicat; Puluerulentas ſordes. At verò cum R. Abrah. plerīq; Hebraizantes referunt ad ſcabiẽ, & ſicciores cruſtulas, exuſtasq; particulas decidentes ex corpore. nam hæ excreſcere, & excerni ſolent ex leproſis, & elephantiacis: quare pro ſordibus vertunt, *Ramenta,* vel *puluerem,* aut furfures ſcabioſos. Septuag. vocem originalem non *ſordes,* ſed glebam interpretari videntur. *Infundo* (inquiunt) *glebas terræ à ſanie radens.* quod facilè conſentire poteſt cum noſtra lectione. nam cum glebas terræ per ſummam inopiam, aut defectum teſtæ, aut verò propter molliorem vſum, quam teſtæ ad ſaniem abſtergendam adhiberet, lutoſis, & puluerulentis ſordibus operiebatur, & inducebatur tot⁹. Atque illud in ſua lectione Græci obſeruant, tantam luem, & vniuerſi corporis corruptionem extitiſſe, vt multa ſanie glebas molliret, atque liquefaceret. Forte in Aug. parum emẽdatè legitur vitio aut ſcriptoris, aut typographi, non *gleba,* ſed *Globus in ſundo globos terræ ſaniẽ radens.* Eandem *gleba* ſignificationem poſt Dauid. & R. Mardoch. ſequitur Pagnin. quamquã illam paulo diuerſam lectionem afferat Mardoch. *Fuſo,* vel, *gleba terra pellis mea ſidit ſe.* Sed quidem cum iſta vox originalis tantum in hoc loco reperiatur, nullo aduerſus noſtri interpretis lectionem poſſunt firmo argumento vti, qui alias afferunt; præſertim cùm pulueris, id eſt ſupremæ terræ partis ſignificatio rectè conueniat homini ſedenti in ſterquilinio. de quo id dicitur. *Suſcitans de puluere egenum.*

LXX. גוש

Græci.

Auguſt.

R. David. R. Mardoch. Pagnin.

1. Reg. 2. 8.

3 רגע Quid propriè *arere.* Hebraizan. R. Mardoch.

Cutis mea aruit. Incerta eſt vocis (*regagh*) ſignificatio. hoc tamen loco *arere* vertitur à noſtro interprete. aliquando verò *congregare, conturbare, quieſcere, cubare.* Sed Hebraizantes cõſtanter dicunt eſſe idẽ, quod findere, ſcindere, aut diuidere: quare hoc loco vertunt. *Cutis mea ſciſſa eſt.* R. Mardoch. interciſa: quaſi præ ſiccitate cutis multis in partibus ſinderetur, & hiſceret. alij, quoniam eadem vox ſubitum aliquid, & repentinum affert, & præterea commotiotionem, aut concitationem quandam, legunt, Cutis mea concitata, & cito corrugiut. quod congruit cum illa ſignificatione contractionis, quam agnoſcit Vulgatus *eſtoy todo travado y frunzido.* Alij aliter. Sed cum incerta ſit verbi ſignificatio, licuit interpreti attentis circunſtãtijs vertere verbo *areſcendi,* præſertim cum illa cutis ariditas, ſi non voce, certè re ipſa cum alijs ſignificatis coniuncta ſit. Nam hiſcit, & ſinditur cutis tota, cùm vel perflata vento vrente, vel nimio calore toſta ad magnam ariditatem adducitur.

Et contracta eſt. Hier. ſempèr vertit originalẽ vocẽ, verbo *faſtidiendi,* aut, *reprobandi,* quare Hebraizantes omnes fere vnica voce legũt, Abominabilis eſt, aut, faſtidio habita aut deſpecta. Tygur. *Mihi diſplicet.* quaſi diceret, Mihi ipſi nauſeam mouet meus conſpectus, Mihi ipſi diſpliceo. Sed id quoque verbum exiſtimauit interpres Latinus eſſe idem, quod diſſolui, aut cõſumi, conſentientibus etiam Septuaginta. Nam vbi Pſal. 58. legimus; *Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens.* Hieronymus ait, *Diſſoluantur ſicut aquæ, quæ fluunt.* Similiter etiam hoc loco Pagninus legit. *Cutis mea diſſoluit ſe.* ſicut & Thargum, & R Moyſes. Quare ea diſſolutio ad conſumptionem quandam, quæ hoc loco dicitur *contractio,* referenda videtur.

4 Hieronym. Hebraizan. מאס Tygur.

LXX. Pſal. 58. 8. Hierony. Pagn. Thargum. R. Moyſ.

VI. Dies mei velociùs tranſierunt, quàm à texente tela ſucciditur, & conſumpti ſunt abſque vlla ſpe.

1. *Velox, & leue, idem in ſacro ſermone. Quæ tela in Hebræo. quid textorius radius cuius hic mentio ſit. illuſtratus Iſaias.*
2. *Nauicula textoria. & tela vt referatur ad vitã humanam. Expenditur lectio Græcorum.*
3. *Coniungere in bonum & in malum. vt telæ ſpes quædam concedatur, non vitæ.*

ERGO cùm tam grauiter affectus ſim, exiſtimari poteſt de mea vita actum iam eſſe. Itaq. illius breuitatem lamentatur. Illa autem *velocitas* eiuſmodi eſt, vt nullo pondere grauetur, vel retardetur. ſic enim apud nos idem propemodum eſt *velox,* aut *leue, ligero, o liviano.* quare ab eadem radice dicitur Habac. 1. *Leuiores pardis.* i. velociores. Porro hæc humanę vitæ breuitatis cum telæ diciſione comparatio placuiſſe videtur Vulgato, Iſai. 38. *Præciſa eſt velut à texente vita mea.* cum tamẽ in Hebræo nõ valde clarè ea ſimilitudo exprimatur, quia Iſaiæ loc⁹ non affert p ſe ipſam & primaria ſignificatiõe illã velocitatẽ: planus. n. ſenſus eſt, ꝙ textor cùm telã abſoluit, & extrema ſtaminis atq; ſiliorum ſilia pcidit; at dũ adhuc Ezechias ordireẽ ſuæ vitæ telã, præciſus & abruptus eſt. Sed hoc loco eximiã quandã in præſcindẽdo velocitatẽ ſignificat; vnico. n. quaſi iactu gladioli, vnico manus coniectu, vnico impetu, tela præciditur. Sed cum in originali tamen ſit, *Dies mei velociores fuerũt, quã Ereg;* quod nomen Vulgatus *telam* vertit. alij ſignificare dicunt, *radium textorium,* quod à texẽdo dicitur.

1 Velox & leue idem. Habac. 1. 8.

Iſa. 38. 12. Vitæ humanæ cum tela comparatio non ſemel vſurpata à Latino interprete.

Nomen tela in Hebræo. ארג

Quid ſit *radius textorius* cuius hoc loco mentio ſit.

R. Mardoch.

cuiuſmodi autem ſit inſtrumentum illud, non omnes conueniunt. nam R. Mardoch. & alij aiunt eſſe lignum, in quo textor pannum, aut telam ante ſe circumuoluit, quod *liciatorium texentium* dicitur, & huic loco minimè conuenit; nam in eo nulla eſt velocitas. eſt ergo radius hic inſtrumentum in modum nauiculæ, quo filum ſubtegminis a telæ margine ad marginé defertur incredibili velocitate, quod textor mira dexteritate dextera coniectum in ſiniſtram momento reijcit in dextram. nos vocamus *lançadera*. Ergo inquit; Velociores mei dies fuerunt textorio radio: & quidem velut ludicra quædam nauicula illud, quidquid fuit leuiſsimæ arundinis, & fili, aut ſtaminis circũuoluti, id eſt leuiſſima huius vitæ bona arundineæ fragiliq; valetudini circumuoluta, ſecum detulit dierum & noctium viciſſitudine quadam, cui quoq; illa itio, & reditio radij ſimillima eſt. Græci quidam, teſte Olympio, velocitatem tantum in præterlabendo & currendo conſiderarunt legentes, *Vita mea velocior eſt * curſore.* Lectio Vaticana Septuag. habet; *Vita mea exilior eſt quam * loquela.* ſic quoq; Aug. *Conuolant ſicut verbum irreuocabile tempus.* vel, breuior, quam vt dici poſſit, aut verbis explicari. Sed vt ad telam redeamus certè appoſita eſt vitæ cũ illa comparatio; nam fila, quibus texitur, torquent & nent Parcæ: & non tantum annis ſed horis, minutiſsimiſq; particulis atq; momentis, velut tenuiſsimis filis conſtat; non ſemper æqualibus; cuius enim vita hominis non ſit ſæpe diſpar, diſſimiliſq; ſui, nunc craſſior, nũc tenuior? textor, tempus: quod, non ſicut Penelope, retexit noctu, quod interdiu texit: ſed nõ minus texit noctu, quam interdiu, nunquam interquieſcens. tandemq; mortis falce præciditur. Vide Greg. qui ſimilitudinem hanc eleganter promouet, & perſequitur.

2 Promouetur iſta *nauiculæ textoriæ* allegoria ad vitã humanã relata.

Olympiod.

* La carrera de mi vida tã corta como el ancho de vna tela, y el tiempo que la corre mas ligero y agudo que vna lançadera.

LXX. Vatica.

* En menos que en dos palabras ſe me a paſſado la vida.

Et conſumpti ſunt. Verbum conſumendi ad alicuius operis perfectionem & abſolutionem pertinet, ſiue in bonum, ſiue in malum. Hiſpanus dicit, *acabar*, ſicut dicitur, *Compleuit Deus opus ſuum.* &, *Perfecti ſunt cæli & terra.* Sed de morte & extremo interitu Ier. 14. *Ego conſumam eos (tengolos de acabar)* Exod. 33. *Ne fortè diſperdã te in via*, Hebraicè. *Ne fortè finiam*, vel, *conſumam te.* Sic ergo, *Dies mei * conſumpti ſunt*, funeſtum, & violentum aliquid videtur afferre.

3 כהל *Conſumere* in vtramque partem dictum.

Geneſ. 2. 2.

Ierem. 14. 12.

Exod. 33. 3.

* No me hagas que de cabo de ti.

Abſque vlla ſpe. videlicèt, vel longioris vitę, vel melioris fortunæ: vana eſt enim illa promiſſio Eliphaz, quantum de ipſa natura ſperari poteſt. Atq; eo forte reſpiciunt Septuag. legentes *Perijt in vana ſpe.* niſi fortè *ſpem vanam* dixerint, quod laboris mercedem non reportauit. At Tigur. paraphraſis, & Caiet. illam telę, radijq; textorij ſimilitudinem retinent adhuc. illa ſic legit, *Dies mei velocius fugiunt, quam tela, & trama deficiente finiuntur.* hic vero ad diuerſos calamos, qui nauiculæ textoriæ inferuntur, reſpicit; nã ſi vno calamo euoluto, finitoq; filo adhibeatur alter, tela capit augmẽtũ, at nõ ea mortaliũ vitę ſpes cõceditur: nã vnico calamo, vnicoq; penſo reuoluto, nulla eſt viuendi ſpes reliqua, nulla facultas alia fila alligãdi, aut innectendi; *conſumuntur* enim dies, *abſque vlla ſpe.*

* Las penas y dolores an dado cabo de mi.

LXX.

Tyguri.

Caietanus.

Iterum promouetur allegoria, & comparatio telæ cum vita humana.

VII. Memento quia ventus eſt vita mea: & non reuertetur oculus meus, vt videat bona.

1. *Mors cur orcus ſit dicta, Dei obliuio aut recordatio ad vitam, aut mortem, ad bonum, vel ad ſupplicium refertur.*
2. *Ventus variè acceptus, ſpiritus hominis cum reſpiratione peculiarem cognationem habet.*
3. *Deus vitæ auctor vitam lætus confert, & promouet. Explicatus David, illuſtratus Moyſes.*
4. *Videre de ſenſu & experimento dictum. exempla ex ſacris plura. videre bona cum analogia dicitur ad beatam viſionem.*

Vitæ & mortis auctoré ſic precatur; Cùm tam breuis ſit, ô Deus potẽtiſsime, mortalium vita, quorsum mihi tam grauia adijcis ſupplicia? quin his meis dieb. paucis, & malis nonnihil indulges? Quòd ſi ad ferendam opem non feſtines, periero prorſus, neque Iobus erit, cui benefacias. 1

1 Qualis ſit Iobi precatio.

Memento. Videris huius incredibilis vitę breuitatis oblitus, cùm illi vltrò labenti & fugienti dolorum & morborum ſtimulos, & calcaria adhibes. Quòd ſi me è viuis eripere cupis, non eſt quòd magna admoueas tormẽta, vt me deijcias; concidam breuiſsime; abeo iam celeriter, moriar. tu verò ne me violenter interficias, quẽ mors ipſa vrget, neq; permittet diutius viuere. Sic *mors orcus* dicta eſt, vt Feſtus Põpeius ſcribit, ab vrgendo, quòd vrgeat omnia, & præcipitãter agat in interitũ. Ex ſubiecta autem materia, verbum *meminiſſe* aut *recordari* denotat in Deo aut iuſtitiæ & vindictæ infligendæ affectum; aut miſerendi, & auxiliandi: nã recordatio ſcelerũ, & impiorum, iuſtitię & ſupplicij eſt. vt Pſ. 136. *Memor eſto Domine filiorũ Edõ.* At recordatio miſerorũ, & pauperum ſubleuationẽ & miſericordiã affert, quã precatur Dauid; *Memor eſto cõgregationis tuæ.* Sed ad mortem & vitã frequenter referuntur recordatio, & obliuio; loquitur. n. Scriptura de Deo more humano; nã homines mortuorũ obliuiſcũtur, illorũ tantum meminerũt, quibus cum agunt Hinc illud; *Obliuioni datus ſum, tanquam mortuus.* & id, *Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor amplius, & ipſi de manu tua repulſi ſunt.* Sed hoc tamen loco, cũ precatur Iob, vt meminerit Deus, quod *vita ſit ventus*, ſenſum peculiarem habet.

Mors orcus ab vrgendo.

Feſtus Pompeius.

Deum meminiſſe ad quid referendum.

Pſalm. 136.

Pſalm. 73. 3.

Dei obliuio aut recordatio ad mortẽ aut vitam pertinet.

Pſalm. 30. 13.

Pſalm. 87. 6.

Ventus. Vox eadem, quæ ſæpè vertitur ſpiritus, & ad multa transfertur, Caietan. pro anima immortali accipit, & in hac ſentẽtia multa dogmata de anima rationali contineri exiſtimat in hanc ſententiam; Si ſpiritum hunc, ô Deus, ſemel auellas ex corpore, nõ redibit iterũ ſua ſpõte rurſus vniẽdus corpori: nã non eſt in natura vis quæ eã animæ cum corpore coniũctionẽ rurſus efficiat. Sed hic ſẽtus Vulgato nõ placuit. cùm *ventũ* reddidit. Septuag. *ſpiritus eſt vita mea.* quia Græci pro reſpiratione, & ſpiritu, quẽ dicimus, accipiunt, non ſolũ, quòd vita noſtra reſpiratione indigeat, ſed quod flatu & reſpiratione videatur humana vita in prima ſua origine conſtituiſſe, nã afflatus eſt ſpiritus in

2 *Caietanus.* Quid hoc loco *ventus.*

LXX.

Spiritus pro reſpiratione & quare.

naribus hominis, cum *ſpirauit in illũ* Deus *ſpira-*
Gen. 2. 7. *culum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.*
Alij cõparationem cum vento intelligunt, cu
ius motus velociſsimus eſt, fuga, & lapſus ir-
Pſal. 77. 39. reuocabilis, ſicut ſcriptum eſt. *Recordatus eſt,*
quia caro ſunt, ſpiritus vadens, & non rediens. Nã *ven-*
tus nũquam reperit ſuam originem, vnde eru
pit, & à qua incitatus eſt; ſed *luſtrans vniuerſa in*
Eccleſ. 1. 6. *circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur.* &
in medio mundo euaneſcere ſolet.

3 Sed quænam eſt huius orationis efficacia,
& vis pro impetranda ſalute, & diuturniori
vita ex ipſius vitæ breuitate, fragilitate, & ir-
reuocabilitate animi ſemel dilapſi? Certè a-
apud Deum, neque leuis, neque contemnenda:
nam, quod illius bonitatis ingenium eſt, om-
nibus benefacere vult. Neq; ſpiritualia tantũ
bona, ſed (niſi nocitura ſint) temporalia etiam
munificentiſſimè conferre ſolet; lætus igitur
nos viuentes intuetur, vitamq; diuturniorẽ
(niſi quid obſit, aut meliora largiri velit) op-
Ezech. 18. 23. tat nobis, *non eſt* enim *voluntatis illius mors. neque*
mortem ille *fecit*, aut *lætatur in perditione viuorum,*
Sap. 1. 13. neq; vult dici *Deus mortuorum, ſed viuentium.* igitur
qui vitæ breuitatem deprecatur, & qui vitæ
per ſe fragilitatem proponit, illum allicit, ad
Deus vitam lætus largitur & conſeruat. vitam confirmandam, & producendam, vitęq;
incolumitatem, atq; iucunditatem tribuendã,
aut certe ad temperanda ſupplicia, ne vitam per
ſe miſeram, & fragilem omnino debilitent &
infringant, ſicut ſcriptum eſt, *Non accendet omnẽ*
Pſal. 77. 39. *iram ſuam. &* (quia) *recordatus eſt, quia caro* (per in-
firma & imbecilla) *ſunt, ſpiritus vadens &* (ex na-
turæ lege, & virtute, aut efficacitate cauſarum
Pſal. 102. 14. naturalium) *non rediens.* Et iterũ: *Miſertus eſt Do-*
minus timentibus ſe, quoniam ipſe cognouit figmentum
noſtrũ, recordatus eſt, quoniam puluis ſumus, homo ſicut
fœnum dies eius. Quoniam ſpiritus (animus) *pertranſi-*
bit (abibit) *in* (ex) *illo & non ſubſiſtet.* Tum etiam ſi
non ſit viuens homo, videtur diuinæ clemen-
tiæ ſubtrahi quaſi benefaciendi materiã, cui
paterna charitate indulgeat. quod quaſi pro
ſolatio ſibi proponit; *Iudicabit* (puniet.) *Dominus*
Deut. 32. 36. *populum ſuum* (impios videlicet; ſed tamen quæ
illius bonitas, & indulgẽtia eſt, ſeruabit alios
incolumes, quos afficiat ingentibus bonis.) *&*
(adhuc) *in ſeruis ſuis* (quos ſibi quaſi ad ſolatiũ,
& animi lætitiam ſeruat) *miſerebitur* (Septua. *In*
LXX. Auguſt. in locution. lib. 5. *ſeruis ſuis conſolabitur.* Aug. in loquutio. li. 5. expo-
nit, *ſeruos ſuos conſolabitur.* alij ad eoſdem vtram-
que partem pertinere exiſtimant; ita vt cum
in populum ſuum animaduertere cœperit, re-
cordatus illorũ imbecillitatis, quaſi facti pœ-
nitens, temperet à ſupplicio; & quos primum
afflixerat, deinde recreet & conſoletur. prop-
terea enim ſequitur (*videbit quòd infirmata ſit ma-*
nus, & clauſi quoque defecerunt, reſiduique conſumpti
ſunt. (id eſt, tunc ſane quaſi ſentẽtiam mutabit,
cùm viderit *manum*, vireſq; populi ſui valdè in-
firmas, ac prope nullas, neminemque eſſe *clau-*
ſum aut munitum arce, aut ſæpimento vllo, qui
non ſit omnibus malis, atq; ærumnis expoſitus,
atq; malorum hoſtiumque ſæuitia propè con-
ſumptus; ita vt non nemo ſuperſtes ſit, & ex
LXX. captiuitate ereptus. Septuag. clariùs cauſam
temperandi ſupplicij exprimunt, *Vidit enim*
diſſolutos eos, & deficientes in obductione, (propriè
catena) *& remiſſos.* ſed hæc latius exponit in ſe-
quentibus Iob. Ergo opportune ex ipſo deli-
quio & animi defectu mortem deprecatur.

Et non reuertetur oculus meus. id eſt non reuer-
tar, vt oculis meis *videam bona*, iucunda, & gra- 4 *Videre* ad ſenſum & experimentum.
ta, vt iterum affluam diuitijs & rerum omniũ
abundantia. Cum verbum *videndi* cognitionẽ
oculis, aut animo conceptam ſignificet, certè
etiam illam denotat, quæ ſenſu quodam & ex-
perientia percipitur: quare *videre bona*, eſt frui
bonis, experiri fœlicem ſtatum. qua ratione
dicebant impij futura bona negligentes. *Quis o-*
ſtendit nobis bona? quod enim oſtẽditur, videtur.
Propriè ex Hebr. *Quis videre nos faciet bonum?* id Pſal. 4. 7.
eſt, quis bona ipſa nos conferet poſſidenda &
fruenda? Quare ſenſus idem, *videndi bona*, qui
apud Lucam, *recipiendi*. cum diuiti dictum eſt, Luc. 16. 25.
Recepiſti bona in vita tua. qui Hebraiſmus freques
eſt in ſacro ſermone Pſ. 89. *Lætati ſumus pro annis,* Pſal. 89. 15.
quibus vidimus mala. Ierem. 17. *Non videbit, cùm ve-* Ierem. 17. 6.
nerit bonum. id eſt, nõ fruetur cæleſti imbre, cum
alias arbores copioſe Deus perfuderit. & in-
fra, *Non timebit, cum venerit æſtus.* Hebraicè, *Non*
videbit. res plantis & arboribus inimica. Huius
generis ſunt illa. *Ego vir videns* (expertus) *pau-*
pertatem meam. Thren. 3. & Pſalm. 15. *Non dabis ſan-* Thren. 3. 1.
ctum tuum videre corruptionem, id eſt re ipſa cor- Pſal. 15. 10.
rumpi & Pſal. 88. *Non videbit mortem*, id eſt non Pſal. 88. 49.
morietur &c. huius generis ſexcenta ſunt. Sed
illud in hanc rem indicauit acutè, Didymus
potiùs ad rem ipſam, quam ad vocis, & He-
braiſmi proprietatem accommodatè, ſcribẽs
ſuper id Pſal. 26. *Credo videre bona Domini in terra* Pſal. 26. 13.
viuentium. Rectè (inquit) *videre, non edere aut tange-*
re, & ſimilia dixit; nam ſummum diuinorum bonorum
in viſione ad videntium vtilitatem poſitum eſt. Ergo
per analogiam ad ſummi boni poſſeſſionem,
quæ in viſione conſiſtit, aliorum bonorum
poſſeſſio rectè dicetur, *videre bona*.

VIII. Nec aſpiciet me viſus hominis: oculi tui in me, & non ſubſiſtam.

1. *Non aſpici, periphraſis mortui hominis. Vita homi-*
nis dicitur ſinis ipſe.
2. *Iuſtus e malis ereptus mirabile dat mundo ſpectacu-*
lum. Viſus quid propriè.
3. *Diuini oculi in bonum, & in malum.*

QVod Philipp. exponit; Nemo me videbit
in priſtina illa bonorum affluentia; pau- 1 Philipp.
lo durius eſt. lenius & germanius, Mutuis mor
talium conſpectibus, & congreſsibus eripiet
me mors. nemo me inter viuos aſpiciet. ſicut
Ezechias dixit Iſai. 38. *Non videbo Dominum Deũ* Iſai. 38. 11.
tabernaculum, arcam, vbi ſe Deus præſentem
exhibet) *non* * *aſpiciam hominem vltrà* (non patebo * No tendre mas que ver cõ hõbres.
mortaliũ cõſpectui, vnde illi me, aut ego illos
aſpicere poſsim) *&* * *habitatorẽ quietis.* Periphra- * El bivir no es mas que eſtar en finamiẽtor.
ſis viuẽtis hominis, vt dicatur * *habitator quietis*,
id eſt, vitæ huius, quæ quod ſit breuiſſima, &
citò finiatur, atque quieſcat, id eſt, ceſſet,
ipſa *quies*, ceſſatio, & finis dicitur, atque

mortis

mortis ipſius cōpellatio, quæ finem, ceſſationē, quietem affert, ad ipſam vitā redundat. *Aſpici* autem, aut *videri* indicat rem præſentem, & exiſtentem, quod non videtur, abijſſe. abibo igitur, inquit Iob, & excedam è viuis, *ſic non aſpiciet me viſus.*

2 *Viſus & videre quid propriè.* *Num. 23. 9.*

Viſus, Intentus, in me defixus; à verbo, quod intendere oculos, & attentius conſiderare ſignificat, a qua radice dicitur Num. 23. *De collibus conſiderabo eum*, Igitur ait Iob, Salutem, ô Deus matura, nam ſi moreris, moriar, neque tuam in me liberando & ſaluando potentiam & bonitatem contemplari deinceps poterit, qui, me nunc videt letaliter affectum. Sicut etiam dicebat Dauid. *Me expectant* (contemplantes tum meas ærumnas, tū opem tuam, & quem ſim exitum habiturus) *iuſti, donec retribuas mihi.* Nonnihil ſignificantius Septuaginta, quanquam idem fere cum noſtro, ſed proxime ex Hebræo, *Non circumſpiciet me oculus* * *videntis me.* quod Polych. & Olym. ad ſubitos mortis caſus referunt, Accidet (inquam) vt dum in me fortè quiſpiam figit obtutum, atq; res meas contēplatur attentiùs, abeam ipſe ſubitò, itaq; breuiſsimè atq; velociſsimè diſparens fallam illius oculos, qui me contemplatur. Quid ſi etiā indicet Iob gratiſsimum, atq; mirabile ſpectaculum mortalium oculis præberi, cum miſerrimus aliquis homo diuina ope e malis ereptus ingenti deinceps fœlicitati reſtituitur? Ergo dicat Iob, Si me his malis non eripias, & in tuto colloces, nō ero mortalibus tuæ potētiæ, & bonitatis clariſsimum documentum, neq; erit cur in me quiſquam oculos ponat? Sic Dauid quoq; mala ſua deprecabatur, *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio eccleſiæ laudabo te.*

Pſal. 141. 6. עיר

LXX. * *Deſparecereme a viſta de ojos.* *Olympiod.* *Polychron.*

Pſal. 21. 23.

Oculi tui. Contra ſummam omniū interpretum contenſionem, atq; ſententiæ, & contextus exigentiam ſolus Steuchus exiſtimat hæc verba poſſe dici ad Eliphaz. ſed certe cū Deo adhuc colloquitur Iob; Accurre ô Deus, afferto; opem *diuini oculi* fauorem, & beneuolentiam, malorū propulſationem, vitæ incolumitatem afferunt. Figito tuos in me oculos, *illumina vultum tuum ſuper me*: nam ſi faciē auertas, pereo. *Non ſubſiſtam.* propriè, *Non ego.* Terentius Latinè dixit, *Nullus ſum. ergo tui* * *oculi in me* tueantur. Philip. toruum aliquid & indignans in Dei oculis intelligit, quaſi dicat. Tuos oculos ardentes, atque iracundia plenos ſuſtinere non poſſum, tuis me oculis acribus, toruis, minacibus penitus configis, vitamq; eripis, Fauet quoque Greg. certe *oculi* Dei, non rarò indignationem afferunt. Sed illud in hunc locum leniter non cadit, quod alij Latini, vt D. Th. Lyran. Caiet. exponunt, Licet me homo viſurus non ſit, ſed tamen *in conſpectu illius cadent omnes qui deſcendunt in terram & anima mea illi viuet.* Verè quidē, ſed aliene, & minime cohærenter.

Steuch. *Diuini oculi in bonum.* *Pſal. 66. 2.* *Terent.* * *Mirad por mi, porque a buelta de cabeça no me halareis.* *Philip.* *Diuini oculi ad pœnam.* *Gregor.* *D. Tho.* *Lyra.* *Caietan.* *Pſal. 21. 30.*

IX. Sicut conſumitur nubes, & pertranſit: ſic qui deſcenderit ad inferos, non aſcendet.

1. *Irreuocabilitas vitæ ſemel amiſſæ cum nube cōparata. Quid exterminari apud Iacobū, & Matth. ex Græco.*
2. *Quid inferi, ſiue infernꝰ in ſacro ſermone. Explicatio Moyſes. Imperita Hæreticorū elegantia. Infernus dicitur à poſtulando in Hebr. Etymologia nominis Saul.*
3. *Græcorum ſententia, Iobum non agnouiſſe reſurrectionem, omnino explodutur.*
4. *Quomodo Iob videatur negare regreſſum animarum, plures expoſitiones, indicatur optima.*

1 Si ſemel vita mortali fungar, ad eandē minimè reuocabor, non aliter atq; nubes, quæ ex terræ vaporib. concreſcit, vel leui flatu, vel ſolis radio diſsipatur, & diſſoluitur, nunquam iterum cogenda, neq; reditura. Septuag. *Tanquam nubes expurgata de cælo.* Cœleſtem aliquam vim, quæ nubem diſijciat, indicare videntur. Eadem ſimilitudo apud Iacobum. c. 4. *Ignoratis quid erit in craſtinum, quæ eſt enim vita veſtra? vapor eſt*, propriè flatus, halitus, fumus, leuiſsima nubecula nihilo firmior, aut craſsior, quam vapor, aut fumus, qui cito euaneſcit, & diſparet, *ad modicum parens* (apparens) *& deinceps exterminabitur* (propriè, euaneſcet, eſt enim fere eadē vox, quæ Lucæ. 24. *Euanuit ex oculis eorum.* Subducet ſe ſtatim ab oculis mortalium, ita vt nulla illius memoria relinquatur: & ne veſtigia quidem illius cernantur vlla, proprie ſua phantaſia & luce extincta, deleta, ſublata, atque eadem vox Græca eademq; ſignificatio. Matth. 6. *exterminant facies ſuas.* id eſt, obſcurant naturali nitore & quaſi ſplendore quodam atque lætitia, extincta, accerſito quoq; a ſqualore, ſordidoq; vultꝰ horrore, qui ieiunia teſtetur. Quod autem ibi dicitur *exterminabitur*, hic dicitur *conſumitur* propriè deletur, deficit. Rurſus *pertranſit* propriè, recedit, abit. Symmac. *Abſcedit.* Septuaginta. *Expurgatur de cælo.* Neque tamen hæc ſimilitudo adducitur propter vitæ breuitatē & inconſtantiam exprimendam, ſed propter irreuocabilem illam fugam, vt ſecunda huius ſimilitudinis parte explicatur.

LXX. *Iacob. 4. 14.* *Quid exterminari apud Iacobum & Matth.* ἀφανίζω. *Luc. 24. 31.* *Matth. 6. 16.* *Symmach.* *LXX.*

Sic qui deſcenderit ad inferos, id eſt ad ſubterraneam regionem, infra nos poſitam, vbi ſunt defunctorum animæ, quos Manes vocant) *non aſcendet* rurſum ad ſuperos, à quib. exceſſerat. Malui inquam exponere, *inferos*, aut, *infernum*, per ſubterraneam ſtationē animarum, quàm per ſepulchrum aut mortem. Nam cauendum eſt a quorundam Hæreticorum, vt Brentij, & Caluini, imperita elegantia, qui docent iuxta Vulgatam phraſim, id dici propriè *in infernum deſcendere*, quod omnino perit, & extinguitur. ſicut Latini dicunt funditus interire, & perſū ire, aut in fundum labi. nam fundus eſt cuiuſq; rei infimum, aut infernū. Sed ſacra Scriptura aſtringenda non eſt regulis Donati, aut Latinorum: ergo locutio illa ſublimiorem habet ſenſum, atque ſidem docet de animarum ſtationibus ſubterraneis & infernis: videlicet loco dānatorum & Limbo, atque Purgatorio. Tum etiam de deſcenſu Chriſti ad inferos, nō enim idem eſt, Chriſtum deſcendiſſe ad inferos, atque ſi confitearis, mortuum & ſepultum fuiſſe: neque idem omnino illud Pſal. 15. *Non derelinques animam meā in inferno*: cum eo quod ſequitur, *Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*: hoc enim ad corpus & ſepulchrum: illud ad animam, & limbum ſpectat. Res maniſeſtè colligitur ex illo Gen. 37. quem locum a-

Quid infernum in ſacro ſermone. *Caluini & Brentij imperita elegantia.* *Pſal. 15. 10.* *Gen. 37. 34.*

Gen. 37. 34. In deprauant. *Lugens deſcendam ad filium meum in infernum*; nempe vbi eius filius erat, id eſt, in ea ſubterraneam regionem, in qua illius anima detinebatur: aliter enim non poterat peruenire ad illum, ſi tantum de inferno, id eſt ſepulchro loqueretur, quod certè latere diſsitum eſſe oportebat. Potiùs nulli ſepulchro mandatus erat, qui credebatur à fera peſsima deuoratus. Sed non oportet, inquis, tam craſsè, tamque ſupinè deſcenſum hunc & ſepulchri ſocietatem accipere, cùm perinde ſit dicere, *Deſcendam ad filium meum in infernum*, id eſt in ſepulchrum, ac ſi dixiſſet, Filio meo Ioſepho mortuo nō poſſum amplius viuere, aut; Is caſus me foueæ, id eſt morti tradet. Ego vero potiùs hanc eſſe craſſam, atque pinguem interpretandi rationem; dicam etiam, languidam, inertem, mortuam, ſine ſpiritu & vita, priorem illam, ſubtilem, ſolertem, exquiſitā, viuam, ſpiritu & energia plenam, veriſsimam denique, atq; cum alijs fidei dogmatis mirificè conſonantem. Eadem ratione accipe id Iſaiæ. 14. vbi, quamuis Regi Babylonis negatur ſepultura, ſed conijcitur in infernum. *Verùmtamen ad infernum detraheris in profundum laci*. Scio quidem aliquando pro fouea, & ſepulchro, *infernum* accipi; ſed id neque primaria ſignificatione, neque omnino frequentiſſima. Illud non prætereo parùm conſideratè (ne grauiori inuram nota) Cyprianum Ciſtercienſem, virum alioqui doctrina & pietate conſpicuum, affirmaſſe, *Seol* id eſt *inferos*, vel *infernum* in toto veteri teſtamēto accipi pro ſepulchro. Sed de hac re plura aliquando dicam, cùm res & locus iterum ferent. Nunc tantum vocem illam *Seol* (de qua tota controuerſia eſt) quoniam ſubterraneam illam ſtationem animarum ſignificat, rectè iungi verbis *deſcendendi & aſcendendi*. Tum præterea deduci a radice, שאל, quod eſt petere, aut mutuò accipere, quod nunquam ſaturetur, ſed ſe habeat inſtar poſtulantis & expetentis aut animas, aut corpora, quæ apud ſe detineat, vt indicatur, Prou. 30. vbi inter illa quatuor inſaturabilia; primus numeratur *infernus*, quaſi *nunquam dicat ſufficit*, ſed ſemper poſtulet. Tum etiam quod illa receptacula mutuatas tantum videantur accepiſſe animas; præſertim Limbus, & Purgatorium ſuo tempore reddendas: tum etiam alij ſinus die iudicij & reſurrectionis reddēt animas, deinde verò infernus recipiet homines integros per æternitatem aſſeruandos, a qua etiam radice dictus eſt *Saul*, quaſi poſtulatus, & per petitionem importunam populi datus & conceſſus à Deo & Samuele; vt nomine etiam præferret nō fore confirmandum in regno, ad tempus tantùm & commodatò regnaturum.

Obiectio.

Reſponſio.

Iſai.14.15.

Cyprian. Ciſterc. hoc loco notatus.

שאול

שאל

Infernus vnde dicatur.

Prou. 30. 16.

Saul vnde dictus. שאול

3 Sed notandum, hinc colligere Didym. in Catena Iobum *reſurrectionis arcana ignoraſſe*: rurſus Chryſ. *nihil de reſurrectione percepti habuiſſe, nihil de regenerationis myſterio eundem didiciſſe*. Idem que ſuper id capitis. 2. *Si bona ſuſcepimus de manu domini &c.* ait Iobum aliquando lamentari, nō victurum perpetuo, quod de cœleſti regno ac reſurrectione nihil accepiſſet perſpicui. Hæc Græcorum teſtimonia pie voluit interpretari noſter Comitolus adſcribens, *quod ex maiorum diſciplina nil fortaſſe certi Iobus de reſurrectione acceperat. Sed etiam huius rei, & cœleſtis regni, non obſcurā notitiā è diuinis fontibus hauſerat.* optimè. Sed quos hic dicat *diuinos fontes*, nō ſatis intelligo. An librum aliquem ſacrum? Sed de hoc nihil conſtat. An reuelationem aliquā? Sed Græci in vniuerſum, & nulla adhibita præ caſtigatione loquuntur. & quacūque ratione Iobus de reſurrectione inſtructus eſſet, loqui oportuiſſet eiuſmodi verbis, quæ reſurrectionis fidem minime læderent neq; dubiam relinquerēt. Ego verò (quod venia dixerim Chryſ.) exiſtimo dubitari minimè poſſe de Iobi fide reſurrectionis, cum ad illam confirmandam ipſius Iobi tam fortiſſimis teſtimonijs vtatur Eccleſia, & ea de re apertiſsime vaticinetur, c. 12. & c. 19. vbi id apertè agnoſcit Chryſoſtomus.

Chryſoſt. Didymus. An Iob agnouerit myſterium reſurrectionis. Iob. 2.10.

P. Comitolus.

Iob. cap. 12. & 19.

4 Sed vt ad ſententiam noſtram redeamus, Philipp. duplicem horum verborum difficultati ſolutionem aſſignat, primā quod Iob hæc dixerit concionādo, & quaſi ex affectu & moribus mundialium hominum, minimè futura credentium; quod confirmat, exemplo Eccleſiaſtæ, qui aliquando ex ſententia impiorū videtur loquutus, dum laudare videtur voluptuariam vitam: aut certè ſecundā, reſurrectionem tantùm negaſſe in finem vſq; ſeculi, deinde verò reſurrectionem ſecuturā planè agnouiſſe. quod confirmat ex illo capitis. 14. *Homo cum dormierit, non reſurget, donec atteratur cœlū.* Sed vera & facilis ſolutio in promptu eſt, non.n. negatur reſurrectio ad vitam aliam, ſed animarum reditus ad ſimilem vitam, vt verſiculo ſequenti explicatur, *Non reuertetur vltrà in domum ſuam*. neq; eſt hæc ſententia Iobo peculiaris, cum non ſemel repetatur in Scriptura, tū a Dauid. Pſ. 77. tum Iſaiæ. 38. atq; 2. Reg. 14. *Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur.*

Philip. Chryſoſt.

An Eccleſiaſtes aliquando loquatur ex ſententia impiorum.

Iob. 14. 12.

Pſal. 77. 45. Iſai. 38. 2. Reg. 14. 14

X. Nec reuertetur vltrà in domum ſuam: nec cognoſcet eum ampliùs locus eius.

1. *Hypallage. Proſopopæia loci. Quid cognoſcere. Explicati Moyſes & Dauid.*
2. *Verba, quæ cognitionem afferunt, ad rem ipſam, quæ cognoſcitur, pertinere.*
3. *Locus pro homine, pro oppido, pro honore, & munere. Illuſtratur Samuel, & Salomon.*
4. *Locus pro omnibus contentis in loco. Non agnoſcere antiquum poſſeſſorem ad ingratitudinem pertinere.*
5. *Breuitas vitæ ignotos nos reddit ipſi vitæ, & loco ex ſupremo.*

1 IN commu. In familiæ, & rei familiaris adminiſtrationem. *Nec cognoſcet eum locus eius.* per hypallagem, non cognoſcet homo amplius locum ſuum, iuxta id Pſ. 102. *Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet, & nō cognoſcet ampliùs locum ſuum.* ſimile id. *Non eſt inuentus locus eius,* id eſt, ille non eſt inuentus in loco. Pſalm. 73. *Incenderunt igni ſanctuarium tuum.* Hebraicè, Miſerunt in ignem ſanctuarium tuum. D. Hiero. *Miſerunt ignem in ſanctuarium tuum.* Igitur ſenſus eſt; Non reuertetur, vt cognoſcat; non inuiſet amicos, & notos, nō aget cum familiaribus, &

Hypallage.

Pſal. 102. 16

Pſal. 56. 10.

Pſal. 73. 7.

Hieronym.

Proſopopœia loci.

domeſticis: non verſabitur in antiqua domo cum patrijs penatibus. Sed præſtat non tã eſſe hypallagem, & mutationem verborum, quã proſopopæiam loci, qui quaſi perſona amicè & comiter deberet excipere redeuntem, quo ſignificatio redditur vehemẽtior, quaſi dicat; Ipſæ res inanimæ, quæ ſeruiunt, & parent ad nutum mortalibus, mortuis tamen nulli viui ſunt, illos non agnoſcunt dominos, nolunt vllam ſibi cum illis familiaritatem intercedere; extraneos & ignotos illos reputant; quare * *locus non cognoſcet eum*. Ita enim eſt vis verbi *cognoſcendi*, & non cognoſcẽdi. vt ſupra Iob. 4. *Stetit quidam, cuius non agnoſcebam vultum* (*vn perſonage de ſemblante eſtrano*) Gen. 42. de Ioſeph, *Cum agnouiſſet eos, quaſi ad alienos durius loquebatur*. In originali eſt colluſio contrariarum eiuſdem vocis ſignificationum, * *Cognouit eos, & fuit incognitus eis*. Septuag. elegãter, *Alienum ſeſe facit ab eis*. Eodem igitur modo; *Non cognoſcet eum locus eius*, quaſi cum alieno, aget cum illo, alienum ſe oſtendet ei, & dure, & inhumane cum illo aget.

* Si vna vez ydo bolvieſſe a ſu caſa, las miſmas paredes ſe eſtranarian del.

Iob. 4. 16.

Quid cognoſcere aut non cognoſcere in ſacris.

Geneſ. 42. 7.

* Conociolos y eſtrañoſe dellos. *LXX.*

2 *Philip.*

Cognitio pro re ipſa, quæ cognoſcitur.

Philippus ſimplicisſimam affert expoſitionẽ huius locutionis, *Non agnoſcet eum locus*, id eſt; *Nõ agnoſcetur locus in homine, neque homo in loco*. id eſt, priſtina huius mundi conuerſatio non erit in homine commutato. Nam, vt aliquando diximus, verba quæ afferunt cognitionem, ad rem ipſam, quæ cognoſcitur, pertinent.

3. *Locus* quid. *Tygurin.*

Sed de ſignificatione *loci* nonnulla eſt diſſenſio. nam paraphraſis Tygurina per metonymiam *locum* intelligit, homines qui in loco continentur, vt ſit ſenſus, Neque loci illius homines agnoſcent eum ſed extenuatur vehementia ſententiæ, prçterquam quod nuper dixerat, *Non aſpiciet me viſus hominis*. quod ad illam ſententiam pertinet.

Locus pro oppido.

Amos. 4. 6.

Secundò, *locus* non pro priuata domo, ſed pro vrbe & oppido accipi poteſt, idque forte indicatum eſt in lectione Tygurina. & vulgo quidem quodlibet oppidum vocamus *lugar*. ſicut etiam Amos 4. *Dedi vobis ſtuporem dentium in cunctis vrbibus veſtris & indigentiam panis in omnibus locis* (oppidis) *veſtris*. Sic igitur non agnoſcet hominem ſua ciuitas, vrbs regia non agnoſcet regem, qui illam aliquando illuſtrauit, aut amplificauit, decorauitque nomine regio. vel ſi illam ædificârit à primis fundamentis, & ſuo nomine inſignierit, irriti enim ſunt conatus ambitioſorum hominum, qui *Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis*.

Pſal. 48. 12.

Locus pro ſede inter viuos, aut pro honore, & munere.

Tertio. *Locus eius*, vel ſuus, fortè nihil peculiarius ſignificat, quam locum inter viuos. ergo *non cognoſcere locum &c.* erit, non habiturum ſedem inter viuos, Si (inquam) vellet homo, aut poſſet redire ad ſuperos, nullus illi eſſet locus, cùm alium iam in locum eius ſucceſſiſſe neceſſe fuerit: ita corruptio vnius cum generatione alterius coniuncta eſt, redeunti nullus locus, nulla ſedes. nos diceremus, *No a lugar*.

D. Thomas. *Philipp.* *Locus* pro honore, & dignitate. *Prou. 25. 6.*

Quartò. Diu. Thom. *locum* accipit pro dignitate, & honoris gradu, &, vt ipſe ait, *pro ſtatu perſonæ* Idem fere Philipp. per metonymiam: nam dignitates & honores ſedibus, & locis diſcernuntur. vt Prou. 25. *In loco magnorum ne ſteteris*. Eccl. 3. *Vidi in loco* (in tribunali, in ſubſellijs) *iudicij impietatem* Quare illud ad honorem, & ſublimiorem, atq; regiam ſedem pertinet. *Ponam locum populo meo Iſrael, & plantabo eum, & habitabit ſub eo, & non turbabitur* eſt enim promiſſio de ſede regali Dauid confirmanda.

Eccleſ. 3. 16. *2. Reg. 7. 10.*

4 *Locus* pro omnibus in eo contentis.

Sed tandem ſimpliciùs accipitur *locus*, non ſolum pro domo, & ſede, ſed pro omnibus, quæ ad illum pertinent, ita vt proſopopæia illa, & fictio perſonæ extendatur ad vniuerſam ſupellectilẽ, & munera publica, & quidquid bonorum homo habuit; ſicut hæc eadem tabernaculi, & domus nomine ſignificari ſolẽt. atque detur perſona loco, in quo omnia illa videntur contineri. Priſtina igitur bona non agnoſcent hominem, neque herum antiquum. Quod ad amplificationem quandam ingratitudinis affertur. Iſai. 1. *Cognouit bos poſſeſſorem ſuũ*. Hebraicè, Chananæum, mercatorem, quamuis recens emptus gratũ ſe præbet &c. Ergo mundus & quæ in mundo ſunt ingratiſsima, æquè ac obliuioſa non cognoſcent antiquum dominum. Vel, iure & meritò non agnoſcunt niſi præſentem poſſeſſorem, nam deuoluta ſunt omnia defuncti bona ad poteſtatem & manus aliorum. Igitur ſicut mancipium non agnoſcit ampliùs illum, à quo diuenditus fuit, ſed eum à quo emptus eſt, & poſſidetur: ita ſanè non agnoſcent bona hæc temporalia defunctum, cuius quondam fuerunt.

Iſai. 1. 3. Non agnoſcere antiquum poſſeſſorem ad ingratitudinem pertinere.

Sap. 5. 15. Vnde prouenıat hominem non agnoſci à loco ſuo.

Sed Sapientiæ 5. videtur res hæc reduci ad breuiſſimam mortalium vitam, cuius nulla manere poteſt firma memoria, neque fixa in loco vllo veſtigia, proptereaque reuertentem non agnoſcet locus ſuus *Spes impij tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis*. Si ergo ſapientiſsimi alicuius doctoris iam defuncti cathedram, in qua docuit, aut iudicis alicuius, regiſve tribunal, regalemve ſedem, aut verò etiã pontificiam atq; ſupremam percontareris, quis nam ille, qui nuper ibi docuit, aut paulo antè ius dicebat? reſpondere poterit, Non noui hominem, aut ſi noui aliquando, iam non memini, quis enim meminerit hoſpitum, qui ad breuiſsimum tempus ad me diuertunt propè infinitorum? *Generatio præterit, & generatio aduenit, ego autem hic ſto* Facilius eſt diuerſorium cognoſci à prætereuntibus, quàm viatores ab hoſpitio, & diuerſorio.

Eccleſ. 9. 4.

XI. Quapropter & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei, confabulabor cum amaritudine animæ meæ.

1. *Particre quod in Hebræo.*
2. *Tribulatio pro anguſtijs Præpoſitio In.*
3. *Confabulari ad internam meditationem refertur. Explicatur Samuel & Amos.*
4. *Similitudo cum mari multiplex. Diuina potentia in illo comprimendo.*
5. *Cetus eiuſ natura. Quid in Hebræo, & Latino, vnde dictus. Aegritudines & morbi vincula. æger alligatus. Illuſtrat David & Lucas.*

D. Tho. 1. 1. 1.

Diu. Th. ſic cõnectit, Si, vt Eliphas dixit, bona nõ ſunt niſi in hac vita ſperãda, nihil mihi

iam reliquum eſt, quam meam infœlicitatem lamentari. Sed nexus ſimplicior, Cum hæc ita ſe habeant, & ego ad extremū propè iam ſpiritum redactus ſim, quod mihi liberū eſt cordi, & ori indulgebo paululum, & erumpentia ſuſpiria non ſupprimam. *Parcere*, quod in originali eſt, *Chaſach*, propriè eſt continere, detinere, prohibere. & cùm ad linguam, & orationem refertur; affert ſuppreſſionem quandam, & cohibitionem eluctantis ſpiritus, & ſermonis conantis ſeſe aperto ore effundere. à qua radice dicitur Iſa. 58. *Clama ne ceſſes*, (populi ſceleribus ſtimulatus, & ad clamandum compulſus, voces ne ſupprime, neque ardentem ſpiritum, & flammas cohibe, ne parcas ori, liberè, contentè vociferare) *quaſi tuba exalta vocem tuam.* Ergo ait Iob: *Non parcam ori meo.* non remittam ſtudium publicè vociferandi, atque lamentandi, quantum potero gemitu, & ſuſpirijs contendam.

חשך
Parcere.

Iſa.58.1.

2 *Loquar in tribulatione.* propriè, in anguſtijs ſpiritus mei. coarctat me ſpiritus pectore incluſus, patefaciam liberum illi aditum. Septuag. *Loquar cùm in neceſſitate ſim.* Indigeo plane ſuſpirijs, quibus ægritudinem, & dolores ſubleuē. Philipp. *Loquar in anguſtijs deficientis ſpiritus mei* antequam extremum ſpiritum agam, aliquid querulum loquar. Aliquando præpoſitio, *in*, affert quaſi cauſam, & vim impellentem. Anguſtiæ & tribulatio pectoris orationem, & gemitus extorquent.

LXX. Tribulatio ſ pro anguſtijs Philip.

Præpoſitio, *in.*

3 *Confabulabor cum amaritudine.* vel, in amaritudine; vel, de amaritudine *animæ meæ*, id eſt, nihil loquar, niſi quod internus, veriſſimuſque dolorum, & ægritudinis ſenſus ſuggerit, non eſt quòd verear cum Deo agere paulò liberiùs & confidentiùs de cauſis mearum ærumnarum. Septuag. *Apponam amaritudinē animæ meæ compreſſus.* Verbum *confabulandi* (*Soach*) vel, (*Siach*) propriè eſt, *meditari*, vel ex meditatione interius animo concepta aliquid exterius agere, loqui, orare, conqueri. à qua radice dicitur, 1. Reg. 1. *Ex multitudine doloris, & mœroris mei locuta ſum.* Vnde dicitur oratio, quæ cùm ore fiat, ex cordis meditatione & intetione proficiſcitur. & ideo dicitur, *oratio effundi*, Pſalm. 141. quaſi priùs corde concepta, & præmeditata, deinde voce & ore exteriùs effuſa, & prolata, Hinc illud, Amos 4. *Annuncians homini eloquium* (id eſt, arcanorum ſuorum cogitationes) *ſuum.* Igitur Iob ex multitudine doloris & mœroris corde & mente cōcepti loquitur; & quæ priùs apud ſe præmeditatus fuerit, non leuiter, non ſine cauſa publicè clamat, & Deum atque homines conteſtatur.

שוח
שיח

Confabulari, interna meditationem affert.
1.Reg.1.16.
Pſal.141.3.
Amos 4.13.

XII. Nunquid mare ego ſum, aut cetus, quia circundediſti me carcere?

4 Videtur nunc ſe Iobus purgare ab ijs grauiſſimis ſceleribus, quæ tantum ſupplicium, tamque acerbos cruciatus mereri potuiſſe viderentur. Quare neque mare ſuperbum, neque immanem cetum ſuis moribus referre dicit, vt ſuperbiæ atque ſæuitiæ tantas pœnas dare debuerit. Sed premēda eſt paulo diligentiùs hæc ſimilitudo. In *mari* enim conſiderari poteſt immenſa quædam capacitas, & vaſtitas, in quam *Omnia flumina intrant, neque redundat*; procellas, turbines, tempeſtates, æſtus omnes ſuſtinet, fremit, remugit, agitur, *quieſcere nō poteſt.* Cùm autem dixit Deus; *Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida*; quam *aquarum congregationem appellauit maria*, viſus eſt conieciſſe mare in carcerem, atque illi pedes & brachia conſtrinxiſſe, ne liberè & impunè vagaretur, atq; obuia quęque vaſtaret. Propter quam peculiarem & exquiſitam Dei prouidentiam in comprimendo, & prohibēdo maris impetu, dicitur Pſal. 94. *quoniam ipſius eſt mare.* vt cuius impetus & immanitas nō ab alio, quàm ab auctore naturæ domari & frenari poſſit. Hinc multiplex comparationis ratio duci poteſt. Quænam vnquam mea ſuperbia, aut quæ minæ infirmioribus intētatæ, quis fremitus, & tumultus, vt me in teterrimum malorum atq; cruciatuum carcerem, velut mare fremens, atque ſuperbum, detruſeris? & vt ne alijs noceā, in eum me ſtatum conieceris ligatis manibus, & pedibus dolorum vinculis, in quo nocētes atq; vltimo ſupplicio damnati detinentur? Præterea. Nunquid homuncio ego imbecillus tantæ vaſtitatis, tantæque capacitatis ſim, vt tot turbines malorū, tot dolorum æſtus & procellas, tot tempeſtates diſcriminum, tot aſſiduarum acerbitatum influetia in me flumina capere, & exhaurire, velut mare, poſſim? Ita-ne ſemper ego fremere cogar, nūquā poſſim quieſcere, perpetuo agiter atq; diſcrucier? adhęc; ita-ne tanquā cum immani quadam bellua, aut tāquam cum potentiſſimo, nunquamque ſatis edomito mari mecum agitur? Illa quidem clauſtris, repagulis, carceribus fortiſſimis indigent: ſed ego tamen vix pedibus valens conſiſtere, non egeo vehementioribus his vinculis, compedibuſq; cruciatuum: non enim è carcere iſto teterrimo calamitatis incredibilis fugiam; imò ſupplicem me Deo meo, iudicique ſupremo lubens præbebo, accerſitus ſiſtar ante illius tribunal.

Maris, hęc ſimilitudo multiplex.
Eccleſ.1.7.

Iſa.57.20.
Geneſ.1.9.

Pſal. 94. 5. Deus in comprimēdo mari potentiſſimus.

Cetus, quia, &c. Carcerem quidam ad *cetum* referunt, nō item ad mare. Sed præſtat quod iam indicauimus, vt ad vtrunque pertineat. & peculiari quidem oratione ad *cetum*. Nam *Cete* illa *grandia*, quæ creauit Deus, vt mari *illuderent*, id eſt, minoribus, & infirmioribus piſciculis, intra mare Oceanum continet, tanquam in carcere detenta. Dicunt enim non poſſe tranare ad Mediterraneū, quod relinquitur alijs minoribus piſcibus, tanquam fida quædam & tuta ſtatio. Non aliter igitur relucet diuina prouidentia in comprimēda ſuperborum diuitum immanitate, & inſolentia, qua inferioribus illudunt. 5

Geneſ.1.21.
Pſal.103.26,

Sed quod ad *ceti* nomen & naturam attinet, in originali quidem eſt (*Thenin*) quam vocem quidam exiſtimant generalem eſſe ad omnem belluam vaſtam, terreſtrem vel marinam. Rurſus cum de marina dicitur, nullam certam piſcis ſpeciem ſignificari, ſed piſces quoſcunque ingentes. cuius ſignum eſt, quòd frequenter ea vox vertatur à vulgato nomine *draconis*. vt Pſal.

תנין

Cetus, an ſignificet certā piſcis naturā

Pſal.103.138. Ezech.32.2. Exod.4.3. cap.7.9. Pſal.90.13. Iere.10.22. Thren.4.3.

103. Ezech.32. & quidem pro terreſtri colubro, Exod.4. & 7. pro dracone etiam terreſtri, Pſal. 90. *Conculcabis leonem & draconem.* Iere.10. *Habitacula draconum.* pro *lamijs*, Thren.4. *Sed & lamiæ nudauerunt mammam.* Sed frequenter ad marinos piſces belluaſq; refertur, vertiturque, *Cete*, aut *cetum*, quod latinum nomen alij ſpeciale eſſe volunt, & ſignificare balenam. Quanquam neque hoc apud Latinos certò conſtet. Nam Feſtus quaſi incertus ſcribit: *Belluam marinam ipſam dicunt eſſe piſtricem, ipſam eſſe & cetum.* Sed ex vocis originalis ſimilitudine volunt alij eſſe illum, qui apud latinos Thunnus, aut Thinnus, quem a Balena Plinius ſeparat, & inter vaſtiſſimos piſces numerat. Atq; Athenæus ait Thunnum Græce dictum ab impetu, & celeritate, qua fertur. Sed neque quicquam certi apud autores de Thunno conſtat. vt ex Ariſtot. Plinio, Athenæo & alijs eruditè probat Rondeletius, lib.7. cap.10. & 11.

Feſtus Póp. — *Thunnus* an idē qui *Cetus* — *Plin. lib.9. c.3* — *Athenæus lib.9.* — *Rond. lib.7. cap.10. & 11.*

6

שמר

Carcer in Hębræo ab aſſeruado dictus. — *Thren.3.4.* — *Seruius lib.1. & 5. Aen.* — *Vlpian. L. Aut damnum. S. §. Solent. D. de pæn.* — *Eccleſ.38.15.* — *LXX.*

Circumdediſti me carcere. Carcer ſicut Latinis à coërcendo, ita Hebræis ab aſſeruando & cuſtodiendo dicitur. Verbum autem *circumdandi* ſignificat cuſtodiam vndique circumcluſam, vnde nullum pateat effugium. qualem cuſtodiam deſcripſit Iere. *Concluſit vias meas lapidibus quadris, ita vt non poſſim egredi.* Nam carcerem ſic definiunt, *vndecunque exire prohibemur.* Sed illud Iobi calamitatem amplificat, quod *carcerem ad continendos homines, non ad puniendos haberi* iura ipſa decernunt. At Iob in incredibilium malorum carcerem coniectus eſt, tanquam in nefariorũ ac manifeſtorum ſcelerum, vindicem. Rectè autem morbos atque dolores, carceris nomine explicat; nam lectus atque morbus ſunt veluti carcer, in quo peccatores detinentur, cùm ſępè propter peccata morbi & ęgritudines accidant. Sic tanè Eccleſiaſtic. cap 38. medicum comparat apparitori, aut tortori, qui delinquentes aut comprehendat & conijciat in carcerem, iubeatque lecto decumbere; aut alia ratione torqueat potionibus, ſectionibus, vſtionibus, & ſexcentis cruciatibus. *Qui delinquit* (inquit) *in conſpectu eius, qui fecit eum, incidet in manus medici.* Septuag. per imperatiuum efferunt. quaſi ea ſit iuſta iudicis ſententia, atque imperium; *Qui peccat contra eum, qui fecit eum, incidat in manus medici.* Hinc dolores aliaque morborum atque ægritudinum, vt cum medicis loquar, ſymptomata, funiculi atque vincula nominantur in ſacro ſermone, de quibus ſcriptum eſt: *Circumdederunt me dolores* (Hierony. *Funes*) *mortis* (& iterum) *dolores* (*funes*) *inferni circumdederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis.* Quare aliquando conqueritur Iob ſe vinctum compedibus. *Poſuiſti in neruo pedem meum.* Huc illud Ioan. 5. cùm de piſcina loquitur, quaſi de carcere & domo vinctorum: *Qui prior deſcendiſſet in piſcinam, ſanus fiebat, à quacunque detinebatur,* quaſi comprehēſus & alligatus) *infirmitate.* Et ſimiliter apud Lucam Chriſtus Dominus ait mulieri, quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omninò poterat ſurſum aſpicere; *Mulier dimiſſa es* (quaſi e carcere, & vinculis) *ab infirmitate tua.* Et inferiùs: *Hanc filiam Abrahæ, quam alligauit* (in vincula coniecit. Id enim ſignificat *Δεω*, verbum Græcum; vnde dicitur *δεσμος*, vinculum. & *Desmiophylax*, vinctorum cuſtos) *Satanas, non oportuit ſolui à vinculo iſto?* Sed de hoc iterum plura.

Pſal.17.15. — Pſal.114.3. — Iob 13.27. — Ioan.4.5. — Luc.13.12.16. — *Δεω. Δεσμος. Δεσμιοφύλαξ.*

XIII. Si dixero, Conſolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in ſtratu meo,

1 *Nocturna conſabulatio quæ. Miſeri deſiderare ſolent eminentiam illam ſomniorum felicitatem.*

2 *Deſideria diurna ſimilia efficiunt ſomnia. Iobi nocturni terrores à Dæmone procurati.*

3 *Labores diurni moleſta efficiunt ſomnia. Quid Corybantia morbus. Qui Corybantes. Viſio & ſomnia aliquando pro eodem in ſacris.*

1 — *Nocturna conſabulatio, quæ.* — *Caietan. Carthuſian. Chryſoſt.* — *LXX. D. Auguſt. Theodot.* — Fœlicitas inſomniorum miſeris eſt in deſiderio. — *Iſa.29.8.*

CVm verò mihi poſt diurnos labores promitto nocturnam requiem, & *releuationem* doloris, id eſt, ablationem: eſt enim ab illa phraſi, qua dicitur, *eleuari* aut, *tolli*, aut, *auferri* ab aliquo onus, vel peccatum, aut quid huiuſmodi. de quo aliquando diximus. Solent enim in lecto refundi, & magna ex parte leuari dolores, & laſſitudines diurnæ. *Loquens mecum.* mecum meditans, internam illam mentis exercitationem, atque affectionem aſſerit, ex proprietate fontis Hebræi, atque Græci, quam ſupra *conſabulari*, quod aliqui, vt Caietan. & Carthuſianus, quibus fauet Chryſoſt. accipiunt de meditatione & ſpeculatione, quam nocturno tempore capere ſolent, qui interdiu laſſati & defatigati ſunt. ſicque capiunt aliquod ſuæ laſſitudinis alleuamentum. in hanc ſententiam Septuag. legunt: *Referam ad me ipſum priuatum ſermonem in toro meo.* D. Auguſt. *Referam ad me ipſum conſolationem in toro meo.* Theodotio: *Comportabit me in confabulatione mea ſtratum meum.* Sed fortè hęc nocturna & interna meditatio ad quietem & ſomnum ſpectat, vti exponi videtur verſiculo ſequenti, ita vt agat de breuiſſima illa, & emētita, atque vmbratili fœlicitate, quam ſolent aliquando homini miſero læta afferre inſomnia ex diurno fœlicitatis deſiderio, ſpe, & cogitatione prouenientia, ſicut ſcriptum eſt; *ſicut ſomniat eſuriens & comedit; cùm autem fuerit expergefactus, vacua facta eſt anima eius, & ſicut ſomniat ſitiens, & bibit, &c.*

XIV. Terrebis me per ſomnia, & per viſiones terrore concuties.

2 — Deſideria diurna inſomnia reddunt. — Claud. de raptu Proſerp.

ETiam ipſam inſomniorum rationem atq; naturā inuerſam & cōmutatam in meum ſupplicium experior: nō enim deſideria quidquam iucundi per quietem obijciunt, vti ferè natura comparatum eſt.

Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diurno
Tempore nocturno reddit amica quies.

Quidam certè has viſiones & ſomnia non ipſius Iobi, ſed amicorum eſſe voluerunt, qui ex falſis quibuſdam reuelationibus & inſomnijs immiſſis & procuratis à dæmone, ſibi perſuaſiſſent Iobum cruciari propter ſceleratam vitam; quibus reuelationibus narratis, atque

pro veris habitis mirum in modū Iob ipſe terreſieret, & ſtimularetur. Sed non video, qua ratione cohærere poſſit cum antecedentibus & conſequentibus; quare de ſcriptoribus horrificis [illegible] Iob loqui indubitatū eſſe debet, præſertim frequente [illegible] expoſitione tempeſtatem confirmante, *Terrebitis* (inquit Chryſ.) *me [illegible] viam mala nouam offerebas.* At quæ ſecreta terriculamenta à Dæmone procurata fuiſſe Theophanes intelligit, quamuis ipſe Iobus exiſtimaret, eum modò horrenda terriculamenta à Deo inferri. Sed Philarg. Beda (verum que enim eadem oratio eſt) verba adſcribenda duxit: *Hoc à Deo Iob ſe pati dicebat, quod à Dæmonibus patiebatur, qui ad iſta facienda à Deo acceperant poteſtatem, qui eſſe terrores [illegible] ſine dubio, & minacibus [illegible] apparebant, [illegible] ſecundantes etiam dormientibus [illegible] apericntes, vt in [illegible] viſionum horrore concuterent [illegible], & territo ſomnus aufugeret, quo ſolent dolores nimij mitigari, & ſuccederent iuges vigiliæ, vt indeſinentibus cruciatibus torqueretur, [illegible] quæ vigilans [illegible] videbat quotidie, [illegible] ſomnus & à Dæmonibus [illegible].* Chryſoſt. quidem ad Phyſicam rationem refert, nam ij ſolent infeſtari ſomniorum terrore, qui aliquid mali die perpetiuntur, vti Seneca dixit:

Quæcunque mentis agitat infeſtus vigor,
Ea per quietem ſacer & arcanus refert,
Veloxque ſenſus.

Atque longè eleganter Petronius Arbiter.

Somnia, quæ mentes ludunt volitantibus vmbris,
Non delubra deum, nec ab æthere numina mittunt;
Sed ſibi quiſque facit; nam cum proſtrata ſopore
Languent membra, quies & mens ſine pondere ludit.
Quicquid luce fuit, tenebris agit. oppida bello
Qui quatit, & flammis miſerandas ſæuit in vrbes;
Tela videt, verſaque acies, & funera regum,
Atque [illegible] campos.
Et canis in ſomnis leporis veſtigia latrat.
In noctis ſpacio miſerorum vulnera durant.

Atque huc refert Chryſoſt. id Eccleſ. 5. *Multas curas ſequuntur ſomnia.* Quem locum licet Septu. eodem ferè modo legant. *Adueniet ſomniū in multitudine ſollicitudinum.* At Chryſoſt. in catena, legit: *In multitudine tentationum aduenit inſomnium.* Similiter [illegible] Antiochus, homil. 8. Atque illa eſt etiam peculiaris Symmachi lectio. *Accidet [illegible] propter multitudinem inquietum.* Vide Eccleſ. 40. vbi huiuſmodi terrifica ſomnia deſcribuntur; *Modicum, tanquam nihil in requie, & ab [illegible] quaſi in die [illegible], conturbatus eſt in viſu cordis ſui, tanquam qui euaſerit in die belli.* Vide etiā, quæ ſupra diximus de incubo, & vigilia, dum de morbis Iobi diximus: nam hunc propter moleſtiſſima phantaſmata imaginoſum morbum aliqui vocant, quem elegāter deſcribit Hippocrates mox adducendus. Sed fortè cùm hoc quoque morbo coniunctus ille fuit, quem Corybantiam Græci appellant, videlicet cum non ſolum propter viſa ſpectra, ſed etiā propter quoſdam quaſi tinnitus, & ſonorum imagines quis vigilare cogitur, atque inſomnia, vexatur, atque patentibus, ſi vnquam oculis dormit: ſemper enim illis imaginibus intentum animum habet, vt ille dixit:

Leuis ſomnus ut [illegible] imagines
Adſtatur, non [illegible] ſomno populæ.

Quod Plinius quoque indicauit, libr. 11. cap. 37. de leporibus ſcribens, *Patentibus oculis dormiunt lepores, multique hominum, quod Corybantian Græci dicunt.* Eum autem morbum imitatus à Corybantibus putat et deluſi antiquitas. Fuere autem Corybantes ſacerdotes Cybeles, qui ſacro furore correpti, caput iactabant, atque inſanientium more oculos diſtorquebant, & oculos ex dimidio apertos, ex dimidio clauſos oſtendebant, tum etiam cum Iouis cuſtodes eſſent, non modo excubare, ſed etiam apertis oculis dormire cogebantur. Fortè cum imaginoſa ægrotantis hominis vigilia illud quoque fieri potest; *Attonitos habes oculos.* Quod verò Caiet. diſtinguat *viſiones*, quæ ad vigiliam pertineant; & *ſomnia*, quæ accidant inter dormiendum non eſt valde curandum, nam etiam *viſionis* nomen ad *ſomnia* accommodatur in ſcriptura.

XV. Quamobrem elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea.

ELegit ſuſpendium. Philip. atque Beda hoc ad peccatum ſic referunt, Satius (inquit Iob) eſt, & peccatum multò tolerabilius, ſi victus cruciatibus de morte mea cogitem, quam vt tuæ maieſtati irrogem blaſphemiam. Ad comparationem itaque maioris criminis, quod eſſet minùs damnabile, cruciatu potius quam iudicio actus exprimit. Sed ſimplicior ſenſus, vt dicat ſe quodcunque necis genus, ſiue naturalis, ſiue violentæ, etiam ignominioſiſſimæ, qualis ſtrangulatio, aut ſuſpendium eſt, leuius ſibi, atque optabilius futurum, vt finem aliquē capere poſſent mala grauiſſima. Niſi forte hęc cohæreant, & quidem neque reluctantia, neque inuita, cum ſententia præcedenti, Ex illo imaginoſo morbo penè adigor ad inſaniam, & ad laqueum. Hippocrates quidem libro de virginum morbis ſcribit de attonitis, & ſideratis, & de timoribus. *Ex his adeò fortiter pauere homines, vt delirent, & dæmones quoſdam ſe videre putent ipſis infeſtos, quandoque nocte, quandoque interdiu, [illegible], & [illegible] multos ſe iam ſtrangulaſſe, & proſiliiſſe in puteos, tanquam meliora ſint hæc, & omnem vitæ vtilitatem excedentia. aliquando etiam ſine ſpectris ac phantaſmatis, quandam adeſſe voluptatem, ex qua mortem velut bonum quoddam amant.*

Anima, vita ipſa miſera, & afflictum corpus aut verò totus ipſe homo, pro quo etiam per ſyndochen, accipiuntur ab aliquibus *oſſa*, videlicet, pro corpore, vt opponatur primæ parti, videlicet *animæ*. Sicut & id: *Non eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto*, id eſt, totus ipſe ego, aut corpus meum. At verò poſt R. Abraham, Hebræus apud Caietanum, exiſtimat ideo *oſſa* dicta eſſe, quòd illa tantū ſupereſſent pelle & carnibus ablumptis, & corroſis à vermibus. Sed acutiùs D. Thom. & alij, quòd nihil in ipſo

Marginal notes (left): *Chryſoſt.* *Theophanes.* *Philip.* *Beda.* Terrores lo bi nocturni a dæmone procurati, & quales. 9 *Chryſoſt.* *Senec. in Oeta.* Aerumnæ diurnæ moleſtæ efficiunt inſomnia. *Eccleſ. 5. 3.* *LXX.* *Chryſoſtom.* *C. 3. in enarratione morb.* *Sect. 1. 9. n. 1.* *Hippocrat.* *Corybantia*, morbus cuiuſmodi ſit.

Marginal notes (right): *Varro in Prom.* *Plin. lib. 11. cap. 37.* *Corybantes*, qui. *Iob 15. 12.* *Caiet.* Viſio aliquā do idē quod ſomnium. 4 *Philip.* *Beda.* *Hippoc.* Ex imaginoſo morbo terrores. 5 *Anima*, vita, aut totus homo. *Oſſa*, pro toto corpore. *Pſal. 138. 15.* *R. Abrah.* *Hebr. apud Caiet.* *D. Thom.*

in ipſo tam forte, tamque firmum ſit, quod vis doloris non debilitarit, atque confregerit: vel certè vt indicat Polychronius, quòd acerbitas morbi iam ad oſſa vſque peruaſerat, quam et iam oſſium debilitationem in grauiſſima aliqua ægritudine deprecanda, & explicanda exprimere ſolent ſcripturæ, Pſal. 6. *Sana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea, & anima mea turbata eſt valde*, id eſt, tum animæ vires debilitatæ, tum firmiores corporis partes fractæ & ſtupidæ, Pſalm. 41. Extremum cruciatum cum ignominia coniunctum ſignificat; *Dum confringuntur oſſa mea, exprobrauerunt mihi inimici mei.* Internú vero malum, & quod penitus perurat, & inflammet medullas, illud indicat, Thren. 1. *Miſit ignem in oſſibus meis.* Septuaginta verò vt huius ſententiæ acerbitatem, ſi qua eſſet, mitigarent, deprecanter reddiderunt, *Abſolues à ſpiritu meo* (reſpiratione) *animam meã; & à morte* (in morte) *oſſa mea*: ſed Auguſt. aliquantò longius, per *ſpiritum*, terrores illos intelligit, & per oſſa patientiam, & firmitatem, quam ſeruauit propè iam deficientem, legit enim ille, *Et à morte oſſa mea repuli.*

Polychron. — *Pſal. 6. 3.* — *Pſal. 41. 11.* — *Thren. 1. 13.* — *LXX.* — *Auguſtin.*

XVI. Deſperaui: nequaquam vltrà iam viuam. Parce mihi, nihil enim ſunt dies mei.

1 *Quid deſperare, quid vltra, explicant David, & Amos.*
2 *Parcere apud ſacros, & prophanos quid.*
3 *Varij nexus, & verſiones huius ſententiæ.*
4 *Nihil pro vano. Creaturæ reſpectu diuinæ æternitatis nihil.*
5 *Vanitas pro mutabilitate. Omnium rerum mutabilitates contentæ in humana vita, ex David.*
6 *Vita vana, quòd fugiat, & euaneſcat. Quid Abel & Cain, ex nominum etymologia, explicant David & Amos.*
7 *Laudatur vulgatus. Vitæ breuitas ex comparatione & reductione ad omnes temporis menſuras. Quid ſæculum. Quid palmus. Quot menſibus conſtet annus.*

1 *Philip.* — *Deſperandi, verbũ de peccato deſperationis ab alijs accipi.* — *Senſus exquiſitus, ſed durior.*

DEſperaui. Philip quaſi pœnitentia ductus eſſet, ægritudine & ſcrupulo, hæc Iobum dixiſſe exponit. *Deſperaui* (inquit) *loquendo hæc, quæ dicere non debueram; vnde pro hoc ſermone tam aſpero, & moleſto, poſt mortem viuere poſſe me dubito; quia ſibi auferentibus præſentem vitam, futura à Deo iuſtiſſimè denegatur. Itaque ſe lapſum in peccato deplorat, & pœnitentiam illicò profitetur dicens: Parce mihi, &c.* Certè exquiſitus ſenſus, ſed durior aliquantò. Plerique Latini interpretantur; Spem vitæ omnem abieci; nam video me letali morbo prope diem conficiendum. Sed certè verbũ originale, (*Maas*) vt aliquãdo diximus, propriè eſt faſtidere, abijcere, ſpernere. quale eſt id Amos 5. *Proieci* (faſtidio) *feſtiuitates veſtras*, & Pſal. 52. *Quoniam Deus * ſpreuit* (faſtidio habuit) *eos*. Ergo hæc deſperatio affert faſtidium quoddam viuendi, tædium, nauſeam, contemptum, atque abiectionem omnis curæ tuendæ vitæ. *Deſperaui*, faſtidio; nihil mirum, ſi ſuſpendium eligam, cùm nulla me vitæ cura, nulla cupiditas tangat; nihil de vltra diutiuſque viuendo cogitem, etiam ſi mihi optio daretur, non vitam ſed quamcunque mortem eligerem. Paulò aliter Septuag. illud *vltra* pro ſempiterno accipiunt, neque incommodè, ex gente voce originali, quę ſæpè vertitur, ſeculũ vel æternum, *Non enim in ſempiternum viuam, vt longanimiter agam.* Alij aliam interpretationem adhibent vtrique lectioni cõgruentem: Cùm *vltra*, id eſt, cum æternum viuere non poſſim, ſed *vt diu ſimẽ viuam, paulo poſt moriendum mihi eſt*, *noli me igitur vltra vexare* ſic Vatabl.

מאס — *Vid. c. 5. v. 17.* — *Iſa. 5. 6.* — *Amos 5. 21.* — *Deſperare, quid.* — *Pſal. 52. 6.* — * Harto ſe de llos, y dieron le en roſtro. — *LXX.* — *Vltra*, pro ſeculo aut ſempiterno. — *Vatabl.*

2 *Parce mihi.* Quidam Latini exiſtimauerunt à verbo Latino *parcendi*, id eſt, ignoſcendi, hic veniam peccatorum precari Iobum. Sed verbum originale (*Chadal*) ſignificat ceſſare, deſinere, abſtinere ab aliquo, à qua radice dicitur, Iſa. 1. *Quieſcite agere peruersè.* & 1. Reg. 12. *Vt ceſſem orare pro vobis.* a qua ſignificatione non eſt omninò alienũ Latinum, *parcere*, quod eſt, parum tangere, atq; ita ab aliquo abſtinere, vt illum cõſerues, aut omninò non tangas. Quare parcere, & perdere contraria ſunt. ſic dixit aliquando Cicero: *Ædificijs publicis ac priuatis ſic pepercit, quaſi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda veniſſet.* & ſic Nonius in verbo, *parcere*, per *ſeruare* exponit, idque affert ex Virgil. lib. 10. Æn.

חדל — Parcere quid propriè. — *Iſa. 1. 6.* — *1. Reg. 12. 23.* — *Cicer. Act. 6. in Verr.* — *Nonius.* — *Virg. 10. Æn.*

Argenti atque auri memoras quæ multa talenta
Natis parce tuis.

Et huius generis illa ſunt, *laboribus*, vel *vita parcere*, parcè aliquid facere. Sic idem Nonius. Marcel. in verbo, *velitatio*, ex Turpilio Lindia. *Compercite verbis velitare* (leuiter contendere) *ad rem redi.* Seruius quidem id Virgilij:

Parcite oues nimium procedere. per *prohibere* explicuit. alij, per *cauere*. Cauete ne nimium procedant. Ergo, inquit Iob, * *Parce mihi*, iam ceſſa, mitte me, vltricem tuam iſtam manum cohibe, à me vexando diutius abſtine, tange me precor parcius, lenius hominem ſic [illegible] tracta, ne me funditùs perdas, conſerua, & tuere moribundum hominem, & in extremum interitum grauiſſimis cruciatibus impulſum. qui ſenſus ex ſequentibus facilè confirmatur, eadem enim originali voce capite 10. dixit: *Dimitte me.* & ſinonymis ferè verbis. *Quieſce paululum ab eo.* & eleganter Sept. *Recede à me.* Polyh. ad proprietatẽ vocis. *Deſine mihi plagas infligere.* idem ferè quod David: *Amoue à me plagas tuas.*

Serv. Eclog. 3. — * Baſta ya ſen [illegible] me vna poca de vena. — *Iob 10. 20.* — *Iob 14. 6.* — *LXX.* — *Polychron.* — *Pſal. 38. 11.*

3 *Nihil enim ſunt dies mei.* Sept. dixerunt: *Vana eſt enim vita mea.* Symmac. *Vanitas ſunt dies mei.* quidam alius interpres, vt Olympio. refert, *vapor ſunt dies mei.* rectè omnia, iuxta proprietatem vocis Hebrææ, de qua ſtatim. Sed, quod ad contextum pertinet, D. Thom. & Caietan. ſic connectunt, Magnam mihi felicitatem pollicetur Eliphaz; ſed illa erit mihi longè maxima, ſi à me tam acriter vexãdo abſtineas & parcas. nam dies mei, vtpotè vani, aliorum bonorum temporaliũ ſpe vacui & deſtituti ſunt. At Oly. Quòd mea vita præ imbecillitate virũ par non ſit ferendis his malis grauiſſimis, neceſſè eſt temperari mea ſupplicia. Alij ſimplicius, vt ex vitæ breuitate deprecetur ſuos dolores, & miſericordiam commoueat. Similem rationem deprecandæ mortis petita ex breuitate

LXX. — *Olympiod.* — *D. Thom.* — *Symmach.* — *Caietan.* — Varij huius ſententiæ nexus. — *Olympiod.*

Pſal.89.3. vitæ proponit David, Pſal.89. *Ne avertas hominem in humilitatem*, (Hieron. in contritionem. propriè, in tenuitatem, miſeriam, pulverem, Ibid.v.4. mortem) *quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna, quæ præteriit.*

4 Nihil, vanũ. הבל הבל Sed quidem quod hic dicitur, *nihil*, propriè eſt *vanitas*, in Hebræo (*Hebel*) a radice (*Habal*) quod eſt evaneſcere, aut vanum eſſe. cuius multæ ſunt rationes, & acceptiones in ſacro ſermone, ut aliquando latiſſimè explicavimus, cum primũ C. Eccleſiaſtæ enarraremus. Sed quod in hunc locũ maximè quadrat, eſt, ut duplici, aut triplici ratione humana vita dicatur *vanitas*, & *nihil*. Primo, quod æternitati comparata nomen aliud non meretur, qua ratione Aug. de quantitate animæ cap.33. Hieron. ſuper id Iſa.24. Attrita eſt civitas vanitatis. Euſeb. ſuper Pſal.38.v.20. Auguſtin. & Hieron. docent creaturas omnes reſpectu divinæ, primæque ſubſtantiæ dici, atque eſſe *vanas*, atque ſi velis etiam *nihil*. Sed in diuturnitate, & duratione, hæc comparatio exprimitur, Pſal. 89. *Quoniam mille anni ante oculos tuos* (tibi propoſiti, tecum, qui æternus es, comparati) *tanquam dies heſterna, quæ præteriit.* (Qua dicendi ratione ſplendor vultus Moyſis dicitur à Paulo *evacuari*, id eſt vacuus, vanus, longè infimus oſtendi reſpectu excellentioris luminis, Nihil, & vanitas ad vitæ brevitatem pertinent. 2.Cor.3.7. quod manet in Chriſto. Poſſet igitur dicere Iob, Quid meam vitam urges, o æternum & immortale numen? an mihi paucos & malos vitæ dies invides, qui ſolus habes immortalitatem? at qui tecum compoſiti, *vanitas* ſunt, *nihil* ſunt.

5 Vanitas, pro mutabilitate Secundò, hanc vitæ vanitatẽ poteſt efficere mutabilitas quædam & inconſtantia omnibus diſcriminibus, atque viciſſitudinibus obnoxia & nunquam in eodem ſtatu permanens. Sicut ad Rom.8.20. Rom. dicitur: *Omnis creatura vanitati ſubiecta.* Deinde explicatur, quod ſit vanitas, *quoniam ipſa liberabitur a ſervitute corruptionis*, mortalitatis, viciſſitudinis, mutationis. hac ratione dicitur: Pſal.38.6. *Vniverſa vanitas omnis homo vivens*, nam hominis Omnium rerũ varietates & mutationes continentur in homine. vitam omnes omnium rerũ mutationes, atque varietates incurrere videntur. Sicut enim omnes in ſe ipſo res, velut mundus quidam, ita omnium mutationum ſeminaria continet: videlicèt cælorum inſtar, cõtinuò movetur, *& nunquam in eodem ſtatu permanet.* Neque movetur tantùm, Iob 14.2. ſed trepidationis etiam motũ octavæ ſphæræ peculiarem, incredibili quadam affectionum animi, propenſionumq́; inæqualitate imitatur & refert, trepidat perpetuò, & *fruſtra conturbatur.* Pſal.38.7. & temere tumultuatur. Sicut Sol, deliquiũ paſſus, obſcuratur, occumbit, occidit. & ſicut Luna mutatur, neque mẽſtrua tantum, ſed diaria etiam patitur decrementa. Sicut elementa actionum contrariarum, atque paſſionũ pugnas in ſe ipſo ſuſtinet, & caloris, frigoris, aliarumque rerum inæqualitates atque moleſtias perferre cogitur. Sicut mixta omnibus cõtrariis expoſitus eſt. Sicut vegetabilia, cùm & ipſe fœnum ſit & flos agri, pendet à ſole, à pluviis, à propitio & amico ſolo, requirit quoque amicorum culturam, & curam peculiarem; indiget cibo: iam languet, iam viret, iam germinat, Senſuum vanitas. iam areſcit. Sicut animalia ſenſitiva, mille ſenſuum ludificationibus atque præſtigiis obnoxius eſt, & ſuæ ipſius phantaſiæ ſpectris atque fallaciis: atque ea quidem in primis maxima ſenſuum vanitas eſt: *Quia non ſatiatur oculus viſu,* Eccleſ.1.8. *nec auris auditu impletur.* quare vacuos, vanos relinqui neceſſe eſt. Homo vero cum ſit, ignorantiis, mœroribus, ægritudinibus, & morbis corporis, & omnis generis cruciatibus atque doloribus obnoxius eſt. Sicut angelus varietati atq; multiplicitati cogitationũ ſubditus eſt, ita homo ſollicitudinibus ſubiacet: *Nam corpus quod corrumpitur aggravat animam, & terrena inhabitatio* Sap.9.15. *deprimit ſenſum multa cogitantem.* Tandem ſi peccato ſerviat, Dæmonem imitatur, qui initium peccati extitit. Sed in eo quoque illum ſuperare videtur, quod non uni tantũ, aut alteri peccato ſed innumeris ſcelerum differentiis ſubiacet: *dies* Humana vanitas reliquas ſuperat *hominis vanitas, & nihil* ſunt, atque univerſitatũ vanitatum, mutabilitatumque congeries, & cumulus.

6 Vita vana, fugax & evaneſcens Tertio, illa eſt humanæ vitæ vanitatis non ultima ratio, quod illi nihil ſolidi ſubſit, ita citò perit & evaneſcit. Et igitur fallax quædã rei evaneſcentis, citiſſime labentis apparentia. Pſal.38.7. ſicut dictum eſt: *Veruntamen in imagine pertranſit homo*, id eſt, nihil habet humana vita verum aut ſolidum, ſed apparens, umbratile, imaginariũ, a qua vanitate dictum eſt *Abelis* nomen: dictus Abelis nomẽ quid ſignificet. eſt enim, *Hebel*, vel *Habel*, id eſt, *vanitas*. Et optima cum ratione id illi nomẽ inditum eſt. nam brevi, id eſt, in florenti adhuc ætate evanuit. cum quia cum primogenito nomen à poſſidendo impoſitum eſſet, *Cain*, dicente Eva: *Poſſedi* Quid etiam Cain. Geneſ.4.1. *hominem*, ut nobis ſignificaret, qualis homo eſſet, qualiſve vitæ humanæ poſſeſſio, qui ſecundo natus eſt, appellatus eſt *Habel*, *vanitas*, *nihil*. Accedit etiam, quod in *Habel*, poſteritatis ſpem nullam parentes illius collocaverant, ipſa nominis impoſitione præſagientes fore, ut citò evaneſceret. Quare Abel nõ ſolum fuit prima Abel, typus viventium. norma mortuorum, ſed viventium etiam omniũ typus, & repræſentatio, ut qui ſint *vanitas*, & *nihil*. Hanc ipſam vanitatem, id eſt, vitæ brevitatem, aſſiduamque agitationem & commotionem animi indicavit, Pſalm.77. cum de iter Pſal.77.33. per deſertum agentibus loquitur: *Defecerunt in vanitate* (breviſſime) *dies eorum, & anni eorum cum feſtinatione* (cũ perturbatione, trepidatione, tre- Vanitas, velocitas. more, inſtar feſtinantiũ trepidãtes aufugerũt) ita vita noſtra, dum trepidat, dũ tremit, & turbatur, feſtinat, fugit, labitur. Quanquam vel in eo miſere ſe ipſos improbi fallũt, quod neſcio quam ſibi vitæ huius caducæ non diuturnitatẽ tantùm, ſed æternitatem quoque promittant. ut dictum eſt de impiis divitibus, Amos 6. *Pu-* Amos 6.5. *taverunt ſe habere vaſa cantici.* nimirũ conſtantem firmamque, tum quæ ex cõcentu vocum & cytharæ, tũ quæ ex aliis rebus percipitur, voluptatem ſibi pollicẽtes. in quos illud conveniat, Horat.lib.1. epiſt.2.

Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, &
Ad ſtrepitum cytharæ ceſſatum ducere curam.

LXX. Quod Septuag. illuſtrarunt legentes: *Quaſi* * *ſtantia putaverunt, & non quaſi fugientia.* quo loco omnino legendus eſt Hieron. * Penſaron q eſtavã ſus cõtentos de aſiento. Hieron.

7 Laudatus vulgatus. Sed quod (*nihil*) hoc loco verterit Latinus interpres, videlicèt ut omnes vanitatis rationes unica voce atque ea ſignificantiſſima comprehenderet, iure laudandus eſt; tum etiam ut

Quare vita humana dicitur nihil.

omnes humanæ vitæ appellationes, quæ breuitatis ſunt, vnico hoc nomine, quo nihil eſt inanius, concluderet. Nam ſi gradatim ſurſum verſus aſcendamus, in nihilo tandem ſiſtendum eſt. Et quidem licèt, vita humana dicitur, *quies*, ceſſatio, finis, vt indicetur breui finienda, de quo nomine nuper diximus, atque id ſibi notum fieri precabatur Dauid: *Notum fac mihi Domine finem*, (id eſt, vitā ipſam breuiſſimā, quę quod citò finiēda ſit finis ipſe appellatur) *meum, vt ſciam quid deſit mihi*. propterè, vt ſciam quam temporalis ſim. Sed tamen certa vitæ humanæ & durationis menſura, aut breuitas hinc non cognoſcitur. Primo itaque *ſæculum* dicitur, Pſal.99. *Sæculum noſtrum in illuminatione vultus tui*. ſic Pſal 74. *Annunciabo in ſæculum*. & Pſal. 118. *Ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem*, id eſt, quamdiù vixero. *ſæculum* autem hoc, aut *æternum* tantum eſt ſpatium centum annorum: vnde ludi ſæculares dicebantur, qui centeſimo quoque anno fiebant, quia ſæculū ad centum annos extendi exiſtimabāt. vt Feſtus Pompeius lib.17. auctor eſt. Quanquā alij multo breuiori annorū periodo ſæculum circumſcripſerunt. & Galli quidem triginta tantū annos ſæculo dabant, vt obſeruauit Seruius ad id 8. Aeneid.

Iſa 38.
Vita humana quies & finis.
Pſal.38.5.
Pſal.99.8.
Vita humana ſęculū centum annorum numero definita.
Pſal.74.10.
Sęculū quot annis collet.
Pſal.118.112.
Ludi ſæculares.
Feſtus Pomp. lib.17.
Seru.8.Aen.

Sed mihi tarda Gelu, ſæclisque effœta Senectus.

Sed deinde homini præfinitur ſpatiū non centum, ſed 70. aut 80. annorum, hique tantum *Potentatibus*, Pſal.89. id eſt, potentibus, atque valentibus firma corporis valetudine. Sed ex his octoginta annis *amplius*, id eſt, melius, excellentius *labor eſt & dolor*. Ex breuiſſima enim vita penditur vectigal mille laborum, quod ad morbos, & valetudinis mille impendentes caſus pertinet. ſicut ſcriptum eſt, Eccleſiaſt.30. *Melior eſt pauper ſanus & fortis viribus, quam diues imbecillis & flagellatus malitia*. Et iterum: *Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis*. quod quamuis ad pretium omnibus diuitijs pręſtantius, quod in bona corporis valetudine poſitum eſt, referatur, tamen illud quoque veriſſimum eſt, nullam eſſe grauius aut moleſtius tributum, aut cenſum, quam quod pro conſeruanda valetudine, & producenda vita impēditur, aut quod de ipſa valetudine morbis & ægritudinibus penditur. Quanquam iniquo hoc tributo, & cenſu liberare nos conetur Apoſtolus dicens: *Fratres debitores ſumus non carni, vt ſecundùm carnem viuamus*.

Pſal.89.10.
Eccleſ.30.19. verſ.16.
Vectigal & tributum morborum.
ad Rom.8.12.

Sed non iam *anni*, ſed *menſibus* conſtare dicitur humana vita; qui enim annum dicit, longiuſculum aliquid ſignificat. Sic appellat Iob, cap.14. *Numerus menſium eius apud te eſt*, niſi illos annos humanæ vitæ tribuas, qui non magni anni dicerentur, id eſt, duodecim mēſium, ſed ſed vel decem tantùm menſibus conſtantes, vt apud primos Rom. vel quatuor, vt apud Archades: vel tribus tantùm, vt apud alios barbaros vel etiam vno tantùm, vt iterum apud Archades numerandi & cōponendi conſuetudo fuit referente Plutarch. Macrob. & Plinio.

Vita humana menſibus conſtat.
Iob 14.5.
Quot menſibus cōſtabat annus apud Romanos. Arch & alios Barb.
Plut. in Numa. Macrob.1.Satur.c.12. Plin. lib.7.c.48.

Sed quid menſes, cùm non niſi *dies* frequentiſſime in ſacro ſermone nuncupentur, & illi quidem *pauci & mali*: atque adeò pauci, vt digitorum numerum non videantur excedere, neque maius aut longius ſpatiū componere, quā quod palmo, id eſt, quatuor digitorum menſura per digitos numerari & percurri poſſit? Pſal.38. *Menſurabiles poſuiſti dies meos*. Hebraicè ** Palmares*. Hieron. *breues*, breuiſſima menſura comprehenſos. Symmach. *vt Palmum poſuiſti dies meos*. Non quidem dodrantales, id eſt, duodecim digitorum, ſed quatuor tantùm. Nam triplex eſt palmi conſideratio. prima, quæ menſura conſtat *a primo pollice vſque ad minimum digitum*. Sic definiente Iſidoro. aliæ duæ pertinet ad numerum digitorum. Nam, vt Budæus ait, duplex eſt palmus; maior duodecim digitorum; qui Latinis dicitur *Dodrans*: minor digitorum quatuor, qui Græcis dicitur *Paleſtes*. & non de *Dodrante*, ſed de *Paleſta*, intelligi Euſebius & Didym. docent. Quamquam illud etiā obſeruant, dici: *Dies palæſtes*, id eſt, contentioſos, in certamine, lucta, certationibus poſitos.

Pſal.38.6.
* Que ſe pueden contar por los dedos y medir a palmos.
Symmach.
Iſidor. lib.2. Diſſe.c.58.
Bud. de Aſſ.
Euſeb. & Didimus ſuper Pſal.38.
παλαιστοί.

Sed neque dies quidem plures: nam vnicum tantum naturalem diem hederæ Ionæ, quæ ipſiſſima humanæ vitæ breuitatis imago erat, præfiniuit Deus conſtantem diē & nocte, ſicut dictum eſt. *Sub vna nocte nata eſt, & ſub vna nocte periit*. Fortè enim iam ſemen, atque radix illius hederæ in eo ipſo loco, in quo Ionas ſedebat, pręcedente nocte diuina munu, & occulta ſata fuerat, vt mirabilior & ſolicitior diuina prouidentia erga hominem cognoſceretur. Deinde verò ingraueſcente iam ſole & æſtu (laborauerat enim Ionas) inſperatum accepit incrementum, vt protegere illum poſſet, &: *Parauit Deus vermem aſcensu diluculi in craſtinum, & percuſſit hederam, & exaruit*. Sed potius dixeris diem eſſe artificialem, qui, cum maximus & longiſſimus eſt, quindecim horis abſoluitur, & cum ſole oriente incipit, cum occidente quoque finitur. Sicut dies quotidiani mercenarij, qui cum *ortus eſt Sol, exit ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſq. ad veſperam*. Itaque neque amplior, neque diuturnior eſt humana vita, Pſal.89. *Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat, & tranſeat; veſperè decidat, induret, & areſcat*. Vbi obſerua, quod dicitur *mane tranſire*, fortè illud eſſe, *amplius eorū labor & dolor*, videlicet matutinum florem non niſi breuiſſime conſiſtere. Hiero. *Manè floruit, & abijt, ad veſperum conteretur, atque ſiccabitur*.

Ion.4.v.6. & deinceps.
Pſal.103.23.
Pſal.89.6.
verſ.10.
Pſal.87.10.
Hieron.

Verùm quindecim quoque horæ non breue ſpatium Dauidi viſum eſt, cùm ternas tantùm ille horas concedat, *Et cuſtodia* (inquit) *in nocte*. Nocturnæ quippe vigiliæ ternis horis conſtabant.. Quod ſi hoc quoque longius videatur, audies Paulum dicentem: *Momentaneum & leue*. & impios illud tandem veriſſimū profitentes: *Nos nati continuo deſiuimus eſſe*. Quid verò hoc manius aut fugacius loquela ne, an cogitatio? His quoque mortalium vita ſimillima eſt: *Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur*, id eſt, æſtimabuntur, ſicut opus & tela araneæ, quæ leuiſſimo impulſu diſrumpitur. Hebraicè, *Sicut * loquela*, vel *cogitatio*. Hieronym. *Conſumpſimus annos noſtros quaſi ſermonem loquens*. Cogitatio autem aſſertur in illo verbo *meditandi*, quod nos habemus ex 70. Quamuis Vaticani legant: *meditati ſunt*, eodem ſenſu, quo nos; quaſi dicat: Non videntur eſſe

Vita humana artificiali die anguſtior
Nocturnæ vigiliæ ternis horis.
2.Cor.4.17.
Sap.5.13.
Pſal.89.10.
*Paſaſe la vida en vna palabra, y en vn penſamiēto.

aliud noſtri anni, quam ſi tantùm eſſent cogitati, aut meditati, non re ipſa exiſtentes. Sed multo quoq; minorem aut exiſtentiæ rationem, aut durandi diuturnitatem ineſſe mortalium vitæ, etiā ſi non ſolum duplo, ſed decies aut duodecies annorum numero diuturnior eſſet, agnouit qui dixit: *Mille anni ante oculos tuos, tanquam* Pſal. 89. 4. *dies heſterna, quæ præteriit.* nam cū præterita non ſint, ſed tātum fuerint, illud plus habent, quam nihil, quod aliquadiu viuant in hominum memoria. Sed neq; hoc quidem voluit eſſe Iobus noſter, cum dixit, *Nihil ſunt dies mei.* quam veriſſimam vocem non ſemel poſtea vſurpauit Dauid concinens, *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni* Pſal. 89. 5. *erunt*, & iterum, *Subſtantia mea* (Hieronym. vita mea) *tanquam nihilum ante te.*

XVII. Quid eſt homo quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum?

1 *Particula Quia in Hebræo. Magnitudo, aut magnificatio ad honorem.*
2 *Proponitur dubitatio, quomodo honorificè ducat ſuam ſortem Iob. prima & ſecunda reſponſio. Hominis probatio in ipſius honorem, & Dei gloriam redundat ex Paulo & Petro.*
3 *Tertia reſponſio, certare Deum cum homine, honorificum.*
4 *Duæ aliæ opportuniores, & veriores reſponſiones.*
5 *Quid cor. Quid apponere cor. Homo peculiari Dei prouidentia cuſtoditur. explicati Salomon, Daniel, Paulus.*

1 אנוש
QVantulacunq; res *homo*, (Enos, miſellus) *eſt*, vt cæterorum quaſi oblitus, huius tantum memor ſis, illumq; magni facias, magnum facias, *quia magnificas*, id eſt, vt illius rationem ducas, tanquam ſit aliquid magnum, vt magnifacias magnum facias. Particula eadem, quæ vertitur, *quia*, aliquādo valet idem quod *vt*. Sed cùm *magnitudo* hæc tum ad diuitias, tum ad honorem referri poſſit, certe de honore tantum hoc loco accipi videtur: non enim poteſt aliter conuenire in ipſum Iob.

Particula Quia in Hebræo valet, vt.
כי
Magnitudo ad diuitias & honorem.

2
Sed qua ratione ſe, qui omni ærumna, & contumelia affectus ſit, nunc dicat honore acceptum à Deo, non eſt omnino facile explicatu. Et primo quidam accipiunt de ipſis laboribus & ærumnis, quas Iob ingentis beneficij & honoris loco ducat; quaſi dicat; Indignus homo eſt, quem patiendi, & honorificam coronā merendi, & obtinendi oblatis occaſionibus, illatis etiam ærumnis extollas, & magnifices: ſed non quadrat. Secundo paulo ſublimiùs de ſua per ærumnas probatione, atq; ingenti Dei honore & gloria ex hominis tolerantia cōſequuta; quaſi dicat; Vilis, ineptaq; valdè materia homo eſt, vt qui fragilis ſit & vitreus, in quo tuæ potentiæ atq; fortitudinis ſpecimē prębere velis: ne mihi rem tacam, meisq; viribus imparem concrede, ò Deus, nam humanæ imbecillitatis ſum mihi ipſi bene cōſcius. Ne precioſiſſimum theſaurum condas in vaſe fictili, ne fortè non in honorem, ſed in contumeliam tādem fiam. Sanè verba tum dolore, tum animi lenitate, atque demiſſione mirabiliter tēperata. Sed huic conqueſtioni reſpondet Deus ſuæ etiam potentiæ bene conſcius; *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus* (mea) *in* (tua) *infirmitate* perfecta declarabitur. 2. Corin. 12. 9. Quod ſi rem longe grauiſſimam committo homini fragili, & teſteo vaſi, *ſublimitas erit meæ virtutis, & non ex te.* 2. Corin. 4. 7. Simili reſponſio acceptio Paulus æquanimior factus ait, *Libenter gloriabor* (honori, enim & gloriæ mihi ſunt) *in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti*; quare magnificatur homo, cum Deus, vt Paulus dicebat, *Magnificatur ſiue per vitam ſiue per mortem in corpore hominis.* Philip. 1. 20. &, vt Petrus ait, *Cùm id quod eſt honoris, potentiæ, & virtutis Dei ſuper nos requieſcit.* 1. Petr. 4. 14.

Quomodò Iob honori ducat ſuam extremam ſortem.
Prima reſpōſio minus commoda.
Secunda reſponſio, probatio hominis redundat in Dei honorem.

3
Tertio, quod ait Olympiodor. vel ex hac vna re hominis præſtantia, quam à Deo adeptus eſt, declaratur, quòd eius vindex & vltor Deus eſt. Quod pœnas ab eo expetis (inquit Iob) illum ipſum, aliquid eſſe, certum eſt argumentum. Tum etiam quod illum quaſi ad ſingulare certamen prouoces, & ingenti malorum & dolorum exercitu aduerſum illum pugnes, vtque contento brachio illum deijcere & proſternere coneris, tanquam hoſtem aliquem potētiorem, à quo tibi cauendum ſit, profecto honorificum homini exiſtit. Verum tantam fortitudinis, aut certaminis tecum initi laudem miſellus ego, & imbecillus homuncio neque mereor, neque quæro, neq; ſuſtentare diutius potens ſum.

Olympiod.
Tertia reſpōſio, honorificū homini exiſtere quod pœnas ab illo exigat Deus.

4
Cæterum duas alias ſimpliciores reſpōdendi rationes indicabo, primam, vt prima hæc pars nectatur cum ſequenti; *Quid eſt homo, vt illum magnifices apponendo erga eum cor tuum*, vt res eius cures, & actiones omnes diſpicias &c. vt in ſequentibus explicat, quàmuis enim Deus mortalia curet, adeoq; res minimas habita ratione ſuæ benignitatis, & miſericordiæ; tamen non eſt hæc Iobi ratio cōtemneda. in quo audacius, quam par eſſet, Vatablus dixit hoc Iobi argumentum debile eſſe, cum potius ſit digniſſima homine ſapiente eiuſmodi admiratio & conſideratio diuinæ prouidentiæ, & curæ rerum omnium humanarum. Secundus ſenſus, vt ad honores & diuitias pertineat: cęterum longe alia ratione, quam Latinorum interpretum. Si tam vilis, & abiectæ conditionis homo eſt, atque in has ego ipſe miſerias eram à te aliquādo coniiciendus, quorſum in me ſeruando, & locupletando tuam operam poſuiſti, tuamq; prouidentiam oſtendiſti? Quare me ad eam fortunam euexiſti, in qua perſiſtere non poteram? Similis illa Dauidis interrogatio aut expoſtulatio; *Domine quid eſt homo, quia innotuiſti ei* (id eſt, quia te illi præſentem exhibes? Hieronym. *Quia agnoſcis eum.* propriè ex Hebræo, *Quia curas eum*) *aut filius hominis, quia reputas eum?* Aug. *Aeſtimas eum.* Hieronym.* *Computas eum.* Deinde ſequitur; *Homo vanitati ſimilis factus eſt* quaſi dicat, Qui tam facilè è ſublimi deijci poteſt, quorſum euehis, & in ſublime collocas? qui ſenſus reliquis præſtat.

Propoſitæ difficultatis ſolutiones magis opportunæ.
Vatabl.
Explicatio difficultatis germanior.
Pſal. 143. 3.
Hieronym.
Auguſt.
Hieron.
*Que hōbre ſoy yo para que hagays quēta de mi.

5
Aut quid apponis erga eum cor? Ex multiplici ratione *apponendi cor*, orta eſt multiplex etiam acceptio huius partis. Nam quidam ad iram & contentionem referunt; quo etiam modo videtur accipi infra. c. 34. *Si direxerit* (appoſuerit) *ad eū cor ſuum*, ſignificatio quidem infrequens in

Apponere cor quid.
Iob. 34. 14.

ſacro ſermone. Germanius & frequentius eſt, vt ad mentem & cogitationem pertineat, atq. idem ſit quod attendere, obſeruare, curare. Sic dicitur Eccleſiaſt. 3. *Mundum poſuit in corde eorum.* quod interpres reddit, *mundum tradidit diſputationi eorum.* Plura diximus ſuprà c. 1. Nam *cor* in ſacris eſt intelligentia, mens, conſiliú, memoria, rerum agendarum prudentia, & ſcientia; quæ non rarò dicitur *cogitatio cordis.* Ergo videtur Deus hominem magnificare, cùm in eo cor ſuum, intelligentiamq. defigit, & quotidianas eiuſdem rationes, & actiones accuratè cognoſcit, & examinat; cetera enim non tam inſpicere, quam deſpicere videtur, dicente Paulo, *Numquid de bobus cura eſt Deo?* Simili ratione ait infrà *Dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?* Sed fortè etiá hæc *cordis appoſitio* ad voluntatis propenſionem, & charitatis ſigna exhibita pertinet; ſicut etiam aliquando accipitur, *Ponere in corde*: qua ratione aliqui explicant id Eccleſ. 3 ex Hebr. *Mundum poſuit in corde eorum,* quod cupiditatem res naturales cognoſcendi indiderit mortalibus Deus. Inde *omnis homo naturaliter ſcire appetit.* Similiter id Daniel. 5. *Cor eius cum beſtijs poſitum eſt.* id eſt, cupiebat verſari cum beſtijs. Beneuolentiam etiam quandam affert id Prouerb. 27. *Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſq; greges conſidera.* Hebræ. *Appone cor tuum ad greges.* Certè ad amorem allicit poſſidendorũ gregum, atq; dehortatur ab aliarum diuitiarum, quæ non naturales ſunt ſtudio & ſolicitudine. Quare illud, *agnoſcere, & conſiderare* erit, amicè & beneuolè inſpicere, & prouidere. Non aliter; Quorſum homini, qui non multo poſt repulſam à te laturus erat, tam præclara, tamq; multa beneuolentiæ & charitatis ſigna exhibuiſti?

Eccleſ. 3. 11.
Vid. c. 1. v. 8. nu. 1. & 4.
Cor in ſacris
1. Corint. 9. 9.
Iob. 14. 3.
Apponere cor, ad voluntatem, ſeu voluptatem pertinere.
Eccleſ. 3. 11.
Ariſt. 1. Meta.
Dan. 5. 21.
Prouer. 27. 23

XVIII. Viſitas eum diluculo, & ſubitò probas illum.

1 *Viſitare in pœnam, frequẽter in ſacro ſermone. Item pro requirere, & recenſere.*
2 *Diluculum ad primam curam, & occaſionem non prætermittendam Manè pluraliter dictum.*
3 *Viſitare in bonum.*
4 *Examinatur lectio Græcorũ. Subitò ex Hebræo pro aſſiduè.*

1 V*iſitas.* Alij in malũ accipiũt, *Viſitas in virga,* flagellas. Frequenter in ſacris, *viſitare* ſcelera, & peccata: qui Hebraiſmus ſolet & illuminari ſolet à Vulgato infrà cap. 35. *Nunc enim non infert furorem* Hebr. *Non viſitat.* Exod. 34. *Reddis iniquitatem patrum filijs ac nepotibus.* Hebræ. *Viſitans.* Vel, vt ad curam, examen, rationemq. exigendam pertineat: nam verbum originale, eſt etiam *requirere*, percenſere, curã habere, vel rationem exigere. Vnde dicitur 2. Regum 3. *Tu* requiſiſti in me, quod argueres pro muliere hodie.* Inde ad numerandum transfertur, & ad eam curam, quam præfecti alicuius operis habere ſolent. 1. Reg. 15. *Recenſuit eos quaſi agnos* igitur; Diluculo me viſitas, *virgam tuam vigilantem,* manicantem, antelucanam ſemper experior; Hæc te prima cura mei flagellandi, & requirendi tangit. *Di-*

Viſitare in malum & pœnam.
Iob 35. 15.
Exod 34. 7.
Viſitare, requirere.
פקד
2. Reg 3 8.
*Andays buſcando de q a ſit.
1. Reg. 15. 4.
Ierem. 1. 11.

2 *luculo,* manè, ſemper, diligentiſſimè, Ieremiæ. *De manè conſurgens* ad primam ſolicitudinem pertinet, vt initium diei pro integro die accipiatur: ſic Iob; Deus exorta luce agendi initium capere videtur à me vexando, & ratione exigenda. Vel, vt ad occaſionem nunquam prætermiſſam referatur, *Manè me viſitas,* tempeſtiue occaſiones captas me vexandi, ſicut id Pſalm. 142. *Auditam fac mihi manè* (cito, tempeſtiue) *miſericordiam tuam.* Hoc autem loco pluraliter habetur in ſingulis diluculis. ſic etiam pluraliter Pſalm. 72. *Et fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis.* id eſt, quotidie, ſingulis diebus, & diluculis, aſſiduè, ſemper, nulla ſolũ dies flagello & ſupplicio vacat. Sic etiam Septuagint. viſitationem hanc ad nocturnos dolores retuliſſe videntur, qui neceſſariò illum ad vſque diluculum in quaſi tormentum cruciarent, *Num viſitationem eius facis vſque manè?*

Ierem. 35. 14.
Diluculò de occaſione nunquã prętermiſſa
Pſ. 142. 8.
Manè pluraliter dictum.
Pſal 72. 14.
LXX.

3 Sed præſtat, vt *viſitare* accipiatur in bonum. quem ſenſum Olympiod. quoque agnouit. Sicut Geneſ. 21. *Viſitauit Dominus Saram.* (viſitauit Deus vos) Exod. 3. *Viſitans viſitaui vos.* & paſſim alibi. Sic ergo manè, ſemper, nunquam non me viſitaſti, nullam benè de me merendi occaſionem prætermiſiſti; ſingulis diluculis, quotidie recentibus, atque præclaris beneficijs me cumulaſti. hæc te prima cura mei tuendi, & quotidie amplificandi tangit. an iam verò tot beneficiorum oblitus me perdis?

Viſitare in bonum.
Olympiod.
Geneſ. 21.
Exod. 3. 16.

4 *Et ſubitò probas.* Olympiod. hæc accipit de examine, & ratione in iudicio reddenda. Sequitur enim *in requiſ iudicabit eum?* quaſi dicat; Quorſum nunc me in iudicium vocas, cum breui in morte, quæ mihi inſtat, exploraturus ſis, qualis fuerim, qualiſq. vixerim? Niſi fortè illud, *momento*, ſignificet, Deum quaſi per otium dies integros Iobi examini, & quæſtioni impendere. vt aliqua ex parte cum Hebræo conſentiat, quod (vt ſic tum dicam) integros pene dies, & momenta ſingula in Iobo probando inſumere Deum ſignificat. Sed Latini ſimplicius, *ſubitò*, repetè; tum etiam aſſiduè, propriè, ex Hebræo, ſingulis pene momentis, atq. minutis *hominem*, me probas; per cruciatus incredibiles meas vires, meamque patientiam exploras, cum vix me comparare potuerim ex nocturnis doloribus ad nouos diurnoſque congreſſus, me oppugnas, atq. adoriris *ſubitò*: non videris mecum ex æquo agere, ſed quaſi per dolos, & repentinas belli aggreſſiones me inermem & imparatum adoriris. Quorſum igitur, cum *apud te nulla ſit tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio*, id eſt, nulla tuæ luci & ſplendori vmbra, aut obſcuritas per vices ſuccedat, me tamen primo manè, oriente luce colluſtratum, ſubitò nunc in tetras conijcis tenebras? Eleganter ex fortunæ ſuæ viciſſitudine, tum præſentẽ calamitatem amplificat, tum diuinam miſericordiam commouet.

Olympiod. LXX.
Subitò quid in Hebrę̃o. רצעים
Iacobi. 1. 17.

XIX. Vſquequo non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam ſaliuam meam?

1 *Parcere hoc loco quid.*
2 *Quid dimittere. Manus Dei aliquando in bonum, aliquando in pœnam.*

in pœnam. Illuſtratur Salomon. Lectio Vaticana.

3 *Quid deglutire ſaliuam. Variæ interpretationes, & ſignificationes. Explicatur Iſaias.*

4 *Illud ad morbum faucium ſpectare.*

1 עֵינֶת *Parcere* quid LXX.

PArce. Hoc loco eſt à radice (*Sagbah*) quæ eſt recedere, vel diuertere ab aliquo, dimittere, aut remittere. Septuag. *Vſque-quo non ſinis me?* ergo ait: Quouſq; non recedes à me vexando? eſt etiã conuertere in aliquem oculos, vel auertere, blãdè, benignè, amicè aſpicere. ſicut Gen. 4. ab hac radice dictú eſt. *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autẽ non reſpexit,* Quouſq; (igitur) nõ auertes à me iratos oculos? quouſq; blandos, & benignos non conuertes?

Geneſ. 4. 4.

2 רָפָה

Ne dimittis me. Hoc loco *dimittere* eſt (*Rapagh*) quod eſt dimittere id, quod tenet ligatú. Quare etiam eſt laxare, ſoluere, diſſoluere, liberũ ſolutumq; dimittere, remiſsiùs & mollius cũ aliquo agere: vnde ille qui ſolutus, & laxatus eſt curis & ſollicitudinibus, atq; per otiũ vacat & deſidet, hoc etiã verbo explicatur, vnde dicitur Iob 12. *Eos, qui oppreſſi ſunt, eleuat.* nempe, vinculis & onere deprimente, & dimittit liberos. hæc autẽ diuina manus arctè tenens & comprehendens aliquid, aliquando eſt in bonũ ſortè. *Non dimittam, nec derelinquam te.* arctè videlicet illum complectebatur. Hic verò in malũ & pœnam illius, quem Deus conicit in anguſtias, & conſtringit doloribus, *Dimitte me*, remitte vincula, laxa dolores, diſſolue funiculos cruciatuũ (*no me aprietes tanto los cordeles.* Sed non ideò mollis & *diſſolutus* eſt vir patientiſſimus *in opere ſuo*, neque ipſe ſibi vincula atque dolores tentat remittere per animi impatientiam, ſed à Deo remitti, & laxari poſtulat; quod dolentis tantum eſt, non diſſoluti. Nam de impatiente dictũ eſt. *Si deſperaueris laſſus in die anguſtiæ, imminuetur fortitudo tua.* Quo loco, *laſſus* ab hac ipſa radice *remittendi*, atque laxandi dicitur. Vnde quamuis omnino videtur expungenda illa quorundam codicum lectio, quæ habet *lapſus*, atque præferenda Vaticana, *laſſus*, ſed tamen Complutenſes, *laxus*, legendum exiſtimant, quaſi dicas, diſſolutum, remiſſum. vt ſit elegans quædam vocum ſenſuſq; colluſio, non ſolùm inter verbum *minuenti*, & *anguſtiam*, quaſi dicat, Qui impatiens in anguſtia eſt, anguſtam habet fortitudinem (eſt enim vtriuſq; vocis radix eadem) ſed vt nomẽ *laxi*, aut diſſoluti, anguſtiæ reſpondeat. Qui per impatientiam laxus eſt, animoq; diſſoluitur, cum illum Deus calamitatis alicuius vinculis conſtringit, huius fortitudo valde ſtricta, & compedita eſt. Ait itaq; Iob, Licet minimè ſim animo remiſſo, ſed tu, ô Deus, quàm breuiſſimum mihi ſpatium ad animi remiſſionem & laxitatem concede, ac me ſolue doloribus.

Iob. 12. 21.

Diuina manus in bonum. Iſue. 1. 5.

Manus Dei in pœnam.

Prouer. 24. 10

Lectio Vaticana.

Complutenſes in Lexico.

3 *Vt glutiam ſaliuã meam.* Aliqui exiſtimant hoc dictum hyperbolicè, & prouerbialiter, quaſi dicat; Neque reſpirandi mihi facultatem concedis. Albertus potiùs argutè & phiſicè, quàm ſolidè dixit, Dimitte me, vt guſtum aliquem huius vitæ capiam: namq; guſtus fit media ſaliua, quæ cum ſapore commixta organum guſtus, palatum, fauceſq; perfundit. Polychro. D. Thom. Caietan. tempus breuiſſimum intelligunt, quantum ſufficit ad traijciẽdam ſaliuam.

Albertus.

Polychron. D. Thom. Caietan. Polychron.

Illud peculiare Polychron. addit, idem accidere ſolere morientibus; fortè intelligit moribundos, cum agunt ore ſpumas, & neq; poſſunt vel excernere ſputa, vel deglutire. Iam (ergo inquit) eo vſq; deueni, vt os gutturq; moribundi habeã. non enim *me dimittis vt ſaliuam deglutire* poſſim. Non omnino diſſimile videri poſſet id Pſal. 38. *Remitte mihi, vt refrigerer*: nam ſaliua, ex medicorum ſententia, ad humectanda & refrigeranda pectus & viſcera æſtuantia valet. Remitte ergo mihi, vt refrigerer, vt *glutiam ſaliuam meã*. Poſſet quoq; periphraſis eſſe facultatis ad loquendum poſtulatæ; nam qui loquuntur, ſaliuas ore agunt, & vel expuunt frequenter, vel (quod eſt vrbanius) deglutiunt frequenter illas, quaſi dicas; Liberum mihi loquendi, & conquerendi ſpatiũ concede. Alij circulocutionem ſilentij eſſe placuit: cum enim deglutitur ſaliua, intercipitur oratio, neque omnino vox formari poteſt. Coges itaq; me perpetuò conqueri, ceſſare à lamentis, vel momento non poſſum, neq; tunc quidẽ, cum traijcio ſaliuam; ita nunquam à doloribus vaco. Diuerſa, ſed perſimili ratione, aſsiduitatem ſupplicij expreſſit Iſaias cap. 30. *Erit tranſitus virgæ fundatus quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum.* id eſt; virga aut flagellum, quod ſemel inflictũ fuerit, nunquam dereli[n]quitur, vel ſtilo breuiſſimo temporis momento, quo flagellum eleuatur, non erit expers ſupplicij; hærebit tergo.

Moribundi ſignum non poſſe deglutire ſaliuam.

Pſal. 38. 14. Saliua refrigerat & humectat.

Glutire ſaliuam loqui volentis.

Iſai. 30. 32. * Dei primer golpe ſe le q dará el aceté pegado à las eſpaldas.

Non omnino hæc, quæ diximus, à præſenti loco aliena. Sed tamen Philip. & Beda hæc, vt ſonant, accipiunt, referuntq; ad ſynanchem, vel anginam, aut tumorem fauciũ & tonſillarum, quo præcluſis vijs vix poterat deglutire ſaliuã, aut ſpiritum trahere. diximus de hoc morbo nu[...] cap. 2. Et quidem illud verbum *dimittendi* poſſet ad illum tumorem faucium referri, quaſi dicat; Conſtrictum me tenes, & quaſi laqueo in collum iniecto me ſtrangulas. Ad amarum quoque aut putre ſputum hoc etiam loco vſi ſumus, cum de morbis ageremus; quò omninò recurrendum eſt.

Philip. Beda.

Vid. c. 2. in enumera morborum. ſect. 5. nu. 2. 3.

Illud tamen non prætermittendũ, integram hanc ſententiam non tam dolenter & deprecanter, quàm interrogantèr accipi ab auctore Catenæ; *Hoc* (inquit) *tanè ſupplex ſcire amat, quamdiu ſit illi in cruciatibus manendum. vtrùm, quo ad vtilia ei fuerit ampliùs ſpaciũ, loquendive facultas?* leniter quidem & piè, ſed non omnino congruenter.

Nicetas.

XX. Peccaui. quid faciam tibi, ô cuſtos hominum? Quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi grauis?

1 *Cuſtos ex Hebræo, vel conſeruator, vel explorator. Deus humanarum actionum explorator.*

2 *Facere quid, ad ſupplicium vel damnum inferendum pertinere. [illegible]*

3 *Contrarium, quid propriè.*

4 *Expenditur lectio Græcorum. Onera proijcienda in Deum quomodo, ex Dauid.*

Verbum

1 [נצר] VErbum (*naſar*) ſignificat cuſtodire, vel
ſeruare ſedulò, & diligenter. Deut. 32. *Cu-*
ſtodiuit, quaſi pupillam oculi ſui. Prouerb. 22. [Deut. 32. 10. Prouer. 22. 5.]
Cuſtos animæ ſuæ. Hic ergo *cuſtos hominum*, poterit [Cuſtos animæ, vitæ conſeruator.]
dici, ſeruator hominū. Ex officio ergo ſeruato-
ris miſerationē commouet ſui pene iam perdi-
ti, milleq́; modis male habiti. Sed melius qua- [Cuſtos pro ſpeculatore.]
drat ſenſus alter, ſignificat enim eā cuſtodiā,
quæ cū obſeruatione quadā, atq; ſpeculatione
coniuncta eſt: qualis eorū, qui in ſpecula, aut
in turri vel munitione aliqua obſeſſa ab hoſti-
bus eſſe ſolet. Sic Nahum. 2. dicitur, *Cuſtodire obſi-* [Nahum. 2. 1.]
dionem, id eſt, qui cū obſideat vrbē, ſimul etiam
ſpeculetur atq; exploret, qua parte expugnāda
& capienda ſit; atq; omnino obſeruet, ne quis
effugiat. & 4. Reg. 17. dicitur *Turris cuſtodum* (*la* [4. Reg. 17. 9. & 18. 8.]
torre de las atalayas) Sic poteſt dici Deus *cuſtos*, id eſt [De[*] humanarū actionum obſeruator diligentiſſimus.]
diligentiſſimus atq; attentiſſimus obſeruator,
& ſpeculator omniū humanarum actionum,
nā de cœlo, tanquā de ſublimi ſpecula *Reſpexit*
ſuper filios hominum, & oculi eius contemplantur bonos, [Pſal. 32. 13. Prouerb. 15. 3.]
& malos. Quē ſenſum Septuag. quoq; expreſſiſſe
videntur legentes, *Qui ſcis mentes hominū*: quod vi- [LXX.]
detur coniunctū eſſe cum iudicis officio. Nam
Daniel. 4 iudices dicuntur, *Vigiles*. Cum iudice [Daniel. 4. 14.]
ergo loquitur Iob, *Peccaui*, eſto peccauerim,
atq; a recto aberrauerim, vel vitæ anteactæ o-
2 peribus, vel his nunc recentibus querimonijs,
Quid[*] *faciā tibi?* Septuag. *quid potero facere?* Olym- [LXX. Olympiod.]
piod. ex Hebræo. *Quid tibi*[*] *nocui, aut quid te læſi?* [* Yo b. en puedo auer ſido vn malo, pero à vos que mal os puedo auer hecho?]
Videris enim quaſi læſus, vindictā a me repoſ-
cere: non enim ſoles tam acriter de ſontibus
pœnas exigere, niſi vbi tuæ maieſtatis læſæ rei
fuerint. Sic etiam eadem locutione, eodemque [פעל]
faciendi verbo nocumentū aliquod ſignificatur [Facere pro nocere.]
infrà c. 35. *Si peccaueris, quid ei nocebis? & ſi multipli-* [Iob. c. 35. 6. & c. 22. 17.]
catæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? &
c. 22. *Quaſi nihil poſſet facere Omnipotens, æſtimabant eū.*
Alij, & fere communis Latinorum, Quid face-
re poſſim, vt te mihi placatū, propitiumq́; red-
dam? aut quomodo tibi pro vllo meo peccato
faciam ſatis, prorſus ignoro; nam neq; acerbiſ-
ſimis de me ſumptis pœnis, neq; ſupplici mea
oratione & confeſſione mitteſcis. Ergo tuam
iam tandem indulgētiam deſidero; nihil à me
requirere poſſis, quo te placatū reddam, quod
iam vel non fecerim, vel non ſim facere para-
tus. Catenæ auctor hæc eſſe verba exiſtimat [Nicetas.]
hominis nullam ſui errati excuſationē haben-
tis, atq; eiuſmodi comparatione illuſtrat, *Simi-*
liter (inquit) *facit, vt quiſpiam pauper, quæ commodum,*
quæ plura aderant deuorata, cū nihil ei ſupereſſet præterea,
commodanti, & à quo mutuum ſumpſit, dicit, Quid tibi fa-
ciam, qua ratione nomen explicabo, quanā excuſatione v-
tar? Sed tandem melius, vt cum illa noſtrarum [Vltima & optima expoſitio, & nexus.]
actionum cuſtodia, & obſeruatione cōſentiat,
Si nimirus meę vitæ ſeruator eſſe velis, ſpecula-
torum & cuſtodum inſtar, qui curioſius ſolent
excutere, quos offendunt, nihil ego potero er-
ga te[*] *facere*, quo tuum iudicium effugiam, nam [* No ſe q hazerme con vos.]
tuo examini mea vita, quantumuis innocentiſ-
ſima, par eſſe non poterit: vnica tua indulgen- [* A coſa hecha q puedo yo hazer?]
tia indigeō, quæ *deleat iniquitates meas propter te*,
quid[*] enim *facere* potero, vt ſi, quę fecerim pec-
cata, infecta reddantur?

3 *Quare poſuiſti me contrarium tibi?* Cum multi alij
etiam peccauerint, cur ſolus ego punior? vel;
Cum tam ardenter petā peccati veniam, & in
tuam gratiā & beneuolentiam paratus ſim re-
dire, cur mauis mecū aſſiduas inimicitias exer- [Contrarius quid propriè]
cere, & tanquā cum perpetuo hoſte agere? *Con-* [פגע]
trarium hoc loco a verbo (*pha-gagh*) quod eſt con-
trauenire, obuiare, occurrere alicui. Poteſt au-
te ſimpliciter pro inimico accipi, qui e regio-
ne ſit, nobisq; oppoſitus, in quem ſagittas iacu-
laq; contorquemus, & qui cōtrauenit nobis vo
luntate & conſilio. Quorſum (itaq; inquit) me
tibi e regione propoſitū habes, quem tuis iacu-
lis, & ſagittis configas, in quem incurras, vt
tuum impetum ſuſtinere cogar? Sic enim idem
occurrendi verbum, aliquando ſit irruere in ali-
que. Iudic. 8. *Tu irrue in nos.* Hebraice, *occurre nobis.* [Iudic. 8. 21.]
Amos. 5. *Occurrat ei vrſus*, mihi ergo tanquam *con-* [Amos. 5. 19.]
trario occurris, irruis in me. Rectè Pag. *Quare me* [Pagnin.]
poſuiſti in occurſum tibi? Dilucide Tyg. *Quare me po-* [Tyguri.]
ſuiſti obiectū tibi? Alij ſimpliciter; *quare occurris mi-*
hi? vel, *Quare poſuiſti me obuium tibi?* Vatabl. *in offen-* [Vatabl.]
diculum, in quod ſemper impingas, in quē variū
iacula tua contorqueas? Apud nos etiam obuiā
fieri in malum accipi ſolet. & ſicut *cōtra*, vel re-
pugnantiā, vel occurſum affert, ita[*] *contrarius*. [* Sin eſtar yo encontrado con vos, o vos queriendo encontrar commigo.]
ſic etiam 3. Reg. 5. *Non eſt Satan* (aduerſarius, aut [3. Reg. 5. 4.]
hoſtis) *neque occurſus malus, qui aduerſum nos rebellet.*
Caietan. longius abit, dum explicat hanc eſſe [Caietan.]
circumlocutionem tædij concepti ex rebus ſæpius
cōſpectis, & quæ nolenti ſæpius occurrit: Qua-
ſi ego vlla ratione obſiſtere poſſim, ita in me
offendis, ita me calce abijcis, ac ſi contrarius
tibi extiterem. Sed Septuaginta hoc potius re- [LXX.]
ferunt ad ipſum Iob, qui Deo quaſi occurrebat
ſua oratione, & cum illo expoſtulabat de ſuis
cruciatibus, *Quare me poſuiſti, vt loquerer aduerſus*
te? quaſi diceret, Si tibi aliqua ratione contra-
ria loquutus videar, tu ipſe me commoues, &
inflicto dolore laceſſis, & ad querelam impellis.
Nam quod Olympiod. interpretatur; [Olympiod.]
Ego ipſe cauſam aſſero, dum me ſeruum tuum non patien-
tem inueniunt, vt tuo nomini obtrectent impij; valdè
[illegible].

4 *Et factus ſum mihimet ipſi grauis.* Grauiſſimū, atq;
moleſtiſſimum mihi eſt, quod mecum tāquam
cum aduerſario agas, qui tuam amicitiam ſem-
per ſtudioſiſſimè coluerim, vel, Me tam graui-
ter affligis, vt viuere mihi moleſtiſſimū ſit. Phi-
lip. indicare videtur, graue videri Iobo aut [Philipp.]
cum Deo expoſtulare, aut conqueri de illo,
quem amiciſſimum & omni obſeruantia dig-
niſſimum ducat. *Dum homo* (inquit) *hæc dico Deo,*
creatura creatori, plaſmatum figulo, mihi magis factus ſum
grauis, qui ſeruum tali domino quem à voce reſpondere
non debui. Caieta. hoc loco ex Hebræorum tra- [Caiet.]
ditione ſcribit, Thalmudiſtas hunc textū mu-
taſſe, atque multas alias ſacrarum Litterarum
ſententias, quòd minùs decenter ſuis auribus
ſonarent. primæuum itaq; textum fuiſſe, *Factus* [Nugæ Rabbinorum.]
ſum tibi in onus. vel, *Factus ſum tibi grauis.* Sed omiſ-
ſis Rabbinis, qui ſane delectantur nugis, certè
Septuag. (quorum grauiſſima eſt auctoritas) le- [LXX.]
gunt; *Sum ſuper te onus.* & Augu. integrā ſenten- [Auguſt.]
tiam ſic habet; *Quare conſtituiſti hominem, vt loque-*
retur aduerſum te, vt eſſet tibi oneri? quaſi dicat; An
hæc mea oratio, & conqueſtio tibi eſt moleſta?

Olympiod. Olympio, *An vt grauiter & moleſtè de te alij loquãtur,ego cauſam adfero?* Sed fortè leniùs,atq; veriq; lectioni cõgruentiùs, Dum dolores, & pœnas acerbiſſimas, quibus afficior, conor in Deum reijcere,vt ille me ſubleuet atq; ſuſtêtet, videor onus grauiſſimũ a meis humeris ad illũ tranſferre; ſic dum mihi oneri ſum, illi etiã onero ſus,& grauis exiſtere videor; ſed tamen aliter facere non poſſum, quàm, vt *iactem meam curam in dominum, vt ipſe me enutriat.* propriè ex Hebręo;

Pſal.54.23. *Proijce onus tuum* (curas,moleſtias illi committe, & ſuper eum repone, & ipſe te ſuſtenenabit, ne obruaris malis. *Omnem ſolicitudinem veſtram proijcientes eum*

1.Pet.5.7. (inquit Petrus) *quoniã ipſi eſt cura de vobis.* Sic quæ de grauitate & onere diximus conſonant etiam cum ſequentibus.

XXI. Cur non tollis peccatum meum,&quare non auſers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiam:& ſi mane me quæſieris,non ſubſiſtam.

1 *Quid Tollere, aut eleuare peccatum. Munera eleuabantur. Explicati Moyſes,& Eſdras.*
2 *Tollere ſuper ſe ſuſcipere. Vt Chriſtus Ieſus onera noſtra ſuper ſe ſuſceperit. Quid accipere, aut portare ex Græco.*
3 *Quid peccatum. Iniquitas etiam pro pœna.*
4 *Manè quærere, vnica, & qualis vox in Hebræo. Mors non perinde ac ſomnus.*

1 POST peccati, ſi quod vnquam admiſerim, confeſſionem,poſt graues quoq; pœnas de me ſumptas,mirabile eſt nullam a te mihi pręberi ſignificationẽ peccati condonati. Alij; Si iuſta patior, quòd peccauerim; at certè oportuiſſet iã condonato per te mihi peccato, ſupplicia quoq; remitti,& condonari.Cætenç Au-

Nicetas. Philop. ctor; *An non perfacilè tibi eſt errata concedere? quin igitur mihi ignoſcis?* Philip.nectit cum pręcedentibus,& ad dolores,qui loquendi aſperius occaſionem attulerant,refert? *Cur* (inquit) *non tollis peccatum meum,auferendo dolores omnes meos,per quos, qui eram hactenus iuſtus,nunc peccare compellor.*

Quid tollere. נשא *Tollis.* a radice (*naſa*) quod eſt tollere,vel extollere,& leuare; &per metaphorã donare;eò quòd munera & donaria in altũ eleuari ſolerent,ſicut ſacrificia,cùm Deo offerebantur.

Extollere pro munerare. Eſdr.1.4. Eſther.3.3. Geneſ.40.13. Eſdræ.1. *Adiuuent eum argento,& auro.* Hebr. *Leuent eũ.* Eſther.3. *Exaltauit Aſſuerus Aman.* id eſt, Munerauit, Geneſ. 40. *Recordabitur Pharao miniſterij tui.* Hebr. *Leuabit Pharao caput tuum.* quod etiã ad gratuitã delicti condonationẽ,& munerationem, honoremq; pertinet. Cum autem iungitur cum peccato,eſt auferre, vel tollere peccatum, id

Exod.34.7. eſt,remittere,& condonare. Exod.34. *Qui aufers* (tollis,leuas,remittis) *iniquitatem,& ſcelera.* Pſal. 31. *Beati,quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* Hebræ.ſublatæ,eleuatæ,exaltatæ.

2 Tollere, eſt ſuper ſe ſuſcipere. Et licèt quidem ad verbi proprietatem fortè ſufficere poſſet,vt eleuare non eſſet ſuper ſe onus ſuſcipere,ſed auferre onus ab alio;qua ratione dicitur Hoſeæ.11. *Ero eis, quaſi exaltans* (au-

Hoſ.11.4. ferens) *iugum ſuper maxillas eorum*: tamen ex frequenti vſu ſacræ Scripturæ,& ex re ipſa remiſſionis peccatorũ, pro quibus filius Dei ſatisfecit,ita dicuntur peccata noſtra leuari, vt illorum onus grauiſſimũ à nobis tollatur, & illud ſuper ſe ſuſcipiat Dei filius pro nobis *peccatum*

Chriſtus Ieſus onera noſtra ſuſcipiens. 1.Petr.2.22. Iſai.53.4. *factus*,quamuis *peccatum non fecit.* Sic Iſai. 53. *Verè languores noſtros ipſe tulit* (leuauit,abſtulit,trãſtulit ad ſe onus quo nos leuauit, ſibi impoſuit) *& dolores noſtros ipſe portauit* (non ſolũm exportauit,& ſublatos extra eiecit,& abſtulit; ſed ſibi impoſuit & ſuper ſe ſuſcepit. ex proprietate

סבל verbi portãdi Latinè,& Hebraicè.& ita ſequitur) *Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum,& liuore eius ſanati ſumus,& poſuit Deus in eo iniquitates omniũ noſtrũ.*

Matth.8.17. Quid accipere apud Mat. Ἀναλαμβάνω Quo etiam modo accipiendum eſt id Matth.8, vbi citatur Iſaiæ locus. *Ipſe infirmitates noſtras accepit.* (propriè ex Gręco, *aſſumpſit ſecum*,atq; recepit, quaſi ad ſe tranſtulit. Tum etiam ſignificat vox Græca ſumere aliquid tanquã veſtem, qua ſe homo amicit. *Infirmitates* igitur ſumpſit, qui-

Philip.2.7. bus ſe circumdedit, & amiciuit, *habitu inuentus vt homo,formam accipiens ſerui*,peccatoris,pęnis,& ſupplicijs peccatorũ obnoxij.) *& ægrotationes noſtras * portauit.* (propriè ex Græco,vt baiuli onera portare ſolẽt. Vel etiam manu contrectauit, atq; verſauit, vt pondus exploraret, quod quidẽ nõ abiecit. Similiter Ioan.1. *Qui tollit* (propriè apprehendit, cõprehendit) *peccatũ mundi.* Agnoſcit igitur hoc loco Iob, atq; deſiderat mediatorem, qui pro hominum peccatis ſatisfaciat.

βαστάζω. * Prouo ſus ſueçãs en encargarſe de nueſtras peladũbres. Ioan.1.29.

Aipsa.

3 פשע Peccatũ quid propriè. Eſt autem propriè hoc loco *peccatum*, tranſgreſſio,rebellio, receſſus, videlicèt à bono incommutabili. *Et quare non aufers,* (propriè, non facis tranſire) *iniquitatem meam*, propriè,peruerſionem, incuruationẽ rectitudini contrariam.

עוה Iniquitas pro pœna peccati. Sed fortè, *iniquitas* hoc loco eſt peccati pœna,& afflictio,vt ſæpe in Scriptura;Cùm vita hæc citò labatur,& celerrimè tranſeat,cur ego viuo diutiùs? cùm vitæ fælicitas labilis ſit,& fugax, cur mea calamitas ſtabilis eſt, firma, conſtans, immutabilis?

4 LXX. *Ecce.* Celeriter opẽ ferri,& accelerari poſtulat ex vitæ breuitate, & mortis certitudine. *In puluere dormiam.* Septuag. *In terram abibo.* id eſt, ſi

שחר ſemel moriar,quamuis *manè me quæſieris*, quamuis ſummo diluculo exurgas ad ferendam opẽ (vox vnica in Hebræo, quæ ſignificat vigilare, aut manè oriri,vel conſurgere, *madrugar, o amanecer*; eleganter illuminauit Latinus, *manè quærere*) non illud mihi tempeſtiuũ erit, ſed inutile; valde ſerò me requires; iam enim abierim. Colludit verò illud *dormire* cum hac matutina

LXX. vigilia.id eſt,vt indicat lectio Septuag. *Manè autem ſurgens vltrà non ero.* Somno quidem mors ſimilis.ſed non perinde vt ſomnus, ita mors omnino eſt: reſurgunt enim poſt ſomnum homines, & viciſſitudo ſomni atq; vigiliæ frequens eſt,non item vitę,& mortis. Quare ſi hac nocte dormiero; ſi obiero,manè nõ excitabor à ſomno. vel, Cum exorto ſole creaturis omnibus, animantibus præſertim lucis, vitæ, efficacitatis,& energiæ ad agendum,& vitæ functiones exercendas,copiam & abundantiam largiri,ò Deus pares, meque requiſieris,cui etiam benefacias, *non ſubſiſtam*, non ero tuæ beneficentiæ, atque liberalitatis particeps.

CAPVT SEPTIMVM.

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

HAEC A ME DICTA, O AMICI, EVERint, a quòd exiſtimem, nihil valdè iucũdum, aut præclarum expectari obtineriue à mortalibus poſſe in hoc breuiſſimæ vitæ curriculo; cuius ea lex ſit, vt neceſſarijs ærumnis mortales omnes ſine vllo perſonarum diſcrimine inuoluat. Nemo igitur, ſi ſapiet, aut mortem non optabit, aut de vitæ fœlicitate valde ſibi blandietur. Quis enim mortalium (non ego ſolùm ærumnoſiſſimus,) lamentis & querimonijs grauiſſimis non proſequatur tam difficilem iſtam humanæ vitæ conditionem, quæ b militiæ duriſſimæ perſimilis eſt? Scio enim ſatis, dum viuo, militem me agere; non domi atque in pace verſari, ſed foris atque militiæ. Quamuis igitur ſupremus imperator Deus ſtationarium, excubitoremq́; me militem conſtituat, ſtationem meam immotus ſeruabo, nullique me inde cruciatus dimouebunt, ſed non ideò non auide expectabo, vt rude donatus abeam aliquando tanquam ſtrenuus gladiator, qui toties non modò hominibus, ſed Deo, cælitibuſque ſpectaculum factus, in arenam deſcenderim: atq; vt emeritus miles ærumnoſiſſimæ vitæ, militiæque ſacramento abſoluar. c Interim militarem obedientiam, id eſt, omnem obſequij rationem imperatoris mei iuſſis præſtabo, atque diuinæ iræ adminiſtris cædentibus, aut negligentiam aliquam virgis, aut verbere vindicantibus ſupplicem me præbebo, & ſi opus ſit, d diſcrimina, quæ in hac vita atque militia frequentiſſima occurrunt, obibo intrepidus, ſed minimè detrectabo diſceſſum ex vita, in qua, nihil ſit e tutum, nihil tranquillum, ſed omnia prædonum, piratarumq́ue inſidijs nefariorum infeſtata. Neque me verò fugit, inter tot pericula periculum de mortalibus fieri, deque illorum animi virtute atque conſtantia. Exploror proborq́ue ſanè ærumnis, bellique laboribus: virum me præbebo: non enim cùm gemo & ſuſpiro, militiæ proditor haberi volo, ſed illud ſanè, cùm iam meo duci benè exploratus, perſpectuſque ſim, vt aliquando tandem in pace dimittar. Non enim ſolum, dum viuo, militem ago, ſed quod valdè difficile eſt, f exercitum alere, & diutiùs continere meis ſumptibus cogor; Nam tum animus, tum corpus cum membris omnibus, & externis, internisq́; facultatibus in vnum quaſi exercitum coeuntia commeatu neceſſario indigent, quo ſæpè carent: & cum numeroſiſſimo hoſtium, ærumnarumq́; exercitu depugnant, à quibus ſæpè vinci, ſæpiùs detrimentum accipere neceſſe eſt. Interim illa me cogitatio ſuſtentat, quòd g præfixum & definitum ſit mortalibus, ſicut militiam exercentibus & ingredientibus, vitæ ſpatium, à cuius ego fine & extrema linea non longè abſum. Quamuis enim cum humanis ærumnis & immedicabilibus morbis colluctер, non poterit diutiùs conflictus iſte durare, nam planè me vires deficiunt, vitaque ipſa. Dum vixero, inceſſanter incumbam in meas operas, & inſtar mercenarij, ſtrenuus & ſedulus iniunctum mihi opus abſoluam, quieſcam tandem in noctis, mortiſq́; tenebris, & aſſidui tandem laboris laxamẽtum aliquod quæram, laboriſque mercedem: ſcio enim mercenarij h laborem, & conditionem non eſſe ab hominis conditione alienam.

1 Militia eſt vita hominis ſuper terram: & ſicut dies mercenarij dies eius,

Verùm enimuerò ſicut ſeruus æſtuans, & anhelans ex diurno labore, appetit tum noctis vmbram, tum vmbraculum, in quo parumper refici, & ad laborem inſtaurandum comparari poſſit, aut verò expectat nocturnas tenebras, per quarum tuta ſilentia operarum aſſiduarum labores, Dominique ſui moroſitatem fugere poſſit; & ſicut quicunq; alius mercenarius operis mercedem intentus & auidus præſtolatur; Non aliter profectò laborioſiſſimæ vitæ mercedem auidus expecto, atq; omni ſolatio hos meos vitæ menſes patienti animo tranſigo.

2 Sicut ſeruus deſiderat vmbram: & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui:

NOTATIO RERVM INSIGNIORVM, QVAE in commentarijs fuſiùs explicantur.

a *De totius huius capitis ſcopo, & ſenſu agitur in annotatione prima ad totum caput.*

b *Multiplex huius militiæ conſideratio fusè tractatur per multas conſiderationes, & quæ ſit prima militia aut militiæ ratio, ex cæleſti ſtellarum militia oſtenditur.* v.1.nu.2.

c *Quæ, qualiſue requiratur in milite obedientia ex ſacris, & prophanis.* v.1.nu.3.

d *Vt tota militiæ ratio in diſcriminibus, & difficultatibus poſita ſit ad Iobi ſententiam opportunè exponitur.* v.1.nu.4.

e *Expenditur accuratè lectio Græca Piraterij, in quam eadem ſententia hoc loco indicatur.* v.1. nu.5.6.7. *potiſſimum verò indicari tempus probationis & experimenti eſſe dictam vitam.* nu.8.

f *Militiam tamen ad exercitum, rurſus exercitum ad ſuſtentationem corporis referri, nonnulla.* v.1.num.10.

g *Vt militia natura afferat tempus præfixum & quod illud militibus conſtitueretur ex ſacris, & prophanis.* v.1.nu.11.

h *Vt homo ærumnoſum aliquid ſentit, & commune ſit laborandi lex cunctis mortalibus, opportunè ad mores obſeruatur.* v.1.n. 11.12.13.

3
Sic & ego habui mēſes vacuos,
& noctes laborioſas numeraui mihi.

Verùm non poſſum non vehementer dolere, quòd longè aliter mihi, quam mercenario euenerit. Cum enim habeam exactæ vitę annos plurimos honeſtis laboribus, præclariſq́; operibus refertos; at mercede præmioque vacuus in ſumma vitæ egeſtate & rerum omnium indigentia abire iubeor; neq; aliud profectò quàm labores & ærumnas pro iure laborantis & diarij mercenarij percipio. Homo, itaque qui ſum, quaſi k hereditario iure humanæ ad me ærumnæ deuoluuntur. Hinc meæ querimoniæ atque lamenta, hinc laborioſæ noctes moleſtiſſimis vigilijs & anxietatibus plenæ; interdiu excrucior, noctu peruigilo; hæc ſcilicet nocturna mercenarij quies; hæ ſunt ex reliqua vita l ſubductæ, & ſubtractæ noctes, quæ diurnum laborem compenſare poſſint.

k Vt indicetur in hac ſententia hæreditatis ratio in præmio reſpondeque labori, indicatur ex Hebræo cum vtilitate. V. 3. n. 3.
l Quæ ſit hæc numerandi ratio, & regula, cuius meminit Iob, exquiſitè tractatur. V. 3. num. 3.

4
Si dormiero dicam, Quando conſurgā? & rurſum expectabo veſperam: & replebor doloribus vſque ad tenebras.

Sed me miſerum; qui, ſi noctem aliquam ſubducere velim, inuenire nullam poſſam, quæ mihi vnquam propitia aduenerit, tranquillumue ſomnum conciliauerit: nam cùm dormitum me recipio, & ad ſomnum captandum me compono, ingrauesſcentibus doloribus excitor, cogorque rurſum optare, & expectare diem. Interdiu verò nihilò melius habeo. minutiſſima temporis ſpatia, quæ mihi longiſſima videntur, numero & emetior; expectoque cum temporis, tum doloris aliquam viciſſitudinem; miſere enim ob acerbitatem ægritudinis, tum corporis, tum animi iactationibus toto die vſq; ad noctem; nocte vero tota vſq; ad appetentem diem diſcrucior & exagitor.

5
Induta eſt caro mea putredine: & ſordibus pulueris cutis mea aruit, & contracta eſt.

Quid enim non ſentiam mali, qui totus ipſe indutus & coopertus ſim ſanioſis, putribuſque vermibus, turpibuſq; ſordibus; quas contraho ex hoc, in quo iaceo, ſterquilinio, & puluere? ſcabioſis quoque fœdiſque puſtulis, quas vis latentis humoris foras excernit, non ipſe ſolum, ſed quæ circa me ſunt, ſordeſcunt omnia, & neq; glebæ ipſæ ſuſtinere poſſunt tantam fluentis humoris luem; cutis ipſa exuſta & arida hiſcit tota, & turpiter corrugata eſt; diſſoluorque & rumpor totus, vt vel mihi ipſi faſtidio ſim, & incredibiliter diſpliceam.

6
Dies mei velocius tranſierunt, quàm à texente tela ſuccidi- tur.
& conſumpti ſunt abſque vlla ſpe.

Ergo cùm tam grauiter affectus ſim, certiſſima coniectura ducor, de mea iam vita actum eſſe; aufugiſſeq; velociſſimè, vt quæ nullo pondere retardaretur; & nihilo ſegniùs abijſſe, quàm cùm vnico manus, & gladioli conіectu ſolet textor m telam ſuam præcindere, cùm ad extrema ſtaminis & liciorū fila opus ſuum perduxit. Nihilo profectò diutius vixiſſe videor, quàm cum textorius radius filum ſubtegminis ab vno telæ margine vſque ad alterum incredibili velocitate defertur; non aliter quidem hæc dierum noctiumque viciſſitudo, atque temporum itio & reditio vitæ filum euolutum ex leui fragilique humanæ conditionis arundine, expenderunt & finiuerunt. Auolauit igitur dicto citius irreuocabilis ætas. Conſumptus, peneque iam mortuus omnem longioris vitæ, & melioris fortunæ ſpem depono.

m Tela ad vitam relata allegoria minutatim exponitur & promouetur. V. 6. nu. 2. 3.

7
Memento, quia ventus eſt vita mea:
& non reuertetur oculus meus, vt videat bona.

Sed cum tam breuis ſit, o bone Deus, mortaliū vita, ac mea potiſſimum, quorſum mihi tam grauia adijcis mala? quin his meis diebus ærumnoſiſſimis nonnihil benignus indulges? quod ſi ad ferendam opem feſtinus non accurras, periero prorſus; neque Iobus erit, cui n bene facias. & quidem videris huius incredibilis vitæ breuitatis oblitus, cùm vltro labenti atque fugienti dolorum & morborum ſtimulos, & calcaria adhibes. ſpiritus eſt tenuiſſimus, quo viuimus, quem facilè amittimus, cuius fuga & lapſus irreuocabilis eſt, qui quoquo verſus incitatiſſimus fertur. Grata igitur memoria tantam mortalium vitæ breuitatem, & fragilitatem complectere, miſeratuſque tuere, atque vitam per ſe miſeram atque labentem pro tua bonitate contine, vt tantiſper huius vitæ o conſpectum, ſenſum, & guſtum aliquem percipere poſſim.

n Vt ſit apud Deum non leuis oratio & ratio deprecanda mortis, humanas miſerias illi repræſentare, quæ illius benignitas eſt, vtilis conſideratio. V. 7. num. 3.
o Quid ſit videre bona ad Scripturarum intelligentiam [illegible] [illegible]. V. 7. nu. 4.

8
Neque aſpiciet me viſus hominis.
oculi tui in me, & non ſubſiſtam.

Nam iamiam me ſubtrahet mors mortalium conſpectibus & congreſſu. Salutem igitur, ò Deus, matura, nam ſi morèris, moriar; neque tuam in me liberando & ſaluando potentiam atq; bonitatem contemplari poterunt, qui mè nunc vident letaliter affectum, fiet enim, vt fallam illius oculos, qui me nuper contemplabatur, velociſſime abiens atque diſparens. Ne me igitur toruis, minacibuſque oculis configito; ſed benigno me vultu recrea,

atque complectere; atque laboranti, extremumq́; ſpiritum agenti propitius elargire, quæ opus eſſe ſaluti perſpexeris.

9 Sicut cōſumitur nubes, & pertranſit, ſic qui deſcēderit ad inferos, nō aſcendet

Certè ſi ſemel vita mortali fungar, ad eandem conditionem minimè reuocabor; non ſecus atque *p* nubes quæ ex terræ vaporibus concreſcit, & leuiſſimo flatu, ſoliſue radio diſſipatur atque diſſoluitur, nullumque veſtigium ex purgato ſerenoque cœlo relinquit; non aliter ſanè cuius animus ad *q* ſubterraneam defunctorum ſtationem concedit, nunquam iterum ad illam ipſam, quam reliquit vitæ conditionem ſectandam, atque ducendam regredietur.

p De hac vita cum nube comparatione, & vt abeat velociſſimè ex Græco peculiaris obſeruatio. v.9.nu.1.

q De infernũ, aut inferorum ſignificatione aduerſus noſtri temporis hæreticos. v.9.nu.2.

10 Nec reuertetur vltrā in domū ſuam: *nec cognoſcet eum ampliùs locus eius.

Non redibit iterum ad familiam & domum, quam deſeruit, adminiſtrandam; * non inuiſet ſedes antiquas, neque agnoſcet priſtinum locum; imo neque *r* locus illi quondam valdè familiaris illum redeuntem vel de facie agnoſcet; nō ſua illius ciuitas, non ſui ciues & familiares, non priſtina dignitas, & publici muneris functio, & honoris gradus: nullam deniq; inter viuos ſedem habiturus eſſet; nam quæ illius quondam fuerunt, continuò ad alium poſſeſſorem deuoluuntur.

r Quid locus, quid cognoſcere ſignificet, & vt defuncti homines cuncta humana obliuiſcantur; vtilia ad mores nonnulla indicantur. v.10.nu.2.3.4.

11 Quapropter & ego nō parcam ori meo: loquar in tribulatiōne ſpiritus mei: confabulabor cū amaritudine animæ meæ.

Igitur cùm hæc ita ſe habeant, & iam ego ad extremū propè ſpiritum redactus ſim, quod mihi liberum eſt, cordi & ori tantiſper indulgebo, & erumpentia ſuſpiria minimè comprimam; imò animi anguſtijs compreſſus liberum patefaciam aditum ſuppreſſis hucuſque gemitibus. his enim omnino ad aliquam pectoris laxitatem, aliquodq; doloris alleuamentum mihi opus eſſe video. Nihil vero loquar, niſi quod internus neceſſariuſq; incredibilis ægritudinis ſenſus mihi ſuggeſſerit: non eſt enim quòd extremum iam ſpiritum agens, agere cum Deo verear paulò liberiùs, & confidentius apud illum dicere de cauſis mearum ærumnarum. Neq; temerè loquar, ſed bene præmeditatus hæc, Dei, atque hominum fidem conteſtatus, pronunciabo.

12 Numquid mare ego ſum, aut cetus, quia circūdediſti me carcere?

Itane ego inſtar tumentis ſuperbientiſque *ſ* maris aut furentis Ceti vnquam ego vixerim, vt tantas ſuperbiæ atque ſæuitiæ pœnas darem? Num infremui, furenterque tumultuatus ſum, minas ue terrigenis intentaui, vt tanquam mare fremens & tumultuans me circumſepieris tot difficultatibus, atque in teterrimum malorum, ſuppliciorumque omnium carcerem conieceris? Itane capere ego poſſim inſtar maris vaſtiſſimi, tot dolorum turbines, totque cruciatuum procellas? Fremere ego ſemper cogar; & velut mare feruens nunquam quieſcere? Atqui illud, clauſtris repaguliſque propter incredibiles impetus indiget; ego verò etiam nullis vinculis detentus minimè fugiam: lubens enim pro iudicis voluntate, vbi ille conſtituerit, fixus immotuſque hærebo. Illudunt quidem Cete illa immania minoribus piſciculis; atque mari Oceano tanquam carcere continentur; vt vel ſic illorum immanitatem & inſolentiam Deus comprimat: at illuſi ego infirmioribus nunquam; neminem deuoraui; & tamen coërceor *t* vinctus impedituſque grauiſſimis, atque fortiſſimis vinculis dolorum.

ſ Hæc à mari ducta ſimilitudo, nec non & altera à Ceto paulò ſuſius tractatur. v.12.nu.4.5.

t Vt dolores, & morbi vinculorum, & carceris ſimiles ſint, non paucis exponitur. v.12.nu.6.

13 Si dixero, Conſolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in ſtratu meo:

Si verò mihi poſt diurnos cruciatus nonnullam doloris releuationem in nocturna quiete promiſeram, atque fore vt morbi acerbitas in lectulo aliqua ex parte retūdatur, & vel vigilans mecum ipſe per otium colloquar, lætioriue aliqua cogitatione detinear, aut iucundior ſomnus, lætumq́; inſomnium aliquod obrepat; mirum eſt, quam eueniant omnia ſpei contraria; nam diurna deſideria nihil mihi iucundi per *v* quietē obijciunt, & terribilibus ſpectris, horrificiſq; imaginibus, ſiue dormiā, ſiue vigilē, diſcrucior; atq; ea ipſa, quæ die perpetior, me dormientem acriter infeſtant.

v De terrificis ſomnijs, & de inſomnijs, quæ diurnis cogitationibus reſpondent, aliqua ex prophanis. v.14 nu.2.3.4.

14 Terrebis me per sō- nia, & per viſiones horrore concuties.

Alijs enim morbis grauiſſimis accedit moleſtiſſimus incubus, & imaginoſa ægritudo, ex qua penè ad inſaniam & ad *x* laqueum ſtimulor. & ſatius quidem erit, minuſque execrabile, ſi cruciatibus victus de morte mea cogitem, quam vt diuinæ maieſtati blaſphemiam aliquam irrogarem.

x Vt hæc ad morbi genus quoddam referenda ſint indicatur. v.14.num.4.

15 Quamobrē elegit ſuſpēdiū anima mea, & mortem oſſa mea.

Quodcumq; autem mortis genus vel ignominioſiſſimæ, qualis ſtrangulatio eſt, aut ſuſpendium, leuius mihi, optabiliuſque exiſteret, quam diutius tot, quibus premor, malorum genera perferre; peruadit enim morbi vis ipſa etiam oſſa, oſſiumq; medullas.

Sed quid

16
Deſperaui: nequaquam vltrà iam viuam.

Sed quid ego? hæcne ex deſperanti animo proficiſcuntur? morte quippe tantum ſcelus luam. Minimè verò, eò enim dicta à me fuerint, quòd omnem vitæ ſpem faſtidio abiecerim, quòd videam me letali morbo propè iam conficiendum. Nauſeo profectò iam ad vitam iſtam ærumnoſiſſimam, quam neque inuitus, neque repugnans cum morte commutarem: non enim diutiùs viuere potero?

Parce mihi: Nihil enim ſũt dies mei.

Sed cùm paulò pòſt mihi moriendum ſit, moriar ſtatim; aut ſi diutius mihi in vita immorandum eſt, iam ceſſa, ô Deus optime, à me tam acriter vexando; vltricem tuam iſtam manum cohibe; parcius me tange obſecro, atque hominem exulceratum lenius tracta. Et quidem cum neſcio quam fœlicitatem mihi mei amici polliceantur, illa mihi erit longè maxima, ſi tantiſper de meis doloribus nonnihil remittas; video enim vitam meam aliorum bonorum ſpe deſtitui, & planè imparem eſſe tot acerbitatibus perferendis. Id verò, quod opto & ſupplex precor, non valde magnum eſt; cùm ipſa mortalium vita mera quædam y vanitas ſit, vitæ potius imago, & ſpecies, quam vitæ res & veritas. An igitur mihi leuiſſimam hanc vitæ imaginem inuides, qui ſolus habes immortalitatem? An quicquã magni mihi præſtabis, cùm vitam permiſeris nulli non diſcrimini, viciſſitudiniq; obnoxiam? in quam rerum omnium ſublunarium viciſſitudines, mutationesq; conglobantur & coeunt; cui nihil ſolidi, nihil firmi ſubſit; quæ non tam z ſæculi menſura, annorumq; & mẽſium numero definita eſt, quam breui dierum periodo, & illorum quidem pauciſſimorum. Sed quid dies dico? imò diem, & eum breuiſſimum; imò tertias horas; imò momentum; imò nihil.

y Vt vita vanitas in voce Nihil afferatur, & in quo vitæ vanitas ſita videatur conſideratio triplex. V. 15. num. 4. 5. 6.

z Vt vita noſtra breuiſſima ſit, atque adeo nihil ad omnes temporis menſuras relata, digreſſio opportuna V. 16. nu. 7.

17
Quid eſt homo, quia magnificas eum?

Quantulacumq; igitur res miſellus homo eſt, vt cæterarum rerum quaſi oblitus, hominis tantùm videaris rationem ducere, velitque multis propoſitus ærumnis atque difficultatibus illius vires, conſtantiamq; probare? Longè ſanè ab humanæ carnis mollitudine, fragilitque teſtæ imbecillitate res aliena: ſum enim egomet mihi meæ imbecillitatis ſat benè conſcius. Quorſum igitur velut hoſtem aliquem potentiorẽ, qui dubio & ancipiti marte poſſit tecum contendere, ad ſingulare me certamen prouocas? An a dignus homo eſt, cuius tam accuratè res omnes cures, & minutiſſimas quaſq; actiones diſpicias, & examines? Atqui ſi in has grauiſſimas ærumnas, & abiectiſſimam conditionem conijciendus eram, quorſum in me ſeruando, locupletando, euehendo tuam aliquando operam poſuiſti, & prouidentiæ vim atque poteſtatem declaraſti? b Itane ad tam ſublime faſtigium euexiſti, à quo tam breuiter deijciendus erã? Quid igitur res humanas tanti facias, vt in homine cor tuum & intelligentiam defigas, atq; quotidianas eiuſdem rationes, & actiones accuratè cognoſcas? Is tandem, cui tam multa, tamque præclara charitatis & beneuolentiæ ſigna exhibuiſti, à te nunc repulſam accipit ignominioſam? Inſuper etiam me acriter verberas; & hæc te videtur prima cura tangere, vt me cædas, atque diuexes. Vix enim albeſcente die, à meis flagellis agendi initium, & rerum humanarum procurandarum diuina viſio ſumere videtur: deinceps nullam occaſionem mei opprimendi prætermittis. Atqui captare quondam ſolebas omnes opportunitates de me benemerendi; nunc ſubito & inopinatò, per ſingula pene momenta, atq; minutiſſima temporis interualla meas vires, meamq; conſtantiam exploras cruciatibus incredibilibus. Non videris ſanè mecum ex æquo agere, ſed quaſi per dolos & repentinas belli aggreſſiones me inermem & imparatum adoriris; neque me aperto tantùm marte oppugnas, ſed occultis cuniculis petis. Illuxit itaque mihi prima diei hora longè fœliciſſima atque lætiſſima: defecit ſtatim lux illa craſſiſſimis & inopinatis [illegible] tenebris.

a Vt homini honorifica exiſtat probatio per laborem & ærumnas conſideratur. V. 17. nu. 12.

b Multiplex apponendi cordis ad rem præſentem conſideratio, & obſeruatio ex ſacris. V. 17. num. 3.

Aut quid apponis erga eum cor tuum?

18
Viſitas eũ diluculo:

& ſubitò probas illum.

19
Vſquequo non parcis mihi?

Quouſq; tandem non auertes à me minaces iſtos oculos, blandos atque benignos non conuertes? Quamdiu in meos dolores & cruciatus incumbes, aut verò laxatis vinculis, liberius reſpirare non permittes? Licèt enim ſim animo minimè remiſſo, ſed tu, ô Deus, quàm breuiſſimum mihi ſpatium ad animi remiſſionem in tantis anguſtijs concede; ac me diſſolue doloribus, vel non lon-

nec dimittis me, vt glutiã ſaliuam meã?

Peccaui.

Quid faciam tibi ô cuſtos hominum?

quare poſuiſti me contrarium tibi?

21 Cur non tollis peccatum meum:

& quare non aufers iniquitatem meam?

* Ecce nunc in puluere dormiam:

& ſi manè me quæſieris, nō ſubſiſtam.

giori mora, quàm c deglutiri ab homine ſaliua poſſit; neq; enim longiùs mihi vitę ſpatium ſupereſſe arbitror, qui iam ore ſpumas agere videor, & multus iam in pectore ſputi ſtrepitus ſonat. Itaque ſi mihi loquendi copiam feceris, liberè deglutire ſaliuas potero, & aliquando ab aſſiduis gemitibus & ſuſpirijs interquieſcã.

Neque rem poſtulo à tuo munere alienam, d cuſtodem enim atque ſeruatorem hominum agis, & tuo muneri minimè deeris, cùm me tueberis. At eſto peccauerim, atque à recta pietatis ſemita aliquando deflexerim, quid tibi nocui, aut quid tuam maieſtatem læſi, vt tam acerbam de me vindictam repoſcas? Quid verò ego faciam, vt te mihi placatum propitiumque reddam, prorſus ignoro; nam neque pœnis grauiſſimis de me ſumptis, neque ſupplici oratione miteſcis; nihilque aliud à me requiras, quod iam à me prę̀ſtitũ non ſit, vel paratus non ſim confeſtim efficere, quod in meis viribus poſitum fuerit. nam ſi quid vnquam errans feci, infectum fieri in mea poteſtate non eſt. Sed cum multi alij peccauerint, cur ſolus ego tam ſeuerè punior? Cumque tam ardenter peccati veniam poſtulem, cur mauis mecum aſſiduas inimicitias exercere, quàm in tuam beneuolentiam hominem ſupplicem recipere? An me contrarium tibi pro ſcopo proponis, quem tuis iactibus, iaculiſque configas, & in quem frequenter impetum facias, paſſimq; offendas, & quaſi faſtidio iam affectus, me calce abijcias atque proteras? Id verò mihi moleſtiſſimum eſt, aut in ſuſpicionem tuæ beneuolentiæ & amicitiæ violatæ venire, aut ita grauiter dolere, vt tecum de mea clade expoſtulare videar viliſſimus homuncio ego; aut alijs de tua prouidentia parum piè ſentiendi materiam vllam cauſamue attuliſſe. Sic ego & grauis mihi permoleſtuſque exiſto; & dum dolores, & acerbiſſimas ægritudines conor in Deum, qua poſſum ratione reijcere, valde timeo ne illi etiam e grauis & moleſtus exiſtam. Sed tamen aliter facere non poſſum; quàm, vt quæ me tam male vexant, ſuper eum reponam.

Sed eſto quidem iuſta ſuſtineam, & meis peccatis digna; mirabile ſanè eſt, quòd poſt peccati (ſi quod eſt) confeſſionem, poſt grauia ſupplicia, nullam dederis condonatæ offenſæ ſignificationem, nihilque ſuppliciorum remiſeris, neque aſperius conquerendi, & audacius obloquendi occaſionem præcluſeris temperatis ſupplicijs. Aut verò cur non mihi præbes ærumnarum ſocium aliquem, f in cuius humeros pœnarum mearum partem aliquam deuoluam? * Moriar tandem; me verò mortuum quamuis ſummo manè requiras, valdè ſero requires: alijs enim appetente luce, vt lucis vſura fruantur, benignus confers; at mihi in mortis prope tenebris iam verſanti matutina lux ſera affulgebit.

c *Huius (quæ videtur prouerbialis locutio) traijciendæ ſaliuæ explicatio, & vt ad multa referri poſſit latinè exponitur.* V.19.num.3.

d *De ſignificatione cuſtodis, atq; cuſtodiendi, atque de illo peculiari diuinæ prouidentiæ quaſi munere.* V.20.nu.1.

e *Lectio Græcorum diligentiùs examinatur, & vt ſeſe iactet curarum onus in Deum, quadam.* V.20.nu.3.

f *De ſignificatione illius verbi tollêdi, & vt inducitur Chriſtus, Ieſus, ſuper quem diſciplina noſtra, & ærumnæ repoſitæ fuerunt.* V.21.nu.[illegible]

IOANNIS DE PINEDA Societatis Ieſu commentariorum in Iob.

LIBER QVARTVS.

Qui eſt de quarto certamine, id eſt, prima IOB cum Baldad diſputatione.

CAP. OCTAVVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Vt Deum ab omni iniuſtitiæ nota aſſerat Baldad, defenſurus Elephazi orationem, atque Iobum refutaturus, tum hunc, tum eius filios ſcelerum pœnas dediſſe, Hypocritas omnes manere repentinum interitum, ſi reſipiſ. aut veri, fœlicitatem, & bona omnia, varijs rationibus confirmat.

I. Reſpondens autem Baldad Suhites, dixit?

1 *Baldad ſecundus ſapientia, & dignitate inter amicos. Quæ illius nominis ſignificatio, & etymologia. Sueta illius patria, aut vrbs regia.*

2 *Particula admirantis.*

3 *Multiplex in Hebræo copiam, & vehementiam affert.*

4 *Iobi oratio ardens & vehemens. Sapiens multa loquens, vitio multiloquij non laborat.*

1 CEDENTE IAM ELIPHAZ, atq; tacente, extremam Iobi reſponſionem excipit Baldad, &, vt notauit Chriſoſt. nullum cō cedunt Iobo ſpatium reſpirandi, multoſq; circulos nectunt ac moleſtā quandam choream conficiunt. Fuit autem Baldad, ſicut loco, & oratione, ita & dignitate, ſapientiaq; opinione ſecundus. Nomen autē Baldad, ſuam quoq; habet arcanam ſignificationem: eſt enim apud Philippum, idem quod *præcipuum*, apud Greg. *Vetuſtas ſola.* apud Olympio. *Vetuſtas, vel glorioſus.* apud Gloſſam, *Decorus.* vulgaris interpretatio habet: *Vetuſta dilectio*, vel *mammilla.* à *Bal*, (id eſt) non vel, à *Balah*, quod eſt, veteraſcere, & *Dod*, id eſt, dilectus, aut mamma. Sed cum (*Dod*) etiam patruelem ſignificet, & *Bal* (vnde *Belial*) iniquum, & præuaricās, dicerem, *Baldad* ſonare, iniquum patruelē, aut cognatum præuaricantem, vel peruerſum amantem, aut iniquum. quæ ſignificatio non ſolùm in Baldad, ſed etiam in reliquos amicos, qui erant de cognatione Eſau, egregiè quadrat; nam cum amici viderentur, ſed hoſtes re ipſa erant. De *Sueta* verò, vnde cognomen, *Suhites*, ſuprà nonnihil diximus. Septuagint. *Sauchites*, legunt, atque *Sauchæi*, eſſe Moabitarum vrbem Olympiod. ſcribit. Sed de vniuerſæ terræ Hus deſcriptione, ſatis à nobis diſputatum eſt.

Chryſoſt. Baldad dignitate & ſapientia ſecundus. *Philip.* *Greg.* *Olympiod.* *Gloſſ.* Quid nomē *Baldad* indicet. Eius nominis Etymologia. בל בלה דוד Quæ ſignificatio propius cadat in Baldad. *Subites*, cognomen Baldad. *Sueta* vrbs. *LXX.* *Olympiod.*

II. Vſquequò loqueris talia, & ſpiritus multiplex ſermones oris tui?

2 PERTINACIAM in eodem ſenſu & eadem ſententia nolentem cedere monitis, ſaniſque conſilijs, neq; ferentem ſine iracundia refelli, obijcit. Id quod indicat ea particula, *Vſquequo. Talia*, verò admirationem affert. Septuag. iuxta Hebræum, *Vſquequò loqueris hæc?* quod ad contemptum quendam referri poteſt; aut vt pronomine illo demonſtratiuo indicentur extrema illa verba Iob capitis præcedentis, quæ videbantur aſperiora.

Particula admirantis. *LXX.*

3 *Spiritus multiplex.* Septuag. *multiloquus oris tui.* id eſt, verba à te prolata valdè multa; omnia miſces, cum veris falſa, ſtultiloquio laboras. Vox originalis multitudinem, copiam & numerum affert, ſic ferè interpretantur omnes, tam Græci quàm Latini, quaſi diceret; Imperitè nugaris, in verborum turba ſpem victoriæ collocatam habes, ita verborum tantum profluentia pugnas, nec refellenti tempus aut locum concedere velle videris. Philippus exiſtimat ęgrè tuliſſe Baldad tum quod de Deo multa videretur Iob locutus, tum quod affirmaſſet, cæteris ſe regibus potentiorem melioremq; fuiſſe, ait ergo, Nimium Iob garris, odioſeq; tibi multa arrogas. Alij, quòd vox etiam originalis trāſferri ſoleat ad multiplicitatem roboris, & virium, reddunt, *Spiritus fortis, validus, violentus.* Theodotio; *grauiſsimus, validiſsimus.* quod Caietanus ad magnanimitatem quādam refert, quòd corpore attenuato, exhauſtiſq; viribus, fortiter tamen perſiſteret in loquendo, & reſpondendo. Sed præſtat quod de multiloquio diximus.

LXX. כביר Latinorum, & Grecorum interpretatio communis. *Philip.* *Pagnin.* *Regia.* *Theodot.* *Caiet.*

4 Tum etiam vt per ſpiritum fortem & validum, ſignificetur longior quædam, & indefeſſa oratio, magna ſpiritus & pectoris, atque vocis contentione facta, inſtar vehementis alicuius venti intonantis. Credendum enim eſt, non fuiſſe Iobi orationem frigidam & lāguidam, ſed vehementem, ardentem, concitatam. Idque indicat comparatio hæc cum vento forti, & vehementi: quamuis enim nullam habeant expreſſam comparationem plerique codices legentes: *Spiritus multiplex ſermonis oris tui.* & Septuag. ferè eodem modo, *Spiritus oris tui.* quam lectionem, Græci fereq; alij ſequuntur, at correctior lectio Vaticana, ex Hebræo proxima: *Spiritus multiplex ſermones oris tui.* Sunt tua verba rapidus quidam & vehemens ventus, qui obuia quæque diſſipat, & conuellit; ita nemo ſe tibi opponere poteſt. Sed eleganter atque argutè Gregorius obſeruat, qui multiloquium in alio reprehendit, cordis illius anguſtias, & ſapientiæ inopiam ſimul arguere, quod valde indecorum eſt. non aliter atque tenuiſſimus quidam fons ingenti terræ hiatu ſcaturiēs. At qui multa loquatur, cum multa quoque *ex abundantia cordis* dicenda ſuppetant, hic iure multiloquij reprehendi non poteſt, cum ore emanent, quæ largus interni ſenſus, atque profundæ intelligentię fons miniſtrat. Sed in hac re multos gradus atque diſcrimina diſtinguit Greg. quæ ex illo petenda ſunt.

Efficax Iobi oratio atque vehemens. *LXX.* Græci Vaticana lectio. *Greg.* *Matth. 12. 34.* *Luc. 6. 45.* Sapiens rarò multiloquio laborat. *Greg. lib. 8. cap. 22.*

III. Nunquid Deus ſupplantat iudicium? aut Omnipotens ſubuertit, quod iuſtum eſt?

1 *Fortis Dei nomen. Quid iudicium, & quare diuina lex iudicium dicatur.*

2 *Deus iudicij & iuris formulæ obſeruantiſsimus.*

3 *Deus non abutitur ſua potentia, è contrario ac homo iniquus æquè ac potens. Cur potentiores appellentur viri ſanguinum.*

4 *Omnipotens Dei nomen Saddai vbertatem ſonat. In opia iudicum muneribus accipiendis cauſam prabet. ſupremus iudex corrumpi non poteſt.*

1 THESIS eſt dicédorum, quam deinde ad Iobi rem applicet, vt colligat, iure Deũ agere, cùm bonis bona, improbis & ſceleratis irrogat ſupplicia; non fruſtrà itaque Iob affligi. *Deus* (El, fortis, potens) *ſupplantat* (detorquet, remouet à recto & æquo. Vnde dicitur Thren. 3. eadem originali voce, *Vt peruerteret hominem in iudicio ſuo, Dominus ignorauit*. quaſi diceret; Nõ eſt Dei peruerſo iudicio, & iniuſta calumnia hominem opprimere) *iudicium*; rectam, ordinariam, conſuetam cauſarum cognitionem, & præſcriptum ſuarum legum, leges ſuas æquiſſimas. Ideo ſuas leges Deus vocat *iudicia*, quòd æquiſſimę ſint, quòd illis pręſcribat Deus quid iuſtum & rectum ſit, quid agendum, quid iure omittendum. Ezechiel. 44. *Populum meũ docebunt, quid ſit inter ſanctum, & pollutum, & inter mundum, & immundum, oſtendens eis.* & ſtatim exponitur; *Et cum fuerit controuerſia, ſtabunt in iudicijs* (legibus, præſcriptis, iudiciali, & forẽſi forma à me tradita.) *meis, & iudicabunt.* Inde frequens illa loquutio. *Facere iudicium, & iuſtitiam.* id eſt, neminẽ lædere, ius ſuum vnicuiq; tribuere, ius dicere. Quare quĩ ſuæ innocentiæ & æquitati fidit, legibus quoq; & iudicio fidit, ficut qui dicebat; *Iudicia tua * adiuuabunt me*; veritas, iuſtitiaq; mihi patrocinantur. Ergo inquit Baldad; Quamuis potens & fortis Deus ſit, & ea omnia pro arbitrio ſuo agere poſſit, ſed omnia tamen ex
2 iuris, iudicijq; præſcripto moderatur, normã iudiciariã tractandarũ cauſarum condemnandi reos, ferendi ſententiam ad vnguem obſeruat; Delata ad ſe crimina, non audita tantùm, ſed ipſis oculis viſa iudicat. vti Gen. 18. ait. *Deſcendam, & videbo, vtrùm clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam.* Non fert ſententiam priùs, quàm vel à reõ extorqueat confeſſionẽ delicti, vel cauſam integram cognouerit; tunc tandem ait ſecundum allegata (vt vocant) & probata, *Quia audiſti vocem vxoris tuæ &c.* Propter hanc igitur iudicij obſeruationem, & iuſtitiæ cultum appellatur *Deus iudicij*. Iſai. 30. quod mirũ eſt in tanta potentia & fortitudine. Pſal. 5. *Quoniam non Deus*, (El. fortis) *volens iniquitatem tu es, neq; habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos*; non tu ex illis es, quibus in ſumma poteſtate omnia ſibi licere putant; quare neq; apud te impij ſcelerũ ſuorum latebras habent, neq; ſecurum do-
3 miciliũ. Sed illud valde ſignificanter. Pſal. 47. *Iuſtitia plena eſt * dextera tua.* Nam cum aliorum dextera, potentia, fortitudo, plena ſit rapinis, ſanguine, violẽtia, iniquitate (ſi enim poſſunt, omnia per ſummam iniuſtitiã contra ius, faſq; gerunt) At diuina potentia atq; fortitudo cum ſumma iuſtitia & æquitatis moderatione coniuncta eſt; nihil enim, niſi quod iuſtũ, & æquũ eſt, agit. Quod diſcrimen expreſſit Hoſeas. *Non faciam furorem iræ meæ, non conuertam, vt diſperdam Ephraim; quoniam Deus (El) ego, & non homo.* quaſi diceret; Tu (ò Deus) non quicquid aut vales, aut quicquid improbus mali, ſupplicijq; meretur, infligis: at homo tantum nocuerit, quantum poſſit; nullamq; malè de pauperibus merendi, & infirmiores lędendi occaſionem prætermittit. ſicut iniquo regi ab adoleſcente ſanctiſſimo dictum eſt. 2. Macha. 7. *Poteſtatem inter homines habens, cùm ſis corruptibilis, facis quod vis.* De huiuſmodi enim potentioribus diuitibus, ſub nomine *Vaccarum pinguium*, dictum eſt Amos. 4. *Quæ dicitis Dominis veſtris, Afferte, & bibemus.* id eſt, dum bibẽdi ſit facultas quidquid propinetur, exſorbebimus. putant enim per poteſtatem, & magiſtratũ ſibi à regibus, principibuſue commiſſum omnia ſibi licere, quæ poſſint; & ſi occaſio ferat, fieri etiam ſibi exſorbendi, & exugendi ſanguinem pauperum facultatem propterea enim perpetuo cognomento, huiuſmodi potentiores homines dicũtur, *Viri ſanguinum.* Eleganter verò eo loco Chaldæus legit, *Vbi eſt poteſtas, vt diripiamus*; non enim inquirunt ius, & legem, ſed *poteſtatem* quandam exlegem, & iuris contemptricem, neque aliam iuſtitiæ, aut æquitatis regulam agnoſcunt, quam ſuam fortitudinem. Hæc enim eſt illa impiorum vox. Sapien. 2. *Sit fortitudo noſtra lex iuſtitiæ*, (quidquid in poteſtate noſtra poſitum fuerit, iuſtum cenſeri à nobis debet) *Quod enim infirmum eſt, inutile inuenitur.* Igitur, Non peruertit, ſicut homo, Deus fortis iudicium. *Eum* (inquit Sapientia cap. 12.) *qui non debet puniri, condemnare, alienum à tua virtute ducis. Virtus enim tua iuſtitiæ initium eſt: & ob hoc, quòd omnium Dominus es, omnibus te parcere facit. virtutem enim oſtendis tu, qui non crederis eſſe in virtute conſummatus.* Igitur (inquit Baldad) hæc tua ſupplicia, ò Iob, reijcere non poteris in Dei potentiam, & fortitudinem, qui te innocentem contra fas, iuſq; affligat, cum poſſit.

Aut Omnipotens ſubuertit &c. idem per expoſitionem repetit, vt certè cùm *iudiciũ* fuerit ipſa 4
recta & ordinata cauſæ cognitio, nunc *iuſtum*, vel iuſtitia erit, ius exequutioni mandandum, quod cognitum atq; iudicatum eſt; quod eſt iudicij finis qua ratione ſæpè in Scriptura dicitur *Fieri iudicium & iuſtitia.* Sic indicant Septuag. *Nunquid Dominus iniuſtè aget iudicans? aut qui omnia fecit, turbabit iuſtitiam?* Symmac. *In iniuſtitiam transferet iuſtitiã?* *Omnipotens* autem, quod in originali eſt, *Saddai*, aliqui dicunt ſignificare robuſtũ, & ſufficientem ad omnia perpetranda, & exequutioni mãdanda, quæ facienda iudicauerit Quare idẽ nomen alij vertũt, *victorẽ*, aut *inuictũ*, cuius potentiæ nemo reſiſtere queat, quare habebit eandẽ vim, quã *fortis* in priori huius ſententiæ particula. Vide Hieronymũ epiſtola ad Marcellã. Alij interpretantur *Vberrimum*, abundantẽ, copioſum, cuius virtus atq; munificẽtia

per om-

Deus fortis. אל ארת *Thren. 3. 36.*

משפט Quid *iudiciũ*

Leges diuinæ cur vocentur iudicia.

Ezech. 44. 23

Quid *facere iudicium.*

Mich. 6. 8.

Pſal. 118. 121.

Pſal. 118. 75.

* La verdad y la iuſticia ellas me valgan.

Deus iudicij normam ſeruat.

Geneſ. 18. 21.

Geneſ. 3. 17.

Iſai. 30. 18.

Pſal. 47. 11.

* De los q tienẽ mano los agrauios a almoçadas. de la de Dios los deſagrauios y la juſticia.

Hoſe. 11. 9.

Dei, & hominis in vtẽdo ſua poteſtate diſcrimen.

Homo frequenter abutitur potentia.

2. Mach. 7. 16.

Amos. 4. 1.

Impij dicuntur viri ſanguinum.

Pſ. 5. 7. & 25. 9. & Pſal. 54. 24. & 58. 3.

Sap. 2. 11.

Sap. 12. 15.

Iuſtitia quid

LXX.

Symmach.

שדי

Omnipotẽs & Saddai quid propriè.

Hieronym.

per omnia permeet; cuius vberibus & bonitate omnia alantur & nutriantur; qui nullius indiget, qui bonorum noſtrorũ nulla cupiditate tangatur. Is igitur iudex erit integerrimus & incorruptiſſimus: qui neque amore, neq; odio, neque cupiditate vlla *peruertet quod iuſtum eſt*: alij namque iudices, qui ſibi non ſufficiunt, & inopia laborant, frequenter muneribus capiuntur, & pretio corrupti *peruertunt, quod iuſtum eſt* Septuag. hoc loco reddere videntur id nomen, *Qui omnia facit*, quod Olymp. & Polych. ad rem præſentem explicant. Qui cunctarum rerum naturas ſummo ordine, & æquitate conſtituit, non is in te vno affligendo, quod iuſtum eſt ſubuertet, vel, qui cũ omnia ſolo nutu creauerit, & ſumma quadã facilitate omnia moderatur, nulla nunc difficultate actus iniq; tuam cauſam iudicauerit? Sed melius, vt nomẽ creatoris, *qui omnia facit*, ſignificet eum qui cum ſupremus iudex ſit, inferiorum iudicum errata corrigit, & qui iniuriam patiũtur, ad eum appellant, ſicut dixit Abraham, Gen. 18. *Abſit à te vt occidas iuſtum cum impio, non eſt hoc tuum qui iudicas omnem terram; nequaquam facies iudicium hoc.* Sed de hac ſupremi iudicis, & creatoris omnium, ſumma æquitate alias plura.

Pſal. 15. 2.

Iudicum inopia furandi, & corrũpendi iudicium occaſio.

LXX.
Olympiod.
Polychron.

Supremus iudex corrumpi nõ poteſt.
Geneſ. 18. 25.

IV. Etiam ſi filij tui peccauerunt ei, & dimiſit eos in manu iniquitatis ſuæ.

1 *Peccare quid propriè. Explicatur David. Via peccatorum abit in deuium & in præceps.*
2 *Dimitti, ad libertatem arbitrij referri. Quæ dicantur via mortis.*
3 *Quæ dicantur manus iniquitatis. Peccatum tortor peccatoru. Illuſtratur Iſa.*
4 *Deus à noſtra morte immunis. Explicata Sapientia.*
5 *Quod ſit ſtipendium militantis ſub peccato. Explicatur Moyſes.*

1
Peccare, quid propriè.
חטא
Pſal. 24. 8.

DEI iuſtitiam in peccatis filiorum Iobi puniendis perfectam fuiſſe aſſerit. *Peccauerunt* verbum *Hhata*, propriè errare, declinare à recto, & lege, vt indicatur Pſal. 24. *Legem dabit delinquentibus in via.* id eſt, errantibus à recto tramite, & deuiãtibus à præſcripta lege. Hinc dicitur, *via peccatorum peribit.* Pſal. 1. quia, qui *à via veritatis*, id eſt, veriſſima & rectiſſima diſcedunt, per præcipitia tandem feruntur; vt illi fatentur, qui cùm viam illam confeciſſent, de qua ſcriptum eſt, Eccleſ. 21. *Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ.* Aiunt tandem; *Errauimus à via veritatis.* Sed de hac impiorum via, aliquando plura.

Pſal. 1. 6.
Via peccatorum abit in præceps.
Eccleſ. 21. 11.
Sap. 5.

Ei. Septuaginta, *coram eo*, quaſi dicat etiam ſi externa facie ſanctitatem repræſentabant, tamen coram Deo, quem nihil latet, peccatores erant. Aut, *ei*, id eſt, contra eum.

LXX.
Datiuus caſus, quomodo exponatur.

Et dimiſit eos. Verbum, *Salach*, ſimpliciter mittere, aut eijcere ſignificat; à recto tramite cum aberraſſent, aberrandi copiam pro libidine fecit. Tamen neſcio quam vim expultricem, quaſi à tergo illos impellentẽ aſſerere videtur, id quod ſequitur, *in manu iniquitatis ſuæ.* Sed verbo, *dimittendi*, illa libertas arbitrij, qua quod ſibi quiſque videtur, eligere poteſt, ſignificatur, quod etiam ad quandam Dei creatoris bonitatem, & ſuauem diſpoſitionẽ pertinet. Sicut Actuum. 14. Paulus & Barnabas dicebant. *Conuerti ad Deum, qui in præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas.* Illud etiam ſonat ſupplicium quoddam aliorum peccatorum: nam qui dimittitur vagari, & errare extra viam, certè ad certiſſimum interitum, aut præcipitium damnari videtur. ſicut ait ipſe, qui vera via eſt, *Eijce illos à facie mea, & egrediantur. Quòd ſi dixerint ad te; quò egrediemur? dices ad eos; Hæc dicit Dominus: Qui ad mortẽ, ad mortem, & qui ad gladium, ad gladium, & qui ad famem, ad famem, & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.* Hæ enim ſunt omnes viæ mortis, in quas dimittuntur: vnica enim eſt via vitæ, à qua receſſerant. Quare cum de vita conferenda ſuis ſectatoribus per viuificam ſuam carnem, ſuumque ſanguinem, in quo anima, & vita viuentis eſt, loquutus eſſet Chriſtus Ieſus. Ioan. 6. ſubiunxit: *Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo. Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt retro, & iam cum illo non ambulabant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire? Reſpondit ei Simon Petrus: Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* id eſt, Dicis nobis apud te eſſe vitam? Quam ergo aliam, ſi à te receſſerimus, viam tenere poterimus, niſi mortis?

2
יְשַׁלְּחֵם
Dimitti ad libertatem arbitrij refertur.

Actor. 14. 16.

Ierem. 15. 1.

Ioan. 6. 44.

Quæ dicantur verba vitæ apud Ioannem.

In manu iniquitatis. Septuaginta quaſi per hypallagem legerũt; *Miſit in manu iniquitates eorum*, Et illud, *in manu*, explicat auctor Catenæ, *in actione.* ac ſi diceret, ſuarum actionum mercedem tuliſſe, iuſtam retributionem, atque commeritum ſupplicium manibus & operibus impiorum reddente Deo. Et licet ſenſus eodem redeat; tamen nulla eſt hypallage, ſed potius elegantiſſimus Hebraiſmus: quem neſcio quare Pagninus diſſoluerit, legens, *expulit eos è mundo propter præuaricationem*, Sicut Tygurinus: *Permiſit eis euenire, quod ſcelus eorum poſtulabat.* & Vatablus: *Eiecit eos propter tranſgreſſionem ſuam*, certe Iſaiæ 64. Simili locutione dicitur. *Alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ, & * peccata noſtra abſtulerunt nos*: tribuitur enim perſona, manus, ſæua quædam & inimica efficacitas iniquitati, cui tradit Deus improbos. Nos etiam dicimus cùm aliquid infauſtum accidit, per manus peccati eueniſſe. *Dexolos, para que todo lo que les ſuccedieſſe fueſe por manos de peccado*, vel peccato, tanquam tortori & vindici, illos tradidiſſe cruciandos, & vltimo ſupplicio plectendos. Simile id Habacuc 2. *Liberari ſe putat de manu mali.* Non aliter manus tribuũtur etiam gladio, aut morti, cum dicuntur peccatores, *tradendi in manus gladij.*

3
LXX.
Nicetas.

Hebraiſmus.
Pagnin.
Tygurin.
Vatabl.

Iſa. 64. 7.
*Mato los ſu peccado.

Peccatum tortor impij.

Habac. 2. 9.

Pſal. 62. 11.

Hic duo nota; cùm improbi *in manus iniquitatis dicuntur dimitti*, oſtendere ſe Deum, à noſtro ſupplicio & morte immunem: nam vt dicitur Sapient. 1. *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum, creauit enim vt eſſent omnia* (id eſt, vitam ſuis creaturis conceſſit, vt diutiùs viuerent, non vt cõfeſtim interirent) *& ſanabiles fecit nationes orbis terrarũ* (id eſt, ſalutaria ſunt quęcunque in terris naſcuntur) *& nõ eſt in illis medicamentum exterminij* (id eſt, nihil eſt tam venena-

4
Deus à noſtra morte immunis.
Sap. 1. 13.

tum, quod ab auctore naturæ ordinatum ſit ad
inferendam mortem, & non potiùs ad tuendá,
& conſeruandam vitam, tanquã medicamen-
βαϲιλειον. tum vitæ, non mortes) *neque inferorum regnum in*
terra (Græcè habetur: *nec regia, aut palatium infer-*
ni, id eſt, ſedes regia mortis non eſt ab eo in
hoc mundo conſtituta, ſed potiùs in mundo al-
tero, videlicèt in viſceribus centroque terræ.)
Rom.5.12. Peccatum igitur viam patefecit morti, nam *per*
Sap.1.16. *peccatum mors, & impij manibus & verbis accerſierunt*
illam.

5 Denique qui peccato militat, nullum aliud
Quod ſit pec ſtipendium meretur, quam mortem, nam *ſtipen*
catoris ſtipẽ- *dia peccati mors*, quaſi dicat Paulus; qui ſub alijs
dium. imperatoribus merent, non ſolùm ſtipendij,
Rom.6.23. ſed victoriæ opimæque prædæ ſpe allecti, ſub-
eunt diſcrimen: at ijs, qui peccati auſpicia ſe-
quuntur, quod prætium? nullum certè niſi fre-
quétes inſidiæ ſaluti paratæ, fuga turpis, mors
ignominioſa.

Hinc videas, non eſſe dictum Adamo à Deo,
Gen.2.17. *In quacunque die peccaueris*, ego te interficiam, ſed
morieris, in manu iniquitatis tuæ. nam ſupre-
mus iudex nunquã obit tortoris munus. Quod
ſi nemo ſit, qui tortor eſſe velit, certè rege in-
dignum eſt, vt ſuis ipſe manibus ſceleratos iu-
gulet, aut in crucem agat. Illud verò digniſſi
mum à iugulo reuocare tortorem; & capitis
Hoſe.13.9. reũ ab extremo ſupplicio, dicente Hoſ. *Perditio*
tua Iſraël ex te, tantummodò ex me auxilium tuum.

V. Tu tamen ſi diluculo conſurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus.

1 *Diluculo ſurgere ad diligentiam & ſolicitudinem pertinere.*
2 *Quid deprecari, & vt ad gratiam pertineat. explicati Moyſes & Salomon.*
3 *Munditiæs quid propriè ex Hebræo. pro iuſtitia & ſanctitate. Hypocriſi contraria. Quæ ſit apud Paulum Eccleſia munditiæs expers ſordiũ & maculæ.*
4 *Quid euigilare ex Hebræo. Chriſtus Ieſus euigilãs ad ſuorum preces.*
5 *Deus occurrit noſtris precibus, imò præoccupat. Antiquus ſponſarũ mos procedentium obuiam ſponſo.*
6 *Pax abundantia.*

1 TIbi (inquam) dum adhuc vita eſt, ſpes eſt,
& pœnitendi tẽpus conceditur, nam nõ
es dimiſſus adhuc à ſupremo iudice *in manu ini*
quitatis tuæ, extremo ſupplicio plectendus, per-
Diluculo, ad inde atque tui filij. ergo *diluculo*, citò, quampri-
diligentiã, & mùm, diligenter, maturè, tempeſtiuè, *dum dies*
ſolicitudinẽ. *eſt*, cum iam tibi affulſerit huius noſtri conſilij
Conſurgere, noua lux, *conſurge*; propriè, vigila; quaſi qui ſum
pro vigilare. mo manè vigilat, diligenter, ſollicitè quærito
שחר Deum, languentem animum, & in tua iſta cala
mitate, tuique ipſius extrema abiectione iacen
2 tem excita ad quærendum *Deum, El. Et omnipo-*
Quid ꝓpriè *tentem*, Saddai, *deprecare*, propriè, Supplicem te
deprecari. Deo præbe, qui gratuitò tibi, quæ ſua eſt miſe-
חנן ricordia, condonet peccata, & peccatorũ pœ-
nas. Nam verbum *Chanan*, affert gratuitã illam
commiſerationem, quam quis citra vllum me-
ritum impẽdit, vel citra vllum ſuum meritum
precatur ſibi impendi. Quare cũ ingentia quæ-
dam beneficia, ex ſola diuina munificẽtia con-
ceſſa cõmemorat Moyſ. Deut.3. hac ipſa voce Deut.3.27.
ait: *Precatus ſum Dominum in tempore illo dicens: Do-*
mine Deus, tu cœpiſti oſtendere ſeruo tuo magnitudinem
tuam, &c. id à te contendo, vt cœpeam erga me
beneficentiam prouehas. Et ab eadem radice,
Prou.18. *Cùm* * *obſecrationibus loquitur pauper*, id Prou.18.23.
eſt, qui non iure, ſed gratis ſibi aliquid dari cu * Haze plegarias porque pide de gracia.
pit, precibus vtitur, non vi. Itaque, inquit Bal-
dad; non eſt tibi ſummo iure cum Deo agendũ
ſed precandum potiùs, ne ille tecum ſummo
iure agat, ſed ex gratia & miſericordia. Si ſic,
inquam, te geſſeris, benignum erga te ſenties
illum.

VI. Si mundus & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ.

SI obtenta venia tuorum ſcelerum iuſtus 3
conſtituaris, te fortunabit procul dubio
Deus. vel, Non eſt, quòd deſpondeas animum,
ô Iob; nam ſi tu, vt de te ipſo profiteris, iuſtus
& mundus vixiſti, non morieris in iſto miſero
ſtatu, ſed in priſtinam fœlicitatem, multoque זכך
maiorem reſtituet te Deus.
Si mundus. Syncerus, ſine labe & vitio, ſicut Infra 9.30.
infrà cap.9. *Et fulſerint velut mũdiſſimæ manus meæ.* Munditiæs ꝓ iuſtitia & ſanctitate
Inde dicitur *iuſtificare*, id eſt, mundare, & ad
perfectam iuſtitiæ & ſanctitatis mũditiam re- Pſal.72.13.
digere, Pſal.72. *Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum*, Hieronym.
Hieron. *Mundaui*, Dan.6. *Coram eo iuſtitia inuenta* Dan.6.22.
eſt in me, Hebr. *munditia.* econtrà vero Ierem.2. Iere.2.22.
Maculata es in (propter, ex, ab) *iniquitate tua.* Vo- Peccatum macula, & ſordes.
catur autem peccatum, macula, & ſanctitas
mũditia. quod quæ maculata & infecta erant,
habebantur prophana & polluta, & diuino
conſpectu indigna. Sicut Apoſtol. Iudas dixit, Epiſt. Iudæ. v.12.
de hæreticis conuiuio à fidelibus exceptis, *Hi*
ſunt in epulis ſuis maculæ, id eſt, conuiuiorum, &
menſæ prophanatores. & Petr.2. c.2. *Coinquina* 2.Pet.2.13.
tiones, & maculæ in conuiuijs. Quare Paulus ait,
mortuum eſſe Chriſtũ Ieſum, vt *mundaret* (ſan- Epheſ.5.27.
ctificaret) *ſibi eccleſiam, non habentem rugam, neque*
maculam. Fortè ad ſynceritatem quandam luci- Munditiæs & lux, Hypocriſi cõtraria
diſſimam, & diaphanam hæc munditiæs per-
tinet, quæ opponatur hypocriſi & ſimulatio-
ni: nam hac ipſa voce dicitur, *Oleum de oliuis pu*
riſſimum, Leuit.24. id eſt, luciditſſimũ & clariſſi- Leuit.24.2.
mum, Exod 30. *Thus lucidiſſimum*, id eſt, pelluci- Exod.30.34.
dum, atque tranſparens: vnde dicitur vitrum,
quod diaphanum eſt, atq; ad hanc ſignificatio-
nem mũditiei, maculæ omnis & denſitatis ob-
ſcuritatisve expertis, alludit id, *Candor lucis æter* Sap.7.16.
næ, ſpeculum ſine macula. Ergo ait Baldad: *Si* * *mun* * Si anduuieres claro con Dios, y ſi fuere tu vida neta y pura.
dus, ſyncerus, *& rectus*, & à recto non declinãs.
Congruit cùm hac rectitudine verbũ *incedendi*,
quod interpres addidit explicationis gratia.
Septuag. ſicut & ſuprà, cap.1. *veracem* dixerunt. LXX.
Poſſet etiam dici: Si Deo gratus iucundusque Vid.c.1. v.1.
extiteris, *rectum* pro iucundo & grato.
Statim euigilabit ad te. Propriè ex Hebr. *Nunc* 57.58.
ſuſcitabit ſuper te. quaſi dicat: Nulla tibi impor- 4
tunitate pulſandi aut poſtulandi opus erit, ſed

conſur-

conſurget ſtatim, & dabit tibi neceſſaria. Dormire tibi nunc Deus videtur ad res tuas: ſed ideo dormit, quòd illum non excitâſti oratione tua: ſtatim enim atque ad illum acceſſeris, ſurget. Vides rem expreſſam in Chriſto Ieſu, *imperante vento, & mari: nam cùm motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipſe dormiebat; & acceſſerunt ad eum, & ſuſcitauerunt eū dicentes, Domine: ſalua nos, perimus. Tunc ſurgens imperauit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna.* quaſi dicat, ſtatim, tunc ad primam orantium vocem, nulla mora euigilauit: quem enim maris fremitus horriſoni non expergefaciunt, oratio ſtatim excitat. Tunc igitur, cum *deprecatus fueris*, ſtatim atque clamaueris, nunc ſi nūc clames, & depreceris, *euigilabit*, exurget à ſomno: alludit ad id, quod dixerat: *Si diluculo ſurrexeris*, deprecaturus, *euigilabit* ille exauditurus tuas preces. Sic Sept. pro *euigilabit*, habent, *Deprecationem exaudiet tuam.*

Chriſtus Ieſus euigilans ad miſerorū preces. *Matth. 8. 26.*

Orationis efficacitas.

LXX.

5

Deus dicitur dormire in noſtris diſcriminibus.

Vigilare ad opē dormire ad iacturam pertinet.

Cum res noſtræ periclitantur, dormire dicitur Deus: cum res in tuto ſunt, apertis oculis, & benigno vultu in nos aſpicere. Cùm periclitantibus opportunam opem affert, euigilare. nihil enim boni in nos redūdat, quod ex illius cura, prouidentia, obtutu in nobis defixo, non proficiſcatur. Illud etiam, cum eo qui ſurgit diluculo, euigilare Deum: non enim tam mature, & citò petimus, quā ille poſtulata nobis cōcedat, ſi neceſſaria ſint. Nulla igitur in Deo aut mora, aut difficultas exaudiendi, ſed mira in nobis oblitio, & languida quędā inertia deprecandi. Sic de ſe affirmat diuina Sapientia; *Ego diligentes me diligo; & qui manè vigilant ad me, inuenient me.* Quid, quod non ſolùm excitari videtur noſtra oratione, ſed ipſo primo deſiderio, & orandi affectu, ſicut ſcriptum eſt: *Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum.* Cum ſurgente, & cum quærente illū, quæſitura etiam hominem ſimul videtur egredi ſuis foribus diuina Sapientia, atque *obuiare homini, quaſi mater honorificata, & quaſi mulier à virginitate ſuſcipere illum.* Nam virgo quæ ſpōſa ducebatur, venienti ſponſo cum ſuis comitibus obuiam procedebat; cùm enim dicebatur: *Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei*, procedebāt virgines cum ſponſa, ornatis atq; accenſis lampadibus. Non aliter igitur diuina Sapientia nobis vigilantibus, atq; quærentibus occurrit. Sed quid inquam? illa ſane prior vigilat, & dormientes excitat, ſic teſtante Sapientia ipſa, cap 6. *Inuenitur ab his, qui quærunt illam. præoccupat, qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe priorē oſtendat. Qui de luce vigilauerit ad illā, non laborabit; aſſidentem enim illam foribus ſuis inueniet. Cogitare ergo de illa ſenſus eſt conſummatus, & qui vigilauerit propter illam, citò ſecurus erit. Quoniam dignos ſe ipſa circuit quærens, & in vijs oſtendit ſe illis hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis.*

Prou. 8. 17.
Deū noſtra deſideria excitant.
Pſal. 10. 7.

Eccleſ. 15. 2.

Matth. 25. 6.

Alluſio ad morem antiquum in nuptijs celebrandis.
Sap. 6. 12.

6

Et pacatum reddet. Integrum, perfectū, omnibus bonis redundans, qualia affert pax, *habitaculum iuſtitiæ.* Domum ſanctam, id eſt, ſi tu, tuaque familia piè & ſanctè vixeritis. Hebraicè, *pacificabit.* Quare quod Septuag. dixerunt, aliquantò diſcedit ab originali, *Reſtituet tibi habitaculum iuſtitiæ.*

Pax abundātia.

LXX.

VII. In tantùm, vt ſi priora tua fuerint parua, & nouiſſima tua multiplicentur nimis.

1 *Paruitas & magnitudo ad diuitias, & tenuitatem. Palmæ flores in fine & cacumine, non aliter iuſtus.*

2 *Quid generatio & ætas ex Hebræo, & Græco. Generatio pro hominibus alicuius ſæculi. Explicatus Iſaias, & Dauid.*

3 *Traditiones ſacræ hoc loco indicatæ, & in alijs ſcripturis commendatæ.*

4 *Patres pro ſenioribus, vt ſenibus deferendum. Scripta Enoch & Noë.*

Paruitas, & magnitudo, ſæpè ad diuitias accōmodari ſolent, vt nō ſemel admonuimus. Ergo licet videatur Baldad commuere iuſtitiæ Iobi, poſſeque iuſtum aliquandiu mala hæc tēporalia pati, ſed perpetuò id fieri poſſe negat. Reportabis (inquit) aliquando ingens harum miſeriarum lucrum, ſi iuſtus fueris. *Nam ſicut palma florebit.* Cum enim initia habeat multis pollicū corticibus deformia, aſpera, intractabilia, & cum ferè truncum integrū habeat nullo foliorum ornatu, aut pulchritudine; at tandem floret, fructificat, & in fine, atque cacumine multiplicatur nimis. Hæc autem promiſſio iuſto à Dauide facta eleganter in hanc rem illuſtratur ab Auguſtino in hæc verba: *In palma altitudinē ſignificauit. fortè & hoc, quia in nouiſſimis ſuis pulchra eſt, vt initium eius à terra ducat, finem ipſum in cacumine, vbi habet totam pulchritudinem. Aſpera radix videtur in terra, pulchra coma ſub cælo eſt. Erit ergo, & tua pulchritudo in fine.* Indicat etiam Baldad, dum Iobū ad pœnitētiam conatur adducere ſpe præſentis fœlicitatis, poſſe hominem per pœnitentiam ad maiorem gratiam, cumulatiuſq; temporale præmium aſſurgere.

1
Paruitas & magnitudo ad diuitias.

Pſal. 91. 13.

Auguſtin.

VIII. Interroga enim generationem priſtinam, & diligenter inueſtigia patrum memoriam.

Haec, quæ dixit, cōfirmare nititur ex omni ſæculorū memoria, atq; experientia. *Generationem.* Aetatem, ſæculum, à radice, *Dor*, quod eſt durare, habitare, viuere, in habitatione, & vita aliquandiù durare. unde ætas, vita, vitæ & ætatis duratio, & tempus, & aliquando pro ætatis certo quodam gradu, & vitæ cōditione: qua ratione diuiditur humana vita in plures ætates. Et ita etiam apud Græcos vocē, *Genea*, ait Suidas, ſignificare interuallū ſeptem annorum; atque ex medicorū ſententia ſubiūgit; *vnde medici vetant, duas ætates habenti, id eſt, annos XIV. nato, venam incidi, quòd ſanguine egeat.* Sic Pſal. *Dies ſuper dies regis adijcies, & annos eius in *generatione & generationem.* Sed hoc loco *generatio*, eſt integra hominis vita & ſæculū. Ruſus *generatio*, ætas, ſæculū pro rebus geſtis, aut pro hominibus alicuius ætatis & ſæculi, Iſa 53. *generationem eius quis enarrabit*, id eſt, illius ſæculi, ætatis homines perfidos, & innocentium vitæ, per ſummum ſcelus calumniantes, & Pſal. 13. *Dominus *in generatione iuſta eſt*, id eſt, fauet Deus ſæculo, ætati, in qua viuunt ſancti.

2
דוֹר
Quid ſit *generatio.*
Aetas, quid.
Γενεά.
Pſal. 60. 7.
* Palabra de todas las edades y plazos de la vida, y ſaldra de los annos climatericos, y cōtara muchos ſietes.
Generatio, pro hominibus alicuius ſæculi.
Iſa. 53. 8.
Pſal. 13. 5.
* El tiēpo, en que ay iuſtos tiene a Dios por ſuyo.

Priſtinam

3 *Priſtinam.* Priorem, fortè primam, nõ ſolùm eam, quæ fuit tẽpore diluuij, ex qua peti poterant manifeſta argumẽta ſupplicij impiorum, & ſalutis iuſtorũ; ſed etiam eas, quæ diluuium præceſſerunt, ex quibus, cum homines quam diutiſſimè viuerent, multam experientiam de improborum infœlici exitu, atque iuſtorum fœlicitate & incolumitate colligere poterãt. Ait itaque Baldad; Conſule annales priſtini temporis, & quæ prioris ſæculi homines multa experientia teſtata, & perſpecta nobis tradiderunt, repete. Quibus ſanè verbis apertè indicat, apud illos viguiſſe traditiones aliquas ad fidei, & morum doctrinam ſpectantes, quæ ſemper apud fideles ſumma veneratione ſuſceptæ, & conſeruatæ fuerunt, contra quam noſtri temporis hæretici nugantur. Similibus namque verbis huiuſmodi Traditiones commendantur, Deuter. 32. *Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi; maiores tuos, & dicent tibi,* & Pſal. 77. *Quanta mandauit patribus noſtris, nota facere ea filiis ſuis, vt cognoſcat generatio altera: filij, qui naſcentur, & exurgent, & narrabunt ea filiis ſuis.* Hoc verò ſeniorum ſtudium tradendæ veræ doctrinæ iunioribus tunc in primis neceſſarium erat, cùm vera doctrina non erat in formam librorum redacta, neque tam chartæ & atramẽto, quàm memoriæ commendata. Sed de traditionibus hic non plura, de quibus inter alios nunc tandem grauiter & eruditè multa præclara tradidit noſter Robertus Bellarminus. eodem pertinet quod ſequitur.

Traditiones ſacræ.

Deut. 32. 7.
Pſal. 77. 5.

Tom. 1. contro. lib. 4. de verbo Dei nõ ſcripto.

4 *Diligenter inueſtiga patrum memoriam,* id eſt; eos, qui nos ætate & ſæculo præceſſerũt: hos enim ſolet ſcriptura appellare *Patres,* ſicut enim pater filio maior eſt, ita quicunq; ſenior nomen, adeoque vicem parentis obtinet. ſic Paul. 1. ad Timot. 5. ait: *Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra, vt patrem, iuuenes, vt fratres, anus, vt matres.* Identique nomen ſenectuti Ioannes tribuit. 1. cap. 2. cùm ait: *Scribo vobis filioli, ſcribo vobis patres, ſcribo vobis adoleſcentes, ſcribo vobis infantes, ſcribo vobis iuuenes. Patrum* nomen pro ſene ibi accipi debere, docet Hieronym. Sicut & Auguſt. in Pſal. 77. *Coram patribus eorum fecit mirabilia.* de Moyſe & Aaron, quòd ſeniores eſſent, & populi res curantes, intelligit. res apud omnes certiſſima. Quare Teleclus (referente Plutarcho) *interrogatus cur apud Spartiatas conſuetudo eſſet, vt iuniores aſſurgerent ſenioribus? Reſpondit, vt in eis, qui nihil attinent, honorandis inſuescerent honorent parentes.* Et Romani (ſcriptore Gellio) ſenes ad Deum propè, & parentum vice colebant. Hinc perſpici poteſt, non eſſe ſolidum id diſcrimẽ, quod tradit hoc loco D. Thom. vt *generatio priſtina,* ad antiquiores referatur, & *patrum memoria,* ad progenitores. Sicut neque id, quod idem D. Tho. & Caiet. obſeruant, Baldad præcipere, vt Iob conſulat ſcripta relicta à patribus antiquis. de huiuſmodi enim ſcriptis nihil certi conſtare poteſt: nam antiquiſſimæ illæ columnæ ab Adã, Seth, & eorũ nepotibus inſcriptæ, marmorea, & ahenea, characteres quoſdam, & figuras mathematicas pro ſiderum obſeruatione potiùs, quàm vllam hiſtoriã, aut exquiſitam de Deo, & eius prouidentia doctrinam habuiſſe dicũtur: neq; ſi habuerint, ad eam tunc ſcripturam videretur Iob à Baldad mittendus. Niſi fortè tũc aliqua eſſent ſacra volumina apud fideles conſeruata, qualis ab aliquibus exiſtimatur liber Prophetiæ Enoch, cuius meminit Iudas Apoſt. Tum etiam illud alterum monumẽtum, quod Noe in lapide inſcripſiſſe ad æterna diluuij, & totius rei geſtæ memoriam ſcribit Beroſ. lib. 3. antiquit. Sed apocrypha omnia. Quare hic tantùm rerum geſtarum memoria per manus tradita ſignificatur.

Patres, qui dicantur in ſacro ſermone

1. ad Tim. 5. 1.

1. Ioan. 2. 12.

Hieron. in Iſa. cap. 3.
Augu. in Pſal. 77. v. 12.
Plutarch. in Laconicis.
Mos iuniorũ aſſurgẽdi ſenioribus apud Spartiatas.
Romani apud Gelliũ, lib. 2. cap. 14.
D. Thom.
Caietan. cum D. Thom.
Colũnæ duæ inſcriptæ à nepotibus Adã.

Iude 14.

Beroſ. lib. 3. antiq.

IX. (Heſterni quippe ſumus, & ignoramus, quoniam ſicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terram.)

1 *Quid dies heſternus, quid heri & nudius tertius ſignificent in ſacris.*
2 *Particula, Et, aliquando cauſalis. Scire ad ſenſum, & experimentum.*
3 *Vitæ breuitas, & rerum inconſtantia difficultatem cognoſcendi afferunt.*
4 *Quid in vita, cum vmbra ſimilitudine conſiderandum.*
5 *Cor intelligentiæ ſedes. Quid ſit ſapientiam eſſe in corde. Quid proferre de corde eloquia.*

1 HEſterni. Non eſt (inquit) noſtræ tantùm memoriæ fidendũ, quorum eſt vita breuiſſima, atque experientia aut tenuis, aut non valdè repetita & confirmata. *Dies heſternus,* tempus præteritũ, proximum, pariterque breuiſſimum ſignificat. ſicut Dauid dixit ad Ethai, 2. Reg. 15. *Heri* (nuper) *veniſti, & hodie compelleris nobiſcũ egredi?* & 4. Reg. 9. *Si non pro ſanguine Naboth, & pro ſanguine filiorum eius, quem vidi heri* (nuper) *ait Dominus,* &c. ſolet etiam coniungere ſcriptura, *Heri & nudius tertius,* & tunc cõtinuationem quãdam ad aliquos dies proximè præteritos ſignificat.

Dies heſternus, quid ſignificet.
2. Reg. 15. 20.
4. Reg. 9. 26.
Heri & nudius tertius, quid ſignificet.

2 *Et,* propterea ideo. Ezech. 23. *In via ſororis tuæ ambulaſti, &* (propterea) *dabo calicem eius in manu tua.* Propterea (inquit) oportet nos multa *ignorare,* atque valdè tenuem experientiam collegiſſe. propriè *non ſcimus.* quæ ſciẽtia experimẽtalis eſt, & per ſenſus collecta ex ſingularibus, nam (*Iadagh*) quamuis ſit mentis & intellectus, ſed frequenter eſt ſenſus & experientiæ.

Ezech. 23. 31.
Particula Et aliquando cauſalis.
Ignorare, aut *ſcire* ad ſenſũ & experimentum.
ידע

3 *Quoniam ſicut vmbra.* Plerique referunt ad futurũ; Ferè nihil eſt, quod viximus adhuc, quod verò vitæ reliquum eſt, non aliter diſ- betur & euaneſcet, quam vmbra. ſic ferè Olympiod. Sed commodius, vt ad præteritam vitam; vel in commune ad vitam breuiſſimam pertineat; Multa (inquit) nos ignorare oportet, cum heſterni ſimus, & non diu vixerimus: tum etiam cum id, quodcunque vitæ fuit, adeo leue fuerit, vt de rebus iudicandis nullum nobis ſpatium ſatis tranquillum conceſſum fuerit, quo perfectam cognitionem comparare poſſemus: ſicut ait Eccleſiaſt. c. 1. *Cunctæ res difficiles, non poteſt homo eas explicare ſermone; non ſatiatur oculus viſu, neq. auris auditu impletur,* (id eſt) præterquam quòd res ipſæ intellectu & explicatu difficiles ſint, non poſſumus illas plenè intueri, aut audire, aut a-

Olympiod.

Eccleſ. 1. 8.
Difficultas rerũ cognoſcendarum.

alio

alio ſenſu perfectè de illis iudicare; nam abeunt citiſſimè. Hoc illud eſt, *vita breuis, ars verò longa experimentum fallax, &c.*

4 *Sicut vmbra.* Cum in hac vitæ humanæ comparatione cum vmbra, quæ in ſacris libris frequentiſſima eſt, multa inſint, non conſtat, ex quanam potiſſimù re hoc in loco petatur ſimilitudo: nã *vmbra* poteſt indicare id, quod inane eſt, & nihil habens ſolidæ ſubſtantiæ: aut malè fidam ſtationem ſub vmbra, & protectionem fugacem: nam qui ſub illa dormiat, proditur ſtatim, atque traditur radijs ſolis, aut verò celeritatem incredibilem veſpertinæ vmbræ, quæ præcipitante ſole, fugit celerius, aut imminutionẽ, & decremẽtum matutinæ vmbrę, q̃ aſcẽdente ſole, extenuatur. Sed, vt vno verbo dicã, quidquid in vmbra fugax, labile, breue eſt, ſignificari à Baldad potuit. *Vmbra* tamen conſideratio, non omninò breuis eſt; diutiùs namque ſub illa quieſcendũ nobis erit, cùm iterum capite 14. recurrerit.

Vita celerior & vanior vmbra.

X. Et ipſi docebunt te: loquẽtur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia.

5 EAdem (inquit) doceberis ab illis, quæ à me audiſti. Illud aũt, *de corde proferent*, indicat magnã ſapientiæ copiam repoſitam in mẽte & corde ſenum: nam *cor* in ſcriptura ſæpe dicitur cognitionis & intelligẽtiæ ſedes. Inde cordatus homo, ſapiens, aut eruditus: ſtultus autem, excors, *non habens cor*, carens, *indigens corde*. Hinc Eccl. 21. *in ore fatuorũ, cor illorũ: & in corde ſapientũ os illorũ.* videlicet os reconditũ, & coniunctũ cũ intelligentia habet alter, alterius vero cor nõ minùs patet, quã ipſum os. Tum etiã cuius cor in ore eſt, nõ profert de corde verba, nihil arcanũ, nihil reconditum, nihil homine ſapiente dignũ loquitur: at qui *de corde profert loquia*, ea loquitur quę in cordis penetralibus, tanquam in theſauro abſcondito repoſita erant, & quæ priùs cõcipiuntur, & attenta meditatione intus formantur, quàm edantur in lucem. Tandem illud nõ eſſe loquendũ, quidquid in buccam venerit, niſi ex corde proueniat, ſapientięq; iuſſu & præſcripto, ſolent enim irrationales alij animi motus multa quoq; loquenda ſuppeditare. diximus de hoc aliquando plura.

Cor ſedes intelligentiæ.

Eccleſ. 21. 29.

Quid ſit *habere os in corde, aut cor in ore.*

Quid *proferre de corde eloquia.*

Vid. ca. 3. v. 1. & 2.

XI. Nunquid virere poteſt ſcirpus abſque humore? aut creſcere carectum ſine aqua?

1 *Ex naturalibus peti ſimilitudines, & documenta morum. id familiare fuiſſe Syris, & Paleſthinis, in eo genere excelluiſſe Iobum, & illius amicos, & poſtea Salomonem.*

2 *Quid Scirpus; Quid papyrus, qui vtriuſque plantæ vſus. explicatur Moyſis & Iſaias.*

3 *Quid Carectum in Hebræo & Græcè. Quid virere, & creſcere.*

1 REm de impiorum infælici exitu, quã probandã ſuſceperat, & veterũ monumentis conſtare dixerat, nunc quoq; rerum naturaliũ exẽplo confirmat. Id quod familiare eſt ſacris omnibus ſcriptoribus, vt ſublimiores & recõditiores veritates explicent ex ſenſibilibus. Acutè namq; Tertul. dixit in hanc rem, eundem eſſe naturæ auctorem, qui gratiæ, proptereaq; naturæ opera cum gratiæ myſterijs quodamodo conſonare, atque adeò multa, ad componẽdos mores, ſalutaria documenta ex natura petenda eſſe. Idq; præ cæteris nationibus Syri & Palęſthini, natura & ſuopte ingenio ad eam rem nati, obſeruàrunt. De qua re Hieron. in Matth. 18. dixit: *Familiare eſt Syris & maximè Palæſthinis ad omnem ſermonẽ ſuum parabolas iungere, vt quod per ſimplex præceptũ, teneri ab auditoribus non poteſt, per ſimilitudines, exemplaq; teneatur.* Id quod cũ in alijs ſacris ſcriptoribus, prophetiſq; præſertim, atque Dauide Rege ſumma cum legentiũ voluptate perſpiciamus, cumque in eo genere excelluiſſe videatur Salomon, qui vt 3. Reg. 4. dicitur, *Locutus eſt tria millia parabolas.* quod Ioſephus lib. 8. antiq. c. 2. ſic explicat: *Compoſuit parabolarum, ac ſimilitudinũ libros ter mille, cuilibet ſpeciei plantarum ſuam adhibuit parabolam ab hyſopo vſque ad cedrum.* Tamen in eo quoque ſapientiæ genere neque Iob, neque eius amici inferiores videntur: nam magnificentiſſimis ſimilitudinibus vtũtur ductis ex rebus naturalibus. inter quas hæc *ſcirpi*, & *carecti* non eſt vltima.

Tertullian.

Syri. & Palæſthi. ex naturalibus multa ad mores duxerunt.

Hieron. in cap. 18. ſup. Matth.

3. Reg. 4. 32.

Ioſeph.

2 Humanam itaque fœlicitatem comparat Baldad cum herbis quibuſdã paluſtribus, quibus abundanti perpetuoque humore opus ſit, vt vireant, vt quæ valdè infirmæ ſint, & citò exareſcant. *Scirpus* in originali à bibendo; nam *Gama* bibere, aut exſorbere eſt. eam vocem Latinus interpres, *imcum* reddidit, Iſa. 35. *Viror calami & iuncis.* & papyrum, Iſa. 18. *In vaſis papyri ſuper aquas, &c.* eodemque modo Septuaginta hoc loco *Papyrum* habent Græcè. quamuis in verſione Latina *Scirpus*, redditum ſit. Et quidẽ ſicut *Scirpus*, ita etiam papyrus *planta eſt, naſcens in paluſtribus Aegypti, aut quieſcentibus Nili aquis, vbi euagatæ ſtagnant duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali radicis craſſitudine, triangulis lateribus, decem non ampliùs cubitorum longitudine in gracilitatem faſtigiato*, vt Plin. ſcribit, conſentiente etiam Theophraſt. quæ, vt Strabo ait, Aegypto & Indiæ peculiaris eſt; & in Syria quoq; naſcitur, vt idem Theophraſt. ſcribit. Vnde quaſi ex re familiari, & maximè nota Syri hi, & Huſitani potuerunt ſimilitudinem petere. Et coniectura mihi eſt, non eſſe eum, quẽ nos iuncum appellamus, *iunco, o iuncia*, nam Hebræi dicunt, eſſe genus arboris leuiſſimę. ita R. Leui ait in libr. radicum, & R. Mardochai in ſuis concordantijs. & ait appellari *Scirpum, iuncũ, arundinem, papyrum* (id eſt) *lignum leuiſſimum, vnde fiunt naues.* quod cum papyro Plinij optimè cõgruit: nam ait ex papyro texi nauigia. Quod licèt videri poſſet ad nauigiorum tantùm tabularum commiſſuras inſertiendas; (nam Herodotus tradit Aegyptios naues fabricare ex ſpina, compages verò introrſum ex Biblo facere ex amputato papyri vertice) tamen ipſam præcipuam materiam, & tabulatum cymbarum ex hac leuiſſima arbore confici ſatis probat ille Iſaiæ locus. c. 18. *Mittit in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas.* Tum etiã Exo. 2. *ſumpſit fiſcellã ſcirpeam & liniuit*

גרמיה
גב ה

Iſa. 35. 8.

Iſa. 18. 2.

LXX.

Pli. lib. 13. c. 11

Theophr. li. 4. de hiſt. plant. cap. 9.

Strabo.

Cuiuſmodi planta *Papyrus*, aut *ſcirpus* ſit.

R. Dauid.

R. Mardoch.

Herod. lib. 2.

Iſa. 18. 2.

Exod. 2. 3.

& *linivit eam bitumine ac pice, poſuitque intus infantulum, & expoſuit eum in carecto ripæ fluminis.* Ex noſtris autem iuncis nihil huiuſmodi confici poteſt, ſicut neque apti ſunt ad alios vſus, quos papyro tribuit Plinius, videlicèt, quòd radicibus pro ligno vtantur, neq. ignis tantùm gratia, ſed ad alia quoque vtenſilia vaſorum.

Multi *Papyri* vſus.

3 *Carectum*, quibus alijs vocibus vertatur ab interprete.

Carectum vero aliquando vulgatus vertit, *loca paluſtria*, Geneſ. 41. fortè quòd *carectum*, non niſi in locis paluſtribus inueniatur. Alij *gramen* vertunt, aut graminetum vel pratum. Nobis vox Latina ſonat, *Carrizo*. Sed herbam eſſe, qua boues libenter paſcantur & ſaginentur, ex Geneſis 41. conſtat in Pharaonis ſomnio. *Putabat ſe ſtare ſuper flumen, de quo aſcendebant ſeptem boues, pulchræ & craſſæ nimis, & paſcebantur in locis paluſtribus.* Vbi Septuaginta eandem ferè vocem Hebræam (*Achu*) retinuerunt legentes: *Paſcebantur in Achi*: quod aliqui non pro loco, ſed pro ſolo herboſo, & vliginoſo accipiunt. Et Hieron. in traditionibus docet, *Achi*, eſſe vocẽ Hebræam, nonnihil mutatam, & ſignificare paludem. Certè vox illa Græca, *Achi*, transfertur *viriditas*, Eccleſ. 40. cùm dicitur: *Super omnem aquam viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnum euelletur.* Quo ſignificatur molliſſimum, & maximè tenue graminis genus, atque quod citius quàm fœnum matureſcat & vireat, colligi ſolere ante alias herbas pro pabulo & ſagina boum, quare hoc noſtro loco Septuag. quamuis Latinè redditum ſit *pratum*, tamen Græcè habetur (*Butomus*) quem dicunt nomen habere ex eo, quòd boum pabulo ſecetur; atque fruticem eſſe paluſtrem, caule admodum leui, folio arundinis, fructu nigro, mali amplitudine, cuius Theophraſtus meminit.

Gen. 41. 1. LXX. אחו ἄχι. Hieronym. Eccleſ. 40. 16. LXX. βούτομος. Theophraſtus lib. 1. hiſtor. Plant. cap. 8. גאה

Sed qua ratione ex his, confici, petive debeat ſimilitudo, verſiculo ſequenti explicabimus. Pro *Virere* autem eſt, in Hebræo *Gaah*, quod eſt eleuari, creſcere, & per trãſlationem ſuperbire, atque ita LXX. reddiderunt, *An exaltabitur papyrum ſine potu?* quæ tranſlatio eleganter conueniet cum fœlicitate impiorum, in qua cùm creſcunt, tument, extolluntur, atque ſuperbiunt. Sed interpres ſignificanter etiam dixit, *Viret*, nam incrementum illud atque ſuperbia creſcentis ſcirpi cum virore coniuncta eſt. *Creſcere* autem propriè eſt, multiplicari, augeri, atque inde habet nomen Hebræũ ſuam etymologiam; namque dicitur *carectum*, quaſi frater, quòd ex vna radice multi fratres (nos dicimus, filios) multiplicentur, & exurgant.

XII. Cùm adhuc ſit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit.

1 *Flos in Hebræo quid. Menſis nouorum quis dicatur.*
2 *Vulgati interpretis diligentia & eruditio. Flos Papyri ad coronandos Deos. Papyrum coronaria corona Chriſti patientis qualis. Militum alterum illudentium, ſimilia exempla. Humanum ſplendor flos papyri.*
3 *Humana fœlicitas abſque fructu flos. Beneficentia in floribus qualis. Illuſtratus Eccleſiaſticus.*

IN *flore*, propriè in virore ſuo. Si nimiũ premere vellemus vocem Hebraicam, quamuis barbarè, ſignificanter tamen redderemus, *in paternitate ſua.* quod Latinè diceremus, *cùm paterniret*; non tam ad patris vim, quàm ad matris fœcunditatem reſpicientes. Nam (*Ab*) pater eſt; inde (*Ebo*) virgultum, aut lignum vires, in eo videlicèt tempore, quod eſt parens nouarum frugum, & frondium, videlicet in menſe, qui Hebraicè dicitur (*Abib*) & componitur ex fine Martij, & initio Aprilis, qui dicitur, Exod. 13. *Menſis nouarum frugum*, & Exod. 23. *Menſis nouorum*: tunc enim videntur gigni, naſci, innouari, & virere omnia. Quare ad ſpicas adhuc virentes, Leuit. 2. & ad fructum nondum maturum accommodatur, Cantic. 6. *Deſcendi in hortum nucum, vt viderem, poma conuallium* (Septuag. *Germina*, aut flores, vel fructificationem. id quod ſtatim, per *florere*, & *germinare* exponitur) *Si floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica.* Similiter igitur hoc loco, *flos* accipitur, pro germinatione etiam fructus immaturi, qui non debet ante tempus carpi manu, nec demeti. In applicatione huius cõparationis quadrabit fœlicitati vigenti adhuc & florenti, tum etiam, viribus, & corporis valetudini integris.

1 Flos in Hebræo quid. אב אבר אביב Exod. 13. 4. Exod. 23. 15. Quis ſit menſis nouorũ. Leuit. 2. 14. Cant. 6. 10. LXX.

Sed cum *floris* meminit, non poſſum non mirari Latini interpretis, tum eruditionem, tum diligentiam incredibilem, nam cum aliter videretur ex proprietate Hebraici vocabuli legendum, vt iam indicauimus, ipſe *florem*, vertit. quòd ſciret iuncos, aut papyrum floribus quibuſdam commendari. Sic enim Plinius loco indicato ait de papyro: *Semper vulli vſus, aut vſu etiam alio, quàm floris ad Deos coronandos.* Licèt enim Athenæus aſperè conſidere videatur, qui putârunt è papyro, & roſis coronas fieri, idque non minus abſurdum eſſe, quàm ſi ex allio, & roſis texeretur, vtpote papyro prave aliquid & cæroſum olente, tamen præter Plinium, Plutarchus etiam ſcribit Ageſilaum papyro coronaria delectatũ fuiſſe, eamque diſcedentem à Rege petijſſe & accepiſſe. ad quod reſpexiſſe potuerunt milites illudentes Chriſto aſſertori atq. *plectentes coronam*, non roſeam, nõ lauream neque herbaceam, ſed *ſpineam*, id eſt, iunceam, aut papyraceam, quod diuinitati illius non floribus iunci, aut papyri, ſed acutiſſimis cuſpidibus, ſpinisque iuncorum per ludibrium ſupplicare viderentur. Et quidem fecit etiam (ſcribente Alexandro) milites in exercitu Pharnacis, tumultuaria corona manu ſertorum illi ſcirpeam, dum ipſum in regem aſſumunt, pro diademate dediſſe. Atq. ſimilem iocum factũ eſſe inſano cuidam Carabæ ab Alexandrinis in odium & ludibrium Agrippæ Regis, ſcribit Philo contra Flaccum his verbis; *Miſerum hunc in ſuperiori quodam loco ſtatuunt, vt ſpectari poſſet ab omnibus, moxque capiti diadema imponunt papyraceum, pro paludamento corpori ſtoream induunt, pro ſceptro fruſtum arundinis humi jacentem, quidam ei dedit in manum: ſic ornatum Regijs inſignijs, & in Regem transformatum, more Hiſtrionico adoleſcentes perticas in humeris geſtantes ſtipabant pro ſatellitio; tum alij ſalutatum accedebant; alij ſibi reddi iura petebant: alij conſulebant eum de republica.* Similimum profectò

2 Cõmendata Latini interpretis diligẽtia. Plinius. Athen. lib. 15. Plutarch. in Ageſilao. Matth. 27. 29 Marc. 15. 16. Ioan. 19. 2. Chriſti Ieſu corona ſpinea qualis. Alex. lib. 2. cap. 28. Phil. lib. in Flaccum.

Ioan.19.3.

etiam illud cum ad Chriſtum Ieſum purpura per ludibrium indutum milites (vt Ioãnes ait) *Veniebant & dicebant: Aue Rex Iudæorum*: accedebant enim quaſi ſalutantes, & iura reſponſaq́; petẽtes. Igitur, vt ad papyraceos flores, ex quibus Deorum, aut Regum coronæ texebantur, redeamus, certè cum hoc loco Baldad meminit *floris* iuncei, aut papyracei, omnem humanæ vitæ ſplendorem, honorem, dignitatem, gloriam ſignificaſſe viſus eſt, videlicet inſignia regalia, & honores illos, qui prope ad diuinos accedunt.

3. Plinius.

Humana fœlicitas flos abſque fructu.

Ante omnes herbas areſcit. Rectè congruunt quæ ex Plinio adduximus, nullum eſſe fructum iunci aut papyri, præter flores, & ſicut ante alias herbas, florere, virereque videtur, ita etiam ante alias herbas aut depaſcitur à bobus, & alijs beſtijs; aut cum aruerit ante alias, ad pabulum præbendum colligitur, & auellitur à bubulcis. Quod ad hanc quoque fœlicitatem impiorum explicandam Eccleſiaſticus adduxit, forte ex hac Baldadi ſententia depromptum

Eccleſ.40.16.

cap. 40. *Super omnem aquam viriditas* (viride gramen, iuncus) *& ad oram fluminis* (ibi enim naſcitur in locis paluſtribus) *ante omne fœnum euelletur* (vtpote quod citiùs quam aliæ herbæ, areſcat, & opportunum pabulum præbeat. Huic autẽ, miſericordiam & beneficentiam iuſtorum opponit) *gratia ſicut paradyſus in benedictionibus, & miſericordia in ſæculum permanet*. Vbi elegans eſt antithesis inter *oram fluminis* aut loca paluſtria, & *paradiſum*: illa enim aut iuncis, aut caricibus plena ſunt; hæc vero pulcherrimis ac fructiferis arboribus; iuncorum, & caricum fructus nullus; at paradiſi, & arborum *benedictiones*; id eſt, fructus, & prouentus vberrimus: carices & iunci cito exareſcunt, at fructus bonorum operum permanet in ſæculum ſæculi. Sed iuam ſimilitudinem perſequitur Baldad in ſequentibus.

Beneficentia & miſericordia iuſtorum.

Antithesis.

XIII. Sic viæ omnium, qui obliuiſcuntur Deum: & ſpes Hypocritæ peribit.

1. *Huius comparationis conficiendæ ratio optima. Perire quid. Quid perire impiorum viam. Iuſtus arbor perpetuo virens.*
2. *Via in ſacro Sermone quid, an ſingulariter vel pluraliter viæ ſint idem.*
3. *Recordari, & obliuiſci ad amorem, vel ad contemptum referri. Obliuiſci dicuntur impij potentiores, explicant Ieremias, Hoſeas, Paulus.*
4. *Hypocrita quid, & vnde dicatur, omnes impii Hypocritæ, præſertim iudices & principes. Inconſtantia rerum humanarum Hypocriſis.*

2.

אבר

Perire quid.

Auguſt.

Opera impiorum diuinæ gratiæ humore deſtituta areſcunt.

Olymp.

VT conſtet vis ſimilitudinis, ab extremo verbo incipiendum. *Peribit*, deſtruetur, auferetur, perdetur. Eſt verò apud pleroſque hic ſenſus, Opera & conſilia impiorũ, quia diuina gratia, &, vt ait Auguſtinus, diuina miſericordia deſtituta ſunt: oportet tandem tanquam ſine humore areſcere, conuelli, & extirpari radicitus, atque perire. Paulo aliter Olymp. conficit ſimilitudinem; *Quemadmodum* (inquit) *fieri non poteſt, vt ſcirpus, carectumve, aut adoleſcat, aut denutetur, niſi humorem ante combiberit: quin etiam omnis herba niſi irrigata fuerit, exareſcit: ſic & rerum florens ſtatus ſine pietatis ſtudio permanere non poteſt*. Sed cùm hic ſenſus veriſsimus ſit: exiſtimo tamen aliter comparationem hanc conficiendam: Sicut iuncus, carix, gramen, nullum ferunt fructum, ſed dum illis ſuppetit humoris copia; virent; in virente autem diutius conſiſtere non poſſunt, nam tota illa herbeſcens viriditas abit in nihilum, & ſubitò ſine fructu exareſcit: ſic ſanè viæ, vitaque impiorum poſt breuem aliquam fœlicitatem ſine optato fruſtrata, miſero exitu concluditur. Quare potiſſimum intendit Baldad humanæ fœlicitatis finem cum extrema illa ariditate comparare. Quod clariùs Septuag. expreſſerunt: *Sic erunt nouiſsima omnium, qui obliuiſcuntur Deum*. Quare, *viam perire*, eſt vitam miſerabiliter finire: ſicut & Pſalm. 1. dicitur: *Nouit Dominus viam iuſtorum, & iter impiorum peribit*. Niſi fortè breuitas quædam humanæ fœlicitatis ſignificetur: ita vt *Viam & ſpem perire*, ſit, ſubito in eas anguſtias redigi, vt homo progredi non poſsit, & *reuocetur de via in medio annorum*. Propterea que in eodem Pſalmo, comparatur iuſtus cum arbore, quæ *plantata eſt ſecus decurſus aquarum, quæ fructum ſuum dabit in tempore ſuo: & folium eius non defluet, & omnia quæcumque faciet, proſperabuntur*. id eſt: arbori, quæ nunquam exareſcit, ſed perpetuò viret, tam vere, quam hyeme, cuiuſmodi *palma* eſt, vel oliua, vel laurus. Pſalm. 51. *Sicut oliua fructifera in domo Dei*. & Pſalm. 91. *Sicut palma* &; *Quaſi Cedrus*. hæ omnes arbores, diutiſsimè viuunt: atque in prouerbio ſacro eſt: *Secundum dies ligni, erunt dies populi mei*. nos dicimus: *Viuira per pennas*, illi dicunt, *Viuira per arboles*. Nunc nonnihil de vocibus ſingulis.

Optima conficiendæ huius ſimilitudinis ratio.

LXX.

Impiorum nouiſsima areſcunt.

Pſal.1.6.

Vt via iuſtorum pereat.

Iſai.38.10.

Verſ.3.

Iuſtus arbor perpetuò virens.

Pſal.51.10.

Pſal.91.13.

Eccleſ 24.17

Iſai.65.22.

Sic via. Via in ſacro Sermone, eſt viuendi ratio, inſtitutum, conſuetudo, in qua quis verſatur, & quam continuò calcat, & terit iteratis ſtudiorum, & actuum greſsibus, nos non tam conſuetudinem, quàm ſtudia & conatus alicuius, greſſuum, & ambulandi nominibus explicare ſolemus. *en que paſſos andas*. in Hebræo autem potiùs à conſuetudine, (*via*) dicitur, videlicet, à calcando & terendo, quaſi trita & calcata. Et rectè *via*, vita dicitur, namque viuendo, alio tendimus: *Non enim habemus hic manentem ciuitatem*. id eſt: in qua manere, & quieſcere poſſimus, ſed futuras quietas ſedes inquirimus. Quod vero quidam obſeruant, cùm dicitur *via* in ſingulari, ſignificare, vitæ rationem, & inſtitutum; cum vero in plurali *viæ*, ſignificare opera, & ſingulares actiones, non eſt valde conſtans firmumque diſcrimen in Scriptura: cum Pſalm. 18. dicatur: *Exultauit vt gigas ad currendam viam*. id eſt, ad peragenda opera ſibi demandata. Et ſicut Iob 40. dicitur: *Ipſe eſt principium viarum*. id eſt, operum Dei: Eadem ratione Prouerb. 8. dicitur: *In initio viarum ſuarum*. Hebraicè: *Viæ ſuæ*. Tum etiã, ſicut pluraliter dicitur Pſal. 24 *Vniuerſæ viæ Domini* (opera) *miſericordia, & veritas*: ita Pſalm. 76. ſingulariter dicitur: *Deus in ſancto* (id eſt in tabernaculo, vel in arca, vbi inſtrumenta illa, vel ſigna diuinorum operum,

2.

Via, viuendi ratio, & conſuetudo.

ארח

Via vnde dicta.

Heb.13.1.

Viæ, cum pluraliter dicuntur, quid.

Vid. Franc. Ribera Hoſea. 4. nu. 19.

Pſal.18.6.

Iob.40.14.

Prou.8.22.

Pſal.24.11.

Pſal.76.14.

Virga, Manna, Legis tabulæ) *via tua:* id eſt; opera, & operum atque agendi ratio; nam ſubditur: *Tu es Deus, qui facis mirabilia.* Ergo, tam *via*, quam *via*, vitam, vitæ inſtitutum, actiones, operaque omnia complectuntur.

3. *Recordari* aut *obliuiſci* ad quid referantur.

Qui obliuiſcuntur Deum. id eſt; qui diuinam legẽ non curant, non faciunt, negligunt: ſicut enim dicitur: *Deus miſericordiæ recordari.* Abacuc.3. cùm illam exhibet homini; cum verò illam iuſtè denegat, dicitur: *Obliuiſci miſereri Deus.* Pſal. 76. Sic etiam homo dicitur Dei *obliuiſci*, cùm illum contemnit; atque *recordari*, cùm debitum illius legi & præceptis obſequium impendit. Quare illud neglectum quendam adfert; *Omnes amatores tui, obliti ſunt tui, teque non quærunt.* Ierem. 30. ſicut è contra, ſollicitudinem, & amorem; *Numquid obliuiſcitur virgo ornamenti ſui*, Ierem.2. & Iſaiæ. 49. *Numquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui?* Sed quidem hoc peculiari cognomine, *obliuiſcentium Deum*, videtur Baldad potentiores quoſdam impios iudices, magiſtratus, principes ſuperbiſsimos notare; qui cum potentia & dominatione inſoleſcant, nullum numen, ſuperioremve dominationem agnoſcere videntur, quod eſt, *Dei* omnium iudicis *obliuiſci*. Sicut ille qui dicebat: *Ego feci memetipſum.* De huiuſmodi magiſtratibus, dicitur Danielis. 13. *Euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos, ne viderent cœlum nec recordarentur iudiciorum iuſtorum.* Atque cùm ad eoſdem iudices atque principes ſcribatur Pſalm. 49. qui incipit: *Stetit Deus in ſynagoga Deorum.* tandem ſubiungitur; *Intelligite hæc, qui obliuiſcimini Deum.* Ergo hæc Dei obliuio eſt illa Dei ignoratio, de qua Hoſeæ, 4. *Non eſt ſcientia Dei in terra.* quæ non eſt leuis ignorantia, ſed grauiſsima, craſsiſsima, & quam vocant, affectata, cùm homo neſcit, atque ſcire reſpuit, & ita obliuiſcitur, vt recordari renuat. Quare in eodem vate ſubiungitur commeritum huius obliuionis ſupplicium: *Conticuit populus meus, eo quod non habuerit ſcientiam. Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te: & oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego.* Hi ergo ſunt, de quibus Paul. Rom.1. *Non* **probauerunt* (nulla ſigna, neq; argumenta præbuerunt ſuæ agnitionis diuinarum rerum. vel; non æſtimauerunt, nullo pretio habuerunt Deum cognouiſſe, ita diuinam cognitionem obliuioni tradiderunt, vt ex proprietate verbi Græci colligitur. Tum etiam illud *habere* etiam ex Græco, eſt poſsidere, tenere: quod ad id, quod memoria tenetur, & accipitur etiam referri poteſt) *Deum habere in notitia.* Propterea diuiti illi nimiùm diuini iudicij, atque prouidentiæ, contemptori, atque obliuioſo, dictum eſt: *Recordare.* videlicèt, Agnoſce nunc tandem diuinam prouidentiam, quæ manus atque vitæ conditionem commutare hominibus ſolet. Hi ergo obliuioſi ſanè liberè, ſecurè, impudenter etiam peccant; nam hæc omnia affert obliuio.

Habac.3.2.
Pſal.76.10.
Obliuio affert contemptũ.
Iere 30.14.
Ierem.2.32.
Iſai. 49.15.
Obliuioſi cognomen potentiorum.
Ezech.29.3.
Daniel.13. 9.
Pſal.49.5.
Hoſ.4.1.
Rom.1 28.
* No hizierõ caſo de acordarſe de Dios ni de tener noticia de el.
Δοκιμάζω ἔχω
Luc.16.25.

4. *Et ſpes.* Id, in quo ſpes ſuas collocarat, vnde ſibi lucri & commodi percipiendi vberes fructus, & ingentes prouentus pollicebatur. *Hypocritæ* (*chaneph*) qui externa facie internam ſanctitatem mentitur, propriè, qui alieno colore infectus eſt; proptereáque tanquam maculatus & pollutus habetur. Quare vox originalis non ſolùm *hypocritam* ſignificat, ſed etiam pollutum & contaminatum; color enim, in quo natiuus non eſt, atque ex interna humorum & qualitatum contemperatione ortus non fuerit, quamuis color optimus ſit, macula tamen videtur eſſe: non aliter in eo, qui internam ſanctitatem non habeat, macula eſſe videtur, fucata illa ſanctitatis ſpecies. Tum etiam omnis peocaror, *hypocritæ* appellationem meretur, cùm ſua celet cõſilia, tenebras amet, quod malum eſt, abſcondat, quod boni ſpeciem habere videtur, oſtentet, & in lucem, omniumque conſpectum proferat. Ergo Baldad Iobum appellat *hypocritam*, cuius exiſtimabat tantùm externam pietatis, & ſanctitatis faciem ementitam. Vel, impios reges, & principes hypocritas appellat, quòd cum regia dignitate & munere iuſtitiam, miſericordiam, defenſionem, ſubuentionemque pauperum, atque omnium miſerorum patrociniũ polliceri videantur, re ipſa, & opere nihil eiuſmodi præſtant. Poteſt etiam inconſtantia fœlicitatis humanæ dici quædam hypocriſis; nam cùm homo florens opibus, familia, domeſticis, viribus integris, amicorũ ſatellitio, firmitatem quandam, atque ſtabilitatem fortunæ habere videatur, ſed ſubitò conuelluntur, & euaneſcunt omnia. Propterea cum *ſpes hypocritæ*, id eſt diuitum atque potentum, *peritura* dicatur, id eſt, flores tantum inanes, atque inutiles, fructum verò nullum prolatura, rectè comparabitur non ſolum *ſcirpo*, ſed etiam, *ficulneæ* illi, quæ nullo fructu, ſed foliorum tantum ſpecie, atque viriditate ſe commendabat, atque ſemel & iterum coloni fructum requirentis, ſpem fefellerat. Propterea Iacobus ait, nihil eſſe diuiti, de quo *gloriari* poſsit, quam in *humilitate ſua, quoniam ſicut flos fœni tranſibit; exortus eſt enim Sol cum ardore, & areſecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt, ita & diues in itineribus ſuis marceſcet.* Non aliter Paulus perituram hanc ſpem abijciendam ſtatim præcipit. 1. ad Timoth.6. *Diuitibus huius ſæculi præcipe, non altum ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum ſuarum.* Quoniam ſpes hypocritæ peribit.

חנפ
Hypocrita vnde dicatur in Hebræo.
Omnis peccator hypocrita.
Principes impij hypocritæ.
Humanarũ rerum inconſtantia hypocriſis quædam.
Matth.21.19.
Luc.13.7.
Iacob.1.7.
1. ad Timo. 6. 17.

XIIII. Non enim placebit ei vecordia ſua, & ſicut tela aranearum fiducia eius.

1. *Extenuatio. Diſplicere ex Hebr. verbum acrius.*
2. *Vecordia pro ſtultitia; & quem ſtultitiæ gradum denotet. explicatus Salomon,*
3. *Diuites inconſtantes & ſtulti. Illuſtratus Dauid.*
4. *Tela, domus araneæ ſubtilitas, & prudentia carnis. Fiducia quæ hoc loco. Araneæ opus ſubtile, ſed inutile.*
5. *Ruinoſa domus deſcriptio. Quid fulcire ex Hebræo, quid capere.*

1. EI, quidam referunt ad Deum, ſed meliùs, ad ipſum impium, & hypocritã. Eſt enim

Ezech.6.9.

Ezech.6.9.

idem ſenſus qui Ezechielis.6. *Diſplicebunt ſibimet* (ſupple improbis) *quæ fecerunt, in vniuerſis abominationibus ſuis.* & iterum cap.36. *Diſplicebunt vobis iniquitates veſtræ, & ſcelera veſtra.* Cùm autem ait: *Non placebit*, extenuatio eſt, id eſt, vehementer diſplicebit. Eſt autem extenuatio cùm minùs dicimus, quàm ſignificamus; contraria Hyperboli, cuius exempla aliquando protulimus. Hæc autem diſplicentia, cum faſtidio quodam & tabeſcentia coniuncta eſt; eadem enim vox infrà cap.10. vertitur, *tædere*, & Pſal. 118. *tabeſcere*. Alij vehementiorem ſignificationem tribuunt, videlicet *abominari*, aut, præ tędio & animi languore diſſecari. R. Mardochai, *contendere, rixari, iurgari*. Ergo diſſecabitur impius prę animi dolore; & præ vecordia ſua, tædebit illum ſuæ vitæ, ſecum ipſe litigabit, rixabitur; quæ omnia ad mentis commotionem, & animi cruciatum & dolorem pertinent.

Ezech.36.13.

Extenuatio quid.

Infrà c.10.1.
קוש
Pſal.118.13.

Diſplicere vehemens in Hebræo verbum.

2.
כסל
Quid *ſtultitia* hoc loco, & quis ſtultitiæ gradus.

Vecordia ſua. Spes vertitur ferè ab omnibus Hebraizantibus, ſed rectè à noſtro interprete, *Vecordia*, ſtultitia: nam (*Caſal*) inſanire eſt, affertque quendam ſtultitiæ gradum, quæ cum mutatione quadam, & inconſtantia non ſolùm cupiditatum atque deſideriorum; ſed etiam ipſius fortunæ & conditionis coniuncta eſt. Quare huius rei atque vocis ſignificatio exprimitur ex illo Eccleſiaſtici.27. *Stultus vt Luna mutatur*. Et Prouerb. 14. ad eandem ſignificationem vocis illuſione facta, dicitur: *Imprudentia ſtultorum errans*: vtpotè quæ præceps & inconſtanter feratur de vitio in vitium. Quare etiam cùm Prouerb. 9. *Mulier ſtulta & clamoſa* deſcribitur, explicatur quidem, in quo illa *ſtultitia* conſiſtat, videlicet in muliebri quadam & meretricia inconſtantia. cap. 7. *Garrula, vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians*. Cùm verò ad diuites hæc inconſtantia transfertur, videtur notari inſtabilitas, atque inconſtantia fortunæ & diuitiarum, quæ facilè amittuntur & pereunt. Tum etiam *Vecordia* quædam & ſtultitia diuitum, aut potius ſtulta quædam confidentia, qua infirmæ fœlicitati, & labili fortunæ nimiùm fidunt; à qua cum ceciderunt, tunc tandem ſe vecordes & *inſenſatos*, ſerò licèt, agnoſcunt. Eoſdemque videtur notaſſe Dauid Pſalm. 48. Cùm enim ſtolidos quoſdam diuites illis verbis perſtrinxiſſet: *Homo cùm in honore eſſet, non intellexit; comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis*; ſubiungit ſtatim: *Hæc via illorum ſcandalum ipſis* (Hieron. *Hæc via inſipientiæ eorum.* id eſt; hæc ipſa vecordia, & inſipientia, ſtultaque ſecuritas eſt illis velut ſcandalum, quia in illud miſerabiliter offendunt, & impingunt) * *& poſtea in ore ſuo complacebunt*. id eſt; cùm hoc ita futurum eſſet, tamen illi ſibi ipſis placentes, verbis ſibi blandiebantur, atque gratulabantur de tanta fœlicitate, quæ ad finem minimè illis placitura eſt.

Eccleſ.27.12.
Prou.14.8.

Prou.9.13.

3.
Quę ſit diuitum ſtultitia & inconſtantia.

Sap.4.5.
Pſal.48.
Ver.13. & 21.

Hieronym.

* Dan de ojos en mill necedades, y deſpues mucho alabarſe

4.

Tela domus araneæ.

Et ſicut tela aranearum fiducia eius. id eſt, nituntur rei omnino fragili, & quæ nullo negotio rumpitur. Quod verò interpres dixit, *telam araneæ*, in fonte eſt, *domus*, nam in ſua tela veluti ſuæ domi continetur, aſſeruatur, tegitur: quæ quantumuis magno ſuorum viſcerum impendio extructa ſit, non eſt ſanè minùs inutilis, aut imbecilla, quàm curioſa & ſubtilis. Si enim huiuſmodi huius ſæculi ſapientiam, prudentiam, artes, conſilia conſideres, mirabilem inuenies ſubtilitatem, atque inueniendi & excogitandi exquiſitam quandam ſolertemque tenuitatem. Quò id videtur ſpectare Pſalm. 89. *Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur*. vel ex Septuag. Vaticanis, *Meditati ſunt*: ita vt meditatio tribuatur annis in hunc ſenſum; Dum viuimus, ſemper meditamur, & machinamur fraudes, retia, laqueos, ſicut aranea ſubtilia teximus, ſed inutilia. *Sapientiores* enim *ſunt filij lucis in generatione ſua*. Sed, vel ex ipſo fine imbecillitatem, inutilitatem, falſitatem ſine firmamento & viribus agnoſces. Septuag. *Fiduciam* videntur ſumpſiſſe, pro locuplete, & opulento diuitis tabernaculo, cui ille nititur, quod neq; maiorem conſtantiam aut firmitatem habeat, quam domus araneæ. Sic illi legunt: *Aranea euadet eius tabernaculum*. & S. Auguſtinus: *Araneus implebitur tabernaculum eius*. id eſt, ipſo mortuo manebit domus inhabitabilis.

בית

Pſal.89.11.

Luc.16.8.
Prudentia carnis.

LXX.

Auguſt.

XV. Innitetur ſuper domum ſuam, & non ſtabit: fulciet eam, & non conſurget.

5.

FOrtè perſtat adhuc in illa araneæ ſimilitudine. Nam animalculum illud valde imbecillum, & malitioſum, atque meditabundum potiùs, quàm prudens, & ſibi ſapiens, domicilium ædificat, in quo ſe tutum exiſtimat, *ſed non ſtabit*, neque conſiſtet diutiùs, nam nullis firmis parietibus, aut munimentis conſtat: & quantumuis ſe euiſceret homo, vt fulciat ſuam domum, nihil proficiet. Eleganter verò deſcribit ruinoſam domum, ædificatam ſine vllo firmo fundamento, quæ nec pondus aliud ſuſtinere poteſt, nec multis fulcris adhibitis ſuſtineri, & conſiſtere ipſa poſſit: quo ſignificatur nimium ſollicita cura impij diuitis fulciendæ, ſtabiliendæ, confirmandæ domus, amplificandi facultates, familiamque vniuerſam, ſed domus *ſuper arenam ædificata* ſtare non poterit; nec poterit impius ſe, aut ſuos, ſuaſve rationes in tuto collocare, ruente domo comprimetur, & penitus corruet. Septuag. *Si ſuffulcierit domum ſuam, non ſtabit, & cùm* * *ceperit, non permanebit*. *Capiendi* verbum reſpondet etiam originali voci; nam (*Chezak*) non ſolùm fulcire; & confortare, aut roborare eſt, ſed etiam fortiter apprehendere, & retinere, & vi capere. Quare licèt poſſit lectio Septuag. referri ad impium, qui apprehendere, & capere conetur ſuã domum, id eſt, continere & ſuffulcire illam; tum etiam inniti illi, ſicut cum parietem, aut aliquid aliud apprehendimus, cui nitamur; ſed tamen Olymp. ad Deum refert, diuinamque vltionem, à qua cùm comprehenſus, captuſq; fuerit impius, non conſiſtet: expugnabit nimirum Deus illius domum, in qua ſe tutum atque munitum exiſtimabat. Vide quæ diximus. cap. 5. Verſ.13.

Matth.7.26.

LXX.
* Aſitaſe della, y yran ambos al ſuelo.
חזק
Fulcire, & *capere* quid.
LXX.

Olymp.

XVI. Humectus videtur, antequam veniat ſol, & in ortu ſuo germen eius egredietur.

XVII. Super aceruum petrarum radices eius denſabuntur; & inter lapides commorabitur.

XVIII. Si abſorbuerit eum de loco ſuo, negabit eum, & dicet: Non noui te.

XIX. Hæc eſt enim lætitia viæ eius, vt rurſum de terra alij germinentur.

1. *Prima Hebraizantium expoſitio. Iuſti cum arbore nunquam areſcente comparatio. Nexus & ſententia verſ. 16.*
2. *Hebraizantium diſſenſio. Iuncus herba hortenſis.*
3. *Nexus & ſententia verſ. 17. Iuſtus in aduerſis latius creſcit. Aceruus quid propriè, & quomodo alias vertatur à Vulgato.*
4. *Verſiculi 18. nexus & ſententia. Deuorare quid. Coniectura probabilis hic fieri de vite mentionem, cum qua iuſtus comparetur.*
5. *Nexus & ſententia. verſ. 19. lætitia de plantarum & agrorum vbertate & viriditate dicitur.*
6. *Proponitur Græcorum interpretatio harum ſententiarum, de impiorum interitu, præcipuè. ver. 16. Humectus in Hebræo quid. Notata verſio regia. Illuſtratus Vulgatus.*
7. *Nexus & ſententia verſ. 17. Papyri radices denſa & dura. Cur impij inter petras commorari dicantur.*
8. *Verſ. 18. & 19. nexus. Deus quaſi per ludibrium irridens impios.*

Prima ex Hebræo harum ſententiarum interpretatio, & nexus.

Verſ. XVI.

LOcus planè difficilis, & obſcurus. Sed in tanta obſcuritate operæ pretium fuerit, quoad fieri poſsit, breuiſsimè & ſimpliciſsimè vnum, aut alterum veroſimilem ſenſum, atque omnium harum ſententiarum nexum conuenientem proponere. Primo itaque Hebræi, atque Hebraizantes, Vatab. Iſidor. Clarius, Hebræus apud Caietan. poſt adductam caricis, & iunci ſimilitudinem ad impiorum momentaneam fœlicitatem explicandam exiſtimant nunc aliam opponi, de diuturna, atque immortali fœlicitate piorum. Cùm (inquit) velut inutilis ſcirpus ſit improbus; iuſtus econtra eſt velut arbor, *Quæ ſecus decurſus aquarum plantata eſt*, & humecta videtur, eſtque re ipſa, antequam Sol æſtiuo tempore accedat, & illi immineat: tum etiam poſtquam Sol æſtiuus in illam incubuerit, nihil timet venientem æſtum: nam non ſolùm, non flaueſcit, neque exareſcit, ſed tunc viret potiſsimum nouaque germina, & ſtolones profert. Non enim eſt ſylueſtris planta, aut herba paluſtris, ſed arbor hortenſis. Non enim *ortum*, ſed *hortum* legunt Pagn. & Regia. *In horto ſuo ramus eius tener egredietur.* Vatab. *Supra hortum rami eius extendunt ſe.* Tygur. *Propago tenera prodibit in horto.* Hebræus apud Caietanum, *In horto ſuo ramus eius egredietur.* nam vox originalis (*Gan*) hortum, aut paradiſum ſignificat, neq; alia ratione redditur à Vulgato, præterquàm hoc loco.

Prima Hebraizantium expoſitio, & nexus. Vatab. Iſid. Clarius. Caiet. Pſalm. 1. 2. Iuſti cum arbore comparatio. Pagnin. Regia. Vatab. Tygurina. Caiet.

Sed in hac quoque interpretatione nonnihil eſt diſcriminis. Nam Caietanus exiſtimat, comparatum eſſe impium iunco, abſq; humore, & ſine aqua in loco non limoſo: at iuſtum nunc comparari cum iunco in loco hortenſi, & limoſo, in quo creſcit & germinat: ait enim Iuncum in quibuſdam regionibus eſſe herbam hortenſem, neque ſolùm frondes & flores, ſed etiam fructus ferre, multaſque illius vtilitates à medicis tradi. At Vatab. & Tygurina exiſtimant nunc comparari iuſtum cum arbore naturali humore prædita, quæ in aſperis locis, etiam vigente Sole, viget. Atque hæc continentur Verſic. 16.

2. Hebraizantiū diſſenſio. Caietan. Iuncus herba hortenſis. Vatab. Tygurin.

Verſ. XVII.

VErſiculus autē decimus ſeptimus ſic nectitur; Illa (inquit) arbor hortenſis *ſuper aceruum petrarum radices agit*, id eſt, etiam in aſperis locis, creſcit & germinat, non aliter iuſtus in aduerſitatibus. Hebraizantes; *Super fontem*, aut, *verſus puteum radices eius intricabuntur*. Nā eadem originalis vox (*Gal*, quam noſter vertit, *aceruum lapidum*. & ſimiliter Septuag. *In congregatione lapidum dormit*. & Scholia Græca; *ſuper colles radices eius*) ſignificat etiam fontem, aut puteum; & ita à noſtro redditur, *Irriguum*, Ioſ. 15. & Iud. 1. &, *Hortus*, Cant. 4. vbi etiam *fontem* alij legunt; *Fons concluſus, fons ſignatus*; redditur etiam *Fluctus*. Pſal. 64. & 88. Et quidem aceruo, atque fonti, ſcaturigini, fluctibus communis eſt inuolutio, aut reuolutio, & confuſio quædam, quam propriè ſignificat, radix (*Galal*) à qua id nomen deducitur. Itaque cùm radices eius tangunt lapides parietis, aut puteum, quorum latera ſternuntur lapidibus, aut parietes, & lapides domus vel valli hortenſis, tunc præ vbertate, & natiuo humore non exareſcunt, ſed potiùs creſcunt, ſerpunt vlteriùs, denſantur, implicantur, intricantur propriè. Septuag. ſecundam hanc partem legunt: *In medio ſilicum viuet*.

3. Iuſtus in aduerſis. Hebraizātes. גל Aceruus quibus alijs vocibus reddatur à Vulgato. LXX. Scholia Græca. Ioſue. 15. 19. Iudic. 1. 15. גלל LXX.

Verſ. XVIII.

VErſiculi verò 18. hæc ſententia conſequens; Cùm verò accedit agricola, vt *abſorbeat*, id eſt, vt euellat eam arborem è loco ſuo, penituſque eradicet, **Negabit eum*; ſupple euellentem; id eſt, non obediet euellenti, quòd altis firmiſque radicibus inhæreat ſolo; id eſt, non poterit euelli. Alij ad locum referunt priorem; Quamuis ea arbor firmis radicibus conſtet, tamen ſi conuulſa fuerit ex ſuo loco, *non cognoſcet ampliùs locum ſuum*, non redibit ampliùs ad vitam, neque ad priſtinam fœlicitatem atque virorem. Ita Caietan. Sed meliùs cum Vatablo, ita ſtirpitùs conuulſi fuerit,

*4. *A quien ſe llegare arrācarla, le dira de no. Pſal. 102, 16. Caiet. Vatab.*

vt ne

vt ne quidem fibra remaneat, ita vt arbor negare poſsit ſe vnquam eo loco fuiſſe plantatã, vt quæ nullum reliquerit ſui veſtigium, profecto lætabitur adhuc, &c. ſententia perficitur ſequenti Verſiculo.

Deuorare quid. בלע

Verbum *deuorãdi* (*Balagh*) ſignificat etiam quacunque ratione deſtruere, aut diſſipare. Quare alij non ad conuulſionem referunt, ſed ad ramorum amputationem, ita vt penè videatur amputatis ramis, & detonſis frondibus exciſa & deſtructa. Ego ſi diuinandi mihi copia daretur, dicerem hunc locum in *vitem* maximè conuenire, quę videtur de loco ſuo abſorberi: cum nodoſa, aut iners vitis ita per brachia componitur, vt circa illam fodiatur, atque penitus immergatur, & obruatur in terra defoſſa; deinde verò illius palmites, nondum reſciſi, quaſi denuò sati circa illam relinquantur. Nos dicimus (*o bar de cabeca*), conſentitque verbum originale *deuorandi*, quod propriè eſt, præcipitare, id eſt, in ſtomachum, aut foueam, aut locum interitus aliquid deijcere. Tunc igitur *vitis abſorbetur de loco ſuo, & negabit eum, & dicet: non noui te* ſed renouatur, nam *rurſus de terra alij germinantur.* vt dicitur Verſiculo ſequenti.

Hic fieri de vite mentionem.

Iuſtus inſtar vitis præcipitatæ rurſus viret.

Non aliter vir iuſtus, quamuis abſorbtus videatur, atque deuoratus à terra, exiliis, mortuus, ſed non extinguitur, imò potius opprimente calamitate, & vrgentibus ærumnis, renouatur, & creſcit, & ſemel præcipitatus mille alijs vijs exurgit, & pullulat.

Verſ. XIX.

5. IAm cum præcedentibus valde cohæret Verſiculus. 19. nam eiuſmodi arbor, aut planta, ex ſuo loco in alium commodiorem tranſlata, aut in illo ſuo natiuo loco, defoſſa, abſorpta, & præcipitata, aut detonſa & amputata, ſuoque honore ſpoliata, *lætatur*, nouoſque ramos, atque germina profert; *hæc eſt* enim *lætitia viæ eius.* Non aliter iuſtus afflictus, præcipitatur, filijs, facultatibus, & bonis reliquis detonſis & amputatis; rurſus, noua profert germina; atque eò lętior eſt, quò ex præſenti damno lætiorem, vberioremque viriditatem eliciendam ſperat. Tygurina: *Gaudebit ſe ad eum modum tractari.*

Horat. lib. 4. Carm. Od. 4.

Duris vt ilex tonſa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido,
Per damna, per cædes, ab ipſo,
Ducit opes, animumque ferro.

Plantæ aut arboris lætitia, ad viriditatem herbeſcentem; & ramorum, atque germinum productionem. Hinc dicuntur ager, herba, vitis, fruges, prata læta. Atque inde Georgicon initium ſumpſit Latinus Poeta.

Virg. lib. 1. Georg.

Quid faciat lætas ſegetes,

Et rurſus.

Iam læto turgent in palmite gemmæ. Vnde eſt illud Cicer. de Senect. ſcribentis; *Segetibus, & pratis, & vineis, & arbuſtis res ruſticæ lætæ ſunt.* Ergo argutè ab interprete dictum eſt, *Hæc eſt lætitia eius, vt germinet,* &c. Lætitiam quoque ad fructuum vbertatem, & copiam pertinere ipſi rei ruſticæ magiſtri auctores ſunt. Sic enim loquitur, *lætitis frondere,* aut, *lætitis fructificare.* Quare

Colum. lib. 5. cap. 9. Plin. lib. 16. cap. 31.

dum Amphitrio Theſeum rogat; qualis nam ſit triſtiſsima illa inferorum regio.

Senec. in Her. Furent. Act. 3.

Eſtne aliqua tellus Cereris, aut Bacchi ferax? Reſpondet Theſeus.

Non prata viridi læta facie germinant:
Nec adulta leni fluctuat Zephyro ſeges:
Nec vlla ramos ſylua pomiferos habet.

Secunda Græcorum expoſitio.

Verſ. XVI.

SEcunda hunc locum interpretandi ratio & via eſt Græcorum, fereque Latinorum omnium, Gregorij, Diui Thomæ, Philippi, Bedæ, vt ad impiorum ſupplicium & interitũ hæc quoque pertineant; atque ſic videtur ſententia conficienda; vt poſtquam parumper diſceſſerat ab illa ſcirpi comparatione, nunc ad eandem redeat iterum, atq; fuſe explicet rem totam, atq; naturam iunci, & caricis. Eſt enim *Humectus*, humidus. Alij, viridis, vireſcens. Regia dixit: *tener.* ſed nemine illi fauente, neque quoquam eiuſmodi ſignificationem vocis originalis agnoſcente; nam tantùm ab humore, & irrigatione, aut virore dicitur. *Antequam veniat Sol.* in Hebræo propriè, *Ante ſolem.* quod alij accipiunt; *Ante faciem ſolis*, id eſt, poſtquam Sol exortus eſt. Atque ita Diuus Auguſtinus, qui habet, *ante ſolem*; interpretatur, *ſub ſole*, conſentientibus etiam Septuag. qui legunt; *Humidus eſt ſub cœlo.* Sed noſter interpres, illud, *ante*, ad tempus retulit, atque eleganter illuminauit dicens: *Antequàm veniat Sol. Et in ortu ſuo*, elegãter etiam vocem originalem, quæ hortum ſignificat, *ortum* dixit, ne videretur aliquid boni, quale hortus eſt, & paradyſus, iunco tribuere, qui potiùs in cœnoſo & paluſtri loco naſcitur; quare *ortum* dixit, id eſt, natiuum locum, in quo prouenire ſolet, quicumque tandem ille ſit. Quare etiam Septuag. dicunt: *De putredine eius germen eius aſcendet.*

Regia. רטב

Auguſt.

LXX. Illuſtratus Vulgatus.

LXX.

Verſ. XVII.

DEinde Verſiculus 17. Sæuiente ſole, & ingruente æſtate areſcit; & indurantur 7.
eius radices *ſuper lapides.* id eſt; pluſquàm lapides; vel, non ſecus, quam lapides. Cum quo facit, quod ex Plin. ſupra de papyro adduximus, radicibus papyrum eſſe tam craſsis, tamque duris, vt ipſis pro ligno vtantur, neq; ignis tantùm gratia, ſed ad alia vtenſilia vaſorum. Atque huc adſcribenda duxi verba Theophraſti, quæ ex lib. 4. de hiſtoria plantarum deſcripſit Plinius, quibus deſcribitur illa radicum denſatio, & intricatio: *Naſcitur* (inquit) *Papyrus non in altitudine gurgitum, ſed propè intra duo cubita, nonnunquam etiam minùs, craſſitudine radicis, qua vola viri robuſti; ſuper terram ipſam radices obliquas, tenues, denſaſque in limum demittens, radicibus pro ligno vtuntur, non tantùm ad urendum, ſed ad vtenſilia quoque varia facienda, quippe lignum multum, probrumque præſtans.* Hæc ex verſione Guillandini in ſua papyro. Vel, quòd nouam etiam ſimilitudinem interſerat ductam ab ijs plantis, quæ in locis

Papyri radices duriſſimæ.

Theophraſt. de plant.

Guilla. de papyro. Mem. 7.

Luc.8.6.

petroſis naſcuntur. Cùm enim primum lætæ creuerint; ſed natæ continuo arent, *quia non habent humorem*: & quamuis ſeſe radices inter petras inſinuent, & implicent, ſed nihil ſucci aut humoris attrahere poſſunt. Sic videtur Olympiod. intelligere, atque addit rectè *lapidum*, atque *petrarum*, cum Septuag. *Saxorum*; & ſilicum mentionem fieri, quòd impij conquieſcunt in improba & ſcelerata vita, in qua nihil eſt æquabile, nihil non aſperum, nihil non ad offendendum paratum.

Olymp. — LXX. — Impij cur dicantur quieſcere in locis petroſis. — Didymus.

Illud quoque argutè Didymus obſeruat, virtutem eſſe ſimilem domui, & artificioſæ lapidum ſtructuræ, in qua inhabitet iuſtus; nam propter ſpiritus communionem, & omnium virtutum, ſanctorumque cohærentium coagmentationem, ſuper ædificatur *ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum.* At vitium ſimillimum eſt, aceruo lapidum, in quo nihil copulatum, nihil certo ordine deſignatum eſt. Sic impius, qui in vitij domicilio verſatur, diſſolutus quidem eſt.

Ephеſ.2.20.

Verſ. XVIII. & XIX.

8\. Facilè iam cohæret verſiculus 18. nam exareſcit perurente ſole, ita vt in eo loco, nunquam fuiſſe appareat, neque ſui memoriam vllam relinquat. Sequitur deinde. 19. *Hæc eſt lætitia viæ eius*, intellige, ſolis curſum, & viam, & lætitiam, quaſi iocum quendam & ludum, vt illius calore, quædam areſcant, quædam alia germinent. Vel, hæc eſt, *terræ* lætitia, & feſtiuus quidam ludus, vt nunc herbas quaſdam atque plantas ſuſtentet & nutriat; nunc quibuſdam alimentum & humorem deneget, vt exareſcant, & extinguantur. Ita dum *generatio præterit, & generatio aduenit, terra in æternum ſtat.* Sic ſol, ſic terra, ſic aqua, ſic creata omnia impijs per ludibrium quoddam imponunt. Tunc etiam breuem illam, & caducam impiorum fœlicitatem diuinæ iuſtitiæ ardor exurit, nihil ex illorum interitu triſte aut moleſtum accipiente diuina iuſtitia, imò potius hæc eſt *viæ eius*, atque diuinæ prouidentiæ *lætitia* quædam, vt impios è fœlicitate deturbet; ſanctos, & pios euehat & fortunet, & lætabundè atque hilariter *qui habitat in cœlis irrideat eos, & Dominus ſubſannet eos.* Philippus hanc lætitiam ad impiũ per ironiam quandam refert, ac ſi diceret; *Sic in bonis operibus* (ſcilicet) *Deoque placentibus ambulauit dum viueret, vt ad ærumnas perpetuas miſeriaſ deueniret.* Iam nunc lectori vtriuſque interpretationis & cohærentiæ optio datur, aut meliorem aliam adducendi.

Eccleſ.1.4. — Deus quaſi per ludibriũ irridet impios. — Pſal.2.4. — Philip.

XX. Deus non proijciet ſimplicem, nec porriget manum malignis.

1. *Obſeruatur aliquid in lectione Vaticana.*
2. *Quid porrigere manum. Munera impiorum Deo ingrata. Explicatus Iſaias.*
3. *Deus nunquam fauet iniquitati. Et iniquis vires ſubminiſtrat, quibus ipſi abutantur, ex Exod.*

Ex hactenùs dictis infert tandem id quod ſibi initio propoſuerat. Deus, *El*, fortis; non abutitur potentia ad conterendũ *ſimplicem*, perfectum, integrum, probumque virum: *Non proijciet*, nó aſpernabitur; ex Heb. non faſtidiet. Septuagint. *Non improbabit innocentem.* Quamuis exiſtimem mẽdum eſſe Typographi; legendumque *non reprobabit*, vt legitur in annotationibus.

* Ni da de mano a los buenos, ni echa mano de los malos. — LXX. — Lectio Vatica. — 2. — Quid porrigere manum.

Nec porriget manum malignis. Ad amicitiæ fœdus ineundum pertinere videtur. Septuag. ad acceptionem munerum, nam legunt; *Nec vllum munus impij accipiet*, quaſi dicat, *Non porriget manum acceptur us munus*; nam impiorum dona minime ſunt Deo grata, neque ſe vult illorum muneribus honoribuſque dignari vt tacite lobum vellicet, quòd Deus non acceperit illius munera, atque honores. Sed propriè in Hebræo, *Porrigere manum malignis*, eſt fortiter apprehendere, aut potius prænſando & apprehendendo, confortare & roborare manus malignorum: quod videtur eſſe præſtare auxiliũ, atque fortem, inuictum aliquem reddere, ſicut dicitur Nehemiæ. 6. *Confortaui manus meas.* & Iſai. 35. *Confortate manus diſſolutas.* & Ieremiæ. 23. *Confortauerunt manus peſſimorum.* id eſt, Præſtiterunt auxilium facinoroſis. Atque eodem pertinet id Iſaiæ. 42. *Ego Dominus vocaui te in iuſtitia, & apprehendi manum tuam* (quod ſtatim exponit) *& ſeruaui te.* Ergo ait Baldad, *Non porriget Deus manum malignis*; non apprehendit impiorum manus; non prænſat; non confortat; non reddit firmos atque validos ad malè agendum; non ſubminiſtrat vires peccantibus; illa bona temporalia, quibus fortiores atque audaciores efficiuntur improbi, aufert Deus: non porrigit manum fœlicitatem elargiturus impijs, quæ eſt illorum robur atque fortitudo.

LXX. — Pſal. 4.4. ver. 5. & deinceps — Eccl.7.11. & 35.14. — Iſai.1. a v.11. — Ezech.20.39. — Malac.1.10. — Munera impiorum Deo ingrata. — חזק Porrigere, quid propriè ex Hebræ. — 2. Eſd.6.9. — Iſai.35.3. — Ier.23.14. — Iſai.42.6. — Impijs Deus vires non præbet ad malum.

Sed obſeruandum, etiam ſi Deus ea conferat impijs, quibus illi abutuntur, integras videlicet aut corporis vires, aut facultates, non ideo, vt hoc loco indicauit Baldad, Deum fauere iniquitati, aut peccatori, qua peccator eſt, quamuis illius aut corpus, aut animum roboret, & confirmet. Non aliter, Exod. 8. ab hoc eodem *confortandi* verbo, dicitur, *Ego indurabo cor Pharaonis*, id eſt, durum, forte, potens reſiſtere, minimeque timidum, aut molle efficiam; nam illud (ſi conſtantia, & non potius natiua quędam pertinacia peruicacis ingenij erat) à Deo erat; a Deo (inquam) auctore naturæ quod naturale eſt proueniebat: ſed ipſe Pharao ijs veluti armis, vt ſuo conditori reſiſteret, abutebatur. Hæc videlicèt eſt Dei bonitas, qui hoſtibus ſuis arma confert, manuſque confortat, non vt contra conditorem, ſed vt pro conditore decertent. Hæc hominis humanique arbitrij libertas, qui neceſſaria ad operandum honeſte aut ſecus parata ad manum habet. Hæc hominis ingratiſsimi nequitia, vt multis, atque maximis beneficijs acceptis aduerſus ipſum munificentiſsimum largitorem depugnet.

3\. Deus nunquam fauet iniquitati. — Exod. 8.9. & c.9.12. & c.4.21.

XXI. Donec impleatur riſu os tuum, & labia tua jubilo.

1. *Secunda perſona pro tertia.*
2. *Riſus, gaudium internum, & externa lætitia. Particula Donec.*
3. *Quid Iubilum. Hoc loco victorialis clamor. Quid Græcis alalagmos, quid Latinis Barritum, Quid in Hebræo clamare. Explicantur Moyſes, Ioſue, & Dauid.*

QVidam coniungunt cum ſuperioribus; *Deus amplabit ad te, donec &c.* Sed hæc connexio eſt longè petita: nam verus germanuſque contextus in proximo eſt; Non proijciet ſimplicem, nec fauebit malignis, donec ridere poſsis de tua fœlicitate, atque tuorum inimicorum miſerando interitu. Poteſt hic ſecunda perſona vim habere tertiæ, quaſi dicat; Tu, aut quicumque alius ſupplex, & iuſtus. quare Septuag. in communi dixerunt, *Veracium os implebit riſu.*

Secunda perſona pro tertia.

LXX.

Per *riſum* verò intellige gaudium, & tum animi internam, tum externam lætitiam. Nec verò particula *donec*, ſignificat poſtea proijciendum eſſe a Deo ſimplicem, ſed ſignificat, quod nunquam fieri deſinet; quod immutabiliter ſeruabitur a Deo. Tum etiam, hunc ſemper morem ſeruauit Deus, ſeruabit quoque erga te ò Iob, neque intermittet, donec te lætum fœlicemque reddat.

2. *Riſus* internum, & externum gaudium.

Donec.

Labia tua iubilo. Septuag. *Confeſsione*, id eſt: Dei laudibus, & gratiarum actione læta & alacri pro accepta reſtitutaque fœlicitate. Dydimus in Catena meminit alios legiſſe, *Alalagmo*, id eſt alacri vociferatione. Et quidem *Alalagmo* eſt, lætum clamorem tollere, vti ſolent homines fiducia præditi, & ſpe erecti: ille præſertim, quem milites edunt ante pugnam. quanquam Suidas, & Heſychius dicant eſſe *victorialem hymnum.* Hunc Vegetius *barritum*, appellat: ſic enim ait: *Clamor, quem barritum vocant, non prius debet attolli, quàm acies vtraque ſe iunxerit.* Alij iubilationem vocant: Cæſar *vlulatum militum* ſuo more victoriam conclamantium. & quidem vox Hebræa *Roagh*, eſt vlulare, vel iubilare, aut conclamare, vel vociferari. Vnde dicitur Ioſue. 6. *Conclamabit omnis populus* (victoriam) *vociferatione maxima, & muri funditus corruent.* Quare eo die, quo capienda non erat Hierico, iuſſit idem Ioſue abſtineri ab alacri illa & lætabunda vociferatione, victorialique conclamatione, dicens: *Non clamabitis, neque audietur vox veſtra, donec veniat dies, in quo dicam vobis; Clamate, & vociferamini.* Et Numerorum. 23. hoc iubilum redditur, *Clangor victoriæ Regis in illo.* Ergo cùm Iobo pollicetur Baldad victoriam, atque triumphum, tum de hoſtibus, tum de omnium ærumnarum atque calamitatum phalange moleſtiſsima: Euades (inquit) tandem victor, atque lætus & exultabundus canes triumphum. Poteſt etiam extendi ad impiorum ruinam, de qua egerat verſ. præcedente. Deus, quos à ſe proijcit ludibrio exponit, ita vt ridere, irridere illos poſsis: riſus enim poteſt eſſe ex proprietate ſua, etiam irriſio: & *iubilum*, atque alacris illa vociferatio poteſt referri ad faciendum impetum aduerſus hoſtes. Vel, Deo irridente & ſubſannante impios, tu quoque irridebis, atque ſubſannabis; & illo ſuos hoſtes debellante tu iubilabis, plaudes, victoriam illi & triumphum canes: ſicut Pſalm. 94. præcipitur fidelibus, vt *Deo ſalutari*, id eſt, fortiſsimo expugnanti hoſtes, tuenti, protegentique ſuos, victoriam, triumphumque canant: *Venite exultemus Domino, iubilemus* (alacriter conclamantes victoriam pugnante illo pro nobis) *Salutari* (Hieronym. *Petra Ieſu*) *noſtro.*

3. LXX.

Dydim.

ἀλαλαγμῷ.

Suidas. Heſichi.

Vegetius lib. 3. c. 18.

Cæſar lib. 5. de bell. Gall.

ירוע

Quid *iubilare*, aut *conclamare.*

Ioſue 6. 5.

Clamor pro lætitia victoriæ.

verſ. 10.

Num. 23. 21.

Impij ludibrio expoſiti.

Ridere, & irridere idem.

Pſal. 94. 1.

XXII. Qui oderunt te, induentur confuſione, & tabernaculum impiorum non ſubſiſtet.

1. *Indui confuſione, quid.*
2. *Impietatis merces confuſio. Veſtis nomine, merces aut præmium, vel etiam ſpolia.*
3. *Tabernaculum, familia, aut familiaris viuendi ratio.*
4. *Quid effundi contemptionem. Explicatur David, & Iſaias. Piorum merces lætitia.*

TE igitur obtinente de tuis hoſtibus Victoriam, atque reſtituto in priſtinam fælicitatem, pudefient, qui nunc in tuis ærumnis exultant. Frequens autem eſt in ſacro ſermone, *indui confuſione*, aut, *pudore*, quod poteſt ſignificare aſsiduitatem, aut perpetuitatem quandam confuſionis nunquam deponendæ, vt indicatur Pſalm. 108. *Induit maledictionem ſicut veſtimentum. & infrà: fiat ei ſicut veſtimentum, quo operitur, & ſicut Zona, qua ſemper præcingitur.* id eſt; intimè illi adhæreat, ſemper illum comitetur & arctè complectatur, atque omni ex parte illum cingat. Vel, *Indui*, eſt quaſi cooperiri, atque obrui. nobis vulgari Hiſpaniſmo tantum relinquitur, quod ad faciei aperculum pertinet. *Cubrirſe la cara de verguença.*

1.

Quid *indui confuſione.*

Pſal. 108. 18.

Verſ. 19.

Adde etiam ſignificari poſſe, ex impietate, fallacique fortuna nihil aliud præmij aut lucri reportari ab impijs, quàm confuſionem: nam aliquando *indumenti* aut *veſtis* nomine merces aut fructus laboris, aut ſpolia ex bello reportata ſignificari ſolent: ſicut loco adducto Pſalmo 108. ſubiungitur, *Hoc opus* (præmium, merces) *eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum.* Et Ieremiæ. 43. dum de Nabuchodonoſor loquitur, qui Aegyptum ſpoliaturus eſſet, ait. *Amicietur terra Aegypti, ſicut amicitur paſtor pallio ſuo.* id eſt: aget locupletem ex Aegypto prædam, amplaque referet ſpolia, ſicut Paſtor pro ſuo labore, & paſcẽdi ſolicitudine, mercedem refert ouinam pellem, qua ſe contegat. Vides Iudic. 14. pro præmio ſoluendi problematis indumenta proponi, videlicet *triginta ſyndones & totidem tunicas.* Igitur *induentur confuſione*. id eſt: hæc ſpolia, præmium hoc referent ex iniquitate.

2.

Impietatis merces confuſio.

Veſtri nomine Merces intelligitur.

Num. 20.

Ier. 43. 12.

Iudic. 14. 12.

Et tabernaculum impiorum non ſubſiſtet. Non ſolùm ex tua fœlicitate, ſed ex tuæ domus, fami-

Tabernaculum. liæ, liberorum, facultatum omnium euerſione & interitu, turpiter verecundabantur. Auctor catenæ euerſionem hanc tabernaculi ſic interpretatur; *Nicetas.* Omnis impiorum viuendi ratio euertetur, eorundem quoque memoria interibit.

4\. *Pſal.*106.40. His autem duobus verſiculis bini etiam alij videntur ex æquo reſpondere ex Pſal. 106. poſtquam enim latè diſſeruiſſet de ſalute, quā affert Deus miſeris, ait; *Effuſa eſt contemptio ſuper principes* (id eſt, obruti ſunt confuſione: quod enim hic dicitur, *indui*, ibi dicitur *effundi*) *& errare fecit eos in inuio* (id eſt; compulit illos præ pudore fugere, vitareque hominum conſortia; atque in ſolitudinem ſecedere) *& adiuuit pauperem de inopia, & poſuit ſicut oues familias. Videbunt recti, & lætabuntur* (id eſt, implebitur os eorum riſu, & labia iubilo) *& omnis iniquitas oppilabit os ſuum.* Sed ſi has ipſas magnificentiſſimas promiſſiones de Dei ope ſuis iuſtis præſtanda; de non porrigenda manu malignis; ſed potius apprehendenda & prenſanda viri probi manu; de abolendis & pudore atque ignominia afficiendis hoſtibus, expreſſam, ac veluti mutuatis ex hoc loco ſententijs videre velis, lege cap. 41. Iſaiæ, *Ecce confundentur, & erubeſcent omnes, qui pugnant aduerſum te: erunt, quaſi non ſint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi. Quæres eos & non inuenies viros rebelles tuos: erunt quaſi non ſint, & velut conſumptio homines, bellantes aduerſum te; quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicenſque tibi, ne timeas, ego adiuui te.* *Iſai.*41.11.

Marginal notes (left): Quid *effundi contemptionē.* — *Piorum mœrores* luſus & lætitia.

PARA-

CAPVT OCTAVVM.

a Nominis Baldad ratio & etymologia exquiritur. verſ.1.nu.1.

b Vt ſit viri iuſti oratio vehemens, & incitata, & vt non dicatur multiloquio laborare, cui arcana ſapientia multa dicenda ſuppeditat. v.2. nu.3.4.

c Quæ iudicij ratio, & ſignificatio, præſertim cum ad diuinam legem refertur. & vt Deus iuris ſeruandi ſtudioſiſsimus. ver.3.n.1.2.4.

d Vt Dei potentia & fortitudo intra æquitatis terminos contineatur, homini verò robur frequenter iniuriæ ſit, quædam vtilia ad mores. ver.3.nu.2.3.

e Vt nomina omnipotentis, & Saddai afferant id quod ad ſupremi, & integerrimi Iudicis abſolutionem requiritur, & Iudici ne incorruptus ſit, frequenter obijci inopia. ver.3.nu.4.

f Vt ſit ingens impiorum ſupplicium dimitti, & proijci à Deo & quid ea locutione adferatur, diligenter exponitur. ver. 4.nu.1.

g Vt peccatum ſit peccatoris tortor, qui illius manui tradatur dignè plectendus, cum alijs hoc ſpectantibus obſeruantur. v.4.num. 4.5.

h De vi & ſignificatione ſanctitatis quædam ad Scripturarum intelligentiam. ver.6.nu.3.

i Vt Deus non ſolum occurrat noſtris precibus, ſed præoccupet etiam noſtra vota: & quæ ſit orationis efficacitas, opportuna conſideratio. ver.6.nu.4.

PARAPHRASIS
CAPITIS PRAECEDENTIS.

CEDENTE IAM ELIPHAZ, EXTREMAM Iobi reſpõſionem excipit Baldad; qui neſcio quid gloriæ & iactationis, tum etiam violatæ amicitiæ arcana ſui *a* nominis ſignificatione præferens, minimè gratus, ſed indignans & fremens, ſic Iobum aggreditur. Ecquis tuam iſtam animi pertinaciam, atque omnium ſalutarium monitorum contemptum ferat? Quis tam inutiles, ſtultoſque ſermones æquis auribus excipiat? * laboras profectò ſtultiloquio & imperitè nugaris, videriſque in verborũ turba ſpem victoriæ collocâſſe, ita verborum tantùm profluentia pugnas, nec refellenti tempus, locumve vllum liberum concedis: nimium itaque, ò Iob garris, odioſeque tibi multa arrogas, & quod mirum eſt, attenuato corpore exhauſtiſque viribus, ſermone tantùm & lingua vales, ita indefeſſa oratione & continente ſpiritu magnæ pectoris, *b* contentione inſtar vehementis cuiuſdam venti remugis, & inſonas, & obuia quæque conuellere geſtis, ita nemo ſe tibi apponere audet.

Sed paucis te nunc ego: efficiam enim non iniquè tecum agi cũ affligeris. Nunquid, qui ſupremus Iudex, atque omnis æquitatis, iudicijq; norma, detorquere à recto, & æquo, poteſt ſuarũ legum præſcriptum, & ordinariam conſtitutamque cauſarum cognitionem? Certè fortis ille eſt, ſed omnia ex *c* Iuris præſcripto moderator; non enim *d* poteſtate abutitur, vt iura violet, & innocentes condemnet. Qui te igitur, ò Iob, affligit, iniquus non eſt; * tum cum ille iudicauerit aliquid iuſtum eſſe, iuris exequutionem pro ſua omnipotentia perficiet, nulla cupiditate, aut prauo affectu retardatus, ſibi enim *e* ſufficientiſſimus eſt, & muneribus minimè capitur. Quare ſtultus eris, ſi illum arbitreris re aliqua impulſum, contra quàm ipſe faciendum cenſeret, manifeſtis te ſupplicijs addixiſſe. Scilicet, qui aliorum iudicum atque Principum errata & iniquitates corrigit, errare in ſuo iudicio poterit.

Perſpecta ſanè omnibus fuit Dei æquitas, in tuorum filiorum interitu: aberrarunt namque à recto pietatis tramite. Præterea, *f* quod ingens ſupplicium fuit, aberrandi copiam pro libidine fecit. & ad certiſsimum interitum à ſe proiectos & ablegatos vagari permiſit, ſuarum actionum mercedem tulerunt, reddiditque Deus commeritum dignumque ſua improbitate ſupplicium: nam ipſos tuis *g* ſceleribus velut tortoribus ſæuiſſimis torquendos, plectendoſque permiſit. Deus enim benigniſsimus mortem non fecit, at ſtipendia peccati mors.

Tu tamen, cui dum vita eſt, ſpes eſt, atque pœnitendi tempus conceditur, maturè atque diligenter quærito Deum & languentem tuam iſtam pietatem excita; & accende; atque ſupplex omnipotentem Deum precare, vt gratuitò & liberaliter condonet tibi peccata, atque peccatorum pœnas; non enim eſt tibi ſummo iure agendum; ſed poſtulandum potiùs, ne ſummo iure ille tecum agat; ſic ſanè benignum erga te illum ſenties, & obtenta peccatorum venia te proculdubio fortunabit.

Neque verò eſt quòd deſpondeas animum; nam ſi purè ſancteque vixiſti, vt tu de te ipſo teſtaris, reſtituet te Deus in fœlicitatem priſtinam, longeque maiorem: *h* chara enim ille habet, quæ omnis maculæ expertia ſunt, vt quæ ſuo cultui conſecrata videantur; at maculata & polluta execratur: ſi igitur mundis manibus, intentaque oratione illius fores pulſaueris ſummo manè, quamuis ille ad res tuas dormire videatur, tuis excitatus clamoribus conſurget, atque votis & poſtulatis minimè difficilis annuet: nulla enim in illo *i* exaudiendi mora: at mira in te obliuio & inertia deprecãdi: * Neq, verò te ſolũ, ſed familiam vniuerſam, ſi piè & ſanctè inſtructa tuis monitis fuerit, bonis omnib. cumulabit.

Verùm enim verò non poteſt iuſtus aſſiduis calamitatibus op-

primi;

NOTATIO RERVM INSIGNIORVM, QVAE in commentarijs fuſiùs explicantur.

1 Reſpondens autem Baldad Suhites dixit.

2 Vſquequo loqueris talia: * & ſpiritus multiplex ſermones oris tui.

3 Nunquid Deus ſupplantat iudicium? * aut Omnipotẽs ſubuertit, quod Iuſtum eſt?

4 Etiamſi filij tui peccauerunt ei: & demiſit eos in manu iniquitatis tuæ.

5 Tu tamen ſi diluculo conſurrexeris ad Deum & omnipotentẽ fueris deprecatus:

6 Si mundus & rectus inceſſeris: ſtatim euigilabit ad te, * & pacatum reddet habitaculum iuſtitię tuæ.

7 In tantũ, vt ſi priora tua fuerint parua: & nouiſſima tua multiplicentur nimis.

8
Interroga enim generationem priſtinam: & diligenter inueſtiga patrum memoriã.

9
(Heſterni quippe ſumus: & ignoramus: quoniam ſicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terram)

10
Et ipſi docebunt te: loquentur tibi: & de corde ſuo proferent eloquia.

11
Numquid virere poteſt ſcirpus abſq; humore?
Aut creſcere carectũ ſine aqua.

13
Sic viæ omnium, qui obliuiſcũtur Deum, * & ſpes hypocritæ peribit.

14
Nõ ei placebit vecordia ſua:
Et ſicut tela aranearum fiducia eius.

15
Innitetur ſuper domum ſuam, & non ſtabit: fulciet eam, & non conſurget.

16
Humectus videtur antequam veniat Sol & in ortu ſuo germẽ eius egredietur.

primi; quare non multò pòſt harum ærumnarum ingens lucrum, multoque affluentiorem fœlicitatis cumulum priſtina l fortuna tandem reportabis. Sed ne leuiter hæc à me dici arbitreris, omni ſanè memoria atque experientia ſæculorum confirmare potero. Nam ſi priora ſæcula, atque ea quæ geſta in illis ſunt, repetamus, manifeſta ſupplicij impiorum, & incolumitatis fœlicitatiſque iuſtorum argumenta plurima ſuppeditabunt. Antiquiſsimos igitur annales conſule, & quæ prioris ſæculi, homines multa experientia comprobata nobis m tradiderunt; atq; eorum ad quæſtionem iſtam reſponſiones, qui nos ætate atque ſapientia præceſſerunt, reuolue, & repete. Non eſt enim noſtræ tantum memoriæ atque ſapientiæ adhibenda fides, quorum eſt vita breuiſsima, experimentumque aut valde tenue, aut non frequenter repetitum, neque confirmatum. Cum enim non valde conſenuerimus, oportet nos multa ignorare, deq; multis nulla experimenta collegiſſe: ferè enim nihil eſt quod viximus: quod verò ſupereſt, non aliter quàm vmbra dilabetur & euaneſcet. Ab alijs igitur eandem doctrinam doceberis, quam à me audiſti: depromen enim ex cordis ſui penetralibus, in quibus multa præclara, atque veriſsima diuinarum rerum dogmata recondita habent, quæ tuæ dubitationi faciant ſatis.

Sed vt ex ijs, quæ ante oculos habemus, opportuna quoq; exempla deſumamus, quis non videat omnem impiorum fœlicitatem herbis paluſtribus ſimillimam eſſe, quibus circumfluente, perpetuoque humore opus eſt, vt virere poſsint: Sunt enim valde infirmæ, atque nullo negotio exareſcunt. Eiuſmodi profectò ſunt n ſcirpus, iuncus, papyrus, carices: breui enim cùm creſcant, & in humenti vliginoſoque ſolo fœliciter exurgant, foliaque & ramos expandant; ſed huiuſmodi tamen tenuiſsimæ herbæ floreſcentes adhuc, & procreſcentes, multaq; foliorum tenerrima germina procreantes, nullo fructu matureſcente, leuibus tantum o floribus ad vaniſsimam ſpeciem & gloriam oblatis, ante omnes alias herbas areſcit, & ad pecorum opportunum pabulum conuelluntur. Non aliter ſanè quorum vita, operaque ſint Dei beneuolentia atque miſericordia deſtituta, oportet tandem, tamquam ſine humore herbam areſcere, perire, conuelli, radicitùs extirpari. Verumenimuerò humanarum rerum florens ſtatus ſine pietatis ſtudio diutiùs permanere non poteſt. Impiorum igitur poſt breuiſsimam fęlicitatem florens, herbeſcenſque viriditas miſerrimo exitu concludetur. Iuſtorum verò pietas, atque inſtitutum inſtar perennis arboris, nunquam exareſcet, imò fructus vberrimos atque ſuauiſsimos quotannis proferet. Neque mirum; nam illa eſt impiorum conſuetudo, viuendique inſtitutum, vt diuinam legem neque accipiant, neq; curent, ſed planè p contemnant, nullamque ſupremi numinis, ſupremique iudicij poteſtatem, prouidentiamque agnoſcant.*Igitur qui in fortuna omnino fallaci, vaniſsimoque rerum ſplendore ſpem lucri, vberiſque fructus collocarant ſpe ſua miſerè cadent; & quæ illos aliquando recreabat & ſuſtentabat, iam tandem diſplicebit vehementer, vt quæ non ſpes fuerit, ſed q vecordia, ſtultitia, reique vaniſsimæ mutabilitas & inconſtantia. Præ ſua igitur inſania commota nauſea priſtinarum voluptatum, ſecum ipſe litigabit atque rixabitur impius, commouebitur mente, doloreque ingenti diſſecabitur: innixus enim eſt rei omnino fragili, nihilo conſtantiori, vtiliorive quàm araneæ tela, quæ curioſè & ſubtiliter, ſummaque, vt videtur, arte & induſtria fabricata eſt, nulla præterea vtilitate aut vſu, quam ad muſcas ſordidiſsimas captandas.

Cum autẽ improbi ſine vllo pietatis fundamento domos ſuas, ingenteſque moles ſuperbiſſimarum cogitationum erigere conentur, quibus ſe incluſos munitoſque aduerſus omnium aduerſitatum impetus conſtituant, miſeri ſe deluſos agnoſcent. Nam ruinoſa illorum domus neque pondus aliud, neque ſeipſam multis licèt fulcris adhibitis ſuſtinere poterit. Non erunt igitur impiorum familiæ rationesve in tuto, ruent enim, & comprimentur ruente domo, atque Deo inania omnia machinamenta deijciente & expugnante.

l *Vt iuſti in fine tandem floreant, vtiliter obſeruatur. verſ. 7. nu. 1.*

m *Traditiones ſacras hinc aſtrui & quaedam alia aduerſus noſtri temporis Hæreticos indicantur. ver. 8. 3. 4.*

n *De ſcirpo & carecto paulò accuratior diſputatio ex ſacris, & prophanis, & de papyro multa. ver. 12. nu. 2. 3.*

o *De iuncorum, & Papyri floribus peculiaria quædam & ad rẽ opportuna. ver. 12. nu. 2. 3.*

p *Quæ ſit Dei obliuio, & quorum ſit proprium Dei obliuiſci, quæ item obliuio Dei afferat, ad mores obſeruatur. ver. 12. nu. 3.*

q *Quæ ſit huius vecordiæ & ſtultitiæ ratio, & vt cum inconſtantia coniuncta ſit et in diuites quadret, annotatur. verſ. 14. nu. 2. 3.*

Sed

r Vt hæ omnes ſimilitudines ad iuſtum referri debeant, quæ eſt prima ex Hebræo interpretandi ratio dilucidè proponitur. ver.16 nu.1.2.3.4.5.

ſ Vt hæ translationes in impios quadrent, quæ eſt ſecunda Græcorum expoſitionis ratio, cum alijs ad morum doctrinam, explicatur nu.6.7.8.

t De hac locutione Porrigêdi manum, & vt Deus ſic ſuſtentet impium, vt impietati illius minimè faueat, vtilia quædam explicantur ad Scripturæ intelligentiam, & ad morum doctrinam. ver.20.nu.2.3.

v Vt hic indicetur victorialis feſti conclamatio ex Hebræo, & Græco eruitur. ver.21.nu. 3.

Sed mirùm quam ſit longè fœlicior r iuſtorum conditio, ſunt enim velut arbor, quæ cum ante æſtatem humore abundet, tum poſtquam æſtiuus Sol in illam incumbit, non ſolum non flaueſcit neque exareſcit, imò potius tunc viret potiſsimum, nouaque germina & ſtolones profert Non eſt enim ſylueſtris, paluſtrisve plãta; ſed hortenſis, quæ in terra bene occata & culta ramos longè lateque expandit, & flores, fructuſque profert. Quod ſi contingat in aſpero aliquo, ſaxoſove loco confitam eſſe, mirificè ſaxa ipſa findit, vt radices altiſsimas nec non craſsiſsimas agat, atque adeò in medio ſilicum viuere, virereque poterit. Si verò accedat agricola, vt illam euellat, minimè obediet; quòd altis firmiſsimiſque radicibus defixa ſit. Cum amputabitur omni ramorum frondiumque honore & gloria detonſa, quaſi collectis viribus, multo ampliores opes, & vberiorem comam ducet à falce & ferro; multoque lætius frondet, & fructificat. ſ Impij verò (vt ad illam, quam ſemel adduxi opportunam comparationem redeam) velut iuncus tantiſper virere in ſuo natiuo paluſtri; ſolo videntur: at cùm primum æſtiuus Sol illorum vertici imminet, vniuerſamque tellurem exſiccat, perurit ſanè omnẽ illorum fœlicitatem; atque radices, quæ nihil iam humoris exugere poſſunt, ipſis ſaxis duriores denſioreſque efficit: atque ipſas etiam radicum fibras arefacit, vt nullum inutilis exitioſæque plantæ veſtigium relinquatur. Sic ſol paluſtribus, inutilibuſque plantis illudit, ſic ille feſtiuus & lætus nunc quaſdam procreat, nunc quaſdam extinguit. Sic ſanè creaturæ omnes impios ludibrio habent.

Hinc perſpicere poteris, ô Iob, Deum non abuti t poteſtate ſua ad ſimplicem, integrumque virum confringendum: non aſpernari, neque faſtidire probos atque perfectos: nullum amicitiæ fœdus cum improbis ſancire; nulla munera accipere; nullam illis opem conferre, facultatemve, vt illos audaciores, fortioreſq; reddat ad perpetranda ſcelera. quod ex te ipſo diſcere poteris, cuius muneribus Deus optimus dignatus non eſt; & quas tibi conceſſerat facultates, vt qui ad impietatem illas conuertebas, vniuerſas ademerit.

Sic igitur agit cum mortalibus Deus, vt ſicut impijs interitum, ita probis, maleque factorum pœnitentibus ſummam fœlicitatem, veriſsimumque animi gaudium afferat; quem prouidentiæ tenorem tum erga alios, tum erga te ſeruabit æquiſsimus iudex: * euadeſque tandem victor, atq; exultabundus v canes triumphum, irridereque tuos hoſtes poteris: cùm te ſpectante, impios omnes tuus protector Deus debellauerit. Te igitur in priſtinam fœlicitatem reſtituto pudefient, qui nunc in tuis ærumnis exultant: atque ſuæ improbitatis non aliam, quam ignominiæ, & confuſionis mercedem referent: neque ſolum ex tua fœlicitate, ſed ex ſuæ quoque domus, familiæ, liberorum, facultatumque omnium atque vniuerſarum cogitationum euerſione & interitu turpiter verecundabuntur.

17
Super aceruũ petrarum radices eius denſabuntur, & inter lapides cõmorabitur.

18
Si abſorbuerit eum de loco ſuo, negabit eum & dicet, Nõ noui te.

19
Hæc eſt enim lætitia viæ eius, vt rurſum de terra alij germinentur.

20
Deus non proijciet ſimplicem: nec porriget manum malignis.

21
Donec impleatur riſu os tuum: * & labia tua iubilo.

22
Qui oderunt te, induentur confuſione & tabernaculum impiorum nõ ſubſiſtet.

CAP. NONVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Vt ſe ab obiectis purget Iob, reſpondet cum diuina iuſtitia, ſapientia, potentia benè conſentire, quod innocentem ærumnis exerceat, à ſe verò minimè Deum iudicem laceſſitum, coram quo nemo poſsit de ſua iuſtitia gloriari.

I. Et reſpondens Iob ait:

II. Verè ſcio, quòd ita ſit, & quòd non iuſtificetur homo compoſitus Deo.

1. *Iob reſpondet ad formam diſputantium.*
2. *Vere iurandi particula. Veritas pro fide dictorum. Amen quoque iuramenti formula, & quid ſignificet.*
3. *Ex bona conſcientia fiducia conſiſtendi ante Dei tribunal. Particula (cum) quid valeat. Coram aliquo eſſe, forenſe, & iudiciarium. Non quidquid peccator faciat, peccatum eſſe.*

1. REſpondet ſanè Iob Sapienter, atque ex legibus diſputantiũ. Nam videtur repetere argumentationem Baldad, & maiorem illius propoſitionem
Chryſoſt. concedere. Chryſoſt. *Quantam verba præ ſe ferunt philoſophiam?*

2. *Olymp.* *Verè.* Aſſeueratio quædam eſt rei ſibi benè exploratæ. Olympiod. exiſtimat, iureiurando confirmare, id ſibi dogma certum & conſtitutum eſſe. Et quidem ea iuramenti forma videtur quoque Abraham vſus Geneſ. 20. *Vere ſoror mea eſt.* Eſſe autem iuramentum indicatur Pſal. 88. *Sicut iuraſti Dauid in veritate tua.* id eſt; per veritatem tuam, quod eſt quaſi per fidem ſuam iurare. Nam his locis *verè*, aut *veritas* eſt à radice (*Aman*,) quod eſt fidelem eſſe, ſtabilem, veracem, conſtantem in dictis, atque promiſsis: vnde *Amen*, quod perinde valet, ac, ita eſto, firmum, fixum, immutabile. & ita etiam *Amen*, eſt aliquando iuramenti forma, *por mi fee; a fee de quien ſoy; yo os empenno mi palabra.* Ergo Iob iuramento confirmat, ne cogitaſſe quidem de criminando diuinam iuſtitiam, aut de ſua ineptè coram Deo iactanda. Quòd ſi illud aduerbium refundatur etiam in rem ſibi exploratam, ſenſus erit, *Verè ita eſſe.* id eſt indubitatum, firmum, conſtans de diuina iuſtitia & prouidentia dogma. Sed obſeruandum quidem Iobum vtpotè ſapientiorem atq; ſanctiorem ſuis amicis, multo verius atque ardentius diuinam iuſtitiam, atque equitatem tueri, multò etiam elegantius atque vberius deſcribere.

Verè iurandi formula.
Geneſ. 20. 5.
Pſal. 88. 50.
Veritas pro fide.
אמן
Amen iuramenti forma
Iobus de diuinis melius loquutus quam ſui amici.

3. *Olymp.* *Quod non iuſtificetur homo compoſitus Deo.* Eleganter notauit Olymp. nunquam Iobo diſplicuiſſe, aut formidini fuiſſe diuinum iudicium, cum ſcriptum ſit; *Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* At temeraria, & corrupta hominum iudicia declinauit, à quibus ad Deum in hoc capite prouocat. Sed quoniam ſimilis ſententia prolata eſt ab Eliphaz. cap. 4. *Numquid homo Dei comparatione iuſtificabitur?* inde petenda eſt expoſitio. Hic tantum notandum eſt diſcrimen; nam cap. 4. homo *Dei comparatione iuſtificatus*, eſt propriè, præ Deo, aut pluſquam Deus: at hoc loco homo *Compoſitus Deo*, eſt in Hebræo, *homo cum Deo*, aut *iuxta Deum*, aut, *contra*, vel *aduerſus Deum*; hæc enim omnia cadunt in præpoſitionem, *ghim*. Sed hoc non obſtat, quin vtriuſque loci poſsit eſſe eadem ſententia. quare ſicut in illo, ita & hic poteſt ſignificari quaſi quædam litis conteſtatio Deo facta ab homine, aut homini apud Deum: quare illud *cum Deo* vel *ante Deum*, erit aliquid forenſe, & iudiciale, ſicut & Eſdræ. c. 9. *Ecce nos ante te ſumus in delicto noſtro: non enim ſtari poteſt coram te ſuper hoc.* id eſt; non poteſt tibi homo reſpondere, neque conſurgere in tuo iudicio, nõ iuſtus, innocenſve apparere; non alacer, aut ſpe bona erectus expectare tuam ſententiam atq; iudicium. Eſt autem pulchra antitheſis, *homo*, Enos, miſer, ærumnoſiſsimus, *compoſitus Deo*, El, forti, iudici æquiſsimo, atque potentiſsimo. Agnoſcit ergo ſuam imbecillitatem, atq; diuini numinis maieſtatem ſupplex reueretur. Illud autem quod Gregor. quaſi reflexa quadam interpretatione addit, argutum eſt potiùs, quàm ſolidum, ſed omnino pium & vtile. *Quiſquis* (inquit) *ſe auctori bonorũ comparat, bono ſe, quod acceperat, priuat*, ea ipſa ratione, qua quis ſe componit cum Deo, iuſtus eſſe deſinit, quamuis iuſtus fuerit. Sicut de humili dicere ſolemus, cum ſe quis humilem eſſe agnoſcit, humilis eſſe deſinit. In huiuſmodi autem locis delirant, atq; nugantur hæretici, quicquid homo peccator faciat, peccatum eſſe. Quos licet ex Scripturis falſitatis reuincere planè poſſemus, ſed id opus illis relinquimus, qui inſcribendarum controuerſiarum, atque diſputationum aduerſus illos bello aſsiduo ſunt.

Ioan. 3. 21.
Iob. 4. 17.
Iob ex bona conſcientia prouocat ad Dei tribunal
Particula, cũ quid valeat.
עם
1. Eſd. 9. 16.
Coram aliquo eſſe, ad forũ, & iudicium pertinere.
Antitheſis.
Gregor.

III. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpondere vnum pro mille.

1. *Quid propriè contendere. Quæ ratio nominis Ierobaal. Illuſtratur locus Iudicum.*
2. *Deus non tenetur reſpondere homini: Homo verò ad Dei interrogata obmuteſcit.*
3. *De numer. vnitate, & millenario. Dextra & ſiniſtra in computatione per digitos. Nonaginta nouem in parabola de oue perdita quid. Explicatur Salomon, Panim, commendatur Nebriſſe. ſ. 1.*

1. *Quid contendere.*
LXX.
ריב
Iudic. 6. 32.

COntendere. Septuag. *Iudicare cum eo.* rixari, iurgari, litigare, hæc omnia ſignificat verbum *Rob* ex qua radice illuſtratur locus Iudic. 6. vbi Gedeon vocatus eſt, *Ierobaal*. quaſi litigans contra Baal. Nam hanc huius nominis imponendi cauſam reddidit Ioas pater illius: *Et dixerunt ad Ioas: Produc filium tuum huc, vt moriatur. Quibus ille reſpondit: Numquid vltores eſtis Baal?* (Septuag. *Numquid vos nunc* *iudicium facitis pro Baal*) *vt pugnetis pro eo? qui* *aduerſarius eſt eius (Septuag. quicumque* *iudicium fecerit ei)* *moriatur, antequam lux craſtina veniat. Si Deus eſt vindicet ſe* (Septuag. *Iudicium faciat ſibi*) *de eo qui ſuffodit aram eius. Ex illo die vocatus eſt Gedeon Ierobaal, eò quod dixiſſet Ioas. vlciſcatur ſe.* Septuagint. *iudicet in eum*) *de eo Baal.* Vertitur etiam ſæpè iudicare,

*El que tomo la demãda de Dios contra Baal.
LXX.
* Salis voſotros al pleyto y tomais la demãda por Baal.
* El que anda a pleyto con el, anochezca y no amanezca.
LXX.

Iſa. 45. 9.
* Maledictio ei, qui contradicit factori ſuo.

care, id eſt, litem intendere, aut ſe in iudicio tueri, aut alteri in iudicio contradicere. Vnde in Iſai. 45. * *Væ qui contradicit factori ſuo*, id eſt, qui litigat, aut contendit cum factore ſuo. Eſt autem eiuſmodi iurgium, & tractatio litis, qualis inter litigatores eſſe ſolet verbis, atque clamoribus, argumentis, obiectionibus, & reſponſionibus. Hinc igitur perſpici poteſt, cuiuſmodi ſit hæc contentio, de qua Iobus loquitur, videlicet rationibus, obiectionibus, reſponſionibus, argumentationibus cum Deo agere. Quare ſequenti ſententia exponitur.

2

Auguſtin.

Non poterit ei reſpondere vnum pro mille. Auguſt. non ad interrogata, & reſponſa, ſed ad homines refert, *vnum, & mille*; nam legit, *Non reſpondebunt ei vnus de mille*. ſed frequentiſſima eſt expoſitio de ipſis interrogationibus, atque reſponſionibus. Rurſus Polichron. duplicem interpretationem indicat; primam, vt actio *reſpondendi* tribuatur Deo, *Vnum* (inquit) *hominũ conditionem iudex contemnet, nec vni verbo de mille reſpondebit*. Sic quoque Vatab. *Tantum non eſt homo, vt eum Deus ſua reſponſione dignetur*. Quare illud: *Non poterit*, idem erit quod nolet: vel per tranſpoſitionem verborum, *Poterit non reſpondere*. Poterit ſane pro libito vel nihil omnino reſpondere, vel reſpondere vnum pro mille, id eſt, vnico verbo omnibus meis querimonijs ſatiſfacere. Sed ſecunda frequentior, germanior atque expreſſa a Latino interprete, nam cùm in Heb. tantum ſit, *Non reſpondebit ei*, quod tam Deo, quàm homini tribui poterat, vt ad hominem tantum referretur, dixit. *Non poterit reſpondere*: nam rogatus homo in iudicio diuino balbutiet, æſtuabit, obmuteſcet, reſpódere, aut contradicere obiectis, & ſe tueri atque defendere minime poterit. Rem hanc ſæpe repetet Iob, *ſi repente interroget, quis reſpondebit ei?* Et iterum; *Quantus ſum ego vt reſpondeam ei?*

Po'ychron.

Vatab.

Frequentior expoſitio.

Homo in iudicio diuino obmuteſcet.

Iob. 9. 12. & 14.

3

D. Thom.

Peculiaris inter vnum & mille comparatio.

Ratio numerandi per digitos.

Quod vero ad hos numeros attinet, D. Thó. argute nimium excogitauit inter *vnum & mille* nullam eſſe determinatam proportionem; quod millenarius numerus pro infinito ſumatur: itaque ſignificari, nulla numeri ſpecie aut menſura exprimi poſſe, quantum diuina iuſtitia humanam excedat. Sed ſenſus planus, etiam ſi numeri determinati accipiantur, Ex infinita ſibi obiectorum multitudine vix minimæ parti ſatiſfaciet homo.

Et quidem, vt peculiare aliquid de his numeris dicamus, eſt peculiaris quædam inter *vnum* & mille *compoſitio*. Nam in antiqua illa numerandi per digitos conſuetudine a Græc. obſeruata, ita ſibi manus dextera atque ſiniſtra reſpondebant, vt læua complicato digito auriculari vnum deſignaret, at verò dextera replicatis in ſe pollice & indice millenarium numerum indicaret. quamuis Beda in ſuo tractatu de indigitatione omnino ait eodem geſtu mille in dextera, quemadmodum vnum in læua notari. Illud vero magis receptum eſt, céntum in dextera inflexo digito minimo, ſicut vnum in læua ſignificari. Vnde eſt id non omnino prætermiſſum ab Eccleſiæ patribus, ouiculam illam, quæ ſola aberrauerat, cum ad

Beda.

Luc. 15. 4.

caulas, in quibus nonaginta nouem erant, ſublatá in humeros bonus paſtor retulit, a ſiniſtra, in qua vnitas eſt, tranſlatam eſſe ad dexteram, in qua centenarius numerus eſt, quem numerũ vnica illa ouis cum nonaginta nouem cóplet. In dextera autem ſemper maiores, & millenarij quidem numeri ſedem habebant; quare aptiſsimè ad hanc ſupputandi rationem dictum ſit de Sapientia: *Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria.* Nam cùm ſapientia ſui amatoribus bona etiam temporalia, diuitias, & honorem in magna copia cóferre ſoleat, videlicèt tot ac tanta, vt omnes ſiniſtræ manus numeros compleant; à primò vſque ad nonaginta nouem; ſed tamen illud *centuplum*, aut potius multa millia immortalitatis beatæ in dextera manu computat, vt dici poſsit.

Parabola ouis perditæ quid ſignificet.

Prou. 3. 16.

Sua iam dextera computat annos.

Iuuenal.

Quid ſi hanc quoque numerorum, & numerãdi per manus ſcientiam Paulus indicat, cùm ait: *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis!* Nam ſi Deus nos ad rationes, & ſupputationes, & *villicationis rationem reddendam* vocet, atq; in ſuis manibus vnum & mille deſignet, & in dextera mille accepta beneficia reponat, in ſiniſtra verò ne vnum quidem à nobis redditum inuenire poſſit, quam ſeuero & horrifico iudicio nobiſcum aget, &c. Illud etiam inter vnum & mille, finitimum eſt, quod a Chaldæis obſeruatum traditur, totam ſupputandi rationem ita per lineas quaſdam expreſſiſſe, vt ſitu tantum atque apicibus diſtinctæ numerorum varietatem indicarẽt; ita vt iacens virgula ſiniſtro apice ſurrecto vnitatem oſtenderet; atque eadem inuerſo dextrorſum apice mille deſignaret, hac videlicet ratione(1 1000.) Habet igitur *vnum & mille* peculiarem affinitatem. Ita nihil eſt in ſacro ſermone, quod arcanam reconditamq; ſapientiam non contineat. Sed de his numeris, numerandique rationibus præclarè diſputauit non de humanioribus tantum, ſed de quorundam etiam ſacrorum locorum interpretatione benemeritus Bæticus noſter Nebriſſenſis, non in ſuo illo tractatu de numeris, ſed in apologia ad ſo. ſacræ Scripturæ locos non vulgariter enarratos, c. 15. ex Hieronymo Ambroſio; tum etia ex prophanis, Plinio, Apuleio, Cicerone. Valerianus quoque lib. 37. ex Irinæo, & Beda.

Heb. 10. 31.

Antonius Nebriſſenſis commendatus.

Hieronym.
Ambroſ.
Plinius.
Apule. Cicer.
Valer. lib. 37.

IV. Sapiens corde eſt, & fortis robore: quis reſtitit ei, & pacem habuit?

1. *Pro Deo ſemper pugnare æquitatẽ, & fortitudinem*
2. *Sextum caſum quid ſignificare ſoleat. Geminatio eiuſdem vocis, & ſignificationis.*
3. *Quid propriè fortitudo hæc. ad omnia attributa ſe extendit, explicat Zacharias & Dauid. Quid propriè reſiſtere, quid indurare in ſacro Sermone. Illuſtratur Moyſes.*
5. *Quid pacem habere, aut in pace. Contentio cum Deo nemini bene cedit.*

1

A Deo ſemper ſtat æquitas, & potentia.

EIVS, quod dixerat, videlicèt non contendendum cum Deo, aut illi non reſpóden-

dũ, reddit rationé, quod incredibilis ſit temeritatis, velle congredi cum Deo potentiſsimo *Robore, atque ſapientia*. Vel, vt lateat ſimilitudo quædam. Sicut non poteſt homo præualere contra Deum, ſi viribus pugnet, ita profectò ſi ratione atque argumentandi & reſpondendi contentione, cum ille non minus ſapiés ſit, quam fortis, homo vero nó maiori ſapientia, quam virtute & robore.

* Por fuerça, o por razon ſiepre a Dios le lobian.

2 Sextus caſus quid indicet in nomine ſubſtantiuo.

Sapiens corde. Cum ſextum caſum nominis alicuius ſubſtantiui adiectiuo alicui adiungit Scriptura, perpetui cuiuſdam epitheti vim habet. Tum etiam cum vtrumque nomen eiuſdem fere ſignificationis eſt, excellentiam quandam, & ſuperlationem in ea ſignificatione afferunt, non ſecùs, atque cùm vox eadem geminatur. *Sapientia* igitur & *cor* idem fere ſignificant, idem quoque *fortitudo*, & *robur*. quare ſignificabitur immenſa quædam Dei ſapientia atque potentia, id eſt, ſapientiſsimus, atq; fortiſsimus eſt. ſicut Exod. 15. dicitur *Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine*. Hebraice; *Domine, magnifice in fortitudine*, vel, *ampliſsime in virtute*. id eſt potentiſsime, atq; fortiſsimè. Hæc autem diuinæ ſapientię, & fortitudinis conteſtatio non tã affertur a Iobo, vt aſſeratur Deus integerrimus iudex, cui neque ſapientia ad iudicandum, neq; fortitudo ad exequendum deſit, ita vt oſtendatur, quocunque contentionis genere longe ſuperior homine; vt Pſalm. 63. dictum eſt: *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*. id eſt omni ratione & congreſſu inferior erit homo, Deus autem ſuperior.

Geminatio eiuſdem vocis.

Exod. 15. 16.

Pſalm. 63. 7.

3 Fortitudo ad omnia diuina attributa referenda.

אמץ

Zachar. 63.

Fortis robore. Non ſolum quod ad potétiam attinet, ſed quod ad omnium Dei attributorũ magnitudinem quandam atque efficacitatem, poteſt hęc fortitudo accipi, Nam vox originalis ad vim & energiam aliarum etiam rerum referri ſolet, vnde dicũtur Zach. 6. 3. *Equi varij, & fortes*. quod fere Hebræi omnes ad colorem referunt; vertunt enim pro fortes, *Rubri aut, rufi*. Quamuis enim alios rufos commemoraſſet, ſed nunc in ea fortitudine vim colori addidit nõ ſubrufi, ſed rufi valdè (*de color muy fuerte y encendido*.) Non rarò etiam dicitur de corde, & de ſapientia, nam etiam ſapientiæ, atq; prouidétiæ ſua ineſt vis, & robur, vt dicitur Prou. 24. *Vir ſapiens fortis eſt, & vir doctus robuſtus; quia cum diſpoſitione initur bellum*. Sicut igitur diuina potentia plena eſt iuſtitia, atque ſapientia; ita etiam iuſtitia atque ſapientia plena eſt fortitudine: valet namq; Deus his omnibus; proptereaque Pſalm 65. dicitur Dei fortitudo multiplex; *In multitudine virtutis tuæ*: non ſolũ quòd Dei virtus ſit omnibus gradibus, omnibusque numeris perfecta; ſed quòd in eò videatur eſſe immenſus quidam cumulus omnis generis fortitudinis. Quapropter Pſal. 28. iubemus ſoli Deo *afferre gloriam, & honorem*. iuxta Heb. *Gloriam & fortitudinem*. id eſt; Gloriã fortitudinis. Quare ſicut Dei ſapiẽtia etiam in inſipientia, & ſtultitia relucet (nam *quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus*) & propterea illius ſapientia infinita eſt; ita illius fortitudo, quæ in imbecillitate etiam reſidet (nam *quod infirmum eſt Dei fortius eſt hominibus*. omnes omnis generis fortitudinis numeros habet.

Prou. 24. 5.

Pſalm. 65. 3.

Quid multitudo virtutis in Deo.

Pſalm. 28. 2.

1. Cor. 1. 25.

4 LXX.

Quid reſiſtere.

קשה

Quid indurare in ſacro Sermone.

2. Reg. 19. 43.

Deut. 31. 27.

Exod. 7. 3.

Quis reſtitit ei. Septuagint. propriè ex Hebr. *Quis durus* (pertinax, rebellis) *fuit ei?* verbũ (*Kaſah*) indurare, aut obdureſcere ſignificat, quod vel ad verba aſpera vel dura, vel ad ingenium difficile & pertinax, vel ad animi obſtinationem & pertinaciam ſolet referri. Singulorũ exempla ſunt. 2. Reg. 19. *Durius reſponderunt viri Iuda*. Deut. 31. *Ego ſcio contentionem tuam, & ceruicẽ tuam duriſsimam*. Exod. 7. *Ego indurabo cor Pharaonis*. Ergo quoniam his modis omnibus poteſt quis Deo reſiſtere, aut procaciter aduerſus illũ obloquendo, aut illius iuſſa contemnendo, aut apertè & obſtinatè bellum illius voluntati, & conſilijs indicendo, interpres clarè reddidit; *Quis reſtitit ei?*

5 Latini.

Et pacem habuit. Plerique Latini; Nemo pertinax gloriari poteſt; quòd poſt conſecutam de Deo victoriam pace potitus fuerit. Alij, Nemo cum Deo contendens ſic illum aſſidua pugna fatigauit, vt pacem accipiat vltrò a Deo oblatam. Septuaginta, *Quis permanſit*. Symmach. *Quis perſtitit*. Nemo qui aduerſus Deum obdurauit, tulit impunè, Nemo perſtitit incolumis. Ergo *pacem habere*, eſt bene & fœliciter cedere alicui bellum, euadere ex prelio victorẽ, & ſui, ſuarumq; rerum compotem. Sic qui ex bello ſaluus & incolumis euadit, dicitur *in pace manere*, vel, *reuerti*. Iudic. 8. Ioſ. 10. 4. Regum. 22. Hinc videas eum, qui *Æmulatur in malignantibus, & zelat ſuper iniquos, pacem peccatorum videns*, iuberi, vt *intelligat in nouiſsimis eorum*: nam nemo tandem *in pace* manet. Quod igitur ipſe Iob loquitur, non ex obſtinata mente, ſed ex veritatis & diuinæ iuſtitiæ fiducia proficiſcitur.

LXX.

Symmachus.

Quid pacem habere aut in pace eſſe.

Iudic. 8. 9.

Ioſ. 10. 15.

4. Reg. 22. 20.

Pſalm. 27. 3.

V. Qui tranſtulit montes, & neſcierunt hi, quos ſubuertit in furore ſuo.

1. *Montes pro montium incolis, aut pro ſuperbis, prima expoſitio. Illuſtratur Iſaias.*
2. *Secunda expoſitio. Quod in ſuo loco non inuenitur, periſſe creditur. Montium generatio & corruptio ab alijs aſſignata.*
3. *Tertia expoſitio. incerta montium translationes.*
4. *An diluuio montes aliqui explanati, vel ex proprijs ſedibus commiſſi.*
5. *Montes transferri in tempeſtatibus, quomodo intelligendum.*
6. *Quomodo accipiendæ ſint montium translationes, videlicet potentialiter, ſæpe in ſacris.*
7. *Transferre in Heb. quid.*

1 Montes qui.

NVNC diuinam potentiam cum mirabili ſapientia coniunctam ampliſsima oratione deſcribit. *Montes*, videlicet moles maximæ, atque firmiſsimæ, adeoq; materia aptiſſima, in qua ſuas vires exerceat diuina potentia. Sed in primo litteræ ſenſu, ſuperbos aut dæmones, aut homines Philipp. & Beda intelligunt. quæ montium vſurpatio frequentiſsima eſt in ſacro Sermone. Iſa. 41. *Ego poſui te quaſi plauſtrum triturans, triturabis montes, & comminues, & colles quaſi puluerem pones, ventilabis eos & ventus eos tollet*. Licet enim alluſio fiat ad areas &

Philipp.

Beda.

Iſai. 41. 15.

muni-

munitiones, quæ in montibus ædificari ſolét, tamen tyrannis & ſuperborum hoſtium arces & munimenta ſignificantur. atque huiuſmodi *montium*, & collium ſignificationis ratio indicari videtur 2. Cor 10. *Deſtruentes omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei.* Cum hoc facit Chaldæus, qui per *montes* accipit Reges habitantes in montibus. Sed tamen, quia quæ ſequuntur ad res ipſas inanimatas, & naturales pertinent, in quibus mirabilis cernitur auctoris naturę poteſtas, atq; maieſtas, efficitur omnino videtur, vt hæc etiam pars de ipſis terræ montibus accipi debeat.

2. Cor. 10. 5. — Chaldæus. Montes pro montium incolis.

2 — D. Thom. Caietan. — Pſalm. 36. 36. — Quod in ſuo loco non inuenitur, perijſſe creditur. — Qua ratione deſtruantur montes.

Sed in hoc ipſo diſſenſio etiam eſt. nam D. Tho. & Caietanus interpretantur, *montes transferri*, deſtrui, & aboleri; illud enim, quod in ſuo loco non inuenitur, perijſſe creditur, ſicut dictum eſt: *Quæſiui eum & nõ eſt inuentus locus eius.* aiunt verò montes naturaliter deſtrui, quia cũ ſint natura ſua generabiles, & corruptibiles, ſicut additione partium generantur, & creſcunt, ita detractione minuuntur, & corrumpuntur. Sed non video qua ratione ſit huic phyſicæ ſpeculationi nũc locus; licet enim inſenſibilem aliquam accretionẽ, aut decretionem, capere illa ratione montes poſsint, quáuis etiam aboleri potuiſſent, ſed tamen diuina potentia in tam longa, & ſegni mótium extenuatione non ſe præbet valdè mirabilem, neq; cunctis viſendam, cùm nemo ferè ſit, qui eam rem videat, ac ne mente percipiat quidẽ.

3 — Carthuſian. — Matth. 21. 21. & ca. 17. 10.

Aliter Dionyſ. Carthuſ. intelligit ſermonẽ eſſe de miraculoſis montium tranſlationibus ex ſuis in alias ſedes in punitionem hominũ impiorum. Sicut apud Matth. *Dicetis monti tolle-re, & iacta te in mare.* Sed neque hic miraculum congruit cum alijs ſequentibus naturæ operibus; Deumq; aliquando ex loco in locum mótes tranſtuliſſe, diuinari tantùm, aut dici poteſt, probari non poteſt. Nam neq; Apoſtolos id feciſſe vnquam conſtat, vt Chryſoſtom. ait: quamuis maiora horũ fecerint, cùm mortuos ſuſcitauerint. licèt vt idem Chryſoſto. ait, alij poſt Apoſtolos id præſtiterint. vid. Euſeb. lib. 7. cap. 25.

4 — Aſtunic. — An in diluuio montes explanati.

Sed præterea Didacus Aſtunica de diluuio intelligendum cenſet, quo altiſsimi montes obruti ſunt, & impetu æſtuantium fluctuum conuulſi ex proprijs ſedibus, & aliò tranſlati; aut propter magnas terræ agitationes alios montes explanatos, alioſq; denuo altiſsimos eſſe factos. ſed rem omnino incertam nobis narrat. Quare cum in diluuio multa alia certiora, atq, manifeſtiora diuinæ potentiæ argumenta conſpecta fuerint, quam ea montiũ occulta penitus atq; demerſa tranſlatio & abolitio, & non niſi paucíſsimis hominibus, qui aliam terræ faciem vidiſſent cognita, à Iobo proferenda non eſſet ad diuinę potentię commendationem.

5 — Montium tranſlationes, duo ſignificare. Terræ motu & fulmine abſumpti montes.

Ego duo ſignificari hac montium tranſlatione exiſtimo. Primùm, diuinam potentiam ſui ſpecimen præbere in excitandis tempeſtatibus, faciendis fulminibus, efficiendis terræ motibus: tunc enim aut hiſcente terra, aut vi fulminis videntur montes transferri. id eſt, vel abſorberi, aboleri, perire, vel conflagrare, & in fumum abire, & euaneſcere. qua ratione accidiſſe Sodomæ, & vniuerſæ illi regioni credi poteſt. quò fortè huc locus ſpectat. Sicut etiam extremi iudicij ignis deſcribitur Pſal. 96. *Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini.* & ſimili ratione Petrus dixit: *Elementa calore ſoluenda.* fulminibus quoq; terræ motum, & montium fumigationem adiungit Pſalm. 103. *Qui reſpicit terram, & facit eam tremere, qui tangit* (igne cæli ſcilicet, aut iaculato fulmine) *montes, & fumigant.* Atq; hoc ipſum confirmari poteſt ex ſimilibus ſententijs, Pſalm. 143. *Tange montes, & fumigabunt.* & Eccleſiaſt. 43. in deſcriptione tempeſtatis; *In conſpectu eius commouebuntur montes, &c.* Sic exiſtimat catenæ auctor hanc montium exterminationem eſſe idem cum illo: *Qui tangit montes, & in fumum euaneſcunt.* vtitur lectione Symmach. *Qui ſummouet montes, nec apparere eos facit.*

Pſalm. 96. 5. — 2. Pet. 3. 10. & 10. — Pſal. 103. 32. — Pſalm. 143. 5. — Eccleſ. 43. 17. — Nicetas.

6 — Montium tranſlatio omnipotentiæ diuinæ argumentũ. Diuinæ potentiæ vis. Matth. 7. 20. & 21. 21. & Luc. 17. 16. Pſal. 45. 3. Piorum tranquillitas in medijs tempeſtatibus. Pſal. 17. 16. verſ. 8.

Aut ſecũdo quidem poteſt eſſe horum verborum ſenſus quaſi potentiális; Tanta eſt diuinæ potentiæ efficacitas, vt poſsit *montes transferre.* Nam de huiuſmodi etiam parata, cum opus eſſet, virtute, eſt id: *Si habueritis fidem, dicetis monti huic, iacta te in mare:* & quaſi expoſita aliqua conditione loquitur Pſalm. 45. *Non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.* id eſt, Etiam ſi mundi facies vniuerſa inuertatur, nullam animis noſtris commotionẽ accepiemus. & Pſal. 17. *Apparuerunt fontes aquarum, & reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum, fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis.* id eſt; tanta extitit vis diuinæ iræ pro Dauide aduerſus hoſtes defendendo, vt videretur orbẽ inuertere, & omnia miſceret; vt, ſi opus eſſet, omnia inuerteret & miſcere; vt hoſtes fortiſsimos Montium inſtar cõcuteret, transferret, & deijceret; qui poteſt montes transferre, potuit quoque hoſtes potentiſsimos proſternere.

7 — Transferre quid in hebræo. עתק — Infra c. 14. 18. Iſa. 28. 9. Gen 12. 8. R. Mardoch. Complutenſ.

Neque verò ex originali voce *transferendi* poſſumus quicquã aliud elicere; nam (*Ghathak*,) *transferre* & conuellere eſt infra cap. 14. *lapis trãsfertur de loco ſuo.* & Iſai. 28. *Auulſos ab vberibus.* Vnde etiam de loci mutatione dicitur Gen. 12. *inde transgrediens ad Montem.* R. Mardochai. *transferens inde.* Complutenſ. *& euulſit inde ad Montem.* Nos diceremus, (*arrancò de allì*) Fortè inde ducta ratione, quod fixa tentoria oporteret reuelli, cum alio transferebantur. Igitur tranſlatio hæc Montium, eſt conuulſio, eradicatio, abolitio quædam; at quia eadem vox quaſi per contrarium intellectum ſignificat etiam roborari, permanere, inueteraſcere quaſi in aliquo loco; & quia quod antiquatur & ſeneſcit propè interitum eſt, Septuaginta dixerunt. *Qui in vetuſtatem perducit Montes.* Sed, vt bene ait Catenæ auctor, dilucidè interpretatus eſt Olympiod. *qui aufert montes, & à conſpectu remouet eos.*

LXX.

VI. Qui commouet terram de loco ſuo, & columnæ eius concutiuntur.

1. *Sententia quæ aſſerit terram perpetuò moueri, perimitur.*

2. *Hoc loco afferi potiùs terræ ſtabilitatem. Quid commoueri in Hebræo, & quibus alijs vocabulis verti ſoleat.*
3. *Quæ dicantur terræ columnæ. Montes ita dici, aliorum expoſitio.*
4. *Columnæ terræ ipſa terræ firmitas. explicatus Dauid.*
5. *Deus dicitur iraſci inanimatis & quando. Impiorũ oblitio Dei, atque ſuos ſcelerũ in ſuis ipſis ſupplicijs.*

1 Aſtunica. Pythagoricorũ opinio de terræ motu.

DIdacus Aſtunica exiſtimat hunc locum illuſtrari poſſe ex ſententia Pythagoricorum exiſtimantium terram moueri natura ſua, tum etiam hinc eandem ſententiã confirmari, quod nullus reperiatur in ſcriptura locus, qui tam aperte dicat terram non moueri, quam hic moueri dicit. addere etiam (ſi libet) poſſet, tranſlationem illam montium cum hac terræ circulari motu conuenire. nam valdè mirabile eſſet, vt Montium gibboſitatibus onuſta terra tam celeriter circumageretur. Sed vt de hac ſentẽtia nos nihil nunc amplius dicamus, quam planè falſa eſſe (alij certè deliram, nugatoriam, temerariam, & in fide periculoſam dicent; atq; ex orco antiquorũ illorũ philoſophorũ a Copernico, & Cælio Calcagnino reuocatã potius ad ingenij ſpecimen quoddam, quam ad Philoſophiæ atque aſtrologiæ bonum & vtilitatem aliquam) certe aduerſus illam ſuſè diſputauimus, cum libros Ariſto. de cœlo & mundo enarraremus, atque de cœli motu ageremus. Et eleganter quidem rationibus ex philoſophia, & aſtrologia petitis illius falſitatem oſtendit noſter Chriſtophorus Clauius in ſuis comm. ad ca. 1. Sphæræ.

Terram moueri perpetuò, parum tuta ſententia. Copernic. in ſuis reuolutionibus. Calcagni. peculiari hac de re opuſculo. *P. Clauius in cap. 1. Spher.*

2 Hinc confirmari terræ ſtabilitatem.

Ergo nunc ſatis fuerit firmis rationibus efficere cum hoc loco non poſſe illam ſententiã conſentire. Primò quòd potius terræ immobilitatem afferat, & tantum illum terræ motum, quo ſolet trepidare terra, intelligat, nam *columnæ terræ* proculdubio firmam quandam ſtabilitatem ſignificant, vt ſtatim dicemus.

Præterea commotio hæc a Deo irato, & potentiæ atque vindictæ de ſuis hoſtibus manifeſtum ſpecimen præbente, fieri ſolet, præſertim cùm ſæuam aliquam tempeſtatem ipſe cõcitat; quæ omnia aliena ſunt ab illo quotidiano & imperceptibili motu circulari terræ, ſi quis eſſet, etiã cum ſerena omnia ſunt, & mitem atque iucundam faciem rerum natura induit.

רגז *Terra cõmotio* ad tremorem aut metum.

Tandem quòd ipſa *commotionis* vox rem totã plane confirmat; nam verbum, Ragaz, nullum naturalem motum affert, ſed commotionem quandam ex metu, ira, aut alio animi affectu & perturbatióe, qualis eſt trepidatio, aut tremor: vt plane hæc *terræ commotio* ad tremorem referẽda ſit. Nam ab illa radice dicitur Deut. 2. *In morem parturientium contremiſcam.* & Deut. 28. *Dabit tibi Dominus cor pauidum*, id eſt, commotum timidum, dicas, tremens, aut tremulũ. & Ioelis 2. *conturbentur omnes habitatores terræ*, atq; eſt eiuſmodi commotio, quæ tranquillitati & paci opponitur. Iſai. 14. *Cùm requiem dederit tibi dominus a labore tuo, & concuſſione* (commotione, trepidatione) *tua*. Tribuitur etiam ſæpe montib⁹, aut terræ. 2. Regum. 22. *fundamenta montium concuſſa ſunt.* Et Prouerb. 30. *Per tria mouetur terra.* Et Ierem. 51. *Commouebitur terra, & conturbabitur.* Ergo terræ motibus, & commotione terræ præpotentem, mirabilemque ſuam maieſtatem oſtendit Deus, qui tantam terræ molem, tantosque montes videatur de ſua ſede conuellere. Vel, vt ſignificetur reuerentia quędam creaturarum omnium erga ſupremam creatoris ſui maieſtatem exhibita, iuxta id Pſalm. 103. *reſpicit terram, & facit eam tremere*: atque nutu etiam tremefecit Olympum, & vel ſolis minacibus oculis findit atque labefactat fortiſsimas rupes: ſic etiam Eccleſiaſtic. 16. *cœlum & cœli cœlorum, abyſſus, vniuerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius commouebuntur, montes ſimul & colles, & fundamenta terræ, & cum conſpexerit illa Deus tremore concutientur.* Ad ſimilem rationem terrifica tonitrua dicuntur eſſe Dei voces magnificæ, atque potentes territantis mortales Pſalm. 28.

Deut. 2. 2. *Deut. 28. 65.* *Ioel. 2. 1.* *Iſa. 14. 3.* *2. Reg. 22. 8.* *Prou. 30. 21.* *Ierem. 51. 29.*

Deus mirabilis in terræ motibus. *Pſal. 103. 32.* *Virg. Aen. 9.* *Eccl. 16. 18.* *Tonitrua* Dei voces horrificæ. *Pſal. 28. 4.*

3 פלצ *LXX.* *Auguſt.* *D. Thom.* Quid *cæli columnæ*.

Et columnæ eius concutiuntur, propriè, tremũt, tremiſcunt, obſtupeſcunt, formidant. Septuagint. *quatiuntur*. Auguſtinus, *mouetur*. D. Thomas, per *columnas*, quibus ædificia conſtant (quod videtur minus congruere) vel montes, qui ſunt terræ impoſiti velut erectæ columnæ, dicuntur enim in originali *columnæ*, ab ſtando, quod erectæ conſiſtant, & ſtantes erectum ædificium ſuſtineant, placuit etiam hæc *columnarum* terræ pro *montibus* vſurpatio quibuſdam in arcano ſermone. Sed mirum; nam licet quidem montes altiſsimi, in quos cœleſtis ſupernorum orbium moles inclinata recumbere videtur, *columnæ cœli* dicantur infra Iob. 26. tamen *columnæ terræ* non poſſunt ſupernæ terræ partes, montes videlicet, appellari; nam illi non ſuſtinent terram, ſed ſuſtinentur. Niſi enimuero columnas fingas eſſe, quæ nihil ſuſtineant, ſed ad honorem tantùm, & ſpeciem erectæ ſint.

עמד *Montes* columnæ appellantur. Montanus. *Iob. 26. 11.*

4. Germanior ſignificatio *columnarum terræ*.

Ergo *terræ columnæ* infimas terræ partes ſignificant, quæ reliquam terræ molem impoſitam ſuſtinent, quæ ſunt, veluti fundamenta & fulcra terræ, quæ Pſalm. 103. dicuntur, terræ ſtabilitas; *fundaſti terram ſupra ſtabilitatem ſuam.* Hieronym. ex hebræo *ſuper baſes ſuam*. & ſimiliter Aquila, vt refert Baſil. Ergo doctè Philip. dixit: *terræ columnas*, eſſe ſuam ipſam ſtabilitatem, quæ in terræ motu concutitur & contremiſcit. Symmach. illum pſalmi locum legit; *ſuper ſedem eius*. & Theodoret. explicat hoc nihil aliud eſſe, quam permanentiam quandam, vt non moueatur.

Pſalm. 103. 5. *Hieron.* *Philipp.* *Symmach.*

5 *LXX.*

Et ne, cierunt hi, quos ſubuertit. ſi quis ad montes hanc ignorationem referat, vt videntur indicare Septuaginta, tribuetur ignorantia rebus inanimatis, cùm ita ſubuertantur, ac ſi neſcierint, id eſt, ſubito, inopinato, nihil tale hominibus ſuſpicantibus de illorũ ſubuerſione, imò potius ſecuris de illorum ſtabilitate. Et licèt addatur, *in furore tuo*, non ideo non poterit montibus conuenire, namque Deus oſtendit ſe iratum mundo, & huiuſmodi rebus inanimatis in tempeſtatibus concitandis; vt dicitur Pſalm. 17. *fundamenta montium conturbata ſunt, quoniam iratus eſt eis.* & Pſalm. 28. nemori-

moribus atq; ſyluis iraſcitur, *confringẽs Cedros, reuelans condenſa, concutiens deſertum*, inſtar Rhinocerotis indomitæ feritatis animalis. Sed frequentiſsimus ſenſus eſt, vt hæc pars referatur ad ipſos homines habitatores montium, qui in illa montium euerſione ſubitò perierint, nihil tale priùs diuinantes aut qui peccatorum ſuorum, diuinæque iuſtitiæ obliti, tantam rerum mutationem Deo vindici malorũ non tribuerint; vt conſonet cum illo Iſai. 42. *effudit ſuper eum indignationem furoris ſui, & combuſſit eum in circuitu, & non cognouit, & ſuccendit eum, & non intellexit*. Nam mirum eſt, impios tantis ærumnis laceratos, & diuina ira acriter in illos exardeſcẽte, atque ſua ſcelera, neque verò ſcelerum vindicem Deum cognouiſſe.

Impiorum in ſuis ſupplicijs Dei & ſuorum ſcelerum obliuio.
Iſai. 42. 25.

VII. Qui præcepit ſoli, & non oritur: & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.

1. *Quid oriri in Hebræo, vt in tempeſtate videatur ſol non oriri. aliorum expoſitiones non omnibus probatæ.*
2. *Quid ſit ſtellas claudi. Metaphora ducta ab epiſtola ſignata.*
3. *Vt cælum liber quidem ſit, ſtellæ characteres, & ſigna, tum etiam inſignia, & arma diuinæ potentiæ. illuſtratur Iſaias, & Salomon.*

1 *Olymp.*

OLymp. iudicat non ad factum, ſed ad Dei potentiam referri, qui, ſi velit, poſſit viciſsitudinẽ ortus, & occaſus tollere, atque ſoli præcipere, vt in certa quadã regione commoretur, nec exoriatur. aſtra etiam obſcurare, vt minimè luceant. Pleriq; alij ad rem ipſam referunt, quæ in rebus naturalibus eueniat. Albertus ad ſolem ſtantem tempore Ioſue. ſed valde præpoſterè. Philippus, & Caietanus ad quotidianam dierum & noctium viciſsitudinem. ſed aliquantò frigidius, & præter ſignificationem verbi *oriendi*, quod in originali propriè ſignificat matutinum lucis ortum. Quare incongruè diceretur, Cùm Sol occumbit, *non oriri*; atq; tunc ſe Deum mirabilem præbere, cùm præcipit occidenti ſoli, vt *non oriatur*, id eſt, vt occidat. Alij ad eclipſim; ſed cõmodiùs alij ad triduanas Aegyptiorum tenebras, quæ tunc in recenti hominum memoria, & admiratione eſſent; ſed omnium tamen cõmodiſsimè alij Latini cum Chaldæo ad eas tenebras referunt, quas efficit ſæua aliqua tempeſtas, & atror nubium, quæ interdiù orientẽ ſolem obſcurant, atq; noctu lucentes ſtellas, quaſi incluſas aſſeruant. Et ſanè hunc ſenſum expoſcit lenis totius huius orationis decurſus: ſic videas Act. 27. hoc ipſum notari in ingenti illa Pauli tempeſtate. *Nec ſole; nec ſyderibus apparentibus, per plures dies, & tempeſtate non exigua imminente*. Et Ezech. 32. vide ſupra cap. 3. vbi cùm ortui ſui diei, & nocti tempeſtatem imprecatur, diurnas, nocturnasq́ue tenebras aduocat. Recte autem ab interprete dictum eſt: *Qui præcipit*. cùm in Hebræo & Septuaginta habeatur, *Qui dixit*. Nam illud *dicere* eſt cum poteſtate quadam imperandi, vt alias diximus.

Albertus.
Philipp.
Caiet.
זרח

Commodiſſima expoſitio.
Latini cum Chaldæo.

Act. 27. 20.
Ezech. 32. *v.* 7. & 8.
Iob. cap. 3.

LXX.
אמר

Et ſtellas claudit ſub ſignaculo. Hebræus apud Caietanum vertendum putat, *pro ſtellis ſignauit*. quaſi in fauorem ſtellarum Deus contineat claritatem ſolis in altero hæmiſpherio appoſita terra, tamquam ſigillo, vt lucere noctu non poſsint. Sed communis Latinorum & Græcorum interpretatio hoc refert ad ipſas ſtellas, quæ non aliter, atque Sol denſiſſimis nubibus, atque tenebris obductæ, & clauſæ videntur, cum non videntur; & *ſub ſignaculo* incluſæ, quod claudente Deo aperire nemo poſſit. Septuaginta: *Contra ſydera ſignaculum poſuit*. Eſt enim illa ſigillatio, quaſi prohibitio quædam a conſueto lucendi officio, vt latiùs explicabimus infra ca. 37. cùm ait in deſcribenda etiam hyemali quadam tempeſtate, *In manu omnium hominum ſignat*. id eſt, manus hominum quaſi ſigillo claudit, & abſcondit. Hinc autem quidã nituntur elicere metaphoram deductam ab epiſtola, quæ cum clauditur, & ſigillo munitur, nemini licet illam legere, aut aperire. Cum quo congruere poteſt, quòd ſtellæ, & omnia cæli lumina, velut characteres quidam efficiant librum, in quo legenda, & viſenda proponatur ſupremi creatoris maieſtas atque ſapientia. In quem librum reſpicere iubemur, cum ab Iſaia dicitur: *Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte, quis creauit hæc. qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat, præ multitudine fortitudinis & roboris, virtutisq́ue eius, neque vnum reliquum fuit*. Hunc Deus librum claudit *quaſi ſub ſignaculo* tenebrarum. Nam ad tenebras quoque illud pertinet: *Tabeſcet omnis militia cælorum, & complicabuntur ſicut liber cæli*. Sed Sigilli quidem nomen, atque ratio, non ſolùm librũ aut epiſtolas reſpicere nos iubet, cùm etiam Deuteron. 32. dicantur: *Signata in Theſauris*. & infrà; *Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea*. & Cant. 4. *Fons ſignatus*. & 8. *Signaculum ſuper cor, & ſuper brachiũ*. Ergo *ſtellas claudere ſub ſignaculo*, erit potiùs velut Theſaurum diligenter claudere, & quaſi ſuę potentiæ & maieſtatis ſigillo & armis appreſſis munire, ita vt qui ad ſupernæ tempeſtatis, & obducti atriq́ue cæli conſpectum oculos attollat, agnoſcat ſtatim inſignia diuinæ potentiæ, quibus ſignatum cælum eſt. & clauſa reconditaq; lumina. Et ſi tantiſper colludere libet, in ipſis *ſignaculi*, & ſigni vocibus, & latinis ſignificationibus, illa profectò *ſigna*, quæ *erunt in ſole, & luna, & ſtellis*, erunt ſignacula quædam, ſub quibus illorum ſplendor continebitur, & abſcondetur: *Luna enim* tunc *non dabit lumen ſuum, & Sol obſcurabitur*. Poteſt etiam ſignificari tempeſtas aliqua neque leuis neque breuis; ſed vehementior atque diuturnior; nã quod ſignatur, non niſi certo temporis ſpacio decurſo aperire oportet; ſicut Daniel, cap. 8. dictum eſt: *Tu ergo viſionem ſigna, quia poſt multos dies erit*.

2 *Caietan.*

Cõmunior Latinorum & Græcorũ expoſitio.

LXX.

Iob. 37. 7.

Metaphora ducta ab epiſtola ſignata.

3 Cæleſtia lumina quaſi characteres libri alicuius.
Iſai. 40. 26.

Signaculum tenebræ.
Iſai. 34. 4.

Deut. 32. 34.
Iob. 14. 17.
Cant. 4. 12.
Cant. 8. 6.

Signaculum ſtellarum, quaſi arma & inſignia diuinæ potentiæ.

Luc. 21. 25.
Matt. 24. 29.
Dan. 8. 26.

VIII. Qui extendit cælos ſolus, & graditur ſuper fluctus maris.

1. *Cælum pro aere; pro nubibus nunquam, explicati Dauid & Iſaias.*
2. *Quæ ſit cælorum extenſio. Quid firmamentum in Gen.*
3. *Cur aer pellis, & tabernaculum dicatur. & vt im-*

perator Deus inde aduerſus mortales dimicet.

4. *Gradi, incedere, calcare habitus eſt prælianꝉis, aut triumphantis. explicatur Moyſes de ſtella ex Iacob.*

5. *Quædam Chriſti miracula prædicta hoc loco.*

1 *Cœlum pro aere.*

QVi extendit cælos. Quoniam *cæli* nomine non ſemper cæleſtes orbes, ſed frequẽter quoq; aerea regio ſignificatur, videri alicui poſſet hoc loco *cælum* pertinere ad nubilum aerem; aut potius ad nubes ipſas fuſas & expanſas toto aere; vt hac ratione tota hæc deſcriptio tempeſtatis cohærentior eſſe poſſit. Quod ego libentiſsimè amplecterer, ſi vnquam inueniſſem *cæli* nomine nubes ſignificatas in Scriptura. Quod enim dicitur Deus, *de cælo intonare*, aut, *cælum pluere*; aut *cataractæ cæli aperiri*; hoc quidem non ad nubes, ſed ad aërem pertinet, ſiue nubilus ille, ſiue ſerenus ſit. is enim, *cælum* eſt, illæ verò non *cælum*, ſed nubes *cæli*. Tum etiam quia hæc *cæli*, aut *cælorum* (nam in originali ſemper eſt plurale nomen) extẽſio ſæpe vſurpatur in ſacris, vbi nulla tempeſtatis, aut obducẽtarum nubium mentio fit, Pſ. 103. *Extendens* (creans conſeruanſq; extentum) *cælum ſicut pellem*, id eſt, ſicut pelliceum tẽtorium; aut cortinam tabernaculi. Iſai. 40. *Qui extendit velut nihilum* (id eſt, velut nebulam, aut rem vaniſsimam, ſingulari quadam leuitate perpolitam) *cælos, & expandit eos ſicut tabernaculum ad habitandum* non aliter cap. 42. 44. 45. Zach. 12. & ſimilibus alijs locis.

Cœlum nunquam pro nubibus.
Pſalm. 17. 14. & 28. 3.
Geneſ. 7. 11.
Pſal. 103. 2.
Iſaia. 40. 22. & 42. 5. & 44. 24. & 45. 18. *Zach.* 12. 1.

2 Creator iure imperat creaturis.
Quæ ſit cælorum extenſio.

Ergo hoc dupliciter intelligi poſſe videtur; primo, vt cauſam ſententiæ præcedentis nunc reddat, quare poſsit *ſoli præcipere, & ſtellas claudere*; quia videlicet ipſe ſit Dominus, & creator cæli, qui illud longè lateq; patens atq; expanſum efficit. quæ cæleſtium orbium expanſio, eſt explicatio quædam, & quaſi diductio in orbem; non verò complanatio, & directio: & ita nihil obeſt ſphæricæ cæleſtium orbium figuræ hæc extenſio, quæ poſsit etiam conuenire rei rotundæ, qualis *vter eſt*, vt Auguſtinus explicat lib. 2. de Geneſi ad literam, cap. 9.

Auguſtin. de Geneſ. ad lit. lib. 2. *cap.* 9.
Geneſ. 1. 6. 8.

Vel ſecundo intelligi poterit, vt conſentiat cum illo Gen. 1. *Fiat firmamentum in medio aquarum, vocauitq; Deus firmamentum cælum.* id eſt, in medio totius huius puræ, & liquidæ regionis, quæ ſupra terram eſt. propriè ex Hebræo, *Fiat expanſio, aut extenſio*, firma, durabilis, quæ quamuis molliſsima ſit, & tactui cedens, perpetuam tamen firmitatem habeat. Hunc doctores exiſtimant eſſe aerem circumquaq; fuſum; qui ſenſus recte ad tempeſtatis deſcribendæ continuationem facere poteſt.

3 *Aere* Deus vt tentorio caſtrenſi vtitur.

Obſeruandum igitur eſt Deum *extendiſſe* hūc *cæleſtem*, aereamq; regionem, ſicut *pellem*, tabernaculumve, id eſt, ſicut tẽtorium militare. Nā potentiſsimus dux, atq; imperator Deus illam ſibi ſupernam ſtationem delegit percommodam ad figendum tentoria, ducendum, producendumque exercitum, confligendumq; cum hoſte; in cælo enim, vbi ſumma pax eſt, perpetuaq; tranquillitas, neq; audiri claſsicum, neque bellicus tumultus poteſt. Igitur cum bellū gerendum eſt: *Egreditur Deus de loco ſuo, & deſcendit, vt calcet ſuper excelſa terræ, & vt viſitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum.* Egreſſus igitur è cælo figit in aëre ſedem, atq; explicat tentorium, videlicet, denſas atraſque nubes. Nam *inclinauit cælos, & deſcendit, & caligo ſub pedibus eius, & poſuit tenebras latibulum ſuum, in circuitu eius tabernaculum eius, tenebroſa aqua in nubibus aeris.* Igitur cùm in cælo ſedeat triumphator filius Dei ad patris dexteram, cùm pro ſuis aduerſus hoſtes dimicat, in cæli voragine quaſi ruptura quadam, aut in aere *ſtantem* illū videt Stephanus, qui pugnātis habitus eſt, vt obſeruat Gregorius, & ſuos quidem hoſtes latet, quamuis ſuis ſe amicis comprehendum præbeat. Propterea conſpicaturus etiam cum Paulo *neminem quidē videntes, vocem tantum audientes*, de aëre fulgurat, atque tonat, proſternitq; hoſtem. Hinc diuina ira atque vindicta, turbinis & procellæ nomine ſignificatur Nahum. 1. *Dominus in tempeſtate, & turbine via eius, & nebulæ puluis pedū eius.* & Ierem. 30. *Ecce turbo Domini furor egrediens, procella ruens, in capite impiorum conquieſcet.* Atq; ipſe Deus infra cap. 38. *Theſauros niuis & grandinis* (id eſt, armamentaria publica, vbi armorum, machinarum, tormentorum ingens apparatus ſit, & vt ille dixit.

Mich. 1. 5.
Deus dimicaturus dicitur egredi è cælis.
Iſai. 26. 21.
Pſalm. 17. 10.
Stare, pugnantis habitus.
Act. 7. 55. 56.
Greg.
Act. 9. 7.
Diuina ira turbo, & procella dicitur.
Nahum. 1. 3.
Ier. 30. 23.
Iob. 38. 22.

Quidquid habent telorum armamentaria cæli) paratas ſibi eſſe *in tempus hoſtis* affirmat; Ipſe verò conflictus, atq; tormentorum exploſio ex aere in terram deſcribitur Sapientiæ. 5. atque huius rei nonnihil attigimus ſuperiùs, vbi ſagittas Dei fulmina eſſe diximus. Merito igitur militia cœleſtis per aera diſcurrẽs, pacem mortalibus, quibus imminét ex ipſo aere bella, prẽcantur; interim cœlorum *gloriam* triumphoſq; lætiſsimos *in excelſis* prædicant *laudantq; Deum* exercituum.

Iuuen. ſat. 13.
Vide c. 6. *ver.* 4. *num.* 2.
Luc. 2. 13.

4 *Gradi* aliquando eſt prælians.
דרך

Et graditur ſuper fluctus maris. Supremam numinis in mare dominationem, quam ille exercet vel ſedandis, vel concitandis fluctibus explicat. Sed vt quadret cum his, quæ diximus de Deo irato, tempeſtateſque ciente, notandum eſt, verbum *gradiendi*, quod hoc loco eſt (*Darac*) aliquando eſſe ducis, aut imperatoris prælantis, aut debellantis, & triumphantis hoſtes. quod aliquando Latinus interpres reddit, *calcare, aut conculcare*, quaſi iure belli ſubijcere ſibi, aut longè, lateq; populabundum vagari victoris inſtar, & in aliquem locum ingredi in poteſtatem iam redactum. Nos diceremus, *Correr la tierra, y entrar por fuerça de armas.* Nam huiuſmodi ingreſſus bellicus eſt, Deutero. 11. ad milites. & iure belli in terrā promiſſam ingreſſuros dicitur; *Omnis locus, quem calcauerit pes veſter, veſter erit.* Et illa victoriæ ſunt Iudicum. 5. *Conculca anima mea robuſtos.* Michææ 1. *Calcabit Dominus ſuper excelſa terræ* & Iudic. 9. *Vaſtantes vineas, vuaſq; calcantes.* Quare illud Num. 24. *Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael, & percutiet duces Moab, vaſtabitq; omnes filios Seth.* in originali habetur ab hac radice, * *Incedet*, ſiue, *ambulabit*, aut *calcabit ſtella ex Iacob.* qui incedendi & *gradiendi* habitus ſtatim exponitur adiuncta victoria & triumpho. Ergo inſtar potentiſsimi imperatoris Deus omnia ſibi ſubijcientis, maris etiam ſuperbiam proculcat, & comprimit tumentes fluctus, aut pro arbitrio ſuo ita mare moderatur, vt cùm vult, concitet & ex-

Deut. 11. 24.
Conculcare prælians, & vincentis eſt.
Iudic. 5. 21.
Mich. 1. 3.
Iudic. 9. 27
Num. 24. 17.
Pagnin.
Regia.
דרך
* Vna eſtrella correra la tierra, y ſe apoderara della.

tollat

tollat. Quare ſicut cum per aera graditur, volitat, nubes cogit, & turbines efficit, ita etiam maris tempeſtates & fluctus videtur eſſe pulſus pedum eius, dum *graditur ſuper fluctus maris.*

§ Prædicta hoc loco Chriſti miracula.

Sed non eſt omnino prætereundum pleraque ex his a Græcis per allegoriam de Chriſto ſeruatore accipi, præſertim illud de obſcurato ſole tempore paſsionis à Didym. in Catena, & Athanaſ. in dialogo de Trinitate contra Maced. Hoc verò de inceſſu ſuper mare, ad id refertur, cum ad apoſtolicam nauem accedebat, ab Olympiodo. eodemque Athanaſ. atque inde eliciunt Verbi omnipotentiam; cum quo lectio, quam Auguſtin. habet, mirificè conuenit, *Ambulat ſuper mare tanquam ſuper terram.*

Didymus. Athanaſ. Olympiod. Athanaſ. Auguſt.

IX. Qui facit Arcturum, & Oriona & Hyadas, & interiora Auſtri.

1. *Quæ conſtellatio Arcturus ſit, & quæ dicatur in Heb. & Græco.*
2. *Arcturus tempeſtates concitat. Quæ dicatur vis maior a Plinio, & quæ vis diuina ab Vlpiano.*
3. *Quis Orion in Hebræo, & vnde nomen habeat in Græco. Nouember dictus ab inconſtantia.*
4. *Hyades quæ conſtellatio. nimboſæ ſunt. an eadem quæ Vergiliæ.*
5. *Quæ dicantur interiora auſtri: auſter pro vento.*

1 Amos.5.8.

QVi facit Arcturum. Similis omnino locus Amos 5. *Qui facit Arcturum, & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem; qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ, Dominus nomen eius.* Atque D. Thom. cum alijs Latinis ſignificari exiſtimat Dei potentiam ex creatione harum ſtellarum, & per Synecdochem reliquas ſtellas & aſtra: quod etiam indicauit Olympiod. ſcribens, *Cùm inſigniora appellauit, complexus eſt reliqua, ac ſi diceret, Omnem cæli ornatum diſtinxit.*

D.Thom. Synecdoche. Olympiod.

Sed vt cohærens ſit oratio, hoc etiam pertinere ad amplificationem tempeſtatis videtur; nam his ſyderibus aut exurgentibus, aut vires ſuas cum alijs ſyderibus contemperantibus, exurgunt venti rapidiſsimi, atque ſæuiſsimæ coguntur tempeſtates. Hic enim *Arcturus* eſt (*ghas*) a radice (*ghus*) quod eſt *congregare*, quaſi dicas, *Congregatio.* Dicunt enim eſſe congregationem ſtellarum, conſtellationem illam videlicet, quam Vrſam, aut Plauſtrum Latini dicūt, Septuaginta *Pleiades*, Alij, Vergilias: alij vnicā tantum eſſe ſtellam volunt. Rab. Mardochai ait eſſe Caudam arietis. Alij aliam ſtellā poſt Caudam maioris Vrſæ. Sed ferè ſemper *Arcturus* redditur. Hic autem tempeſtates efficit grauiſsimas, vt teſtatur Plin. lib.2. cap.39. *Arcturi* (inquit) *Sydus non fermè ſine procelloſa grandine emergit.* & libr. 18. capit. 28. *Duo*, inquit, *genera eſſe cæleſtis iniuriæ meminiſſe debemus: vnum, quod tempeſtates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraque ſimilia intelligūtur: quæ cùm acciderunt, Vis maior appellatur, hæc ab horridis ſyderibus eueniunt, vt ſæpius diximus, veluti Arcturo, Orione, Hœdis.* atque non eſt leuiter prætereundū id, quod ait, Tempeſtates fieri a maiori vi; vim enim maiorem Caius ait à Græcis vocari *Theubiam*,

Arcturus quę conſtellatio. LXX. R. Mard. Arcturus tēpeſtates efficit. Plin.lib.2.ca.39.& lib.18. cap.28. Vis maior, quę dicitur à Plinio. Caius.l.25.§.6.D.locati. Theubia.

id eſt eam, quæ conſilio humano neque prouideri, neque vitari poteſt, & eſt animaduerſio Dei in homines, cuius vitandæ ipſe, facultatem ademit, velut fulgura, grandines. atque eadem hæc *vis diuina* dicitur, quia ſcilicèt, non ab hominibus, ſed admirabili quadam Dei potentia infertur. Atque ſic Vlpianus aliquando loquitur. *Ita* (inquit) *cum tenetur, ſi ædificij vitio id acciderit, non ſi violentia ventorum, vel aliqua ratione, quæ vim habet diuinam. quod enim tam firmum ædificium eſt, vt fluminis, aut maris, aut terræ motus vim ſuſtinere poſsit? Arcturi* igitur *vis maior eſt*, atque etiam *diuina*, Deus enim, *eſt qui facit Arcturum.* quare diuina etiam videtur vis tempeſtatis. Hanc etiam cieri ab *Arcturo* eleganter ſcripſit Plaut.

Vis diuina in tempeſtatibus quæ dicatur. Vlpian. l.24. §.2.D.de dān. infect.

Arcturus ſignum ſum omnium quam acerrimum
Vehemens ſum exoriens, occidens vehementior.

Plaut. in Rudent.

Et Lyricus;

Deſiderantem, quod ſatis, eſt, neque
Tumultuoſum ſolicitat mare,
Nec ſæuus Arcturi cadentis
Impetus, aut Orientis Hœdi.

Hora.2.Car. Ode.1.

Et Oriona. Orion in originali dicitur *Cecil*, à radice *caſal* quod eſt inconſtantem eſſe, varium, mutabilem. quod aliquando quidam ſtellæ eius gradus eſt, vt ſupra diximus. Et quamuis Vulgatus interpres Iob. 38. hanc ipſam vocem verterit, *Arcturum*; ſed multò commodiùs hoc loco diſtinxit, vocauitque, *Orionis*, à verbo Græco *Orino*, quod eſt turbo, & concito: quod mare ac terras tempeſtatibus perturbet, concitetque. Quare etiam ab originali verbo appellatur menſis nonus *Caſleu*, id eſt *Nouember*: quod eo ſemper Orion appareat, fitque magna cœli inconſtantia, & intemperies. Inde triſtis ac nimboſus Orion, nautiſque infeſtus, prædicatur à poëtis. Eſt autem conſtellatio in ſigno Tauri, vel Geminorum. alij in Cancro conſtituunt.

§ Iob 38.31. Orion.

Nouember vnde dicatur in Hebræo.

Et Hyadas. Hoc tertio loco Septuaginta *Arcturum* habent. magna videlicet eſt in aſſerendis nominibus proprijs obſcuritas, & incertitudo. Hebraicè habetur *Cimah*, quam Hebraizantes dicunt eſſe conſtellationem cōſtantem ſeptem ſtellis pertinentem ad Plauſtrum. Alij dicunt eſſe Vergilias, quæ ſunt ante genua Tauri, vel in capite. Alij Succulas, vel Hœdos appellant: Græcè, *Hyades* dicuntur à pluuia, quoniam ortu occaſuque ſuo pluuias largoſque imbres concitant, vt auctor eſt Plinius lib.2. ca.39. ait enim eſſe *Succularum nomen pluuium.* & cap. 26. lib.18. *nimboſum.* Illarū peculiaria nomina vide in Rhodigino lib.16.cap.16.& lib.29.cap. 6. & Ciceronem 2. de natura Deorum. Inde etiam a poetis Nimboſæ, Triſtes, Inferenæ appellatæ ſunt.

4. Hyades quæ conſtellatio. *Vergiliæ*, aut *Succulæ* quę. Hyades nimboſæ. Pli.li.2.c.39. Cælius li.16. c.26.29.c.6. Cicer.lib.2. de nat. Deo.

Et interiora auſtri. Et præterea (inquit) circa polum antarcticū, mirabiles alias ſtellas, aut ſydera; quæ vocat *interiora*, aut penetralia, quoniam habitantibus ſub polo arctico illa occultantur. In quem ſenſum ex Hebræo refert Olympiod. huiuſmodi lectionem; *Et omnia aſtra circumdantia notū*, aut, *auſtrū.* Eſt aūt ad polum antarcticum ab arctico via per medium auſtrū. quare nobis pol' antarcticus, auſtralis dicitur

§ Interiora auſtri quæ. Olympiod. Polus arcticus & antarcticus.

tur.Sed alij non tã propter ſtellas, quàm propter occultas virtutes ſtellarum, aut cœli auſtralis, vnde venti, & tempeſtates cogebantur, dici putant *interiora auſtri*, quaſi ex occulta aliqua virtute partium auſtralium tempeſtates & venti immittantur. Quare *auſtrum* non tam pro cœli plaga, quàm pro vento auſtrali ſumpſit Olymp. atque ait ex *auſtro*, notove cæteros ventos ſignificari. & penetralia, ſeu Theſauros ventorum eſſe *receſſus* aut *promptuaria*, quæ dicũt Septuag. quorum nobis rationes perſpectæ nó ſint. Quod multò melius rei propoſitæ quadrat, & confirmari poteſt ex illo cap. 37. *Ab interioribus egredietur tempeſtas, & ab Arcturo frigus.* quo loco *promptuaria* etiam habent Septua. Auſtrum autem nimboſum eſſe, atque vel efficere, vel augere torrentes largis imbribus, non obſcurè colligitur ex Pſal. 125. *Conuerte Domine captiuitatem noſtram, ſicut torrens in auſtro.*

Auſter pro vento auſtrali.
Olymp.
Iob. 37. 9.
LXX.
Pſ. 125. 4.

X. Qui facit magna, & incomprehenſibilia, & mirabilia, quorum non eſt numerus.

1. *Metheora hoc loco indicari.*
2. *Varia Dei veniendi, & abeundi rationes, & interpretationes, & vt ad naturæ opera referri poſſit.*
3. *An debeat hic locus exponi de incertitudine gratiæ.*
4. *Veroſimillima expoſitio. Deum eſſe ſpiritum inuiſibilem. Oportuit gratiam noſtram incertam nobis eſſe.*

1 QVæ poſſent dici de diuinæ potentiæ magnitudine, hac vnica veluti clauſula cóprehendit. Septuag. his tribus diuinorum operum appoſitis quartum addunt, *glorioſa*; atque hæc dici exiſtimat Polych. propter ea, quæ in alijs metheoris mirabilia ſunt, vt niuis ortus, grandinis impetus, tonitruum ſonitus, fulminum iactus, & eiuſmodi alia. Sed verior eſt commentarius Chryſoſt. aſſerentis hæc dici à Iobo propter ea, quæ à ſenſu remota ſunt, neque oculorum aut ſenſuum iudicio inueſtigari, diſcernive queunt; Reliqua petenda ſunt ex cap. 5. verſ. 9. vbi ſingulas huius ſententiæ particulas explanauimus.

LXX.
Polych. Metheora indicari hoc loco.
Chryſ.

XI. Si venerit ad me, non videbo eum: ſi abierit, non intelligam.

2 NOn eſt vna omnium interpretatio huius diuini acceſſus, atque receſſus. Nam quidam exiſtimant Iobũ verſari adhuc in naturæ mirabilibus enumerãdis, nam auctor naturæ in nobis eſt; *Vt in quo viuimus, mouemur, & ſumus*, & tamen illum non ſentimus. Multa etiã fiunt diuina virtute ante oculos noſtros; multa quoq; fieri deſinunt, quorum ſupremum auctorem Deum vel opus inchoantem; vel ab opere ceſſantem neq; obſeruamus, neq; agnoſcimus. Indicat hunc ſenſum Olymp. *Quemadmodum* (inquit) *ſit in omnibus, extra omnia, ac ſupra omnia, ſciri non poteſt.* Secundò etiam indicatur ab Olymp. vt accedens & veniens ad nos Deus, iratus ſit; recedens & abiens, lenis, atque benignus, aut econtra. *Nec lenem* (inquit) *eum, neq; iratum contemplari poſſum, licèt me ſupergrediatur, & tranſgrediatur, vt planè non animaduertam.* Hæc. n. eſt lectio Septuag. *Si tranſgreſſus me fuerit, non videbo, ſi prætererit me, neque ſic noui.* Quamquam hæc lectio poteſt longè alium ſenſum habere, videlicèt, aut illum primum, quod præteriens veniensq; ad nos ſit multa ante oculos noſtros efficiens, & neque illa cognoſcamus, neque ſuum auctorem, quem oporteret per ſua opera cognoſcere, atque ſuſpicere: aut, quod multa ſupra noſtrum captum tranſgreſſus operetur, quæ aſſequi non valeamus. Atq; ita ſententiæ præcedenti hæc annectatur tanquam illi⁹ ſubiecta ratio. Hunc ſenſum indicat peculiaris Auguſtini lectio, quæ eſt huiuſmodi; *Si trãſgreſſus me fuerit, non videbo, ſi altior fuerit, aut celeritate perſtrinxerit me, eum non agnoſcam.* Philippus presbyter ait, *Deum venire* miſerentis eſſe, affligentis verò aut punientis, occultare ſe, aut diſcedere. D. Thom. ad beneficia præſtita, aut denegata refert, horum enim omnium cauſa ignorata eſt hominibus, videlicèt, quare aut beneficia quædam conferantur, aut denegentur à Deo. quare immittantur ærumnę, atque tum corporis tum animi ægritudines.

Deum venire aut abire de naturæ operibus.
Act. 17. 28.
Olympiod.
LXX.
Auguſt.
Venire Deum miſerentis eſſe.
Philip.
D. Thom.

3 Eſt alia etiam recentiorum expoſitio huius loci, Iob loquutum eſſe de incertitudine ſuæ gratiæ; licèt enim ſe vbique innocentem aſſerat, & nullius ſibi criminis conſcius, ſed tamẽ in hoc ſe non iuſtificat, quòd nullam de ſua ſanctitate & gratia fidei certitudinẽ habeat. Cui expoſitioni licet Gregorius faueat, tamen quòd non tradatur ab omnibus, neque à pluribus quidem, imò à paucißimis interpretibus, & patribus eccleſiæ, pia quidem, & valdè verò ſimilis, ſed non omninò certa interpretatio, præſentisve loci ſententia eſt.

An hoc loco aſſeratur à Iob noſtræ gratiæ incertitudo.
Gregor. lib. 9. cap. 1. & 19.

4 Sed vt alijs hanc quoque addamus, certè cùm Iob perſtet in confirmatione diuinæ ſapientiæ atque potentiæ, cum qua non niſi impudenter & temerè mortalis congredi velit, nunc fortè inde confirmat, quòd Deus ſimplicißimus ſpiritus ſit, & inuiſibilis corporeis oculis, quod neque nos adorientem, & aggredientem, * Cum *venit*, neque cum *abit* diſcedentem a nobis, referentemq́ue pedem ſentire poßimus; quare neque illius ictus, vulneraque vitare, neque vlla ratione illum lædere poſſumus: quæ eſt inuicti cuiuſdam hoſtis deſcriptio, quam imitatur Paul. Epheſ. 6. cùm ait, *colluctationem nobis eſſe aduerſus ſpirituales nequitias, aduerſus tenebrarum in cœleſtibus.* Cum igitur illos minimè videamus, illi in tenebris exiſtentes perſpicacißimi ſunt, & loco opportunißimo ad vulnus infligendum nos impetunt. Huc etiam illud facere poteſt, ſtultum eſſe cum Deo velle contendere, quem neſcias quando amicè & beneuolè, aut verò quando ſeriò, atque ſeuerè tecum agat: quod ſummæ ſapientiæ in Deo eſt, vt eius rei ignoratio numquam nos in officio continere non debeat. Iudicis quoque ſapientißimi eſt, vt ita veniat perquiſiturus ſontem, & criminis cognitionẽ indagaturus, vt nemo illum aut ſentiat, aut videat, neq. admoneri poßit reus, vt ſibi conſulat, aut ſe ratione aliqua ad rationem reddendam compareret. quod non eſt alienum ab illa *veniendi* ſignificatione; eſt enim illa *veniendi* actio, aut amico, aut vindici, aut iudici communis.

Veroſimillima expoſitio.
Deus ſpiritus inuiſibilis.
*Entra y ſale ſin ſer viſto ni oydo y ſin podernos guardar del.
Epheſ. 6. 12.
Diuina gratia & beneuolentia incerta hominibus.
Venire quib⁹ conueniat.

XII. Si repentè interroget, quis reſpondebit ei? vel quis dicere poteſt, cur ita facis?

1. *Interrogare quid in Hebræo. Varia Hebraizantium lectiones.*
2. *Eruditio & diligentia Latini interpretis. Reuerti pro reſpondere. Rapina pro interrogatione ſubita. Explicatus Salomon.*
3. *Reſpondere, verbum forenſe. Non reſpondenti lis æſtimatur vt victo. explicata ſapientia, & Matthæus.*
4. *Pœnitentia facti facultatem reſpondendi affert. Explicatus Lucas.*
5. *Deus ſupremus iudex à quo non eſt prouocatio. Silentium ad ſuſtinendam debita ſupplicij.*

1 LXX. Interrogare quid in Hebræo.

SI *repentè interroget*. Septuaginta proximè ad fontem legerunt, *Si remouerit quis reſtituet?* in Hebræo, *Si rapuerit*. nam *Chataph*, dicunt ſignificare, rapere, abducere, diripere more latronū. & ita Latinus noſter nomen inde deductū vertit raptorem, aut *latronem*. Prouerb. 23. *Inſidiatur in via, quaſi latro*, Sed illum peculiarē modum huic voci tribuit R. Mardochai, quod ſignificet *velocitatem rapinæ*. & Rab. Moyſes, *rapere repentè*. Tygurina, *raptim auferre*. Thargum. rapinam hanc ad mortem retulit, *Si rapuerit hominē in mundo*. idque clariſsime lectio Auguſtini, *Si morti tradiderit*. eodemq; modo Nicetas, *En* (inquit, *abripuit, quis reportabit abreptum?* Nam ſecunda illa vox *reſpondendi*, quæ in Heb. eſt *Sub*, vertere, aut reducere, aut redire ſignificat: quare, alij vertunt, *Quis reſtituet?* alij; *Quis recuperabit*, aut *reducet* prædam, aut, *Quis reſtituere eum faciet?* Alij non ad prædam ſed ad ipſum Deum, *Quis reuocabit à propoſito?* Quid igitur potuit mouere Latinum interpretem, vt rapinam illam in interrogationem conuerteret? Certè non aliud quam ſingularis Hebraicæ linguæ peritia, & incredibilis in interpretando diligentia. Nam illud ſecundum verbum, reuertendi aut reducendi, ſignificare etiam ſolet reſpōſionem, eò quòd, qui reſpondet, conuertat ſe ad interrogantem, vel quod reſponſum regeratur, reſtituaturq́; tamquam debitum, & reuertatur in interrogantem, tamquam in id vnde reſpondendi ratio, atq; neceſsitas nata eſt. Nos, cum dictum in aliquem regerimus dicere ſolemus, *boluiole la palabra*. vnꝰ pro multis locis ſufficiet, Prou. 18. *Qui prius reſpondet, quàm audiat* (in Hebræo, *Reſpondens* verbum, potius, reddens, reſtituens, reuerti faciens verbum prius quam audiat, *ſtultum eſſe demonſtrat*: nam qui nihil audiuit, nullamq́; interrogationem accepit, nullā reſponſionem reſtituendam debet, neque eſt ad quem redire verbum, & reſponſio poſsit.

Secunda ergo hæc pars *reſpondendi*, primam interrogandi ſuo iure poſcebat; neque illa *rapiendi* ſignificatio eſt omnino ab hoc ſenſu aliena, nos dicimus aliquem ſubitò capere, (*coger de repente*) cum aliquem imparatum, vel interrogamus, vel aliqua alia ratione præoccupamus. Et ſicut in Hebræo ſubitæ illæ interrogationum aggreſſiones hoc verbo ſignificantur, ita & nos verbo ſimili *latrocinandi* hanc ſubitam aggreſsionem, & præoccupationem ſignificare ſolemus, *Saltear*. Quare illa ſubita & inopinata rapina eleganter atque ſapienter ab interprete dicta eſt, ſubita & inopinata interrogatio; præſertim cum hæc eiuſmodi ſit, vt ſit interrogatio iudiciaria, qua reus damnetur capite, & rapiatur ad mortem. Sic apud Latinos eſt, reum fieri, *Legibus aliquem interrogari*, vt ille dixit, cū ſe omni criminis ſuſpicione vacuum oſtenderet, *quis me vnquam vlla lege interrogauit? quis poſtulauit? quis diem dixit?* Et alius, *Neminem tantum eminere ciuem debere, vt legibus interrogari non poſſit*. Tum etiam *reſpondere*, & *non reſpondere* forenſia ſunt, illud ad æquitatem, & ius, quo quis ſe tuetur; hoc ad criminis quandam confeſsionem tacitam pertinet; nam ſi quis in iudicio interrogatus, & poſtulatus tacuiſſet, lis ei æſtimabatur, vt victo. Sic ſanè ſententia capitis coniungitur cum interrogatione Sapientiæ. 2. *Contumelia & tormento interrogemus eum, vt ſciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius*. & deinde ſequitur, *Morte turpiſſima condemnemus eum*. & cap. 11. *Illos tanquam durus rex interrogans condemnaſti*. Sic etiam vides, non prius illum non habentem veſtem nuptialem damnatum ad tenebras, quam *obmutuit* tunc videlicet æſtimata illi eſt lis, & interrogatio tanquam victo, & reo. ſic enim Scriptum eſt; *Ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris, &c.* Quare vel ex hac etiam ratione mirari vehementer potuit Pilatus, quòd Chriſtus Ieſus interrogatus in iudicio *nihil reſponderet*, neq; curare videretur, ne ſibi accuſatio tanquam ſonti æſtimaretur, cùm innocentiſsimus eſſet. Eſt autem illa interrogatio, iudicialis quæſtio, & examinatio ex qua ſequi ſolet pronuntiatio ſententiæ iudicis, & condemnatio ſontis. *Repentina* ergo *interrogatio* erit raptus quidam hominis ante Dei tribunal, iudicialis quæſtio, & examinatio, inopinata mors, *Nam ſtatutum eſt hominibus mori, & poſt hoc iudicium*.

Quis reſpondebit? id eſt, quis poterit ſe innocentem oſtendere, aut ſe purgare ab obiectis criminibus. Similitudo etiam ſumitur ab his, qui ſubito, & imparato de quæſtione aliqua grauiſsima atque difficillima interrogantur, ij enim nihil reſpondent, ergo, ſi Deus *repentè interroget* hominem, obmuteſcet prorſus, ſicut qui rogatus à rege, *Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? obmutuit*. Tunc *dixit rex miniſtris, Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores*. Vides igitur hic, hominem repentè interrogatum, ſubitò etiā, nulla mora raptum ad ſupplicium. Eleganter ſenſum iudicialis interrogationis, atque ſententiæ Polychro. etiam ſuboluit, in ſua licet illa lectione Septuag. *Si contra quempiam* (inquit,) *ſententiam dixerit, ad quem prouocabitur, cuiuſve implorabitur auxilium, cùm ipſe propitius, ac placatus ſit, quibus eſſe voluerit, ac rurſus quos voluerit plectat?*

Argute hic notauit D. Thom. rectè dictum eſſe, *Si repente interroget*. Nam cum homini ſpatium pœnitentiæ conceditur, poteſt ſuſcepto ſalutari pœnitentiæ remedio, ad interrogationē cuiuſcunq; criminis conſtanter reſpondere in diuino iudicio: ſic enim *Latro* ille aliquantulo temporis ſpatio ad reddendas ratio-

Margin notes (left): חתף *Prou. 23. 28. R. Mard. R. Moſ. Tygur. Thargu. Auguſt. Nicetas.* — שוב — *Tygurin. Iſid. Clar. Pagnin & Regius & Caſt. Vatablus.* — 2 Vulgati incredibilis ſolertia & Hebraicæ linguæ peritia. Reuerti pro reſpondere. — *Prou. 8. 11.*

Margin notes (right): *Legibus interrogari. Cic. pro domo ſua. Liui. lib. 8. belli punici.* Reſpondere forenſe verbum. — *Sap. 2. 19. Sap. 11. 11. Matth. 27. 12. Luc. 25. 6. Ioan. 18. 33.* — *Hebr. 9. 27.* — *Matth. 22. 12.* — *Polychron. LXX.* — 4 *D. Thom.* Pœnitentia facti reſpondendi facultatem præbet.

rationes conceſſo *dixit intra ſe, Scio quid faciam.*
videlicèt reſipiſcentiæ, atque bonorum operũ
conſilium ſuſcepit. Ergo cum peccatori dici-
tur, facta temporis copia ad ſe comparãdum,
Iſa. 43. 26. *Narra, ſiquid habes, vt iuſtificeris*, abundè reſpõde-
bit, atque ſatisfaciet cumulate, ſi facti pœnitẽ-
Ioſue. 7. 19. tiam afferat, *& peccatum fateatur*, vt oportet, &
dans gloriam Deo.

5 *Eccleſ. 5. 7.* *Vel quis dicere poteſt, Cur ita facis?* id eſt, quis a-
lius ſuperior iudex facti, pronuntiatæue ſen-
tentiæ rationem ab illo exiget? Nam inter iu-
dices *excelſior eſt alius* alio; ipſe tamen ſupremˀ
eſt, à quo non poſsit eſſe prouocatio. Igitur li-
berum illi eſt in res omnes imperium, vel, vt
ſignificetur, quidquid Deus de nobis ſtatuat,
aut iudicet, patienter ferendum eſſe, atque no-
ſtris meritis tribuendum, quòd nihil pro no-
bis poſsimus reſpondere, vti illi ſuorum pec-
catorum cõſcij, atq. commeritis ſupplicijs af-
fecti, quaſi ſeſe ad ſuſtinentiam cohortantes
Ier. 8. 14. dicebant, *Conuenite & ingrediamur in ciuitatem mu-
nitam, & ſileamus ibi, quia Dominus Deus noſter ſilere
nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus
enim Domino.*

XIII Deus, cuius iræ nemo reſiſte-re poteſt: & ſub quo curuantur, qui portant orbem.

1. *Variæ lectiones, & expoſitiones ex Græco.*
2. *Curuari quid propriè. particula, Et, cauſalis.*
3. *Portare orbem, periphraſis angelorum, aut dæmonũ. Explicatus Paulus.*
4. *Iuſtorum circumlocutio. Horum in precando efficacitas, & fortitudo. tanquam columnæ portant pondus.*
5. *Cur rex portet orbem. quæ illius nominis etymologia ex Græco.*
6. *Gigantum circumloquutio.*
7. *Quid portare. quid orbis in Hebræo.*

1 DEus, *cuius iræ &c.* Quod in originali eſt
Deus nõ auertetur, vel, *Nõ redibit à furore ſuo*,
vel, *Nõ auertet*, aut *reuocabit nasũ*, vel *iram ſuã*. q. di-
ceret; Nullius metu aut increpatione remittet
irã. Eleganter æque ac ſignificanter interpres
illuminauit dicens, *Cuius iræ nemo reſiſtere poteſt*,
videlicèt, ſi ſemel iratus ſtatuerit ſupplicium
ſumendum de homine. id eſt; Irato Deo & in-
ſequẽti hominem impium, nemo ſe opponet;
Auguſtin. nemo illum ab inſtituto reuocabit. Auguſtinˀ,
Symmach. *Ipſius enim inauertibilis ira.* Symmach. *Cuius inflexi-
LXX. bilis ira.* Eodem etiam pertinet lectio Septua-
ginta, *Ipſe enim auertit à ſe iram*, ſi interroganter
legeretur. Quamquam Olympiodorus aſſe-
Olympiod. ueranter legat, in hanc ſententiam, Nulla ani-
mi commotione, aut perturbatione, nulla ira
irrogat Deus hominibus ſupplicia; imò no-
ſtris rationibus vtiliter conſulit.

2 *Curuari* quid propriè. שחה *Et ſub quo curuantur.* Propriè, proſternuntur,
deijciuntur, iacent, humiliantur; eſt enim ille
habitus ſubiectionis, atque demiſsionis, ſicut
Iſai. 2. 17. Iſaiæ. 2. *Incuruabitur omnis ſublimitas.* & 25. *Humi-
Iſai. 25. 12. liabuntur, & detrahentur vſque in terram.* Licet autẽ
ad ſuperiora referri poſsit; ſed aptiùs conne-
ctetur cum præcedenti Hemiſtichio. tanquam
illius expoſitio, aut ratio ſubiecta, quaſi dicat;
Cùm diuinæ iræ nemo reſiſtere poſſit, neceſsè
eſt potẽtiſsimos quoſq; ſub illo proſterni, at-
que iacere ad illius pedes. Vel, Si ipſe non re-
uocet, nec comprimat iram ſuam, proculcabit
proculdubio potentiſsimos quoſque, illos et-
iam, *qui portant orbem.* Quare interpres, qui ad- Particula,
dit particulam, *Et*, quæ neque in Hebræo, neq; *Et*, cauſalis.
in Græco eſt, exponere ſententiam præceden-
tem voluit: nam hæc particula frequenter ex- 3
ponit, & cauſam reddit; *Et* (ideo) *curuantur* &c.
Qui portant orbem. Quidam Latini, vt D. Tho. *Gregor.* *D. Thom.*
& Lyra. poſt Greg. intelligunt eſſe periphra- *Lyra.*
ſim angelorum, per quos Deus res inferiores Periphraſis angelorum.
procurat, & adminiſtrat; quas cùm illi mo- * Traeato lo el mundo en peſo.
ueant, *portare* videntur; ſicut Deus, qui omnia
ad agendum agit, & mouet, dicitur, * *Portare
omnia verbo virtutis ſuæ.* cuius humeris totius or- *Heb. 1. 3.*
bis machina nititur. Didymus atque Caieta. *Didymus.*
dæmones intelligunt, qui dicuntur *rectores tene-* *Caiet.*
brarum harum; ſed diuerſa ratione; nam Didy- *Epheſ. 6. 12.*
mus dæmones intelligit ex lectione Septua- Dæmonum circumloquutio.
ginta, qui habent; *Incuruati ſunt ceti, qui ſub cælo*:
quia animi noſtri fluctibˀ innatant, quibus nõ
poſſet hominum natura obſiſtere, niſi inflecte- Dæmon Cetus.
rentur & comprimerentur à Deo. At verò Ca-
ieta. ex lectione Hebræa, vbi habetur, *Adiutores* *Caiet.*
fortitudinis. dæmones intelligit, quorum ſtudiũ Dæmon ſu-
ſit adiuuare confidentes in proprijs viribus, & perbos adiu-
ſua potentia inſoleſcentes. uat.

Tertio Philippus, atque Beda homines ſan- 4
ctos intelligunt, qui curuantur in Dei conſpe- Virorum iu-
ctu ſupplices ad impetrandam veniam pecca- ſtorum peri-
toribus. Cum enim iraſcitur Deus, no videtur phraſis.
alia commodiori ratione illius iræ occurren- *Philip.*
dum, quam ſupplici ſanctorum oratione; qui *Beda.*
commodiſsime dicuntur *portare orbem*, quod il- Cur ſancti
lorum oratio fortiſsima ſit ad excipiendum dicãtur *por-*
diuinæ iræ impetum, ſuſtinendamque grauiſ- *tare orbem.*
ſimam hominum impiorum molem ſuis quaſi Precum effi-
humeris impoſitam. pro quibus, ne pereant, cacitas.
deprecantur. Propterea exiſtimant ijdem au-
ctores templum dici fortitudinem. Daniel. 8. *Dan. 8. 13.*
quod domus orationis ſit; *Sanctuarium, & forti-* *Iuſti* colũnæ
tudo conculcabitur. eoſdemque dici *columnas cæli*, *Iob. 26. 11.*
id eſt *ſuſtentatores populi Dei.* Inter quas etiam co- *Galat. 2. 9.*
lumnas Moyſes fuit dicens, *Cur impoſuiſti pondus* *Num. 11. 11.*
vniuerſi populi huius ſuper me. Tum etiam illi, qui
audent diuinæ iræ reſiſtere, qualis ille fuit de
quo teſtatur Sapientia cap. 18. *Properans homo ſi-* *Sap. 18. 21.*
*ne querela deprecari pro populis, proferens ſeruitutis
ſuæ ſcutum orationem & per incenſum deprecationem
allegans, reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſsitati, o-
ſtendens quoniam tuus eſt famulus.* Quos ſibi deeſ-
ſe dum aduerſus impios iraſcitur Deus, con-
queritur ipſe Ezech. 22. *Quæſiui de eis virum, qui* *Ezech. 22. 30.*
*interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro
terra, ne diſſiparem eam, & non inueni.* Et iterum. *Ezech. 13. 5.*
*Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro
domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.* Ha-
ctenus fere ex Philippo. eleganter ſanè, atque
coploſè.

R. Abraham intelligit reges & Principes, 5
qui clauum reip. tenent, atq; claues puppis & *R. Abraham.*
arcis humeris ſuſtinent, & portant: atq; capite *Reges* cur di-
etiam geſtant coronã mænijs cinctã, quod vi- cantur *por-*
deantur ſuarum ciuitatum pondus capitibus *tare orbem.*

ſuis impoſitum geſtare. Hanc quoq; intelligé- tiam Gregor. docuit, in quam etiā Græci nomi nis, quo rex inſignitur, etymologiam adducit, nam rex dicitur (Βασιλεὺς) quaſi βάσις, & fun damentum populi, quod ſubiectum ſibi popu lum princeps ſuſtineat. Quæ quidem illa etiam non ineleganſ eſt eiuſdem nominis notio du- cta à futuro verbi (Βαίνω) & (λαὸς,) quod eſt mi- ſericorditer aſcendere, quod in ſede excelſa regis eminere, & reſplendere debeat miſeri corditate; nec ad illud dignitatis faſtigium regem euexerit; ſed de hoc aliàs.

Gregor. Βασιλεὺς. Rex vnde dicatur. Βαίνω. Λαὸς. Miſericordia requiritur in Principe.

5 Aij appellatione intelli ad gigantes exiſtimát, qui, ſicut quondam Athlas, dicebantur cœlū humeris ſuſtinere. Alij quoſcunq; fortes, quos etiā Septuaginta intelligere videntur per for- tiſsimas illas & immanes belluas, legētes, *in- curuati ſunt cete, quæ ſub cælo.* quod interpretatur Olympiodor, dixiſſe, vt omnia indicaret, quæ- cumq; eximio robore, ac robuſta videntur eſſe fortitudine. His fere omnibus expoſitio nibus commune eſt ſignificari humanam, aut creatam aliam potentiam atq; fortitudinem, quam in malum, pro ſuperbia, & arrogantia Chaldæus accipit poſt quem Hebræi alij, atq etiam Symmach. qui quidem ſenſus tum parti præcedenti, tum toti ſententiæ, atque etiam orig. inalibus vocibus congruentior eſt. Nam *orbis* hoc loco eſt, *Rahab*, ab eadem radice, quod eſt ſuperbire, aut excellere, vel ſuſcitare aut auolare. Atque ita nomen inde deductum erit ſuperbia, vel arrogantia, vti vertitur Iſaiæ. 30 *Superbia tantùm eſt, quieſce.* & Pſal. 39. *Non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.* quo loco legit Hier. ex hac ipſa voce originali. *Non eſt auerſus ad ſu- perbias, pompaſque mendacij.* Quare aliquis dicere poſsit* *portare orbem*, idem eſſe quod ſuperbire. Deprimit ergo Deus erectas criſtas, compri- mit faſtum atque tumorem.

5 Gigantes. *LXX.* *Olympiod.* Fortitudo pro ſuperbia. *Chaldæus.* *Symmachus.* רהב *Orbis* quid in Hebræo. *Iſai.* 30. 7. *Pſalm.* 39. 5. *Traë hecha la rueda de ſu vanidad, y Dios haze que la des- hagá.

Sed quoniam hic nunc agitur de reſiſtendo iræ diuinæ, cui nemo par eſſe poſsit, & quia ver bum *portandi* aut nomine *adiutoris*, vel, *adiutores*, fere ſemper redditur a Latino interprete cu- ius, exempla ſexcéta ſunt, ideo ſenſus non in- commodus eſſe poterit; *ab Deo curuantur portan- tes orbem.* Pagnin. *Fracti ſuperbia.* Regia *annotatores ſuperbiæ* Tygurina, *et ſuccumbunt conſpiratores poten tiſsimi.* Vatabl. *deprimuntur adiutores ſuperbiæ.* id eſt; qui cum arrogantia & ſuperbia auxilium alijs pollicentur, aut vero qui potentiſsimorū au- xilium implorant. quaſi dicat, Nemo diuinæ i ræ reſiſtere poſsit, quamtumuis omnia huma- na auxilia ad reſiſtendum conſpirét, quamuis in auxilium ſuum aduocet, & afferat* *orbem* v- niuerſum, atque omnem ſæculi potentiam, & ſuperbiam ſecum *portet*. Nam hoc verbum fre- quenter dicitur de ijs, qui vel petunt, vel quib. impenditur auxilium ad reſiſtendum hoſti. quod quærenti paſsim occurret.

7 *Portare* ad auxilium re- fertur. עזר Auxiliari. 1. *Reg.* 7. 12. 2. *Para.* 18. 31. *Iſa.* 41. 13. Adiutor. *Iſa.* 50. 7. & 9. Adjutorū. *Geneſ.* 2. 18. *Pagnin.* *Regia.* *Tygur.* *Vatablus.* *Aun que trayga en ſu favor a todo el mundo.

XIV. Quantus ergo ſum ego, vt reſpondeam ei, & loquar verbis meis cum eo?

1. *Quid hoc loco reſpondere.*
2. *Loqui hoc loco de verbis elegantibus, & ſelectis. Ora tio hominis diuina maieſtate inferior. Pronomē Meū, aliquid peculiare affert.*
3. *Humana ſanctitas non ſplendet coram diuina. De- precari quid.*
4. *An hæc Iobi oratio ex proprio ſenſu, an verò tantùm ex aliorum infirmitate profecta.*
5. *Iobi in precando miranda humilitas, & de Dei bo- nitate concepta fiducia. Deus & ſuppliciata differt, non aufert.*

QVantus ergo ſum ego, in Originali; *Et ego reſ- pondeb o eis* quaſi dicat, Numquam animo ſum, vt vos de me fingitis, me poſſe, aut velle illi ex æquo reſpondere, & obſtinatè conten- dere cum Deo ſapientiſsimo, atq. fortiſsimo: non illi denunciare litem, aut expoſtulare cū eo de meis ærumnis, aut meam cauſam verbis & oratione defendere. Nam hoc loco *reſponde re* eſt, vel interroganti Deo ſatiſfacere, vel ad diuinā actionem aliquid etiam agere, aut loq. 1

Reſpondere quid hoc lo- [illegible]

Et loquar verbis meis. verbum, *Bachar* ſignificat eligere, videlicet melius, & præſtantius, qua re hoc loco eſt, *loqui ſelectis verbis*, cópoſita & ornata oratione, certa conceptaque form la deprecandi, quo videtur Iob reſpondere Bal- dad ſubenti, vt mane conſurgeret deprecatu- rus Deum. quaſi dicat, Quis ego ſum, vt coram ſapientiſsimo Deo dignam orationem, & ac- curatam beneq; compoſitam deprecandi for- mulam proferre poſsim? Vel, quamuis exquiſi- tis verbis & accurata oratione coner meum iudicem delinire, non potero illius iræ re- ſiſtere. Illud autem pronomen *meum*, ali- quid accuratum, & exquiſitum peculiari qua- dam diligentia indicare ſolet, quo ſæpe vtitur Sponſa in canticis, *Meſſui myrrham meam, comedi fauum cum melle meo &c.* Fruſtra videlicet coner, quamuis peculiari mea, & accurata vtar ora- tione.

2 בחר *Loqui* hoc loco ad ele- gantiá & ſe- lecta verba. Oratio, quã- uis exquiſitiſsi- ma, diuina maieſtate inferior. Pronomen *meum*, quid hoc loco. *Cant.* 5. 1.

XV. Qui etiam ſi habuero quip- piam iuſtum, non reſponde- bo, ſed meum iudicem deprecabor.

NEc verò quantumuis iuſtus ſim, cum di- uina iuſtitia ſummo iure agédum mihi eſt; nam ſi meum ipſe ius, atq. innocentiā pro- bare voluero, repellar à Deo, itaq; quaſi ſan- ctitatis meæ oblitus ſupplicem me meo iudi- ci præbebo. Sicut dicebat Daniel cap. 9. *Non in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciē tuam, ſed in miſerationibus tuis.* Verbum autem *de- precandi*, eſt gratuitò & per miſericordiam pe- tere, non ex iuſtitia; itaq; ſatiùs ſibi eſſe ait, nó intrare in iudicium cum Deo, ſed cauſam ex- trahere ex iudicio, & ad ſolam miſericordiā prouocare.

3 De ſanctita- te nó eſt co- ram Deo gloriandum. *Dan.* 9. 8. חנן *Deprecari* quid propriè.

XVI. Et cùm inuocantem exaudie- rit me, non credo, quòd audie- rit vocem meam.

EVgubinus cum R. Moyſe exiſtimat Iobum dubitaſſe *ſe Deo curæ eſſe.* Vatabli annotatio nes dicút eſſe huiuſmodi *Verba diffidentis de Dei bonitate.* Sed vtrumque eſt Iudaicum commen- tum.

4 *Eugub.* *R. Moyſ.* Oratio hæc Iobi qualis ſit.

Iſidor. Clar.

tum, atque Iobi ſanctitate indigniſſimum. Iſidor. Clarius interpretatur hęc dici non tam ex ſua perſona, quàm ex ſenſu infirmę carnis, hominumque infirmorum, quaſi diceret, *Tam infirma, atque adeò mala eſt caro humana, vt etiam propoſitis promiſſionibus Dei nolit credere. vt per hæc reſpondeat amicis hortantibus ad preces, quas Deus ſtat in exauditurus ſit.* Alij pleriq. Latini referunt ad eas conditiones, aut leges, quas oratio requirit, vt efficax ſit, quarum defectu non exaudimur; atque ea de re ſibi timere Iobum.

5 Germanior ſenſus & Iobi mirabilis demiſſio animi.

Sed certe hoc videtur eſſe animi mirabiliter demiſſi, atque ſibi ſuæq, orationi diffidentis, fidentis verò de ſola diuinæ bonitate. Quiuis (inquit) ille, quæ ſua bonitas & clementia eſt, me inuocantem exaudierit, is ſum ego, quę mea impuritas, & orationis languentis inertia eſt vt vix de me credere poſſim exauditum iri. Vel, vt ad diuinam maieſtatem explicandā ſentētia hæc pertineat; quòd occulta quadam ratiōe, & homini prorſus ignota, vix nutu, vti regē potentiſſimum decet, deprecanti annuat, aut renuat. Etiamſi deprecer, ſi deprecanti ille poſtulata concedat, conſtare mihi certò nō poteſt meas preces benignè exauditas; Nam cùm poſt deprecationem perinde habeam ac antea, videor mihi à diuino conſpectu repulſus. Sed tamen non debet hîc peti firmum argumentum exauditæ, aut contemptæ deprecationis, nam vt Auguſtin. dixit, *Cùm differt, non aufert.* & iterum, Quædam non negantur, ſed vt congruo dentur tempore differutur. Et quamuis orantem exaudiat Deus, ſed tamen bona corporis aut fortunę non ideo ſtatim poſtulata concedit. Fieri igitur poteſt, vt D. Thom. dixit, vt exaudiat ad profectum, ſed non ad votum. Vides igitur vt Iobus magnificè ſentiat de Dei bonitate; abiectè & demiſſè de imbecillitate humana; ſapienter atque ſubtiliter de natura & efficacia orationis; ſanctè & religiosè de ſuis quotidianis ſacrificijs, atque oblationibus, quibus non plus, æquam par eſſet, tribuebat; verè & orthodoxæ de meritis humanorum operum; denique ſublimè de diuina prouidentia quæ interdum, cùm beneuola ſit, atque propitia hominum, ſed nulla beneuolentiæ, aut lenitatis externa præbet argumenta; imo aliquandò quem exaudit, *turbine conterit* malorum, vt ſtatim ſubdit.

Diuinæ maieſtatis explicatio.

Aug. ſup. Pſal. 65. & ſer. 5. de verbis Domini & tract. 102. in Ioan. & ſerm. de orando Deum.

Quamuis Deus orationem exaudiat, non ideo ſemper poſtulata ſtatim concedit.

Vid. D. Tho. 2. 2. q. 83. præſertim a. 15. & Aug. ſupra citatum. & Pſ. 144. & Pſal. 85. & Pſ. 90.

XVII. In turbine enim conteret me & multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa.

1. *Paraphraſis huius ſententiæ. Conterere quid propriè ex Hebræo.*
2. *Multiplicare, ad numerum & magnitudinem pertinere Quid ſine cauſa, variæ expoſitiones.*
3. *Vnde in Iob difficultas reſpirandi. Emendata Philippi lectio.*
4. *Repleri, aut impleri ad ingluuie pertinet; ad ingentes calamitates transfertur. Expiicatis Dauid, Ierem. Habac. Quid amaritudo.*

1 Huius ſententiæ paraphraſis.

Licèt orandi (inquit) atq; ſacrificandi ſtudium nunquam non habuerim, atq. nunc etiam precationes frequentes adhibeam, tamē cum ſeueriùs, & acerbiùs accipiar à meo iudice, vix mihi perſuadere poſsū, aut me exauditum, aut illum beneuolum atque propitium erga me eſſe. Vel, vt perſtet adhuc in illa prima ſententia, Nollem cum potētiſsimo iudice contendere, qui pro ſua maieſtate, etiam ſi mihi propitius ſit, mecum aget ſeueriùs atq, irati inſtar *turbine*, immiſſo, coacta, tempeſtate aut interrogationum, atq, rationū, quas à me exigat, aut ærumnarum corporis, & animi, quib⁹ me affligat. Septua. *caligine*, caliginoſo turbine, obſcura procella, *conteret*, conquaſſabit, cōculcabit, conteret, obruet me. Vnde dicitur Pſ. 138. *Tenebræ conculcabunt me* Hebr. *Operient me*. Ne certo an tam verbum (ſuph) quod ſubeſt hoc loco, quàm (Naſaph) quod eſt affine, & eiuſdem ſignificationis, vt aſſerit Mardochai habeat aliquid occultarum inſidiarum; nam præterquā quòd vtrumq, de tenebris dicitur, atq. caligine, in illo loco Gen. 3. bis habetur & vertitur *conterere*, poſtea verò *Inſidiari. Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo ei⁹*. Igitur ait Iob, quaſi occultas mihi parans inſidias, turbine & tenebris alicuius terræ tempeſtatis me inuoluet.

LXX.

Conterere quid propriè

Pſal. 138. H.

שׁוּף

נָשַׁף

R. Mardoch.

Verbū conterendi aliquid inſidiarum afferit.

Geneſ. 3. 15.

Et multiplicabit, multis me proſcindet vulneribus, tum etiam, *magnis ſi abit*, ingentibus vulneribus me conficiet. *vulnera*, cōtuſiones, percuſſiones, Septua. *tribulationes*, tū animi tū corporis cruciatus *ſine cauſa* Septuag. *in vanum*, abſq. eo, quòd mihi meorum malorum cauſam reddat, aut explicet, aut ſine noua cauſa quā ego præbuerim, vel, etiam quāuis mihi iuſtus videar. Aut quidem, vt Olym. & Philipp. indicant, in in eo ſenſu quo cap. 2. dictum à Deo eſt: *Commouiſti me, vt affligerē eū fruſtra*. q d. vt Olymp. verbis vtar: *Nihil attinebat Deum his cruciatibus de me periculum facere, nam ante cruciamenta me præuiae nouerat.* Ad eundem ſenſum Chryſoſt. *Illud* (inquit) *fruſtra, non co pertinet, quod ...* Quare acute obſeruat Philip. hęc à Iobo dici, quod intelligat ſe non tam ... quam probari. Animi profecto præclarè in Deum affecti, ſed tamen, affecti doloribus.

2

רָבָה

LXX.

Multiplicare ad numerū, & magnitudinem.

LXX.

Quid *ſine cauſa*

Olympiod.

Philipp.

Iob. 2. 3.

Philip.

XVIII. Non concedit requieſcere ſpiritum meum: & implet me amaritudinibus.

Tam grauiter me afficit, vt reſpirare non poſsim. Septuag. *Non ſinit me reſpirare*, nec quieſcere, reducere ſpiritum, reddere, atq; trahere: non ergo de contendendo cum Deo, ſed de extremo ſpiritu agendo cogitem; qui iam vix poſsim reſpirare.

3

LXX.

Hanc autem difficultatem *reſpirandi*, non ſolùm propter animi anguſtias, ſed re ipſa propter morbum & pulmonis arterias obturatas dici volunt Philippus & Beda; aiūt enim affectum fuiſſe, *aſthmatikon*, quem morbum dicunt in pulmonibus generari, quum aditus obturantur. quos Græci, *ἐμφράξεις*, vocant. Sic ergò conſtricti, & anguſtiores redditi anguſtias efficiunt in pulmonibus, vt reddere & recipere ſpiritum nō ſufficiant. Addit etiā Philip.

Vnde in Iob difficultas reſpirandi.

Philip.

Beda.

ἀσθματικόν.

ἐμφράξεις.

Philip. Emendata Philippi & Hieronymi lectio. *ἀσθματικός.* Vide in enumeratione morborum ſect. 8.

quòd *prætermittendo iter meum feſtinato, aſthma patiebar, & quaſi continuo flatum emittebas.* Sed tamen mendoſè hoc loco legi, *ſlomubicôs* pro *aſthmaticós*, tum in Phili. & Beda, tum etiam in Hieron. qui ferè ex Philip deſcriptus eſt, res ipſa oſtendit. De aſthmate autem & difficultate reſpirandi, qua Iobus laborauit, diximus cap. 2.

4

Implere, aut replere ad ingluuiem.

Et (fortè cauſa, vt expoſitio præcedentis) *implet*; ſatiat, exſaturat; verba *replendi* frequenter de ingluuie dicuntur: vt 1. Reg. 2. *Repleti priùs, pro panibus ſe locauerunt, & famelici ſaturati ſunt.* Et, *Infernus & perditio nunquam implentur. Amaritudinibus*, acerbiſſimis doloribus, & quidquid humano ſenſui iniucundum exiſtit. Sicut dulcedo omnia iucunda, & amica naturæ ſignificat. Ierem. 6. *Holocautomata veſtra non ſunt accepta, & victimæ veſtræ non placuerunt*, (Hebr. *non dulcuerũt*) *mihi.* & Hoſ. 9. *Non libabunt Domino vinum, & non placebunt*, (Hebr. non dulcescent, non erit vinũ iucundum, amareſcet Deo vinum: *nam fel draconum, vinum eorum*) &c. Eſt autem huiuſmodi locutio frequenter vſurpata in ſacris, vbi ingentes calamitates ſignificantur. Pſal. 87. *Repleta eſt anima mea malis.* & Thren. 3. *Inebriauit me abſynthio.* Et iterum: *Saturabitur opprobrijs.* Significat autem tam abunde mala & ærumnas epotas, exantlatas, vt amplius capere animi ventriculus non poſſe videatur. Quare oportet animæ os nauſeare, & moueri vomitũ, & afflictionum *aquas* peruenire iam *vſque ad animam*; id eſt, vſque ad intercludendam reſpirationis viam. Tum amaritudo, id eſt, amariſſimi atque bilioſi humoris copiam vehementer infeſtat animum, efficit tormina, & chardiargiam, & ea omnia in animo generare ſolet, quæ bilis in corpore: ardorem præſertim quendam præcipitem, & irarum impatientem, quem cholerici pati ſolent: eo enim pertinet id, Habac. 1. *Suſcitabo Chaldæos gentem amaram, & velocem*, videlicèt ſæuos hoſtes, bilioſos, iratos, ardentes; quos tum innata bilis atque ſæuitia, tum diuina permiſſio & ira, ardentiores & concitatiores reddat. Ait igitur Iob, ſe pati bilioſos quoſdam atque moleſtiſſimos in corde motus & ſtimulos ad vomendum multa, ad reddendas & abijciendas ærumnas, & amarulenta ramenta. Iuxta quod leniter accipiẽda, & cum moderatione quadã interpretanda eſt Philip. interpretatio; *Repletur* (inquit) *fellis, & blaſphemiæ amaritudine anima mea, ita vt durum verbum & aſperum os meum dicere compellatur.*

1. Reg. 2. 5. Prou. 27. 20.

Amaritudo, omnia acerba naturæ.

Ierem. 6. 20. Hoſe. 9. 4. Deut. 32. 32.

Repleri & ſaturari, de ingẽtibus calamitatibus.

Pſal. 87. 4. Thren. 3. 15. ver. 30. Pſal. 68. 2.

Habac. 1. 6.

Philip.

XIX Si fortitudo quæritur, Robuſtiſſimus eſt: ſi æquitas iudicij, nemo audet pro me teſtimonium dicere.

1 *Robuſtus quid propriè ex Hebræo.*

2 *Iudicium ex propria ratione æquum, & incorruptũ eſſe debet. Iudicia, mirabilia Dei opera. explicatus Salomon.*

3 *Teſtificari varium, & multiplex in Hebræo. Variæ lectiones.*

4 *Teſtimonium pro fœdere. vnde diceretur Arca teſtimonij. Audere verbum forenſe.*

1 Ex originali non poteſt benè dignoſci, ad quem *fortitudo* hæc referenda ſit; poteſt enim vel in commune accipi, quaſi diceret: *Si de fortitudine agitur, vel de humana fortitudine, ſi fortitudo aliqua in hominis quæritur, quæ ſe illi opponat*, quamcunque ille facilè ſuperat. Sed Septuaginta, & quidem commodè, ad Deum referunt quaſi præcedentis ſententiæ cauſam, atq; rationem, namque legunt. *Impleuit me amaritudine, quoniam ſiquidem valet potentia.* & S. Auguſtin. ſic legit: *Quoniam qui poteſt, obtinet, & vincit.* Poteſt is quidem ſenſus videri nõ omnino incommodus; ſi ſe mihi tandem conſpicuum præbere velit Deus, experiar profectò illum multò fortiorem atque terribiliorem, quam cogitaueram. Nam vox illa *robuſtiſſimus*, exceſſum quendam afferre videtur ſupra *fortitudinem*; eſt enim propriè idem quod præualens, vincens, inuicto quodã & obfirmato animo præditus. Nam dici ſolet de eo, qui alio ſuperior, & erectior eſt, vt Pſal. 17. *Confortati ſunt ſuper* (robuſtiores fuerunt præ) *me.* Quare idem locus habetur in eodem Pſal. 2. Reg. 22. *Liberauit me ab inimico meo potentiſſimo, & ab his qui oderant me; quoniam robuſtiores me erant.* Et ſimiliter ab eodem verbo dicitur, Geneſ. 25. 23. *Populus populum ſuperabit.* Onkelus. *Regnum regno præualebit*, propriè; Populus præ populo *robuſtior.* Et huc reſpexiſſe videtur Pagnin. hic legens: *Si ad potentiam venero, robuſtus eſt.* In originali indifferens eſt; nam tantum habetur, *ſi ad potentiam*, vt ſuppleri poſſit, venero, aut reſpexero, vel quid ſimile.

LXX.

Auguſtin.

Robuſt. quid propriè. אמיץ

Pſal. 17. 21.

2. Reg. 22. 18.

Pagnin.

2 *Si æquitas iudicij*, id eſt, ſi iure & iudicio agendum eſt. Hic *æquitas iudicij* in originali non eſt aliud, quàm iudicium, neque incommodè dictum eſt ab interprete, *æquitas iudicij*, cum debeat eſſe iudicium ex propria iudicij ratione æquiſſimum, & incorruptiſſimũ. Septuag. *Quis igitur iudicio eius reſiſtet?* Oportet me quidem in iudicio, ſi iure agendum ſit, cauſa cadere. Olympiod. indicat, iudicium hoc loco non pro forenſi & iudiciali actione ſumi debere, ſed pro diuinis operibus humanum captum excedentibus, præſertim illis, quæ cum vindicta, aut ſupplicio aliquo de homine ſumpto, coniuncta ſunt. ſic dicuntur: *Iudicia Dei abyſſus multa.* Pſal. 35. & Exod. 6. *In brachio extento & iudicijs magnis.* & Prou. 19. *Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes, ſtultorum corporibus.* Igitur videbitur attingere amicos, qui diuinorum iudiciorum, atque ſuarum ærumnarum cauſam probè ſe noſſe arbitrabantur, Iobi videlicèt ſcelus aliquod. Sed non valde cohæret cum ſequent.

LXX.

Olympiod. *Iudicia*, mirabilia Dei opera.

Pſal. 35. 7. Exod. 6. 6. Prou. 19. 29.

3 *Nemo audet pro me teſtimonium dicere.* Nemo volet pro me contra Deum teſtis eſſe in mea cauſa; quare etiamſi Deum prouocem, velitque ille mecum deſcẽdere in iudicium, nihil proficiam: ab illo enim ſtabunt omnes ſiue aduocati, ſiue patroni. Sed tamen in eo verbo teſtificandi, aut *teſtimonium dicendi*, diſſenſio eſt, nam verbum originale (*yaghad*) ſignificat ſtatuere fœdus, aut tempus præfinire, aut condicere locum, aut condicto tempore & loco conuenire & congregari. Hinc lectiones variæ huius loci. Regia, *Quis conuenire faciet me?* ſupple ad diui-

Teſtificari, in Hebræo, quid propriè. יעד

Lectiones variæ ex Hebr.

num iudicium, id eſt, quis mihi certum, & de-
Regia. finitum locum conſtituit, in quo cum meo iu-
dice ad illius tribunal agere poſſim? quaſi di-
cat; non poſſum ad illius ſubſellia cauſam
meam tueri; non enim ille certo aliquo, &
definito loco ius dicit. Vel, quis mihi aditum
pateſaceret ad illius tribunal, aut quis me a-
nimo & viribus confirmaret, vt auderem ad
illius tribunal comparere? In hac ſignificati-
Pſal. 47.5. one ab hac ipſa radice dictum eſt, Pſal. 47. *Ecce reges terræ congregati ſunt*, videlicèt, condicto lo-
Amos 3.3. co fœdus percuſſuri. & Amos 3. *Nunquid ambulabunt duo pariter, niſi conuenerit eis?*

Secundo, quia etiam de ſtatuto tempore di-
2.Reg.24.15. citur, vt 2.Reg.24. *A manè vſque ad tempus ſtatutũ.*
Pagnin. Legit Pagnin. *Quis dabit mihi tempus*; videlicet, vt
de mea cauſa agatur, & tãdem aliquando mea
hæc controuerſia dirimatur. Sicut dicebat po-
Iſa.40.27. pulus, Iſa.40. *Abſcondita eſt via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum tranſiuit*, id eſt, præter-
mittit ille, quæ ad me attinet.

4 Sed idem verbum ad pactum, & fœdus, vel
Teſtimonium pro fœdere. ad teſtimonium pacti, & fœderis, quod inter
aliquos interuenit, eleganter refertur; vnde
Arca teſtimonij, aut fœderis, cur ſic dicta. dicitur frequenter *Arca teſtimonij*, aut, *fœderis*,
aut, *tabernaculum teſtimonij*, id eſt, publicę fidei
inter Deum & homines cõteſtatæ; atque pacti
& fœderis multorum teſtimonio atque præ-
ſentia ſtabiliti. quare ſapiẽter hoc loco noſter
interpres retulit ad pactum & teſtatam fidem
quæ in iudicio eſſe ſolet inter patronum & cli
Aduocatus, qui pro cliente teſtimonium dicit. entem, quare hic *teſtimonium dicere*, præterquã
quòd affert pactum initum, & fidem datam
reo ab aduocato, non ſolum eſt teſtem eſſe, ſed
etiam cauſam pro reo dicere, atque tueri, &
aduocati officium ſuſcipere; Nemo (inquit) mi-
hi patroni fidem præſtare volet; nemo patro-
cinari; nam pugnabunt potius pro Deo aduer-
Audendi verbum ad forũ pertinere. ſum me omnia. Illud vero *audendi* verbum,
quo vulgatus vtitur, videtur olere aliquid fo-
renſe, ſicut & id, 1.Corinth.6. *Audet aliquis veſtrum negotium habens aduerſus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos?*
1.Cor.6.1. Illud enim *audere*, periculum videtur afferre, quòd *aduocato* aut patro
no, aut actori, reove ex iudicis aduerſa ſenten-
tia imminere poteſt. Poteſt etiam ad ſummam
Dei æquitatem humanamq; impuritatem per
timere; Nullum habebo pro me ſatis firmum,
& graue teſtimonium meæ innocentiæ atque
virtutis, ſi ſummo Deus mecum iure agat.

Illud etiam facere huc poteſt, quòd qui ad-
Et qui aduocatũ non haberet, Prętor dabat. uocatum non haberet, ab ipſo Prætore acci-
piebat, cuius illa vox erat: *Si aduocatum non habeat, ego dabo.* igitur Deo mecum, aut me cum
Deo diſceptante, neque mihi ille aduocatum
dabit; neque verò qui mihi ius in hoc iudicio
ſuggerat, & præſentiam ſuam amicè & bene
uole commoueat, habere potero.

XX. Si iuſtificari me voluero, ós meum condemnabit me. ſi innocentẽ oſtendero, prauum me comprobauit.

1 *Iuſtificare quid. Laus furtiua, quæ ore proprio frequenter vſurpatur. explicat Ioannes & Paulus.*
2 *Condemnare hoc loco ad culpam referendum. Propriæ innocentiæ teſtes duo, Deus & conſcientia. Illuſtratur Paulus.*
3 *Humana infirmitas facilè labitur lingua.*
4 *Innocens quis. quid prauum.*

QVod ſi deficientibus patronis, aduoca-
tis, teſtibus, velim ego pro me cauſam 1
dicere (id enim eſt *iuſtificare*, ſuas partes agere, *Iuſtificare, quid.*
ſe tueri in iudicio, atque conari innocentem
oſtendere) *os meum* (meum teſtimonium, mea
oratio) *condemnabit me.*) videlicet me damnabit
proiectæ cuiuſdam audaciæ, qui tam liberè
auſim pro me dicere, vel, mendacij, qui veriſ-
ſimo iudici, veriſſimoque iudicio repugnare,
aut contradicere coner: vel, quod propria
laus, propriumque de ſua innocentia teſtim o-
nium, non ſolum in proprio ore ſordeſcat, ſed
etiam aut mendacij, aut ſuſpectæ veritatis no-
mine, in iudicio locum non habeat, ſed exple-
datur & exſibiletur, ſicut Ioan.8. Chriſto Do-
mino dictum à Phariſæis eſt: *Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum.* In-
ter alia verò reſpondit ille: *Si iudico ego, iudicium meum verum eſt, quia ſolus non ſum, ſed ego & qui miſit me pater.* Namque laus illa, quã homo
proprio frequenter ore vſurpat, & alterius fi-
dei atque teſtimonio renuit committere, fur-
tiua videtur eſſe, & non propria, quod enim
furto raptum eſt, non permittitur liberè eua-
gari per aliorum manus, ne redeat ad ſuum
dominum. Quare veriſſimum illam ſuã Dei
maieſtatem, vel hoc vno nomine Paulus ex-
plicat & commendat Philip.2. ait enim liben-
ter illam diſſimulaſſe, & quaſi aliorum teſti-
monijs, & prædicationi permiſiſſe; *Non, enim* (inquit) *rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo.*
Illud igitur eſt verum veræ virtutis *teſtimonium*
quod non ore proprio, ſed alieno præſtatur.
Igitur, *Os proprium* (inquit Iob) *condemnabit me*,
exibo ex huiuſmodi iudicio condemnatus, &
oratio mea fiet in peccatum. Vel etiam: *Os meum condemnabit me* inſipientiæ. Sic enim Paulus 2.Co-
rinth.12. cùm ſe commendaret, ſubdit, quaſi
præcaſtigans ſe; *Inſipiens factus ſum; vos me coëgiſtis; ego enim debui à vobis commendari.*

Laus in ore proprio ſordeſcit.

Ioan.8.13.

verſ.16.

Laus illa furtiua quã homo ore proprio frequenter vſurpat.

Philip.2.6.

Firmũ, & graue teſtimoniũ, quod ab alijs præſtatur.

2.Cor.12.11.

Obſeruãdum verò, quòd hoc loco verbum 2
condemnandi, non tam pertinet ad pœnã, quam *Condemnare hoc loco ad culpam referendum.*
ad culpam, cùm homo conuincitur damna-
turque ſceleris alicuius. Et quidẽ hominis ab-
ſolutio, vel purgatio ſceleris, cuius agitur
reus, innocentiave illius duobus minimum te-
ſtibus conſtare debet, Deo videlicèt atque con *Innocẽtiæ hominis duo teſtes, Deus & propria cõſcientia.*
ſcientia; quare non repellitur quidem con-
ſcientiæ teſtimonium in diuino iudicio, dicen
te Paulo: *Oportet nos ſiſti ante tribunal Dei, vt * referat vnuſquiſq; prout geſsit*, id eſt, vt *teſtificetur*. pro- *2.Cor.5.10.*
priè iuxta Græcum, vt ferat, portet, adducat, *Que refiera y diga.*
& quaſi proponat in iudicio, proferatque
ipſe ſua opera, quaſi teſtimonium profert pro
veritate. Ergo ſi tibi videris habere bonũ
conſcientiæ teſtimonium, benè quidem; ſed
diuinum adhuc de tua innocentia expectan-
dum eſt, vt faciebat Paulus dicens: *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum, nam qui iu-* *1.Cor.4.4.*

dicat me Deum meum eſt. Licèt autem teſtimonium conſcientiæ per ſe non ſufficiat, ſed iubet tamen bene de noſtra ſententia, deque Dei iudi-
1.Ioan.3.21. cio ſperare, vt Ioan. ait: *Si cor noſtrum non reprehenderit nos fiduciam habemus, &c.*

3 Humana infirmitas, & procliuitas ad verborum lapſus. Si vero quis velit hoc loco ſeueritatem diuini iudicij, atque humanam infirmitatem explicari, quæ, etiam cùm ſuam innocentiam tuetur, mille dabit verborum & ignorantiæ lapſus, ſenſus ille conficietur, Etiamſi mei defendendi ius atque locus in diuino iudicio mihi tribuatur, tamen coram tanta maieſtate quibus verbis, aut qua dicẽdi formula me tueri debeam, prorſus ignoro; neceſſe igitur erit, me loquentem aberrare.
LXX. Olympiod. Hoc indicant Septuaginta legentes: *Quòd ſi etiam fuero iuſtus, os meũ impia loquetur.* Olympiodorus. *Quamuis factorum fortaſsè iuſtitiam fuero conſequutus, dictorum tamen condemnationem minimè vitauerim. Si enim iuſtum eſſe me dicere auſim, id demùm dicere, puto eſſe impietatis.*
Polychron. Idem ferè Polychron. non enim oportet ad amicos reſtringere huiuſmodi ſenten-
Vatabl. tiam cum Vatablo annotante huiuſmodi ſenſum; *Si cauſa mea ſit iuſta, ſermo meus efficiet, vt videar vobis improbus & prauus.*

4 Innocẽs quis. תם עקש *Prauum comprobare* quid propriè in Hebr. *Si innocentem oſtendero.* Non oportet hanc innocẽtiam cum quibuſdam Latinis reſtringere ad Deũ tantùm, qui nemini noceat: nam propriè eſt, ſimplex, integer, perfectus. Septuag. *Sine crimine.* alij Græci, *Irreprehenſibilis.* *Prauum* autem *comprobare*, eſt ſimplex in originali verbum, *deprauabit me*, aut peruerſificabit me. Sed eleganter illuminata eſt ſignificatio ab interprete; eſtque antitheſis ad innocentiam illam, & ſimplicitatem; hæc enim peruerſitas eſt, à
Prou.18.8. qua quis dicitur *gradi vijs peruerſis*, aut *deprauare*
Prou.10.9. *vias ſuas*, aut *via intortuata*, & *cor prauum*. Suppo-
& c.2.15. ſitum verò verbo *deprauandi*, aut *prauum compro-*
Iſa.59.8. *bandi*, Vulgatus videtur attribuiſſe ori; & ferè
Prou.11.20. idem colligitur ex originali. Septuag. ſine ſup-
& c.17.20. poſito reddunt; *Prauum euadam.* Quanquam Po-
LXX. Polychr. lychron. Deo tribuat; *Is* (inquit) *qui tanta eſt poteſtate, facilè oſtendit iniquos meos eſſe ſermones.* Sed prætereà acutus eſt ille ſenſus, quem idem quoque Polychron. indicat, Cùm Deus meæ vitæ, meorumque operum Dominus ſit, cui ſemper placere ſtudui à iuuentute mea, poteſtatem habet meos mores meamq. vitam corrigendi, emendandi, accuſandi, ergo nulla mihi via contendendi, aut ſummo iure cum Deo agendi mihi patet.

XXI. Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, & tædebit me vitę meæ.

1 *Noſtræ gratiæ incertitudo. Deus noſtræ mentis explorator. Illuſtrata ſapientia. Quid manifeſtare apud Paulum. Homo ſibi ipſi obſcurus. expiſcatus Eccleſiaſticus.*

2 *Aliorum expoſitiones parum cõmodæ. vltima germanior. Ignorare quid in ſacro ſermone. Illuſtratus Salomon, & Paulus.*

3 *Nulla in Iobi verbis impietas. Quid impius, quid cõſumere. explicatus Dauid. Impius pro locuples.*

NOſtræ lectionis ſimplex ſententia hæc videtur eſſe, Si anteactæ vitæ conſcientia, & innocentia me ſuſtentare conſolarique 1
voluero, non omnino potero, cùm id mihi certo, & clarè conſtare non poſſit. Quare nihil mihi in vita reliquum eſſe videtur, quàm tædium vitæ, & mortis votum. Elegans ſanè lo-
cus pro confirmando illo dogmate de incertitudine gratiæ. Eam enim certam claramque cognitionem noſtræ ſanctitatis ſibi aſſumit Noſtræ gratiæ incertitudo.
diuinus ſpiritus, Sap.1. *Renum illius teſtis eſt Deus, & cordis illius ſcrutator eſt verus, & linguæ eius auditor*, id eſt, quidquid cogitet, quidquid deſideret, quidquid loquatur homo, ſiue illa interna cordis locutio ſit, ſiue exteriùs ore prolata, perſpectum Deo eſt, atque huius rationem ſubdit; Sap.1.6. Deus noſtrarũ cogitationum perſpector.
Quoniam ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum (id eſt, teſtis oculatus eſt, quòd vbiq; præſens ſit) verſ.7.
& hoc (Pneuma ſpiritus) *quod continet omnia* (id eſt, qui non ſolum eſt in omnibus, ſed in quo etiam omnia fiunt) *ſcientiam habet vocis.* id eſt, ſiue corde loquamur, ſiue ore, nihil latere illũ poteſt. Homo verò plerunque neque omninò exploratas ſuas interdum cogitationes & internas locutiones habere poteſt. Quare dixit
Paulus, 2.Cor.5. *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.* propriè ex Græco oportet pellucidos, & tranſparentes fieri, inſtar corporis diaphani, quod luci atque luminibus peruium eſt. Et ſtatim eadem voce ait: *Deo manifeſti ſumus*, id eſt, cogniti, perſpecti, quaſi illius luminib' omnino peruij, vt indicaret Paulus nos ipſos in noſtris oculis craſſos, opacos, nimiumque pingues, & concretos eſſe, obſcuros propterea, & minimè cognitos. 2.Cor.5.10. Quid *manifeſtari* apud Paulum. Φανερόω. Verſ.11. Homo ſibi ipſi ignot', & obſcurus.
Illa enim ſui ipſius cognitio, atque exploratio, quam habere poteſt homo coniecturalis eſt, & minimè certa, de qua Sapiens ait: *Quemadmodum in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominũ manifeſta ſunt prudẽtibus.* Prou.27.19. Nam hi ſeipſos in ſuo corde contemplari, & examinare poſſunt tanquam in ſpeculo: præſertim vbi inſtar aquæ limpidæ cor mundum, atque tranquillum ſit; licet omnino clarè ſe non agnoſcant.

2 Eugubin. R.Abraham. Porrò hanc ignorationem Eugubinus poſt R.Abraham refert ad ærumnarum cauſam ignoratam, quaſi Iob dicat: Si ſimplex, ſanctusque ſim, planè ignoro quorſum Deus his me malis afficiat. Senſus parùm piùs, parumque lenis, & potiùs cum ſentẽtia amicorum, quàm
Vatabl. cum Iobi propoſito congruens. Vatabl. Tygu-
Tygurin. rinus cum alijs Hebraizantibus, faciunt huius ignorationis appoſitum animam; videlicèt ignoro, aut non cognoſco animam meam. Tygurin. *Animam meam perſpectam non habeo.* Sed neſcio quam morbi, aut mortis circumlocutionem
Vatabl. in eo Hebraiſmo agnoſcit Vatabl. vt perinde valeat, ac ſi dixiſſet: *Deficio, conſumptus ſum, nec noui animam meam.* id eſt, *non noui animam meam fungi muneribus ſuis.* Alij, eſto innocens ſim, ſed nũc de mea ſanctitate non cogito, & quis ſim, aut quis fuerim obliuiſcor, minimè curo, contemno. Aliorum expoſitio parũ lenis.
Cant.1.6. Nam verbum *ignorandi*, aliquando ad contemptum & curæ abiectionem pertinet; vt illud Cantic. *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres,* (id eſt, ſi tuam pulchritudinẽ non valde

Ignorare ad certam abſ... pertinet. 1. Cor. 14. 38.

curas) *egredere, & abi, &c.* Et illud Pauli: *Si quis ignorat, ignorabitur.* Igitur dicet Iob, Si ſimplex fuero non noui, non mihi ea in re blandior, neque gratulor; nam illud tantùm cogito me in extremis verſari, planeque iam deficere, atque viuendi me tædere, ſed ſenſus videtur inuitus, & repugnans. Septuagin. *Si impiè egi, non noui animo, veruntamen auferetur vita mea.*

LXX. Germana expoſitio.

cui lectioni, atque noſtrę ille videtur germanus, atque communis ſenſus; ſim ſanctus, ſim innocens, nec ne, ſub iudice, & ſub lite eſt, incertum adhuc & ignoratum; illud certiſſimum, atque exploratiſſimum tamen eſt, me in extremis ærumnis extremum iam ſpiritum agere, vt hinc eliciat ſe non contendere cum Deo de ſua ſanctitate, aut de illius prouidentia atque iudicio, ſed tantùm inſtante & compellēte morte, atque vrgētibus cruciatibus tantùm dolorum acerbitatem (quod humanum eſt) deprecari.

XXII. Vnum eſt, quod loquutus ſum, & innocentem, & impium ipſe conſumit.

3 *Iſidorus Clar.*

ISidorus Clarius deterretur loci huius difficultate, qui illi videtur impietatem includere, quaſi apud Iob vnum & idem ſit proborum, & impiorum iudicium, quodque Deus hæc inferiora non curet. proptereaque exiſtimat Iobum hic, ſicut in alijs quibuſdam locis, loqui in perſona hominis, qui ſit abſque gratia & cognitione Dei. ſed difficultas nulla, neque impietas in ſententia facili, & pietate atque ſapientia pleniſſima.

Iobi ſententia pia & ſapiens.

Licèt (inquit) de me ſenſerim ſemper ſubmiſſiùs, deque diuinis iudicijs, atque prouidentia magnificentiùs, hoc *vnum eſt.* Ibi videtur claudi ſenſus in originali, & deinde ſequitur: *Ideo dixi innocentem & impium, &c.* id eſt, hoc tantum aſſerui; repetoque libenter, hoc vnum eſt meę aſſertionis caput, Deum indiſcriminatim impios, iuſtoſve calamitatibus exercere. Verbū *loquendi* hoc loco aſſeuerationem, libertatem quandam, & dictorum conſtantiam affert. *Innocentem,* perfectum, integrum, *& impium,* inquietum, per multas huius ſæculi, temporaliumque bonorum curas atque ſolicitudines vagatem. Cuius vocis poprietas indicatur, Pſal. 1. *Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum,* quaſi huiuſmodi inquietæ, & vagæ mentis homines nonniſi multis, illiſque iniquis conſilijs captandis vacent. Septuaginta etiam indicant *impium,* pro potēte & locuplete homine debere ſumi, nam vertunt; *Magnum & potentem diſperdit ira. Magnum* autem interpretatur Olympiodorus eum, *qui ſuam magnam & robuſtam eſſe iuſtitiam arbitratur.* & Polychron. *qui pietate inſignis, & vita clarus extiterit.*

אמר

רשע *Impius,* quid propriè. *Pſal. 1. 1.*

LXX. *Impius,* pro locuplete, & potentiore. *Olympiod.* *Polychron.*

כלה *Conſumere,* quid.

Conſumit. propriè delet, diſperdit, frequenter ad extremum interitum, & conſummationem, vel conſumptionem refertur; quod non tantum de morte, vt aliqui Latini indicàrunt, ſed de ærumnis quoque intelligendum eſt, quæ innocenti, perinde ac impio euenire ſolent.

Conſumptio, nō ſolùm de morte, ſed etiam de ærūnis.

XXIII. Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentum rideat.

1 *Variæ aliorum interpretationes. vltima leuiſſima. excuſatur Iob ab ea, quæ videtur, orationis acerbitate.*

2 *Flagellum, de cōmuni, & vniuerſali iudicio, quid propriè ex Hebræo.*

3 *Quid ſemel hoc in loco. Quæ Sagittæ paruulorum apud Dauid.*

4 *Impij aliquando facili morte ſublati. Diuturnitas ſupplicij ad exaggerationem pertinet.*

5 *Ridere pro irridere. Quando dicatur Deus irridere hominem.*

6 *Expenditur lectio Septuag. Pœna, & tentatio vnde dicantur.*

7 *Variæ lectiones ex Hebr.*

NVllum eſſe verbum hac ſententia, atque illa, *Elegit ſuſpendium anima mea, &c.* duriùs atque aſperius, Philippus aſſerit, *Durè* (inquit) *hic ſatis locutus eſt contra Deum: in omni quidem libro hoc nullus eſt locus aſperior iſto, & altero ſuperiùs poſito. De quibus, vt puto duobus ſermonibus ad Deum loquatur, vnum loquutus ſum, quod vtinam non dixiſſem, & alterum, quibus vltrà non addam.* Itaque de duobus iſtis ſententijs reprehenſum eſſe à Deo & à ſeipſo leuitatis accuſatum, cùm ait: *Qui leuiter locutus ſum, &c.* Sed neque ex ſua interpretatione, neque ex vera horum verborum ſententia, alia ſermonis acerbitas colligi poteſt, quam illa ſuorum cruciatuum.

1 *Philip.*

Iob 39. 38.

Iob 39. 37. Nulla verborū Iobi aſperitas.

Si flagellat. ſuppoſitum huius verbi, dæmonem eſſe ſęuiſſimum carnificem atq; tortorem mortalium Philippus & Caietanus interpretantur. Sed multò meliùs cohæret, vt ſupponatur Deus, vt in ſententia præcedente. Duas autem huius ſententiæ partes non ad idem referunt, Tygur. Vatabl. Iſidor. Clarius. hic enim ſic interpretatur, vt videatur Iob velle præſcribere modum tum flagellandi impios, tum remunerandi pios; Si punit improbos, quare non ſubitò occidit? ſi remunerat iuſtos, quare affligit eos, & ridet? Sed cùm grauiſſimū ſupplicium ſit, non quod breue, ſed quod diuturnum eſt, non videtur illa Iobi expoſtulatio congruens. aptior quidem Tygurinæ ſenſus: *Si flagrum inferendo ſtatim occidit, innocentium afflictionem tantùm proſequatur.* quaſi dicat; Oporteret quidem, vt ſi tam innocentem, quàm impium ipſe conſumit, vel vtrunque ſemel, ſubitoque occideret, vel vtrunque productiori cruciatu diuexaret: cùm tamen impij ſupplicium breuiſſimum ſit, piorum diuturnum, atque longiſſimum. Vatablus in hanc ſententiam; Si Deus tantùm ob ſcelera hominem affligit, vt tu Baldad aſſeris, ſequitur vt oppreſſionem innocentum ſtatim vindicaturus ſit; atque piorum pœnas non prorogaturus diutiùs, cōtra quam tu mihi ſuggeris; aſſeris enim im-

Philip. *Caietan.*

Tygurin. *Vatabl.* *Iſidor. Clar.*

Tygurin.

Vatabl.

pios ſubitò perimi, pijs verò expectandum eſſe diutiùs; quòd ſi ita res ſe haberet, acerbior eſſet; pœna. proinde, ſi deinde ab impijs peſſent. Lenisſima expoſitio. Seu alij multò lenius; Si innocens etiam non debet eſſe pœnarum expers, ſi flagellandus etiam ego innocens ſum, illud ſupplex oro, vt nolit me *tota die mortificare*, ſed ſemel peremptum non velit diutius.

2 שׁוט *Flagellū*, quid propriè in ſacro ſermone. *Flagellat*, à circumeundo, vel circundando, *flagellum* dicitur, quod videatur circumcingere hominem. Inde pro ſupplicio, aut percuſſione, quæ tranſit circumquaque per orbem, aut terram circuit, & nulli non tabernaculo appropinquat, ſed omnia peruagatur: ſic videtur indicari, fortè cum alluſione ad hanc nominis etymologiam, *Iſa.28.15.* Iſa.28. *flagellum inundans, cùm tranſierit, eritis ei in conculcationem.* quaſi dicat; Plaga pertranſiens, circūiens, & omnes ſine delectu inuoluens, & proculcans. Sed fortè etiam dicitur *flagellum*, à circumdando, quòd circumdare videatur, & cingere illius latera, qui verbere pulſatur. Quare non de breui, ſed benè lōgo flagello aut funiculo, quo quis verberatur, qui non ſolū cingere vnica circumductione corpus poſſit, ſed poſt vnicum orbem euolutum, reſtat etiam reliquus, & funiculi bona pars, quæ iterum iterumque cingat hominē. Id Hiſpanorum prouerbiū. Hiſpanorum vulgo iactatum intelligendum eſt: *Yo os parare de bueltay media.* cōſentiente etiam voce originali (*ſot*) id eſt, flagellum vel circuitus, cum, *ajote*, vel *azote*.

3 Quid *ſemel* hoc loco. *Occidat ſemel.* Quanquam quod *ſemel* fieri dicitur in ſcriptura, efficacitatem quandam rei perficiendæ afferat; ita vt ſecunda vice opus non ſit: ſed tamen hoc loco propriè eſt ſubito, ſtatim, ita vt non ſentiatur, donec res fiat. Si-*Prou.6.15.* cut Prou.6. per eandem vocem dicitur. * *Extemplo veniet ei perditio ſua.* *Sin ſentir ſe vera perdido. Sic Pſal. dicitur; *Sa-Pſal.63.8.* *gittæ paruulorum factæ ſunt plagæ illorum*, vbi nominis etymologia expitcari videtur: nā à (*petayim*) בתיים quod eſt paruulus, aut infantia, qui incōſiderate, ſubitò omnia agit, dicitur *Pithom.* quare *Sa-*פתאם *gittæ paruulorum ſunt*, Sagittæ repentinæ, celeres, Quæ dicantur *Sagittæ paruulorum.* quæ non prius ſentiuntur, quam hominem contigerint. Ait igitur: ſine mora occidat me.

4 *Et non de pœnis innocentum rideat.* Videtur antitheſis ad breues impiorum ærumnas; commutet Deus manus; innocētes ſubito auferat, impium excarnificet diutius. neque ſinat *in puncto ad inferna deſcendere*, vt dicitur enim Pſalm.72. *Pſal.72.4.* Impiorū interdū mors facilis. *Non eſt reſpectus morti eorum*, (adeò repēs eſt mortis incurſus, vt ne videndi quidem locus, facultaſve ſit. Longè aliter ij, qui mortem ante oculos obuerſantem diutius contemplari coguntur, & cum illa ſæpè diuque colluctari) *&* *& firmamentum in plaga eorum.* id eſt firmi, integri, robuſti decedunt, non confecti diuturnis morbis atque doloribus. Theodoretus iuxta Græ-*Theodor.* cum; *Non eſt remiſſio*, aut repudium. Auguſtinus *Auguſt.* *LXX.* cum Septuag. *Non eſt declinatio morti eorum.* non Diuturnitas ſupplicij. eſt quòd mortem tam facilem accipere vltrò renuant; illa autem prolongatio ſupplicij ad maximam acerbitatem pertinet: atque eodem *Thren.4.5.* illa Ieremiæ lamentatio: *Maior effecta eſt iniquitas* (iniquitatis pœna) *populi mei peccato Sodomorum, quæ ſubuerſa eſt momento temporis, & non cœperunt in ea manus.* Nam diuturnam captiuitatem acerbiorem eſſe exiſtimabat ſubita illa & inopinata conflagratione.

5 Ridere, pro ſubſannare. לעג *Ridere* autem, id eſt, *irridere*, & ſubſannare, pertinet ad materiam ſubſannationis, & riſus quæ ab hoſtibus captiui ſolet, cum eos, quos captiuos detinent, diuturnis malis conficiunt. Quare id ad æternitatem ſupplicij pertinere videtur; *Ego in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo.* *Prou.1.26.* Niſi fortè indicet Deum irridere & ſubſannare, vel potius ſe habere irridētis & ſubſannantis inſtar, cum contemnit orationem atque clamorē poſtulantis opem. Quare *ridere* eſt, Quid ſit Deū ridere miſeria hominem. innocentem in pœnis & ærumnis iacentem, atque clamantem contemnere, & per iocum, & riſum illius orationem, atque obſecrationem accipere. Sic indicatur Prou.1. nam quaſi pro ratione illius *ſubſannationis* ſubiungitur, *Inuocabunt me, & non exaudiam, manè conſurgent, & non inuenient me.* Habet etiam hæc Iobi expoſtulatio multum non elegantiæ ſolùm, ſed reconditæ ſapientiæ; nam cùm homo opera ridicula facit, tunc dicitur Deus *ridere*, id eſt, irri-Deus ridere dicitur, cum irridendū exponit hominem. dendos & ſubſannandos nos exponere; at cùm homo orat, ſupplex & dolens opem poſtulat, nihil dignum irriſione facit, ſed ſapienter malis grauiſſimis remediū opportunum quærit; idque à Deo opportuno in tribulationibus adiutore; Quorſum itaque (inquit Iob) me ſeriò clamantem rideat Deus, aut quid contemnet hominem in malis grauiſſimis iacentem? Non ſolet ille neque ſuorum preces contemnere, neque illorum vocibus tanquam ridiculis, vaniſque clamoribus non ſtatim reſpondere.

Sed vt non prætereamus hoc loco paulò di- 6 *LXX.* uerſam lectionem Septuaginta; illi certè integram ſententiam ad ſupplicium impiorum retulerunt; *Nequam homines in magna morte erunt*, ſed *iuſti deridentur*, cui perinde atque lectioni noſtræ hic videtur poſſe reſpondere communis intellectus; Occidat quidem impios Deus ſubitò, *ſemel*, irreparabiliter, ſic illorum improbitas exigit. benè quidem: at ſi iuſtos tentare atque explorare velit, non oportet diuturnos illis cruciatus inferre; ſed ſemel probatos iterum illos maiori quam antea fœlicitate cumulare, atque beneuolentia complecti, ſecùs irridere videbitur ſuos. Et congruit vox מסת *pœnarum*, *maſath*, quæ dicitur ab eleuando, & *Pœnæ* hoc loco idē quod tentatio. eſt propriè *tentatio*, nam cùm nos tētat, & probat Deus, magna à nobis petit; à (*naſaſ*) quod נסס eſt eleuare, aut exaltare. vel deducitur, à (*mas*) מס quod eſt *tributum*; nam pœnarum, & ærumnarum ingentium tributum pēdimus mundo, & vitæ huic ærumnarum exactoribus.

Et non rideat. Alij negationem auferunt, 7 Varia lectio. & aſſeueranter legunt, *de pœnis innocentum ridet.* Pagninus, Regia. Alij ablata negatione (nam *Pagnin.* *Regia.* hæc non eſt in Hebræo) cum interrogatione tamen efferunt, vt Tygurina, Eugubinus & a- *Tygurin.* lij: ſed ſenſus idem, & à noſtro interprete cum vehementia ſententiæ & ſignificationis redditus ſapienter.

Rurſus hoc loco ſuppoſitum verbi *ridendi*, dæmonem faciunt, Philippus & Caietanus, *Philip.* quòd ille rideat, & gaudeat videns hominem *Caietan.*

diuturnis malis confici; at verò poſt R. Leui, & R. Abraham, Pagninus, Vatablus, Eugub. quibus fauent Græci, referũt ad impium, qui dum videt iuſtum longioribus ærumnis, grauioribuſque malis implicitum, illum ſubſannat, atque exiſtimat ſe iuſtiorem, vt qui mitiùs atque breuiùs puniatur. Sed plerique Latini, atque etiam R. Moyſes ſequuntur id, quod diximus, quod videlicèt Deus ridere videatur, id eſt, complacere de iuſtorum ærumnis; aut irridere & deſpicere, cùm illos non eripit malis.

R. Leui. R. Abraham. Pagnin. Vatabl. Eugub. R. Moyſes.

XXIV. Terra data eſt in manus impij: vultum iudicum eius operit. quòd ſi non ille eſt, quis ergo eſt?

1 *Grauis obſcuritas huius ſententiæ. Prima expoſitio. Prauæ affectiones mentem obnubilant. Deum ridere ærumnas quid.*

2 *Tres aliæ huius loci explanationes. Dæmonis poteſtas in iniquos principes, & iudices impios. Dæmonis cognomen. Qui diuina ſcrutetur, cæcutire.*

3 *Commodior explanatio.*

4 *Iudices opertam habere faciem, quid. quid ſuſcipere faciem.*

1 Maxima huius ſententiæ obſcuritas. Prima expoſitio. *D. Thom.* *Deus ridens ærũnas,* quid id ſit. Affectio praua mentis oculos obnubilat.

NVnc, vbi ſummus eſt lectionum Hebrææ, Græcæ, Latinæ conſenſus, ſumma eſt in ſenſu difficultas, & in interpretibus diſſenſio. Et quidem primo D. Thom. cum præcedenti riſu ſic connectit; Si ridet Deus, videri quidem poſſet, hominum ærumnas & calamitates per ſe ipſas conſideratas illi placere, tuncque diceretur *terra,* munduſque vniuerſus *traditus,* atque permiſſus *manibus,* & poteſtati *impijſſimi* alicuius, ſæuiſſimique tyranni, qui *operta* atque obnubilata ignorantiæ; aut alicuius prauæ affectionis tenebris, mente, & ratione prauè & corrupte de rebus iudicaret: ſçuiretque in bonos & pios; *quod ſi* huiuſmodi impius, atque tyrannus, qui mundum adminiſtret, *nemo eſt, quis* tandem *erit* mundi rector & gubernator, niſi Deus?

2 Secunda expoſitio. *Eugub.* *Ephe. 6. 12.* Dæmon obuelat oculos iniquorum principum. *Caietan.*

Secundò, Eugub. & alij; Hæc, quæ indiſcriminatim omnibus eueniũt mala, & præſertim quidem bonis, propterea accidunt, quia *terræ* poteſtas permiſſa eſt *impijſſimo* Dæmoni, qui dicitur *Mundi rector, & tenebrarum harum poteſtas;* qui etiã efficit, vt alij Reges, principes, & iudices quaſi obuelatos haberent oculos, cæcè atque ſine diſcrimine vllo de rebus iudicent: & ſic contingat frequenter, vt malè accipiant viros bonos, idque Deus permittit petente, & procurante Dæmone; vel cum Caietano, Deus operit vultum *Iudicum terræ,* id eſt Dæmonum, qui nobis inuiſibiles ſunt.

Tertia interpretatio. Iudices corrupti. *Tygurin.* *Vatabl.*

Tertio, alij de impiorum proſperitate & impunitate ſententiam hanc accipiunt; Qui ſuperbit, & inſoleſcit ſuſcepta poteſtate, & regno dum flagellatur, & vritur pauper, flagellatur vir innocens, & irridetur etiam, ſed quid mirum, cum mundi iudices corruptiſſimi ſint. Tygurina; *Terræ gubernatio impio permittitur, qui faciem iudicum eius obuelat, ſi Deus hæc non agit, cedo vbi alius, qui agat?* Vatablus autem: *Qui omnia impunè facit conniuentibus iudicibus, efficit vt iudices diſſimulent ſe videre ipſius flagitia, neque eſt, qui hoc negare audeat.*

Polychron. *Philip.* *Impius* cuius cognomen. Qui diuina ſcrutetur, cæcutire.

Quartò, Polychron. ad Deum refert; quia innocentes dati ſunt in poteſtatem dæmonis. Philipp. Quia terra meæ carnis, meique corporis permiſſa eſt dæmoni. (is enim antonomaticè *impius* dicitur) quòd, inquam, hoc à Deo fiat, oportet nobis obſcurum eſſe, & minimè exploratum. Illorũ igitur qui audaciùs diuinæ iræ cauſas atque æquitatem perſpicere atque iudicare conentur, *facies* atque oculos *operiri,* id eſt, acri eius rei cogitationi tenebras prorſus offundi. nam hæ ſunt ſublimes Dei cogitationes, & capitis illius arcana mortalibus ignorata. ideo enim ſponſi caput nigerrimis capillis conueſtitum dicitur. *Comæ eius nigræ quaſi coruus,* videlicèt, quòd diuinæ mentis arcana obſcura nobis, & ignorata ſint. non aliter cæleſtes illæ mentes dum diuinam *ſanctitatem* laudant, prætentis *alis,* aut *facies ſuas,* aut Dei ipſius faciem *obuelant,* tum quod Deus ſuæ mentis arcana occultet & abſcondat; tum quòd ipſi angeli non audeant oculos attollere ad diuinæ ſapientiæ occulta perſcrutanda.

Cant. 5. 11. *Iſa. 6. 2. 3.*

Quarta ſententia.

Alij per expoſtulationem quandam interpretantur; Quare terra data eſt in manus impij? quare is impius ipſe faciem iudicum eius operit? quaſi diceret, Hæc eſt dæmonis tyrannis, qui iudicum, & regum terræ, hoc eſt, iſtorum meorum amicorum, qui meæ vitæ iudicium ſuſcipiunt, ita corrumpit atque deprauat, vt nonniſi ſiniſtrè atque corrupte de mea innocentia ſtatuere atque iudicare poſſint.

3 Cõmodior interpretatio

Hinc perſpici poteſt, non tam alicuius certæ interpretationis veritas, quam huius ſententiæ certa atque vera obſcuritas & dubitatio. Si quid vero conferre ad elucidationem poſſit ex enarratis hanc nos huius loci ſententiam componamus; Dum innocens perinde atque impius conſumitur, videri poteſt adminiſtrari terra ab impio aliquo principe, qui nonniſi cæcos atque ignorantes iudices, atque magiſtratus conſtituit; qui omnia iura peruertant, & ius ſuum cuique minimè ſeruẽt. (ideo enim cæcam faciebant fortunam, aut velatam oculos, quòd malis bona, mala bonis indiſcriminatim conferrentur.) Quod ſi Deus neque impius, neque cæcus eſt (omninò enim ſtulta illa vox eſt: *Non conſiderat; non videbit, qui enim finxit oculum non conſiderabit,* neque videbit) Quis alius erit huius erga pios atque impios prouidentiæ rationiſque agendi auctor? Auguſtinus: *Quod ſi non facit Deus iudicium iuſti vel impij, quis poteſt facere?* Veriſſime igitur (inquit Iob) a me dictum fuerit; *Innocentem & impium ipſe conſumit,* occulto quodam iudicio, & arcana ſuæ prouidentiæ ratione. Hæc videlicèt *iudicia* ſunt, quæ ego *timeo,* videlicèt alterum, quo impios diutiùs bonis frui permittis; alterum, quo probos, & nihil mali commeritos diutiùs vexas, & longis ægritudinibus, atque inſolitis ſupplicijs excrucias. Neque valde refert, quod quidam illa vltima verba ad Baldad referunt; Nemo hæc, quæ dico, negare,

Iob 22. 14. *Pſal. 93. 7. 9.* *Auguſt.* *Pſal. 118. 120.*

audebit, niſi tu, ô Baldad, neges. Nam prioris partis ſenſus idem conſtat.

4 Sed illud, quod ad *opertam iudicum faciem* pertinet, poterit ſanè non ſolùm ignorantiæ ſymbolum eſſe, aut inertiæ cuiuſdam, & ſomnolentiæ (nã princeps atq; iudex oculatiſſimus, peruigilque eſſe debet) ſed etiam innatæ cuiuſdam inhumanitatis, atque ſæuitiæ, quæ nolit innocentem oppreſſum & afflictum reſpicere, ne vlla illius commiſeratione tangatur: cõtra quam dictum eſt, *Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram.* Ardẽt enim ira & furore diuini oculi aduerſus eos, qui ſuis oculis, & humanitate pauperes & miſeros non dignantur. Ideo enim intra oculum pupilla eſt, vt intelligant ij, qui munus, & officium oculorũ in rep. obeunt, debere in ſuis præcordijs pupillum, & miſeros quoq; complecti ſumma beneuolẽtia. ſicut econtra reſpicere aliquem, aut *ſuſcipere faciem alicuius* miſericordiæ, beneuolentiæ, reuerentiæ eſt. Tum etiam ſolebant iudices intra cortinas ſe continere, cùm contra reum capitis ſententiam pronuntiabãt. Iudicum quoque illa imago eſt, manibus truncis, velatis oculis, vt incorrupte de rebus iudicaturi ſignificarentur, *non ſecundùm viſionem oculorum*, ſed ex reipſa & veritate. Poterit itaque per opertos oculos ſignificari ſummum ius, ſummaq; iudicij ſeueritas, nulla cum miſericordia, nulla cum humanitate, atque facilitate coniuncta, aut temperata. Quod verò Septuaginta legunt, *Facies iudicum eius operit*, licet ab Hebræo diſſentiat, hunc ſenſum habere poterit; impium eſſe iudicare de rebus ſecundum faciem, & iudicium, vt ita loquar, cadere ſuper faciem, id eſt, ſiſtere in facie hominum diiudicanda; potius quam in aſſerenda veritate. Auguſtini lectio longe aliena, *faciens iudicium eius operit.* Cuius non alium commentarium, quàm ipſius Auguſtini verba ſubijciam; *Faciens ipſius impij iudicium aut iuſti; in hoc enim tempore opertum eſt; aut certè hoc ipſo facit iudicium eius, id eſt, adeo illum punit, quo occultat Deus prouidentiam ſuam vt eſt præ magnitudine iræ ſuæ non requiret, vel eo iuſtum vindicat, quo occultat ei.*

Eccleſ. 4. 5.

Reſpicere, ... ſuſcipe... faciem alicuius.

Iſai. 11. 3.

LXX.

Auguſt.

XXV. Dies mei velociores fuerunt curſore; fugerunt & non viderunt bonum.

1 *Vitæ breuitas ex triplici cõparatione. Curſorem quæ ſtimulare ſoleant. Illuſtrata Sapientia ex Græco.*
2 *Leuitas, & velocitas idem, Vita leuis vt quæ vacua bonis aufugiat.*
3 *Iuſti non perinde ac impij erga vitæ fugacitatem, & vt hæc nõ eodem modo explicari in ſacris ſoleat.*
4 *Quid non videre bonum, viſus inter reliquos ſenſus velociſsimus.*
5 *Cuiuſmodi ſint nomina quæ impij temporali fælicitati imponunt: cuiuſmodi illa, quibus Sapientia explicat. Temporalia vero bona non ſunt.*

1 Ergo (inquit Iob) quamuis benè de Deo, deque diuina prouidentia, atque æquitate ſentiam, licebit mihi tum præſentes ærumnas, atque malorum diuturnitatem, tum præteritæ fælicitatis breuitatem atque inconſtantiam lamentari. Vitæ autem breuitatem triplici ſimilitudine explicat ducta ex ijs, quæ in tribus elementis, terra, aëre, mari, velociſſima ſunt, & dicto citius prælabuntur, Curſore, Naui, Aquila. *Curſor*, qui feſtinat, nunquam conſiſtit, quem timor alicuius periculi declinandi conijcit in fugã, vel aliqua alia cauſa quæ nullas moras patiatur ſtimulet ad currendum. Sic quoq; Sapien. 5. in comparationem adducitur, *Nuntius percurrẽs.* Licet enim in Græco potius ſit nuntium, aut alicuius rei fama prætercurrens, eleganter noſter reddit *Nuntius*, quem tanquam angelum quendam euangeliorum accipiendorum cupiditas pro læto & fælici nuntio vehementer ſtimulet ad currendum, ne alius prior euangelia præoccupet, & famam deferat: quare eleganter Septuagint. habent *Nuntius præcurrens*: Similiterque plurima exemplaria Vulgata. Non ſolùm igitur cucurrerunt, ſed velociſſimè aufugerunt.

Vitę breuitas multiplici comparatione explicatur.

Curſorẽ quę ſtimulare poſſint.

Sap. 5. 9.

Ἀγγελία.

LXX.

2 *Velociores.* Licèt leuitas, atque velocitas tum ex Græco, tum ex Hebræo atque Latino pro eodem accipiatur, nam grauia minime velocia ſunt, leuitas volucris eſt; & leuis armaturæ milites celeriter ſubueniunt: tamen non inutiliter lectio Septuaginta, *Vita mea leuior eſt curſore*, premi poteſt, vt non ſolùm velocitatem, ſed etiam leuitatem illam conſideremus, quæ nihil ex huius vitæ bonis ſecum exportat, quo grauari poſſit, quæ vacua eſt omni pondere, & ſarcina. Non ſolùm igitur *fugiſſe* dicit, ſed nihil illos *boni* aut certe, leuiſſimi detinuiſſe ſignificat. Vaniſſimi, leuiſſimi fuerunt, cum viderentur externa ſpecie pleni diuitijs, & iucundiſſimis voluptatibus, neque tam citò exhauriri euacuarique tantam fælicitatem potuiſſe. Præ ſumma igitur leuitate *fugerunt* cum nihil boni ſecum exportarent, neque vidiſſent, id eſt, experti fuiſſent.

Leuitas & velocitas idem.

LXX.

Cuiuſmodi ſit vitæ leuitas.

3 Sed obſeruat D. Thom. non eodem modo iuſtos, atque impios ſe habere ad res temporales; nam qui illis hærent, & in illis finem ſuum conſtituunt, non fugiunt illas; potius huius mundi proſperitas fugit eos, cum illam amittunt; at qui ad veram alterius vitę fęlicitatem incitatis votis contendunt, hi fugiunt, &, vt D. Thom. verbis vtar, magis pertranſeunt fælicitatem huius mundi, quam pertranſeantur ab ea. argutè & pie: ſolide quoque dictum fuiſſet, ſi perinde ac impiorum eſt illa vox Sapien. c. 5. *Tranſierunt omnia illa*: Iob ſimiliter non dixiſſet nõ ſe, ſed *dies ſuos*, id eſt, proſperitatem ... omnem *aufugiſſe*. & aliquando precetur, *vt reuertatur oculus ſuus, vt videat bona.*

D. Thom.

Diſcrimen iuſti & impij in fruenda vita.

Ergo quod ad rem attinet: vitæ breuitas dupliciter explicari ſolet, aut per noſtrũ diſceſſum, aut per rerum temporalium fugacitatem atq; receſſum. Cum enim illa ſeparatio, quam mors efficit vtrinq; intercedat, idem omnino ſignificatur, ſi dicas, vita me deſeret; ac ſi dicas, abibo ego, deſeramq; vitam. Certe Iob eadem, qua Eccleſiaſtes, ratione hominem fugientem efficit. c. 1. *Generatio præterit, generatio aduenit, terra autem in æternum ſtat.* id eſt, Cùm res aliæ mundiales permaneant, & conſiſtant, tamen ſolus homo rebus omnibus corruptibilibus vanior

Vitæ breuitas quomodo explicari ſoleat.

Eccleſ. 1. 4.

& corruptibilior eſt, vt qui prçtereat, & fugiat velociſſimè, terra, mundo, rebus alijs, boniſq; temporalibus permanentibus. Sic explicat eo loco Hieronymus *Quid* (inquit) *vanum hac vanitate, vt alijs morientibus naſcātur alij, & homo nunquam permaneat, cùm terra, quæ propter hominem facta eſt, in æternum ſtet?* Hieronym.

4 D. Thom. *Et non viderunt bonum.* Diuus Thomas & aliqui Latini explicant; non viderunt illud bonum ſolidum, atq; perfectum, in quod mens humana tendit, & quo homo beatus eſt: vt inde colligat, ſi iuſtorum remuneratio in hac vita eſt, iuſtus ego non ſum, qui in hac vita infælix, & miſer ſum. Sed de hac interpretandi ratione ſępè diximus. Quid *non videre bonum.* Caietan. Caietanus vero nomine *boni* perfugium aliquod intelligit, ad quod diuertere, & confugere, qui fugit, poſſit, dure, & aliene. Nam germana *non videndi bonum* ſententia eſt, nullum, aut certè leuiſſimum experimentū aut guſtū percipere potuiſſe humanæ fælicitatis, vt quæ non verſata fuerit ante oculos diutius. Eccleſ.1.8. Eadem profecto ſententia cū illa Eccleſ. 1. *Non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu impletur.* Vix poſſe hominem de rebus conſpectis iudicare, aut guſtum illarum aliquem capere, quās non niſi in celeri quodam decurſu videre illi liceat, videlicèt currenti; neque illarum auditione, & vocibus frui, niſi fugienti. Et latet quidem in illa locutione, *non videndi bonum* amplificatio quædam huius breuitatis; nam viſus eſt, vt philoſophus dixit, qui facilius meliuſque reliquis ſenſibus de rebus iudicare poteſt; auditus deinde, quaſi dicat; Non modo vitæ huius bona apprehendere, attingereq;, guſtare, aut delibare non potui (nam hæc non omnino ſemper licent, & temporis ſpatium aliquod requirunt) ſed neque, quod maximè facile, quod nemini non licet, quod nulla mora, nullo impēdio fieri ſolet, *videre*. videlicet, *boni*, & fælicitatis conſpectu aliquandiu frui, nō eſt mihi permiſſum. *Viſus* inter reliquos ſenſus velociſſimus. Ar.1.Metap.

5 Sed dum Iob ait, *ſe non vidiſſe bonum*, nō ſolum vitæ breuitatem ſtatuit, ſed nullius boni nomine præſentis vitæ fœlicitatē dignatur. Id quod obſeruatione digniſſimum. & quidem hæc eſt impiorum quædam praui affectus, & voluntatis in bona creata detorſio, vt quantumuis in inferno dicant, *Errauimus à via veritatis*; ſed practicum illum errorem retineant, vt vitæ huius bona breuiſſima quidem atque fugacia fateantur, ſed *boni* tamen nomine ſemper explicent, & ſe adhuc illis inhærere ſignificent. Vitæ huius bona, bona non ſunt. Sap.5.6. Impij temporalibus bonis tanquam perpetuis inhærent. *Tranſierunt* (inquiunt) *omnia illa tanquam vmbra* (Fugax hæc eſt, atque labilis; ſed iucundiſſima eſſe ſolet, prçſertim vbi perfugium eſt, vel in turbine & tempeſtate, vel in æſtu & ſiti, ſicut Iſai. 32. dicitur; *Sicut qui abſconditur à vento, & celat ſe à tempeſtate. ſicut riui aquarum in ſiti, & vmbra petræ prominentis in terra deſerta.* Vmbra fugax ſed iucunda. Iſai.32.2. *Seruus* quoque *deſiderat vmbram*) *& tanquam nuncius percurrens* (nihil lætius lætiſſimo nuntio; quamuis primus ille lætitiæ flos breui marceſcat atque decidat.) Iob.7.2. Sap.5.9.10. *& tanquam nauis, quæ pertranſit fluctuantem aquam* (onuſta quidem mercibus pretioſiſſimis, quarum *procul & de vltimis finibus ſit pretium, quæ de longè portet panem ſuum*, ſed tamen breuiſſimè quoque prætervehitur) Nauis quam afferat voluptatem. Prouer.31.14. *cuius cùm præterierit non eſt veſtigium inuenire, neque ſemitam carinæ illius in fluctibus; aut tanquam auis, quæ tranſuolat in aëre* (liberè vagatur auis nulla cura aut ſolicitudine parandi victus; nam *neque ſerit, neque metit, & tamen pater cæleſtis paſcit illam*; liberæ igitur ſolutæq; omni moleſtia atque labore viuendi rationis ſymbolum eſt, cum etiam dictum ab Eliphaz ſit, *Homo naſcitur ad laborem*, & tamen tu, ò Iob, quaſi humanę conditionis expers videris ad deſidiā, & voluptatem natus, tanquam *auis ad volatum*. Breuiſſimè quoque prætervolat auis) *& ſi in dens per vim itineris aërem commotis alis tranſuolauit, & poſt hoc nullum ſignum inuenitur itineris illius aut tanquam emiſſa ſagitta in locum deſtinatum* (mirabilis eſt enim illa ſagittariorum in collimando, & configendo ſcopo voluptas, mirabilis quoque impiorum cupiditas in attingendo ſuorum deſideriorū ſcopo, aut in ſumenda de ſuis hoſtibus vindicta, configendaq; illorū potentia; ſic enim inter ea, quæ ſummis votis expeti ab hominibus ſolet computatur vltio aut vindicta ſumenda de inimicis. 3. Reg. 3. *Non petiſti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum.* & tamen *ſagittæ* fæliciter ex arcu emiſſæ breuiſſimus iactus eſt) *diuiſus enim aer continuo in ſe reclauſus eſt, vt ignoretur tranſitus illius: ſic & nos nati continuo deſiuimus eſſe, & virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere* (vides hæc omnia nomina boni alicuius atq; iucundi ſpeciem præ ſe ferre) *talia dixerūt in inferno hi, qui peccauerunt*. (ſed Sapientia, illa ab impijs impoſita temporali fœlicitati nomina, minimè probare, cōfirmareue videtur, potius illa corrigit compellationibus alijs verioribus, quæ tum breuitatē, tum inutilitatem omnis boni atque iucundi expertem ſignificent) *quoniam* (certe, aſſeuerantis eſt, & ſuperiora partim corrigētis, partim amplificantis) *ſpes impij tā quam lanugo eſt* (propriè, puluis leuiſſim⁹, qui nulli rei aptus, oculis infeſt⁹ eſſe ſolet) *quæ à vento tollitur: & tanquā ſpuma gracilis, quæ a procella diſpergitur* (quæ præterquam quod vana, & inutilis ſit, à procella excitatur, ab ipſaq; diſpergitur, & comminuitur, ſic vitæ ſuperbia vitæ ipſius faſtus efficit, cū vita quoq; ipſa euaneſcit atque diſpergitur) *& tanquam fumus*, (is lachrymas excutit, obnubilatq́ue lumina, *fumus* enim oculis, ſicut acetum dentibus.) *qui à vento diffuſus eſt; & tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis*. (non quidem viatoris; nam is quiete & voluptate aliqua frui in hoſpitio potuit ſed tanquam memoria ſtabularij, atq; cauponis, quem viatoris memoria leuiſſima nihil omnino delectat. Igitur inquit Iob; *Fugerunt dies, & non viderunt bonum*, in quibus præter breuitatem nihil boni iucundiq; inueniri potuit.

Sap.5.12. Matth.6.26. *Auis* ſymbolum liberioris vitæ. Iob.5.7. Sap.5.12. Voluptas in collimando & ſagittādo. 3.Reg.3.11. Sap.5.15. Bona temporalia quibus nominibus explicentur a Sapientia. *Lanugo* quid propriè. Xr-ui. Vitæ fælicitas *fumus*. Prouer.10.26

XXVI. Pertranſierunt, quaſi naues poma portantes: ſicut aquila volans ad eſcam.

1 *Pertranſire quid propriè.*
2 *Vnde dicantur naues poma portantes, variæ ex Hebræo lectiones & deductiones Piraticæ naues velociſſimæ. Amplificatio breuitatis vitæ.*
3 *Naues poma portātes cur velociſſimæ, vitæ felicitas leuiſſimum fugaciſſimum, immaturum pomum.*

4 *Aquila velociſſima. Vultur triduo antè præſagit cadauera.*

1 הלם

Pertranſire defectum rei euaneſcentis affert.
Pſa. 89. 6.
Cantic. 2. 11.

PErtranſierunt. Non ſolùm dicit abitionem, & receſſum, ſed etiam mutationem quandam, conſumptionemque rei deficientis, atque euaneſcentis. atque hæc ſignificationis vis ineſt Pſalm. 89. *Manè ſicut herba tranſeat.* id eſt deficit, mareſcit, conſumitur. Et Canticorum 2. *Imber abijt & receſſit*, id eſt, defecit, euanuit. Non aliter ergo *pertranſierunt*, diſparuerunt, euanuerunt ex oculis & memoria.

2 אבה
R. Salomon.
Pagnin.
Caiet.
Iſid. Clar.
R. Dauid.
Vatab.
אבה
* Que naugan a plazer con viento largo, como ſe podia deſear.

Quaſi naues poma portantes. In originali, *Naues, ebeh*, de quo nomine cōtrouerſia eſt. Nam Rab. Salomon apud Pagninum, ipſeque Pagnin. & Regia, Caietan. Iſidorus Clarius exiſtimant *Ebam*, vel, *Ebeh*, eſſe nomē rapidiſſimi fluminis in Arabia, qui ſecum ſua rapiditate naues, licèt vltrò currentes impetu incredibili rapiat. Ra. verò Dauid, Vatablus, & alij Hebraizantes vocem illam deducunt à radice, *Abeh*, quod eſt *velle*, aut concupiſcere; vertuntque, *Naues* * *voluntatis, aut, voluntariæ*. id eſt, vltrò & voluntariè currentes, & nauigantes. Vel, vt *volumus* ad nautas referatur, quarum videlicet nautæ vehementer deſiderant celerem nauigationem, vel tempeſtiuè merces ſuas in portum inuehant, vel diſtractis iam mercibus tēpeſtiuè ſoluant e portu; quæ pro illorum voluntate mouentur velociſſime. Symmachus, *quaſi naues feſtinantes* Septuaginta, *Nunquid eſt nauibus veſtigium viæ?* quod ad vitæ breuitatem, ſicut & ille locus Sapient. 5. pertinet, & potuit eſſe vox eadē à radice *aiab*, quod eſt *inimicari*, id eſt, inimicitias aut piraticam exercere. quaſi dicat, Tranſierunt tanquā naues piratarum; aut cum nauibus piratarum & hoſtium. Nam cùm iſtæ onerariæ non ſint, ſed tantum ad faciendam prædam comparatæ, & vel ad aggrediendum, vel fugiendum, leuiſſimæ & expeditiſſimæ ſiunt; tum etiam breui, inopinatoque: ſignificare ergo poterit prædam ſuorum bonorum factam ab hoſtibus. Et quidem poteſt eſſe elegans ad curſorem alluſio, atque etiam amplificatio; qui currit enim, ſiue pedes, ſiue eques fatigari ſolet, & in dies laſſari. At nauis, quæ vltrò nauigat, aut nauigantes, tñ multo celerius atq; cōcitatius feruntur, tum ſine vlla aut laſſitudine, aut quieſcendi, ſiſtendique curſum neceſſitate; comedentes, dormientes, quieſcentes nauigare poſſunt. Non aliter abeunt dies, & fugiunt tempora edentibus nobis atque bibentibus, dormientibus, aut aliquid aliud facientibus. Alij verò, vt Thargum atque Hieronym. deducunt à radice *abab*, quod eſt creſcere, aut fructificare, & ideo dixerunt. *Naues fructuum, aut, poma portantes.* Has enim velociſſimas oportet eſſe vel propter leuitatem mercium, quæ non magni ponderis ſint, vel propter periculum putreſcendi, ſi diuturnior nauigatio ſit. Licet autem hic poſſit attendi ſimilitudo quædam omnium vitæ bonorum, atque voluptatum cum pomis leuiſſimis, fructibuſque, qui tenuiſſima quadã dulcedine, breuique guſtu ſe nobis commendant, quæ minus (inquam) non ſolum ſine flore herba leuiſſima, non ſolùm caducus ſine fructu flos; ſed fructus tandem ſint. Certè eiuſmodi poma fructus ſunt nondum maturi, ſed acerbi, & in prima quaſi germinatione & procreſcentia; hæc eſt enim propria ſignificatio, *eba*, vt ſuprà quoque diximus. Quamuis autem non immaturus fructus, ſed ad maturitatem iam perductum pomum ſit, eiuſmodi tamen eſt, quod niſi velociſſima naui exportari non poſſit, id eſt, quòd cito putreſcat, atque pereat, ſunt enim huiuſmodi vitæ bona fructus illi æſtiui, quos medici fugaces appellant, atque ſaluti incommodi ſunt. Sed hic tamen non tam cum pomis quam cum *nauibus poma portantibus* ſimilitudo ſit.

Symmach.
LXX.
Sap. c. 10.
איב
Piratarum naues velociſſimæ.
Amplificatio fugacitatis vitæ.
Thargum.
Hieronym.
אבה
3
Vitæ fœlicitas pomũ ſeu ſimum & fugaciſſimum.
Vitæ huius fructus acerbi.

אבב

4 *Aquila* velociſſima.
Iſai. 40. 31.
Vultur triduo ante præſagit cadauera.
Plin. lib. 10. c. 9
Plaut. in Truculento.

Et ſicut aquila volans ad eſcam. Aquilarum genus velociſſimum eſt; ſed ad pernicitatem accedit famis ſtimulus, qui multò velociorem volatum efficit. Nunquam quoque volando deficere, indicat id Iſai. 40. *Aſſument pennas, vt aquilæ, current & non laborabunt, volabunt, & non deficient.* Fortè autem de illo aquilarum genere loquitur, quod vulturem vocamus, de quò Plinius lib. 10. cap. 9. ſcribit. triduo ante aut biduo volare, vbi cadauera futura ſunt. cum quo facit illud Plaut.

Vide vt iam, quaſi vulturij, triduo
Prius prædiuinant, quo die eſuri ſunt.

Quare ſignificare poterit Iob ſe ante tempus abripi, & conuolaſſe ad illum mortem multò ante, quam naturaliter mori debuiſſet. videlicèt edentibus in illius corpore doloribus atq; cruciatibus ingentem ſtragem, & iam cadauerinum illius corpus præſagiente, & ſi boſfaciente vulturina morte. Ergò cùm tam breuis vita hæc ſit, tam fugax vitæ fœlicitas, illud rārum de illa dici veriſſime poteſt, *Fuit & non eſt*. nihil enim aliud poſt ſe relinquit, quam quoddam fuiſſe.

Apoc. 17. 8.

XXVI. Cùm dixero: Nequaquam ita loquar: commuto faciem meam, & dolore torqueor.

1 *Variæ interpretationes. indicatur optima.*
2 *Quid ſit commutare faciem. Totus homo in facie. Iuſtorum facies læta, impiorum exuſta, & nigra. Explicatur Salomon.*
3 *Cōmutare faciē, diſſimulantis eſt, explicatur Samuel. Facies aut vultus pro ira. Illuſtratur Ieremias.*
4 *Hebraizantium diſſenſio à Vulgato.*

1 *Philippus.*

QVidam Latini, id quod indicat Philippus, ſic explicant; Si mecum ipſe agam, & ſtatuam ab huiuſmodi lamentis me continere, minimè poſſim, nam ſi verba ſupprimo, torqueor vehementer; cogorq́; ſtatim externa doloris ſigna commutata facie, & vultu præbere. Non multo aliter Tygurina, atq. Vatabl. Si quando dico, præcipioq; mihi ipſi nunuſinodi triſtium querelarum obliuiſci vultuque triſtes deponere, commutareque faciem, rurſus dolore torqueor, & recrudeſcit vulnus D. Tho. aliter, & quidē paulo difficilius; *Si dixero, nequaquam ita loquar*, videlicet, me iuſtū eſſe; ſed me impium fateri; ſtatim *cōmuto faciem meam*, id eſt, verto me ad aliam ſolicitudinē mea peccata inquirendi, quæ me vehemēter torquet. Sed

Tygurina.
Vatab.
D. Thom.
Simplicior expoſitio.

præſtat

præſtat prior interpretatio, à qua Græcorum lectio atque ſententia quamuis nõnihil diuerſa ſit, ſed Hebræo proxima eſt, & elegãtem habet ſententiam.

LXX.

Sic legunt Septuag. *Si loquar tui fuero, obliuiſcar, dum loquor; declinans in faciem ingemiſcam.* Cuius primæ parti duplicem expoſitionem adhibent Olymp. & Chryſoſt.

Olympiod. Chryſoſt.

Si dixero, id eſt, ſi me tueri oratione voluero, *nequaquam ita loquar*, id eſt, doloris acerbitas obliuionem mihi dicendorum, & ſemel cœptæ orationis adducit.

Olympiod.

Vel, quod acutè indicat Olympiodorus; Si dicere pro me velim, nimium ea oratio longa futura erit, nam faciendi hinc mi ſtatim obliuiſcor elatus ſtudio cõquerendi. Sed interpres ſententiam fontis dilucide & fideliter expreſſit; nam pro eo, quod eſt, *Nequaquam ita loquar*, ſubeſt in originali, *Ob iuiſcar ſermonis mei.* id eſt, huiuſmodi querulæ orationis tædium iam relinquam.

Quid ſit cõmutare faciẽ.

2 Eodem pertinet *commutare faciem*, id eſt, triſtem, & lachrymabundã *faciem* cum ſerena frõte, & alacrioribus oculis *commutare*; cordis enim index vultus eſt, totuſq; homo eſt in facie,

Totus homo in facie.
Iſai.3.9.

vt id quod de cordis prauitate dictum eſt Iſai. 3. quòd ſe vultu prodat, *Agnitio vultus eorũ reſpondit eis.* id eſt; facilè ex vultu agnoſcitur, & deprehenditur illorum prauitas; in vniuerſum dici poſſit de quolibet animi affectu, vt ait Eccleſiaſticus cap. 19.* *Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus.*

Eccleſ.19.26.
* El biẽ, o el mal a la cara ſale.
Eccleſ.8.1.
Sapiẽtis frõs exporrecta, & læta.

Sic dicitur Eccleſiaſt. 8. *Sapientia hominis lucet in vultu eius; & potentiſſimus faciem illius commutabit.* id eſt, Sapientiæ beneficio reddi hominis vultum ſerenum, hilarem; cùm tamen ſtultorum atq; impiorũ *facies combuſtæ ſint ſicut nigredo ollæ.* id eſt, obſcuræ atq; triſtiſſimæ.

Facies nigra ad triſtitiam
Iſai.13.8.
Nahum.1.10.
Thren.4.8.

& potentiſſimus quiſq., quamuis magna dignitate atque potentia prẽditus ſit, atque natura ſua toruum habeat vultum, triſtem, minacem, accedente ſapientia emolliet vultum & *faciem illius*, id eſt, ſuum, atque benignum, facilem, gratioſum ſe præbebit omnibus. Non aliter hic Iob cogitabat aliquando de deponenda, ſi fieri poſſet, triſtitia vultus; *& immutanda facie.*

Quid propriè commutare.
עזב

Et rectè cum hac ſententia conſentit verbum originale *commutandi*, quod hoc loco eſt, *ghazab*, & propriè ſignificat dimittere, aut relinquere.

Commutare faciem diſſimulãtis eſſe.
1.Reg.21.13.

3 Poſſet etiã hæc vultus cõmutatio eſſe quaſi diſſimulatio quædam interni doloris. Sicut 1. Reg. 21. dicitur *David commutaſſe os*, vel, vultum ſuum *coram Achis*, quod diſſimulantis ſunt, & ſingentis inſaniam: rectèq; in hunc locum conuenit; Cùm ſtatuo *faciem meam commutare*, iram, indignationem, dolorẽ, quæ ſe vultu produnt, comprimere, & diſſimulare &c.

Vultus aut facies pro ira.
Pſal.33.17.
Thren.4.16.

Vultus autem aut *facies* pro indignatione & ira, aut vultu irato, & indignante frequens eſt in ſacris, Pſalm. 33. *Vultus* (indignabundus, minax) *Domini ſuper facientes mala.* Et Thren. 4. *Facies* (ira) *Domini diuiſit* (ablegauit, expulit) *eos: non addet, vt reſpiciat* (blandè, atq. benignè) *eos.* Illud autem *commutare*, & verba alia præſentis temporis, mentis decretum afferre ſolent, id eſt, *commutabo*, aut ſtatuo commutare; Chaldæus; *Dimittam iram meam.*

Verba præſentis tẽporis mentis decretum afferunt.

4 *Et dolore torqueor.* Maior eſt in hoc verbo Latino interpreti cũ Hebraizantibus controuerſia: nam verbum *baleg*, dicunt ſignificare confortari, aut roborari. quare hoc loco cum Rab. Mardochai alij vertunt; *Et confortabo, vel, roborabo me.*

Hebraizantium diſſenſio à Vulgato.
בלג
R.Mardoch.
Pſal.38.14.
Ierem.8.18.

Et quidem eodem fere modo vertitur Pſal. 38. *Remitte mihi, vt refrigerer*, id eſt, & confortabor. Sed ad planctum noſter interpres refert infra, Iob. 10. *Dimitte me, vt plangam.* & ad dolorem Ierem. 8. *Dolor meus ſuper dolorem.* Quare illam vocis originalis confortationem aut robur Vulgatus ad vim doloris retulit, & ad acerbitatẽ cruciatuum, qui tunc vires ſumebant maiores, atque vehementius torquebant animum.

Vulgat.

Qua etiam ratione videntur etiam legiſſe Septuaginta, *Commoueor omnibus membris.*

XXVIII. Verebar omnia opera mea ſciens, quòd non parceres delinquenti.

1 Timor iſte Iobi ad letalia mala referendus.
2 Quid propriè vereri. Opus de labore, & calamitate. Scientia de experimento.
3 Quid parcere in Hebræo. Innocentem eſſe, aut relinqui à Deo, ad pœnam vel pœnæ abſolutionem. Explicatis Moyſ. 1, & Samuel.

1 Caietanus hoc etiam refert inter ea, quæ apud ſe facere ſtatuerat, videlicèt cauere vel a ſuis querimonijs, vel ab alijs mœrentis dolentiſque animi ſignificationibus, vt aliqua ex parte morem amicis increpantibus gerere videretur.

Caiet.
Ad quid referendus ſit hic Iobi timor.
Latini.

Latini alij ad timorem, religionemque animi, ne quid peccati vnquã admitteret ex diuinæ maieſtatis atque iuſtitiæ timore.

LXX.
Chaldæus.

Sed Septuaginta, Chaldæus, & Hebraizantes omnes ad calamitates & dolores, quos patiebatur hoc modo referunt, Licet mihi ipſi imperare velim, atque etiam coner, vt vel ſileam omnino, vel mitius atque ſubmiſſius ingemiſcam, nihilo tamen mihi melius futurum exiſtimo: namque eiuſmodi ſunt mea mala, vt grauiter mihi ab illis timeam, tum quod letalia ſint, tum quod vehementer ſuſpicer non eſſe mihi à Deo remittenda, cum adhuc condonatis iam doloribus me apud vos innocentem non declarauerit; ſed tanquam cum nocente perſtat agere irrogando & promouendo ſupplicia. Quæ huius ſententiæ expoſitio confirmabitur quidem enucleatione ſingularum vocum.

2
Chaldæus.
LXX.
יגר
Vereri quid propriè.
Iob 3.25.
Pſal.118.39.

2 *Verebar.* Chaldæus, *Timeo.* Septuaginta. *Contremiſco.* & certè, *Iagar*, fere ſemper timorem affert imminentis calamitatis. Vnde dictum eſt ſuprà, cap. 3. *Quod verebar, mihi accidit.* & Pſalm. 118. *Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum.* pro quo Hieronym. dixit *quod reueritus ſum.*

עצב
Opera quid propriè.
Geneſ.6.6.
Iſai.61.3.
Prouer.10.22.
2.Reg.6.8.
1.Par.4.10.
Geneſ.5.29.
Geneſ.3.17.

Opera autem hoc loco ſunt à radice *ghatſab*, quod eſt contriſtari, aut laborare, efficereue aliquid cum labore & anxietate animi: quòd Vulgatus explicat per *dolorem cordis* Geneſ. 6. & *mœrorem ſpiritus* Iſaiæ. 61. & *afflictionem*, Prouerb. 10. & *Triſtitiam*. 2. Reg. 6. & *oppreſſionem*, 1. Paralipom. 4. quare hic *opus*, labor eſt, afflictio, dolor; & quidem *laborem* diurnũ appellare ſolemus, *opus* diei; & *opera* labores eſſe ex Gen. 5. conſtat; *Iſte conſolabitur nos ab operibus noſtris, & à laboribus manuum noſtrarũ.* & Gen. 3. *In laboribus comedes*

ex ea, cunctis diebus vitæ tuæ. quod antea dixerat; *Maledicta terra in opere tuo.* quod ſtatim explicat verbo operandi; *Emiſit eum Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terrã.* Ergo inquit Iob; Quocunque tandem remedio vtar, timendum mihi eſt à laboriosiſſimis operibus, moleſtiſſimis laboribus, doloribus acerbiſſimis, quibus conficior; ſuperant enim omnem remediorum atque medicamentorum vires, & opem:

Scientia ad experientiã.

Sciens ex meo ſenſu, mearum ærumnarum experientia certò mihi perſuadens, nam hęc cognitio non tam mentis eſt, quam ſenſus & experimenti; ſicut & id; *Nunc cognoui.* (re ipſa, & experimento) *quod timeas Deum.* Quod videtur imitatus, atque verbis clarioribus interpretatus Petrus, cùm ait, *Nunc in veritate comperi,* &c.

Geneſ. 22. 12.

Act. 10. 34.

3

נקה

Quid *parcere* in Hebr.

LXX.

Innocentem relinqui, aut eſſe ad pœnam.

Quod non parceres delinquenti. in Hebræo triplex verbum, non mundificabis me, non declarabis innocentem. Septuaginta propriè, & eleganter; *Non innocentem me ſines.* Interpres, vt illuminaret Hebraiſmum, mutauit formã; nam cùm *parcitur delinquenti,* condonatur illi, remittiturq; pœna, ac liber dimittitur, mundus, innocens declaratur, & abſoluitur: Qui ſenſus atq; ſententia paſſim occurrit in ſacro ſermone. 3. Reg. 2. *Noli pati eum eſſe innoxium.* Hebræ. Ne mundes, ne abſoluas eum, ne iudices innocẽtem; Exod. 20. *Non habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtrà.* id eſt; aget cum illo tanquam cum ſonte; non ſinet abire impune. Num. 14. *Auferens iniquitatem & ſcelera, nullumque innoxium derelinquens.* exigit enim ſceleris pœnas. Nahum. 1. *Dominus patiens, & magnus fortitudine; & mundans non faciet innocentem.* tarda licèt, ſed aduenit tamen numinis vindicta. Ergo ait Iob; Non fruſtrà mihi timeo ab iſtis meis ſupplicijs, vt qui intelligam nunquam remittenda ira; neque te, ô Deus, mecum acturum vnquam tanquam cum innocente, ſed ſemper noua & exquiſita ſupplicia à me repetiturum. Similis ſententia. Pſal. 75. *Tu terribilis es & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua.* id eſt; ex quo ſemel iraſci aduerſus aliquẽ cœperis, nemo tibi reſiſtere poterit, nemo deprecari pœnã: nãm cùm ſtatuit puniri, *etſi fuerint Noë, Iob, & Daniel,* atq; amiciſſimi deprecaturi pro populo, *Non eſt* (inquit) *anima mea ad populũ,* vt illum ab exilio reuocem. Quare cùm Sauli comminatur Samuel regni amiſſionem, & ſuæ domus excidium, vt de minis certiſſimis nihil ille dubitaret, ſubiunxit; *Porro, triumphator in Iſraël non parcet; non enim eſt homo, vt agat pœnitentiam.* Triumphatorem appellat, qui rem, quam ſemel inſtituit, nõ dimittit, priuſquam ad exitum perducat. Qui ita cum hoſtibus agit, vt moueat aduerſus illos bellũ, conficiat, tandemq;, triumphet. Cùm me igitur tanquam hoſtem oppugnes (ita inquit Iob) non parces delinquenti, priuſquam de mea vita triumphes.

3. Reg. 2. 9.

Exod. 20. 7.

Num. 14. 18.

Nahum. 1. 3.

Pſal. 75. 8.

Ezech. 14. 14. & 20.

1. Reg. 15. 29.

XXIX. Si autem & ſic impius ſum, quare fruſtrà laboraui?

1 *Variæ interpretationes, inde a vte commodiſſima. Notatur Vatablus. Explicatur Dauid. Humani ingenij ad corporalia bona detorſio.*

2 *Variæ lectiones. Laborare quid propriè. Iudex incorruptus cuiuſmodi eſſe debeat in audienda cuiuſq; defenſione.*

EVgubinus cum Vatablo exiſtimat, hæc dici ad Baldad ſuadentem Iobo, manè conſurgere ad orandum, Si (inquit) impius ſum fruſtra orandi laborẽ aſſumam, nã *peccatores Deus non exaudit*; nec ſit diuina ira reuocabilis. Sed ſenſus atq; ſententia Iobo indigna, tum illud indigniſſimum eſt, quod annotat Vatablus, *verba hæc eſſe hominis à Deo derelicti.* Secundò, D. Thom. & alij cum eo Latini, Si vitæ præteritæ laboribus, & aſſiduo pietatis ſtudio iuſtitiam & ſanctitatem non comparaui, neque coram Deo iuſtus habeor, certè labor & ſolicitudo mea inanes fuerunt, & *ſine cauſa iuſtificaui cor meum.* Sed commodius Philip. Caietanus, & alij, non de culpa, ſed de pœna primam partem accipiunt; Si adhuc mecum agit Deus tãquam cum impio, ſi me dignũ ſupplicio cenſet, quorſum fruſtrà laborem, contendamque precibus pœnarum relaxationem, quam obtinebo nunquam? Vel cum Caietano; Quorſum laborem, atque ſilentium mihi imperem, atque gemitus & lamenta per vim ſummam coerceam, cùm id mihi ad leuandos animi dolores conferre nihil valeat. Vel cum alijs Latinis; Quid mihi ante actæ vitæ labor profuit, ſi ſupplicijs accipior tanquam impius? Similis illa ſententiæ affectus ſignificatio, cùm Dauid recenſet aſſiduâ flagella, & matutinas verberationes. *Et dixi, ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas, & fui* (cùm fuerim) *flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis.* Neque verò hoc dicunt ſancti ex animi ratione & deliberatione, cum illis probè perſuaſerit Sapientia *bonorum laborum glorioſum eſſe fructum:* ſed eo primo, & ſubito quaſi rationis motu humanũ ingenium agnoſcatur, quod mala & calamitates velit in malis numerare. Neque prima ipſa facie aliud bonum, aut pietatis præmium agnoſcat, quam quod ad corporis incolumitatem, & pœnam doloremq; vacandum conferre poteſt.

1

Vatab.

Eugubin.

Vatabli annotatio parũ pia.

D. Thom.

Pſal. 72. 13.

Philip.

Caiet.

Cõmodior interpretatio.

Pſal. 72. 13.

Sap. 3. 15.

Humanum ingenium in bonis illa numerat, quæ corporis ſũt.

Sed quoniam verbum *laboraui*, languorem quendam, & animi defectum afferre videtur, Ioſuæ. 7. vertitur *vexare.* & Iob 20. *luere.* & 3. Reg. 23 *deficere.* Septuaginta ad eum laborem, & cruciatum, quem perfert, hac ratione retulerunt; *Et quia ſum iniquus, quare non ſum mortuus?* Aquila; *Ad quid hoc fruſtrà laboro?* Auguſtinus coniunxit vtrunque. *Quare non ſum mortuus, & laboro?* Cuius is mihi videtur ſenſus eſſe; Si dignus pœna & ſupplicio ſum, propter impietatem, vt mei amici de me ſtatuunt, ſi Deus me tanquam impium accipit, non ſolùm profectò alijs ſupplicijs, ſed extremo vitæ & capitis plectendus eſſem; id quod optabilius mihi atque conducibilius foret. Quorſum igitur laboro in vita hac ærumnoſiſſima? Cur non accedit pœna mortis extrema, quæ me expediat è vitæ laboribus? Cur vexor? cur deficio? cur luere compellor, quæ vel impijſſimus accipere ſupplicia non ſolet? Aliò detorquet Olympiod. ſententiam hanc, piè quidem, ſed neſcio an congruenter; *Emori me præſtabat, quàm impietatem poſtulatis, mo-*

2

Laborare quid.

יגע

Ioſue. 7. 3.

Iob. 20. 18.

3. Reg. 23. 10.

LXX.

Aquila.

Auguſt.

Olympiod.

teriq́ue

temque magis opto, quàm taſtis vexari connubijs, quaſi diuinas leges perfregerim. Sapienter verò obſeruat Philippus hæc verba minime Deo diſplicuiſſe; nam iuſti, & incorrupti iudices minimè aduerſus litigatores indignantur, qui cum iuſtas habeant cauſas, eoſdem iuſtos iudices ad tenorem ac normam legum iuſtitiæq. cōſtringunt: quin potius ſumma benignitate, ac manſuetudine audire dignantur, & quæ pro ſe quiſque affert, attentè & diligenter expendunt, præſertim cum pro æquitate & iuſtitia clamant. Non aliter Iob Dei æquitatis, atque ſummæ iuſtitiæ munus & opem implorat, nam ſuæ vitæ, operumque merita proponit; debitam mercedem poſtulat; innocentiam ſuam tuetur; immeritas pœnas deprecatur.

Philip. *Iudices incorrupti* gaudēt iudicij normam & limites conſtringi.

XXX. Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ.

1 *Huius verſiculi atque ſequentis ſententia.*
2 *Ablutio munditiei ſymbolum. Priſci abluendi ritus quibus putabatur purgari ſcelus.*
3 *Marina aqua ablutio quædam Sacræ. Legis purificationes. Illuſtratus Michæas.*
4 *Ablutio manuum ad innocentiæ conteſtationem.*
5 *Aqua fontana adhibita in ſacris.*
6 *Quid Mundities quid fulgere propriè. quid candor aut albor veſtium in Sacris.*
7 *Manuum ablutio ante preces. explicatus Paulus.*

1 Huius verſiculi atq. ſequentis ſumma.

QVASI ſuis ipſius expoſtulationibus, & conqueſtionibus reſpōdens Iob, & quaſi ex ſuis iam ærumnis, atq. innocentia diuinum ingenium, diuinæq. prouidentiæ rationem in remunerādis iuſtis benè iam perſpexerit; Scio (inquit) quòd quantumuis diligentiſſimè vitæ candorem, & morum puritatem comparare ſtudeam, tamen non ideo pœnarum atque dolorum expers ſim, ſic enim Deus iuſtorum res, præmiaque diſponit. hæc eſt huius verſiculi atque ſequentis ſententia breuiter, & dilucidè propoſita.

2 Ablutio mūditiei Symbolum. Luſtratio ablutione facta. *Macrob. lib. 3.*

Si lotus fuero Non ſolùm externæ, ſed internę quoque munditiei circumlocutio eſt: nam ferè apud nationes omnes antiquiſſimum fuit vti balneo, aut corporis ablutione ad detergendas animi ſordes: & rectè riteque ſacrificandum. Rem hanc confirmat Macrob. quibuſdam Virgilij teſtimonijs, qui accuratè diuerſos ritus ſacrificandi expreſſerit, nam Aeneidos. 2. violatum cum ſe noſſet Aeneas, & multa cæde pollutum, ait:

Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq; penates:
Virg. 2. Aen. *Me bello è tanto digreſſum, & cæde recenti*
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.

Virg. 4. Aen. Et iterum lib. 4. Dido ſacrificatura dijs inferis.

Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha.

Et iterum lib. 6.

Lib. 6. Aen. *Occupat Aeneas aditum, corpuſque recenti*
Spargit aqua * * * *

Et iterum:

Idem ter ſocios pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ.
Luſtrauitque viros * * * * * *

Quare Tullius 1. de legibus. dixit aquæ aſperſione labem corpoream tolli, & præterea caſtimoniam præſtari. Neque ſolùm detergendis peccatis, ſed impetrandis etiam poſtulatis adhibebatur ablutio. de quo eſt illud Perſij. *Cicer. lib. 1. de Legib.*

Hæc ſanctè vt poſcas, Tyberino in gurgite mergis. *Perſ. Saty. 2.*
Manè caput, bis, terque, & noctem in flumine purgas.

Et id quidem ad maximi ſceleris amplificationem adducebatur, tantum ſcelus ablui nō poſſe. Apud noſtrates Bæticos in hanc ipſam rem vulgo iactatur, *No ſe lauara deſta con quanta agua trae Guadalquiuir.* Ouid. quoque. *Amplificatio ſceleris, quod ablui non poſſit. Ouid. 2. Faſt.*

Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis
Fluminea tolli poſſe putatis aqua.

Et illud Catulli de improbo quodam ad Gellium: *Catullus.*

Suſcipit, ô Gelli, quantum non vltima Thetis
Nec genitor Nympharum abluit Oceanus.

3 Ablutio aquæ marinæ ad purgationē quondā adhibita.

Præſertim verò ablutio in marina aqua, purgationi religioſa erat. Vnde illud eſt Ciceronis, de pœna parricidarum, quos in culeum viuos inſui, atq. ita in flumē deijci Romanorum lege iubebatur: *Noluerunt nudos in flumen abijcere, ne cùm delati eſſent in mare, ipſum polluerēt, quo cætera quæ violata ſunt, expiari putantur.* Certè eò potuit alluſio fieri Michææ. 7. pollicente Deo condonationem peccatorum; *Miſerebitur noſtri, deponet iniquitates noſtras; & proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra.* In lege autem multæ erant purificationes, quas Deus fortè inſtituit, vt populum aliarum gentium cæremonijs aſſuetum faciliùs ad mentis puritatem ſectandam adduceret. Atque tum Syris illis ethnicis, tum Iſraelitis huiuſmodi ablutiones fuiſſe in vſu indicat locus ille. 4. Reg. 5. Cū Eliſeus leproſum iuſſit lauari ſepties in Iordane; at ille eam rem contemptui, & contumeliæ ducens, reſpondit, *Nunquid non meliores ſunt Abana, & Pharphar fluuij Damaſci omnibus aquis Iſrael, vt lauer in eis & munder?* Harum autem purificationum ethnicis ſolemnium antè ſuam rem diuinam, meminerūt etiam Tertul. lib. de Bapt. & Arno. lib. 2. contra gent. Ergo dicit Iob ad hanc ablutionum cæremoniam reſpiciens, Quantumuis ad ſacrificia ritè offerenda me comparem, quantumuis omnes expiationis ritus obſeruem diligentiſſimè, quantumuis omni via & ratione animi labes eluere ſtudeam.

Cicer pro S. Roſcio. Mich. 7. 19. *Legis purificationes.* *4. Reg. 5. 12.* *Tertullianus. Arnobius.*

4 *Chryſoſt.* Priſcus mos abluendi manus ad innocentiam teſtandam.

Sed illud tamen, & rectè quidem adducit Chryſoſtomus in priſcis moribus fuiſſe, vt cū probare vellēt cuiuſpiam ſceleris ſocietatem ad ſe nō pertinere, manus lauarent, dicerentq; ſe innocētes eſſe. Sic præcipitur Deut. 21. de occidenda vitula & lauādis ſuper eam manibus, vbi cædis reus ignoratur. Sic quoq. dixit Dauid: *Lauabo inter innocentes manus meas.* Et iterum: *Lætabitur iuſtus, cùm viderit vindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine* (.i. ſanguine, vel propter ſanguinem, vt qui nullam communionem cum illo habuerit. ſic Theodoretus) *peccatoris.* Sic Pilatus quoq; ſuam innocentiā ablutione manuum in aſſertoris Chriſti Ieſu nęce indigniſſima teſtatā voluit. Erit igitur ſententia, Quæcunq. mea extiterit innocentia, & meæ innocentiæ conteſtatio, & comprobatio, atq. licèt inter innocentes

Deut. 21. 6. *Pſal. 25. 6.* *Pſal. 57. 11.* *Theodor.* *Matth. 27. 24*

centes lauem manus, nulliuſq; ſceleris ſocietate me polluerim, &c.

5 *Aquis niuis.* Cùm non valde clarum ſit, quid ſignificent *aquæ niuis*, aliquis non *niuis*, ſed *viuis*, legendum exiſtimauit. Ex illis eſt Marſilius Columna in ſua Hydragiologia ſect. 1. ca. 3. Cæterum *Niuem* tum Hebræi, tum Græci, & Latini omnes ſummo conſenſu agnoſcunt & legunt. Ergo vel intelligit per aquam niualem, aquam puriſſimam, & limpidiſſimam, cuiuſmodi illa eſſe ſolet, quæ ex liqueſcente defluit niue: vel forte reſpicit ad peculiarem aliquem ablutionis ritum, qui in priſco illius temporis more eſſet; non enim omnibus eadem aqua religioſa erat, alijs quidem pluuialis, marina alijs, vel fontana; vt ex ſuperius adductis colligi poteſt, tum ex illo apud Euripidem, Iphigeniæ, cùm duo illi hoſpites ab Iphigenia mactandi deſtinantur, deliberatq́, cum Thoa.

Marſilius Columna.

Euripides in Tauro.

Tho. *Quid igitur agemus, dic, de illis hoſpitibus?*
Iph. *Ritum neceſſitas eſt conſtitutum colere.*
Tho. *Igitur in re ipſa ſacra lotrices & g'a lium ſunt.*
Iph. *Sanctis lauacris primùm ipſos lauare volo.*
Tho. *Fontibus aquarum fluentium, aut marino rore?*
Iph. *Mare abluit omnia hominum peccata.*
Tho. *Sanctius igitur Deæ ceciderint.*
Iph. *Et opinum meum ſic magis benè habuerit.*
Tho. *Itaque ad ipſum templum efflunt fluctus.*

6 *Et fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ.* hic manuum fulgor nihil aliud eſt, quam eximia quædam munditíes, & puritas, fulgida & ſplendida. Quare Septuagin. dixerunt; *Si mundatus fuero mundis manibus.* Et quidem propriè ex Hebræo legitur, Si mundauero in puritate, & munditie manus meas. Nam tum vox illa, quæ videtur reddi ab interprete hoc loco, *mundiſſimum*, videlicet (*bor*) redditur *puritas*. Pſal. 17. *Secundùm puritatem manuum mearum.* & coniungitur cum luce, & ſplendore quodam Pſal. 18. *Præceptum Domini lucidum* (purum, mundum) *illuminans oculos.* Tum etiam verbum (*Zacah*) quod eſt fulgere, propriè eſt, mundare, aut purificare. Sed ea etiam munditíes coniuncta eſt cum candore quodam, atque fulgore; vnde dicitur Exod. 30. *Thus lucidiſſimum.* id eſt, puriſſimum & defæcatiſſimum, pellucidum & *candicans*, & Threnorum 4. dicuntur, *Candidiores Nazaræi niue.* quod non tam ad albedinem, aut colorem, quàm ad candorem & fulgorem, quicunque tandem color illorum eſſet, referendum eſt: eo enim loco nitor tantum cõmendatur, vt patet ex ſequentibus comparationibus. *Nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Sapphiro pulchriores.* Sic etiam, quod dici ſolet, veſtis alba, aut candida ex proprietate Græcæ vocis eſt fulgens aut ſplendida. Nam cum Chriſti Domini veſtes albi coloris fuiſſe minimè exiſtimandum ſit, dicuntur tamen in transfiguratione fuiſſe illius *veſtimenta alba*; & albiora quidem, quàm *fullo poſſet facere*; erant nimirum tota ſplendentia, & ingenti lumine quodà Chriſti Domini corpore, tanquam ex fulgentiſſimo ſole proficiſcebatur, tota perfuſa. Quare verbis commodiſſimis explicatur à Marco: *veſtimenta eius facta ſunt ſplendentia, & candida nimis velut nix, qualia fullo non poteſt ſuper terram candida facere.* & ſimiliter exponitur à Luca. *Veſtitus eius albus, &* (id eſt) *refulgens.* Atque eiuſmodi etiam fuiſſe albam veſtem, qua Chriſtus Dominus ab Herode per ludibrium indutus eſt, non tam albi coloris, quam candidam atq; fulgentem vt Aulæ principibus geſtare mos eſt, Græca etiã illius vox ſignificat. Et vt vno verbo dicam hæ ſunt veſtes albæ; aut candidæ, id eſt, ſplendidæ Actor. 1. Verſ. 10. & Actor. 10. Verſ. 31. Apoc 3. Verſ. 4. 5. 15. & cap. 4. Verſ. 4 6. & cap. 7. Verſ. 9. 13. & cap. 15. Verſ. 6. & cap. 19. Verſ. 8. in his enim locis altera illarum Græcarum vocum, quæ ſplendorem ſignificant, ſemper ſubeſt.

Quid manuũ munditíes.
LXX.
Pſal. 17. 21.
בר
Pſal. 18. 9.
זכה
Fulgere quid propriè.
Exod. 30. 34.
Thren. 4. 7.
Candor non tam de colore, quàm de nitore.
λευκα.
Veſtis alba pro fulgida & ſplendida.
Math. 17. 2.
Mar. 9. 2.
Veſtimenta Chriſti in transfiguratione qualia.
Verſ. 3.
Luc. 9. 29.
λαμπρα

Rem totam hanc ſapienter indicauit Vulgatus, cum hoc loco dixit: *Fulſerint velut mundiſſimæ, &c.* vt de eo tantùm fulgore ageret, quem res mundæ habere ſolent; ſicut infra cap. 15. cum deberet dicere: *Cæli non ſunt* lucidi, aut fulgentes, *in conſpectu eius.* dixit: *Cæli non ſunt mundi,* vt ſignificaret munditiam cum fulgore & lumine coniunctam eſſe. Tum etiam illa particula, *velut*, non minuit, ſed potius ſtatuit veritatem. vt de particula *Quaſi*, aliquando etiam diximus.

Iob. 15. 15.
Particula *velut.*

Manus meæ. Quod de totius corporis aut etiam ſacrificiorum ablutione ſupra adduximus peculiariter quidem ad manuum puritatem obſeruabatur, vt ritè, ac rectè perageretur oratio, tendebantur enim ſupplices ad Deum manus inter precandum, atque illæ quidem mundæ & lautæ. Sic infrà cap. 16. ait; *Cùm haberem mundas ad Deum preces,* id eſt, mundis manibus peractas; & præterquam quod illa manuum eleuatio orantis, aut opem implorantis alijs locis ſit, ſed tamen, quod ad ablutionem pertinet, Sacerdotes ingredientes templum iubebantur lauare manus Exod. 30. atque cum morem in vſu fuiſſe apud Iudæos omnes Ariſteas tradit. de quo vide etiam Phil. li. de Som. cum de Sacerdotis purificatione per aquam & cinerem agit. Qui mos in primitiua quoq; Eccleſia perdurauit, vt indicat Paulus 1. ad Timotheum 2. *Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus.* Quamuis enim puritatem illam ab omni turpitudine atq; flagitio intelligere potiſſimum debeamus, ſed tamen etiam externa illa ablutionis cærimonia præparatas nihil intelligere obſtat. Nam illum ipſum morem teſtantur Clemens li. 8. conſtit. *Chriſtianus lotus oret.* & Tertullianus de oratione ca. 10. Chryſoſ. in Ioan. Homil. 72. & in Matthæum Homil. 52. atq; ex Prophanis idem ipſum feciſſe Marium ſcribit Plutarchus: *Lauit* (inquit) *manus antequam Hecatombas voueret.* Igitur ait Iob; Quamuis mane deprecaturus ſurgam lotis manibus, puram quoque habiturus orationem, omniaq́, pietatis ac religionis munia diligẽter obeam, nihil tamen ad meam incolumitatem proficiam. 7

Manus in oratione abluí, & extẽdí.
Iob 16. 18.
Exod. 30. 19.
Ariſteas li. de 70. interp.
Philo.
1. Timoth. 2. 8
Clem. lib. 8. conſtit. ca. 88.
Tertul. cap. 11. de oratione.
Chryſoſt.
Plutarch. in Mario.

XXXI. Tamen ſordibus intinges me: & abominabuntur me veſtimenta mea.

1 *Sordes vel de culpa, vel de morbo, & pœna. in Hebræo de putredine cadaueris. Tingere quid Hebræum, atque Latinum.*

2 *Veſtis nomine corpus, aut propinquos aliquando intelligi. Scripturæ regula, cùm ſenſus rebus inſenſibilibus tribuitur. Hipocritam abominantur ſua ipſius veſtimenta.*

1 TAMEN *ſordibus intinges me.* Primò de peccati labe & ſordibus. Me reputabis peccatorem. vel, Mecum ages tanquam cum polluto & ſordido; oculos auertes, ac ſi manus ad te tollerem cruentatas, & pollutas ſanguine. Vel cũ Philippo & Caietano, vt ad ſupplicia pertineat; Quamuis ego mundus ſim a culpa, tamẽ pœnis: tamẽ dolorum & ægritudinum ſordibus & ſqualore obſoleſcam; neq; magis mihi præbebis benignas, apertaſue aures, quã ſi ſordidus orarem; ſic quoq; Sept. *Satis in ſorde me tinxiſti.* Explicuit igitur interpres quod obſcurum erat in Originali; *In foueam demerges me.* videlicet in locum interitus & corruptionis, atq; putredinis. Nam (*Schachath*) interitus eſt, corruptio, ſepulchrum; tum etiam macies, & deformitas, ſqualorue faciei. ſic Pſal. 15. *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* & Pſal. 93. *Donec fodiatur peccatori fouea.* Illas igitur ſordes intelliget hoc loco interpres, quas affert ſoualida mors, quæ cum corruptione, & vermibus putreſcentis cadaueris aut cõiunctæ ſunt, aut valde affines. Igitur inquit; Quamuis ego ſiudeam munditiei, dum morior tamen tantum abeſt vt nitidus atq; lautus fulgeam, vt potius videar in cœnoſa aliqua & ſordidiſſima fouea volutatus, atq; *tinctus*, propriè demerſus, infectus. Non ſecus videbor ſordidus, quã putre cadauer, ſanioſum, ſcatens vermibus. Cum vero interpres *Tingere* dixit, bene Latine loquutus eſt, nã *Tingere* Latinis eſt, ꝙ immergere: nã & Poeta dixit:

Sordes vel ad culpã, vel ad pœnam.

Philip. *Caiet.*

LXX.

Sordes in Hebræo quid. שחת

Pſal. 15.10.

Pſal. 93.13.

Tingere in Hebræo. טבל

Quid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles?

Virg. 1. *Aen.*

Ergo vſque ad verticem capitis ſe ſordibus immerſum deplorat.

Et abominabuntur me veſtimenta mea. Hæc cum nuditate mortis atque cadaueris alij coniungunt; Mortem non euadam, nam me demerges in foueam ſepulchri, nudumq; dimittes; *Mortuum enim non decent veſtimenta.* Hæc Vatab. ſed alienè & abiectè. Melius, quod Chryſoſtomus dixit, tam ſum ſqualidus, vt veſtis me habeat odio, atque diffugiat, id eſt: *Non poſſum ob plagarum acerbitatem veſtiri.* Indicat quoq; veſtis nomine intelligi propinquos poſſe; *Optime* (inquit) *pars, ac veſtis corpus, propinqui: ac contingunt, oderũt me.* vel vt veſtis nomine ipſum corpus intelligatur, id eſt: *Ipſum mihi corpus inuiſum, & execrabile euaſit.* Quod Gregorius quoq; eleganter docuit. Illud etiam addit, *More ſacræ eloquij veſtimenta noſtra nos abominari referũtur, quia abominabiles reddunt. Sicut de Iuda dicitur poſſedit agrum, quia poſſidere fecit.* Sed hæc quoq; non omninò leniter decurrũt. Illud ſimpliciſſimum, Tam turpiter fœdeq; ſordeſco, vt ipſa me veſtis abominetur auerſetur, quaſi dedignetur ſordidiſſimũ corpus contingere. ingens profectò ægritudinis, atque ſordium amplificatio, ſicut cum rebus ipſis ſenſu carentibus indigniſſimæ alicuius rei aut ſceleris ab homine perpetrati ſenſus tribuitur. ſic obſeruat hoc loco Philip. quaſi Scripturæ regulam tradens: *Vbi aliquarum rerum expreſſus eſt, dicuntur aliquando in Scripturis ſentire inſenſibilia vt eſt, Si iſti tacuerint, lapides clamabunt, & Maledictus eris ſuper terrã, quæ aperuit os ſuum, &c.* Cùm verò dicitur terra os aperuiſſe, vt Abelis innocentem ſanguinem per ſummam iniquitatem profuſum quodam doloris atq; pietatis ſenſu lamberet ipſa, atque exugeret, ſummum parricidæ ſcelus, & immanitas ſignificatur. Eiuſmodi itaq; (ait Iob) ego ſum, vt ea quibus nullus eſt ſenſus, tantum ſquallorem, putoremq; ſentire & abominari videantur. atq; eò pertinent affectus illi ſiue doloris, ſiue gaudij atque lætitiæ, quibus ardent * Prophetæ, cùm inſenſibilia appellant, & rerum inanimatarum fidem atque ſenſum deſiderant. Illa verò allegoria, quam veluti, primum ſenſum, hîc innenũt quidam Latini, de externis operibus, quibus velut veſtimentis amicitur, & contegitur homo, quæ, cum illis nõ ſubeſt interna ſanctitas, abominari videntur hominem hypocritã, & in vita atq; repugnantia illum ornant; ſicut per ſe non eſt inelegãs, ita in hunc locum non valde conueniens.

Vatab.

Chryſoſt.

Veſtis nomine corp⁹, aut propinqui. *Greg. lib.* 9. *cap.* 19.

Expoſitio ſimpliciſſima.

Philipp. Scripturæ regula.

Luc. 18.40. *Gen.* 4.11.

**Vid. Deu.* 32 1. *Iſai.* 1.2.3. *Regum.* 13.2. *Ierem.* 2.12.

Quid ſit hypocritã abominationi eſſe ſuis veſtimentis.

XXXII. Neq; enim viro, qui ſimilis eſt mei, reſpondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo poſſit audiri.

XXXIII. Non eſt qui vtrunq; valeat arguere, & ponere manum ſuam in ambobus.

1 *Deus poteſt pœnas ab innocente exigere. Reſpondere verbum forenſe.*
2 *Audire forenſe. Arguere quid.*
3 *Vt Iob inter ſe & Deum deſideret mediatorem.*
4 *Manus ad potentiam; & ad ſedus. Dextra amicitiæ ſymbolum. Illuſtratus Iſaias.*
5 *Quis ſequeſter, quis Arbiter, quis Tertius, & vt is ponant manum in duobus. Explicatus ſemel, & iterum Paulus.*
6 *Mirabilis Iobi ſapientia & pietas.*
7 *Chriſtus Ieſus Mediator Dei, & hominum. illius eſt natura humana nuptiæ data fide, & ſanguine confirmatæ. Ipſe patris dextera Prieſt aliquirum.*
8 *Chriſtus ſequeſter. explicati Moyſes, & Iſai.*

DEVS (inquit) mecum agit, & de meis rebus ſtatuit, vt illi collibitum eſt, me neq; diſceptante, neq; contradicente, neque quidquam poſtulante; ille enim homo non eſt, perinde ac ego, cum quo pari ratione poſſim ego agere, & reſpondere poſtulatus. Septuaginta; *Non enim homo ſicut ego, cui contradicam.* neque homo quidem litem criminatoriam intendit homini, niſi alicuius ſceleris illum accuſet; neq; iudex, niſi prius criminis conuincat, atq; condemnet, pœnam ſtatuit; at Deus pœnas ab innocente exigere pro ſua voluntate poteſt; vos igitur reuincam meis rationibus: ſed Deo neque reſpondere, neq; contradicere valeo. dixi ſupra *reſpondendi* verbum forenſe & iudiciale eſſe, tum etiã viri nomen, cùm in Hebræo ſubeſt (*Is*) ad iudicem, & magiſtratum pertinere. 1

LXX.

Deus poteſt pœnas ab innocente exigere.

Reſpondere quid propriè *Vid. ſuper cap.* 9. *verſ.* 12.

2 *Nec qui mecum*, idem repetit per expoſitionem. Deus

LXX.

nem; Non eſt vtriuſq; æquale ius, neq; par agendi ratio, Septuagin. ex Heb. *Vt veniamus pariter in iudicium;* neq; ſuperior aliquis iudex, apud quem prouocatio ſit, qui vtrumq; audiat. *Audiendi* verbum forenſe quoq; eſt, & de auditore æquiſſimo, & incorruptiſſimo dicitur, aut de iudice, qui poſſit eum, qui æquitatem lædat, arguere, & increpare. quare clare reddidit interpres; *Qui mecum ex æquo poſsit audiri.* aut vt congruat cum eo, quod ſequitur, *Nec qui vtrumq; valeat arguere.* In Hebræo eſt, Non eſt inter nos increpans, aut arguens. a verbo quod increpare, & arguere ſignificat, & alteri ſe opponere, & contradicere, quod ſæpe ſuperioris atq; iudicis eſt. vt Geneſ. 31. *Reſpexit Dominus, & arguit te heri.* & 1. Paralip. 16. *Increpauit pro eis Reges.*

Audire verbũ forenſe.

יכח Arguere quid.

Geneſ. 31. 24.
1. Par. 16. 21.

3

Polychron.
Minus commoda interpretatio, & [illegible]

Vtrumque. Polychronius hoc loco *amborum* nomine intelligit Iobum, & illius amicos; atque vtramque horum partem & cauſam, Videlicet Iobi innocentiam, & amicorum accuſationem, atq; illum ex diuinæ bonitatis, æquitatisq; fiducia optare, qui vtramque partem diiudicet; quamuis enim ad ſeueritatem diuini iudicij cauſam ſuam dirigere nolit, neq; audeat cum Deo contendere, tamen certò ſibi ſuadet, ſi Deus publicè, & apertò ſententiam pronunciet, fore vt acriter coarguat amicorum falſitatem, arbitrantium, ob flagitia irrogata eſſe illi ſupplicia. ſed non cohærent hæc cũ præcedente, neq; cõſequente ſententia; nã aperte inter ſe Deumq; ſequeſtrem, & interuentorem planè deſiderat, cui arbitro pareat vterq;, qui etiã pro ſuo munere audiat, interroget, partem minus iuſtã cõprimat, iuſtiori faueat, innocentem abſoluat, & patefacta veritate controuerſiã totam ſua ſententia, atq; iudicio dirimat, quæ omnia *arguentis* verbo continentur Sept. eleganter; *Vtinam eſſet nobis mediator, & arguens, & diſceptans inter vtrumque.* ſed de hoc plura ſtatim.

Iob ſequeſtrum & Mediatorem poſtulat.

LXX.

4

Et ponere manum ſuam in ambobus. vel iuxta originale, *Super ambos nos.* fere omnes interpretes *manum* hoc loco ad potentiam referunt; ſicut & id, *Ponam* * *manum eius in mari, & in fluminibus dexteram eius.* Nam *venti & mare obediunt ei.* Nemo (inquit) ſuperior iudex aut arbiter, qui poſſit Deo, atque homini pariter ſtatuere, atque decernere quid agendum, quid tenendum ſit in propoſita controuerſia, & vi etiam adhibita efficere, vt executioni mandetur, quod æquiſſimum viſum illi fuerit, atq; vtramq; partem intra certos iuris, præſcriptarumq; legum fines continere. Verùm quamuis *manus* potentiam, vimq; contineat in alijs locis, ſed certe cũ verbo *ponendi* iuncta, multo mollior mitiorq; hoc loco redditur. nam *ponere manum*, potius eſt litem cõponere, & controuerſiæ actores ad concordiam, fœduſq; adducere. quare *manum* hoc loco pro dextra accipio, quæ alterius dexteræ in fœdere, & amicitia ſtabiliẽdis iungebatur. Thren. 5. *Ægypto dedimus manum, vt ſaturaremur pane.* & Exod. 23. *Non iunges manum tuam cum impio.* in Hebr. *Non pones manum tuam cum impio.* paullò clarius Septuag. *Non conſenties cum iniuſto* propriè. ex Græco, *Non diſponens pactum*, non coeant in fœdera dexteræ.

Manus pro potentia.
Pſal. 88. 26.
* Tendra mano y deſtreza en enfrenar mar y rios.
Matth. 8. 27.

Ponere manum ad litis diremptionem.
Dextra in percutiendo fœdere.
Thren. 5. 6.
Exod. 23. 1.

LXX.

Sed de dextrarum coniunctione, cùm ſine medio aliquo interuentore fiebat, illud tãtum adijciam, dextram ſicut fœderis, ita & fidei ſymbolum fuiſſe. cuius cum alia, tum illud ex Tacito exemplum habemus lib. 2. vbi de Germanici morte agit, quam amici illius ſe vlturos præſtita fide morib[illegible] iurabant. *Iurauere* (inquit) *amici dextram morientis* [illegible] & Iuſtinus de Dario moribundo ſcribit. *Is enim Rex porrecta manu expirauit, quam vnicum pignus fidei regiæ dexteram ſe ferendam Alexandro dare aiebat.* hinc quibus nulla fœderis ſeruari fides, mendacem dexteram habere dicuntur. Iſaias quidẽ de his qui ſe vana fide & religione idolis obſtrinxerant, ait: *Cor inſipiens adorabit illud, neq; dicet, fortè mendacium eſt in dextera mea.* id eſt, ea religio, qua me obſtrinxi, inaniſſima eſt, & mendacij, fraudiſq; pleniſſima, nulla illi fides ſeruandi fœderis, quod mortuũ, & inanime lignum ſit, hęc igitur coniunctio dexteræ mendax atq; nugatoria. cui ſimillimum eſt id, quod in Antonium dixit Cice. *Dexteræ, quæ fidei teſtes eſſe ſolebant, perfidia ſunt & ſcelere violatæ.*

Cornel. Tacit. lib. 2.

Iuſtin. lib. 11.

Iſai. 44. 20.

Cic. Phil. 11.

5

Sed hæc, inquis, ſine ſequeſtre, ſineq; mediatore faciunt, *qui ponat manum ſuam in ambobus.* Sed age, vt rem hanc quoq; ex antiquitate illuſtremus, producendum eſt Herodoti in Thalia, de Arabum danda, accipiẽdaq; fide teſtimonium. *Arabes* (inquit) *ſeruant fidem inter homines, vt qui maxime, quam in hunc modum dant. Quoties fidem inire volunt, alius quidam medius inter vtrumq; ſtans, acuto lapide ferit volam iuxta maiores digitos ipſorum, qui ſe iam ineunt; deinde ſumpto flocco ex vtriuſque veſtimento iungit eo ſanguine ſeptem lapides in medio poſitos, inter inungendum inuocans Dionyſium & Vraniam. hoc ille idem, qui fit ſequeſter fœderis inter inimicos contrahendi, vadatur hoſpitem aut fortè ciuem, ſi cum ciue res agitur.* Igitur * *qui Manum in ambobus ponat*, deſiderat Iob, nam ſummo iure cum Deo agere neq; vult, neq; poteſt. Vt id, quod in * Hiſpanorum prouerbio eſt, potiores eſſe iniquas pacis conditiones optima iudicis ſententia, aut obtenta lite; videatur expetere. Arbitrum igitur aut ſequeſtrem, qui iudex erat proculdubio, intelligere videtur; eſt enim arbiter, quem iudicem compromiſſarium vocant, quaſi ex compromiſſo a litigatoribus ſumptus, cui prætor diſceptandæ arbitrio ſuo cõtrouerſiæ poteſtatem dedit. quare arbitri in ijs potiſſimum iudicijs nominantur, quæ ex bona fide deſcendunt. idem quoq; *ſequeſter eſt, apud quem* (vt Modeſtinus ait) *plures eandem rem, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt. dictus ab eo, quòd occurrenti, aut quaſi ſequenti eos, qui contendunt, committitur.* Gellius autem dictum putat, quòd eius fidem vtraque pars ſequatur. Iſidorus autem vtramq; nominis rationẽ coniunxit. lib. 10. Etymol. *Sequeſter* (inquit) *qui certantibus medius interuenit, qui apud Græcos (Meſos) dicitur, apud quem pignora deponi ſolent, à ſequendo dictus quòd eius fidem vtraq; pars ſequatur.* Deum proculdubio hoc nomine, & muneris ratione appellauit Paulus, cùm dixit: *Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illũ diem iuſtus iudex.* Iudicem videlicet intelligit, apud quem bona fide pignus, de quo cõtrouerſia eſt, ſeruandum, reddendumq; deponitur, res autem noſtrę, dum in via ſumus, ſub iudice & lite

Herod.

Mos ineundi fœdus apud Arabes.

* No quiere cõ Dios pleytos, ſino paz, y concierto.
* Mas vale mala auenẽcia, que buena ſentencia.

Sequeſter quis.
Modeſtinus l. Sequeſter. 10. ff. de verb ſignif. Paul. l. 6. ff. depoſ.
Gellius. lib. 2. cap. 10.
Iſidor. lib. 10. Etym. Lit. S. μέσος.
2. ad Tim. 2. 12.
Deus ſequeſter apud Paulum.

ſunt, contradicente, calumniante, litem ſemper intendente aduerſario noſtro. ad quam etiam depoſiti rationem reſpexit Tertul. libro

Tertul. lib. de patient. ad finem.

de patient. dicens: *Adeo ſatis idoneus patientiæ ſequeſter Deus. ſi iniuriã depoſueris penes eum, vltor eſt: ſi damnum, reſtitutor eſt. ſi dolorem, medicus eſt, ſi mortem, reſuſcitator eſt.* Sequeſtrem ſe quoq. Moyſes

Deut. 5. 5. LXX.

dicit Deut. 5. *Ego ſequeſter, & medius fui illo tempore* Septuagint. *Medius inter vos & Deum.* ſolebat enim ſequeſter fœderis & pacis ſtabiliendæ conditiones deferre. quare idem videtur eſſe, qui *Angelus* vel internuntius *teſtamenti*, & fre-

Malach. 3. 1. Galat. 3. 20. Iſai. 19. 24.

crris dicitur. Quia vero *mediator* & ſequeſter *vnius* tantum *non eſt*, ſed inter vtramq. partem, ſtat medius, *tertius* dici ſolet. Iſai. 19. quod vero, iſte tangere *amborum manum* ſoleret (hoc enim ad abſolutam loci huius explanationem deſiderari videtur) forte indicatur illo Gal. 3. *Data*

Galat. 3. 19.

eſt lex per Angelos in manu mediatoris. licet enim eo loco *manus* miniſterium, vt frequenter in Scriptura ſolet, ſignificet, deſignetque mediatorem Moyſem, cuius manu & miniſterio accepta a Deo lex illa perducta eſt ad populum, tamen nihil obſtat, quod eiuſmodi miniſterium intelligamus, quod *manu* quoq; *mediatoris* tangentis ambas fœdera ineuntium dextras, olim ſole-

שִׁית

ret. quare hoc loco *ponere* eſt in originali (*Soth*) quod eſt propriè certa ratione & via diſponere, & componere, cum attentione quadam, &

Ponere in Heb. quid.

ſtudio, ſicut imponuntur, & aptantur ornamẽta capiti, aut de induſtria figuntur oculi in aliqua re, aut apponitur cor ad rem contemplandam. Quare hæc *manuum poſitio* ſignificatur futura ſolers, diligens, attenta, nulla iniqua alicuius partis conditione, rectè & commodè in vtramque partem diſpoſita.

6 *Iobi pietas cũ ſapientia.*

Sed duo hic obſeruanda; alterum, quò magis videtur Iob dolorũ acerbitate extra ſe rapi, eò manifeſtius atque ſapientius rem totam in diuinam volũtatem ab omni hominum iudicio reuocat ſecũdum igitur veriſſimã Theologiæ hæc fatetur, & profitetur dogmata; Deus agit pro bona ſua voluntate; Probare nos de

Theologica dogmata indicata à Iob.

bemus, *Quæ ſit Dei voluntas bona, & bene placens, atq; perfecta.* Sola diuina voluntas eſſe debet homini pro lege, atq. ratione; Diuinæ prouidentiæ arcanum, altius, & ſublimiùs eſt, quàm vt poſſit ab homine ratiocinatione, & intelligentia obtineri; Diuinæ maieſtatis amplitudo debet hominem compeſcere ab ſtulta contentione, & liberiori querelarum iactatione; *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.* & eiuſmodi alia, quæ nullo negotio ex Iobi verbis & oratione colliguntur.

7 *Chriſtus Ieſus mediator.* *1. Tim. 2. 5.*

Alterum, quòd non ſolùm deſiderare, ſed prophetare etiam hoc loco Iob videtur *Mediatorem* Dei, & hominum *Chriſtum Ieſum*, qui arbiter eſt, *ponitque manum ſuam in ambobus*. veriſſimus namque mediator eſt nõ ſolùm munere & officio, ſed etiam ſubſtantia ipſa atq. natura, ſic

Aug. 9. de Ciu. cap. 15. & 17. & contra Fœlician. c. 10.

Auguſtinus. 9. de Ciuit. *Quærẽdus* (inquit) *mediator eſt, qui non ſolùm homo ſit, ſed & Deus.* Et contra Fœlicianum arrianum. *Non eſt vna ſubſtantia mediatoris, ne mediatoris diſpenſatione ſubmota, aut Dei tãtùm dicatur, aut hominis filius.* eandem diſertis verbis mediationem ex coniunctione naturarum

Hil. 8. de Tri. Leo epiſt. 38. & 11. ad Iul. Cyril. lib. 1. dialog. de Tri. cum Herm. & lib. 12. Theſ. cap. 10.

in Chriſto docent Hilarius, Leo, Cyrillus: *Mediator hac ratione intelligitur, quia oſtendit in ſe ipſo collatas ac vnitas diuinitatem ac humanitatem.* Epiphanius, Ambroſius, Chryſoſtomus, Theophilactus, Oecum. 1 ad Thim. 2. & ſane hac ratione ſequeſter eſt, *ponitq; manum in ambobus*; nam ipſe *dextera* patris eſt, quam Deus *notam* nobis *fecit*. & quæ *menſa eſt cælos, & per quam Dominus iurat*. &

Epiph. Ambr. Chryſ. Theop. Oecumenius Pſalm. 89. 12. vbi Hierony. Aug. Caſſiod. Iſa. 45. 13. vt explicat Aug. 20. de Ciu. ca. 30. Amb. 2. de fide c. 4. Atha. lib. 3. de SS. Iſai 62. 8. vbi Hieronym. Eccleſ. 36. 7. 4. Aeneid.

quam ipſe *magnificat*. Tum etiã nobis dexteram dedit, cum humanam naturam ſibi copulauit; illa enim in contrahendis nuptijs, & maritali fide promittenda dabatur. vt illud indicat Didonis connubia poſcentis.

Nec te noſter amor, nec te data dextera quondam.
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?

Et illud Phillidis ad Demophontem.

Iura, fides vbi nunc, commiſſaque dextera dextra?

Dexterã datam nuptijs. Ouid. in epiſt.

Nuptiarum autem Dei filij cum natura humana fides, & fœdus celebratarum perpetua & indiſſolubilia fuerunt, & non communi tantùm aliorum more ſancita, ſed firmiori alio & ſanctiori vinculo ſtabilita, videlicet medio regali, eodẽq; puriſſimo Virginis ſanctiſſimæ ſanguine. certe apud Armenos, & Iberos Reges peculiare illud fuit, quod his verbis Tacitus ſcribit: *Mos eſt* (inquit) *Regibus, quoties in ſocietatem coeant, implicare dextras, pollicesq. inter ſe vincire, nodoq; perſtringere, mox vbi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, leui ictu cruorẽ eliciunt, atq; inuicẽ lambunt, id fœdus arcanũ habetur, quaſi mutuo cruore ſancitum.*

Nuptiarum Dei filij cum natura humana perpetuitas.

Reges medio ſanguine fœdera initi. Cor. Taci. li. 12

Sed præterea mediatoris atq; ſequeſtris munus optimè, & incorruptiſſimè præſtitiſſe, habuiſſeq; omnes optimi mediatoris rationes, & proprietates, eleganter Fulgentius in libro de fide ad Pet. c. 2. deſcripſit; atq; plenè & cumulatè id munus obijſſe multis ſacris teſtimonijs teſtatum eſt. quid enim aliud Malachias promi-

8 *Chriſtus Ieſus ſequeſter. Fulgent. Malach. 3. 1. Heb. 9. 15.*

ſit, quam *Angelum teſtamenti*? quem profectò interpretatus eſt Paulus Hebr. 9. cum *Mediatorem noui teſtamenti* appellauit, videlicet, qui conditiones atque leges paſciſcendi fœderis inter Deum & homines, denuntiat, & interpretatur, vt hic internuntius atq. interuentor commodiſſimè dici poſſit Dei & hominum, & noui fœderis atque pacis interpres. quod cum ijs congruit, quæ Exod. 2. & 24. & Deut. 5. & 18. tradita ſunt: cùm enim beneficio illo diuini numinis deſcenſu in montem Synai perterritus

Exod. 20. 19.

fuiſſet populus, dixerunt ad Moyſen; *Loquere tu nobis, & audiemus; non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* vbi manifeſtè diuinę voluntatis interpretem & interuẽtorem ferendi pacti, mediatoremque fieri Moyſen poſtulauerunt: neq; poſtulationem diſplicuiſſe Deo, quod videretur ad *mediatorem* reſpicere *Dei & hominum Chriſtum Ieſum* Deut. 18. explicatur, dicente Moyſe:

Deut. 18. 15.

Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus; ipſum audies, vt petiſti à Domino Deo tuo, in Horeb, quando concio congregata eſt, atque dixiſti. Vltra nõ audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximũ ampliùs non videbo, ne moriar. Et ait Dominus mihi, bene omnia ſunt loquuti; quis det talem eos habere mentem, vt timeant me, & cuſtodiant omnia mandata mea. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrũ suorum ſimilẽ tui. quaſi diceret Deus; Mediatorem cupiunt inter me & illos. pul-

chra quidem atque mihi pergrata poſtulatio; quamuis lōgè illi abſint mente & corde à mea voluntate implenda, quam illis denunciabit medius interpres. ſed quoniam nemo angelorum aut hominum mediatoris interpretiſque munus cumulate præſtabit, Prophetam ſuſcitabo eis de medio illorum veſtitum, naturæ participem, mei quoq; conſortem, qui in medio etiam ſe conſtituat, *pacemq́, denunciet, interficiatq; inimicitias in ſemetipſo*; videlicet non perungens, aut ſacrificans illorum manus, quas tangit, ſed ſuas quidem, ſuoſq; pedes cōfigendos præbens. hic ille *tertius* eſt quem pollicetur Iſaias: *In die illa erit Iſraël tertius Aegyptio & Aſſyrio, benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituum.* non enim ſolùm inter Aegyptios, & Aſſyrios erit firmum amicitię fœdus, ſed inter Deum etiam & homines: nam benedicet Deus Aegyptijs, & Aſſyrijs. quare nos nō ſolum ſuſtentauit manu, potentia, viribus, operibus nihi ſui, ſed etiam; in ſuam nos gratiam recepiſſe, media tanti mediatoris manu, illud indicat Iſ. 41. *Suſcepit te dextera iuſti mei.* Igitur tam pariter ambulant Deus & homo: ſequitur nimiru homo Deum factorem ſuum, quod amicitię & cōfirmati fœderis eſt, ſicut Scriptum eſt: *Nunquid ambulabunt duo pariter niſi conuenerit eis.* videlicet, in vno tertio mediatore, & ſequeſtre, *qui manum ſuam ponat in ambobus.* ſed de hoc non plura.

Nemo angelorū aut hominū perfectus mediator.
Ioan. 14. 27.
Epheſ. 2. 16.
Iſai. 19. 24.
Iſai. 41. 10.
Amos. 3. 3.

XXIIII. Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat.

1. *De Deo nunc loqui Iobum, verior expoſitio.*
2. *Virga calamitas, & flagellum, virga & iugum ſymbolum ſeruitutis. explicatus Iſaias.*
3. *Virga diuinæ iræ, aut etiam benignitatis ſymbolum. Varia inſignia Virgarum priſcis regibus, explicatus Iſaias. Quæ duæ virgæ apud Zachariam.*
4. *Quid terror ex Hebræo. quæ virga ſanguinea apud Prophetas.*
5. *Iobi conſtantia.*

1 *Polychron.* De quo nūc loquatur varia expoſitio

POLYCHRONIVS indicat hæc poſſe referri ad illum arbitrum, quem deſiderat rerum ſuarum interuentorem. quaſi dicat; Si ſemel liberè atq; fidēter loqui p[...]ttar, quicumq; fuerit controuerſiæ arbiter, pronunciabit profecto me innocentem, atque abſoluet his malis grauiſſimis; *auferet à me virgam*, & decuſſo timore bene me ſperare iubebit. Sed Latini omnes, alijq; Græci referunt ad Deum, vt cùm neque arbitrum habeat Iob, nunc in aliud ſe deſiderium verſet. Vtinam (inquit) Deus me loqui permittat, & *auferat à me virgam*, neq; ſuæ maieſtatis potentiæq; ingenti timore me percellat. vel vt ſit aſſerentis, Cum Deus mihi poteſtatem fecerit liberè loquēdi, tunc certè his me malis abſoluet: nunc enim per meos mihi dolores nō licet. quare cum illi videbitur, auferat à me virgam ſuam.

Latini, Græci.

2 *Virga, quid indicet.*
Iſai. 10. 5.
1 Cor. 4. 21.
Iſai. 9. 4.

Auferat à me virgam ſuam. Per *virgam* calamitas atque flagella, quæ virga infligebantur. Iſa. 10. *Virga furoris.* quo etiam modo Paulus loquitur. 1. Corint. 4. *Vultis, vt in virga veniam ad vos.* ſimili ratione quidam accipiunt id Iſai. 9. *Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti.* id eſt, Virgam exactoris, & præfecti operum atq; tributorum, qua ſolebat exactor humeros & terga, ſeruorum præſertim, cædere, ſicut dicitur Exod. 5. *Flagellati ſunt, qui præerant operibus filiorum Iſraël, ab exactoribus Pharaonis.* ſimile id Nahum 1. *Conteram virgam eius de dorſo tuo, & vincula tua diſrumpam* & eleganter Origen. dixit: *Indigent virga quotquot ex credentibus pecudum more viuunt.* verumq; quidem ſeruitutis ſymbolum eſt, & verberatio *virgarum*, & *iugum* atque *vincula*. & fauet originale, quod propriè habet: *Auferat deſuper me.* q.d. Ne mihi impingat flagellum, ne me pulſet, tundatque virga, neque impoſito onere opprimat.

Exod. 5. 14.
Nahum. 1. 13.
Orig. ſup. Pſ. 2
Virgam, & iugum ad ſeruos referri.

Sed fortè commodius hoc loco *virga* pro Regio inſigni Imperatoris, magiſtratus, iudicis, cuius primum quidem vſus in bello fuit. hæ enim illæ ſunt *duodecim virgæ*, ſcipiones ſiue *duodecim tribuum* Iſraël, nos (*baſtones*) vocamus. deinde inſigne fuit cuiuſq; poteſtatis. ſic Exod. 4. *Reuerſus eſt Moyſes in Aegyptum portans virgam Dei in manu ſua.* nimirum diuinæ virtutis & poteſtatis inſigne. ſic dicitur Pſalm. 109. *Virga virtutis*, potentiæ atq; maieſtatis index. ergo (inquit) Iob; Deponat ſceptrum, temperet maieſtatis ſuæ ſplendorem terrificum, quod ſequentibus verbis exponit.

3 *Virga inſigne magiſtratus.*
Duodecim virgæ magiſtratuum inſignia.
Exod. 4. 20.
Pſal. 109. 2.

Sed obſeruandum virga atque ſceptro ſolere Deum tum iuſtitiæ ſeueritatem, atq; acerbitatem vindictæ, tum benignitatem atque manſuetudinem ſignificare; id quod ſolenne fuit Regibus, vt ſceptris Regijs aut terrores minaſque, aut pietatem ſignificatas præferrent. Lydię quidem Reges ſecurim pro ſceptro ferebant, vt Plutarch. ſcribit. ſimiliterq; Labradæus Iupiter in Caria ſceptri & fulminis loco ſecurim geſtabat, eodem auctore. eademq; fuiſſe deorum Babyloniorum inſignia in ſua illa Epiſtola Ieremias meminit: *Sceptrum autem habet vt homo, ſicut index regionis, qui in ſe peccantem nō interficit. Habet etiam in manu gladium & ſecurim.* & eo fortè alluſum fuerit à Dauide Pſal. 2. *Reges eos in virga ferrea.* id eſt, in ſceptro ferrum & gladium præferente, atque mortem & ſanguinem minante. at non dij, ſed Reges Babylonij ſpecie quidem multò clementiores: nam, vt de illis Herodotus ſcribit, *Geſtant ſceptrum affabrè factum, cui ſuperſtat aut malum, aut roſa, aut lilium, aut aliud quippiam, nam abſque inſigni geſtare ſceptrum ipſis nefas eſt.* Certè Tarquinius etiam Priſcus. V. Romanorum Rex inter alia regia inſignia quibus donatus fuit ab Hertruſcis, Sceptrum accepit, geſtauitque eburneum in ſummitate habens Aquilam, vt Romanæ hiſtoriæ Scriptores tradunt. iam igitur ſeueriſſimus Deus geſtat gladium, aut ſecurim, videlicet virgam ferream, cùm Scriptum ſit: *Reges eos in virga ferrea.* iam verò ſceptrum cui ſuperſtat pomum, aut liliū, aut roſa, vt diſertis verbis tradidit Iſa. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice* (id eſt, de ipſo trūco, & calamo) *eius aſcendet.* vt malo quaſi nos petens, ad amandum alliciat, & flore atq; roſa iucundiſſimam bonis omnibus ſub tanto principe pacem atque vitam polliceatur. Hæc ſane eſt illa

4 *Virga diuinę vindictæ Symbolum, tum etiā benignitatis.*
Varij in geſtandis ſceptris priſcorū Regū ritus.
Plutarch. in Proble. 15S.
Baruc. 6. 13. 14.
Pſal. 2. 9.
Herodo. lib. 1.
Dionyſ. lib. 3.
Tit. Liu. lib. 9
Plut. in Rom.
Iſai. 11. 1.

Zach. 11. 7. duplex Zachariæ vatis paſtorem agentis, virga, altera quam *vocauit decorem; altera, quam vocauit funiculum*; per *decorem*, poma, flores, lilia; per *funiculum*, dolores cruciatus, verbera, acerbitates omnes intellige. alteram igitur *auferri* à ſe *virgam* petit Iob; terretur enim vel ſolo aſpectu; timet ſecurim; horret gladium; funiculum fugit; amat verò decorem, poma, flores, atque huius ipſius *ſummitatem* poſt tantas ærumnas *exoſculari* admotis ad os & nares pomis & roſis, quæ in virgæ faſtigio eminent, ardenter cupit. *Virga* (inquit) *tua & baculus tuus, ipſa me* iam tandem *conſolentur*, langueo enim, illam ſi auferas, hanc vero ſi admoueas, *fulcies me floribus, & ſtipabis me malis.*

Quæ duæ virgæ apud Zacha.

Eſth. 5. 2.

Pſal. 22. 4.

Cantic. 2. 4.

5 *LXX.* *Et panor eius non me terreat.* Septuaginta; *Timor eius non me tranſuerſum agat.* Poterit eſſe præcedentis expoſitio, vt *panor* ſit pauenda, & horrifica virga, & formidandum ſceptrum. nam vt ex dictis conſtare poteſt, fuere etiam ſceptra, & virgarum inſignia ad terrorem exquiſita, & comparata. Cuiuſmodi fuiſſe videntur virgæ illæ ſanguineæ, aut potius cruentæ haſtæ, quibus Feciales, nimirum ſacerdotes, penes quos belli, & pacis diſciplina erat, bellum indicturi vtebantur, quaſi atrox, & cruentum bellum minarentur. & virgæ etiam ſanguineæ, quas lictores magiſtratibus præferebant, & quibus iubentur cædi parricidæ, vt terrori & horrori eſſet cruentus color. Vel ſi non iam de virga terrifica loquatur, fortè dicet ne pro ſua abſoluta, & libera ab omni lege ordinaria, poteſtate, ſummoque imperio ſecū agat, ſed ex ordinario & conſueto ſuæ iuſtitiæ, atque prouidentiæ præſcripto & lege; quaſi dicat; Omnium legum conſuetudinem, & terminos prætergrediuntur mea hæc ſupplicia, atque calamitates. Certè, quod Septuaginta dixerunt, *Timor eius non me tranſuerſum agat*, Olympiod. ex Græco (*Strobito*) explicat. *Non me ſtranguler, circumagat, percellat.* & certè ex vi Hebrææ vocis eiuſmodi *terror* eſt, qui hominem exagitat, & quaſi extra ſe conſtituit; ab eadem enim radice dicitur. 1. Reg. 16. *Exagitabat eum ſpiritus nequam* ergo inquit Iob, *Panor eius non me exagitet*, loqui enim aut dicere pro me non poſſum. quare ſubdit.

Virgæ ſanguineæ.

Modeſt. l. vlt. ff. ad l. Pompe. de paric. Cic. Pro Roſcio. Pl. lib. 19. c. 10.

Olympiod.

ſpoßiτω.

בעת

1. Reg. 16. 14.

XXV. Loquar, & non timebo eum. neque enim poſſum metuens reſpondere.

6 IN ſecunda parte legunt Septuaginta; *Non enim ſic conſcius ſum laborans animo*, quaſi dicat; Non ſic deficio & concido animo, ſicut me videtis corpore. ſenſus contrarius potiùs elicitur ex Hebræo. nam proprie dicas; *Non ſic ego mecum.* Vatab. *Non ſum talis qualem me eſſe putatis*, ſed potiùs noſter per paraphraſim; *Non poſſum metuens reſpondere* ſenſu acerbiſſimo dolorum & diuinis terroribus vix mei ſum, aut verborum compos.

LXX.

Iobi conſtantia cum acerbiſſimo dolore.

Vatabl.

NOTATIO RERVM INSIGNIORVM, QVAE in commentarijs fuſiùs explicantur.

a Particulam, verè, eſſe iurandi formulam, & quæ illius vis in ſacro ſermone, quædam ad ſcripturarum intelligẽtiam. v.2.n.2.

b De numeris, & de vnitate, & Millenario ex ſacris & prophanis, tum ad huius loci, tum ad aliorum expoſitionem, peculiaria quædam. v.3.nu.3.

c Vt inſit Sapientiæ ſua vis ſuaque fortitudo peculiaris obſeruatio. v.4.nu.3.

d Quæ ſit hæc mõtium tranſlatio, & vt frequenter in ſacro ſermone vſurpetur, vbi de diuina potentia in excitandis tempeſtatibus agitur, copioſiùs tractatur. v.5.a. nu.2. vſque ad 6.

e Qualis ſit hæc terræ commotio, & vt minimè accipi poſſit de motu aliquo terræ naturali, aduerſus noſtri temporis non neminem interpretem, diſputatur. v.6.nu. 1. 2.

f Quæ ſint terræ columnæ paulò accuratiùs exponitur. v.6.n.3.4

g Vt ſtellæ ſigna & libri alicuius

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

AVDIVIT ſanè Iob inter alia ſcelera, id quod grauiſſimum eſt, diuini numinis contemptum ſibi à Baldad attribui. Ergo cõſtanti, grauiſſimaque reſponſione, atque minimè perturbatè ex argumentantium & reſpondẽtium lege quibuſdam annuit, quædam verò negat. Valde (inquit) mihi, ô amice Baldad, exploratum eſt, id quod auſim tibi a iuramẽto affirmare, firmam, fixamque apud me ſemper extitiſſe, diuinæ æquitatis & prouidentiæ fidem; ac me ne cogitaſſe quidem de mea innocentia & ęquitate inſolenter iactanda, ſed præclaro meæ conſcientiæ teſtimonio erectus, à corruptis & temerarijs hominũ iudicijs ad incorruptiſſimum iudicem conſtanter prouocare audeo; quamuis ſatis ſciam coram illius ſupremæ ſanctitatis luce clariſſima & fulgentiſſima omnem humanã iuſtitiam velut tenuiſſimam lucernã obſcurari.

Quod ſi imbecillus homo voluerit cum potentiſſimo, & ſanctiſſimo iudice cõtendere verbis, interrogationibuſque & reſponſionibus, nemo erit, neque b vnus quidem inter mille, qui ad diuina interrogata & quæſita, vel vni ex mille obiectionibus ſatisfacere, vel a minima ſe parte tueri poſſit. Neque verò Deus pro ſua maieſtate dignabitur viliſſimo homuncioni, quamuis mille interrogationibus pulſanti illius aures, vel ad vnã tantum reſpondere.

Quis enim ſine ingenti temeritate congredi audeat cum Deo fortiſſimo, atque ſapientiſſimo? qui ſicut virium robore, ita ſanè ſapientiæ & argumentandi, atque reſpondendi certamine infinitis partibus omnem creatam vim ſuperat. Verùm enim verò c nihil in magna illa vi, atque ſupremo numine eſt, quod virtute & efficacitate plenum non ſit. * Quis igitur acerbum, aut rebellem ſe illi exhibuit, aut bellum illius voluntati & conſilijs indixit, qui tãdem victoria potitus inſoleſceret? nemo profectò, qui aduerſus Deum obdurauit, abijt impunè.

Et vt ex infinitis pauca quædam mea tenui oratione de illius ſapientia atque poteſtate enumerando percenſeam, ſolet ille in d montibus firmiſſimis ſuarum virium ſpecimẽ aliquod præbere; cum efficit, vt ex inſita illis naturæ lege paulatim imminuantur. Poteſt etiam ſubito alio transferre ex ſuis ſedibus conuulſos, aut iacto fulmine findere, & in fumum, fauillamque redigere: aut ingenti terræ commotione hiatum & voraginem horrificam efficere, qua illos in ipſa occultiſſima abdat terræ viſcera.

Sunt nimirum etiam mirabiles e terræ alioqui firmiſſimæ, & ſtabilis, inexpectatæ commotiones, repentiniique tremores, quos ille pro ſua poteſtate efficit: nam vel nutu Olympum tremefacit; ſaxa rupeſque diſcindit; terrificas tonitruorum voces edit; ipſas terræ partes infimas, & maximè f ſtabiles, quæ reliquum terræ pondus impoſitum inſtar columnarum ſuſtinere videntur, quatit, & nutare facit. Quæ omnia tum hominibus nihil tale ſuſpicantibus, montibus etiam firmiſſimis nullum imbecillitatis ſignũ præferentibus, ſubitò & inopinatò efficere ſolet, non hominibus ſolum, ſed inanimis etiam rebus iratus & indignans.

Si velit, poteſt ſanè viciſſitudinem etiam ortus & occaſus tollere, atque ſoli præcipere, vt in certa quadam regione commoretur: aſtra etiam obſcurare, vt minime luceant. Vt enim prætercam quotidianam orientis, occidentiſque lucis viciſſitudinem, certè iam ſe in vicina Aegypti regione, non multò ante mirabilem ſe præbuit vis diuina, cum offuſis impiæ illi nationi triduanis tenebris, viſus eſt ſoli præcepiſſe, ne amplius oriretur: Quid quòd ſæua tempeſtate excitata, cum horrifico nubium atrore interdiu ſolem obſcurat, & ſub craſſiſſima caligine, lucentes ſtellas quaſi incluſas aſſeruat, ſuæ potentiæ, & maieſtatis g velutì ſtemmate, ſignoque munitas? Sed quid non faciat ter-

CAPVT NONVM.

1
Et reſpõdens Iob ait:

2
Verè ſcio, quòd ita ſit, & quòd non iuſtificetur homo compoſitus Deo.

3
Si voluerit cõtendere cũ eo, non poterit ei reſpondere vnum pro mille.

4
Sapiens corde eſt, & fortis robore.
* Quis reſiſtit ei, & pacem habuit?

5
Qui tranſtulit montes, & neſcierunt hi quos ſubuertit in furore ſuo.

6
Qui cõmouet terrã de loco ſuo, & colũnæ eius cõcutiuntur

7
Qui pręcipit ſoli, & non oritur:
& ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.

veluti characteres ſint, atque de huius tranſlationis ratione nonnulla. v. 7. nu. 2. 3.

rarum & cælorum ſupremus dominator, qui illorum immenſam capacitatem explicuit, ſoloque verbo longè, lateque diduxit; tum etiam aeris immenſitatem, quæ concipiendis nubibus atque tempeſtatibus valde opportuna regio eſſet, quoquò verſus expandit, & inſtar militaris tentorij conſtituit, in quo ipſe potentiſſimus dux, atque ſupremus Imperator ſtationem ſuam figeret, exercitumque produceret inde conflicturus cum hoſte, atque ſuperbiſſimos terrigenas compreſſurus. Nihil præterea non ſubijcit ſuæ dominationi: nam ſuperbientis maris extollentiam proculcat, fluctuum elationem, tumoremque comprimit, atque ita pro arbitrio ſuo moderatur, vt nunc fluctus componat, nunc extollat & concitet.

8
Qui extendit cælos ſolus:
Et graditur ſuper fluctus maris.

Atque ad hos mirabiles ciendarum tempeſtatum affectus, & rapidiſſimas concitatiſſimaſque ventorum eruptiones opportunis quibuſdam adminiſtris vtitur, inſitis videlicet quorundam ſyderum, & conſtellationum viribus, nimirum Vergiliarum, Pleiadum, Arcturive ortu; cùm hæc non ſine procelloſo grandine emergant. Eſt tamen *h* Arcturi vis maior atque diuina, cuius euitandæ facultatem mortalibus ademit Deus. Neque minùs mare ac terras tempeſtatibus perturbat turbulentus ille & inconſtans Orion, qui Nouembri furit. Nec non etiam Hyades, aut Suculæ triſtes & nimboſæ; & præterea, quæ circa polum antarcticum ſunt, mirabiles aliæ ſtellæ & ſydera, quæ nobis ſub altero polo degentibus occultantur, atque occultis etiam virtutibus pollent ad auſtrales, nimboſoſque ventos immittendos.

h Tum de alijs conſtellationibus, tum verò de Arcturo, & de ea, quæ apud quoſdam dicitur Vrſa maior, plura ex prophanis. v. 9. nu. 2. de alijs verb. nu. 3. 4. 5.

9
Qui facit Arcturum & Oriona:
& Hyadas:
& interiora auſtri.

10
Qui facit magna, & incomprehẽſibilia, & mirabilia, quorũ non eſt numerus.

Et vt multa vnico verbo complectar, plura alia magnificentiſſima effecta, atque humano captu longe ſuperiora admiratione que digniſſima metheora edit, quæ nullo oculorum ſenſuumve iudicio inueſtigari à mortalibus queunt. Multa enim fiunt diuina virtute ante oculos noſtros, multa quoque fieri deſinunt, quorum ſupremum auctorem Deum, vel opus inchoantem, vel ab opere ceſſantem, neque obſeruamus neque agnoſcimus. Quid quod cum iratus, benignuſve, aut beneficia confert, aut ſupplicio afficit, cùm illi grati ſumus, aut infenſi, cum varijs denique rationibus ad nos *i* accedit, aut recedit à nobis, planè ignoramus, atque vel ex ipſa ratione, cum illo depugnandum nobis non ſit, quòd ſimpliciſſimum ſpiritum neque nos adorientem & aggredientem, neque à nobis diſcedentem, & referentem pedem ſentire poſſimus; & cùm iudex ſapientiſſimus, ſolertiſſimuſque ſit, ita de noſtra cauſa, actionibuſque inquirit, vt veniens, aut abiens à nobis ignoretur.

11
Si venerit ad me, nõ videbo eũ: ſi abierit non intelligam.

i Vt ſit varia interpretandi ratio huius diuini acceſſus, & receſſus, & vt hinc elici poſſit aſſertio incertitudinis noſtræ gratiæ. v. 11. nu. 2. 3.

Si pro ſua igitur poteſtate abducere, diripereque velit, ſi vaſtare & perdere, ſi vertere atque inuertere omnia, quis efficiet, vt reducat, reſtituat, conuertat? aut quis eum a propoſito reuocabit? Si imperatum aliquem ſubita *k* interrogatione præoccupet, aut quæſtione iudiciali examinandum ſuſcipiat, quis poterit ſe innocentem oſtendere, aut tutis ſe ab obiectis criminibus purgare? Præſertim cum nullum habeat ſuperiorem iudicem, qui latæ pronunciatæve ſententiæ rationem ab illo exigere poſſit. Quidquid ille de nobis ſtatuat, patienter ferendum eſt, atque ſceleribus noſtris tribuẽndum.

k Vt ſit hoc Interrogãdi *verbum forenſe, & iudiciale, quadam ex ſacris, & prophanis. v. 12. nu. 2. 3.*

12
Si repẽtè interroget quis reſpondebit ei? vel qs dicere poteſt, Cur ita facis?

Cum enim indignationem aduerſus mortales concipit, nullius metu increpationeve iram remittet; nemo ſe illi opponere audebit: cùm etiam humiles atque ſupplices ſe illi præbeant potentiſſimi quique, & niſi ipſe comprimat ſuum furorem, proculcabit procul dubio omnem creatam *l* potentiam, ſiue angelorum, qui res inferiores adminiſtrant & procurant, ſiue Dæmonum, qui tenebrarum poteſtates ſunt, *m* ſiue ſanctorum etiam hominum, qui ſe ante numen diuinum proſternunt, & ſuis precibus impios ſuis humeris ſuſtentare videntur; ſiue regum & principum, qui ſupra ſe ſubditorum onus impoſitum geſtant; ſiue præſtantiſſimorum atque ſuperbiſſimorum quorumvis hominum, qui criſtas erigunt, & ampullas proijciunt, & certiſſimam opem alijs miſeris laborantibus polli centur.

l Quorſtnam circumloquutio ſit Portare orbem, *paulò ſuſior, & accuratior conſideratio. v. 13. à nu. 3. vſque ad 7.*

m Vt ſancti velut columnæ firmiſſimæ reliquum populum ſuſtineant, ſuarum precum præſidio precum. v. 13. nu. 4. De regibus etiã & principibus, qui impoſitos ſubditos portare videtur. num. 5.

13
Cuius irę nemo reſiſtere poteſt: & ſub quo curuantur, qui portant orbem.

14
Quantus ergo ſum ego, vt reſpondeã ei, & loquar verbis mecum eo?

Hæc cum mihi ſatis perſpecta ſemper fuerint, nunquam ſanè

meo

meo animo finxi, vt vos mihi affingitis, me à Deo exiguitatem, & imbecilliatem opponere, aut obſtinatè cum illo cōtendere, & ex æquo illi reſpondere poſſe: cùm neque ſatis dignam tanto numine deprecationem, beneque accuratam & compoſitam orationem afferre poſſim. Quamuis enim iuſtus ſim, ſummo mihi iure cum diuina maieſtate agendum non eſt, nam cum meum ipſe ius atque innocentiam probare voluero, quaſi nimiū inſolens repellar à Deo. Tantùm igitur, nulla meæ innocentiæ habita ratione ſupplicem me illi offeram, & ad illius gratuitam miſericordiam rationes omnes meas reuocabo. Et quidem meis precationibus non multum tribuo, cùm non pauca requirantur, vt perfectæ & Deo gratæ exiſtant, atque efficacitatem impetrandi habeant. & quamuis Deus pro ſua bonitate & clementia me inuocantem & deprecantem exaudiat, tamen is ſum ego, tamque in deprecando languidus, vt vix de me credere poſſim, exauditum iri. Tum etiam cum poſt exauditas preces perinde habeam, atque antea, illeque pro ſua maieſtate non dignetur me vllo externo ſigno ſuæ beneuolentiæ, certo mihi conſtare non poteſt, an exauditus fuerim.

Licet enim orandi atque ſacrificandi ſtudium mihi nunquam defuerit, nunc quoque frequentes preces adhibeam, non ideo non ſeuerè mecum ille agit, irati enim inſtar, turbine immiſſo, coactaque tempeſtate ex multis interrogationibus & ærumnis, quaſi tonitruis, fulguribus, fulminibus me obruet, & opprimet. & quaſi per occultas inſidias, turbine & caligine tetræ alicuius tempeſtatis me inuoluet, multiſque perinde ac magnis vulneribus me proſcindet, atque ingentibus animi doloribus excruciabit, abſque eo quòd vllam mihi meorum ſuppliciorum cauſam ille exponat: cumque nihil denuo cōmeruerim, fruſtra me affliget; nihil enim attinebat Deum his cruciatibus de me periculum facere, nam ante cruciamenta me præclare nouerat.

Nihilominùs me tamen ille tam grauiter afficit, vt reſpirare non poſſim; præter animi enim anguſtias, pulmonis & arteriarum aditus obturati & præcluſi, neque reddere, neque recipere ſpiritum ſatis poſſunt, quem cum frequentia & repetitione ſupplere conor, commoto & concitato pectore, & corde anhelo. Cibat me igitur Deus ad ſatietatem & nauſeam, vſque acerbiſſimis doloribus, atque omnis generis ærumnis, quæ humano ſenſui acerbæ & *n* amaræ exiſtere poſſunt: quare, vt qui amaritudinibus impletus ſim, bilioſos quoſdam atque moleſtiſſimos animi motus ſuſtineo, ſtimulorque ad vomendum multa, quæ dolens inuituſque promo.

n Qualis ſit huiꝰ amaritudinis ad animi ægritudines tranſlatio, & de repletione & nauſea animi, quædam. v.18.v.4.

Poteſt verò ille de me ſtatuere & decernere, quod libeat; cùm tanta poteſtate ſit, & omnes creaturarum vires longiſſime ſuperet. Quod ſi iure & iudicio cum illo agere velim, illius æquitas incorruptiſſima me facilè reum peraget; ac nemo ſane volet pro me contra Dei prouidentiam teſtis in mea cauſa eſſe; quare etiamſi ille vellet mecum in iudicium deſcēdere, nihil proficerem, nemo etiam certum & definitum locum aſſignabit, in quo meū iudicem conuenire debeam, & ad illius ſubſellia cauſam meam tueri. Nemo tandem pro me cauſam dicere volet, neque patronus eſſe: pugnabunt potiùs contra me omnia pro ſuo creatore.

Quod ſi deficientibus teſtibus, patronis & aduocatis, velim ego pro me cauſam dicere, meque innocentem in iudicio defendere, ipſum meum teſtimonium incredibili audaciæ & inſolentię tribuetur, qui tam liberè coram tanto numine loqui nō dubitem; aut certè mēdacij damnabor, vt qui veriſſimo & incorruptiſſimo iudici vlla ratione contradicere, & me ipſum ſordido ſane præconio, *o* meo ipſo ore commendare videar. mille itaque dabo verborum & ignorantiæ lapſus, quòd neſciam quibus verbis, aut qua dicendi formula me tueri debeam. Itaque cum meæ vitæ atq; morum integritatem & perfectionem oſtendere aggrediar, aut ex ipſis meis verbis prauitatis alicuius arguar, aut ipſe Deus me redarguet, vt qui ſanctiſſimus ſit; aut ille idem, qui mearum actionum Dominus eſt, multa deprehenderit, quæ ſibi diſpliceant, quamuis ipſemet mihi valde placuerim.

o Vt laus in ore proprio ſordeſcat. & de conſcientiæ teſtimonio, vtilia ad mores quædam. v.20. m.1.2.

15 Qui, etiamſi habuero quidpiam iuſtū, non reſpondebo: Sed meum iudicem deprecabor.

16 Et, cùm inuocātem exaudierit me, non credo, quòd audierit vocem meam.

17 In turbine enim cōteret me, & multiplicabit vulnera mea, etiam ſine cauſa.

18 Non cōceditrequieſcere ſpiritum meū: & implet me amaritudinibus.

19 Si fortitudo quęritur robuſtiſſimus eſt: Si æquitas iudicij, nemo audet pro me teſtimoniū dicere.

20 Si iuſtificare me voluero, os meū condēnabit me. Si innocētem oſtendero, prauum me comprobabit.

p Vt homo ſibi ipſi ignotus & obſcurus ſit, at ſoli Deo perſpectus, & exploratus quædam vtilia. v. 21. nu. 1.

Tum ſi ante actæ vitæ conſcientia & innocentia me ſuſtentare, conſolarique velim, vix potero, cùm ea res mihi clarè & certò conſtare non poſſit. quare nihil videtur mihi in vita reliquum eſſe, quam ingens diutiùs viuendi tædium, & ardens vehemenſque mortis deſiderium. Sed ſim ſanctus & innocens; hoc ſub iudice & ſub lite eſt, mihi incertum adhuc, & *p* ignoratum, ſoli Deo perſpectum. illud tamen certiſſimum, atque exploratiſſimum, me in extremis ærumnis, extremum iam ſpiritum agere. cum Deo igitur de ſanctitate & iuſtitia minimè contendo; at quod humanum eſt, tantam dolorum acerbitatem deprecor.

21 Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea: & tædebit me vitę meę.

22 Vnum eſt, quod loquutus ſum, & innocentem, & impium ipſe conſumit.

q Vt calamitatis diuturnitas grauiſſima ſit, & ad tolerãdum difficillima, obſeruatur. v. 23. n. 4.

Et licèt quidem de me ſemper ſenſerim ſubmiſſiùs deque diuinis iudicijs & prouidentia, magnificentius, hoc tamen, quod eſt meæ aſſertionis caput, libenter inculcabo, ſupremum rerum moderatorem Deum indiſcriminatim, & pios, & impios calamitatibus in hoc mundo exercere, atque tam integros perfectoſque viros, quàm tumultuantes diuites, & per multas huius ſæculi curas vagantes diſperdere, atque delere. Quod ſi ſiue Deus is ſit, ſiue torquendi adminiſter alius, qui homines ſupplicijs afficit, videtur certè humanæ rationi conuenientiſſimum, vt ſi tam innocentem, quam impium ipſe conſumit, vel vtrunque ſemel, ſubitoque perimeret, vel vtrunque longiori cruciatu diuexaret. nam, quod acerbiſſimũ eſt, ſolent *q* piorum ærumnæ, ac rerum difficillimarum perpeſſiones diuturnæ eſſe; at impiorum ſupplicium breuiſſimum. ſi innocens itaque etiam pœnarum expers futurus non ſim, illud ſupplex oro, ne me diutius excruciet, ſed ſemel impacto flagello penitus me conficiat; ne ſi impij pios viderint cum diuturnis ærumnis conflictari, illos irrideant, & ſannis proſequantur. aut vero (ſi libet) commutet Deus ſuppliciorum vices iſtas, & cum innocentem ſubito repenteque abſtulerit, impios excarnificet diutius, omnemque pios irridendi occaſionem præcidat. Sic me igitur vehementer clamantem, & opem implorantem ne me Deus rideat, contemnatve: non enim ſolet ille ſpernere ſuorum preces, neq; tanquam ridiculis vaniſque clamoribus non ſtatim reſpondere.

23 Si flagellat, occidat ſemel; & non de pœnis innocentum rideat.

r Vt Iudex neque cæcus eſſe debeat, neque ſecundum viſiones oculorum iudicare, quædam vtilia indicantur. v. 24. nu. 4.

Secus videretur benigniſſimus Deus voluptati, & lætitiæ habere iuſtorum ærumnas, quaſi mundum vniuerſum impius aliquis, ſæuuſque tyrannus adminiſtraret, qui mente obnubilata, & cæcæ alicuius prauæque affectionis tenebris corruptè de rebus iudicaret, ſæuiretque in bonos & ſanctos. quod ſi impius atque tyrannus aliquis mundi gubernator non eſt, quis alius, niſi Deus eſt? Licèt quidem negandum non ſit, plerumque permittere ſummum rerum gubernatorem Deum indiſcriminatim bonis æquè ac improbis euenire mala, quòd tyranni iniquiſſimi rerum publicarum, atque regnorum habenas moderentur, qui etiam ad diuitum potentiſſimorum ſcelera vexantium pios & pauperes per ſummam iniquitatem, conniuent; non aliter ac ſi *r* oculos obuelatos haberent. ita cæci atque præcipites in iudicando feruntur, & cæca temerariaq; cupiditate corripiuntur. Accedit etiam quòd tenebrarum harum & caliginoſi mundi iniquiſſimus Dæmon rector ſit. His itaque omnibus de cauſis, qui diuinorum iudiciorum, & iuſtorum calamitatum rationes perſpicere conetur, non meliùs id præſtabit, quàm ſi opertos & clauſos haberet oculos. Ideo mihi valde dolendum eſt, quòd his, qui iudices æqui & integri eſſe in mea cauſa deberent, amicos dico meos, Dæmon iniecerit velamen quoddam craſſiſſimæ ignorantiæ, ne æquis clariſque luminibus, meæ cauſæ æquitatem perſpicere poſſint. Sed cùm vniuerſitatis huius nõ alius profectò moderator, quàm Deus ſit, illius tandem diuinæ prouidentiæ adſcribenda omnia & committenda ſunt.

24 Terra data eſt in manus impij: vultum iudicũ eius operit. Quod ſi ille non eſt, quis ergo eſt?

Quamuis igitur benè de Deo, atque de illius prouidentia & æquitate ſentiã, licebit ſanè mihi tum præſentes ærumnas, totque malorum diuturnitatem, tum præteritæ fœlicitatis, atque humanæ vitæ breuitatem & inconſtantiam lamentari. Sunt enim hæc longè inſtabiliora atque velociora illis, quæ terra, mari, aëre, velociſſima eſſe videmus: curſore videlicet, cui vel nuntium fœliciſſimũ, quod perferat, vel timor alicuius grauiſſimi diſcriminis,

25 Dies mei velociores fuerunt curſore, fugerunt, & non viderunt bonum.

ratiove

ratiove alia, calcaria ad currendum adhibeat. Non ſecus ſane meæ vitæ anni, cùm nihil bonorum ſecum retinuerint, quæ mecum deferam hinc abiturus, leuiſſimi & velociſſimi dilabuntur, tamque rapido & concitato curſu, vt neque facultatem præbuiſſe mihi viſi fuerint, guſtus alicuius ex hac vita prælibandi, & ne vel ſolo aſpectu paulo quietiori de illis iudicandi. nihil igitur vidiſſe, aut expertum me fuiſſe videor, quod meritò ſ boni & iucundi appellatione dignari debeam. ſic enim integre & incorrupte cenſeo de huius vitæ fœlicitate, contra quam illi, qui ſummum bonum in vitæ huius fallacibus bonis falſi atque deluſi conſtituunt.

ſ Vt præſentis vitæ felicitas boni a[illegible] nomine digna non ſit, at impij illam tanquam bonum maximũ ſpecioſis nominibus condecorent, vide digreſſiunculã. V.25 nu.5.

26 Pertranſierunt quaſi naues poma portantes: ſicut aquila volans ad eſcam.

Neque non euanuit omnis vitæ vis, & fœlicitas, diſparuitque dicto citiùs inſtar t nauium, quæ ad voluntatem votumque nautarum celerrimè nauigant, nulloque magno onere retardantur: ſicut naues piratarum, quæ cùm onerariæ non ſint, ſed tantùm ad faciendam prædam comparatæ, leuiſſimæ & expeditiſſimæ ſiunt. ſic igitur mihi contigit deprędatio atque ablatio mearum facultatum. & velut qui vehitur naui, nũquam non ad mortis portam concedo, ſiue dormiam, ſiue vigilem. cumque breuiſſima fuerint vitę bona, atque amiſſioni, & corruptioni obnoxia, profectò inſtar nauis portantis poma, fructuſque iam maturos, & nullam in deferendo moram patientes, vita mea præterlapſa eſt. Tandem Aquilæ, auium omnium pernicioſiſſimæ perſimilis extitit auolandi celeritate; tunc præſertim cum illam fames ſtimulat, nunquam enim volando laſſeſcit; & ſicut vultures, triduo, biduove conuolare ſolent, vbi futura cadauera præſagiunt; ſic ſanè ad me conuolauit nimium immatura mors, cadauerinum aliquid & ſepulturæ proximum iam præſagiens.

t De huiuſmodi nauibus accuratior ex Hebræo tractatio. V. 26. nu. 2. 3. & vt ſit humana vita a[?], & fugacibus fructibus ſimilis. nu. 3. 4.

27 Cùm dixero nequaquã ita loquar, commuto faciem meam & dolore torquor.

Sed video ſanè hæc mea omnia verba lugubria eſſe, deliberoque mecum aliquando, vt ab huiuſmodi lamentis me contineam. ſed (quod ingenue fateor) minime poſſum: nam cùm dolenti pectori vim afferre, verbaque ſupprimere volo, & triſtes v vultus deponere, acerbiùs tunc torqueor, & dolore ſtimulante ad aliam me curam & animi ægritudinem deplorandam conuerto. Quod profectò in cauſa eſt, vt cum ſemel loqui cœperim, dicẽdi ardore longius promouear, & vix in eadem ſententia perſiſtere poſſim: obliuiſcor enim, quod ſemel inſtitui, dolore mentem aliorſum auocante, & in longè mœſtiorem lugubrioremque vultum me ipſum commutante.

v Quæ qualisve intelligenda ſit hæc faciei commutatio ad ſcripturarum intelligentiã differitur. V.27. nu.2.3.

28 Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti.

Licet enim mihi imperare velim, atque etiam coner, vel ſilentium, vel mitiora, ſubmiſſioraque ſuſpiria, vix à meo dolore eiuſmodi facultatem impetrare poſſum; nam & certiſſimè exiſtimo letaliter me affectum eſſe, neque me vlla ratione melius habiturum, x neque cruciatus mihi à Deo vnquam remittendos, cum adhuc ille id non præſtiterit; neque meam innocentiam apud vos teſtatam ille effecerit. Omni igitur ex parte angor; nam &, vt vobis, ô amici, morem gerere videar, cauere vellem à lamentis his, quæ vobis diſplicent, at multò maiori iure à letali veneno, quo vror (nam ſuperat omnem remediorũ atque medicamentorũ vires & opem) cauendum mihi video: timeo etiam vehementer, nequid vlla ratione peccati aduerſus numen diuinum admittam.

x De illa ſcripturæ loquutione, Parcere delinquenti, *ex multis alijs locis fuſior tractatio. & vt ad pœnas referri ſoleat. V. 28. nu.3.*

29 Si autẽ & ſic impius ſum, quare fruſtra laboraui?

Quod ſi vitę præteritæ laboribus, & aſſiduo pietatis ſtudio iuſtitiam & ſanctitatem non comparaui, neque coram Deo iuſtus habeor, certe omnis ille labor atque ſolicitudo, inanes fuiſſe videntur. Tum ſi ille ſtatuat mecum tanquam cum impio agere, atque ſupplicio dignum cenſet, quorſum fruſtra laborem ſupprimendo gemitus & ſuſpiria, & precibus contendendo pœnarum relaxationem, quam nunquam obtenturus ſim? præſtaret ſane non diutiùs vexari viuentem, verùm ſemel periſſe.

30 Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ.

Scio enim ſatis, quamuis omni cura & ſtudio vitæ candorem & morum puritatem comparare ſtudeam, fore vt non ideo pœnarum atque dolorum expers ſim. omnes enim y purificationes, atque cæremonias ſacrificiorum, atque externæ, internæque munditiei rite obiui, & quaſi niuali puriſſimaq; aqua lautus, munduſque nitui, rectè & ritè ad peragendas preces, & omne pietatis officium perficiendum me nũquam non comparaui. Repetor nihilominus

y De huiuſmodi purificationibus & ablutionibus, & de aqua marina ad purificationem quondam adhibita, tum pau. a ex ſacris, & prophanis. V. 30. nu.2.3.4.5.

ominùs pollutus, & ſordidus peccati fæcibus. ita in ærumnarum & ſuppliciorum ſordibus & ſquallore iaceo, vt cùm moriar, propè videar in cænoſa aliqua ſordidiſſimaq́; fouea volutatus; neque minùs turpis & fœdus, quàm ſit turpe & ſanioſum cadauer. videor enim iam omnibus veſtimentis ſpoliatus, nudus in foueam dimitti. atque adeò tam ſum ſquallidus, vt ipſa veſtis me odio habeat, atque diffugiat: non enim poſſum ob plagarum acerbitatem amiciri, & ſordidiſſimum profectò corpuſculum *z* abominationi & execrationi eſt ipſi meo veſtimento.

z Inſenſibilibus ſenſum tribui ad rei, de qua agitur amplificationem, ex ſcripturæ regula, obſeruatur. V.31. nu.1.

31 Tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea.

Deus tandem mecum agit, & de meis rebus ſtatuit, vt illi collibitum eſt, me non diſceptante, nec contradicente. non enim homo eſt, perinde ac ego, cum quo pari ratione poſſim ego agere. nam homo neque litem intendit, neque ſupplicium ſtatuit in aliquem, niſi alicuius ſceleris conuictum: at Deus pro ſua voluntate, poteſt ab innocente pœnas exigere, nemine illi contradicente vel reſpondente. Vtinam ergo *a* ſequeſter & interuentor inter me Deumque aliquis eſſet, cuius arbitrio, vterque pareret, & qui pro ſuo iudicis arbitri munere audiret & interrogaret, innocentem abſolueret, & patefacta veritate controuerſiam totam ſua ſententia atque iudicio dirimeret, poteſtatemque haberet ſtatuendi & decernendi, quæ tum mihi, tum Deo in propoſita lite agenda & ſeruanda eſſent: tum etiam litem componeret, litigatoreſque datis acceptiſque dextris, ad concordiam fœduſque adduceret. *b* Mediatorem igitur inter me Deumque deſidero, cuius ope & interuentu meæ proculdubio res melius habituræ eſſent.

32 Neque enim viro, qui ſimilis mei eſt, reſpondebo: nec qui mecũ in iudicio ex æquo poſſit audiri.

33 Non eſt qui vtrunq; valeat arguere, & ponere manũ ſuam in ambobus.

a Quem hoc loco deſideret Iob inter ſe & Deum tertium. quis arbiter, quis ſequeſter, & vt hic eorum, qui fœdus inirent, manum manu tangeret, ex ſacris & prophanis non pauca. V.33. nu.4.5.

b Vt hoc loco prophetet Iob, & mediatorem Chriſtũ Ieſum prædicat, rurſuſque de mediatoris officio, ratione & nomine. V.33. num.7.8.

Ille profectò, quem ſummis votis expeto, virgam flagellumque quo acerbè pulſor, lõge à me proijceret, & decuſſo omni metu, bene me ſperare iuberet. Sed cùm mihi iudex arbiter nunc non adſit, illud mihi ſupereſt, vt Deum maximum, qui cum mihi res eſt, impenſius orem, & obſecrem, vt mihi loquendi facultatem faciat. illamque faciet, ſi remittat cruciatus, & ſuæ maieſtatis, poteſtatiſque maximæ terrore non me exagitet, neque tranſuerſum agat, neque ſummo imperio res meas decernat, præferens ferream, horrificamque *c* virgam ſuæ poteſtatis inſigne, ſed mitteſcat potiùs atq; ex conſueto ſuæ prouidentiæ præſcripto & lege meam controuerſiam abſoluat. Hæc ſi ille fecerit, & licuerit mihi, pro me dicere, reſpondere atque ſatisfacere paratus ſum. nunc enim acerbiſſimo doloris ſenſu, diuiniſque terroribus vix apud me, verborum etiam vix compos ero.

34 Auferat à me virgã ſuam, & pauor eius nõ me terreat.

35 Loquar & nõ timebo: nõ enim poſſum metuẽs reſpondere.

c Quid virga in ſacro ſermone, & vt ſit poteſtatis inſigne, & vt diuerſis inſignibus ornata fuerint priſcorum regũ ſceptra, ex ſacris, & prophanis peculiaria quædã. V.34. nu.2.3.4.5.

CAP. DECIMVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Quamuis diuina maieſtate deterritum atque ſuis doloribus præpeditum, loqui ſe non poſſe dixerat, non poſſe tamen nunc non acerbiùs gemere proponit Iob, amplificatque ſuas ærumnas: quarum cauſam negat eſſe vel ex parte Dei ignorationem aut obliuionem aliquam ſuæ innocentiæ, vel, quòd ad ſe attinet, ſcelus vllum. Tandem repetit priſtina Dei erga ſe amoris & beneuolentiæ teſtimonia, mortis quoque inſtantis formidinem.

I. Tædet animam meam vitæ meæ: dimittam aduerſum me eloquium meum: loquar in amaritudine animæ meæ.

1. *Quis ſit optimus huius capitis nexus cum præcedentibus.*
2. *Quid Tædere, variæ ex Hebræo lectiones. Quid Diſſecari. Anima, quæ nauſeam concipit. Explicati Dauid, & Lucas.*
3. *Dimittere ad plures ſenſus indifferens in Sacro ſermone.*
4. *Particula, Aduerſum, varius vſus in ſacris.*
5. *Eloquium propriè accipiendum pro externa oratione.*

1
Nexus cum præcedentibus.
D. Thom.
Iob. 9. 24.

DVPLEX, AVT TRIPLEX eſſe poteſt huius capitis nexus cum præcedente. Primus, quē indicat D. Thom. vt nunc velit quæſtionem ſuperiùs inſtitutam de iuſtorum calamitatib. perſequi, videlicèt illam: *Terra data eſt in manus impij.* ſed videtur nexus hic longè petitus. Secundus, vt quaſi obtenta & accepta facultate, ex diuinæ bonitatis, atque ſuæ etiam conſcientiæ innocentiæque fiducia, omni formidine atque dubitatione depoſita, liberè & conſtanter dicere coram ſuo iudice pro ſe incipiat, atque exordiatur commouendo miſericordiam ex magnitudine ſuarum ærumnarum. Sed tertius mihi optimus atque ſimplicíſsimus videtur, qui in argumēto indicatur, & a Polychronio, Philippoque tangitur, ipſisque primis Iobi verbis, non obſcurè ſignificatur.

Optima connectendi ratio.
Polychron.
Philipp.

2
Tædere, quid.
קוט
R. Dauid.
R. Mardoch.
Pagnin.
Vatab.
Caiet.
Tygur.
Caiet.
Iſai. 38. 12.
R. Moyſ.
R. Mard.

Tædet. Alij diſcedunt à Latino interprete, quòd *tædere* dixerit: cùm verbum (*Kut*) ex ſententia R. Dauid, & R. Mardochai, ſignificet excidere, aut ſuccidere. Sic vertunt Pag. Vatab. & Hebræus apud Caietanum: *Exciſa eſt anima mea in vita mea.* vt ſit ſenſus Tygurinæ: *Actum eſt de vita mea.* en morior. vel, perinde verò ac ſi mortuus planè ſim. id eſt, etiam dum viuo, videtur anima mea exciſa & diuulſa ab hoc fœtidiſſimo, turpiſsimoque cadauere. Caietanus vero hanc inciſionem refert ad decurtationem, & præciſionem vitæ. ea ratione, qua Ezechias dixit: *Præciſa eſt velut à texente vita mea.* id eſt: Ampliùs viuere non permittor; in breuiſsimas anguſtias redacta eſt vita mea. Sed aliò debere reduci hanc exciſionem, mox dicemus. R. Moyſes, quoniam cum alijs Hebræis doctoribus (id, quod etiam indicat. R. Mardochai) exiſtimat propriam vocis ſignificationem eſſe, litigare, aut contendere hunc locum ſic vertit; * *Litigauit* (aut *contendit*) *anima mea in vita mea.* ac ſi diceret; Litigarem, aut contenderem mecum ipſe, ſi relinquerem ſermonem meum intra cor meum, neque verbis remitterem habenas. Ideo *loquar in amaritudine.* & ſimiliter explicant id Pſalm. 94. *Quadraginta annis proximus fui* * (litigaui, contendi) *generationi huic.* Sed certè noſter interpres fere ſemper vertit verbum hoc, per *tædium* quoddam, & diſplicentiam, qua homo interius tabeſcat, & ſcindatur, atque diſſecetur intimis præcordijs præ doloris ſenſu. vnde dicitur Pſalmo. 119. *Vidi præuaricantes, & tabeſcebam.* vehementi quodam tædio diſcruciabar, vehementer mihi diſplicebam. & Ezech. 36. *Diſplicebunt vobis iniquitates veſtræ.* Pſalm. 94. *Proximus fui generationi huic.* & Lucas Actu. 13. *Per quadraginta annorum tempus mores eorum ſuſtinuit in deſerto.* quò videtur Chriſtus Dominus alluſiſſe Marc. 19. *O generatio incredula, quamdiu apud vos* (proximus, litigans, infenſus) *ero, quamdiu vos* (veſtri iam pertæſus, atque faſtidiens) *patiar?* quæ omnia loca planè afferunt infenſionem, aut offenſionem, tædium, moleſtiam, odium. Ergo rectè dixit interpres: *Tædet animam meam vitæ meæ.* cum quo alij quoque faciunt. Regia, *pertæſa eſt anima mea.* Septuagint. *Laborans anima mea.* Thargum: *Crudelis effecta eſt anima mea.* videtur quippe ſæuire doloribus, & ſæuiſsimæ feræ inſtar vlulare, & frendere. vel; quòd videatur homo, qui ſibi ipſi mortem precatur, aduerſum ſe ſæuire & efferaſcere. Huc illa ſuperior *exciſio* pertinet, quaſi dicat; Tabeſco, exagitor, crucior, diſſecor vitæ tædio. Sic Lucas excindendi, aut *diſſecandi* verbo vtitur Actuum. 7. *Diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus,* nam, *diaprio*, eſt propriè ſecare, aut ſerra præcidere. Alij dicunt: *Frendebant cordibus.* quare neſcio, cur ſimilem locum Actuum. 5. verterit Regia; *Furebant.* quod valdè alienum eſt à proprietate verbi. *Anima* autem cum tædio illo eleganter conuenit; ea enim, eſt, quæ nauſeam, quæ tædium concipit, quæ moleſtiam ſentit; quare, quòd Vatablus illam accipit pro viribus corporis, quaſi diceret: *Solutis viribus morior:* alienum omnino.

*Si cierto la boca, an dare a pleyto con mi coraçon.
Pſal. 45. 10.
* En quarenta annos nūca tuue vna hora de paz con eſta gente.
Pſal. 118. 158.
Ezech. 36. 31.
Pſal. 94. 10.
Actu. 13. 18.
Marc. 9. 19.
Defenſus Vulgatus.
Regia.
LXX.
Tygur.
Diſſecari quid apud Lucam.
Actu. 7. 54.
Διαπρίω
Actuum. 5. 33
Anima, quæ nauſeam cōcipit.
Vatab.

3
ערב
Dimittere ad plures ſenſus indifferens.
Pſal. 36. 8.
Pſal. 21. 9.
Geneſ. 28. 15.
Polych.
Dimittere ad liberam poteſtatem pertinere.
Exod. 9. 21.

Dimittam aduerſum me. originale verbum (*Ghazab*) ſicut & Latinum relinquendi, aut *dimittendi* indifferens eſt ad plura. & primò erit prætermittere, ſicut Latinè dimittere occaſionem. ſic ab hoc verbo dicitur Pſalm. 36. *Relinque furorem.* & Pſalm. 21. *Quare me dereliquiſti?* Geneſ. 28. *Nec dimittam te, niſi complevero vniuerſa, quæ dixi.* quo etiam ſenſu videtur Polychro. hunc locum accipere: *Silentio egomet ingemiſcam, cum prorſus habeam nullum, cui cauſam meam probare poſſim.* *Dimittam*, prætermittam orationem in hac mea deſerta lite, nihil eſt enim, quòd me verbis tuear; vnum tantùm à Deo requiram, cur moriar? Sed præterea verbum *dimittendi* poteſt afferre permiſſionem quandam liberæ quaſi poteſtatis; vt dicimus, exercitum aut milites dimittere, facta cuique diſcedendi facultate. Exod.

Pſal. 9.14. · *2. Eſd. 3.8.* · *Dexaron correr el hẽço del muro haſta el de la plaça.

9. Dimiſit ſeruos ſuos & iumenta in agris. videlicèt, vt liberè ſpatiarentur. Pſal. 9. *Tibi derelictus eſt pauper*. id eſt tuæ voluntati, atque arbitrio concreditus, & commiſſus. Nehemiæ 3. **Dimiſerunt Ieruſalem vſque ad murum plateæ latioris*. Ergo *dimittere eloquium* erit, remittere loquendi habenas, quæ priùs adductæ erant, & contentum intra pectoris carceres ſermonem liberè tandem emittere. quem ſenſum ferè omnes Latini, Græcique ſequuntur. eundemque videtur amaſſe Vulgatus, cùm dixit *Aduerſum me*: nam in primo ſenſu dicere debuiſſet, Pro me, aut de me.

Eugub. · Particulæ *Aduerſus* proprietas. · עַל · *Gen. 1.2.* · *Gen. 4.8.* · *Latini.* · *Græci.*

4 *Aduerſum me*. Eugubinus impropriè dictum exiſtimat *aduerſum*, pro eo, quod eſt *ſuper me*; vel, *de meis rebus*. Nam particula (*Ghal*) propriè eſt, *ſuper*, quo modo etiam redditur Geneſ. 1. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*. aliquando, *cum*, Exod. 15. *Viri cum mulieribus*. Sed eſſe etiam *aduerſus*, probat illud Geneſis 4. *Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum*. licèt enim propriè, iuxta Hebræum dixerint Septuag. *Surrexit Cain ſuper fratrem ſuum*; ſed illud *ſuper*, valet *aduerſus*. quare ferè omnes Latini & Græci propriè accipiunt *aduerſum me*, ac ſi dixiſſet; Nihil contra Deum, nihil contra illius prouidentiam loquar, in me tantum deſæuiam; quem ſenſum pluribus eleganter locupletat Polychron. paulò ſecus accipit Philippus; Videor aduerſus Deum loqui, & cum illo de meis cruciatibus expoſtulare, quod tamen *aduerſum me* eſſe intelligo; náque recidet in meum os, quod expuere in cœlum coner. ſed tamen amariſsima dolorum acerbitas verba extorquet. Vel, vt ſit cuiuſdam quaſi iacti iam conſilij ſignificatio: Quidquid tandem mihi eueniat, quamuis mihi noceat, loquar tamen. D. Tho. & alij Latini paulò languidius explicaſſe videntur; illud enim *aduerſum me*, dictum exiſtimant, quòd contra ſuam vitam eſſet votum mortis.

Polych. · *Philipp.* · *D. Tho.* · *Latini.*

5. Eloquiũ non ſolum internum, ſed etiam externũ. · *Tygur.* · *Polych.* · עִירח · LXX. · *Aug.*

5. Quod verò hic eſt *eloquium*, licet poſsit ex proprietate fontis intelligi interna meditatio, & quaſi ſoliloquium; quò reſpexit Tygur. *Permittam mihi muſſitationem*; & Polychr. *Silentio egomet ingemiſcam & philoſophabor*. ſed tamen locus exigit, vt *eloquium*, ſit conceptus ſermo, verba profecta ex intimo ſenſu. Quare rectè Septuagint. dixerunt, *verba*, & Auguſt. *Sermones*; ſequitur enim, *loquar in amaritudine animæ meæ*; quaſi diceret, Non tam mea futura ſunt verba; quàm meæ amaritudinis & calamitatis; hæc enim imperat, atque adeò extorquet orationem. Vide, quæ de amaritudine diximus cap. 7. Verſ. 11. inde enim petẽda eſt huius loci explanatio.

II. Dicam Deo: Noli me condemnare: indica mihi, cur me ita iudices.

1. *Deus iudex. Expenditur Græcorum lectio, & interpretatio, in Iobi oratione omnes perfecti exordij leges.*
2. *Iudicare quid in Hebræo. Particula cur ſcientia de experimento, & ſenſu, Explicatur Salomon.*

1. Deus, Iudex

DIcam Deo, ad Deum, *Eloah*, iudicem, cum quo, non tam de recuperandis fortunis, aut tuenda vita, quam de defendenda innocentia diſputo; cuius iudicij ſeueritatem pertimeſco. *Noli me condemnare*. verbum *condemnandi* ferè ſemper ad culpam pertinet; quare ferè omnes Latini ſic accipiunt; *Noli me peragere reum, aut ſontem pronunciare*. vel in hac vita, vel etiam poſt mortem, cùm innocens ſim: his enim ſupplicijs grauiſsimis, videris me velut impium ſceleratumque palam traducere: permitto quidẽ rerum aliarum iacturam, & quidem néq; dolens neque inuitus; ſed non poſſum non dolere vehementer læſam meæ ſanctitatis, & innocentiæ exiſtimationem. Græci paulò aliter, neque valde proxime ad Hebræum, ſed neque ineleganter. nam cum Septuag. legant, * *Noli me docere impium eſſe*. ſic interpretantur; *Ne me deſpice languore confectum, ne fortè grauiore aliqua triſtitia obrutus, impiam aliquam vocem emittam*. Sed conſentire etiam cum noſtra lectione poteſt: quaſi dixiſſet; Ne videaris occaſionem quærere mei lapſus, aut mei condemnandi atque perdendi. Sed multò elegantius atque argutius, quod indicauit D. Thom. hæc verba eſſe hominis excuſantis, & quaſi præcaſtigantis liberiorem ſuam orationem. Si quippiam (inquit) liberius, aut inconſideratius, quam par ſit, fuero loquutus, oro atq; obſecro meum iudicem, ne mihi vitio, aut impudentiæ vertat, vlliuſve temeritatis damnet: nam id, vt meam tantum tuear innocentiam, dixerim: non, quòd præcellentem numinis maieſtatem vel minimùm læſam velim. Hinc ſanè omnes perfecti exordij leges, quò iudicem docilem, attentum, beneuolum reddat, colligi poſſunt.

Latinorum interpretatio. · Nicetæ, & Græcorum explanatio. · LXX. · *No me enſennes a ſer deſcomedido, con tanto apuras me · *D. Tho.* · Iob ſeruat omnes perfecti exordij leges.

Indica mihi. Propriè **Fac ſcire me, ſuper quid mecum litiges*. *Iudicandi* verbum, hoc loco pertinet non tam ad ſententiam latam in iudicio, quam ad ipſam litigandi, iurgiandi, & contendendi rationem, quod ſupra diximus eſſe *reſpondere*, aut contradicere in iudicio. quaſi diceret: Indica mihi, qua nam de re mecum litiges, quid expoſtules, qua nam tua lege, aut præcepto violato me interroges; verba profectò nullius ſibi ſceleris conſcij. Licet quidem etiam congruere poſsit ſenſus Græcorum accipientium illam iudicij partem, qua pœna irrogatur, & reus criminis plectitur: Indica mihi, cur me ita punias. Illa autem particula *cur*, quæ in originali duplex eſt, *ſuper quid*, aut poteſt ſignificare ſcelus aliquod, cui reſpondeat ſupplicium, vel vt accipiunt Olymp. & Philippus, finem, quem Deus in his pœnis irrogandis ſibi proponat: illas enim ex arcano, ſublimiſque diuinæ prouidentiæ conſilio, & eo quidem ſublimiori omni humana ſapientia proficiſci, non dubitat. Sed in eo verbo *Iudicandi*, aut cognoſcendi, poteſt eſſe elegans quædam ſententiæ, rerumque colluſio, nam illa cognitio, non eſt ſpeculatiua, & à ſenſu remota, ſed cum ipſo ſenſu atque experimento coniuncta; vertitur enim aliquando, & rectè, verbo ſentiẽdi, Prouerb. 23. *Traxerunt me, & non ſenſi*. & Prouerb. 10. *Qui deprauat vias ſuas, manifeſtus erit*; Prop. *ſentietur. Septuagint. *Qui diſtorquet vias ſuas cognoſcetur*. Alij activè; ipſe tandem cognoſcet, & experietur. Dicet igitur Iob: Dolores quidem,

2. · *Hazed me ſaber ſobre que es el pleyto que me ponens. · דִּיב · Iudicare quid. · Particula cur · עַל מָה · *Olymp.* · *Polych.* · Scientia de experimẽto. · *Prou. 23.35.* · *Prou. 10.9.* · *Que en malos paſſos anda, nõ puede dexar de ſer ſentido, y aũ ello ſentira en ſi miſmo.

& cru-

& cruciatus acerbiſſimi, quos ſentio experiorque, omnibus noti ſunt, atque manifeſti; at nullum à me commiſſum ſcelus, neque agnoſco, neque ſentio, nemo præterea mortalium cognoſcere, aut ſentire potuit. oporteret igitur omnibus notam fieri cauſam mearum ægritudinum, ne quis ex re manifeſta, ad occultiorẽ aliam cauſam inueſtigandam, temere & inconſideranter dilaberetur.

III. Numquid bonum tibi videtur ſi calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & conſilium impiorum adiuues.

1. *Deus odit calumniam, quid propriè calumniari ex Hebræo. explicati Samuel, & Hoſeas.*
2. *Varia lectio.*
3. *Bonum pro vtili, aut ſuaui. Dei bonitas. Interrogatio expoſtulatoria ex Charitate. explicati Dauid, & Micheas.*
4. *Quid calumniari apud iuris peritos. Illuſtratus Iſaias.*
5. *Calumniator qui non debitum petit. Qui Sycophãtæ apud Athenienſes.*
6. *Calumnia pro calliditate, aut ſophiſmate.*
7. *Opprimere quid. Quis dicatur in Iure oppreſſus, quis damnatus.*
8. *Admiratio cum commiſeratione. Opus in Hebræo quid.*
9. *Varia lectio. Lux pro fauore. Illuſtrare pro adiuuare. Illuſtratus Dauid.*
10. *Impiorum de non deſerenda improbitate cõſilium. Malachias explicatus.*
11. *Impij aduerſus iuſtos conſilium de bello inferendo ineunt. Impiorum arma, quibus nocẽant, quæ.*
12. *Iuſti conſilium de pace ſeruanda captat; horum arma quibus ſe tegant, quæ explicatur Dauid.*
13. *Deus non adiuuat in maiorem hoſtium ſæuitiam. Seruat in ſupplicijs modum. Quid baculus arundineus apud Ezechielem.*
14. *An Iobi amici dicantur hoc loco impij.*
15. *Dæmon, impius. Commodiſſima huius ſententiæ expoſitio.*

1. Deus odio habet calumniam.

Videtur diuerſas rationes proponere, quę à Deo reſpici, aut illum impellere ad Iobi calamitatem potuerunt, illaſque ſigillatim remouet. Sed in primis remouet à Deo, quæ cum illius bonitate pugnare videntur. Primò (inquit) ex diuini ingenij quaſi innata quadam malitia atque calumnia minimè prouenit: nam Deus non amat, odit potiùs calumniam. Verbum (*Ghaſak*) quod eſt *calumniari*, affert etiam violentiam quandam, aut deprædationem per vim, fraudem, inſidias. & ita vertitur Leuit.6. *Obtinere per fraudem*. & clare verbi proprietas explicatur 1. Regum 12. Cum rogat Samuel populum: *Si quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſsi aliquem, ſi de manu cuiuſquam munus accepi? & dixerunt; Non es calumniatus nos, neque oppreſsiſti, neque tuliſti, &c.* Similiter Hoſ.12. *Chanaan in manu eius ſtatera doloſa, calumniam dilexit*. id eſt, Populus Iſraeliticus, vel ſordidus mercator defraudat emptorẽ, non palam & apertè, ſed fraudulenter, & occultè, & ſub prætextu quodam ſpecieque æquitatis, atque iuſtitiæ, cuius ſtatera ſymbolum eſt. Similiter Iob calumniam ſe pati profitetur, quaſi vim quandam per fraudem occultam; nam externa tantùm ſpecie nihil iniuſtum ſuſtinere videtur; amici etiam iuſtas ab illo pœnas exigi, & inſigni alicui impietati ingentia quoq; iſti ſupplicia tanquam ex æquo reſpondere exiſtimant. Hanc Iob inquit eſſe *ſtateram doloſam*; nihil enim ſceleris ſubeſt in animo, nihil pęnarum commerita eſt cordis innocentia. Ergo ærumnoſum hominem pro impio & ſcelerato haberi, *calumniam* pati eſt.

Calumniari quid propriè

עשק

Leuit.5.6.

1.Reg.12.3.

Hoſea.12.7.

Quod ad lectionem attinet, non video cur Complutẽſes legerint: *Si calumniatus fuero.* cùm in fonte, non ad primam, ſed ad ſecũdam perſonam pertineat. neque quomodo congruenter poſsit *calumnia* tribui Iobo. Vaticana lectio quamuis ex perſona Iobi legat: *Aut bonum tibi, ſi iniquè egero?* hunc poteſt habere ſenſum, & commodè cum noſtra lectione congruentem; *Si me calumniaris*, & innocentem alicuius criminis traducis, quid tibi inde, aut vtilitatis, aut voluptatis accedere poteſt?

2. Compluten ſes.

Lect. Vatican. LXX.

Bonum autem, frequenter pro vtili, aut iucundo ſumitur, aut etiam pro honeſto, & quod cum recto & æquo ſit coniunctum. Poteſt autem illud *tibi*, coniungi cum bono. ſic Vatab. explicat: *Numquid tibi proderit?* iuuaberis? aut vero cum Chryſoſt. Tibi videtur, mihi bonum eſſe? *Quod* (inquit) *hæc calamitas mihi bonum pariat, non video.* ſed fortè ex confidentia & charitate in Deum, expoſtulatoria vox eſt? (*Pareceos bien?*) decorè ne, & pulchrè agis? Quid ſi etiam ad clementiã & benignitatem Dei reſpiciat, hæc ne eſt tua clementia? tua lenitas? tua bonitas, optime & mitiſsime Deus? hoc ne bonum eſt, quòd tibi ſummoperè placere ſolet, & ſuaue illud, manſuetum atque commiſerans, quod in tuis operibus ſemper reſplenduit? *Bonitas*, pro manſuetudine, clementia, ſuauitate, Pſal. 72. *Quam bonus* (ſuauis) *Iſrael Deus*. Pſalm.144. *Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt*. Hieronymus: *Memoriam multæ bonitatis tuæ loquentur*. Micheæ.7.* *Qui optimus* (lenitſsimus, mitiſsimus, ex proprietate vocis originalis) *eſt in eis, quaſi paliurus, & qui *rectus* (placens, gratus iucundus, placidus) *quaſi ſpina de ſepe*. Hæc ne igitur eſt manſuetiſsimum, optimumque tuum ingenium, ô Deus, ad benè merendum de tuis creaturis maximè propenſum, *calumniari*, opprimere, diuexare, confringere opera manuum tuarum? at qui *tutari* tu ſoles *in operibus tuis* conſeruandis atque tuendis. ſicq; vniuerſa comples tua munificentia, *vt miſerationes tuæ ſint ſuper omnia opera tua*, ita vt tuis beneficijs quaſi exundantibus, & ſurſum aſcendẽtibus, tuæ creaturæ demergantur & innatent.

3. Bonum pro vtili aut iucundo.

טוב

Vatab.

Chryſoſt.

Interrogationis huius ex poſtulatoriæ vis.

Bonum pro manſueto.

Pſal.72.1.

Pſal.144.7.

Hieronym.

Mich.7.4.

טוב

ישר

*El mas mãſo dellos ſea ſangre, y el mas blando pica.

Pſal.103.31.

Pſal.145.9.

Sed vt rem hanc non auocemus à foro, certe non diſsimile eſt, quod iuris periti calumniam vocãt. Nam, vt Nonius & Marcianus definiunt: *Calumniari eſt, falſa crimina intendere*; & qui per fraudem, & fruſtrationem alios vexant litibus, calumniari dicuntur. Ait igitur Iob: *Nũquid bonum*. volupe, iucundum, pulchrum, hone-

4. Nom. & Mar. L.1. D. ad S. C. Turp. L. ſi calumniatus. de verb. ſign.

ſtum etiam tibi ducis; delectaris ne calumnia? atqui nihil illa tibi infenſius. Nihil enim profectò Deo magis antiquum, quàm potentiorum aduerſus infirmiores, aut opertos dolos, aut apertam vim, iniuriamque diſſoluere, atq; propulſare; ſuo enim iure ad calumniarũ vindicem Ezechias clamabat, Iſaiæ. 38. *Domine vim patior* (Hebraicè; calumniam, aut fraudem) *reſponde pro me*. q. d. Tu, qui prædam extorquere ſoles ſæuiſsimis tyrannis: *Qui humiliat calumniatorem, & ſaluos facit filios pauperum*, tu (inquam) calumniatricem mortem, quæ per vim atque inſidias, annos mihi vitæ eripere tentat, comprime, meque tuere, & in fidem tuam recipe. Septuag. hoc Iſaiæ loco; *Defecerunt oculi mei aſpiciendo in excelſum cœli, ad Dominum, qui eruit me, & abſtulit à me dolorem animæ, Domine, de ipſa enim annuntiatum eſt tibi, & ſuſcitaſti ſpiritum meum, & conſolationem accipiens vixi*. Similiter Iob, *vim* ſe *pati* clamat, atque vexari tum morborum violentia, tum falſi criminis obiectione atque iniqua ſuſpicione ſuperioris vitæ.

Iſai. 38. 14.

Pſal. 71. 4.

LXX.

5.
Calũniator apud IC. quis.
L. penult. D. ne quis eum, qui in Ius.

Solet etiam in iure appellari *Calumniator*. qui non debitum petit, aut, qui nullo iure, ſed vexandi tantum alicuius gratia litem intendit. & qui de re minima litem criminalem orditur, calumniatorem etiam vocari poſſe, Alciatus obſeruat; exemplo Athenienſium, qui huiuſmodi homines Sycophantas vocabant; quòd propter ſubreptas ficus, minimaq; huiuſmodi detrimenta, capitalem quæſtionem excitarent. Nam Feſtus refert Atticos quoſdã iuuenes in hortos irrumpere ſolitos, propterea que lege conſtitutum fuiſſe, vt quicumque feciſſet, capite plecteretur. inde *Sycophantia* dicta eſt calumnia, & ſycophantari, apud Plaut. Ergo, cum videat Iob à ſe repeti, quod non debet, & propter minutiora peccata, capitali ſententia, morbiſq; lætalibus plecti, mirabundus clamat, *Nũquid bonum tibi videtur, ſi calũnieris?*

Sycophantæ vnde dicti.
Feſtus.
Plaut. in Bacchid. & Trinum.

6.
Cicer. lib. 2. de rep.
Calumnia pro Sophiſmate.

Eſt quoque *calumnia* calliditas, id eſt, Sophiſma apud Marc. Tull. lib. 2. de repub. vt Marcellus refert. ait enim Carneadem ſæpe optimas cauſas ingenij calũnia ludificare ſolitum. huiuſmodi quoque ſophiſtica agendi ratione, ſe grauiter læſum conqueritur Iob, quòd videatur Deus, quaſi vſus amicorum illius calumnijs, cauillis, captioſiſque argumentis, velle illum peccati & ſceleris conuincere; cuiuſmodi hæc argumentatio ſit; Impij grauiter puniri ſolent; tu quoque puniris grauiter; oportet igitur te impium eſſe. *Calumniam* igitur hanc vocat Iob, & peccatum in argumentatione potiùs, quàm in ſe vllum agnoſcit. Quod ſi hæc calumnia iungatur cum parte ſequente, vim habebit proculdubio maiorem; Non ſolent artifices opera ſua calumniari, neq; defectus, ſi quos habeant, euulgare, ſed potiùs abſcondere: at tu in publico omnium conſpectu videris meis calumniatoribus mille mihi vitia affingentibus, fauere.

7.
מאס
Opprimere quid propriè

Et opprimas me. Ex ipſo Deo creatore creaturarum omnium ſui commiſerationem cómouet. *Opprimas*, propriè, faſtidio habeas, contemnas, proijcias, reprobes, his enim modis, noſter interpres vertere ſolet verbum *Maas*. Rectè etiam nunc dixit *opprimas*: nam ex illo faſtidio & contemptu ſequi ſolet rei contemptæ oppreſsio quædam, aut abiectio. Sicut 4. Reg. 17. indicatur; nam ab hac radice dicitur: *Proiecit Dominus omne ſemen Iſrael* (deinde ſequitur) *& afflixit eos, et tradidit in manus diripientium, donec proijceret eos à facie ſua*. Quodſi velis etiam hoc verbum ad rem forenſem pertinere, iudex quidem dicetur, reum *opprimere*, cum faſtidit & reprobat orantem, & vix auribus pro ſe dicentem dignatur. Tum etiam aliqui Iuris periti obſeruant, reum dici *oppreſſum* ante ſentẽtiam; damnatum verò poſt eam latam.

4. Reg. 17. 20.

8.
Admiratio cum commiſeratione.

Opus manuum tuarum. Admirationem cum cõmiſeratione coniungit: Cùm miſericors ſit, atque tuarum creaturarum parens indulgentiſſimus, ita ne me opprimas, qui *opus* ſim *tuarum manuum*? eſt verò hæc ratio efficacitate & acrimonia plena, quam ſtatim repetit verſiculo 8. in quem locum: quæ ad luculentam rei huius explicationem pertinent, conferemus. Nunc tantum, *opus*, propriè laborem & laſsitudinem quandam in efficiendo opere afferre: ex quo rationis huius vis amplificatur, vt indicato loco iam dicemus.

Opus quid in Hebræo.
יגע

9.
Pagnin.
Regia.
Tygurin.
Caſt.
יפיע

Et conſilium impiorum adiuues. quod Hebraizantes dicunt: *Conſilium impiorum illuſtres*. aut, *ſuper conſilium impiorum irradies*, & *inclareſcas*. Ex proprietate verbi (*Iophagh*) quod apparere, aut illuſtrare ſignificat. Sed interpres ſapienter illuſtrauit Hebraiſmum Nam cùm opem ſuam Deus præſtat, præſentem ſe exhibere videtur, atque vultus ſui lumine erigere & confirmare hominis animum, mentemque illuminare. Pſal. 79. *Qui ſedes ſuper Cherubim, manifeſtare*. propriè, Affulge, inclareſce, *illumina vultum tuum ſuper nos*. id eſt, nos adiuua, & noſtris cœptis faue. hinc lumen, aut lux vultus & faciei, pro ope & auxilio. Pſal 17. cùm opem præſtitam dixiſſet: *Quoniam tu populum humilem ſaluum facies*. idem ſibi precatur, *Tu illuminas lucernam meam Domine* (tui fauoris lumine me comples, illuſtrem reddis, calamitatum tenebras diſijcis) *Deus meus illumina tenebras meas*. Igitur impiorum conſilia illuſtrare, eſt idem, quod adiuuare, & illorum cœptis atque conatibus fauere.

Pſal. 79. 2.
Pſal. 66. 2.
Pſal. 17. 29.

Sed adhuc in explicanda ſententia diuerſitas eſt, quod in aſſignandis *impijs*, de quibus ſermo ſit, diſſentiant interpretes. Primò enim omnes in vniuerſum improbi indicari videntur, qui dum vident iuſtos afflictos, ſe verò diuites, atque beatos, id improbi *conſilij* capiunt, vt in flagitioſa vita, cuius fœlix fortuna comes ſit, perſeuerent. Eadem impiorum ſententia exprimitur Malach. 2.* *Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris*. id eſt, laborantem, laſſum, defatigatum) *& dixiſtis, In quo eum fecimus laborare? In eo, quod dicitis, Omnis, qui facit malum, bonus eſt in conſpectu Domini; & tales ei placent* (his enim bona confert) *aut certè, vbi eſt Deus iudicij?* id eſt; Si non illi placent, iniuſtus videtur, qui malis bona conferat. Idem repetitur infra capit. 21. *Quid nobis prodeſt, ſi orauerimus illum? verumtamen, quia non ſunt in manu eorum bona ſua, conſilium impiorum longè ſit à me*. Hoc igitur *impiorum* conſi-

Malach. 2. 17.
* Hazites a Dios canſado de fauorecer a los iuyos.) que cometies daua de mano.
Iob. 21. 15.

conſilium iuuari, foueri, promoueri ſua innocentia afflicta Iob aſſerit. Hunc ſenſum indicauit Chryſoſtomus. *Chryſoſt.*

11. Secundò alij *impios* in vniuerſum intelligũt, qui cogitant, ineuntque conſilia & vocant frequenter ad concilium (vox enim originalis ad conſilium & concilium indifferens eſt) aduerſus ſanctos Dei, illoſque *circumueniunt*, quòd *contrarij ſunt operibus* eorum, & *grates abſcondunt interitum laquei ſui*. Idque à primo Caino, vſque ad nefarios Deicidas. ſanè duæ illæ ciuitates, filiorum Dei altera; altera Babyloniorum impijſsimorum in aſsiduo perpetuoque bello, atque in armis ſunt, & nullam pacis cogitationem ſumunt: vnum illudque perpetuum *conſilium* capiunt, repetunt, promouent, confirmãt, & ſuæ factionis homines ad hoc conſilium vocant, quò iuſtis noceant. vtriuſque verò factioni arma non eadem, ſed planè diuerſa; improbis arma ſunt, non quibus tecti eſſe, ſed quibus nocere & prouocare iuſtos, ſeque vlciſci poſſint. Arcus enim habent, vt *Sagittent in occultis rectos corde*; Gladium, qui innocentem ſanguinem profundat, *& lingua eorum gladius acutus*; Nouaculam, quæ quaſi ex inſidijs, & minimo ſenſu, aut ferè nullo grauiſsimè lædat, nam: *Sicut nouacula acuta fecisti dolum*; Laqueum, in quem iuſtus imprudens incidat, *Abſconderunt quippe ſuperbi laqueum*; Fuſtem, quæ cædat, tundat, comminuat oſſa; *Virgam* videlicet *ſuperbiæ, et ſceptrum exactoris*; Dentes acutiſsimos, qui mordeant atque dilacerent; nam *eſt generatio, quæ commandit molaribus ſuis*; Aculeos venenatos, quos altè defigunt: *Circumdederunt me ſicut apes*; Ignem, qui in iuſtorum tabernacula iaculatus, ſtrages edat. *Et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis*. vtuntur etiam violentis impulſionibus, & pugnorum atque manuum pulſationibus: *Impulſus euerſus ſum, vt caderem*. & id genus alia. quam enim nocendi artem illi non habeant, atque colant?

Sap.2.12. *Pſal.34.7.* *Pſal.63.6.* — Impiorũ conſilium de lædendis iuſtis. — Piorum atq; impiorum arma diuerſa. — *Pſal.10.3.* *Pſal.63.5.* *Pſal.56.14.* *Pſal.15.4.* *Pſal.139.6.* *Prou.14.3.* *Iſai.9.4.* *Prou.30.14.* *Pſal.117.12.* *Pſal.117.13.*

12. At filiorum Dei, & piorum cohors ad conſilium etiam vocatur & conuenit; conſilium inquam, non belli, ſed pacis, quo congrediendum eſt cum hoſte. arma quidẽ capit, ſed quibus ſe tegant, non quibus noceant: vnico enim patientiæ clypeo ſe contegunt. Ita ex turribus ciuitatis Dei *mille pendere clypeos*: ex Babylonis verò mœniis, gladios mille videas. Hoc *impiorum conſilium* atque ingenium notauit Dauid Pſalm.119. *Habitaui cum habitantibus Cedar*. Cedar autem Iſmaelis filius, quaſi hæreditario iure habuit acceptum illud perſequendi iuſtos iniquum conſilium & ſtudium. Quod verò ſit iuſtorum ingenium declarat deinceps, *Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus*. propriè, *Ego pax*, id eſt, pacis amantiſsimus; illi acerrimi pacis hoſtes, imò ipſum odium, bellum, inimicitię. Iob igitur, qui ſe grauiſsimè affectum, atque incredibiliter læſum videt, & a ſuis ipſis amicis vehementer inſectatum, & per calumniam, vimque oppreſſum, ſic ad Deum; An innocentem tu ô bone Deus, me lædas; & illorum conſilijs faueas, parteſque ſequaris, qui cogitant aduerſus ſanctos tuos mala?

Cant.4.4. Iuſtorum arma patientia & clypei. *Pſal.119.5.*

13. Tertiò Diuus Thomas ad impios illos refert, Chaldæos atque Sabæos, qui in Iobi pecora, familiamque irruerunt, quibus ſe videatur Deus etiam adiungere, & eorum, quæ Iobo reliqua fuerant, direptorem & diſſipatorem. qui commentarius duriuſculus licèt, minimè eſt ſpernendus, ſed quoad fieri poſsit, emolliendus, & illuſtrandus. Bona enim corporis, atq; liberos, quæ illi non attigerant, abſtulit Deus. quaſi diceret: Eorum, quæ illi abſtulerunt, reſiduum tu diripuiſti. adiuuat igitur hac ratione illorum conſilium Deus. Quod etiam agnoſcit Iob alienum eſſe à Dei bonitate, cùm ipſe non *adiuuet in malum*, ſed potiùs vehementer oderit eos, qui *ſuper dolorem vulnerum addunt*, hoc enim nomine Diuinæ videlicet æquitati valde infenſo accuſat ſuos apud Deũ hoſtes immaniſſimos Dauid Pſal.68. *Quem tu percuſſiſti, perſequuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt*. & Zachariæ. 1. *Ira magna ego iraſcor ſuper gentes opulentas, quia ego iratus ſum parum, ipſi vero adiuuerunt in malum*. Non enim vult Deus clementiſsimus, vt modus in puniendo & affligendo excedatur, neque vllam opem ad puniendum requirit, quamuis ipſe punire decreuerit, quicquid enim accipiat ſupplicij iuſtus ſuus, ſatis multum eſſe reputat: atque vehementer illos inſectatur, qui inito fœdere, & iunctis copijs atque auxilijs aduerſus iuſtos procedunt: *Teſtamentum diſpoſuerunt tabernacula Idumæorum, & Iſmaelitæ: Moab, & Agareni, Gebal & Ammon, & Amalech, Alienigenæ, cum habitantibus Tyrum; etenim Aſſur venit cum illis, facti ſunt in adiutorium filijs Loth*. Cũ tamẽ ſingulas per ſe nationes, nunc Chaldæos, nunc Medos, nunc Aegyptios, aduerſus populum ſuum ipſe non ſemel adduxerit. & quod ſummę admirationis eſt, aduerſus Pharaonem indignatur Ezech. 29. quòd, quamuis ipſe decreuiſſet populum ſuum Chaldęis vexandum, puniendumque tradere, tamen ille opem promiſſam Hebræis aduerſus Chaldæos non attulerit, quam implorauerant.* *Pro eo quòd fuiſti baculus arundineus domui Iſrael, quando apprehenderunt te manu* (indicat initum fœdus dexterarum coniunctione & fide mutua confirmatum, ferendi opportunè auxilij) *& confregiſti eos, & laceraſti omnem humerum eorum: Ecce ego adducam ſuper te gladium meum, & interficiam de te hominem & iumentum*. Nunquam igitur tibi (inquit Iob) bonum videtur, *conſilium impiorum adiuuare*? at nũc, quem illi perſequuti ſunt, tu percutis; atque perſequeris.

D.Thom. — Impij qui dicantur hoc loco. — Deus nõ adiuuat in malum hoſtium ſæuitiam. *Pſal.68.27.* — Hoſtium ſæuitiam Deus odio habet. *Zach.1.15.* — Modum in puniendo ſeruat Deus. — Qui conſpirant aduerſus iuſtos, Deus inſectatur. *Pſal.28.6. & deinceps.* — Mirabilis Dei clementia. *Ezech. 29. 6. & deinde.* — * Porque le faltaſte al mejor tiempo, y le quebraſte la palabra. Baculus arũdineus.

14. Quartò, Alij referunt ad ipſos illos Iobi amicos, quos *impios* appellet, quòd iniquè & temerè ſiniſtram de Iobi ſanctitate & innocentia opinionem concepiſſent: Si ita res habet, vt de me ſocij exiſtimant, meque vt illi conuitijs, ita tu quoque cruciatibus vexas, illorum profectò conſilio fauere videberis. Sic interpretatur Vatablus: docuerat etiam ante illum Philippus. ſed non valde placet.

Impij an amici Iob dicantur. *Vatab.* *Philipp.*

15. Quintò, Olympiodorus atque Philippus, Dæmones intelligi poſſe credunt, qui inſigniter *impij* ſunt, & per antonomaſiam quidem Diabolus *peccator* dicitur. horum *conſilium* iam diu præmeditatum atque captatum perdendi Iobi, & quibus poſſent artibus vexandi, Deus iuuiſſe & promouiſſe videri poterat, nam in

Olymp. *Philipp.* Dæmones impij dicuntur. *1.Ioan.3.8.* *Eccleſ.13.32.*

Diaboli conſilium aduerſus ſanctos.
Caietan.
An Iob reuelata fuerit Satanæ criminatio.
Olympiod.
Greg.

illius etiam cruciatus conſpirabat. in hãc rem Caietanus ait reuelatam iam à Deo fuiſſe Iob cauſam ſuarum calamitatum, & Satanæ criminationem expetentis Iobum ad ſupplicia, & certamen ſingulare; à quo non longè abeſt Olymp. dicens, ſibi ſenſim perſuadere Iobum ſe permiſſum eſſe Diabolo. Idem docet Gregorius, ſed eò refert, vt dicat Iob his ſe calamitatibus tentari, & impelli, vt cadat in peccatum, quod erat dæmonis conſilium. q.d. Scio id tibi conſilij minimè placere, vt velis me in peccatum *impellere; intentator enim malorum es*, neque tentatoris nequiſsimi *conſilium tu adiuuas*. quid ergo tandem conſilij captâris: quam ſuppliciorum meorũ habeas cauſam, prorſus ignoro, perſpicereque vehementer cupio: diſtorquebor niſi exploratum habeam. is videtur lenis ſenſus. Quid ſi ille tandem leniſsimus atque ſimpliciſsimus ſit? Non tu calumniator, non oppreſſor tuarum creaturarum, non tu aliorum conſilio quidpiam facis, neque eiuſmodi es, vt ſi quis malitioſè & callidè prauum conſilium ſuggerat, illi faueas opemque præſtes, vti Reges & iudices per imprudentiam facere ſolent, vt has meas ærumnas in malignam alicuius ſuggeſtionem, non in tuam ſapientiam, atq; voluntatem reuocare debeam. fortè huc pertinet lectio Septuag. *Ad conſilium impiorum animaduertiſti?*

Iacob.1.13.
Leniſſimus & commodiſſimus ſenſus.
LXX.

IV. Numquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo, & tu videbis?

1. *Caro pro homine. Oculus, mentis iudicium. Videre, pro iudicare, aut alterius ſenſus cognitione.*
2. *Princeps reip. oculus, & quare.*
3. *Carneus oculus malè audit. concupiſcentia oculorum Caro, externus ſplendor.*
4. *Deus à videndo dictus, cur caprea dicatur. inſunt illi omnia ad clarè videndum neceſſaria, explicati Iere. & Dauid.*
5. *Germana expoſitio. Qui iudices habeant oculos carneos. Illuſtratus Iſaias.*
6. *Humani ingenij prauitas. Explicatus Samuel.*
7. *Videre ad contemptum, miſeros reſpicit Deus.*

1\.

MInimè (inquit) poſſum hanc meæ innocentiæ afflictæ cauſam in mei iudicis ignorantiam aliquam referre; nam is non habet *oculos carneos*; id eſt, humanos, *Caro* enim homo eſt. non iudicat ille de externa tantùm ſpecie, intima penetrat, & veritatem non ſolùm eruit ex profundo, ſed vbicumque deliteſcat, perſpicit clariſsimè. *Oculus*, iudicium, cognitio; & propter videndi facultatis præſtantiam reliqui ſenſus ſuam ex oculis appellationem mutuari ſolent; nam totius corporis ſenſus, oculorum nomine ſignificari ſolet; vt ſupra cap. 3. *Non abſtulit mala ab oculis meis.* à meo corpore, quum grauiſsimos dolores ſentiam, & perferam. Geneſ. 42. *Audiens* (prop. ex Hebræo, & Septuag. *videns*) *Iacob quod alimenta venderentur in Aegypto* 1. Regum 23. *vidit* (id eſt audiuit) *Dauid, quod egreſſus eſſet Saul, vt quæreret animam eius. Porrò Dauid erat in deſerto.* hinc etiam reliqua, quæ ad ſenſus omnes pertinent, *viſibilia* dicuntur, vt notauit Auguſtinus. Sed etiam ad animum *oculus* transfertur, & pro corde, id eſt, interna mentis intelligentia ſumitur. hinc dicitur mens, aut cor, quaſi *oculi* ſint, aperiri. vt Actor. 16. *Cuius Dominus aperuerat cor.* & excæcari, vel obſcurari: vt Marci. 8. *Nondum cognoſcitis, nec intelligitis adhuc, excæcatum cor veſtrum, & oculos habentes non videtis?* Sic etiam Numer. 24. *Dixit homo, cuius obturatus eſt oculus.* nõ corporeus, vt quidem exiſtimarunt, ſed mentis; qui primum enim viſionem non habuit propheticam tunc iam apertis oculis & lumine prophetico multa videbat præclara.

Caro pro homine.
Oculus, iudicium, & cognitio.
Iob.3.10.
Geneſ. 42. 1.
LXX.
1.Reg.23.15.
Videre, pro audire.
Auguſt.
Cor aperiri, aut excæcari, quid.
Actor.16.14.
Marc.8.17.
Num.24.3.

2\.

Notanda verò duo; alterum principem aut iudicem eſſe Reipubl. oculum; quòd eius ſit cuncta diſpicere & diſcernere; quò in ſuprema Reipub. parte & loco reſideant: quò illi ſe diuina lux largiùs, & abundantius communicare velit, niſi ipſe *ſit rebellis luminis*, quod alijs tanquam *cæcis ducatum præſtet*: quòd mutuum inter principes & ſubditos auxilium præſtari debeat, vt ſubditi illum portent humeris, velut debilem, aut delicatum: at ille viæ dux ſit; mutuat hic oculos, mutuant illi pedes. qua ratione antiqui oculato ſceptro finxere Regem, Iſaiæ. 29. *Claudet oculos veſtros, Prophetas, principes, & duces.* Sed de hoc oculorum, & principum munere dicemus aliquando plura.

Princeps Reipub. oculus.
Matt.15.14.
Iſai.29.10.

3\.

Alterum; in Scriptura non ſolùm malè videre, ſed etiam malè audire *Carneum oculum*, aut viſum, iudiciumve hominis: illud enim *pro nihilo* habet Paul. vide etiam 1. Reg. 16. & Sap. 3. Nam cùm humanus, *& carneus* oculus externam tantùm faciem & ſpeciem contempletur, ſecum frequenter rapit quoque mentis iudicium, ne ad interiora penetret. quare illud petebat Dauid obnixè: *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* id eſt, ne tantùm externa rerum ſpecie delecter, ſed penetrem ad interiora, perſpiciamque quid ſubſit ſolidæ ſubſtantiæ, an externus ſplendor inanis ſit. nam verbum *auertendi* eſt eo loco, propriè tranſire, aut pertranſire, & tranſgredi. eſt enim eadem vox Pſalm. 103. *Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur.* & Ierem. 23. *Quaſi ebrius, & quaſi homo madidus à vino.* propriè; *quem * tranſit*, vel, *tranſgreditur vinum.* & in tertia coniugatione propriè eſt, *Tranſire*, vel, *pertranſire fac oculos meos.* nempe, ad internam rerum ſubſtantiam, ne me decipiant externa ſpecie: ne de rebus tantùm iudicem ſecundum faciem. & id affert *carnis* nomen, id quod oculos pellicit, & detinet, quamuis vaniſsimum ſit: quod ſplendet, & fulget. quamuis verum aurum non ſit, dummodo videatur. Illa videlicet eſt *concupiſcentia carnis*: aut ſi per expoſitionem accipere velis, *Concupiſcentia oculorum*: aut ſi alio nomine ſignificatam cupias, *Superbia vitæ.* iuxta id: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri.* quod *carnem dixit*: ſtatim per *gloriam* explicuit. ſic illud Iſaiæ. 13. *Aegyptus homo, & non Deus. & equi eorum caro, & non ſpiritus.* externa ſpecies ſine re, ſine robore. Sic igitur ſunt *oculi carnei*, ſecundùm carnem iudicantes. Tum etiam *Caro* ſignificat aliquid pingue, obtuſum, craſſum, concretum, minimè ſubtile,

Carneus oculus malè videt, & malè audit.
1.Cor.4.3.
1.Reg.16.7.
Sap.3.2.
Pſal.118.37.
עבר
Auertere quid.
Pſal.103.9.
Iere.23.9.
*Vn hombre paſado del vino.
Caro, quod oculis blanditur.
1.Ioan.2.16.
Iſai.40.6.
Iſai.31.3.

aut

Matth.16.17. Matth.16.23. Marc.8.33.

aut perſpicax; Nã *caro & ſanguis non reuelant* ſublimiora Dei arcana, neque *ſapiunt ea, quæ ſunt ſpiritus Dei*. & illud ad inſipientiam & errorem pertinet: *quid nequius, quàm quod excogitauit caro, & ſanguis*.

4. At diuini oculi à vidẽdi perſpicacitate ſemper commendantur; præter quàm enim, quòd ipſum Dei nomen Græcum hanc videndi efficacitatem præ ſe ferat, *Theos*, nimirum à *Theaome*, quod eſt ſpectare, diſpicere, contemplari, vt obſeruat Gregor. Nyſſe. oratione. 5. in cant. ideoque ait dici ſponſum *ſimilem Capreæ*, quod animal *dorcas*, dicitur à vi cernendi; Deus enim de ſupernis cœlorum montibus deſpectat terrena cuncta. tamen oculos ſuos commendat Deus ab illis omnibus rebus, quæ neceſſariæ ſunt ad ſyncerè, & ſine errore vllo videndum, atque iudicandum. primò quidem à lumine; nam quamuis res in tenebris pluſquam cimerijs demerſa ſit, habet tamen Deus inſitum lumen, vt quaſi per extramiſsionem radiorum, obiectum luce perfundere videatur, & videndo aptiſsimum reddat Eccleſia. 23. *Oculi eius lucidiores ſole*. Apocal. 1. &. 2. Oculi eius tanquam flamma ignis. & clariùs Daniel. 2. *Nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt*. Præterea non ſolum eſt proximus obiecto, ſed eſt intimè cum illo coniunctus, atque ea coniunctio, non ſolùm non impedit diuinam viſionẽ, ſed potius in cauſa eſt, vt res intime cognoſcatur. Prouerb. 15. *In omni loco oculi Domini*. Iere. 23. *Si occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus; cælum et terram ego impleo*. id eſt, intimè adſum rebus omnibus, vt omnia videantur mea præſentia atque eſſentia non ſolum contineri, ſed etiam impleri; ſi quid enim ſolidi habeant, à me habent, qui intimè illis adſum. Tandem diuini oculi eminenter continent omnes alias videndi facultates, atque rationes: atque adeò oportet diuinam videndi facultatem infinitam eſſe; Pſalm. 93. *Qui finxit oculum, non conſiderat?* Heb. *non videt?*

Θεάομαι. Greg. Nyſſe. Cur Chriſtus ſimilis capreæ. Deo inſunt omnia ad clarè videndum requiſita. Eccleſ.23.28. Apoc.1.14. & cap.2.18. Daniel.2.22. Prou.15.3. Ierem.23.24. Pſal.93.9.

5. Iam igitur dicere poſsit Iob: Minimè cum iudice homine ago, quem oportet ſæpè in iudicandis & diſcernendis litibus errare; ſi non malitioſè, & ex calumnia, atque delicto, certè per imprudentiam, & ignorantiam, & quaſi ex delicto, vt loquuntur periti iuris: ſed cum Deo mihi res eſt, qui in cognoſcenda atque diſcernenda veritate errare neque poteſt, neque meam innocentiam ignorare. Hic ſenſus germanus & ſimpliciſsimus eſt. licèt Caiet. hanc humani intuitus aut lippitudinem, aut imbecillitatem referat ad experimentum, quod nõ ſemel, ſed ſenſim atque per vices ſolet de re quapiam ſumi, quaſi diceret; Si me explorare, probareq; velis, non indiges tam diutina probatione; nam vel primo intuitu penetras rei viſcera, & quidquid latet, latere te non poteſt. vel; Cum homo ſoleat veritatem extorquere tormentis, at Deus his non indiget; quorſum igitur iudex, cui perſpecta & explorata veritas eſt, me torqueat, atque exagitet quæſtione iudiciali: Fortè etiam reſpicit ad *carneos* iudicum *oculos*, qui ex ſpeciei, & carnis ſplendore iudicant, & perſonas, quas fulgere vident, in iudicio accipiunt: ſordidos verò atque ſquallidos contemnunt & neque audiunt, neq; aſpiciunt. At Deus non contemnit pauperem, ſicut ſcriptum eſt. Iſaiæ. 11. *Non ſecundùm viſionem oculorum iudicabis* (Septuag. *non ſecundùm gloriam iudicabit*.) *ſed iudicabit in iuſtitia pauperes*. Nam cum ferè ſemper pauperes calumniam & iniuriam per vim & iniquitatem à potentioribus illatam patiantur, qui illis faueat & patrocinetur, aut pro illis ſententiam ferat, non tam ex gratia & beneuolentia, quàm ex iuſtitia & legum præſcripto feciſſe cenſendus eſt.

Germana expoſitio. Caiet. Qui iudices habeant carneos oculos. Iſai.11.3. LXX.

6. *Aut ſicut *homo videt, & tu videbis*. Tum præcedentem partem, tum hanc, quidam interpretantur, de toruo & minaci vultu, quem exhibere ſolet læſus homo ei, qui ſe vnquam læſerit. Hunc ſenſum ex Iuliano & Polychronio in Catena elicio, quorum hic eſt commentarius, vt Iobus Deo dicat; *Improbitatem hominum minimè imitaris: vt eorum, qui peccarunt, memineris, & ſeueram rationem expoſcas*. Hoc fortè ſapit lectio Septuagint. *Aut ſicut mortalis videt, deſpectas?* Illud certè eſt humanum ingenium: cuius imaginẽ præbuit Saul. 1. Regum. 13. *Non rectis oculis Saul aſpiciebat David*. Chald. *malo oculo aſpiciebat*. Sed in Hebr. ſimplex eſt vox *Ghaien*, à verbo *Ghaian*, quod eſt oculare, aut obſeruare oculis, quaſi diceret; *Erat Saul *oculans Dauidem*. Sed id à diuina bonitate alienum: qui cùm per ſummum ſcelus alapis & ſputis appetitur, *velatam faciem* & opertos oculos habuit. quod præſignificauit Dauid. 2. Regum. 15. *cùm aſcendebat cliuum oliuarum*, ſcandens & flens, *nudis pedibus incedens, & operto capite*. non ſolùm ne regem, quem in medijs ærumnis atque diſcriminibus erecto ſemper & conſtanti animo eſſe oportet, nemo videret molliter lachrymantem, ſed vt oculis opertis & quaſi clauſis luminibus nihil ipſe videns, rem totam diuinæ prouidentiæ atque oculis permitteret: quod notatur Pſalm. triceſimo quarto: *Quaſi lugens & contriſtatus* (id eſt operto capite more lugentium) *ſic humiliabar*.

*Soys vos hõbre que a quien vna vez le enojo, ſiẽpre lo trae entre ojos. Iulian. Polychron. Homo difficile remittit offenſam. LXX. 1.Reg.18.9. Chald. עָיִן עוֹיֵן *Trayale entre ojos, y andaualde a la mira. Marc.14.65. Luc.22.64. 2.Reg.15.30. Rex debet eſſe conſtanti animo. Pſal.34.14.

7. Sed præterea illud, *videre*, poteſt indicare deſpectum pauperioris hominis, quem rogantem & ſupplicantem ditiorum potentia & inſolentia contemnat. quod poteſt colligi ex originali *videndi* verbo, *Raah* quod aliquando eſt deſpicere, & cernere cum contemptu. Ezech. 28. *Ante faciem Regum dedi te, vt cernerent te*. id eſt, vt deſpicerent. Hieron. *vt dehoneſtareris*. Theod. *vt traducereris*. Idem verbum Cant. 1. *Nolite me cõſiderare*. (Septuag. *nolite aſpicere me*, prop. nolite me deſpicere) *quod fuſca ſim*. ſimile id Pſal. 21. *Ipſi verò conſiderauerunt, & inſpexerunt me*. videlicet eo geſtu, quo ſolet *moueri caput*, & dici *Vah*. Hinc eſt illa apud Hiſpanos vox irriſionis & contemptus, *miraldo*. Dicet itaque Iob, Has meas ærumnas non poſſum referre in ſæuum & vindictæ cupidum, odijque tenacem diuinum animum, quem ſi aliquando pro mea imbecillitate offenderim, ſed ille pro ſua bonitate iam auerterit oculos à peccatis meis, & oblitus fuerit; nam *ira in indignatione* eius. non enim niſi breuiſsimo tempore indignatur. ira enim breuis eſt. Tum etiam quòd me clamantem,

Videre ad cõtemptum pertinere. ראה Ezech.18.17. Hierony. Theodor. Cant.1.6. LXX. Pſal.21.18. Matth.27.39.40. Marc.15.29. Pſal.26.6. Pſal.2.13.

& cauſam mearum calamitatum inueſtigantem neque exaudire videatur, neque arcanum ſuæ prouidentiæ manifeſtare, non prouenit ex inſolenti dominatu, & toruo ſupercilio, pauperumve contemptu; non enim ille ſicut homo ſordida & humilia deſpectat; ſed eſt in illa *hominum* cum illa *videndi* deſpicientia nexio pulchra: nam hoc loco, eſt, *Enos*, miſer, ærumnoſiſsimus homo: is, quod extremæ inſolentiæ eſt, ſolet alios deſpicere, ſuperbit enim puluis & cinis, at *Deus* non deſpicit, ſed *reſpicit* attentè & beneuolè *humilia in cælo & in terra*. Tandem ſimpliciſsimus huius partis ſenſus eſt, vt prioris ſit expoſitio, & illa diſiunctio, *aut*, expoſitiuè accipiatur, & vtrobique agatur de ſynceritate diuinæ ſcientiæ, atque corruptione humani iudicij.

Pſal.112.6. הברש

Pſal.112.6.

Simpliciſſima interpretatio.

V. Nunquid ſicut dies hominis dies tui, & anni tui, ſicut humana ſunt tempora?

1. *Dies hominis, ad ignorantiam & breuitatem vitæ pertinere, prima expoſitio. Explicatur Paulus.*
2. *Homo inconſtans, Princeps præſertim. Deo firmiſsimo fidendum. Explicatur Dauid.*
3. *Homo vindictæ cupidus. Deus vindictæ opportunitatem facile prætermittit, & quare.*
4. *Dies hominis qui, viri nomen pro valentiori. Humanæ vitæ breuitas.*

1\. *Auguſti. Grego. D.Thom. Iulian. Polych. Hippoc.*

PRimus huius loci commentarius eſt ferè Latinorum omnium. Auguſti. Gregor. D. Thom. Græcorum etiam, Iulian. & Polychron. vt perſtet Iob in excludenda ignorantia a Deo iudice. quare *dies hominis* & *humana tempora*, ſignificabunt vitam breuiſsimam, quæ cum multa ignorãtia coniuncta eſt. Sicut Hippocrates in ſua illa vulgata ſententia dixit, *Vita breuis, ars vero longa.* Quorum vtrumq; in cauſa eſt, inſcitiæ hominum, atque difficultatis in comparanda ſcientia, vti dixit cap. 8. Baldad: *Interroga generationem priſtinã: heſterni quippe ſumus, & ignoramus; quoniam ſicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terram.* Propterea *ſapientes redimunt tempus, quoniam dies mali* (curti, pauci) *ſunt*, Epheſ. 5. ſicut, qui ſe Sapientiæ dederunt, omnibus curis dimiſsis, ſoli Sapientiæ vacant. Ergo *dies & tempus* ſcientiam adferunt homini, iudici præſertim, qui paulatim per interrogationes & quæſtiones iudiciales veritatem indagat & coniecturis vtitur, & occulta crimina non niſi decurſu temporis eruere è tenebris in lucem poteſt; detento interim reo in vinculis & carcere. Deo verò nihil noui affert craſtina dies, cui præterita, præſentia, futura æquè cognita ſunt. Non igitur (inquit Iob) indiget Deus longiori examine, aut tempore, vt ſcire certò poſſit, *quoniam nihil impium fecerim*, vt ſtatim ſubijcit.

Iob.8.8.

Dies mali qui. *Epheſ.5.16.*

Polych.

At Polychron. refert ad vitæ initium, ante quod, qui nuper natus eſt, multa ignorare neceſſe eſt, quare ait; *Nuper ne tua natura orta eſt, vt ad ea cognoſcenda, ob quæ me flagris, & plagis mulctaſti, opus ſit tibi inquiſitione diuturna?*

2\. Hominis propria mutatio inconſtãtia.

Secundus aliorum commentarius exiſtimãtium nomine humanæ vitæ afferri hoc loco mutationem, atque viciſsitudinem inconſtantiæ & ſtudiorum, atque voluntatis mortaliũ: namque cum breuitate vitæ ea inconſtantia iungitur inferius, *Homo breui viuens tempore, & nunquam in eodem ſtatu permanet*. quæ enim illam efficiunt breuiſsimam, potentia quoq; ſunt ex ſuo ſtatu dimouere: idque præſertim in viris principibus videre eſt, quorum ſtudium atque voluntas mutatur in horas omni Protheo mutabilior; propterea que à Sapiente dictum eſt Eccleſiaſt. 8. *Sapientia hominis lucet in vultu eius, & potentiſsimus faciem illius commutabit*. quamuis enim quis ſapiens ſit, ſi tamen principi ſeruit, & ab illius nutu pendet, non poteſt non in horas mutari, & diuerſos ſumere vultus; ſicut mutatur vmbra mutato corpore, à quo efficitur, & pendet. quare non fidendum, neque nitendum principibus, vtpotè inconſtantiſsimis, rex ſapientiſſimus præcipit; *Nolite confidere in principibus*. at Deus conſtans eſt, idemque ſemper: *non commutatur*, neque *viciſsitudinis* vmbram recipit; & ingentis apud illum criminis eſt, *qui ei ſeruiunt, non eſſe ſtabiles*. cumque idem ſemper, fixuſque permaneat, aptiſsimus ſanè eſt, cui nitatur imbecillitas & inſtabilitas humana, ſi quieſcere aliquando velit. ſicut ille, qui crebra iactatione huc illuc agitatus dicebat: *Mihi adhærere Deo bonum eſt, ponere in Deo meo ſpem meam*. in hoc igitur ſenſu nouam aliam ſuarum miſeriarũ cauſam excludet Iob à Deo in hanc ſententiam: Si non eſſet firma Dei voluntas atque beneuolentia erga ſuos, ſed innata illi eſſet inconſtantia mentis, nihil mihi mirum videretur, quòd me, quem quondam maxima beneuolentia complexus eſt, ingentibuſq; beneficijs cumulauit, iam nunc neque amet, neque ſuis oculis atque familiaritate dignetur, odio etiam proſequatur, & acerbiſsimè inſectetur. at non is Deus eſt, ex cuius gratia & beneuolentia ſola temporis diuturnitas & tædium ex longa amicitia, & frequenti familiaritate, hominem deijcere poſsit.

Iob.14.2.

Princeps facilè mutatur.

Eccleſ.8.1.

Pſal.145.3.

Iacob.1.17.

Iob.4.18.

Deo fidendum & nitendum. *Pſal.72.28.*

Huius ſententiæ paraphraſis.

3\. Tertia expoſitio.

Tertiùs: vt licet *dies hominis*, & *humana tempora*, vitæ breuitatem alias afferant, tamen non propter ignorãtiam ſed propter vindictæ occaſionem & cupiditatem nunc dicantur: nam ſi irato homini, & vltionis ſummè cupido res & tempus opportunam vindictæ occaſionem præbeant, non illam ſinet e manibus elabi, timens tempori ac vitæ breuiſsimæ, quæ ſimilem opportunitatem iterum non afferet. hanc expoſitionem indicarunt Philipp. atque Beda his verbis: *Non enim æternitatem tuæ dies aliquando, vt dies hominum finientur, vt ſummo ſtudio requiras cauſas; quibus de me capias vltionem.* Ergo inquit Iob: Neque hæc eſt meę cladis cauſa; nam neque viuus, neque mortuus poſſum Dei manus effugere, ſi ille decreuit pœnas à me exigere. tempus illi non affert vindictæ opportunitatem, quam ille non poſsit cum libuerit, ſemper habere paratam, at homo, cuius breuiſsima vita eſt, ſemel nactam vindictæ occaſionẽ prætermittere non ſolet: cuius exemplũ in militibus Dauid cernere licet. 1. Reg. 26. cum Dauid reperit Saulem *dormientem in tentorio*. *Dixitque Abiſai ad Dauid: Concluſit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas.*

Philip. Beda.

Homo vindictæ cupidus. *1.Reg.26.5. & 7.*

tuas. hortans videlicet ad arripiendam huiuſmodi occaſionem. & ca. 24. cum ingreſſo Saule ſpeluncam, dixerunt ſerui Dauid: *Ecce dies de qua locutus eſt Dominus ad te, Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei, ſicut placuerit in oculis tuis.* ſic ſe ad nocendum incitat dæmon ex nacta opportunitate, & temporis breuitate, Apocal. 12. *Væ terræ & mari, quia deſcendit diabolus ad vos habens iram magnam, ſciens quia modicum tempus habet.* at Deus non captat huiuſmodi temporis opportunitates, ſed quòd, cùm volet, punire nocentes poſsit, tardo ſolet gradu diuina ira procedere, & tarditatem ſupplicij grauitate compenſare. ſic ille fortiſsimus Machabæus ad impijſsimum tyrannum dixit. *Flagitioſiſsime, noli fruſtra extolli vanis ſpebus in ſeruos eius inflammatus: nondum enim omnipotentis Dei, & omnia inſpicientis iudicium effugiſti.* Hic commentarius mihi non diſplicet, viderique alicui poſſet proprius, atque germanus, & cæteris præferendus.

1.Reg.24.5.
Apoc.12.12.
Tardo gradu diuina procedit ira.
2.Mach.7.34

4 Nunc pauca quædam de proprietate vocabulorum. *Dies hominis. Enos,* miſeri, deſperatæ infirmitatis, atq; deploratæ ægritudinis. quantulacumque vero eſt ægroti, cuius iam ſit deſperata & deplorata ſalus, vitæ duratio? breuiſſima quidem, & prope nulla.

Aegroti deplorati vita breuiſsima.

Humana tempora. Septuaginta ex Hebræo: *Aut anni tui ſunt viri?* prop. *Geber,* fortis, maſculi, à virtute & præſtantia ſexus. hoc autem loco emphaſim habere contendit Caietanus, atque eos viros notari exiſtimat, qui præcipui ſunt, videlicet philoſophi, qui in capiendis rerum experimentis & ſcientijs comparandis vitam ponunt. ſed alienè. Certè ſi nomen *viri* peculiarem hoc loco vim habeat, amplificatio erit ſuperioris partis, *dies hominis,* miſeri, aut certè *potentatum,* valentioris viribus, cuius diuturnior vita ſit, nam *potentatibus,* id eſt potentioribus, non tam opibus, quàm valetudine, & viribus, *octoginta* annos præfinit Dauid, plures videlicet, quam valetudinarijs, quorum hominum eſt infinitus numerus. Illud etiam obſeruandum *annos* tribui Deo, *dies* homini: quo illius æternitas, noſtra verò mortalitas, vitæque breuitas indicetur.

LXX.
גבר
Caietan.
Viri nomen quid hoc loco indicet.
Pſal.89.10.
Humanæ vitæ breuitas.

VI. Vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum ſcruteris?

1. *Quærere quid propriè. quid Quærere animam, Quærere iniquitatem, aut peccatum; Quærere mendacium. Explicati Samuel, Dauid, Salomon.*
2. *Scrutari quid.*
3. *Peccatum & iniquitas quo differant.*

1. PEndet ex ſuperiori. quare iuxta primam illam Latinorum interpretationem accipiunt *quærere iniquitatem,* aut peccatum, pro eo quod eſt, inquirere in peccatorem per teſtes, & iudiciariam quæſtionem. & licet quidem verbum *quærendi,* non ſemel in ea ſignificatione vſurpari ſoleat, vt ſupra diximus cap. 3. hoc tamen loco eſt ab alia radice, *Bikes,* quod ſignificat non tam verbis & interrogatione, quàm ſummo ſtudio & diligentia aliquid inquirere, aut procurare: & non rarò in malum, pœnamque, & necem procurandum accipitur. Vtrumque apertè probant exempla. Exod. 2. *Quærebat occidere Moyſem,* & cap. 4. *Mortui ſunt omnes, qui quærebant animam meam.* & 1. Regum. 22. *Si quis quæſierit animam meam, quæret & animam tuam,* id eſt, Si quis per inſidias mihi necem intentauerit & procurauerit. quare hoc loco, *quærere iniquitatem,* ſapienter explicat Philippus; *Summo ſtudio quæras cauſas, quibus de me capias vltionem.* Quare hic non videtur eo modò dictum, *quærere peccatum,* ſicut Pſalm. 10. *Quæretur peccatum illius, & non inuenietur.* hoc enim eſt, inſtituere quæſtionem de alicuius improbitate, & ſcelere: ſed eo modo, quo accipitur Ierem. 51. *In diebus illis quæretur iniquitas Iſrael, & non erit. & peccatum Iuda, & non inuenietur, quoniam propitius ero eis.* id eſt, ita remittam offenſam, & ſanabo animi vulnera, vt neque cicatrix, neque veſtigium, neque labes vlla, quamuis ſummo ſtudio quæratur, inueniri poſsit. ad eum ſenſum quo Paulus de iuſtificatis per Chriſtum dixit: *Nihil damnationis eſt ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu,* ſic etiam Prouerb. 24. *Ne inſidieris & quæras impietatem in domo iuſti. ſepties enim cadet iuſtus, & reſurget.* id eſt, quamuis ſummo ſtudio & diligentia inquiras in vitam, moreſque iuſtorum, nihil graue aut magnum inuenies, ex quo ſæpè & facilè reſurgere non poſsint. ſic etiam Pſalm. 4. qui ſummo ſtudio regnum Sauli, aut Abſaloni procurabant, atque inſidias parabant Dauidi, *mendacium quærere* dicuntur Pſalm. 4. inhiabant videlicet in ſpes vanas, atque fallaces. igitur notat Iob ſummam quaſi iudicis diligentiam in inquirendo iniquitatem, & cauſas ad infligendum ſupplicium.

Quærere iniquitatẽ quid
Quærere quid.
Vid. Iob.3. 4. nu.2.
בקש
Exod.2.15.
Exod.4. 19.
1.Reg. 22.23.
Quærere animam.
Philip.
Pſal.110.15.
Ier.51.20.
Rom.8.1.
Prou.24.15.
Pſal.4.3.

2. *Et peccatum meum ſcruteris?* propriè, inquiras, ſed à radice (*daras*) quod poteſt referri ad iudicialem quæſtionem, & examinationem. quare Gregor. & alij Latini referunt ad quæſtionem per tormenta, perque breuiſsima temporis ſpatia repetitam. Non magnam differentiam agnoſcunt Septuaginta in his duobus verbis, ſed ferè per expoſitionem accipiunt: *Quoniam inquiſiuiſti iniquitatem meam, & peccata mea inueſtigaſti?*

Scrutari quid.
דרש
Gregor.
LXX:

3. *Iniquitatem, & peccatum.* Iulian. in Catena vult *iniquitatem* eſſe contra Dei pietatem, & cultum; at *peccatum* contra homines. D. Thom. *peccatum* refert ad opus, *iniquitatem* verò ad cogitationem. ſed hæc diſcrimina non ſunt valde firma. nam ex vi originalis, hæc tantùm differentia elici poteſt, quòd *peccatum* afferat errorem quendam: aut verò *iniquitas* obliquitatem, & deuiationem, vel curuitatem a recta lege & ratione, diximus de his vocabulis aliquando.

Quid propriè iniquitas, & peccatum.
Iulian.
עוה
חטא
D.Thom.

VII. Et ſcias, quia nihil impium fecerim: cùm ſit nemo, qui de manu tua poſſit eruere.

1. *Varia interpretatio. Diuini iudicij ſeueritas.*
2. *Deus ante infligenda ſupplicia deprecatores quærit. Iuſtorum preces. Deus videtur in noſtris flagellis dolere. Explicati Iſai. Samuel, Ierem.*
3. *Deus quo potentior, eò benignior.*
4. *Supremus iudex æquiſsimus. Supplicium iniquorum iudicum. Defenſio pauperum. Illuſtratus Eccleſiaſticus.*
5. *Iobi oratio magnanimi, & bene de Deo ſentientis.*
6. *Caietani arguti.*

1 Varia interpretatio.

FAcis ne hæc, vt ſcias, an peccauerim, necne; & cùm liberè quodcumq; velis, de me poſsis ſtatuere, me mille modis exploras, & verſas, vertis, inuertis? Alij; Hæc ne facis, vt ſcias, an peccauerim? ſed heu, nimium agis acerbè, qui me tam grauiter excrucias, vt apud te nullius preces locum habeant, neque adduci poſsis, vt me manumittas. Alij tamen, Chryſoſt. & Olymp. ſeueritatem diuini iudicij in his verbis agnoſcunt iuxta lectionem Septuaginta; Scis me non egiſſe impiè; ſed quis eſt, qui de manibus tuis eripiat? quaſi dicat; *Nihil mihi conſcius ſum; tamen in hoc iuſtificatus non ſum.* ſcio, ſcis tu quoq. me innocentem eſſe; quamuis nemo apud te innocens omninò videri debeat; nemoque *poſsit* innocentem *de manu tua eruere*, ſi illius innocentiam affligere & probare decreueris. Paullò ſecus Auguſtinus; *Scis me nihil impie feciſſe quantum ad homines; ſed quis eſt qui de manu tua iudicantis eripiat?*

Chryſoſt. Olymp. Diuini iudicij ſeueritas. LXX. *1. Cor. 4. 4.* *Auguſt.*

2 Commiſerationem mouet Iob.

Sed poteſt quidem hæc ſecunda pars elegãter referri ad mouendam commiſerationem. Acerbius (inquit) atque vehementius mecum agis, cùm ſit nemo qui prece aut pretio me iuuare poſsit, atq; compeſcere tuum flagellum. nam aut indulgentiſsimus pater, aut beneuolentior iudex ad puniendum ferendumque ſententiam inſigni quadam ſeueritatis & indignantis animi ſpecie ſolent accedere, certi non defuturos, qui ſubitò ſupplicij grauitatem deprecaturi accurrant amici atque patroni. non aliter quidem Deus ſuos amicos prius admonet ante infligendum ſupplicium, vt locum patefaciat, & viam præmuniat ſuis illorum precibus & interceſsioni. huc illud benigniſsimi Dei pertinet Geneſ. 18. *Numquid celare potero Abraham, quæ geſturus ſum?* ſimiliſque eſt admonitio, atque reuelatio facta prophetis, cùm de ſuo populo, aut puniendo aut intentatis minis deterrendo à peccatis ſtatuit. quod ſi deprecatores, & interuentores citò non adſint, meritò conqueritur indulgentiſsimus pater, benigniſsimuſque iudex, atq; ex illius nomine Iſai. cap. 64. in inſigni illa populi clade dolens ait; *Non eſt qui inuocet nomen tuum* (quaſi dicat, Non eſt qui te inuocando, tuamque clementiam tibi quaſi in memoriam reuocando, te reuocet à ſupplicio; nõ eſt qui clamet; Deus optime, ne ſtringas gladium, ne ſtrictum iam atque ſplendentem extendas in populum tuũ) *non eſt qui conſurgat, & teneat te.* quod videtur colludere cum illo Abrahami geſto Gen. 22. quaſi per antitheſim. *Clamauit enim Angelus Domini dicens, Abraham, Abraham, non extendas manum tuam ſuper puerum.* at extendente Deo manum, & arripiente gladium, nõ eſt qui inuocet illius nomen, & teneat illum. Tenebat porrò Moyſes Deum Exod. 32. cum diceret: *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos. Moyſes autem orabat Dominum Deum ſuum.* hinc manſuetiſsimus rex ille iuxta cor Dei valde opportunas Abigailis preces gratulatus eſt; *Benedictus dominus Deus Iſrael, qui miſit te hodie in occurſum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie, ne irem ad ſanguinem, & vlciſcerer me manu mea.* Quod ſi præter morem ſtatuat nullius precibus acquieſcere, dolens ipſe indulgentiſsimus parens, ait; *Ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio* (Chaldæos videlicet, quorum morſus atque impetus, quòd Deus ſic decreuiſſet, nullius prece aut oratione comprimi, placari, aut debilitari poſsit) *& mordebunt vos, ait Dominus. dolor meus ſuper dolorem; in me cor meum mœrens ſuper contritione filiæ populi mei: contritus ſum, et contriſtatus ſtupor obtinuit me.* ergo inquit Iob præclarè tum de ſuis ærumnis, tum de diuina benignitate philoſophatus; *Nemo eſt, qui de manu tua poſsit me eruere:* quorſum igitur me tã acriter flagellas? nam ſi patroni, & interuentores adeſſent, nihil mirum ſæuiſsimum te mihi exhibuiſſe.

Dei benignitas. Deus ante ſupplicia interuentores iuſtos præmonet, & quærit. *Gen. 18. 17.* Iuſti deprecatores in aliorum ſupplicijs. *Iſai. 64. 7.* *Gen. 22. 12.* *Exod. 32. 10.* *1. Reg. 25. 32.* *Ier. 8. 17.* Videtur Deus dolere in noſtris ſupplicijs. *ver. 21.*

3 Dei potentia leniſsima.

Ex diuina quoque potentia poteſt commiſerationem excitare; quò enim potentior, & ſuperior iudex eſt, eò etiam eſt benignior; Si is tu eſſes iudex, a cuius tribunali, ad ſuperiorem iudicem prouocatio eſſet, nihil mirum, quod timens ne quis ſuperior iudex me meamque controuerſiam è tua poteſtate atque iudicio erueret, & ad te aduocaret, velles nullas in me iudicando, torquendo, examinando, ſententiam ferendo, denique plectendo extremo ſupplicio, trahere moras; at *cùm ſit nemo, qui de manu tua poſsit eruere*, cur me tam acriter vexas, nulla reſpirandi, aut interquieſcendi poteſtate permiſſa, ſpatiove vllo temporis conceſſo?

4 Supremus iudex æquiſsimus.

Mirari etiam poteſt ſuam innocentiam afflictam à Deo, *cùm nemo ſit* iudex ſuperior, qui de *manu* illius *poſsit eruere*: nam quod corruptiſsimorum iudiciorum humanorum iudicũ admirationem tollere debet, eſt diuini æquitas iudicij, & ad illud prouocatio, qui de manu hominum poſsit innocentẽ eruere, vt Sapiens ait, Eccleſiaſtæ. 5. **Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & peruerti iuſtitiam in prouincia, ne mireris ſuper hoc; quia excelſo, excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alij, & inſuper vniuerſæ terræ rex imperat ſeruienti.* ſicut Scriptum eſt Prouerb. 22. *Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt.* (id eſt, ne te illius imbecillitas & impotentia ad repellendam iniuriam, te violentum, & inhumanum reddat) *neque conteras egenum in porta* (id eſt, in humano iudicio & tribunali) *quia iudicabit dominus* (ſupremus iudex) *cauſam eius.* ſic ſolet Deus ab iniquis iudicibus ſceptrum, virgamque iudiciariam auferre, & il-

Ecceleſ. 5. 7. *Si el juez me agrauió, por ello bien que ay a quiẽ apelar, Rey, y Dios que hará juſticia. *Prou. 22. 22. & 23.* Pauperi in iudicio fauendum.

Supplicium iniquorum iudicum.

Eccleſ.35.22.

*Cō ſer Dios tan ſufrido y reportado, parece que ſe le agota la paciencia cō los malos juezes.

ver.3.

*Qui tales la vara, y dales con ella de palos y quie braſela en la cabeça.

re, & illa ipſos iniquos iudices tūdere, & verberare, verberandoq; illorum capita virgamque confringere. quod grauiſsimis verbis dixit Eccleſ. cap. 35. *Dominus iudicabit iuſtos,* * *& fortiſsimus* (longanimis) *non habebit in illis patientiam* (quaſi diceret; quamuis in aliorum peccatorum iudicio & examine propitium atque patientem ſe prębeat, ſed in eruendis de illorum manibus innocentibus ſeuerisſimum agit iudicem) *vt contribulet dorſum ipſorum, donec tollat plenitudinem ſuperborum, &* * *ſceptra iniquorum contribulet.* Ait igitur Iob; Si quis ſuperior iudex de manu tua poſſet eruere, nihil mirarer, ſi tuo iudicio opprimerer. ſed *cùm ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere,* illud tandem mirabile eſt, iudicio tuo me innocentem contemni, & opprimi.

5 Verba magnanimi pectoris.

5 Tandem illud mihi non diſplicet, quod placere alicui meritò poſsit, hæc eſſe verba magnanimi cuiuſdam, atq; inuicti pectoris; *Scias,* ſcito, experientia ipſa compertum profectò tibi atq; exploratum erit me nihil habere ſceleris; quamuis *nemo* me *de manu tua poſſit eruere,* neque è tantis cruciatibus eripere. vel vt ſint verba confidentis de Dei veritate, & illius teſtimonium expoſcentis quaſi cum iuramento; Quorſum alios vitæ meæ teſtes inquiris? quorſum vteris cruciatibus? quorſum ego patronū alium & interventorem requiram? te ipſum teſtem inuoco innocentiæ meæ: tu ſcis quam innocenter vixerim, & vt nihil impium fecerim.

6 *Caiet. argutia.*

6 Quòd ſi etiam bene cohæreret cum antecedentibus & ſubſequentibus, contemnendum non eſſet, quod argutè Caietan. indicat, hic ſermonem non tam eſſe de inquirendo aliquo ſuperioris vitæ ſcelere, quàm de probando & explorando an afflictus tandem Iob aliquando peccauerit, quaſi ſagiens illud dictum Satanæ. *Tange os eius & carnem, niſi in faciem benedixerit tibi.* quaſi diceret; Cum probè perſpexeris me, numquam in tantis corporis & animi acerbitatibus aduerſum te peccaſſe, quorſum me ampliùs probatum cupis?

Iob.2.5.

VIII. Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu: & ſic repentè præcipitas me?

1. *Huius ſententiæ ſcopus & nexus quæritur. Particula Et, cauſalis. Dei creatoris in ſuam creaturam poteſtas.*
2. *Nexus optimus. Priſtini beneficij commemoratio valet ad alia denuo impetranda. Iſaias, & Samuel illuſtrati. Quid inuenire ſit in ſacris.*
3. *Quid interſit inter Facere, & Plaſmare. Facere moleſtiam, & laborem affert.*
4. *Plaſmare ex Hebræo, facere, & perpolire. Explicati Samuel, & Dauid.*
5. *Manichæi error.*
6. *Philonis error, & confutatio. An Angeli aliquod miniſterium præſtiterint in hominis creatione. an præſtabunt etiam in reſurrectione.*
7. *Circuitus quid hoc loco; variæ expoſitiones. Illuſtratus Paulus.*
8. *Circuitus, ad totum hominem, & ad ſtudium, & beneuolentiam referri, tum etiam ad externa omnia bona.*
9. *Quæ dicantur Dei manus. Explicatus ſemel, & iterum Dauid.*
10. *Peculiare aliquid per Dei manus intelligendum in hominis creatione.*
11. *Deum ſuis manibus hominis corpus, non beſtiarum plaſmaſſe, quomodo ſit intelligendum. Verbum antiquis patribus loquutum.*
12. *Præcipitare ex Hebræo & Græco properdere, deuorare, obruere. Explicati Samuel, Dauid, Paulus.*
13. *Primi hominis creationem ad nos referri.*

1 Huius ſententiæ ſcopus & nexus. *Caiet.*

1 ILlud primò in controuerſia eſt, quis ſit huius ſententiæ ſcopus, atque cum præcedentibus nexus. nam Caietanus cùm hæc ſine interrogatione legat, quam etiam Septuaginta expunxerunt, exiſtimat nunc Iob cauſam reddere eorum, de quibus Deum rogauerat, cur videlicet *opprimeres opus manuum ſuarum;* Iam (inquit) teneo huius rei cauſam: cùm enim *manus* illius *me fecerint,* iure ſuo poteſt Deus deſtruere; *& ſic,* id eſt propter hanc rationem, ideo, *me præcipitas.* licèt enim in Originali non ſit illa particula *ſic,* ſed tantū copulativa, &, hæc quidem aliquando cauſam aut rationem reddere ſolet, & valet, *ideo.* vt Gen. 3. *Puluis es, &* (ideo) *in puluerem reuerteris.* Exod. 15. *Nec poterant bibere aquas de Mara &* (ideo) *murmurabat populus.* ſimiliter ergo hoc loco. hoc indicarunt Septuagin. *Manus tuæ plaſmauerunt me, & fecerunt me; poſtea mutans percuſsiſti me.* ſed non valde cohæret.

LXX. Deus iure creatoris poteſt ſuam creaturam deſtruere.

Gen.3.20.

Exo.5.23.24.

Particula, &, reddit cauſā.

LXX.

Cyp. Ciſter.

Alij, vt Cyprianus Ciſtercienſ. exiſtimant perſtare adhuc in amplificanda diuina cognitione, cui homo apertus, patensq; ſit, vt qui illius manibus formatus ſit & conditus. ſed non congruit cum ſequentibus.

2 Optimus nexus, & ſentētia germana.

2 Ergo illud optimum eſt, pariter ac communiſsimum Græcis atque Latinis, vt ex ſua conditione, & formatione, ſui opificis miſericordiam moueat, & ex commemorato priſtino beneficio, alia denuo efflagitandi anſam arripiat. id quod multum valet ad optimum & benigniſsimum Deum placandum & leniēdum. ſic Iſaias cap. 63. excitaturus diuinam miſericordiam, texit, repetitque diuinorum beneficiorum catalogum: *Miſerationum* (inquit) *Domini recordabor; laudem Domini ſuper omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & ſuper multitudinem bonorum domui Iſrael, quæ largitus eſt eis, ſecundum indulgentiam ſuam, & ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum.* poſt longam tandem enumerationem quaſi Deo iam reddito mitiori, ſubijcit; *Vbi eſt zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viſcerum tuorum & miſerationum tuarum? ſuper me continuerunt ſe?* quaſi dicat; Cum ex tuo charitatis & miſericordiæ infinito pelago præclara ſemper ad nos *beneficia redundarint,* nunc præter conſuetudinem, præterq; naturam videris tantam miſericordiæ vim vltro fluentem ad mortalium vitam tuendam, reſque humanas promouendas erga tuum populum continuiſſe, & compreſſiſſe, atq; priſtinum illū curſum diuertiſſe, atq; mutaſſe? ſimili ſenſu ſe erigebat Dauid. a

Commemoratio priſtinorum beneficiorum mouet diuinam miſerationem.

Iſai.63.7.

ver.15.

Dauid memoria priſtini beneficij ſe erigit ad alia efflagitanda.

2. Reg. 7. 27.
*En las mercedes recebidas nallo animo y atrevimiento para mas pedir.
Inuenire cor quid.
Quare beneficij recordatio grata ſit ei qui contulit.
Iſai. 9. 4.

Regum. 7. cùm poſt multa commemorata beneficia, ajt: *Propterea* * *inuenit ſeruus tuus cor ſuum, vt oraret te oratione hac.* *Inuenire* autem *cor*; eſt, non ſolùm fidenter & audacter petere, ſed in ſpem certiſsimam impetrandi erigi. Huius verò rei illa ratio eſt, quòd cũ beneficia proficiſcantur ex conferentis gratuita beneuolentia & charitate, qui illa collata & accepta cõmemorat, priſtinum etiam amorem renouare, & redintegrare videtur: propterea ad excitandam quoque diuinæ potentiæ atque roboris vim illam acerrimam, & hoſtium vltricem, priſtina etiam fortitudinis facinora memoria repetunt prophetæ, *Sicut in die Madian*: Sicut in die Aegypti ſic quoque nunc diuinæ charitatis & prouidentiæ effecta proponuntur.

3
Quid interfacere & plaſmare interſit.
Didym.
Philip.
Beda.
D. Tho.
Gen. 1. 26.
Gen. 2. 7.
Greg.
LXX.

Fecerunt, & plaſmauerunt. Non priùs integram ſententiæ intelligentiam habebimus, quam vocum proprietatem indagauerimus. Hęc duo verba cum diſcrimine accipiunt ex Græcis Didymus, ex Latinis, Philippus Beda, D. Thom. & *facere* quidem referunt ad animi creationem: *plaſmare* verò ad formationẽ corporis. id quod nititur Philipp. confirmare ex Gen. 1. vbi dicitur factus homo *ad imaginem & ſimilitudinem Dei*, quod potiſsimum conſiſtit in anima: ſicut & quòd accepto *ſpiraculo vitæ*, id eſt anima, factus ſit homo *in animam viuentem*. de corpore verò dictum eſt, *Formauit Deus hominem de limo terræ.* idem diſcrimen, contraria licèt ratione, obſeruauit Gregor. nam *facere* retulit ad corpus, *plaſmare* verò ad animam: neque mirum; nam quod nos *facere & plaſmare* dicimus, Septuagin. inuertunt, *plaſmauerunt, & fecerunt me.* & quidem diſcrimen in rebus ipſis ineſt: cæterum in iſtis vocibus non continetur, ſed potiùs ſtudium quoddam, & peculiaris cura in homine condendo, & quaſi aſsidua & vehemens ad formãdum hominem intentio, & magna cum voluntate occupatio.

Facere quid in Hebræo.
עצב

Facere enim eſt à radice *ghatſab*, quod propriè eſt elaborare, quod opificum eſt ſummo labore & diligentia enitentium, & elucubrãtium in alicuius operis perfectione. quare opus perfectum ſuis omnibus partibus ſolemus appellare, *coſa muy trabajada.* propterea que hoc verbum in ſua prima ſignificatione affert moleſtiam quandam, dolorem & afflictionem in laborando: vt indicatur Eccleſiaſt. 10. *Qui tranſfert lapides,* * *affligetur* (Hebraicè, faciet, laborabit) *in eis.* Septuag. *dolebit in eis.* de quo ſtatim plura.

Facere, moleſtiam & laborem affert.
Eccleſ. 10. 9.
*Quien entiende en mudar piedras, biẽ tiene que hazer
LXX.

4.
עשיה
Plaſmare quid in Hebræo.

Verbum autem *plaſmandi*, *ghaſah*, eſt aliquid facere, ſed ornatè & politè. q. d. perficere, & præparare, vel rem omnibus modis paratam atque perfectam efficere. & frequenter verti ſolet verbo *faciendi*. Genes. 1. *vidit* (ſe cum voluptate ad videndum conuertit) *Deus cuncta, quæ fecerat* (id eſt ornatè, ſubtiliter, ingenioſè, eleganter effecerat, perfecerat, & ad abſolutionẽ perduxerat) & (namque) *erant valde bona* (aſpectu iucundiſsima, & ad omnem vſum & vtilitatem comparata) Et, 2. Reg. 19. *Deſcendit in occurſum regis illotis pedibus, & incultâ barba* Hebraicè: *Non fecit pedes ſuos, & non fecit barbam ſuam*, id eſt, non præparauerat, neque ornauerat barbam ſuam; neque ornauerat ſe. integer Hebraiſmus eſt, cui ex altera tantùm parte Hiſpaniſmus reſpondet, *no lleuaua hecha la barba.* eleganter illuminarunt Septuag. dicentes, *Non curauerat pedes ſuos, neque fecerat vngues, neque fecerat labrum ſuum.* id eſt, non aptauerat neque concinnauerat: quod enim de labio dicitur, non tam pertinere videtur ad id, quod myſtaces, vel *moſtachos*, vulgo dicimus, quam ad labri ſuperioris abraſionem; qui in priſco vſu fuit. quare cum idem verbum ſit Geneſ. 1. cum dicitur; *Faciamus hominem ad imaginem et ſimilitudinem noſtram*, non eſt illa Philippi obſeruatio valdè ſolida: atq; adeò, quod hic eſt *Plaſmare*, Pſal. 118. vertitur *facere* in eadem ſententia; *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me.* immò hunc Iobi locum inuerſis vocibus ibi legit Ambroſ. *Manus tuæ plaſmauerunt me. fecerunt me.* de hoc quoq; ſtatim plura. Quãuis illum Pſalmi locum ſic legat; *Manus tuæ fecerunt me & parauerunt me.* Hylari. *& præparauerunt me.* & alijs codicibus legi; *& finxerunt me*, ibidem docet.

2. Reg. 19. 16.
Facere pro ornare, & perpolire.
LXX.
Geneſ. 1. 26.
Philip.
Pſal. 118. 73.
Ambroſ.
Hylarius.

5.
Manichæus damnatur.
Niceph.
Auguſt.
Theodor.
Epipha.
Clem.

Totum in circuitu. Gregorius, & cum illo alij Latini hinc damnant Manichæum aſſerentem hominis corpus à malo principio, maloque Deo eſſe fabricatum, id eſt à principe, quem Seuclam, vel Saclam, nominant. Nicephor. lib. 6. c. 31. Auguſti. de hæreſibus. c. 48. Theodor. Epiph. Clem. 2. ſtromatum. ſed hoc alterius negotij, & loci eſt. Damnatur præterea hoc loco Philo cum alijs hæreticis exiſtimantibus humanum corpus productum fuiſſe ab angelis, quamquam Auguſt. lib. 9. ſuper Gen. ad litt. c. 15. potuiſſe fieri doceat, vt in primi hominis corporis formatione aliquod miniſterium adhibuerint angeli: quod etiam. D. Thom. 1. p. amplecti videtur: atque eius modi miniſterium fuiſſe explicat, quale ijdem angeli præſtabunt in vltima reſurrectione, pulueres videlicet colligendo. indicat itaque angelos puluerem collegiſſe, & in limum compegiſſe, ex quo formatus fuerit Adam. Sed id non tam angelorũ, quam Dei manibus factum fuiſſe iam confirmabimus. ver. 10. & 11.

6.
Philonis lib. de opere ſex dierum error.
Auguſt.
An angeli in hominis creatione aliquod miniſterium obierint.
D. Tho. 1. q. 91 a. 2.
Quale miniſterium angeli in reſurrectione.

Illud verò, *in circuitu*, quidam pertinere exiſtimant, alludereque ad figuli rotam, cuius circuitu, id eſt circumuolutione, expolitur, & perficitur vás figulinum, ad quam ſimilitudinem homo ex luto factus à Deo, & fictus eſt.

7.
D. Tho.
Caiet.
Corpus circundat animum.
Heb. 5. 2.
* Cubierto e pies a cabeça
Heb. 12. 2.

D. Tho. & Caiet. de corpore accipiunt quod dicatur *in circuitu* fieri, quod videatur animus & cor circundari, & circumveſtiri corpore: qua ratione ad Hebræ. 5. homo dicitur, *circundatus infirmitate*, id eſt fragili corpore, & carne infirma: vel, vt eſt in originali Syriaco, *indutus*, vel * *obrutus*. & ad Hebræos. 12. corpus praue affectũ dicitur *Circumſtans nos peccatum.*

8.
Ioan. 7. 23.
Luc. 11. 40.
Hieron.
Pſal. 138. 5.

Sed exiſtimarim tamen his duabus vocibus *totum*, & *in circuitu*, idem dici: *Totum* id eſt, corpus & animam. ſicut & Chriſtus Dominus Ioannis 7. dicit, *Totum hominem ſaluum feci.* & Luc. 11. *Stulti nonne qui fecit, quod de foris eſt, etiam, id quod de intus eſt, fecit?* hoc idem eſt. *in circuitu*; id eſt circumquaque, quod Latinus dicit, intus & extra, intus & in cute, à capite ad pedes. & quod Hieronym. in expoſitione illius verſiculi. Pſal. 138. *Tu formaſti me*; explicuit; *Retrorſum, & ante*

feciſti

feciſti me. poteſt etiam pertinere hic *circuitum* ad ſtudioſam atq; beneuolam Dei prouidētiam, qua creatum hominem vallauit, & cinxit, & ab omni hoſtium impetu muniuit quaſi circumiecto muro, & foſſa. quod etiam referri poteſt ad angelorum cuſtodiam, quòd angeli dicuntur *Caſtrametari in circuitu timentium eum.* Niſi forte per *circuitum*, omnia etiam illa intelligamus, quæ hominē cingunt, comitantur, ornāt, facultates, liberos, familiam vniuerſam; qua ratione dicuntur *filij eſſe in circuitu.* & externa omnia dicuntur eſſe veſtis, quæ hominem circundat, & cingit. quaſi diceret; Quidquid ego ſum, quidquid habui, tuarum manuum largitate & munificentia accepi; *Dominus* videlicèt *dedit* quæ idem *abſtulit*. Vide quæ diximus ca. 1. ad id, *Nonne tu vallaſti eum &c.*

Pſal. 33. 8.
Pſal. 127. 3.
Iob. 1. 21.

9
Quæ dicantur Dei manus.
Auguſt.

Manus tuæ. Nunc iam explicandæ *manus* Dei, quarum opera & induſtria elaboratus homo, atq; perfectus eſt. Aug. 12. de ciu. c. 23. & Pſ. 118 nihil peculiare ſignificari hoc loco exiſtimat, quam quod Gen. 1. dicitur, *Faciamus hominem*, nā quæ hoc loco additur *manuum* elaboratio, & operatio, aliarum etiam rerum creationi tribui ſolet. vt Pſ. 101. *Opera manuum tuarum ſunt cæli.* & Pſ. 49. *Aridam fundauerunt manus eius.* & Iſaiæ 48. *Manus Domini fundauit terram, & dextera Domini tetendit cælos.* quare Auguſtinus *manuum* nomine intelligit ſapientiam, atque potētiam, quibus tamquam manibus cuncta fecit Deus.

Pſal. 101. 26.
Pſal. 49. 5.
Iſa. 48. 13.

Hieronym.

Alij potentiam tantùm, quę Deo vtriuſque manus loco eſt. ſic Hieron. epiſt. 15. de his quæ Deo tribuuntur; vel multiplicem Dei operationem, videlicet corporis, & animæ productionem. Scholaſtici intelligunt Dei intellectum, & voluntatem, quam dicūt executiuam Dei potentiam, nam, vt Paulus ait Epheſ. 1. *Operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.* Caiet. & D. Tho. ad inferiores cauſas referunt, quib⁹ tamquam manibus, & inſtrumentis Deus vtitur ad productionem effectuū ſublunarium. Sed quidem hæc omnia homini atque alijs etiam rebus communia ſunt.

Epheſ. 1. 11.
D. Thom.
Caiet.

10
Peculiaris manuū Dei operatio in hominis creatione.
Baſilius.
Theodor.
Ambroſ.

Ego aliquid præterea in hominis creatione & interueniſſe, & ſignificari exiſtimo, id quod docent Baſilius, Theodor. Ambroſ. Pſal. 118. & frequens ſanctorum Patrum commentarius Gen. 1. intelligere igitur cum Amb. licet Filiū atque ſpiritum ſanctum, qui cum patre creauerunt hominem, idemq; collapſum reſtituerunt; vel Dei verbum atq; *ſpiraculum*, halitumq; illum, quibus conſtitiſſe viſa eſt hominis vita; licèt enim in Geneſi ſcriptum non ſit à Moyſe dixiſſe Deum, vt homo fieret, intelligendum tamen eſt, dixiſſe, id eſt verbo etiam ſuo illum creaſſe, vt obſeruat Auguſtinus Pſalm. citat. *omnia* enim *per ipſum* verbum *facta ſunt*; *ſpiraculum* etiam *vitæ* adhibuiſſe, id eſt, halitū illum, quo *Factus eſt homo in animam viuentem.* id eſt, in corpus viuens, & animatum.

Etiam Deū dixiſſe vt fieret homo.
Auguſtin.
Ioan. 1. 3.

11
Deum manibus ſuis hominem plaſmaſſe, vt oporteat intelligi.

Tandem alij contendunt ſimpliciter intelligi debere, quod ſimpliciter dictum eſt, Deum videlicèt *manibus* ſuis finxiſſe hominem. Cùm enim creator omnium Deus humanam figuram accepiſſet, in qua ab Adamo videri, audiri, & colloqui cum illo externa ſpecie poſſet, *manibus* quoque ſuis illius corpus effinxit. Scio Auguſtinum lib. 6. de Gen. ad lit. ſic ſcribere: *Quod manibus corporalibus Deus de limo finxerit hominem, nimium puerilis cogitatio eſt, ita vt ſi hoc Scriptura dixiſſet, magis eum, qui ſcripſit, translato verbo eſſe credere debeamus, quàm Deum talibus membrorum lineamentis determinatū, qualia videmus in corporibus noſtris.* hoc, inquam, veriſsimum eſt; eſt enim Deus ſpiritus ſimpliciſsimus. at vel Angelum, vel Deum figuram & ſpeciem humanam ſumpſiſſe neq. impoſsibile, neque ſine ratione aſſeri poteſt. quam interpretandi, atque ſentiendi rationem & viā, cur quidam faſtidiant, & auerſentur, præſertim, cum aſperè nimium atq; peregrinè ſonet, auribus Deum feciſſe ſuis manibus beſtias; at iucundiſsimè, & ſuauiſsimè Deum feciſſe ſuis manibus hominem? ſimile profectò, cùm ipſum Dei verbum factus homo, *expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo*, & ſuis ipſis manibus *liniuit lutum ſuper oculos* cæci nati. quod ob id factum eſt, vt ſe oſtēderet auctorem & conditorem totius hominis in circuitu, qui de luto formatus fuerat, vt explicant Irenæus lib. 5. cap. 15. eleganter in hæc verba: *Et qui cæcus fuerat à natiuitate iam non per ſermonem, ſed per operationem præſtitit viſum. vt oſtenderet manum Dei, eam quæ ab initio plaſmauit hominem, vt manifeſtarētur opera Dei. Opera autem Dei plaſmatio eſt hominis.* Vide ad eandem rem Ambr. epiſtol. ſeptuageſima quinta, ſed potiſsimum Pſal. 118. *Me* (inquit) *tuis manib. feciſti, me tuis manibus figuraſti, hoc eſt, non figuraſti beſtias manibus tuis, non reptilia, non volatilia.* eadem quidem & locupletiora etiam habet eodem loco Hilar. *Egregium* (inquit) *& præclarum in homine eſt, quia cæteris dignitate operationis excipitur.* idē apertè, & luculenter Baſi. quoq. docet homil. 11. Hexam. & Niſſen. orat. 2. atque huic interpretationi fauere omnes ij cenſendi ſunt, qui aſſerunt non Angelum, ſed verbum ipſum Deum ſub ſpecie viſibili antiquis patribus apparuiſſe. Hi ſunt Tertull. Iuſtin. Athanaſ. Ambroſ. Auguſtin. Hylar. & quidam alij. planè igitur atque ſimpliciter intelligo locum illum Pſalm. 138. *Tu formaſti me,* * *& poſuiſti ſuper me manum tuam.* confirmabuntur porrò hæc omnia cum de luti formatione, & lactus coagulatione dixerimus paulò inferius.

Auguſtinus.

Ioan. 9. 5. 6.
Irenæus.
Hilari⁹ ſuper Pſalm. 118.
Verbum ſub ſpecie viſibili loquutum antiquis patribus.
Tertul. cont. Iud. & lib. 3. cont. Marc. Iuſtin. contra Tryphon. Athanaſ. Ser. 3. con. Arria. Ambroſ. lib. in Lucam de apparit. Aug. Zachar. Aug. in Iba. 1. & epi. 112. cap. 5. & 6. Hilar. 5. de Trin.
* Hiziſteſme de vueſtra mano, y puſiſtes las ambas en la maſſa y barro de mi hechura.

12

Et ſic repentè præcipitas me: ſupra indicaui à Septuaginta, & quibuſdā alijs, Vatab. & Biblijs Guarini, ſine interrogatiōe legi, ſed licet ſēſ⁹ nō multū diuerſus ſit, interrogatio tamē orationē reddit valdè acrem, & incitatam, & vt vim non tam adderet, quam vt latentem exprimeret, interpres ſapienter addidit illud, *Repētè*. præſertim cùm ea de re ſuperius conqueſtus Iob fuerit, quòd *diluculo viſitaretur*, atq; *probaretur ſubito*. ille igitur repentinus caſus & ſubitus interitus afferri videtur illo *præcipitandi* verbo. *Præcipitare* autem in fonte eſt (*balagh*) proprieque ſignificat, deuorare, deglutire, abſorbere, deijcere & præcipitare ex gutture, faucibusve in imum ventriculum, qui eſt velut pręcipitium, & locus perditionis, interitus, conſumptionis, idem eſt quod perdere, & deſtruere. ſic Pſalm. 5. dicitur; *Sepulchrum patens eſt*

Iob. 7. 18.
בלע
Præcipitare quid.
Pſalm. 5. 10.

gatur. id eſt præcipitium, quòd fiat alluſio ad ventriculum, qui eſt velut perditionis, abſumptionis, atque interitus locus, ſepulchri inſtar, cuius ianua & aditus eſt ipſum os; illud etiam ſignificatur, cum loquuturi aperiunt os, mordere, comedere, deuorare, côſumere. ſic enim Paulus de detractorib. loquitur; *Si inuicem mordetis, & comeditis, videte, ne inuicem conſumamini.* dilucidior tamen res hæc fit Pſalm. 51. *Dilexiſti omnia verba præcipitationis, lingua doloſa.* O petulantiſsima lingua, alieni honoris gurges, & vorago quã tibi dulcis eſt alieni honoris, & vitæ abſorptio, & deglutitio. *præcipitatio*, interitus, abſumptio, deuoratio. Hieronym. *Dilexiſti omnia verba ad deuorandum* quare cum Iſaias cap. 25. dixiſſet: *Præcipitabit mortem in ſempiternum*, Paulus eodem verbo clariori, aliquanto oratione dixit. *Abſorpta eſt mors in victoriam. Præcipitatio* enim illa abſorptio eſt, abſumptio, atq; deſtructio. Nam eodem verbo dicitur 2. Cor. 5. *Vt abſorbeatur* (deſtruatur) *mortale hoc.* & 2. Cor. 2. 7. *Ne fortè abundantiori triſtitia abſorbeatur*, (pereat, obruatur.) atque eadem metaphora dictum eſt Matth. 23. 14. *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi, Hypocritæ, quia comeditis* (comedendo, & largè potando abſumptis & perditis) *domos viduarum.* Illud verò *in ſempiternum*, idem eſt, quod *in finem* vel *in victoriam* (*haſta victoriæ*) vel in finem tẽporis, perpetuò, non erit rurſum mors iterum, loquitur enim cum morte Dei filius, *Quamuis mors tua* fuero, ò mors, quãuis me momorderis, & in præcipitium, id eſt in tuum vẽtriculum, terræ videlicet viſcera, id eſt ſepulchrum traieceris, ſed non conſumes, non corrumpes, non decoques, ſicut Scriptum eſt, *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem* ego verò te inuicem mordebo, comedam, deuorabo, in locum interitus deijciam, perdam, & funditus deſtruam. ergo *præcipitare* deſtructionem & conſumptionem affert. quod etiam adiuncto *demoliendi* verbo explicari ſolet, vti mulier illa Abelina dixit ad Ioab. 2. Reg. 20. *Quare præcipitas hæreditatem Domini? & reſpondens Ioab ait, Abſit, abſit hoc a me, non præcipito, neque demolior* Septuagint. *Vt quid demergis hæreditatem Domini? & reſpondit Ioab, & dixit, Propitius mihi ſit Deus, ſi demergam, & ſi corrumpam.* *Præcipitare* igitur hominem, erit abſumi, corrũpi, perdi, demergi, & obrui malorum turbine, & pelago.

Præcipitare deuorare, deſtruere. Gal. 5. 15. Pſal. 51. 6. Hieron. I ſa. 25. 8. 1. Cor. 15. 54. καταπίνω 2. Cor. 5. 4. 2. Cor. 2. 7. Matth. 23. 14. Oſ. 13. 14. Pſ. 15. 10. & Act. 2. 27. 2. Reg. 20. 19. LXX.

13 *Me.* Cum emphaſi videtur dictum. & quidẽ Auguſtinus loco indicato dubitat an de peculiari ſui formatione, an verò de creatione primi hominis loquatur. Dydimus de vtroque videtur intelligere: Eugubinus, & Cyprian. Ciſterc. primam hanc partem accipiunt de creatione Adami, ſequentem verò, vbi ſe *lacti* & *caſeo* comparat, de peculiari hominis generatione. Sed cum Auguſtino exiſtimo de peculiari hominis generatione, atque adeo de ſui formatione loqui ea ratiõe qua Adami particeps eſt. nam ſicut in illo tanquam in capite & origine fuiſſe dicimur, ita etiam illius origo ad nos pertinet, & cùm illo formati quoque de luto diuinis manibus cenſemur: non eſt enim alterum ab altero ſeiungendum. Coniunxit certe vtrumque Machabæorum mater, ſuorũ

Auguſt. An de Adami creatione nunc ſit ſermo. Didym. Eugub. Cyprian. Adami conditionem ad nos referri. 2. Mach. 7. 23.

videlicet filiorum conceptionis, & natiuitatis primordia, cum prima creatione. *Neſcio* (inquit) *quomodo in vtero meo apparuiſtis, nec enim ego ſpiritum & animam donaui vobis, & vitam & ſingulorum membra non ego compegi, ſed eſt mundi creator, qui formauit hominem, quique omnium inuenit originem.*

Accuratum præcedentis ſententiæ examen, & pondus.

13 *Hominis creatio laborioſa & moleſta, rerum cæterarum facilis. Quid portare ex Græco, & Syriaco. Illuſtratus Paulus.*

14 *Figulinum opus laborioſum.*

15 *Iob cum Deo argumentatur modo & figura Hederæ Ionæ per allegoriam ad Iob relatæ. Deus aduerſus Ionam argumentatus.*

16 *Iobi argumentandi methodo vtitur Deus. explicatus Iſaias.*

17 *In creatione hominis Dei ſtudium, & charitas. Artifex amat ſuum opus.*

18 *Manus Dei ad charitatem, & ſtudiũ. Deus reſpirat, benefacit. quid reſpirare, quid ſpiritum continere. Illuſtrati Iſai. & Dauid.*

19 *Subtilitas humani opificij, ex qua Iob commouet diuinam miſericordiam. Adami hiſtoria per allegoriam ad Iob relata.*

20 *Deus creauit hominem, vt haberet cui benefaceret. Abulenſis Minerua effigies.*

HIs iam poſitis, totius ſententiæ vis, ſenſusq; mirabilis colligẽdus, premendusque eſt paulo diligẽtius. Primum igitur ſignificari diximus hominis creationem, quaſi cum quadam creatoris moleſtia, & laſsitudine laborandi, ſic quoq; docuit Ambroſ. Pſal. 118. *Specialis* (inquit) *quædam Dei acceſſit bonitatus, vt tamquã laborantem Dei in huius muneris creatura ſignificaretur operatus. Deus quidem expers laboris eſt, ſed tamẽ ſcripturæ verba quid aliud niſi ſtudioſam eius ob gratiam operationem eius oſtendunt? Ergo ſi Deus maiore quodam ſtudio te creauit, cur ipſe tui ſtudium derelinquis? Si Deus in te laborauit, qui laborare non nouit, cur ipſe fugitans ſis laboris?* Igitur argumento ab operis labore, nititur Iob Deum adducere ad miſericordiam. rurſus Ambroſius eo loco pulchra quædam, & ad Iobi mentem; *Opus tuum Domine, ne deſeras, non derelinquas. Te auctorem conuenio, te teneo conditorem, aliena præſidia non quæro. In adiumentum accingere, qui accinctus es, vt creares.* operam igitur & impenſam ne perdat Deus, contendit Iob. Sanè cum cætera ſolo verbo condiderit, ſed hominis creationem *dixit* ipſe, & fecit idem. dicere enim in hanc rem nunc poſſemus, quod de re quapiã laborioſa atq; difficili vulgo dici ſolet, *mandad y hazeldo vos.* ne tu ſeruos nactus ſis induſtrios, ſi quod iubes, ipſe feceris? non aliter in homine moderando & regendo laborare, efficereque ad illum pertinet, cum tamen vel verbo res cæteras condiderit, & moderetur. ſicut de Christo Ieſu Dei filio Paulus dixit, ad Hebræos 1. *Portans omnia verbo virtutis ſuæ.* Græce, agens, & moderans. forte tamquam habenis & ſtatione, vt

13 Ambro. ſuper Pſal. 118. Gen. 1. 3. & deinceps. & Pſal. 32. 6. Gen. 1. 26. Hominis creatio laborioſa. Heb. 1. 3.

2.Pet.1.21.

no; vt dicitur homo æquum agere. quod etiam moderari, & regere eſt. quo etiam verbo dixit Petrus 2.cap.1.*Spiritu ſancto inſpirati* (acti, gubernati, impulſi potius deducti arbitratu diuino) *Loquuti ſancti Dei homines*. Alijs namq; rebus habenas laxat, calcariaque addit: alias ſponte ad curſum incitatas adductis habenis cotinet,

Chryſoſt.

Chryſoſtomus explicat: *Gubernans, quæ cadunt, continet. Non eſt enim* (inquit) *minus continere, quàm mundum feciſſe. Sed & ſi mirabile aliquid oportet dicere, eſt etiam maius.* Rurſus explicat: *Continere ne recedant, & inter ſe diſſidentia coniungere.* Deinde

Portare ad facilitatem operis referri.

etiam verbum *portandi* ad facilitatem pertinere, docet metaphora ſumpta ab his, qui digito ſolummodo aliquid mouent, & efficiunt vt circumferatur. tum præterea ſignificatur id fieri citra laborem, cum ait *verbo*. proprie, ex

Syriaca lectio.

Syriaco. *Continet vniuerſum vi verbi ſui.* Vides facilè à Deo vniuerſum creari, conſeruari, gubernari, & quoquo velit agi, & commoueri, atque intra limites certos, officiumque contineri? Cum vero ad res humanas ventum eſt,

Heb.1.3.

ſubiunxit Paulus: *Purgationem peccatorum faciens.* vide faciendi laborem, atq; moleſtiam, id qđ Syriacum exemplar exprimit clariùs: *Ipſe per ſe ſe, fecit purgationē peccatorū*, q.d. ſuo ipſe labore, non alterius labore, & opera vius, faciens *purgationem peccatorum*, videlicet, dum fit ipſe tanquam

Galat.3.13.

purgamentum mundi, atque chatarma, *factus* videlicet *pro nobis peccatum, & maledictum.*

14 Figulinum opus laborioſum.

Sed vt ad fingendi ex luto laborem redeamus, cùm figulinas operas laborioſiſsimas eſſe probè noſſet, ſui populi ingemiſcentis propter opera luti & lateris, commiſeratione tactus eſt Deus Exod. 2. *Aſcendit* enim *clamor eorum ad Deum ab operibus; & reſpexit Dominus filios Iſrael. &* * *cognouit eos*, videlicet non ſolum agnouit clamantes, ſed etiam ingentem figulinarum operarum laborem.

Exod. 2. 23.

* Reconociolo la gente y el trabajo del officio.

15 Qualis ſit argumenti, quod Iob conficit, conſequutio.

Sed ne argumenti huius conſequentiam, quo nititur Iob probare, ad Deum creatorem pertinere, opus ſuum cum labore & induſtria factum minimè perdere; ſed potiùs continere, atque tueri, negare quis poſsit; argumentationem in modo & figura conſtituamus; ſub illa videlicet figura, & allegoria hederæ Ionæ prophetæ. fœlicem igitur Iobi ſtatum collocemus in illa hederæ lætiſsima viriditate; firmam Iobi valetudinem compara cum facultate germinandi; atque creſcendi; liberos, famulos, familiamque vniuerſam cum folijs, germinibusque recentibus. deinde conſiderare etiam in areſcente hedera licebit hominem marceſcentem, ſqualidum, exeſum vermibus; filijs & famulis, omnique honore ſpoliatum, vehementiſsimi illius venti inclementia perflantis à regione deſerti, vrentis, calidi, infeſtiſsimi rebus omnibus, concuſſum; ſæuiente etiam deſuper a Domino igne, æſtuque cæleſti, ſic enim ſcriptum eſt: *Parauit Dominus vermem aſcenſu diluculi, & percuſsit hederam, & exaruit, & præcepit Dominus vento calido, & vrenti, &c.* hac ſanè repentina rerum, hederæq; commutatione grauiſsime affectus eſt Ionas, & mortifero quodam mœrore, atque animi ægritudine correptus, *vſque ad mortem.* ergo

Iobi argumētum in modo & figura.

Ion.4.6.

Ionæ hedera allegoricè ad Iob relata.

Verſ.7.

ad hominem indignabundum huiuſmodi argumentum conficit Deus, quod nos iam in ipſum Deum ex perſona Iobi retorquebimus, *Tu doles ſuper hederam, in qua non laboraſti* (ecce laborioſum illud manuum opus) *neque feciſti vt creſceret* (*faciendi* verbum nunc iterum laborem affert, tuo labore rigandi, & excolendi non cœpit illa incrementum vllum) *quæ ſub vna nocte nata eſt, & ſub vna nocte periit* (id eſt, non valde diuturna illius familiaritas, & conſpectus, & conſuetudo te commouere potest. ſequitur deinde concluſio.) *Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua ſunt plus quàm centum viginti millia hominum?* q.d. multo maiori mihi iure dolendum fuerit de hominis interitu, quem velut arborem, ſeu, plantam, excolui his ipſis manibus.

Iobi argumēto efficaci Iona reuincit Deus. Verſ.10

Verſ.11.

16 Deus Iobi argumento & iet one poſtea vius aduerſus Ionā.

Et certè videtur Deus hoc argumento vſus, quod efficaciſsimū quondā ſibi viſum fuiſſet ad comprimendam vel duriſsimi pectoris indignationem aduerſus hominū genus. cum illud ſibi a Iobo proponeretur; In me faciendo laboraſti, tua induſtria, & manuū labore, excolendo, ſolicitudine incrementa accepi, fecisti enim vt creſcerem mox omnibus, tua familiaritate, & conſuetudine vſus ſum, *quando mecum eras ſecreto in tabernaculo meo*, deinde diutiſſime, & nunc tandem non parces? ita ne me præcipitabis? areſcere, conſumi, corrodi, putreſcere patieris? ita ne *ſubito* paras *vermes aſcenſu diluculi*, cùm *viſitas me diluculo*, & ſubitò me probas; *repenteque præcipitas*? Huius argumenti vim atque vſum obſeruarunt deinde Prophetæ ad Deum placandum, Iſaiæ 64. *Nunc Domine pater noſter es tu, nos vero lutum; & fictor noſter tu, & opera manuum tuarum omnes nos. ne iraſcaris Domine ſatis, & ne vltra memineris iniquitatis noſtræ. Ecce reſpice, populus tuus omnes nos.* & cap. 11. *Miſereris omnium, quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam, diligis enim omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti.* Quare hac tandem ratione & argumento quaſi reuinctus Deus ait Iſai.46. *Ego* * *feci, ego feram*

Iob.29.4.

Iob.7.18.

Iſa.64.8.

Sap.11.24.

Iſai.46.4.

* Yo lo ſuſtente y ſobre lleuare, pues que yo lo hize.

17 Plaſmare ſtudium & amorem affert.

Secundò amplificatur vis, & acrimonia ſententiæ ex illo verbo *Plaſmandi*, propter ſtudiū & amorem, quem indicat in artifice facientе, & quem ſupra adductus Ambr. ſapienter obſeruauit; Qui ſic cum homine expoſtulat: *Si Deum maiori quodam ſtudio te creauit, cur ipſe tui ſtudiū dereliquis*? Hanc igitur manuum operationem ad creatoris charitatem pertinere, Baſilius quoque, & Theodoritus Pſalm. loco docuerunt; intelligunt enim per *manus* affectum. atque adeo cum vtramque Deus manum adhibuit, totum etiam ſuum affectum in hominis creatione videtur cōtuliſſe. nam cum fixiſſet in homine, cor ſuū, eo manus quoq; cōtulit; atq; is amor ex labore illo faciendi creſcit. vt enim Philoſophus docuit. 9. Ethic. *quæ cum labore facta ſunt, magis diligunt omnes; beneficium autem accipere ſine labore eſſe conſtat, conferre vero beneficium eſt difficile.* inde fit, vt beneficia qui contulit, amet poſita in eo, cui præſtita ſunt; ipſe verò qui accipit, frequenter ſua ipſius bona contemnat. docet præterea idem Philoſophus: *Quòd vnuſquiſque proprium opus amat, ſit conſequens, vt*

Ambroſ. ſupra Baſil. ius. Theodor.

Manus Dei, quid.

Ariſt.lib.9. Ethic.cap.7.

Beneficia plus diligit qui contulit, quam qui accipit.

Proprium opus quiſque diligit magis quam artifex à ſuo opere amaretur.

ipſe artifex multò ardentiùs amet ſuum opificium, quàm ab ipſo opere amaretur, ſi opus eſſet ſenſus, & intelligentiæ particeps. adde etiam ex eodem Philoſopho naturale eſſe: *Vt ſicut in mutuis, illi qui debent, eos non eſſe volunt, quibus debent: qui vero mutuarunt de ſalute debitorum curam etiam habent. Sic ſanè & qui beneficium contulerunt, volunt illos eſſe quibus contulerunt.* at in hominis creatione non ſolum quibuſdam Deus hominem beneficijs afficit, ſed totus ipſe homo, quidquid eſt, Dei opus atq; beneficium eſt. quare dũ homo in ſua cõditione beneficiũ dicitur accepiſſe à Deo, nõ aliud, quàm ſe ipſum *totum in circuitu* accepit, non poteſt igitur Deus *odiſſe* ea, quæ ſunt, & *quæ ille fecit*, cum quidquid ſunt Dei opus, & beneficiũ ſint. perinde enim apud Sapientem eſt, *diligere ea quæ ſunt*, aut *nihil odiſſe eorum quæ fecit.* Hoc in faciendo homine ſtudium, operam, & ſedulitatem cecinit Dauid Pſalm. 138. *Non eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto* (id eſt, oſſa mea, quæ aptiſsima neruorum concinnitate, omniumque partium, carnis, cutis, facultatumque aliarum conſtitutione ornaſti, & cõpoſuiſti. ideo ſubiungit ſtatim) *Et ſubſtantia mea in inferioribus terræ.* Hieronymus iuxta Heb. *imaginatum in nouiſsimis terræ.* quaſi acu pictus in recondita, & ab omnium conſpectu abſcõdita naturæ officina. id eſt, in materna aluo. nã hæc appellat *Inferiora terræ*, vt aliquando diximus.

Sap.10.25. & 11.25.

Sap.10.25.

Studium & ſedulitas in condendo homine.

Pſal.138.14.

Hieron.

*Bordado, y matizado como obra de imagineria.

Inferiora terræ. quæ vid. ſupra cap.1. verſ.21. nu.5.

Sed tamen in ipſis Dei manibus, quibus homo formatus eſt, videtur ea creatoris charitas relucere & ardere. nam cum vt ſuperiùs
18 diximus, liceat per *manus* intelligere Dei verbũ atque pręceptum ſuæ voluntatis, & amoris indicem; tum etiam *ſpiraculum vitæ*, id eſt ardẽtem illum ſpiritum, & flatum ex inflammato pectore emiſſum (his enim duobus verbo, & ſpiraculo conſtitit hominis creatio, & vita) certe perinde erit dicere: *Manus tuæ fecerunt me*, ac ſi diceret, ſumma charitate, & ſtudio accẽſus me creaſti. Pro huius verò elucidatione obſeruandum eſt, ſua bonitate & bene de ſuis creaturis merendi ſtudio impulſum Deum creaſſe omnia, & oris ſui ſpiritu illis vitam ſubſtantiamque præſtitiſſe; quare cum *Emittit ſpiritum, creantur* omnia, *terræque facies innouatur.* cùm igitur benefacit creaturis, reſpirat Deus, & trahit ſpiritum aperto ore. coniungit enim cum noſtro bono ſuam reſpirationem; quod perinde illi periucundum eſt, ac creaturis neceſſarium, & vtilè. cùm verò Deus hominem creauit, immiſſo *in illius faciem* ſuo illo *ſpiraculo* viuifico, ſe profectò recreaſſe viſus eſt, reſpirauit enim tunc & acquieuit. quare licèt illa Dei reſpiratio, quaſi laborem afferat & laſſitudinem, vt quæ coniuncta ſit cum operandi labore illo; quem ſupra diximus, ſed quia in hominis bonum cedit, non tam labor & moleſtia, quàm recreatio quædam, & laboris operiſque relaxatio cenſenda eſt. Neque id alienum eſt à Dei natura; nam non rarò dicitur Deus *longanimis* aut *patiens*, quod in Hebræo eſt, (*erec âpaim*) id eſt, magnus latusque naribus, quæ a natura dantur, vt magnam ſpiritus copiam inſpirantes, & exſpirantes, cordi calido & æſtuanti ſubuenire commodè poſſint.

Manus Dei, diuina charitas.

Gen. 2.7.

Deum ſua bonitate impulſum omnia creaſſe.

Pſal.32.6.

Pſal.103.30.

Spiritus Dei viuificans cuncta.

Gen.2.2.

Deus cum iucunditate benefacit.

Exod. 34.6.

Num.14.18.

Pſalm.102.9.

Ioelis. 2.13.

ארך אפים

illum autem Dei præcordiorum pectoriſque ardorem non ſolum ex latitudine nariũ colligere licèt, ſed ex illuſtri etiam Iſaiæ 63. teſtimonio, *Vbi eſt multitudo viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum: ſuper me continuerunt ſe!* viſcerum autem nomine periti cũ Galeno medici, cor, pulmones, præcordia, vitalia omnia comprehendunt, quæ ſedes affectuum, & miſericordiæ præſertim ſunt magnum igitur pectus, lataq; præcordia cum corde quodã æſtuante, & ardẽre coniuncta ſunt, cui neceſſe ſit recreationis & refrigerationis gratia non ſolùm magna copia reciproci ſpiritus, ſed etiam magna frequentia reſpirationis, cùm autem reſpirat Deus, *emittitque ſpiritum*, ingentia homini bona confert. frequenter igitur & aſsidue homini benefacere naturale Deo eſt, iucũdum etiam. perinde atque viuentibus reſpirare. At, è contrariò ſi Deus cohibeat ſpiritum, & intermittat reſpirationem, abibunt profectò in nihilũ cuncta; quæ non niſi beneficio & mũnere ſpiritus illius conſiſtebant, & ſuſtinebãtur. Hinc illud eſt; *Auferes ſpiritum tuum, & deficient, & in puluerem ſuũ reuertentur.* Spiritus enim, quo creaturæ viuunt, nomen habent ex ſua cauſa efficiente & inſpirante; dicitur etiam *ſpiritus Dei.* & Iſaiæ 53. *Non in ſempiternum litigabo, neque iſque ad finem iraſcar, quia ſpiritus à facie mea egredietur* (id eſt, abibit, diſcedet, non comparebit in meo ore ſpiritus viuificans res inferiores; id eſt, non inſpirabo) *& flatus ego faciam.* id eſt, meo ſpiritu ſuſtineo, atque viuifico res omnes vitam, & ſpiritum habentes. q.d. *Ego occidam, & ego viuere faciam*, cum quo facit illud Iob. 34. *Si direxerit ad eum cor ſuum* (indignantis eſt aduerſus aliquem) *Spiritum illius & flatum ad ſe trahet.* id eſt, non emittet ſpiritum, non reſpirabit, cohibebit pectore animam) *deficiet omnis caro ſimul, & homo in cinerem reuertetur.* hoc itaque poſito, fere eadem eſt Iobi querimonia, atque ſententia, quæ Iſaiæ: *Vbi eſt multitudo viſcerum tuorum! ſuper me continuerunt ſe?* cùm me ſpiritu tuo feceris in animam viuentem, & quaſi reſpirans cum ſumma animi iucunditate iucundiſsimam mihi vitam contuleris, nunc continere vis animam, & intercludere ſpiritum tuum, vt ſpiritu ego & vita intercludar? certè id facere non poteris ſine ingenti pectoris dolore & æſtu; nam intercluſa reſpiratione cor & præcordia natura ſua ardentia exurentur. ſic ſanè eueniſſe Geneſ.6. Scribitur; cùm. n. deleturus eſſet hominem, quem formauẽrat, a facie terræ, dicitur Deus: *Tactus dolore cordis.* quaſi ex inflammatione & ardore proueniẽte.

Vid. Galen. lib.6. de vſu part. cap.11. & lib.11. c.11.

Iſa.36.15.

Galen.

Deus reſpirans benefacit mortalibus.

Deum cohibere ſpiritũ in malum.

Deut. 32. 39.

Iob.34.14-51.

Iſa.63.15.

Gen.6.6.

Tertiò, ex operis arte, & ſingulari, ſubtilitate creſcit vis & acrimonia interrogationis, 19
nam ſi non propter aliud, at certè propter mirificam ſubtiliſsimi operis tenuiſsimique artificij rationem, videbatur homo immortalitate dignus. Sic ſanè cùm aliarum rerum productionem cauſis inferioribus demandaſſet Deus, videlicet arbores & beſtias terræ; quaſi res minoris artis, *Dixit. n. Deus, Producat terra herbã, & lignũ, & animã viuentẽ*; Piſces verò & aues, aquæ, cũ dixit; *Producãt aquæ reptile & volatile.* at hominis formationem ſuis ipſe obiuit manib.

Subtilitas in opificio, tertia ratio mouendæ commiſerationis.

Gene.1.11.24.

verſ.20.

iuſtar

inſtar perfectiſsimi pictoris, qui, quod vocāt, campum, arbores, beſtias inexercitatis interdum picturæ tyronibus permittere ſolent; ſed os, vultumq; imaginis atq; reliquas nudi corporis partes, quod ſumma induſtria & arte depingunt, ſuis ipſe manibus elaborat. ita Iob ait: *Manus tuæ fecerunt me.* quod ſumma arte à te elaboratum eſt, proptereaque immortalitatem poſtulare videbatur, tam ſubito deles atque deſtruis? tum etiam, Quod in primò homine ſubtiliſsimè aptiſsimeque a te diſpoſitū eſt, in me infectum eſſe vis; atque perturbatum? illum enim Regem conſtituiſti, *Vt præeſſet*; cūctis, ſobolis permiſsione erexiſti; *Creſcite & multiplicamini*; bonis omnibus cumulaſti: *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius*, at in me mearumque rerum perturbatione incredibili videre profecto licet, hominem è tanta fœlicitate repentè præcipitatum, eiectum *e paradiſo voluptatis*; conſidētem è regione illius, & quaſi extra muros ſuæ ciuitatis iacentem *in ſterquilinio*, & terra obſita ſpinis, atq; tribulis; affectum morbis grauiſsimis, & iam ad mortem certiſsimam deſtinatum, nudum; ipſis etiam brutis animātibus inuiſum. cum me igitur, tam ſtudioſe proſequutus fueris bonis omnibus ſtatim a mea creatione, cùm mihi ſubieceris *oues, & boues*, atque imperiū tradideris longè auguſtiſsimum, nullius tui præcepti vel incuria, vel tranſgreſſione me innocentē plectis, exulare cogis, & cōminata morte in incredibilium ærumnarum baratrum agis præcipitem.

Caſus, & ærumnæ Adami, ad Iobi calamitatem per quādam allegoriam accommodatio.
Gen. 1. 26.
Verſ. 28.
Pſal. 8. 7.
Geneſ. 2. 23.
Iob. 2. 8.
Pſal. 8. 7.

20 Qua ratio excitandæ diuinæ miſerationis.
Greg. Nyſſen.
Deus creauit hominē, vt haberet cui benefaceret.
Gen. 1. 27.
Athenienſis Mineruæ effigies.

Tandem huius ſententiæ vis creſcere poſſet ex conſideratione finis, quem ſibi propoſuit Deus in creando homine; nam vt argutè diſſerit Gregorius Nyſſenus de hominis opificio, creauit Deus hominem, vt haberet, cui faceret bene, & de quo aſsiduis muneribus præclarè mereretur. tum etiam ex ratione imaginis diuinæ, quæ inſculpta eſt in homine, tam ſubtili artificio, vt pereunte homine, diuina etia imago diſſoluatur; inſtar illius Athenienſis Mineruæ, in cuius medio clypeo ſuā ipſius imaginem conſtituit Phidias tanta arte, vt nō prius Phidiam, quam Mineruam deſtrueres. Sed ne longior huius loci commentarius ad præclara multa contendentes nos remoretur, hic non vlterius hærendum.

IX. Memento, quæſo, quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.

1. *Beneficium creationis. Memoria beneficij collati iucundior, quàm accepti.*
2. *Deum obliuiſci, in malum; Recordari in bonum.*
3. *Qualis limus, ex quo formatus homo eſt.*
4. *Hominis corpus formatum eſſe ex puluere, & aqua temperato. Varia Patrum teſtimonia. Caci nati illuminatio ſimilis primæ hominis conditioni.*
5. *Sui tutitas humani corporis opificij. Illuſtratus Iſaias. Quid vaſa Samia.*
6. *Fragilitas humani figmenti. Luteum, quod vile & immundum.*
7. *Deus figulus, aut ſtatuarius aliarum etiam rerum præter hominem. Membra humani corporis, figmenta. Illuſtratus Zacharias.*
8. *Mors hominis conſumpto humido. Puluis ſymbolum ſiccitatis. Quomodo homo pulueri ſimilis.*

ITERVM beneficium creationis reuocat in memoriam; confirmatque ſe Dei opus eſſe firmo quodam argumento, ne diſsimulare vlla ratione Deus velle videatur, ſe illius eſſe auctorem. Ego (inquit) lutum ſum; ergo me ipſum egomet fingere aut formare non potui. lutum enim figulo, & formatore indiget; iuxta id Iſai. 45. *Numquid dicet lutum figulo ſuo: Quid facis, & opus tuum abſque manibus eſt?* id eſt, vt quidam explicant; Minimè dicere poterit, Ego ſine manibus formatum euaſi, neque tua operā & arte indigui. ergo inquit; Si tuam operam, & impēſam in me contendo oblitus es, at certè meminiſſe debes me lutum eſſe, neque alterius quam tuis manibus effingi & formari potuiſſe. Tum etiam vt Deo flagellanti occurrat iucundiſsima memoria beneficij priſtini. licèt enim beneficij meminiſſe debet qui accepit, obliuiſci qui contulit, tamen ſapienter Ariſt. docuit multo iucundiorem exiſtere beneficij memoriam conferenti, quàm accipienti; ſicut memoria boni honeſti multò iucundior eſt, quam acceptæ quondam vtilitatis; conferre autem beneficium, honeſtum eſt; accipere, vtile. hoc cùm probè noſſent ſanctiſsimi viri, ea deprecandi, & Deum placandi formula, & conceptis verbis vtuntur; *Recordare Domine, &c.* Rem expreſſam in Exodo videas cap. 32. Cùm enim ad diuinam indignationem mitigandam ſiç deprecaretur Moyſes; *Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael*: ſubiungitur deinceps, *Placatus Dominus eſt, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduerſus populum ſuum.*

1 Beneficium creationis.
Iſai. 45. 9.
Iucundiſsima memoria beneficij collati.
Ariſt. 7. Ethi. cap. 7.
Formula Deum placandi.
Exod. 32. 13.
Deut. 9. 27.
Iſa. 13. 29.
Thren. 3. 18. & cap. 1.
Exod. 32. 12.

Memento quæſo. Poſt longam obliuionem recordare tandem. Tunc dicitūr obliuiſci Deus, cùm hominem permittit ærumnis, & morbis vexandum; tunc verò *meminiſſe*, cùm eripit. & ſubleuat; quaſi *meminiſſe* Deus, quę illius benignignitas eſt, minimè poſsit, quin ſtatim homini propitius faueat. Pſalm. 9. *Quoniam non in finem* (non perpetuò) *obliuio erit pauperis; patientia pauperum, non peribit in finem.* quaſi precetur, vt meminerit aliquando Deus, ſic diuinæ recordationi & memoriæ rerum mortalium tribuuntur accepta beneficia. 1. Reg. 1. *Recordatus eſt Dominus Annæ, & concepit.* exempla alia multa paſſim occurrunt.

2 Quando dicatur Deus obliuiſci, quando Recordari.
Pſal. 9. 19.
1. Reg. 1. 11.

Sicut lutum feceris me. hinc videtur ſumpſiſſe vulgatus interpres quod Geneſ. 2. dicitur: *Formauit Deus hominem de limo terræ* nam *limus*, eſt lutum aut cœnum mollius. eo autem loco in Hebræo, & Septuaginta tantum eſt: *Formauit Deus hominem puluerem de terra.* quam etiam lectionem Auguſtinus retinet. 6. & 7. de Gen. ad litteram capit. 1. quanquam 2. de Geneſ. contra Manichæum, *limum* illum agnoſcat; & legat *Finxit Deus hominem de limo terræ.* Tertullianus libro de reſurrectione carnis, *Limum de terra.* Irenæus lib. 5. cap. 14. *Limum de terra accipiens Dominus plaſmauit hominem.* ſapienter redditus eſt *limus*, nam indicatur illo Gen. loco formatum fuiſſe hominem do puluere temperato & permiſto aqua, ex quibus fit lu-

3 *Geneſ. 2. 3.*
LXX.
Auguſt.

Tertull.

tum. poſtquam enim ſcripſit Moyſes: *Fons aſcendebat irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.* continuo adiunxit, *formauit igitur Deus hominem de limo terræ.* ſiue enim fons ille verè fuerit è terra ſcaturiens, atque exundans, ſiue vapores excitati è terra, aut leuiores nubeculæ in nocturnum rorem concreſcentes, quibus terra perfunderetur, ex terra certè madefacta Deus finxit hominem. quod ergo non omnino claris diſſertisque verbis in Geneſ. dictum eſt, apertè & explicatè docet Iob. Et cum ad creationis opus manifeſtè reſpexerit Chriſtus, cùm Cæcum natum illuminauit, vt ex Auguſti. Cyril. Chryſoſt. Ambroſ. ſuperiùs adduximus, fit conſequens, vt lutum ex ſputo & terra, referat lutum illud primum ex puluere, & aqua temperatis.

9

Sed quidem res hæc non omnino certa videbitur alicui, & quidem Toletus Cardinalis in annotatione 7. ad cap. 9. Ioan. ſcribit, huic luto, id eſt terræ & aquæ commixtioni repugnare vocabulum Hebræum (*Ghephar*) quod puluerem ſignificat, & inde verbum (*Ghiphar*) id eſt, puluerem ſpargo. cum quo lectio Hebraica, & Græca conſentit. Ergo exiſtimat totum hominem dici, vt lutum, quia ex corpore & anima conficitur; ſicut lutum ex aqua & terra, at materiam, ex qua homo fit, eſſe terram, non lutum. quare & ad hunc locum noſtrum, & ad ſimiles alios, in quibus cum luto comparamur, reſponderi poſſet, integrum hominem luto eſſe ſimile, at corpus, & materiam ſoli terræ. Verum *lutum* ad corpus ſolum referri debere, vox illa *limus* non obſcurè oſtendit. *limus* enim, non eſt ſola terra. terra autem eſt præcipua & abundantior pars limi, & luti, ideo limus, nunc puluis, nunc terra dicitur. Sic Auguſtin. 7. de Gen. ad Lit. *Corporis materia, hoc eſt humida quædam terra, quæ in carnis verſa eſt qualitatem.* Sic quoque Chryſoſtom. Homil. 56. in Ioan. dixit lutum, quod ex aqua aut ſaliua fit; ne lutum pro ſicco puluere accipias. Athanaſ. in Regula. de virgin. ſeruanda. Sic legit locum illum Gen. *Finxit Deus hominem lutum de terra.* Baſil. Homil. 11. Hexa. Cum verbum Formandi, aut plaſmandi ad corpus refert, ait: *Congrue ad cœnum ſiue lutum plaſmatio, aut figmentum refertur.* & Nyſſen. 2. orat. 2. *Formare congruit luto. Quamobrem formata eſt caro.* Sic Nazianzen. oratione 51. corpus appellat *Lutum*, qua ratione ab anima ſecernitur, ſunt huiuſmodi ſexcenta, quæ ex patribus poſſent congeri. Sed, illud in præſentiarum addendum hanc *limi* expoſitionem, id eſt commixtionem ex aqua & puluere conſtitui à Theologis tanquam indubitatam. cum D. Thom. 1. part. q. 91. atque illam varijs rationibus confirmaret, quas dilucidè, æquè ac breuiter explicat noſter Greg. de Valentia in ſuis Theologicis diſputationibus ſed de voce Græcâ, atque de re tota iterum verſ. 10.

Toletus Cardi
עפר
עפר

Auguſtin.
Chryſoſt.
Athanaſ.
Baſil.
Nyſſen.
Nazian.

D. Thom.
Gregorius de Valentia.

Rem hanc primamque ex *Luto, & limo* hominis originem ſæpe reſpicit vſurpatque ſermo ſacer, cùm Deum vocat *figulum*, nos verò *lutum*, aut vaſa teſtea. cum quo etiam congruit illud *formandi* verbum Gen. 2. quod in fonte eſt (*Iatſar*) quod eſt formare, fingere, aut aliquid efficere opere figlino. huius rei meminerunt Iſai capit 45. & 64. Ieremiæ. 18. Paulus Ro. 9.

Geneſ. 2. 7.
יצר
Eccleſ. 33. 13.
Iſai. 29. 16. & 49. 11.
Ierem. 18. 6.
Rom. 9. 21.

5

Ex hoc verò luto & figlino opere poteſt Iob rurſum quaſi admonere Deum admirandæ illius ſubtilitatis in formando humano corpore; nam cum quædam ex ſola terra produxerit, arbores, & beſtias; quædam ex ſola aqua, vt piſces & aues; hominem, qui ſumma quædam eſt reliquorum animantium, ex terra & aqua temperatis produxit. Facit etiam ad hanc artificij ſubtilitatem, quod Philo ſcribit: *Non ex quauis terræ parte ſumpta humo videtur Deus hanc humana ſpecie ſtatuam formare voluiſſe, ſed ſelecta vndequaque optima, ex pura materia puriſſimum excolaſſe accuratè, quod maximè ad hoc opus aptum erat.* tum etiam illud, quod à Cypriano, & Aug. traditur his ferè verbis, Hebraicum Adam in Latino interpretatur caro facta, eò quod ex quatuor cardinibus orbis terrarum pugno comprehendit, ſicut ſcriptum eſt: *Palmo menſus ſum cælum, & pugno comprehendi terram, & formaui hominem ex omni limo terræ.* Vel quidem poterit admonere eundem prouidentiæ, & curæ, quam luteum vas caducum, & fragile ſuo iure à ſuo auctore & figulo poſtulare poteſt. in quã rem eſt ille Iſai. locus cap. 45. atque ea ratione congruentiſsimus cum noſtro inſtituto, quòd de populi ærumnis a Deo non niſi paterna beneuolentia, immiſsis, & procuratis, ab homine verò patienter tolerandis totus ſit. *Væ qui contradicit factori ſuo* (dixi non ſemel illud *contradicendi* verbum forenſe, &, vt ita dicam, controuerſiarium eſſe, deteſtatur itaque homuncionis audaciam, & temeritatem aduerſus ſuũ conditorem, *Teſta de Samijs terræ.* quamuis.n. ex tenuiſsimo luto ſumma arte & induſtria elaboratum ſit, luteum tandem vas eſt. Forte enim ad vaſa Samia, quæ aliquando precioſiſsima & laudatiſsima fuerunt, reſpicit noſter interpres. de huiuſmodi enim figlino opere ſcribens Plinius lib. 35. cap. 12. ait: *Inter vaſa terrena Samia in eſculentis laudari.* hæc ex creta in Samio Thraciæ inſula egregiè fabricabantur, & propter tenuitatem frangebantur multò quàm alia faciliùs, vti illud indicat Plaut.

Phil. de opiſ.

Cypri. de mõt. Sion & Sina contra Iudæ.
Aug. tract. 9. 10. in Ioan.
Iſa. 40. 12. ſecundum LXX. vt legit Cypri.

Iſa. 45. 9.

Vaſa Samia

Plin. 35. 12.

Plaut. in Bacchid.

Seu tu, vt confringi vas cito Samium ſolet?

Cum quo facere poteſt lectio Septuag. *Quid melius feci, quàm lutum figuli?* Cyril. & Procop. legunt * *faciens meliorem, compoſui lutum.* Sed quoniã in Heb. tantùm eſt. *Teſta de teſtis terræ.* profectò videtur interpres Samium non tam pro precioſo vaſe, ſed pro viliſsimo quocumque accepiſſe, vt Samium appellatiuum nomen ſit, non propriũ. Sic.n. Nonius Marcellus *Samiã* pro teſta ſumit ex auctoritate Lucil. Satyr. 14.

* Al mejor dellos lo hize de barro.
Procopius.
Cyril.
Non. Marcel.
Lucil. Sat. 14.

Et non pauper vti Samio, certoque catino.

Et Plaut.

Batiolis bibunt; nos noſtro Samiolo poterio.

Tamen viuimus.

Plau. in Stich.

Ait igitur: *Teſta de teſtis*, aut *Samijs*, nihil peculiarius habẽs, quàm aliæ teſtæ. addit verò Iſai. *Numquid dicet lutum figulo ſuo, Quid facis?* q.d. Ita ne fictile vas figuli artem vituperet. & figulum accuſet, contemnenſque dicat. Qualem mihi

for-

formam inducis? nam rudis & impolita figura ſatis oſtendit me nullius boni artificis, ſed inepti cuiuſpiam compactum manibus,) *& opus tuum abſque manibus eſt*) id eſt, rude ac impolitum me efficis, vt ſine manibus factum videar, vel ſine anſis & ſolito ornatu vaſorum; ærumnis videlicet affectus populus diuinam prouidentiam criminabatur) *Væ qui dicit patri, Qui generas? & matri, Quid parturis* (idem, videlicet eſt eſſe factorem, aut fictorem & formatorem luti, ac eſſe parentem) *Hæc dicit Dominus ſanctus Iſrael, plaſtes eius, Ventura interrogate me* (ironicos accipe, veſtrū ſcilicet eſt, me de meo officio commonere, & quid de meo opere ſtatuendum à me ſit interrogare) *Super filios meos; & ſuper opus manuum mearum mandate mihi.* q.d. ſatis per ſe mihi curæ ſunt opera manuū mearū.

Iſa. 45. 9. — *verſ. 10.* — *verſ. 11.*

6 Lutei hominis imbecillitas. *Pſal. 102. 14.*

Præterea hoc dum dicit Iob, poterit etiam admonere Deum ſuæ imbecillitatis, quæ tot tamque graues ictus tolerare minimè poſsit, quin penitus conteratur. Leniùs igitur atque benignius ſecum agendum. Pſal. 102. *Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe, quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum: recordatus eſt, quoniam puluis ſumus* q.d. diſsimulat certe, & conniuet Deus ad pleraque *peccata propter pœnitentiam*, neque miratur; vt qui nouerit fragilem, leuem, luteam noſtram, immundamq́, originem. id enim *lutum* ſignificat, quod leue, vile atque immundum eſt. vt ille dixit.

Lutum, vile & immundum. *Plaut. in Pœnulo.*

Neque periurior, neque peior alter vſquam eſt gentium,
Quam herus meus eſt, neque tam luteus, neque tam cæno collitus.

7 Cur Deus dicatur figulus, aut ſtatuarius.

Sed obſeruandum eſt, cùm Deus dicitur *Figulus* formans è *luto* hominem, perinde eſſe, ac ſi diceretur, Statuarius. nam cum homo dicitur *vas luteum*, non eſt intelligendum eſſe vas ad aquam, vel vinum infundendum, ſed eſſe rem, aut artificium luteum (*vna pieça de barro*) cuius modi etiam eſt ſtatua lutea. Quare quod dictum eſt de *Agro figuli* empto *in ſepulturam peregrinorum triginta argenteis*, quibus Chriſtus Dominus venditus fuerat Zach. 11. *Appēderunt mercedem meam triginta argenteos, & dixit Dominus ad me, Proijce illos ad ſtatuarium.* qui idem eſt eo loco, qui figulus; non qui ex ære ſtatuas conflat; ſed qui ex luto, hunc inquam locum de Deo ipſo Hieronym. atque Rupertus interpretantur; id eſt, Proijce argenteos in domo figuli, id eſt in templo Dei, qui eſt figulus & ſtatuarius formans ex luto hominem. ille enim qui te finxit, qui tui animi & corporis dignitatē, & pretiū probe nouit, iudicabit indigniſsimum eſſe, tā vili te pretio diuendi. eadem etiam tranſlationis ratione hominis membra dicuntur *Figmenta*, ex luto videlicet. vt infra, ca. 17. *Membra mea*) Hebr. Figmenta mea) *in nihilum redacta ſunt* Pſ. 32. *Qui finxit ſigillatim corda eorum.* & ab operis perfectiſsimi creatione, aliarum etiam rerum dicitur Deus figulus, aut fictor, aut plaſtes, ab eadem radice, *Iatſar*, Amos. 7. *Fictor locuſtæ.* Pſal. 94. *Siccam manus eius formauerunt.* & Pſal. 103. *Draco iſte, quem formaſti.* & Pſalm. 138. *Dies formabuntur.*

Mat. 27. 7. 10 — *Zach. 11. 12.* — *Hier.* — *Rubert.*

Membra humani corporis figmenta. *Iob. 17. 7.* — *Pſal. 32. 15.* — Deus aliarū etiam rerū, præter hominem, figulus. יצר *Amos. 7. 1.* — *Pſal. 94. 5.* — *Pſal. 103. 27.* — *Pſalm. 138. 16.*

8

Et in puluerem reduces me. Vt iterum de mulcere poſſit ſuum iudicem, reuocare videtur in memoriam interminationem illam mortis homini factam, *In puluerem reuerteris.* imò cum Iob prius ſcripſerit ſuum librum, quàm Moyſes quinque lib. legis, illam etiam mortis ſententiam Iob non ſumpſit ex Geneſi. potuit autem Moyſes in Iobo legiſſe; erit ergo ſententia; Non deprecor mortem; ſcio enim *ſtatutum ſemel*, & irreuocabiliter eſſe moriturum hominem; ſed ne tam citò moriar illud tandem precor.

Gen. 3. 19.

In puluerem. Fortè alludit ad naturam luti, quod, ſi humorem habeat, facilè compingitur, & ſubigitur, vt enim philoſophi dicunt, humiditas corpora continuat & vnit, ſiccitas ſeparat, & diſſoluit. quare cum conſumpto humore exiccatur lutum, abit & ſoluitur in puluerem. puluis enim ſiccitatis ſymbolum eſt; vnde ad ſterilitatis & ſiccitatis amplificationē dictum eſt Deut. 28. *Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem; & de cælo deſcēdat ſuper te cinis.* vt ſit ſiccitas vſque ſicciſſimum: id eſt, Non ſolùm nō perfundet Deus terram tuam imbre, rore ve cæleſti, verum etiam mirabiliter augebit inſitā terræ ariditatem. ita Iob inquit; Sapiēter, & induſtriè me contemperaſti ex terra & aqua. vt cōpingi & formari poſſem, nunc autem areo exuſtus totus, atq; confectus, & inſito illo natiuoq́, humore pene deſtitutus ab eo ſane in puluerem, diſſoluorq́, totus. Hic autem puluis eſt, *aphar*, leuiſsima, ſupremaq́, terræ pars; quæ duo indicat. Alterum, viliſsimam eſſe humani corporis originem ex leuiſsimo puluere, qui omnium pedibus teritur, & frequenti conculcatione atteritur, & attenuatur, *Quem proijcit ventus à facie terræ*, & ludibrio habet, nunc huc, nunc illuc iactatur; omnibus mutationib. expoſitus; qui leuiſsimo negotio ſeparatur à terra, & diſpergitur; non enim intimè illum terra continet; ſic ſanè homo non adhæret terræ radicitus, ſed ſuſtinetur ſolùm à terra, quaſi impoſititium onus, depoſitura quidem, & dimiſſura facile. Alterum, vt tenuitas etiam humani corporis ſignificetur, nam aliarū beſtiarum corpora craſſiora ſunt, & carnes lōge duriores & compactiores, vt quæ non de minutiſsimo & tenuiſsimo puluere, ſed de craſſiori & duriori terræ parte formatæ fuerint.

Humiditas corpora vnit, ſiccitas diſſoluit.

Puluis ſymbolum ſiccitatis. *Deut. 28. 24.*

עפר Hominem eſſe puluerem quid indicet. *Pſal. 1. 4.*

X. Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti?

1 *An de prima hominis conditione, an verò de naturali propagatione accipi hæc ſententia debeat.*
2 *Diuerſa interpretādi rationes. indicatur optima Hominis prima creatio ſimilis formationi caſei. Formare pro comprimere.*
3 *Mulgere in Hebræo quid. Quid Fermentata humus, ex qua Adam dicitur à Ioſepho formatus.*
4 *Quid coagulare ex ſacris & prophanis. Illuſtrati Moyſes, & Dauid.*

FErè interpretes omnes tā Græci, quā Latini hanc cum alijs ſequentibus ſententijs ad naturalē hominis propagationem, & generationē interpretantur; quæ etiam Dei op' & beneficium eſt, ſicut prima hominis formatio. & rectè, nam vt Auguſt. ait, *Nihil de geni-*

1 De qua nam hominis pro creatione accipi debeat iſta ſententia. *Auguſtin. ſuper Pſ. 118.*

toribus, aut de ſeminibus naſcitur ſi eã nõ operetur Deus. ſic ergo naturalis hominis generatio ipſi auctori naturæ tribuitur in ſacris litteris, iuxta id Actor. 17. *Dei genus ſumus; in ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus.* & Ier. 1. *Priùs quam te formarem in vtero.* & Pſal. 138. *Non eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto.* & iterũ. *De ventre matris meæ Deus meus es tu.* & natiuitas etiam infantis ſimili ratione eidem tribuitur * *Tu es qui extraxiſti me de ventre, ſpes mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus ſum ex vtero.*

Act. 17. 29.
Ier. 1. 2.
Pſal. 138. 15.
Pſal. 21. 11. verſ. 10.
* Naci en vue ſtras manos, y ellas me puſierõ en la boca el pecho de mi madre.

2
Aſtmica, & Cypri. Ciſter.

Iuxta hunc ſenſum aliqui nimis emulgent hæc verba; volunt enim propter deciſionem ſeminis paterni ex omnibus corporis partib' dici corpus humanum *mulgeri*, quaſi *lac*, propter conſtipationem & congelationem materiæ, quã mater ſubminiſtrat, dici *coagulari, ſicut caſeum.* ſed certè in hac interpretandi ratione non poteſt teneri vnius tranſlationis curſus vnus; nam ſperma paternum non tam habet ſimilitudinem lactis, & materiæ condenſandę, quam coaguli, quod denſat ſanguinem maternum; quare cùm liberè permittat Olympio. in Catena hanc ſententiam accipi vel ob eam corporis humani formationem, quæ in vtero fit, & ob ſpermaticam rationem, vel ob tenuiſſimam portionem ſumptam à terra, quæ quaſi coagulo in prima formatione denſata, & coagmentata fuerit, hanc partem cenſeo eleganter cum antecedentibus cohærere & pulchrè reſpondere primæ. Adami ex luto formationi; tum ne quid immundi videatur apertis, & ſine circumlocutione verbis dici in Scriptura ſancta, atq. puriſsima, tum quia nihil ſimilius caſei formationi & compreſſioni, quàm luti & argillæ ſubactio, dum ſtatua lutea tractatur manibus atq; effingitur. Premitur enim etiam caſeus manu, exprimitur ſerum, figuratur, cõprimitur, apprimitur etiam ingenti manuum & brachiorum niſu caſeali. Non aliter *limus* aut *lutum*, vt formari & effingi in ſtatuam poſſit, exprimitur comprimitur, ſubigitur manibus. Illa autem prima *lactis coagulatio*, ex qua alij tranſlationem duci volebant, tantùm abeſt, vt manuũ operam deſideret; vt potiùs manibus omnino attingenda nõ ſit. præterea ipſum verbum fingendi & formandi luti, ſignificat conſequenter arctare, comprimere, anguſtiari, quia luti formatio fit compreſsione quadam. à quo verbo dicitur Iud. 2. *Vehementer * afflicti ſunt*; arctati. & Pſalm. 117. *De tribulatione* (anguſtijs, & compreſsione) *inuocaui Dominum.* Sic ergo præclarè in hunc ſenſum conſpirãt verba *mulgendi*, & *coagulandi*: nam *mulgere*, quod in fonte eſt, *nathac*, ſignificat ſtillare, fundere, cõflare, rigare, & in hoc tantum loco redditum eſt ab interprete *mulgere*: quo ſignificare voluit idẽ, quod emollire, vel fuſile, aut fluidum aliquid facere, aut quaſi fuſile aliquid conflare, *hazer vna coſa blanda, corriente como de fundicion.* videlicèt rem aridam & duram rigando, vel perfundendo, aut alia ratione liquefaciendo emollire. Quare cum Ioſephus primam humani corporis formationem deſcribit, ait factã *ex humo fermentata.* licet autem apud Latinos *Fermentare terram*, non oporteat, vt fiat perfuſione, aut commiſtione aquæ, ſed, quacumque ratione mollior, & velut inflata, & tumida reddatur, dicatur fermentata; tamen verbum Grecum, quo vtitur Ioſephus *Phyro*, vel *Phyrao*, propriè ſignificat, terram aquæ miſcere, perfundere, rigare. vnde dicitur *Phyrama*, maſſa farinæ ſubactę, & aqua maceratę ad panificiũ. qua etiam voce, atque eadem ſignificatione ait Paulus Roman. 9. *Maſſam* figuli. & ſimiliter Roman. 11. & 1. Corinth. 5. & Galat. 5. Exod. 9. 3. & quidem vox etiam illa Græca *coma*, idem ſignificat, videlicèt non ſolùm ſicci, & vagum pulueremi, aut calcem, antequam extinguatur, verum etiam calcem ſubactam opus tectorium iam præparatum, & maceratum. idẽque eſt, *Chus*, qua voce in Gen. vtitur Sept. ſententia igitur Iob hæc erit; Tu primũ madefeciſti lutum, maceraſti & emolliuiſti argillam, ex qua me formares. eſt enim idem verbum. Exod. 9. *Nec vltra ſtillauit pluuia ſuper terram.* & 4. Regũ. 22. *Conflauerunt* (fuderunt) *ſerui tui pecuniã.* Non aliter igitur; Ego formatus ſum, quaſi ex coagulato lacte molliſsimo mollis caſeus. vel vt reſpiciat ad primã illã luti compreſſionẽ, quæ manibus fit, cum humor exprimitur res omninò ſimillima coagulationi lactis.

Olymp.

Optima interpretatio & ratio mulgendi.

Scripturarũ ſanctitas & munditues.

Hominis formatio ſimilis caſei formationi.

יצר
Formare in Hebr. quid.

Iud. 2. 15.
* Vierõſe en grãde aprieto.
Pſal. 117. 15.

3
Mulgere quid in Hebræo.
נתך

Ioſeph. 1. ant. cap. 2.

Rom. 9. 21. & cap. 16. & 1. Chor. 5. 6. & Gal. 5. 8.

Exod. 9. 33.
4. Reg. 22. 9.

Nam cum lac primo denſatum agitatur, tũc bona ſeri parte expreſſa ad vlteriorẽ deinde compreſsionem, quæ manibus fit, præparatur. igitur *mulgeri lac*, erit non ſolùm materiã reddidiſſe mollem, ſed etiam expreſsiſſe atque extraxiſſe copiam ſuperflui humoris, vt ex vberibus mulgendo elicitur.

Verbum autem *coagulandi* eſt, *Kapha* & hoc tantùm loco redditur ab interprete *coagulare*; cum tamen ab ea radice dixerit Exod. 15. * *Congregatæ ſunt abyſſi in medio mari.* quaſi ſtupefactæ conglaciarunt. & Sophoniæ. 1. *Viſitabo ſuper viros defixos* (coagulatos, concreſcentes, hærentes) *in facibus ſuis.* ita etiam *caſeus* poſt compreſſionem manuum, & acceptam figuram dureſcit, concreſcit, atque firmam & conſtantem formam retinet, quam etiam indureſcendi rem Hiſpanus verbo * *coagulandi* ſignificare ſolet, atque etiam vnionem & compoſitionem partium Latini coagulationem appellant. vti Gellius lib. 12. cap. 1. dixit. *Vinculum illud; coagulumque animi & corporis.* Igitur Iob res omnes minutiſsimas, quæ in hominis formatione interuenerunt, reuocat in memoriam, quo omnem obliuionis ſuſpicionem auferat. eritque multò aptior ſimilitudo cum eiuſmodi caſei formatione, qui non fit in caſeali, ſed tantum manibus, cuiuſmodi illi caſeoli fiunt, qui aſſando ſunt.

4
Coagulare quid.
קפא
Exod. 15. 8.
Sopho. 1. 12.
* De tumorõ-ſe las olas y claronſe.

* Cõ vueſtras [illegible] ſaſtes el barro, eſprimiſtes el agua, y en-llas me dexaſtes quaxar, y elar.
Gellius lib. 12. cap. 1.

X I. Pelle, & carnibus veſtiſti me: oſſibus & neruis compegiſti me.

1 *Humani corporis prima formatio minutatim expreſſa.*
2 *Partes humani corporis quo diſcrimine à Deo primùm formatæ ex D. Alchimo.*
3 *Miracula attemperata etiam rerum naturis.*
4 *Quid veſtire, quid compingere.*

Alij

1 Fœtus humani formatio.

Albert.

Primi hominis formatio minutatim deſcribitur.

ALij in primo illo ſenſu, quem ſupra indicauimus, aiunt ſigillatim hic deſcribi embrionis formationem in matris vtero; nam paulatim ſuccreſcit caro, denſatur pellis, indureſcunt oſſa, diſtinguuntur nerui, & arteriæ, atque inter prima ſeminis officia, vt ait Albertus, eſt circumducere totam materiam formandi fœtus pelle & cute, ne euaporentur tenuiores ſpiritualioreſque partes. Sed in altero illo, quem præpoſuimus; ſenſu indicatur ita eſſe peractam humani corporis formationem, vt lutea illa hominis ſtatua nõ ſolum haberet externã humani corporis formam, atq; figuram, ſed omnium etiam membrorũ, internarumq; partiũ diſtinctioné, concinnitaté, conſtitutioné quã poſtea viués homo habiturus eſſet. mollior itaq; fuit pars illa luti conuertenda in carné; denſior, & durior, quæ in oſſa, terſior, & læuior, quæ in cutem; flexibilior, quæ in neruos, molliſsima, quæ in medullas, reliquarum deniq; partiũ organizatio in corpore luteo præceſsit; vt deinde commodiſsimè ac opportunè induceretur in materiã præparatam rationalis anima, quæ veriſsimè eſſet, *Actus corporis, phyſici, organici, potentia vitã habentis.* in quam ré egregiè facit; quod à Galeno in deſcriptióe partiũ corporis humani ſcriptum eſt, vbi ex eo commendat artificium naturæ in humano corpore, quod non ſolũ externũ ſit, vt illud Polycleti opus, ſed internum, & in profundo; videlicèt non ſolũ expoliens externas partes, ſed etiam internas omnes abditiſſimas corporis, & animæ officinas: nam illud tandẽ vltimũ eſt & maximè internũ, quod ſtatuarius facere põt, linguam, nõ viſcera, vt indicatur Baruc.6. *Lingua ipſorũ polita à fabro &c.* & deinde vacua omniq; artificio interiùs deſtituũtur, vt eodem loco dicitur; *Corda eorũ dicuntur elingere ſerpentes, qui de terra ſunt, dũ comedunt eos.* D. Hilar. ſuper id Pſal.118. *Manus tuæ fecerunt me.* ſic ait; *Iam ſumitur puluis, & terrena materies formatur in hominem, vel præparatur, & ex alio in aliud opere ac ſtudio artificis expeditur.*

Ar.2.de Anima.

Galen.

Baruc.6.7.

verſ.19.

Hilar.in Pſal.118.75.

2 Alchy.lib.1. cap.4.5.6.de primorum parentum creatione.

Sed ne rem hanc ſine ſacro alio auctore dicamus, certè eleganter atque diſertè rem ipſam cecinit D. Alchymus lib.1. de primorum paréntum creatione. ex quo nonnulla deprompſemus, quæ rem hanc elucident, atque confirment ſic ille inter alia;

Temperat humentem conſperſo puluere limum,
Moliturq; nouum dumes ſapientia corpus.
Non aliter quam opifex diuturno exercitus vſu
Flectere laxatas per cuncta ſequacia ceras,
Et vultus complere rudes, aut corpora gypſo
Fingere, vel ſegni ſpeciem componere maſſa.
Sic pater omnipotens victurum protinus artum
Tractat, & in lento meditatur viſcera cæno.
Dein artem capitis ſublimi in vertice ſignat;
Flexilis arctatur recauo ſic lingua palato;
Exin ſuccíduum porrecto in corpore pectus
Spargit ramoſas poſt brachia fortia palmas;
Succedit ſtomacho medius, qui tegmine molli
Inter vtrumque latus format vitalia, venter.
Incipit, & vaſtos compagibus addere neruos
Spina rigens, crebris inter commercia nodis;
Diffundit duplicem coſtarum & ordine cratem.
Pars interna nouos vitæ formatur ad vſus;
Primùm primùm cordi vitalia tegmen
Naturaæ parant, plagam ne ſentiat vllam;
Moſtaq; congeſtus pendens abſconditur extis,
Additur & tenui paſcendus ab aere pulmo.

Perſequitur deinde omnes internas corporis partes pari elegantia. & proculdubio de prima illa luti formatione, & præparatione loquitur, antequam homo viuere inciperet, vt mox confirmabimus verſ. ſequent.

Itaq; antiquum ſemper fuit auctori naturæ, vt rem, quoad fieri poſsit, accõmodatè ad ipſam naturã ſine miraculorum multiplicatióe, miraculosè licèt, efficiat. propterea n. terra, ex qua formatus homo eſt, rubra argilla erat, vt ſimilior eſſet carni, & cuti, nec non ſanguini, in quæ ſtatim conuertenda eſſet; vnde nomen habuit *Adam*, ab *adama*, id eſt, terra rubra, quaſi dicas, argilloſum, vel rubrũ. rurſum hæc terra appellationem habet à verbo *Adam*, qd' eſt rubere, aut flaueſcere, quam etimologiam agnoſcunt Ioſeph. li.1. Antiq. c.2. Hie. de interpretatione nominũ Hebræ. Greg. lib.13. moral. c.20. 3 Miracula reſpondentia naturæ. Etimologia nominis Adam אדמה אדם

Ioſeph. 1. ant. cap.2.

Hieron.

Greg.

Quod aũt dicit *Veſtiſti*, propriè eſt operuiſti, aut circũdediſti; namq; pelle & cute, veſtis inſtar, veſtiuntur & proteguntur interiora animalis, quæ non videntur. 4. Veſtire.

Compegiſti. Septuag. Vaticani; *Conſeruiſti.* Complut. *Conſ: iſti.* q.d. innexuiſti me neruis, & partes oẽs colligaſti. propriè ex Hebr. protexiſti, communiuiſti, non ſolum tegumentum externum, ſed externa quoq; munimenta, quib. totam cõpagem cõtineres, & fulcires, tribuiſti: hoc enim verbũ alibi vertitur ab interprete *Tegere, protegere, abſcondere*; Quare illud videtur eſſe Pſ.138. *Non eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto.* quaſi dicat, Non te latent quæ ſua natura latentia, & occulta ſunt; vel; tuam prouidentiam atq; ſapientiam non fugerunt oſſa, neq; oſsiũ medullæ, quæ nullius oculis patent.

LXX.

Vaticani.

Complutenſ.

Quid compingere.

Pſal.138.15.

XII. Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.

1 *Diuina prouidentia in conſeruando humano fœtu. Vita pro anima. Explicatus Dauid.*
2 *Tribuere quid in Hebræo. quomodo primo homini communicata vitalis reſpiratio. Explicatus Moyſes. Vita cur plurali nomine dicatur in Hebræo.*
3 *Quid miſericordia; quid miſericordiam facere, tribuere, dare.*
4 *Miſericordia, largior beneficentia.*
5 *Præponitur quæſtio, an Adam corpus priùs tempore formatum fuerit, quam anima infuſa.*
6 *Eligitur pars aſſerens, & varijs teſtimonijs confirmatur.*
7 *Satis fit obiectionibus, & explicantur D. Thom. & Nyſſenus.*
8 *Quid viſitatio.*
9 *Quid cuſtodire. Deus cuſtos, & paſtor.*

PRocedit iam ad beneficium acceptæ vitæ & animæ. Et quidem, quid de formatione fœtus reliqua interpretantur, hocq; quoq; ad eádẽ 1 Quid cuſtodire.

ſententiam pertinere exiſtiment, vt Polych. qui illud valde mirabile cenſet, quòd in tanto humore fluitans, non intra vterum infans extinguatur; nam videtur profectò fœtus in materni vteri anguſtijs, & tenebris, velut in ſepulchro & mortis tenebris iacere, dicēte Dauid, dū de ſua formatione loquitur, *Subſtantia mea in inferioribus* (locis caliginoſis, & mortuorum ſtatione) *terræ*.

Deus cuſtos, & paſtor. *Polychron.* *Pſalm.138.15.*

Sed nihilominus leniter procedit nūc quoque illa noſtra expoſitio, de viuificatione illius luteæ ſtatuæ. Quare *vitam* ſumere videtur methonimicos pro anima, cuius illa eſt effectus, ſicut è contra non raro anima accipitur pro vita, cauſa videlicet pro effectu.

Vita pro anima.

2 Quod autem ait, *Tribuiſti* in Hebr. propriè eſt; *Feciſti, & concinnaſti vitam, & miſericordiam mecum*. ab illo ſuperiori verbo *facere*, id eſt ornatè & compoſitè. nam anima, aut forma, eſt materiæ ornatus, ſpecies, & decor. Sept. *Vitam & miſericordiam diſpoſuiſti apud me*. quaſi; debito loco & ordine mihi vitam contulisti. affinius cum illo Gen. loco. *Formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*. q.d. non ſolum animam rationalem creauit, ſed etiam ſpirauit in nares *eius ſpiraculum* aut halitum *vitæ*. illa enim fuit aptiſsima & naturalis diſpoſitio, vt cum nares ſint inſtrumenta *viuendi*, id eſt reſpirandi, primum illud ſignum infundendæ animæ, & viuificandi hominem daretur inſuflando in illius nares ſpiritum reſpirationis; quare iuxta Heb. Aquila, & Symmach. dixerūt, *In naſum eius*. quare *vita* pluraliter in Heb. dicitur, quaſi ſecūdum formā dualem, quòd duobus naſi foraminibus, quorum vtroq. reciprocatur anima, reſpōdere debeat. quamuis alij nihil peculiare illa forma plurali, quam vitam indicari exiſtiment. illa ergo fuit apta diſpoſitio, & ſubtilis, artificioſaque viuificatio.

Tribuere quid in Heb. LXX. *Gen.2.7.* חיים Cur in Hebræo, *Vita*, nomen ſit plurale.

3 *Et miſericordiā*. D. Th ſic intelligit, Virtutum quædā ſeminaria mihi tribuiſti, & præſertim *miſericordiæ*. quā ſibi innatam ipſe Iob fatetur. c. 31. *Ab infantia creuit mecum miſeratio: & de vtero egreſſa eſt mecum*. cui poſſet fauere proprietas exemplaris, *Miſericordiā feciſti mecum*. Caiet. aūt intelligit liberum arbitrium: alij alias animæ ſenſitiuæ potentias, & facultates. Sed quidem *miſericordiam* homini *tribui* a Deo, eſt ſane miſericorditer, benigne, beneuole cum illo agere, ſumma cura atq. prouidentia illi conſulere; eſt enim illa quę *tribuitur* homini, Dei largientis, & benefacientis *miſericordia*: quod alia ratione dicitur *facere miſericordiam cū* aliquo, aut mittere miſericordia ad aliquē. ſed eleganter etiā dixit interpres, *Miſericordiam tribuere*, vel dare, ex Scripturę conſuetudine. Michex 7. *Dabis veritatē Iacob, miſericordiā Abraham*. Ier. 16. *Nō dabunt vobis requiē*. Septua. ex Heb. *Non dabūt vobis miſericordiam*. & c. 42. *Dabo vobis miſericordias, & miſerebor veſtri, & habitare faciam vos in terra veſtra*. è cōtra verò dicitur *auferre miſericordiā ab aliquo* Pſ. 88 Hanc aūt Dei miſericordiā Chryſ. Olymp. Polych. conſiderant in cuſtodiendo infante inclu ſo intra anguſtias alui maternæ, quod videtur etiam obſeruaſſe Dauid, cum dixit, *Suſcepiſti me* (libe ratti quaſi ex ingenti diſcrimine & vitæ periculo) *de vtero matris meæ*, de quo paullo ante diximus.

D.Thomas. Miſericordia quid. *1.Iob.31.18.* *Caieta.* Miſericordiam tribuere, aut facere quid. *Mich. 7. 20.* *Ier.16.13.* LXX. *Ier.42.12.* *Pſal.88.34.* *Chryſ. Olymp.* *Polych.* Diuina prouidentia in cuſtodiendo humano fœtu. *Pſa.138.13.*

Sed certè hic, ſicut & aliàs ſæpè *miſericordia* eſt beneficentia vberior, & beneuolentior beneficiorū collatio, vt Gen. 21. *Iuxta miſericordiā, quam feci tibi facies mihi* Exo. 15. *Dux fuiſti in miſericordia tua populo, quē redemiſti* ſumma aduerſus eū indulgentia vſus fuiſti, cū illum duceres. eſt igitur hęc Iobi ſententia. Non ſolum homini vitā dediſti, ſed ingentibus beneficijs locupletaſti, cumulaſti, bonis omnib. quæ ad victum, honorem, & rem vitæ neceſſariam pertinebant. Poſtquam. n. creauit Deus hominem extra paradiſum, *tulit eū, & poſuit in paradiſo & adduxit* ad eum cætera animātia, deditque *adiutorium ſimile ſibi*, regem & principē vniuerſis alijs creaturis præpoſuit; fructuum dulciſsimorum, atque vberrimorum copiam ingentem conceſsit illi in cibum, vna tantum excepta arbore; denique *Miſericordiam illi tribuit*.

4. Miſericordia, vberior beneficētia *Geneſ.21.23.* *Exod.15.13.* *Gen.2.15.* *Verſ.19.* *Verſ.18.* *Verſ.17.*

5 Sed his quæ diximus, vnū obijcis; videri nos aſſeruiſſe corp⁹ primi hominis priùs fuiſſe ex luto formatū, & preparatū, quam in illud anima rationalis a Deo creata induceretur quod ſicut cū noſtra huius loci, interpretatione mirificè congruit ita repugnare; videtur grauiſsimorū Theologorū ſententiæ, aſſerentium non prius corpus formatum fuiſſe, quā animā creatam, atque infuſam corpori. ſic docet D. Th. 1. par. q. 9. a 4. Nyſſenus de hominis opificio ca. 29. decertè ſcribit, neq. animū ante corpus, neque corpus ante animū conditum, ne ſecū ipſe diſsidere videatur homo, tanquam in diuerſas partes, ob temporis in harum ortu diſcrimen, diuiſus. tum etiam ne conditoris poteſtas non omninò videatur perfecta, propterea quòd operi vniuerſo ſimul abſoluendo nō ſuffecerit; ideoque operas quaſi interruperit. idem tenent Carthuſ. Gen. 2 Duran. 2. d 12. q. 2.

An corpus primi hominis priùs fuerit à Deo formatum, quam anima infuſa *D.Thom.* *Grego.Nyſſ.* *Durand.* *Chartuſ.*

Verùm non quidem omnino neceſſariū eſt ab hac ſententia diſcedere, vt noſtrā tueamur; poſſumus enim cum Scriptura loqui humano modo, & ordine, quem vocant, non temporis, ſed naturæ: quæ. n. corporis ſunt atq; materiæ, præparationem quandam, præuiamq. diſpoſitionem ex propria ratione aſſerre videntur, quāuis re ipſa eodem temporis momento cū anima exiſtendi principium habuerint, & ita præceſsiſſe ſignificantur.

Prima reſpōdendi ratio

6 Sed ne in anguſtias vllas comprimamur, non ſolùm non reſpuo, ſed lubens etiam admitto, atq; amplector, quod in obiectione proponitur, prius videlicet tēpore formatum fuiſſe à Deo luteum Adæ corpus, quam creatam aut infuſam animā. in quam ſententiam concors ferè eſt ſanctorum Patrum chorus. ſic docet Aug 1. Retract. ca. 10. Chryſ. hō. 2. & 12. in Gen. Cyril. li. 1. in Gen. cum ait, *Finxit ſtatuam de limo, & ſubinde rationale animal illud fecit*. Hylar. Pſ. 118. quē ſuperiùs adduximus. clariſsimè Cypri. epiſt. 64. parùm poſt mediū. *Ante* (inquit) *eū plaſmauit, & tum inſufflauit flatum vitæ; ſicut præcedit baptiſmus, ante manuum impoſitionē*. Diod. quem aſſert, atq; ſequitur Lypom. in Catena. Bonau. 2. d. 17. q. 3. hanc partē cenſet ſecuriorē, & Scripturæ

Corpus Adā prius fuiſſe formatum, quam creatam animā, quomodo intelligendū *Auguſt.* *Chryſoſt.* *Cyril.* *Hylar.* *Cypr.* *Diod.* *Lypom.* *D.Bonau.*

confor-

Hugo. Proſp. D. Alch.

conformiorem idem profectò ſentiunt Hugo de ſancto Victor. dum ait corpori præparato Deū infundiſſe animā. & Proſp. par. 1. de prædict. c. 1 quòd formatio de terra homine Deus inſpirauit &c. elegāter D. Alch. Auitus. c. 6.

Poſtquam perfectæ canuit nouitatis imago,
Formatumque lutum ſpectans peruenit in omnem
Vertitur in carnem limus, durataque molleſcit;
Interſtat venis ſanguis, viridóque calore.
Inficit ora rubor; toto tum corpore pallor
Pellitur; & vines depingit purpura vultus.

Gennad. Abulen. Ferus. Cathar. Moncal. Caſtr. Greg. Valen.

Eidem ſententiæ ſubſcribunt Gennad. Abul. Ferus, Cathar. & Honcala Geneſ. 2. Alphonſus de Caſtro lib. 2. contra Hæreſ. verbo *Anima.* Hæreſ. 3; neque longe abeſt noſter Gregorius de Valētia. 1 p. diſp. ut. 7. q. 1. dum exiſtimat minime eſſe illorum cogitationem abſurdā, qui putant fieri potuiſſe, vt ex limo fieret hominis effigies in modum ſtatuæ, ex qua Deus verum corpus humanum formaret, illam videlicet in hominem transformando, atque ſi quid facere poteſt (poteſt autem non parum) illa ſtatuæ locutio, certe frequentiſſima eſt inter Patres, Cyril. Hil. Niſſ. Philo quoque ſic appellat lib. de opificio. *Deus humana ſpecie ſtatuam formare voluit.* Cum hoc quoque facere poteſt non omnino ſpernendum teſtimonium ex lib. 4. Eſdr.

4. Eſdr. 3. 5.

c. 3. *Dediſti Adam corpus mortuum, & ipſum figuratum opus manuum tuarum erat, & inſufflaſti in eum &c.* accedit illud Sybillinum oraculum cum pater ad filium ſic loquitur;

Nunc ego curabo manibus; tu denique noſtram
Effigiem verbis, vt opus commune ſtatuamus:

Et quidem cùm rem hanc indicent ipſa verba Geneſis, neque vlla ſit in ſenſu abſurditas, accipi oportet, vt ſonant.

7 Obiect. o. Gen. 2. 7.

Sed obſtat (inquis) quod dicitur; *Formauit Deus hominem de terra*, atqui homo non eſt ſine vero & viuente corpore, neque viuens corpus ſine anima, nō prius igitur formatum corpus, quàm homo viueret, & quā crearetur anima. Recte, ſi homo nō poſſet appellari ampla quadam dicēdi ratione, illa ipſa lutea ſtatua transformanda poſtea in verum & viuentem hominē. ſic explicat Aug. li. 5. de ciu. c. 23. exemplumque ſimillimum affert, ex corpore mortuo, quod homo dici ſolet.

Auguſt. Explicantur Greg. Nyſſ. & D. Thom.

At ſaltem D. Th. & Gregor. Nyſſenus (quorum vtriuſq. nemo ſapientiæ ſtudioſus debet eſſe non ſtudioſiſſimus) ſuæ ſententiæ commodam explicationem poſtulant. ſanè atq; illa in promptu eſt: diſputant. n. proculdubio aduerſus eos, qui vel animam ante corpus, vel corpꝰ carneū & humanum ante animam præceſſiſſe affirmabant: quorum vtrumq; perabſurdū eſt; nā hæ partes inuicem ſibi reſpondent, neq; altera prius eſt, quā altera coniuncta ſit. at non ipſum perfectū & abſolutum hominis corpꝰ, ſed informē, & rudem fœtum ante animā exiſtere veriſsimū eſt, nedum non abſurdum, nō aliter igitur, nihil habuit incōmodi, quod lutea ſtatua ante corporis ipſius humani ex vera carne, veroq; ſanguine conſtitutionem præcederet. Vera aūt & non gratis excogitatam illorum Patrū ſententiæ expoſitionem hanc eſſe cōſtare poterit ex Damaſ. li. 1. de fide. c. 12. Ne-

Damaſ. lib. 1. de fid. cap. 12.

que vero imperfectio vlla creatoris eſt, quòd non eodē momento effecerit vniuerſa, quæ ad hominem pertinebant, ſicut quod mundus ſex dieb. creatus fuerit, & cœlum & terra non ſimul ornata, atq. compoſita, vt eleganter oſtēdit Chryſoſt. citat. hom. 12.

Et viſitatio tua. Prop. præſentia tua, aſsiſtētia, cura, prouidentia [illegible] tores vertiſſe, *impelle* [illegible] pertinent omnia. Neſcio aut quare [illegible] apud Caietan. legerit, *Ordinatio tua*, [illegible] ad ordinationem diuinæ prædeſtinationis, quæ ſeruat hominem ab extremo damnationis malo. Et cū frequenter *viſitatio* in malum ſit; hoc loco in bonum eſt. de hoc quoq; diximus aliquando. 8

פקד יה Prop. Viſitatio quid propriè. *Dieb. apud Caiet.*

Cuſtodiuit. Sūma ſolertia atq; diligentia proſpexit, cauit, obſeruabit, vt ſolent cuſtodiæ, & excubiæ nocturnæ, tū etiam conſeruauit, & pcurauit vitam, incolumitatē, vt ſolent gregum cuſtodes, ne quid pereat, aut malè pdatur, vel amittatur. Vt Gen. *Poſuit eū in paradiſo voluptatis, vt operaretur, & * cuſtodiret illum.* & Ier. 31. de paſtoritia cura & vigilantia aduerſus inſidias luporum, *Cuſtodiet eum ſicut paſtor gregem ſuum.* & ſimile eſt Luc. 11. *cuſtodiunt verbū Dei*, videlicet ne effluat, aut pereat obliuione, aut *veniat diabolus, & tollat verbum de corde.* cui reſpondet illud, *Maria conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo.* Vide licet tracta, & verſans corde, & animo, ne per obliuionem, & incuriam effluerent. Itaq. inquit Iob, Tua miſericordia, & vigilantiſsima cuſtodia nunquam me deſeruit, [illegible] diligentiſsime nunquam a me oculos auertit, in te meaurum rerum rationem recipiens: hoc muneris nequaquam ſibi demandari cupiebat Cain Geneſ. 4. *Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego.* & ſimiliter 1 Reg. 28. dixit Achis ad Dauid, *Cuſtodem capitis mei ponam te cunctis diebus.* Regia vide licet cuſtodiæ perfectū (*Capitan de la guardia*) Propterea, pro ſuo *cuſtodiendi* munere ouem errantem quærit Deus, perditamq; poſtquā *inuenit, humeris impoſitam* reducit ad caulas, quare ſuo ille iure poſtulabat, *Erraui ſicut ouis, quæ perijt, quære ſeruum tuum*, meque cuſtodi.

9 Cuſtodire quid propriè. שמר Gen. 2. 15. * Que no lo perdieſſe, ni ſe lo quitaſſen por mal guardado. Ier. 31. 10. Luc. 11. 28. Luc. 8. 12. Luc. 2. 19. Gen. 4. 9. 1. Reg. 28. 2. Deus paſtor, & gregis cuſtos. Luc. 15. 5. Pſ. 118. 176.

XIII. Licet hæc celes in corde tuo, tamen ſcio, quia vniuerſorum memineris.

1 *Frequens Latinorum expoſitio. Quomodo Deus diſsimulare videatur paternam indulgentiam in hominis ſupplicio exemp a, & ſeueritatis [illegible].*
2 *Peculiares aliorum lectiones, & expoſitiones.*
3 *Commodiſsima interpretatio. Celare ad inimicitias diſsimulatas referri.*

I Latinorum expoſitio.

VNiuerſi Latini facilè ſententiā hanc interpretātur, Videris certè beneuolentiā hāc benigniſsimi animi qua me pſequebaris, nūc longe diſsimulare a me operibus, ſeueritate videlicet. & ſupplicij grauitate diſſimulare voluiſſe; non. n. crediderim charitatē illā erga me priſtinam extinctā eſſe, aut vero aliqua obliuione obrutam. Gregorius *vniuerſa*, non refert ad ea, quæ Iob commemorauerat, ſed ad cunctos homines; Hæc cum ita

Grego.

ſint,

2.Reg.22.24. *Guardeme de peccar como de vn mortal enemigo.

2.Reg.22. * *Cuſtodiui me ab impietate mea*, id eſt, vitam meam ſeruaui, atque defendi ab iniquitate mortifera. cum igitur homo in peccato eſt, morti, diſcriminibus omnibus feris immaniſſimiſque hoſtibus expoſitus eſt, cum vero cōdonat illi Deus offenſam, protegitur, defenditurque aduerſum mortem, hoſtes, diſcrimina. ergo idem eſt dicere, *Cuſtodis me*, vel, *parcis mihi*. his autem verbis præſentis temporis, aliquando vtitur ſcriptura pro præterito, quare recte interpres dixit, *Pepercyſti*, cōmode etiam explicationis gratia addidit, *ad horam*, id eſt, ad tempus, exactæ videlicet vitæ, non fuit condonatio delicti, niſi temporaria.

4 Iniquitas pro pœna.

Cur ab iniquitate mea, id eſt, cur non mecum agis tanquam cùm innocente à peccato; immunem pœnaque liberum cur non declaras? hæc enim locutio ad ſupplicium & pœnam ſæpe refertur, vt Nahum 1. *Dominus habens furorem, & iraſcens inimicis ſuis*, (id eſt, conceptam ſemel indignationem retinens) *patiens, & magnus fortitudine* (videlicet, quamuis premat iram corde, & patienter interim expectet) & *mundans non facit innocentem* (illud *mundare* explicant per *euacuare*; Euacuans non facit innocentem, id eſt, implebit pœna & ſupplicio, non euacuabit debita commeritaque vindicta, eſt enim peccatum, quaſi menſura pœnarum, ſicut ſcriptum eſt: *Pro menſura peccati erit plagarum modus*. Et, *quantum glorificauit ſe, & in delitijs fuit, date illi tormentum*. ſicut econtrà, virtutis & pietatis opus eſt menſura cumulanda præmio.) *nullumq; innoxiū derelinquens*, id eſt, nemini peccatori omninò pœnam cōdonat. alij explicant, quamuis illi amiciſſimus & coniunctiſſimus, nemo eſt, qui alicuius pœnæ particeps non ſit. vide etiā Exod. 34. Eſt autem Iobi querimonia eiuſmodi, quæ ab homine tantùm iuſto vſurpari commode poſſit, & minimè ab impio, quamuis tardè ad illius ſupplicium diuina procedat ira. nam verbum *parcendi* amplius aliquid afferre videtur, quam pœnæ dilationem: illud enim videtur dicere Iob, Si quid fortè in adoleſcentia aberraui, ſed tamē illud, quidquid fuerit, condonatum eſt iam, atque oblitteratum, multis a te mihi amicitiæ, & beneuolentiæ ſignis exhibitis, ſacrificijs oblatis, frequenti veniæ & indulgentiæ deprecatione, multis vltrò citroque grati animi muneribus impenſis. cur igitur nūc culpæ memoriam, pœnaſque repetas?

Nahum 1.2. v.3.

Peccatum, menſura impēda ſupplicio.

Deut.25.2.
Apoc.18.7.
Num.14.18.
Exod.34.7.

5 An hoc referri poſſit ad ſcrupulorū ægritudinē.

Alij conantur rem hanc totam ad illos ſcrupulorum ſtimulos, de quibus ſupra egimus, reuocare. q. d. Si peccaui, & peccati iam videor veniam, & animi tranquillitatem obtinuiſſe, cur nunc velis me iterum peccati conſcientia & memoria repetita quaſi acutiſſimis aculeis pungere atque exagitare; & quaſi minimè condonati peccati reum peragere? ſenſum hunc indicauit Gregor. qui ita explicat; *Si culpam venia abſtulit, cur ſanè & à memoria non deterſit?* Sed hic ſenſus, neque ab hoc loco poſtulatus eſt, neque omnino cohærens. vide quæ diximus, cap. 3. vbi de Iobi ſcrupulis quæſtionem inſtituimus.

Gregor.

Iob.3.

XV. Et ſi impius fuero, væ mihi eſt: & ſi iuſtus, non leuabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria.

1 *Demiſſio capitis habitus pœnitentiam agentis. Illuſtrati Samuel, & Iſaias.*
2 *Capitis elatio, ad ſuperbiam.*
3 *Aliquando etiam ad victoriam. explicatus Dauid.*
4 *Capitis demiſſio ad erubeſcentiam.*
5 *Capitis demiſſio ad grauitatem calamitatis referri. Illuſtrati Dauid & Salomon.*
6 *Particula væ, quid ſignificet in ſacro ſermone.*
7 *Saturitas ad animæ ventriculum refertur.*
8 *Quid afflictio? Ignis, aut exuſtio, ad grauiſſimum quemcunque cruciatum pertinens, & quare. Explicati Ioſue & Moyſes.*
9 *Quid miſeria.*

Videtur ſuam innocentiam tueri confirmando illam ſuam propoſitam ſententiam: *Et innocentem & impium conſumit*. Vtcunq; (inquit) egero, etiamſi me piiſſimis operibus exerceam, mala & ærumnas ſuſtinere compellar. Sed nō omninò patet, vnde nam illa *euandi capitis* tranſlatio ſumpta ſit, aut quid propriè ſignificet; quamuis in bonum debere accipi dubium nō ſit. eſt enim ex oppoſito depreſſio, aut demiſſio capitis ſymbolum hominis ingentem calamitatem ſuſtinentis. Et primo quidē, habitus eſſe videtur hominis pœnitentiam agentis; cum enim demiſſo capite incederet Achab, dixit Dominus ad Eliam: *Nonne vides Achab humiliatum?* pro eo autem, quod habemus, *Ambulauit demiſſo capite*. Septuaginta habent; *Et iuit*, alij ex Hebræo; Inceſſit, aut *ambulauit ſenſim*, aut pedetentim, inſtar lugentium, & mœrentium. Chaldæus. *Inceſſit nudis pedibus*, qui omnes habitus ſunt pœnitentium. ſed Latinus interpres illum potiſſimum elegit, qui in capitis demiſſione conſiſtit. in quo etiam alios contineri, aut intelligi ſignificaret. vide etiam Iſa. 58. *Numquid tale eſt ieiunium, quod elegi, &c. Contorquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum, & cinerem ſternere?* id eſt, deprimere, & incuruare caput, & intorquere ceruicem inſtar hami recurui. Sic enim in originali legitur. Et refertur etiā ad animi ægritudinem, atque mœrorem, qui cum facti pœnitentia coniunctus eſt; vt Gen. 4. *Cur concidit facies tua?* poterit igitur dicere Iob Quamuis nihil mihi conſcius ſum, at neceſſè eſt pœnitentiam agere, vel ignorati alicuius delicti, vel ſaltem humanam imbecillitatem peccatis obnoxiam profitendo. Sic etiam Iob de ſe dixit: *Idcirco ago pœnitentiam in fauilla & cinere*. Nihil nocebit pœnitentiam egiſſe, ſiue peccauerim, ſiue innocenter vixerim.

1
Iob 9.22.
Leuandi capitis tranſlatio, vnde.
Demiſſio capitis ad pœnitentiam agendam pertinet.
2.Reg.21.27. & 29.
LXX.
Pag. Regia.
Chaldæ.
Iſa.58.5.
Quid contorquere caput.
Circulus pro hamo.
Geneſ.4.6.
Iob 42.6.

2
Pſal.28.2.
Capitis elatio ad ſuperbiam.

Secundò, capitis elatio ad ſuperbiam & animi arrogantiam pertinet. Pſal.28. *Qui oderunt te, extulerunt caput*. Sic Iob ſignificabit, nunquam ſuperbiendum homini eſſe; nam ſiue iuſtum, ſiue impium humiliato vult Deus, & demiſſo capite, neutra igitur ratione * *leuabo caput*.

*Si malo, no me yre alabā do: y ſi bueno Dios me haza, que no le vante cabeça

3
Attollere caput vincētis.
Pſal.26.5.

Tertio, capitis extollentia vincentis eſt, audacter ve & confidenter loquentis, aut obtinentis in ſua cauſa, Pſal.26. *Nunc exaltabo caput*

Pſal.109.7.

meum ſuper inimicos meos. &109. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput*, id eſt, quamuis vulneratus & ſanguine fluens diſcedat è prœlio, ſed euadet tamen victor atque triumphans igitur hæc erit Iobi ſententia; Si impius ſim, certo ſupplicio damnabor; ſi autem iuſtus, non potero plane coram ſeueriſſimo iudice *in iudicio reſurgere*, neque leuare caput; cadam profectò mea cauſa, cùm innocentiam meam tueri voluero.

Pſal.1.5.

4 Demiſſio capitis, erubeſcentis. *Luc.18.13.* *Eccleſ.11.1.* *Iob 11.15.*

Quartò. Demiſſio capitis ad erubeſcentiam pudibundi ac mœrentis hominis pertinet; ſic enim ille altus, *neque audebat oculos ad cœlum leuare.* & econtrariò *eleuatio capitis*, ad honorem pertinet Eccleſ.11. *Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere illum faciet.* Sic etiam infra cap.11. *Tunc leuare poteris faciem.* hoc quoque dicere potuit Iob; etiam ſi iuſtus ſim, non ideo plus dignitatis, & honoris habebo apud homines, neque minus iniurijs & ignominiæ obnoxius ero; cùm me ad eam vitæ conditionem deductũ videam, vt vix audeam oculos aut caput attollere.

5 Capitis demiſſio ad grauitatem ærumnarũ refertur. *Pſal.104.18.* *Auguſt.* *Pſal.3.4.* *Luc.21.28.* *Cant.2.6.& cap.8.3.* *Geneſ.4.7.* *Pſal.37.7.*

Sed quintò tandem, & fortè magis commodè in rem præſentem, hæc *capitis* demiſſio referri poteſt ad ærumnarum pondus, quę caput atque ceruices miſerrimi hominis opprimũt, atque deprimunt. cuiuſmodi Ioſeph erat, dum in carcere vinculorum & ferri pondus grauiſſimum *pertranſiret animam eius*, id eſt, tam graui pondere preſſus reſpirare non poſſet. ſimiliter hoc loco legit Auguſtinus: *Si iuſtus fuero, non poſſum reſpirare.* ideoque grauiſſimis ærumnis affectus Dauid dicebat Pſalm.3. *Susceptor meus es tu, & exaltans caput meum.* quaſi erigens, & ſuſtentans caput, ne grauiſſimæ calamitati ſuccumbam. quare ſuos erigere etiam Chriſtus Dominus volens in extremis illis nouiſſimorum temporum difficultatibus, ait: *Leuate capita veſtra.* & dum vrgebatur laboribus ſponſa, caput habebat ſponſi læua ſuſtentatum. *Læua* (inquit) *eius ſub capite meo*, ne concidam, ſed erectos ſemper ad ſydera tollam vultus. Ergo, inquit Iob; Etiam ſi iuſtus ſim, incredibilis tamen meo capiti incumbit acerbitatum moles; erigere caput non poſſum: *concidit* mea facies; incuruatus & *contriſtatus ingredior.* & rectè ſenſus hic congruit cum eo, quod ſequitur: *Saturatus afflictione.*

6 *Gregor.* Particula vę, quid importet. *Caietan.* Vę, an ad extremam dãnationem referatur. *Iſa.1.4.* אללאי אלל

Elegans ſanè eſt hoc loco Gregorij obſeruatio, *Impius* (inquit) *væ habet, iuſtus miſeriam, quia æterna damnatio reprobum ſequitur.* Hinc Caietanus docet illam interiectionem ſonare in ſcriptura malum æternæ damnationis. Sed certè id tantùm ex conſuetudine ſacri ſermonis colligitur, pertinere ad minas grauiſſimas, & ingentia mala; neque quidem voci Latinæ *væ*, ſemper reſpondet eadem in Hebræo particula, nam aliquando eſt quaſi dolentis, aut certè abominantis vel admirantis rem, ſuprà quàm credi poteſt, deteſtabilem, vt Iſai.1. *Væ genti peccatrici.* id eſt: O mirabilem gentis peccatricis peruicaciam, & impudẽtiam; ſed hoc tamen loco particula (*Alelai*) dolentis & vlulantis eſſe videtur. vnde videtur ſumpta illa Hiſpanorum interiectio (*ay*) à radice *Alal*, quæ ſignificat eiulare, vel lamentari, aut vlulare. quare eiuſmodi cladem aut imminentem, aut aliquádo futuram ſignificat, quæ ingentis doloris atque lamentationum acerbiſſimarum materia futura ſit, & cuius timore percelli, pungíque impius (niſi ſenſus expers ſit) deberet, atque ita lamentari quaſi de ſe actum iam eſſet. non aliter atque Philiſthæi, 1.Reg.4. poſt lætiſſimam victoriam inclamárunt gementes, *Væ nobis, quis nos ſaluabit, &c.* actum de nobis eſt, interitus certiſſimus, adiutor nullus.

Particula væ, dolentis. *1.Reg.4.8.*

7 Saturitas ad ventriculum animæ refertur.

Saturatus. Saturitas hæc reſpicit animæ ventriculum, id eſt, appetentiam, aut appetitum, qui magnam ærumnarum & acerbitatum copiam vix poteſt concoquere, nauſeat igitur, & appetit euomere, atque ſe ærumnis atque laboribus exonerare.

8 קלה Afflictio qd propriè. Ignis omnes cruciatus ſignificat. *Ierem.92.22.* *Ioſ.7.15.* *Auguſtin.* *Gen.38.24.* *Ioan.8.4.* *LXX.* *Paguin.* *Regia.*

Afflictio verò eſt, idem quod combuſtio; à verbo (*Kalah*) quod propriè torrere ſignificat. & inde affligere; nã inter omnia cruciatuum genera vſtio acerbiſſima eſt, igniſque ad agendum potentiſſimus. quare quicunque alij cruciatus, ignis, aut exuſtionis nomine ad amplificationem ſignificamus. Sic etiam Ierem.29. dicitur ab hac radice: *Ponat te Dominus ſicut Sedeciam, & ſicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne.* hi tamen non dicuntur combuſti, ſed lapidati Danielis 13. illa enim acerbitas ſupplicij lapidationis, quæ grauiſſima erat, ignis & cõbuſtionis nomine aptiſſime ſignificatur. Ex quo illius forte difficultatis explicationem, quæ in Ioſue 7. c. occurrit, petere poſſumus. cum præcipitur à Deo, vt *quicunque in illo facinore anathematis deprehenſus fuiſſet, combureretur igne.* deinde verò qui inuentus eſt Achan, lapidatus eſt. videlicet quia præceptum combuſtionis de lapidatione accipi poſſe intellexit Ioſue, vt Auguſtinus aſſerit, quæſtionibus in Ioſue. Fieri etiã potuit, vt cum Iudas nurum ſuam Thamar adulterij accuſatam comburendam præcepit, Geneſ.38. *Producite* (inquit) *eam vt comburatur.* non aliud illud ſupplicium fuerit, quam quod poſtea lege ſtatutum fuit, lapidationis, vt dicitur Ioannis 8. *Hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio, in lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare.* ſupplicij igitur aut cruciatus genus quodcunque grauiſſimum, & acerbiſſimum, combuſtio dici poteſt. Huiuſmodi igitur eſt qua Iobus ſe affici profitetur, *afflictio*, combuſtio, animi ægritudo vrens, inflammatus dolor, cruciatus perurens. Quia tamen quod torretur, exugitur & leue redditur, inde ſignificat illa eadem vox, leuifacere aut vilipendere.) quare Septuag. pro afflictione, *Opprobrium* reddiderunt. alij *ignominiam*, aut cõtemptionem; alij contumelias, vtrunque ſi coniungas, dicere poteris, afflictionem plenam opprobrio & contumelia.

9 עני Miſeria propriè, quid. *Iob 36.15.* *Pſal.21.22.* *Iſa.34.11.*

Miſeria autem eſt, propriè humiliatio, & oppreſſio, qualis miſerrimi, & pauperrimi hominis eſſe ſolet. quare eſt miſeria cum extrema paupertate coniuncta, aut paupertas miſerrima, quæ vertitur *anguſtia pauperis*, infra Iob 36. & *humilitas.* Pſalm.21. a qua etiam radice dicitur Iſa.34. *Paupercula* (miſera, afflicta) *tempeſtate conuulſa, abſque vlla conſolatione.* Ergo ſe Iob,

miſerum,

miſerum, pauperculum, tempeſtate conuulſum, & abſque vlla conſolatione lamentatur.

XVI. Et propter ſuperbiam quaſi leænam capies me, reuerſuſque mirabiliter me crucias.

1 *Varia Hebraizantium lectio.*
2 *Leæna cuius ſpeciei animalis appellatio. Deus cum leæna comparatus atque Iob.*
3 *Quid attendatur in iſta cum leone comparatione. Leo imperioſum animal.*
4 *De leonum venatione ex ſacris & prophanis.*
5 *Quid ſit Deum reuerti, cum homo affligitur. Leo non reuertitur ad prædæ reliquias, quas ſemel reliquit. Explicatus locus Regum.*
6 *Iuſtus afflictus, mirabilis.*

1 CVm volo conteſtari meam innocētiam, quaſi in ea cogitatione ſuperbirem, pœnas ſtatim pendo, ſentio enim me tanquam ferocientem, ſuperbientemque leænam paratis à te laqueis & retibus capi, conſtringi, implicari, & acutiſſimis dolorum iaculis configi.

Varia lectio. גאה Eugub. Pagnin. Vatabl. Regia. Tygurin. Guarin.

Propter ſuperbiam. Hebraizantes variant; nam quia verbum, *Gaah*, ſignificat creſcere, augeri, extolli, ſuperbire, ideo Eugubinus *ſuperbiā* interpretatur, in. entem cumulum, tumorem, incrementum calamitatum. Pagnin. Vatabl. Regia. Tygur. Biblia Guarini, ad eundem ferè ſenſum, ſed apertius legunt, Vtinam multiplicetur, augeſcat, creſcat, inualeſcat dolor meus vt iam omnino videar à tua potentia captus, conficiarque penitus dolorum iaculis. ſed ſenſus noſtri interpretis bene cohærens eſt.

2 Leæna certæ ſpeciei leonis nomen. שחל Iob 4.10.

Quaſi leænam. Sachal, non tam eſſe leænæ fœminæ nomen, quàm Leoninæ alicuius ſpeciei, quem leopardum aliqui dicunt, leonem alij, ſuperius ſcripſimus, cum de hac voce diximus ſupra cap. 4. Sed quod ad ſententiam attinet, in aliquibus Latinæ editionis codicibus, *leæna* in primo caſu eſt: qua etiam ratione accipiūt omnes Hebraizātes nuper adducti, tum etiam Chaldæus & Hebræus apud Caietanum, ita vt, cum *leæna* comparetur Deus propter ſupplicij infinitatéque ſeueritatem, quod effugere nulla vis humana poſſit. nam ſi ſemel Deus capiat prædam, illiq; incubet, quaſi leæna, *quis* illum *ſuſcitare*, atque à præda deterrere *audebit?* neque ea ſimilitudo eſt inaudita in ſacro ſermone, cū ſcriptū ſit Hoſ. 5. *Ego quaſi leæna Ephraim, & quaſi catulus leonis domui Iuda. Ego capiam, &c.* & cap. 13. *Ero eis quaſi leæna, & ſicut pardus in via Aſſyriorum, occurram eis quaſi vrſa raptis catulis.* Sed quidem illa eſt multo verior, correctiorque lectio, quā Biblia Vaticana retinent, vt *leæna* ſit appoſitū verbo *capiendi*, quam ſequuntur antiquiores Latini, Gregor. & Philippus, & Septuaginta. cum omnibus Græcis, qui legunt; *Et capior ſicut Leo.* teſtaturque Polychron. ex Hebræo legi; *Si robuſtus fuerit ſicut leo, capies & opprimes me.* comparat ſe igitur leoni, quem Deus multis irretitum calamitatum laqueis, multis etiam configat iaculis dolorum.

Chald. Caietan. Deus cū leæna cur comparatus. Gen. 49.9. Hoſ. 49.9. & 14.7. Vatican. Gregor. Philip. LXX. Polychron.

3 Sed quid in hac ſimilitudine potiſſimùm attendatur, non valde perſpicuum eſt. nam Olympiod. & Polychron. aiunt, *leoni* ſe comparaſſe, ob prioris ſtatus fœlicitatem & gloriā. nam ſuperbum, & imperioſum animal leo eſt; regiæque potentiæ ſymbolum, vt ſupra cap. 5. indicauimus, ſed quod ex noſtra atque Septu. lectione, *Capior ſicut leo ad occiſionem*, elici poteſt, hoc eſt, vt indicet ſe peti à Deo ad mortem. ſunt enim quædam feræ, quæ nonniſi mortuę, & multis confixæ iaculis capi poſſunt, huiuſmodi ſunt apri, aut leones, quos venatores minimè curant viuos capere, *propter ſuperbiam.* id eſt, propter belluinam illam innatamque ſæuitiam; hæ ergo feræ ad occiſionem quæruntur; cōqueritur ergo Iob, quòd velut belluam quandam immaniſſimam illum Deus ad mortem expoſcat. Huiuſmodi autem venationis cruentę rationem atque modum graphicè infra deſcribit, cap. 26.

Vnde ſumatur iſta cum leone ſimilitudo. Olympiod. Polychr. Leo regiæ potentię ſymbolum. LXX.

4 Sed de venatione leonum ſic ſcribit hoc loco Gregor. *Leæna, cùm eſcam catulis exquirit, mittitur in foueam captionis ſuæ. ſicut enim ex quibuſdam regionibus fertur, fit in eius itinere fouea, in quam pecus deponitur, vt illuc ſe eius appetitu proijcere leæna prouocetur, quæ anguſta ſimul, & alta præparatur, vt in eā exire ambiendo valeat, ſed hanc ſaliendo nullo modo euadat. alia quoque fouea, quæ priori cohæreat, effoditur, quæ tamen in ea, in qua pecus eſt, extremæ partis apertione coniungatur, in qua nimirū cauea ponitur, vt leæna currens, quæ deſuper terroribus vrgetur, cum quaſi in ſecretiori parte foueæ occultare ſe appetit, caueam volens intret; cuius iam ſæuitia nequaquam pertimeſcitur; quia cum clauſa in cauea leuatur. ſic nimirum humana mens capta eſt, dum interire deſideria carnis appetiuit, atque in deceptionis ſuæ foueam cecidit.* Hæc Gregorius. Certe Oppianus inter alias leonū venationes, fouearum meminit. & Pollux, capi leonem adultum difficillime, non laqueis, aut pedicis, ſed machinamentis & dolis. Plin. quoque lib. 8. cap. 16. *Capere* (inquit) *leones ardui erat quondam operis, foueiſque maximè, principatu Claudij caſus rationem docuit, pudendam talis feræ nomine; paſtorem Gætuli ſago contra ingruentis impetum obiecto, &c.* Sed quidem huiuſmodi venatio per dolos & machinamenta minimè videtur indicari à Iobo, ſed potius per manifeſtam vim, & ſæuiſſima iaculorum vulnera, vt ſupra indicauimus.

Qualis ſit leonū venatio. Gregor. Pollux. Plin. l. 8. c. 16.

5 *Reuerſuſque mirabiliter me crucias.* Hanc reuerſionem Polychron. ad conuerſionem, vel commutationem ſui ſtatus retuliſſe videtur, quaſi non legat *conuerſus*, ſed cōuertens & cōmutans. quomodo Septuag. etiam legunt. *iterum commutans ſæpe me perdis.* & ferè eodem etiam adduci poteſt Auguſtini lectio, *Commutatus ſæuiſſimè cruciaſti me.* Aquila & Theodot. *Reuerſus*, nam ex noſtri ſtatus cōmutatione Deus, qui illum commutat & conuertit, dici ſolet erga nos cōmutatus, aut conuerſus. cuius generis illud eſt; *Deus, tu conuerſus viuificabis nos.* ſed Auguſtinus in illa conuerſione repentinum caſum, & ſubiectam calamitatem videtur agnoſcere, quę tantò moleſtior eſſe ſolet, quantò inopinatior; quaſi dicat; Vix diſcedit Deus, cùm ſubitò redit ad me cruciādum; ſæpe, ſubitò reuertitur, cùm aliquod à malis otium mihi dari credo,

Polychron. Quid ſit Deū reuerti cum hominem affligit. Auguſtin. Aquil. Theodot. Pſal. 84.7. Auguſtin.

Cōmoda huius reuerſionis expoſitio & ſententia.

eunc repentino impetu imparatum adoriris. Alij vero ſimplicius referunt ad ſæpius iterata & repetita flagella, doloreſq; nunquam intermiſſos, quaſi dicat; Vix vno cruciatu & dolore remittēte, Deus iterum nouum dolorem apparat: quod indicarunt Septuaginta legentes, *Commutans ſæpè me perdis*. quàm ſupplicij repetitionem, & Dei punientis quaſi reuerſionem exprimit locus ille. 4 Reg. 21. *Delebo Ieruſalem, ſicut deleri ſolent tabulæ; delens vertam, & ducam ſæpius ſtilum ſuper faciem eius*. ducitur enim atque reducitur ſtilus, vt ſcriptura aliqua omninò deleri poſſit, cera videlicèt deterſa, & ad æquabilitatem reducta. illæ enim *tabulæ*, de quibus loquitur, ex leuiſſimo lapide Alabaſtrite fiebant, cera obductæ, & ſcribendo parabantur; ſic elegunt Septuag. Vatican. *Delebo, ſicut deleri ſolet Alabaſtrum*, quanquam alij non pro Alabaſtrina tabula, ſed pro pyxide, aut vaſculo accipi velint, ex proprietate Græci & Hebræi; quare legunt, *Purgabitur Ieruſalem, ſicut purgari ſolet patella*, aut patellæ, *& verti in faciem ſuam*, quod eſt iterum atque iterum extergi, ne quid ſordium remaneat, & poſtquam purgata eſt inuerſa, reponitur in abaco. ſic etiam ſæpius reuertente Deo ad puniendum, ne quis impuriſſimorum ciuium Ieroſolymis remaneret, euertenda erat ciuitas. Quod ſi etiam ad leonis ingenium alluſum eſſe velimus, non inelegans erit huius loci amplificatio, præſertim ſi cum leone comparetur Deus; leo quidem cùm ex capta præda, id quod ſibi ſuiſque catulis opus habet, abſtulit, nunquam reuertitur ad reliquias, vt ſuperiùs diximus, indicaturque illo Hoſeæ. 5. *Ego quaſi leæna, & catulus leonis, capiam & vadam, vadens reuertar ad locum meum*. at ſeueriſſimus erga me Deus ſæpe reuertitur, vt vitæ reliquias omnes conſumat, & cum velut leo me capiat; non ſicut leo, ſæpe reuertitur.

LXX.

4. Reg. 21. 13.

LXX. Vatic.

Leo non reuertitur ad prædæ reliquias, quas ſemel reliquit.

Hoſe. 5. 4.

Mirabiliter me crucias. Paraphraſi vſus eſt vulgatus, nam in Hebræo tantum eſt, *reuerſus mirabilis es in me*. Aquila & Theodotio; *Mirificaſti in me*. ſed iuxta ſubiectam materiam ſapienter interpres de incredibilibus cruciatibus dictum voluit. Mirificum videlicèt ſpectaculum fit homo, qui tam dira patitur, tam cōſtanti, tamque inuicto animo. Vide quæ ſupra in præfatione diximus, cap. 1. num. 4.

Iuſtus afflictus mirabilis.

Aquil.

Theodot.

XVII. Inſtauras teſtes tuos contra me: & multiplicas iram tuam aduerſum me: & pœnæ militant in me.

1. *Inſtaurare quid.*
2. *Teſtes quos intelligat Iob. Calamitates & pœnæ videntur teſtes eſſe alicuius peccati. Teſtificari quid in Hebræo.*
3. *Iob cupit ſuam cauſam accelerari. Quid teſtis velox apud Malachiam.*
4. *Multiplicare, ad numerum, & ad magnitudinem.*
5. *Pœna in Hebræo vnde dicantur. Vnde etiam caluer variæ lectiones.*
6. *Militare quid. Dolores & morbi Dei ſupremi imperatoris milites ſunt.*

Perſtat in eadē amplificatione ſui doloris nunquam remittēris. *Inſtauras*, renouas, vel 1

Inſtaurare quid.

nouos teſtes inquirens, vel prioribus teſtibus vim nouā aduerſum me teſtificandi conferens. ad vtrunque enim apta eſt originalis vox *inſtaurandi, teſtes tuos*. Septuag. *Inquiſitionem meam*, id eſt, examinationē meæ vitæ, tu ipſe teſtes conquiris, conducis, accerſis, ad forū & iudicium videtur pertinere; ſic quoque tranſtulit Symmachus, *Inſtauras teſtes tuos, contra me arguens*, ſemper de mea vita quęſtionem habes acerrimam, ſæpè iam mea cauſa dicta, tu, illa ſæpius ampliata, meæ ſententiæ expectatione ſuſpenſum tenes, neque conquirendis examinandiſve aduerſum me teſtibus vllus eſt finis.

חדש

LXX.

Symmach.

Sed qui nam huiuſmodi *teſtium* appellatione intelligendi ſint, non eſt eadem omnium 2

Teſtes qui hoc loco intelligi debeant.

mens. nam Philip. intelligit dæmones, qui teſtabantur fore, vt Iobus in medijs cruciatibus Deo conuitiaretur. D. Thom. Lyran. Dionyſius intelligunt amicos, quorum orationes innouatæ & inſtauratæ per vices ſibi ſuccedebant aduerſus Iobum, & concordi teſtimonio, improbitatis illū accuſabant. Sed Auguſtin. dolores ipſos & cruciatus *teſtes* eſſe dicit, legit enim, *Inſtauras in me tormenta mea* atque idem eſt cōmentarius Gręcorū Olymp. & Polyc. atque poſt Rab. Moyſ. & R. Abrah. Vatabl. Caietani, Eugubini, Iſidor. Clarij, Hugonis. ſupplicia enim & pœnę ſicut ſolent eſſe peccati comites, ita etiam indices atque teſtes alicuius, aduerſus hominem ſceleris non incōmodè dici poſſunt, in hanc igitur rem teſtimonium accipio, nam longius petita videtur tranſlatio, ſi ideo ærumnas & calamitates dicas eſſe teſtes, quòd diuinam iram aduerſus hominem teſtentur. ſicut dixit Vatablus, & Iſidorus Clarius; aut quod ſi ærumnis & calamitatibus homo non redditur melior, teſtimonium dicant contra illum eſſe filium iræ, iuxta id Hebræ. 12. *Si extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, ergo adulteri, & non filij eſtis*. ſic dixit Hugo: ſed præſtat ratio primùm allata, quam eleganter locupletat Polychron. in hæc verba: *Ad quæſtionem me aſſiduè abripis peccatorum meorum, partim quidem plagis & verberibus nunquam intermittentibus ad hibitis: partim verò mearum calamitatum appoſitis accuſatoribus, impietatem mihi exprobrantibus, pœnaſque à me repetentibus*. Quod verò Pagnin. Vatabl. Hebræus apud Caietanum pro *teſtibus*, *plagam* vertant, minùs rectè faciunt, meliùs Regia, & Tygurin. quæ habent etiam *teſtes*. nam *ghanad*, teſtificari, eſt, aliquando prædari, aut diripere; quare potius illi legerent, *inſtauras* deprædationem, aut direptionem.

Philip.

D. Thom.

Lyran.

Auguſt.

Dolores & calamitates teſtes dici, & quare.

Polychr.

Olymp.

R. Moyſ.

R. Abrah.

Vatabl.

Caietan.

Eugub.

Iſidor. Clar.

Hugo.

Vatabl.

Iſidor. Clar.

Heb. 12. 8.

Hugo.

Polychr.

Pagnin.

Vatabl.

Caietan.

Regia.

Tygur.

עוד

Teſtificari quid in Hebræo.

Hæc verò cum loquitur Iob, non tam videtur de inſtauratione plurium teſtium expoſtulare, quam de ſententiæ ferendæ dilatione & 3

Vt Iob ſuam cauſam accelerari & confici optet.

mora. quòd huiuſmodi teſtificationibus atque criminationibus per calamitates nullus ſtatuatur finis, quamuis ſententia mortis ferenda ſit. tardum igitur teſtimoniū ſibi eſſe infeſtū ſignificat, tam propter delationē criminis, quam propter dilationem ſententiæ, atque ſimilem quandam teſtimonij ferendi celeritatem deſiderat, qualis Malach. 3. dicitur: *Ero teſtis velox*

Malach. 3. 5.

Quid ſit teſtis velox.

maleficu & periuru. nõ diu differam ſupplicium, ſed certiſſimi ſceleris conuictos nulla mora, extrema ſententia damnabo.

4 Multiplicare ad magnitudinem etiam pertinere. רבה LXX. Olympiod.

Et multiplicas. Tum ad numerum, tum ad magnitudinem ſuppliciorũ hæc *multiplicatio* ſpectat, ex proprietate vocis originalis. Septuag. multiplicationẽ illam ad magnitudinẽ tãtùm adſtrinxerunt, legentes; *Ira magna mihi vſus es.* quod Olympiodo. explicat, ſupplicium vehementer illatum. & licèt quidem nulla in Deo iræ perturbatio ſit, frequenter tamen de Deo loquitur ſcriptura humano modo.

5 חלם Pœnæ vnde dicantur in Hebræo: Vnde dicitur gladius. מחלם Tygurin. Caietanus. Regia.

Pœna autem hoc loco dicuntur à radice, *Chaleph*, quod propriè ſignificat, ſuccidere, conterere, perforare; quare *pœna* erunt contritiones, ſucciſiones, perforationes, aut transfixiones. intelliguntur ergo *pœnæ*, & dolores, qui conterunt, ſcindunt, transfigunt, atque in intima præcordia penetrant. Inde dicitur culter, aut gladius, quapropter dixit Tygur. *Tua in dignationis gladius in me*, quia verò quod perforat & ſcindit, pertranſit & mutatur de loco in locum, ideo idem verbum ſignificat, pertranſire, aut mutari. ex quo Hebræ. apud Caietanũ, & Regia legunt, * *mutationes*, per quas intelligunt diuerſitatem ærumnarũ, atque dolorum ſibi inuicem ſuccedentium, & nóniſi cum grauioribus alijs vices ſuas commutantium. Septuaginta communiori voce hæc omnia complectuntur, *Induxiſti* (inquiunt) *ſuper me tentationes tuas*, quod ex proprietate Græcæ vocis, *pirateria*, quæ eo loco ſubeſt, Olympiodorus mala ipſa interpretatur, quę in illum expeditionem irruptionemque fecerit. at Polychron. cætus, & agmina hoſtium & aduerſariorum, quibus traditus ſit, ad perpeſſionem malorum omniũ exponit.

* Andan mis tormento a remuda eſſa dos de verme biuo. LXX. Olympiod. Polychron.

6 Militare qd. Matt. 2.7. Matth. 8. 9. Luc. 17 8. Dolores & ægritudines Dei imperatoris milites. Iob 6. 4.

Militant. Me vndique obſident, & oppugnãt. in originali, *Exercitus mecum*, q. d. *Miſit rex aduerſum me exercitus ſuos, vt me* tanquam *homicidam perdant.* ſicut enim ille alius centurio militibus ſuis, ita Deus morbis atque doloribus, & vniuerſarum ærumnarum cohorti præcipit, & dicit, *Huic, vade, & vadit; & alio veni, & venit,* vel, vt militia hæc non ſolum exercitus ſit, ſed ordo & inſtitutio militum ex militaris diſciplinæ præſcripto procedentium ad prœlium, & ſibi inuicem ſuccedentium; Perpetuò (inquit) oppugnor doloribus, & ærumnarũ ſerie nunquam intermiſſa. Vide quæ ſupra diximus cap. 6. verſ. 4. Habent verò hæc omnia, vt Olympiod. notat, precationem, religioſamque mentem, cum iuſta quadam conqueſtione, fletuque coniunctam.

XVIII. Quare de vulua eduxiſti me? qui vtinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret.

1 *Verſiculus 18. dilucida Paraphraſi illuſtratus.*
2 *Abortiuum cenſetur pro non nato. Octomeſtris partus. Suggrundaria apud Latinos quid.*
3 *Nexus cum ſuperioribus.*
4 *Amplificatio breuitatis humanæ vitæ. & cur dicatur paucitas.*
5 *Finire quid ex Hebræo. Illuſtratus Iſaias.*
6 *Quid dimittere. Explicatus David.*
7 *Lachrymæ refrigerant animum, quid refrigerare in Hebræo. Dolor vehemens lachrymas ſupprimit.*

1 Dilucida huius ſententiæ paraphraſis. Gal. 1. 10.

QVam igitur ob cauſam, vel cuiuſnam boni adipiſcẽdi gratia natiuitatem meam aduuiſti: *tu enim* [illegible], qui *extraxiſti me de vtero matris meæ*, & in tantis periculis conſtitutam intra vteri anguſtias me tutatus es. natus enim in hanc moleſtiſſimam tot moleſtiarum & calamitatum pugnam expoſitus ſum. præſtaret profectò nunquam vitæ, lucisve attigiſſe primordia, quam tot mala experiri, & in tuę amicitiæ violatæ, quod mihi longe moleſtiſſimũ eſt, ſuſpicionem venire. *Conſumptus*, prop. cum Septuag. *Mortuus*; expiraſſem, defeciſſem. *Ne oculus me videret*, ne in conſpectum hominum, lucemque venirem. ſimiles ſententiæ ſunt plæraque, cap. 3. vnde illius explanatio, & illuſtratio petenda eſt.

LXX.

XIX. Fuiſſem, quaſi non eſſem, de vtero tranſlatus ad tumulum.

2 D. Thom.

DIuus Thomas. Præſtaret non naſci, aut ſtatim expiraſſe, nam ex altera parte vixiſſem aliquãdo, atque fuiſſem, quod in bonis ponendum eſt, ex altera vero, vitę malis caruiſſem. Sed hoc argutius eſt, quàm vt tam grauiter dolenti homini cõuenire poſſe videatur: Sententiam igitur dilucidè expreſſit vulgatus; quamuis conceptus fuiſſem, fœlix tamẽ eſſem, ſi non natus fuiſſem ſoſpes & incolumis, ſed præfocarer intra matris viſcera, *fuiſſem* ſanè *quaſi non eſſem.* nulla enim tunc mei ratio haberetur, neque lucis, neque verò tenebrarum harum, quæ cum mœrore & ærumnis coniunctę ſunt, particeps fuiſſem. Sic abortiuus, pro non nato cenſetur in iure, neque talis partus dicitur reuocare donatiónem, aut rumpere teſtamentum. & Paulus I. C. ſapienter dixit: *Qui mortui naſcuntur, neque nati neque procreati videntur, quia nunquam liberi appellari potuerunt.* Hinc eſt illud Hippocratis, omnium ore celebratum, dum de aborſu diſſerit: *Eſt, & non eſt octimeſtris partus.* accedit, quòd ſi ſtatim obijt, aut parum vixit, cenſetur etiam in iure non vixiſſe, præſertim ſi ante nominis impoſitionem decedat; ideoque expectabatur primis illis octo aut nouem poſt natiuitatem diebus, vt ſi vitalis partus eſſet, accepto nomine in cẽſum, numerumque hominum referretur, nam qui ſine nomine eſt, eſt, quaſi non ſit. Diximus etiam cap. 3. ad hanc rem nonnulla, cùm de abortiuo ageremus, quo loco abortiuis nullum peculiare ſepulchrum extrui ſolere diximus. quanquam Fulgentius de priſco ſermone, ſic ſcribat: *Suggrundaria antiqui dicebant ſepulchra infantium, qui nec dum XL. dies impleſſent, quæ nec iam buſta dici poterãt, quia oſſa quæ comburerentur non erant, nec tanta cadaueris immanitas, qua locus tumeſceret. vnde Rutilius, Geminus Aſtyan. ait: Melius ſuggrundarium quæreres, quàm ſepulchrum.*

Abortiuꝰ cẽſetur pro nõ nato. L. 3. C. de poſthu. hæred. inſtituend. Paul. l. qui mortui de verbor. ſignif. Hippocrat. Octimeſtris partus.

Iob 3. Suggrũdaria quid apud Latinos. Fulgent. Rutil. Gemin. Aſtyan.

XX. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum.

3 NExus cum ſuperioribus is indicatur ab Olympiodoro, vt Iob probare nitatur, non immeritò à ſe optari non fuiſſe, neque vixiſſe, quod vita breuiſſima cum multis atque perpetuis cõiunctæ malis amanda minime ſit. Sed is videtur elegãtior, vt cùm quaſi accepto reſponſo, quod illi mens bene in Deum animata ſuggerebat, perciperet ſibi inſtillari, nõ ideo natum fuiſſe, vt perpetuis malis cruciaretur, oportere itaque vt ſpem ad meliores vitæ rationes erigeret, daturum videlicet Deum malis aliquando finem; nunc viciſſim reſpondeat Iob, admoneatque Deum, non eſſe diutius expectandum, cum ad extremum ferè vitę ſpiritum perductus ſit. quos enim Deus viuos & incolumes cupit, *velociter ſanat*, vt Sapientia cap.16. teſtatur; *Miſericordia tua adueniens, ſanabat illos; & velociter ſanabantur, ne in altam incidentes obliuionem, non poſſent tuo vti adiutorio.* ſimul etiam illud efficit, ſi abortiuus fuiſſet, nullius magnæ rei, aut longiſſimæ alicuius vitæ iacturam feciſſet; nam breuiſſimum eſt illud, quidquid vitæ eſt.

Olympiod. Nexus cum ſuperiorib*.

Deus ſanat velociter. *Sap.16.10.*

4 Eſt verò vitæ breuitatis amplificatio hæc ſenſu atque efficacitate plena; nam tribus aut quatuor vocibus eandem rem ſignificantibus conſtat; ſed coniunctæ omnes altera alterius ſignificationem auget, & exacuit. *Paucitas* à verbo (*maghat*) quod imminutionem, decrementumque ſignificat. q.d. quod nunquam creſcit, ſed ſemper decreſcit, & imminuitur, & ad * *paucitatem*, & anguſtias maiores indies redigitur, quæ quamdiu eſt eſſe deſinit, & in ſeipſa perpetua cõſumptione euaneſcit. Hinc dicitur Pſal.168. *Fiant dies eius pauci*, imminuantur, decreſcant, non compleant præfinitũ ſuæ naturæ numerum. Nomen etiam ipſum *paucitatis*, neſcio quid maioris ſignificantiæ affert, quàm ſi diceretur, *dies pauci*; nam abſtracta hæc nomina & ſignificationem & orationem incitant & acuunt. Quòd autem Tygur. dixit: *Portio modica dierum meorum*, vim ſententiæ eneruauit; cum ea vox nihil imminutum, aut anguſtũ afferat. Deinde ea *paucitas*, non eſt annorum, ſed *dierum*, nõ ſolùm enim ſunt anni, ſed *dies pauci & mali*. Præterea hæc *dierum paucitas finietur breui.* de quo cùm nemo dubitare poſſit, ſed hoc ipſum dici & aſſeuerari, quod clariſſimum erat, vim ſignificationi addit. & cum ſimplex geminatio vim orationis amplificet, quid faciet geminatio quadruplex?

Amplificatio breuitatis vitæ humanæ.

Quid ꝓpriè paucitas.

מִעַט

Vita cur dicatur paucitas.

* Vna poquedad y cortedad, q̃ no tiene creces, y ſiempre va à menos.

Pſal.108.8.

Tygurin.

Geneſ.47.9.

5 Eſt autem ſimplex in Hebræo vox (*Chadal*) quod eſt ceſſare, aut deſinere vel derelinquere, quod ex ſua proprietate idem eſt, quod nos dicimus (*dexar*) cum ad finem, aut ceſſationem ab aliquo opere refertur. inde dicitur vita ipſa noſtra, ceſſatio vel quies; & viuens homo dicitur, *habitator quietis*, Iſa. 38. pertinet etiam ad contemptum rei viliſſimæ, quę ab omnibus derelinquitur, atque reijcitur. ſic dicitur Iſa. 53. *Deſpectum*, & (expoſitiuè) *nouiſſimum* (prop. derelictum) *virorum*.

חדל

Finire in Hebræo quid.

Iſa.38.3.

Iſa.38.11.

Iſa.53.5.

6 *Dimitte ergo me.* Idem quod ſuprà cap.7. *Parce mihi.* Septuag. *Patere me requieſcere.* Hic autem ſubeſt (*Sith*) quod eſt ponere, aut deponere, quare ad verbũ eſt in Hebræo; *deponat à me*. ſubaudi, flagellum, aut ſupplicium; cùm enim appoſitum huius verbi ſubauditur, ad malũ pertinet vt Pſal.3 *Non timebo millia populi circumdantis me.* prop. in Hebræo; qui in circuitu poſuerũt ſuper me, obſidionem videlicet. ne me ille obſideat, neque ſua potentia circumueniat: fortè ad miſericordiæ affectum & beneuolam prouidentiam pertinet; Ponat in me, vel erga me cor ſuũ; nam ab hoc verbo dicitur, *apponere cor*, de quo non ſemel diximus.

Iob 7.16.

LXX.

שִׁית

Quid dimittere.

Pſal.3.7.

7 *Vt plangam paululum* In fonte eſt, vt refrigerer paululum: ſicut eadem voce dicitur, Pſal.38. *Remitte mihi, vt refrigerer, priuſquam abeam.* Septua. *Patere me requieſcere puſillum.* Auguſt. *Donec requieſcam puſillum.* eleganter verò ſententiam, atque Hebraiſmum illuminauit vulgatus paulò longiori verborum circuitione; *Vt plãgam paululum dolorem meum.* nam verbũ fontis eſt (*Balag*) quod eiuſmodi refrigeriũ ſignificat, quali reficitur, qui ſitibundus è frigidiſſimo fonte bibit, & quale dolenti homini, atque æſtuanti præ dolore lachrymarum riui refrigerium afferunt, cum vim ardoris reſtringunt; nam ſuis ipſe lachrymis quaſi potatus homo, refrigeratur & recreatur. Præteritorum itaque malorum recordatio, nunc vel maximè, cùm mentis quies, & cogitandi ſpatium conceſſa ſunt, lachrymas excitat, quas vehemens animi dolor, & mentis in ſubito caſu perturbatio quædam, & ſtupor prohibere ſolet. Sapienter enim magnus Gregorius ait: *Moderata afflictio lachrymas exprimit, immoderata ſubducit; quia mœror ipſe quaſi ſine mœrore fit, qui afflicti mentem deuorans, ſenſum doloris tollit.* adde etiam, quod vt Gregor. Niſſen. oratione de Placilla ait: *è cordis vulneribus lachrymæ, tanquam ſanguis profluunt.* ſanguis autem non ſtatim ex inflicto vulnere fluere ſolet; nam ictus & percuſſionis vis ſanguinem ad alias corporis partes diſpellit; ſed paulò poſt accurrit, & aperto orificio vbertim effluit. Igitur poſt tot ictus, & cordis vulnera accepta, aliquando temporis ſpatium ad plangendum deſiderat. Nunc (inquit) tot, & tã crebris ictibus doleo & ſtupeſco incredibiliter; ſed ſi mihi quieſcendi copiam feceris, refrigerabor, & corde laceratus atque proſciſus manabo ſanguine, oculis verò lachrymis. Tum etiam inde creſcit orationis acrimonia; Poſtulo (inquit) temporis ſpatiũ; ſed non riſui, non voluptati poſtulo, ſed lacrymis, ſed mœrori. eiuſmodi enim ſunt meæ calamitates, vt remittentes iam, & à te mihi condonatæ ſuo iure diuturnas multorum dierum, vbereſque lachrymas, vel ex ſola recordatione poſtulent.

Quid refrigerari aut plangere.

Pſal.38.24.

LXX.

Auguſtin.

בלג

Cur lachrymæ refrigeriũ dicantur.

Vehemẽs animi dolor non ſtatim lachrymas habet comites.

Gregor. lib.9. cap.37.

Gregor. Nyſſe.

XXI. Antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine.

XXII. Terram miſeriæ,& tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.

1 *Proponitur prima expoſitio de ſepulchro. Scripturæ regula, cum duo verba diuerſæ ſignificationis iunguntur.*
2 *Mors inexorabilis.*
3 *Harum ſententiarum ad ſepulchrum accommodatio.*
4 *Proponitur ſecunda expoſitio de inferno, & damnatorum ſupplicijs, & carcere.*

1 DVplex poteſt eſſe harum ſententiarum cōmentarius. & primò mortis,& ſtatus mortuorū circumlocutio eſſe poteſt. *Vadam & non reuertar*, id eſt, abeam non rediturus; ſic enim vbi duo verba diuerſæ ſignificationis ponuntur, commodè alterum in participium reſoluitur, vel in aduerbiū, antequam abeam irreuocabiliter, non reuerſurus ad ſimilem vitam,& eundem ſtatum, quem antea habuerim; Nihil verò huiuſmodi ſententias fidem reſurrectionis lædere diximus ſuprà.

Scripturę regula.

Vid.c. 7.v.9. nu.3.4.

2 Indicatur etiam nullam eſſe in natura vim, cui pareat mors,& cui receptacula animarum obediant, reddereq́; cogantur animum, quem ſemel recipiunt, iuxta id Sapient.16. *Cum exierit ſpiritus, non reuertetur; neque reuocabit animam, quæ recepta eſt.* Hæc illa eſt grauis æquè ac ſapiens Dauidis reſponſio ad illam ſuorum ſeruorum expoſtulationem, quòd viuente adhuc puero ieiunaſſet,& fleſſet, mortuo tamen lauiſſet & vnxiſſet ſe, atque comediſſet. *Nunc* (inquit) *quia mortuus eſt, quare ieiuno? Nunquid potero reuocare eum amplius? Ego vadam magis ad eum: ille verò non reuertetur ad me.* atque hęc eſt inferni, *mortis*, & ſepulchri pertinacia, atquè *duritia*, æque ac *dilectionis*; neutrum enim quod ſemel apprehendit & recipit, facilè dimittit. ſicut enim inter illa tria *inſatiabilia* numeratur *infernus*, qui *dilat. t animā*, & ventrem, vt multum degluciat,& capiat, ita pari appetētia, quod ſemel deuorauit, retinet. neque fieri (niſi ingenti miraculo) poteſt, vt quod ſemel deuorauit, reddat,& euomat. Quod ſi aliquando vomitus faciendus eſt à terra inferno, ſepulchro, mirū vt torqueatur, & tremat. nam vomentibus tremores etiam, & conuulſiones fieri, atque omnino id malum eſſe, medici docent. ſic igitur cùm vomuit, ſepulchrum Chriſtum Dominum propria virtute reſurgētem, *Terræ motus factus eſt magnus.* tremor autem iſte & conuulſio ex vomitu, inferno & terræ malum, mortaliū generi bonum, ad ſpem immortalitatis,& glorioſę reſurrectionis cōcipiendam. Tandem obſeruat rectè Catenæ auctor hinc confutari, qui fabuloſam reuerſionem & transmigrationem animarum conſtituebant.

Mortem nō parere naturæ legibus.

Sap.16.14.

2.Reg. 12. 25.

Prou.30.15.
Iſai.5.14.

Hippocrat. in Coacis prænotion.

Matth.28.2.

Nicet.

3 *Terram tenebroſam.* Quidam explicant de ſepulchro, ſtatuq́; mortuorum; quæ domus horrificis tenebris offuſa eſt, *atq; miſeriæ* res pleniſſima; *vbi nullus ordo* cadauerum, ſed confuſa,& perturbata oſſium congeries, nulla regis, pauperculiue homuncionis ratio, neq. diuerſitas; nam æquo gutture omnes ſepulchrū deuorat; pari ſuper illos pede *calcat interitus*; vna dormitur nox omnibus. hoc idem ſignificare voluit ille alius philoſophus, qui cùm frequenter ad ſepulchra diuerteret, atque diligenter incumberet in euoluendis, vertendis, atque contemplandis mortuorū oſſibus per ſe ſingulis, atque ſępius operam hanc ſumma cura tacitus repeteret; rogatus, quidnam ſibi vellet aut quorſum in re inutili operam poneret aut potiùs perderet? reſpondit, diuitum ſe oſſa quæritare, pauperū item atq; miſerorū, ſuis quæq; notis diſtincta, ſed inuenire aut diſtinguere nō potuiſſe. de morte igitur atq. ſepulchri cōditione interpretantur ex Grecis Polychronius, & poſt Hębreos Lyra, Eugubi. & recentiores alij.

An hæc ſit periphraſis ſepulchri.

Polychron.
Lyra.
Eugubin.

Sed quoniam de pœnis & ſupplicijs agere videtur, fortè commodius tota hæc res ad infernum, id eſt ſubterraneam animarum ſtationem, carceremue deſcribendum referetur; ſiue tantùm pro ea parte, quæ limbus dicitur,& qua ſanctorum patrum animæ detinebantur; ſiue in vniuerſum pro toto inferno,& damnatorum ad æterna ſupplicia loco. qui huius loci commentarius placuit ſanè Auguſtino, Olympiod. Philip. Bedæ. D. Thom. Caieta. Et Philippus quidem ait nulli dubiū eſſe, quin terrā infernorum deſcripſerit Auguſt. *Vult* (inquit) *requieſcere, ante quam eat in pœnas æternas.* Olympio. *Hæc* (inquit) *loquitur verius, ne fortè ſi cum cruciatibus, & tormentis vitam dimiſerit, a diuino aſpectu ſit abiegendus omnino, atque cum impijs in inferno numerandus.* eſt quidem in hac exponendi ratione ſententia hæc plena timoris, æquè ac pietatis, quæ quaſi expoſita quadā ſuæ damnationis formidine explicanda eſt, non alijs, quam ipſius Auguſtini verbis. *Vult requieſcere, ante quàm eat in pœnas æternas, ad hoc vtique, vt non eat, quemadmodum ſi dicamus alicui, Corrige te, antequā damneris: non enim cum ſe correxerit, damnabitur.*

4 Hāc eſſe inferni circūlocutionem.

Auguſtin.
Philip. Beda.
D. Thom.
Olympiod.

Auguſti.

Secundi harum ſententiarum commentarij, qui eſt de inferno, partium ſingularum explanatio.

Ante quàm vadam,& non reuertar.

5 *Partem hanc pertinere ad æternitatem pœnarum.*
6 *Illuſtratus Iſaias de æternitate pœnarum.*
7 *Iterum de ijſdem pœnis Iſaias, Ieremias, Ioannes.*
8 *Quid virga aut flagellum fundatum apud Iſaiam.*
9 *Error Origenis.*

IGitur in hanc inferni & æterni cruciatus dāmnatorū carceris deſcriptionē cōueniūt ſingulæ huius ſentētiæ particulę.& prima quidem pars ad æternitatē pœnarum ſpectat. ſic enim legit Auguſt. *Ante quàm eam in pœnas, vnde reuerti non licet.* arctiſſimis enim tenebrarū vinculis conſtricti detinentur ſontes, vnde ſe expedire non poterunt. Sic enim Septuag. ad carceris locum & rationem retulerunt; *Ante quàm eam, vnde non reuertar.* quare hæc inextricabilis ſupplicij vincula ex laqueorum multitudine exprimit Dauid Pſal.10. *Pluet ſuper peccatores laqueos*; nouis enim ſubinde vinculis cōſtringuntur, ne intelligamus diuturnitate,& ęternitate attenuari, aut infringi poſſe. Atq; in eandē ſententiam Iſai.24. dictum eſt; *Congregabuntur in congregatione*

5

Auguſtin.

LXX.

Pſal.10.16.

6 *gregati, ac vnius faſcis in lacum* (mira enim damna-
torum confuſio, & permiſtio) *& claudentur ibi*
in carcere, & poſt multos dies viſitabuntur.* locus dif-
ficilis, ſed hac explanatione apertus, vt *viſitatio*
in malum accipiatur, & ſuppliciorum acerbi
tas ſignificetur humano modo vinctos & ſon-
tes continendi. vt de augmento quodam pœ-
narum ad extremum iudicij dié reſeruato in-
telligendũ ſit; quaſi de nouis ſupplicijs & pri-
ſtinis nunquam intermittendis agatur, nouiſ-
que vinculis adhibendis. quare eadem ratio-
ne dictum fuerit, *Antequam vadam, & non reuer-
tar*; ſicut ab eodem vate, deque eadem ſuppli-
7 cij æternitate dictum eſt; *Grauabit eam iniquitas*
ſua, & corruet: & non adjciet, vt reſurgat. non e-
merget, non ſupernatabit. ad eam quoq; ratio-
nem, qua Apocalip.18. dicitur. *Suſtulit vnus an-*
8 *gelus fortis lapidem, quaſi molarem magnum, & miſit in*
mare dicens; Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa
magna, & vltra non inuenietur. quod videtur ex Ie-
remiæ. 51. deſumptum, vbi clarius indicatur,
non ſolum ſupplicij, ſed pronuntiatæ etiam a
iudice ſententiæ nunquam reuocandæ firmitas;
ſic enim ſcribitur: *Scripſit Ieremias omne malum,*
quod venturum erat ſuper Babylonem in libro vno; &
dixit Ieremias ad Saraiam; Cùm compleueris legere li-
brum iſtum, ligabis ad eum lapidem, & proijcies eum in
medium Euphraten, & dices; Sic ſubmerg etur Babylon,
& non conſurget à facie afflictionis, quam ego adduco ſu-
per eam. Res hæc quidem apud eundé Iſaiam va-
tem ſub alia etiá tranſlatione deſcripta eſt. ca.
30. *Erit* (inquit) *tranſitus virgæ fundatus, quã requi-*
eſcere faciet Dominus ſuper eũ. nam verberatio, aut
vapulatio *fundata*, eſt quidem ſupplicium fir-
mũ, conſtans, quod non facilè corruet, vtpote
quod firmiſſimo fundaméto nitatur. ſimiliter
virga, & verber *requieſcet* ſuper damnatorũ ſca-
pulas; inſidebit enim, vbi ſemel impingetur.
de *verme* autem *non morituro*, & *igne nunquam extin-*
guendo, Vide Iſai.66.24. & Matth.25.41.46.

Iſai 24 22.
* Seran viſi-
tados à ſus
tiempos con
priſiones.
Viſitatio in
malum.
v.20.
Apoc.18.21.
Ier.51.63.64

9 Sed tandem ex hoc loco manifeſtè conuin-
citur error Origenis, quòd Chriſtus ſuo deſ-
cenſu in infernum, damnatorũ animas libera-
uerit: cum enim quis illò vadit non reuerti-
tur. Sed de hoc hic non plura.

Terram tenebroſam, & opertam mortis caligine.

10 *Infernus, arx mortis, mors tenebroſa. Auguſti oculi ſplendidi.*

11 *Tenebræ pro carcere. explicati Lucas, & Iudas Apoſtolus.*

12 *Cur tenebræ dicantur. Carcer, & vincula. Quorſum carcer inſtitutus ſit ex prophanis quadam.*

10 HAEC eſt ſecunda deſcriptionis pars. *Ad*
terram (regioné, plagam) *tenebroſam* (pro-
priè, prohibitam, videlicet à lumine) *& opertam*
mortis caligine. quod alibi dicitur, *Vmbra mortis*; id
eſt letalib⁹ vmbris, immedicabilibus tenebris.
Symmachus dixit, *opertam morte*; mors enim te-
tra eſt, & caliginoſa, obſcuris cæciſq; lumini-
bus omné lucem auerſatur. Polychron. refert
ex Hebræo; *In terram tenebroſam ſupra tenebras.* Eſt
autem infernus, & tenebroſus ille damnatorũ
carcer ſubterraneus, mortis ſedes, & Regia, ſi-
cut Sapien.1. dictum eſt, *Non eſt inferorum regnum*
(id eſt, mortis regia) *in terra.* quaſi dicat, ſupra
terram; ſed ſub terra, in corde, penitúſq; recó-
ditis terrę viſceribus, ergo ſicut princeps, ſicut
ſol in mundo, ſui vultus ſplendore lucé affert
regiæ domui, & ijs qui corã illo ſunt; & ſicut
planè regiũ, & illuſtriſſimũ eſt, Regem ita ni-
tere, vt ſua etiã luce alios perfundat, ſicut Sue-
tonius ſcribit habuiſſe Octauiũ Auguſtũ ocu-
los claros ac nitidos, quibus etiã exiſtimari vo
lebat, ineſſe quiddã diuini vigoris, gaudebatq;
ſi quis ſibi acrius contuenti, quaſi ad fulgorem
ſolis vultũ ſubmitteret; ita ſanè, Orcus, Mors,
Interitus, quaſi rex obſcuriſſimus ſuam regiã,
ſuoſq; omnes, quibus imperat, obuoluit, & per-
fundit tenebris denſiſſimis, illamq; ſuam re-
gionem *operit mortis caligine* vt iam dubitare ne-
mo poſſit, quare dæmon dicatur *poteſtas tenebra-*
rum, & rector mundi caliginoſi.

Symmach.
Polychron.
Infernus
mortis Re-
gia.
Sap.1.14.
Princeps
ſuos illuſtrat
Suet. in Augu-
ſto.c.79.
Auguſti ocu-
lorum ſplen-
dor.

Quod ſi etiã dum *tenebroſa* dicitur *terra* hæc, 11
ad rationem carceris alludatur, & ad vincula,
quibus dãnati detinétur, rectè cohærebit; nam
nõ ſolũ apud Hebræos, ſed apud Romanos te-
nebrarũ appellatione carcer intelligebatur.
Sic ille miſer, *Non habens veſtẽ nuptialem, ligatis ma-*
nibus & pedibus, iuſſus eſt conijci in carcerem te-
nebricoſiſſimũ, videlicet *In tenebras exteriores*;
dicuntur aũt exteriores, quòd fortè carcer ex-
tra vrbé, aut extra mænia eſſet, vt colligitur ex
Actuum.12. nã eductus Petrus de carcere, ange-
lumq; ducé ſequutus, tandé peruenit *ad portam*
Ferream, quæ ducit ad ciuitatem. Dicas igitur illum
coniectũ fuiſſe in * *tenebras exteriores*, id eſt, car-
ceré exterioré. ſic Iudas Apoſtolus *Caliginé* dixit
carcerem dæmonũ, aut verò vincula, quibus ę-
ternũ detinebuntur, *Angelos, qui nõ ſeruauerunt ſuũ*
principatum, in iudiciũ magni diei, (tũc enim, qui nũc
extra carceré vagantur in aëre, aut in terra, in
infernũ detrudentur nunquã inde amplius e-
greſſuri) *vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.* Cu-
ius ſimillimus eſt locus. 2. Pet.2. *Deus angelis pec-*
cantibus nõ pepercit, ſed rudentibus inferni detractos, in
tartarũ tradidit cruciandos. pro *rudentibus* autem in
Græco ſunt, Catenę caliginis, vel obſcuritatis,
id eſt Catenę carceris obſcuriſſimi, & tenebri-
coſiſſimi. & Sapien.17. nõ ſemel hæc à tenebris
ad carceré & vincula tranſlatio ducitur. *Vincu-*
lis tenebrarũ, & longæ noctis compediti, incluſi ſub tectis
fugitiui, perpetuæ prouidentiæ iacuerunt. & inferius;
Vna catena tenebrarũ omnes erant colligati. Tranſla-
tionis autẽ ratio eſt, quòd ſicut qui in vinculis 12
eſt, ita ſanè qui in tenebris ſe mouere nequit;
vel etiã quòd carcer eſſe ſoleat obſcurus, & lu
gubris, cuiuſmodi fuit illa carceris pars altera
quæ à Seruio Tullio, Robori (is primus carcer
erat) addita fuit, illã enim ſic deſcribit Salluſt.
Eſt locus in carcere, quod Tullianũ appellatur, vbi paula-
tim aſcenderis ad læuã, circiter duodecim pedes humi de-
preſſus, eũ muniunt vndiq; parietes, atq; inſuper camera
lapideis fornicib⁹ iuncta, ſed inculta tenebris, odore fæda,
atq; terribilis eius facies eſt. ſic quoq; apud Liuiũ,
tenebrarum & carceris mentio frequens eſt
lib.38. *In carcere vir clariſſimus inter fures, & latro-*
nes includatur, & in Robore ac tenebris expiret. & lib.
6. *Eum pati vinctum in carcere, in tenebris obnoxiam*
carnificis arbitrio ducere animam.

Tenebrę pro
carcere.
Matth.22.13.
& 25.30. &
cap.8.12.
Tenebræ ex-
teriores.
Act.12.10.
*Puſieron lo
a la ſombra
q̃ eſta fuera
de la ciudad
de la luz.
Epiſt. Iudæ.
v.6.
2.Petr.2.4.
σειραῖς ζόφου.
Sap.17.2.
v.18.
Cur tenebræ
habeãt ratio
nem carceris
& vinculorũ.
Salluſt.
Liu.lib.38. &
lib.6.

Et quam-

L. aut damnũ. 8 § ſolent. ff. de pœnis.
Carcer quor ſum inſtitutus ſit.
Cic. in Catil. 11.

Et quamuis Vlpianus ſtatuat carcerẽ ad continendos homines, non ad puniendos haberi debere; tamen ſtante quidẽ republica in carcerem damnati cõijciebantur, ibiq; extremum de illis ſumebatur ſupplicium. quare Cicero carcerem appellat vindicem nefariorũ ac infeſtorum ſcelerum. non aliter, imo multò verius, tenebræ illæ ſempiternæ vindices ſunt ſcelerum, & locus extremi ſupplicij, & æternę mortis. rectè igitur hac ratione tenebroſus locus & regio appellatur; potiùs *tenebræ* ipſæ.

Terram miſeriæ, & tenebrarum.

13 *Quid miſeria, obſcuritas, & animi deliquio coniuncta.*
14 *Cur tenebræ calamitates ſignificent.*
15 *Quadruplex rei eiuſdem repetitio valde auget ſignificationem. In inferno tanquã in proprio ſolo proueniunt tenebræ iuxſta Sapien. 17.*

13 עים

TErram miſeriæ. Propriè laſſitudinis, deliquij, defectus, obſcuritatis, coniuncta enim hæc videntur; vt obſcurari videatur cor homini deficienti; & laſſo lumen quoq; uehere oculorum; ſicut dicebat Dauid Pſal. 37. *Cor meum * conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.* hæc etiam ſecũ affert mentis ægritudo, & grauis aliqua calamitas. Sic ab illa radice dictum eſt à Dauid Pſal. 87. *Elongaſti à me amicum, & proximum, & notos meos, à miſeria.* in Hebræo, propter caliginem, vel obſcuritatem. id eſt, in his meis tenebris, & obſcuriſſima ærumnarum nocte, non video, qui mihi adſit; reſpicio in adiutorium hominum, & non ſunt; tempora ſi fuerint nubila, nullus erit. Rectè igitur ab interprete dictum eſt; *Terram miſeriæ.*

* Tengo palpitacion de coraçon, deſmayeme, y quitaſeme la vista de los ojos.

14 Cur miſeriæ, & calamitates tenebrarum appellatione ſignificentur.

Hinc colligo, quamuis aliàs de tenebrarum ratione, & arcana in ſacro ſermone ſignificatione non pauca diſſeruerimus, veriſſimam tamen rationem ex hoc loco elici poſſe, quare miſeriæ & calamitates tenebrarum appellatione ſignificẽtur. ſicut enim extrema damnatorum miſeria & interitus cum æternis tenebris iunguntur in inferno; ſic quidquid miſeriæ & calamitatis apud nos eſt, alterum tantum tenebrarũ admixtum habet, ſed dicemus quoque ſequenti particula de tenebris.

15 אפל

Et tenebrarum: Iam quater repetita eſt caligo, neq; tam ex peculiari ſignificatia vocis, quam ex repetitione eiuſdem rei omnibus vocabulis ſinonoymis ſententię amplificatio, & tenebrarum obſcuritas creſcit, cum autẽ infernus dicitur *terra tenebrarũ*. indicatur profectò, ibi tanquam in natiuo ſolo obſcuritas prouenire; ſicut dicitur terra auri, aut argenti, vbi hæ res proueniunt. non aliter Scriptura de inferni tenebris loquitur, tanquam de quodam tenebrarum pelago, ex quo aliquado ad Aegyptios caligo & obſcuritas exundarit. Sap. 17. Aegyptias tenebras vocat, *impotentem vere noctem, & ab infimis, & ab altiſſimis inferis ſuperuenientem.* ſicut voragines quædam eructantes ſulphureas flammas, quos vulcanos, inferni oſtia, & feneſtras vocamus, quò inferorum flammæ & tenebræ excitatæ pertingant, & fauillas infeſtas tenebraſque expuant. ad quam ſimilitudinem dici-

Qua ſruplex eiuſdem rei repetitiò ſignificationẽ auget.
In inferno tanquam in proprio ſolo proueniunt tenebræ.
Sap. 17. 14.

tur Apoc. 9. *Aperuit puteum abyſſi, & aſcendit fumus putei.* & quidem ſicut quicquid lucis eſt in inferiori mundo, cœleſte illud eſt, & *deſcendens à patre luminum*, & à ciuitate ſancta quæ *ſole non indiget, ſic quæ tenebræ*, & obſcuritas, illa præſertim, quæ homini inimica & infeſta eſt, ab inferis aſcendere ad nos intelligitur.

Apoc. 9. 2. 3.
Iacob. 1. 17.

Vbi vmbra mortis.

16 *Vmbra mortis pro horrificis ſpectris.*
17 *Explicata à apientia. Quia etiam vmbra apud prophanos.*
18 *Peculiare damnatorum ſupplicium, horrenda viſa ſemper videre. Pulchra ex Chryſoſtomo ſimilitudo.*

HAEc eſt quarta inferni damnatorũ nota, *Vmbra mortis.* Eadem, quæ ſupra dicta eſt *mortis caligo.* Philippus pœnas intelligit, quæ cum morte coniunctæ ſunt, illamq; comitantur, atque ſequuntur, ſicut vmbra corpus. D. autem Thomas; *Vmbram mortis*, ſimilitudinẽ mortis interpretatur, eo quòd omnia, quæ illic geruntur mortis agoniam, & letales anguſtias reprę́ſentare & offerre videantur. Sed forſan iterum *Vmbram mortis* repetitur, vt altera illa ſignificatio, quam cap. 3 indicauimus, nunc accipiatur, non enim ſolam *Vmbra mortis* caliginem ſignificare poteſt, ſed etiam horrifica ſpectra, & vmbras mortuorum. ſunt enim tenebrę ſpectris & viſis horrendis adiunctis, ſupra quam dici poteſt, infeſtæ & formidandæ. ex quo Aegyptiacæ tenebræ amplificatæ ſunt Sapien. 17. *Perſonæ triſtes illis apparentes pauorem illis præſtabant, & ignis quidem nulla vis poterat lumen illis præbere, nec ſyderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam. Apparebat autem illis ſubitaneus ignis, timore plenus, & timore percuſsi illius, quæ non videbatur faciei, æſtimabant deteriora eſſe, quæ videbantur.* quicquid igitur in inferni tenebris videtur horrificum eſt, terribilia ſimulachra, & imagines mortis, triſtiſſimæ defunctorum animæ, & vt poeta dixit:

16
Quid vmbra mortis.
Vmbra mortis pro horrificis viſis.
Sap. 17.

Vmbrarum hic locus eſt, ſomni, noctiſq; ſoporæ.

Verg. 6. Aen.

Quæ videntur autem, non planè & clarè videntur, ſed multa nebula & caligine offuſa, vix interlucentia, vt ab Aenea in inferno viſa deſcribitur Dido;

Vt primum iuxta ſtetit, agnouitq; per vmbram
Obſcuram, qualem primo qui ſurgere menſe,
Aut videt, aut vidiſſe putat per nubila lunam.

Verg. 6. Aen.

Spectra autem, & horrificus beſtiarum ſęuiſſimarum frequens aſpectus obuerſabuntur ſemper ante damnatorum oculos, ſicut ſcriptum eſt Iſaiæ. 13 *Requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi ſtruthiones, piloſi ſaltabunt ibi, & reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & ſyrenes in delubris voluptatis.* Ad hunc teterrimũ damnatorũ conſpectũ ſpectat illa Chryſoſt. ſententia longè grauiſſima. *Si cùm in carcerẽ quendam ingreſſi ſumus, atq; alios ſqualore confectos, alios catenis vinctos, ac fame laborantes, alios in tenebris clauſos conſpicimus, animo commouemur, ac perhorreſcimus, nihilque non facimus, vt ne in eum locum incidamus, cùm ad ipſos gehennæ equuleos obtorto collo trahemur, quid tum futuri ſumus?* Semel tantùm in illis tenebris, & mortuorum vmbris clariſſimum lumen affulſit, quod damnatis non gloriæ, & vo-

17
Dãnati cruciabantur horrificis ſpectris.
Iſai. 13.
Chryſ. hom. 5. 2. in cap. 1. ad Corinth.
Pulchra Chryſoſt. ſimilitudo.

luptati,

luptati, ſed timori fuit. *Semel* (inquit Cyprianus) *Chriſtus deſcendit ad inferos. vlterius non deſcendet, non vltra videbunt Deum in tenebris ſigillati.* — *Cypr. Serm. de Aſcenſ.*

Vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.

18 *Quid indicet vox Hebræa numeri pluralis, Ordines.*
19 *In inferno nulla temporis viciſſitudo.*
20 *Inferni tenebræ iunctæ cum multa confuſione.*
21 *In damnatorum ſupplicijs ordo quis, quid nutrimentum apud Iſaiam.*
22 *Quis ordo rerum in inferno deſideretur. Explicata Sapientia.*
23 *In inferno tantum ſupplicium ex timore.*

18 סדרים

NVllus ordo. Vox originalis, numeri pluralis eſt. in quo ſi quid notádũ ſit, illud tantum videtur, dici *non eſſe ordines*, perinde eſſe, ac ſi in vniuerſum diceretur, nullus in vlla re ordo, omnia confuſa & citra ordinẽ ſunt. ſicut enim vox ſingularis repetita diſtributionẽ plurium rerũ ſignificat in ſacro ſermone, ita vox pluralis, res oẽs ſingulares per ſe ſumẽdas admonet. Pleriq; vero latini hunc ordinis defectũ referunt ad perturbatas, & confuſas damnatorũ conſciẽtias, & cogitationes nunquã ſibi cõſtantes. quod ingentẽ eſſe damnatarũ mentium cruciatum docet hoc loco Gregorius.

19 In inferno nulla naturalis viciſſitudo. — *Polychr.*

Alij vt Polychron. Eugubinus, Iſidorus referunt, ad temporum, dierumq; & noctium ordinem, & viciſſitudinẽ ex illa terra, & regione ſublatam. plura breuiter complectitur commentarius Polychronij; *Non eſt ſolus ordo, nullus ſyderum cæterorum, vbi nullum licet rerum humanarum ſtatum intueri, nullam inquam præclara lege atq; ordine inſtitutam politiam.* Fauet lectio Septuag. *Vbi non eſt lux neq; eſt videre vitam hominum.* quaſi dicat; perpetua ibi nox eſt; ſicut è contrario, vbi perpetua lux eſt, dicitur non eſſe *Transmutatio, neque viciſſitudinis obumbratio.* id eſt vmbra viciſſitudinaria. ſic ibi non eſt viciſſitudinis illuminatio. — *LXX.* — *Iacob. 1. 17.*

20 Cũ tenebris inferni iũcta multa confuſio.

Sed exiſtimo hic ex proprio quodam perpetuoq; tenebrarum effectu amplificari illarum incommoda grauiſſima; ſicut enim lucis proprius eſſe videtur ordo, diſtinctioq; rerũ; ita tenebrarum *nullus ordo*, ſed multa iacẽtium rerum perturbatio & confuſio, atq; permiſtio. ſic reip. perturbationem expreſſit Cicero; *Tanquam ſi offuſa reip. ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebras, omniaq; miſcebant.* — *Cice. pro Roſc.*

21 — *Greg.*

At in quo (inquis) hic ordinis debiti defectus poſitus eſt? cum veriſſimum ſit id, quod Gregorius obijcit, *Ipſa etiam ſupplicia, quæ ex lance diuinæ iuſtitiæ procedunt, inordinata eſſe non poſſe;* ſtatuit enim: Deus plagarum modum iuxta criminis menſuram, & *quantum* Babylon *glorificauit ſe, & in delitijs fuit, tantùm* præcipit Deus *dari illi tormentum & luctum.* Tum etiam *zizania in faſciculos ligari & colligi ad comburendùm*, ordo quidam eſt, vt pares cum paribus pari pœna conſtringantur, de qua re non Gregor. ſolum, ſed eleganter etiam S. Ephrem diſſerit libro de vera pœnitentia. cap. 7. Atque eſt illud veriſſimè a Sapiente dictum cap. 11. *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.* vt ſuus cuiq; improbitati cruciatus reſpondeat, nam ille *ignis* cum *paratus* dicitur *Diabolo & angelis eius*, neſcio quid cuiuſque ſceleri ex æquo præparatum, atq; conueniens ſignificat; ſicut & id Iſaiæ. *Parata eſt ab heri Thophet, à rege præparata, profunda & dilatata; nutrimenta eius ignis & ligna multa.* vbi vox *nutrimenta* ſtruem ſeriemq; lignorum ſignificat, ordine quodam diſpoſitorum, vt facilè flammam concipere poſſint, vox eadem cum verbo componendi, aut recto ordine diſponendi iungitur Ezechi. 24. *Compone ſtruem oſſium.* (dicimus nos, *armar el fuego, o la chamenea*) quare eodẽ Ezech. c. ait, Deus, *Væ ciuitati ſanguinum, cuius ego grandem faciam pyram.* Vides igitur accuratum, & exquiſitum in damnatorum ſupplicijs ordinem? Sanè; ſed ille ne videtur ordo omnino deeſſe, vt nihil ab illis ordinatè fiat? an ille alius, quòd omnes incertis ſedibus vagentur, & impares cũ imparibus verſentur vt oẽs ſint pares cùm imparibus in vnum *faſciculum colligati*; atq; quaſi vna omnes catena colligati futuri ſint, ita nullo inter illos dignitatis ordine ſeruato crucientur? ſic ſcribitur Sapien. 17. de Aegyptijs. *Vna catena tenebrarum omnes erant colligati.* ſicut plures racemi calcantur in torculari confuſi atq; permiſti. eſt enim infernus *torcular iræ Dei.* An etiam naturalis rerum ordo ibi inuerſus eſſe videtur, cum ignis nõ luceat; & *aquæ nimiũ cum calore nimio, & cum ſempiternis ardoribus* ſtridor quoque dentium vires ſuas retineant? An verò tandem hæc ordinis expers confuſio multitudinem tormentorum ſimul conglobatorum ſignificat, vt procella quædam miſeriarum omnium perpetuò damnatorum capitibus incumbat? ſicut Scriptum eſt. *In vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur.*

Damnatorũ ſupplicia ordinata. — *Apoc. 18. 17.* — *Matth. 13. 30.* — *Gregor.* — *S. Ephrem.* — *Sap. 11. 17.* — *Matth. 25. 41.* — *Iſai. 30. 33.* — מדורה — עצים — *Ezech. 24. 5.* — *v. 9.*

22 Quis ordo abſit in inferno. — *Sap. 17. 18.* — *Apoc. 19. 15.* — *Iob. 24.* — *Iſai. 33. 1.* — *Apoc. 18. 8.*

Sed ſempiternus horror. Iterum eadem ſuperior vox, quæ *tenebrarum*; tenebras autem per *horrorem* expreſſit interpres, quòd horridæ ſint. & ipſe addidit, *Sempiternus*, quòd nouam vim voci originali ineſſe credidit. imitatus Septuaginta, qui etiam dixerunt, *Terram tenebrarum æternarum.* vt deſperatiſſimas, & maximas ſignificarent. quare hæc expolitio ſexies eadem voce, aut re propoſita, amplificatio eſt planè poëtica, & bona omnia abeſſe inde ſignificat, quæ cum luce coniuncta ſunt, quæ aliquando proponemus, cum de luce agendi locus erit; nunc tãtùm, ſi per *horrorem*, timoris perturbationem intelligamus, rectè congruet adiunctio illius vocis, *Sempiternus*; nam ex pœnarum æternitate effici videtur non ſolum dolor, atque triſtitia ex præſenti malo, ſed etiam timor ſemper futuri; vt ſapienter Gregorius hìc docuit in hæc verba; *In huius vitæ tormentis timor dolorem habet, dolor timorem non habet. quia nequaquam mentem metus cruciat, cùm pati iam cœperit, quod metuebat. infernum vero & vmbra mortis obſcurat, & ſempiternus horror inhabitat; quia & in ſupplicio dolorem ſentiunt, & in doloris anguſtia, pulſante ſe ſemper pauore, ſtringuntur, vt & quod timent tolerent, & rurſum quod tolerant ſine ceſſatione pertimeſcant.* Sed cùm abundè Iob Baldadi obiectionibus ſatisfecerit, illo iam quaſi ſuperato, conticeſcente, ad aliud certamen, aliamq; cum Sophar diſputationem procedendum eſt ſtatim atq; Baldadi orationem continente filo innexuerimus.

23 In inferno non ſolum triſtitia, ſed etiã horror & timor. — *LXX.* — *Gregor.*

BREVIS NOTATIO RERVM INSIGNIORVM, quæ in commentarijs fuſius explicantur.

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

CAPVT DECIMVM.

1 Tædet animã meam vitę meę: *dimittam aduerſum me eloquium meũ: loquar in amaritudine animæ meæ.

a De multiplici verbi Tædendi ſignificatione, tum ad huius, & aliorum locorum intelligentiam, tum ad Vulgati interpretis defenſionem, diſſeritur v. 1. nu. 1.

DIVINAE ſanè maieſtatis terror vocem mihi adimit; at voces & gemitus extorquet acerbiſſimus doloris ſenſus; iam enim a actum de mea vita, planè video, atque intimis præcordijs diſſecor, vt & vehementer mihi ipſum viuere diſpliceat, atq; aduerſum me ſtomachari, & ſæuire compellar. quòd ſi clamores & ſuſpiria ſupprimere conarer, mecum ipſe litigare, & contendere deberem.* Sed quid ego? præſtabit ne tacitum mecum ingemiſcere, cum nullum habeam, cui cauſam meam probare poſſim? Prætermittam igitur has meas quærimonias. nihil eſt enim, quòd me verbis & oratione tueri velim. ſed cogor tamen laxare loquendi habenas, & ſermonem intra pectoris carceres contentum liberè dimittere; non quò contra Deum aut contra illius prouidentiam quicquam loquar; in me tantum deſæuiam. quamuis quę loquuturus ſim, fore vt in meum caput recidant, certo mihi perſuadeam.

2 Dicã Deo, Noli me condemnare:

Vnum igitur ad iudicem meum dicam, cum quo non tam de recuperandis fortunis amiſſis, aut tuenda vita, quàm de defendenda mea innocentia diſputo. Noli, ò iudex æquiſſime, me innocentem, & omnis ſceleris ſuſpicione vacuum, reum peragere; improbitatisve alicuius damnare, vel in hac vita, vel etiam poſt mortem. At his ſupplicijs grauiſſimis videris me tanquam impium & ſceleratum palam traducere. tum ne me deſpice languore confectum, ne fortè grauiori aliqua triſtitia obrutus impiam aliquam vocem emittam. Quòd ſi quidpiam liberius aut inconſideratius, quam par ſit, fuero loquutus, meum iudicem oro atque obſecro, ne mihi vitio, aut impudentiæ vertat, id enim tantùm dixerim, non vt tanti numinis maieſtatem læſam velim, ſed vt meam afflictam innocentiam tuear. Cognoſcere igitur a te maxime cupio, qua nam de re mecum expoſtules litemue intendas; qua nam tua lege, aut præcepto violato me interroges; propter quod nam ſcelus me puniendum præcipias; aut in quem finẽ hæc mea ſupplicia decernas?

Indica mihi, cur me ita iudices?

3 Nunquid bonũ tibi videtur, ſi calũnieris

b De calumnia, & calumniandi ſignificatione ex ſacris & prophanis accurate diſſeritur. v. 3. num. 1. 4. 5. 6.

Primum enim te commouere non potuit, tui ingenij innata aliqua malitia, atque b calumnia, quæ cum violentia & fraude inſidias innocenti machinetur, & tuis creaturis malum aliquod moliatur: execratis enim proculdubio omnem calumniam, & innocentum oppreſſionem. Nunc autem, quod ad meas ærumnas attinet, quam vtilitatẽ, voluptatemue capies? hæc ne eſt tua clementia? hæc tua lenitas, & bonitas Deus benigniſſime? hoc ne ſuaue illud, manſuetum & commiſerans, quod tuis creaturis nunquam non exhibuiſti? nunquid volupe & pulchrum exiſtimas falſa crimina intendere miſero homini, & per fraudem & fruſtrationem moleſtiſſima me lite vexare; & quæ non debeam, repetere, de rebus minimis atque leuiſſimis criminalem litem ordiri; atque medijs his amicorum captioſis cauillis, & elenchis falſi me peccati & ſceleris conuincere? Ita ne, quem tuis ipſe manibus elaboraueris, nunc faſtidio habeas, abijcias, proteras? & pro me dicentem vix tuis auribus digneris? videris profecto impiorum c conſilium iuuare, & opem tuæ præſentiæ lumine & ſplendore illorum conatibus afferre: nam dum vident pios afflictos, ſe verò beatos atque fælices, id conſilij capiunt, vt in flagitioſa vita, cuius fœlix fortuna comes ſit, firmiter perſeuerent. Propterea eo ſuas omnes cogitationes intendunt, vt pios & ſanctos, etiam ipſi circumueniant, & quibus poſſunt rationibus diuexent. ſic ſanè videris, ò Deus fortiſſime, Chaldæis atque Sabæis mearum facultatum direptoribus, te ſocium atque patronum adiunxiſſe. nam quæ illi contingere non potuerunt, domum videlicet, liberos, familiam, & meam ipſam corporis valetudinem, tu abſtuliſti.

&opprimas me opus manuum tuarum, & conſilium impiorum adiuues?

c Quod, qualeve ſit impiorum conſilium aduerſus ſanctos; quod ſanctorum aduerſus impios; quæ vtriuſque factionis lorma; quædam ad mores opportuna. v. 3. n. 9. 10. 11. 12. 13.

Atqui

tur & impenſam perdes, in me perdendo, & tuo opere in interitum præcipitando? Quid, quòd ſingulari ſtudio, & amore me fabrè feciſti; atque vtramque manum tui propenſiſſimi affectus indicem, ad hominis creationem adhibuiſti, atque ſubtilitate & artificio mirabili, vniuerſum hominem, & quæ ad illum pertinent, vniuerſa expoliuiſti & ornaſti, tuaque prouidentia indulgentiſſimè muniuiſti, tuiſque ipſis n manibus, materiam, ex qua homo formatus eſt, acceptam, ſapientia & poteſtate tua in eum finem perfeciſti, vt haberes, de quo benè mereri poſſes? Hæc igitur tot tamque præclara beneficia, quonam tandem recidunt? in incredibilium ſanè calamitatū & miſerandæ mortis præcipitium.

n Quæ dicatur Dei manus ſuſior diſputatio. v. 8. num. 9. 10. 18. & vt ipſius Dei manibus homo formatus intelligatur. nu. 11. 18.

9 Memento quæſo, quòd ſicut lutum feceris me.

Quòd ſi, ò hominum plaſmator Deus, vllam eorum quæ dico, obliuionem ſimulare velis, rem à principio repetitam, & cunctas operis circunſtantias minutatim in memoriam reuocabo. Luteus ego ſum. atqui lutum in animum & iners ſe ipſum fingere & figurare minimè poteſt; te igitur formatore & creatore mihi opus fuit: poſt longam igitur obliuionem, tui operis recordare tandem, formatum eſſe a te hominem de o limo, ex aqua & terra ſingulari cura & arte contemperatis; p luteum itaque & fragile vas meritò à ſuo creatore, & figulo poſtulat, vt priſtinam iterum adhibeat artem & diligentiam, ad illud tuendum & conſeruandum. Quòd ſi me permiſeris expoſuerìſque diſcrimini, facilè confringar & in minutiſſimum, tenuiſſimumque puluerem abibo. Sed cùm tandem mortem, reſolutionemque in viliſſimam terram, quæ humano corpori formando materiam præbuit, homini interminaueris; oporteret nunc, paulo diuturnius vitæ ſpatium à te concedi.

o Qualis fuerit limus, ex quo homo formatus dicitur, an ſolus puluis, an verò terra, & aqua contemperatæ, diſputatur, v. 9. nu. 3. 4. 5. vide etiam v. 10.

p Subtilitas humani opificij ex terra conſideratur. v. 8. num. 4. 20. & v. 9. nu. 5. & v. 10. Itemque imbecillitas, & fragilitas hominis, Dei autem cura, & prouidentia in homine tuendo v. 9. num. 5. 6.

Et in puluerem reduces me.

Quid, quod diuturnitate digniſſimum profectò opus fuit, cùm tenuiſſimæ terræ portionem, quaſi coagulo quodam deniatam & compactam, tuis ipſe manibus coagmentaſti, & luteam ſtatuam ſtatim effinxiſti? neque ſecus, quàm caſeus, ingenti manuum & brachiorum niſu caſeali apprimitur; ita tuis manibus, ſuperfluum illum & aqueum humorem expreſſiſti, cùm primùm inſtar fluidi lactis terram irrigaſſes, & aqua temperaſſes, mollemque & quaſi fuſilem reddidiſſes, vt inde formari humanum corpus opportunè poſſet: q omneſque corporis partes, non ſolùm, quæ externæ ſunt, ſed etiam, quæ in intimis viſceribus, ipſiſque oſſium cauitatibus reconditæ deliteſcunt, mira ſubtilitate & arte effinxiſti & conſtituiſti, vt externa cutis læuior & tenuior eſſet, caro mollior, oſſa duriora & firmiora, nerui ſolidiores & flexibus opportuniores; reliqua denique ſuis munijs & officijs exequendis affabrè & commodè elaborata, & minutiores omnes partes conueſtitæ & coopertæ externæ cutis integumento munirentur.

10 Nonne ſicut lac mu ſiſti me: & ſicut ca ſeum me coagulaſti

q Vt Deus priùs luteam quaſi ſtatuam finxerit, quam vitam, et animam conferret; priuſque in luto meditatus fuerit ſubtiliſſimè omnium partium internarum, & externarum diſtinctionem, & quaſi præuiam diſpoſitionem, fuſiùs explicatur. v. 10. nu. 1. 2.

11 Pelle & carnibus veſtiſti me: oſſibus & neruis cōpegiſti me

Organicam denique materiam accipiendæ animæ præparaſti, quam tua miſericordia & munificentia illi ſtatim contuliſti; indidiſtique multarum virtutum ſemina, humanitatis præſertim, atque miſericordiæ. neque ſolùm vitam dediſti, ſed ſumma erga eum indulgentia vſus, ingentibus beneficijs locupletaſti, boniſque omnibus cumulaſti, quæ ad victum, veſtitum honoriſque & dignitatis gradus tuendum pertinerent. Neque verò ſolum hæc ſunt primi hominis beneficia, nam cæteri omnes in ſua generatione & conſtitutione ſimilia accipiunt ex tua munificentia & liberalitate vitæ initium, vniuerſaque alia vitæ præſidia.

12 Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritū meum

Ergo videris certè beneuolentiam hanc, atque gratiam benigniſſimi animi, qua hominem, meque ipſum olim proſequebaris, nunc longe diſſimilibus operibus ſeueritate videlicet & ſupplicij grauitate r diſſimulare voluiſſe: non enim crediderim charitatem illam erga me priſtinam in tuo pectore extingui, aut obliuione aliqua obrui potuiſſe. Neque nunc quidem mei recordari non poteris, in quo creando, ornando, locupletando, tantùm induſtriæ atque ſolertiæ impenſum à te fuerit. Hæc quidem humani generis primordia, quæ in tuæ ſapientiæ arcanis recondita videbantur, vt quæ fuerint tuæ erga humanum genus manifeſta charitatis argumenta, mihi bene perſpecta, memori frequentique mente repeto. atque vel ex eo, in longè maiorem admiratio-

13 Licèt hæc celes in corde tuo:

tamen ſcio, quia vniuerſorum memineris.

r Vt qui ardenter amant, charitatem diſſimulare ſoleant, Deus præſertim, obſeruatur v. 13. n. 1.

nem adducor, quod ſi quid vnquam admiſi, quo tuæ maieſtatis oculos offenderem, illius profectò te valde memorem exhibes: nam multo elapſo tempore, de priſtino quocumque errato, pœnas repetis grauiſſimas: interim patienter celas, atque ſupprimis conceptam aduerſus hominem iram, atque vindictæ cupiditatem. Sed illa quoque certa fide, firmaq; cogitatione me ſubleuo, fore vt conſeruatoris vindiciſq; munus, quod nunc prætermiſiſſe videris, placatus aliquando, propitiuſque inſtaures.

14 Si peccaui & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me eſſe non pateris.

Licet nunc ſanè tam ſeuerè mecum agas, vt ſi quid peccaui, non aliter quam perpetuo carcere & arctiſſima cuſtodia punias, neq; vnquam pœnas peccato debitas remittere velis. Ego verò ſic peierare & mihi imprecari auſim, vt ſi quid peccaui, durriſſima cuſtodia detineas, & nunquam abs te mihi offenſa remittatur. Sed durum & aſperum ſatis eſt, haud latum vnguem a recto bonoque diſcedendam, vel per obliuionem humanam, cum iam in tabulas redigis, & ad calculos ſeueriſſimè reuocas. At adoleſcentiæ errata iam condonata, & multis a te mihi amicitiæ & beneuolentiæ argumentis exhibitis, obliterata videbantur, cur igitur culpæ memoriam, & non peccati pœnas repetis? Non enim vis mecum tanquam cum innocente & ſupplicij immerente agere.

15 Et ſi impius fuero, væ mihi eſt: & ſi iuſtus, nō leuabo caput

Vt cumque itaque egero, etiam ſi me pijſſimis operibus exerceam, mala & ærumnas ſuſtinere compellar, atque habitum hominis ſumere, pœnitentiam alicuius ſceleris agentis capitis f demiſſione, animiq; ſui miſſione, non enim ex ſanctitate vlla mihi inſoleſcendi, & gloriandi locus erit, neque coram ſeueriſſimo iudice conſurgere, & attollere caput in iudicio, & obtinere in mea cauſa & meæ innocentiæ defenſione vnquam potero. Iuſtus etiam licet ſim, non plus propterea honoris atque dignitatis habebo apud homines, neq; minus obnoxius iniurijs, & ignominiæ ero, cum me ad eam conditionem deductum videam, vt vix audeam oculos, caputue attollere. Neque mirum; cùm grauiſſimum calamitatis pondus ſuſtineam, tantumque deprimar, vt reſpirare vix valeam.* vror ſanè totus, atque s torreor ignea vi morbi graſſante; & oppleor anguſtijs, quæ animæ ſtomachum & appetentia acerbiſſimè commouent.

f Fuſior de capitis aut demiſſione, aut eleuatione tractatio, & quid in ſacro ſermone ſignificare ſoleat V.15.nu.1.2.3.4.5.

* Saturatus afflictione, & miſeria.

s Quò hoc loco afflictionis nomi [illegible]

16 Et propter ſuperbiā quaſi leænam capies me:

Illud verò longe moleſtiſſimum, quòd cùm meam innocentiam conteſtari volo, quaſi in ea cogitatione inſoleſcerem, & ſuperbirem, duplicatas ſtatim pœnas pendere cogor: ſentio enim me, tanquam ferocientem ſuperbientemque t leænam, aut ſuperbiſſimum Leopardum fortitudine & principatu inter reliquas feras gloriantem, ita quaſi ob prioris vitæ fœlicitatem & gloriam inſoleſcentem, paratis a te, laqueis, retibus, foueis, capi, conſtringi, implicari, & acutiſſimis dolorum iaculis configi.

t De Leonum venat. [illegible] na quædam. V.16.nu.3.4.

reuerſuſq; mirabiliter me crucias.

Atque vtinam iam tandem calamitatis meæ atque doloris cumulus eò excreſceret, & tantùm inualeſceret, vt iam omnino viderer à tua potentia captus, iaculiſque penitus conficerer; nam nunc diuturno longiſſimoq; ſupplicio excrucior: cum enim aliquod à malis otium, mihi dari credo, tunc repentino impetu, imparatum adoriris, eademq; flagella ſæpius repetis, nunquam intermittentibus doloribus, alios denuo cruciatus apparans; quos cum perfero, miſerabile profectò ſpectaculum toti mundo exhibeo.

17 Inſtauras teſtes tuos contra me: & multiplicas iram tuam aduerſum me.

Tum etiam tu ipſe teſtes conquiris, & accerſis etiam; teſtibus prioribus nouam aduerſum me teſtificandi vim confers, ſemperque de mea vita quæſtionem habes acerrimam, atque mea cauſa ſæpius dicta, tu me ſententiæ expectatione ſuſpenſum tenes, neque conquirendis, examinandiſue aduerſum me teſtibus vllus eſt finis. Et quidem aduerſariorum multorum teſtimonijs obruor. Nam iſti mei amici concordi teſtimonio me accuſant improbitatis, tradita ſibi peruices accuſandi & teſtificandi oratione: ſinguli præterea cruciatus atque ſupplicia teſtes eſſe videntur ſceleris alicuius, tuæque aduerſus hominem iræ; exprobrare enim videntur impietatem, palamque ſceleratæ vitæ rerum peragere.

& pœnæ militant in me.

Quid, quod mala omnia ingenti quodam quaſi conflato exercitu, expeditionem, irruptionemque in me faciunt, ac me vndique obſident atque oppugnant; te interim, ò fortiſſime Deus, velut ſupremo imperatore ærumnas & dolores quaſi milites moderante,

& ſuo

& ſuo quemque loco & tempore ad nocendum maximè oportuno conſtituente.

Quam igitur ob cauſam, cuiusue nam boni adipiſcendi gratia, tu ipſe auctor extitiſti, vt in hanc lucem ſoſpes & incolumis ederer? Quorſum in tantis periculis conſtitutum intra materni vteri anguſtias me tutatus es? cum enim continuò ac natus ſim, in hanc moleſtiarum & calamitatum pugnam ſim ingreſſus, præſtaret profectò nunquam vitæ ac lucis primordia attigiſſe, quàm tot mala expertum, in tuæ amicitiæ violatæ ſuſpicionem veniſſe. Nam ſi intra materni vteri anguſtias præfocarer atq; comprimerer, nulla tunc mei ratio haberetur, & neque lucis, neq; tenebrarum particeps eſſem: abortiuus enim cenſerer pro non nato, vt qui ex matris vtero ad terræ viſcera, & vterum quaſi iterum concipiendus traducerer.

Vitam vero qui amitterem, non magnum bonum amitterem; eſt enim breuiſſima, & v paucitas ipſa, imminutio, & mera vanitas, in ſe ipſa deficiens, & euaneſcens; atque non tam in bonis & iucundis, quam in malis & ærumnis conſtituenda. At (inquit) non ideo natus es, o Iob, vt aſſiduis malis afflictareris; ſi id ita eſt, diutius ſane expectandum non eſt, cum ad extremum penè vitę ſpiritum peruenerim. * Patere igitur, aliquantulum me quieſcere; neque tot me obſideas malis, neque tua me potentia circumueniat: interim u reficiar nonnihil, & vel lugens meo dolori paululum indulgebo; non enim, quas peto doloris & morbi inducias, voluptati, ſed lacrymis, ſed gemitibus, ſed ſuſpirijs poſtulo: nam quæ paſſus ſum, tam grauia ſunt, vt vel ſola illorum recordatio, multorū dierum lachrymas, & luctū iure ſuo exigere videantur.

Abibo tandem ex hac vita, non iterum ad eandem vitæ conditionem reuerſurus, concedamque in aliorum defunctorum ſubterraneam ſtationem, terram ſanè horrificis tenebris offuſam, miſeriæque pleniſſimam, vbi nullus cadauerum dignitatis ordo, ſed confuſa & perturbata oſſium congeries, perpetuo omnia horrore, atque æterna caligine obuoluta. Timeo enim, ſi me ad mortem diligentius non comparem, atque omnia vitæ errata pœnitentia deleam, ne fortè conijciar in æterna x damnatorum ſupplicia, vnde ad meliorem ſtatum, nulla redeundi facultas conceditur: regionem, ſane, quam nulla vnquam complet lux, quam letales vmbræ, & immedicabiles tenebræ occupant; & in quibus obſcura & cæca mors, caliginoſuſque orcus ſedem, atque regiam conſtitutam habent, eundemque etiam carcerem opportunū ſontibus detinendis. Terram videlicet, vbi ſimul cum tenebris & animi caligine, laſſitudinem & defectum plane letalem patiuntur ſontes. Ibi profectò oritur ſempiterna nox, vnde proueniunt tenebræ, & ad alias regiones mortaliumque ſedes oſtendendas permanant. Ibi per obſcuriſſimam lucem, & medias tenebras, horrifica ſpectra, & letales manium vmbræ apparent, nihilque videtur quod non ſit triſtiſſimum mortis ſimulachrum, & mœſtiſſima imago. Nullus prætereà vlla in re ordo ſed incredibilis confuſio, quę in ipſis damnatorum perturbatis mentibus potiſſimum cernitur. in tenebris enim maximis omnia miſceri, cōfundi, perturbari neceſſe eſt; vt etiam ignis, qui natura ſua lucidus eſt, quaſi perturbata natura, obſcuritatem potius, quam ſplendorem eo in loco afferat. denique omnia conglobata, nullo ordine, vno impetu ſuppliciorum genera in impios deſæuiūt. Tum verò ex piꝗſenti tot malorum triſtitia, non ſolùm non tollitur, ſed creſcit potius miſerrimæ illius æternitatis, nunquam elapſuræ, timor ſempiternus.

(∗)

v *De vitæ breuitate, & nominibus, quæ illam explicant peculiaris quædam. v. 20. n. 4.*

u *Vt lachrymæ & fletus succenſum pectus refrigerent, & vt vehemens dolor lachrymas ſupprimere ſoleat, obſeruatur. v. 20. num. 7.*

x *Secundus harum ſententiarum commentarius, qui eſt de inferni ſupplicijs, quæ minutatim exponuntur, præſertim quæ ad æternitatem, tenebras, ſpectrorū horrorem, ordinis defectum, digreſſio vtilis. v. 25. à num. 5. vſque ad 23.*

18 Quare de vulua eduxiſti me? qui vtinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret.

19 Fuiſſem quaſi non eſſem, de vtero trāſlatus ad tumulum.

20 Nunquid non paucitas dierū meorum finietur breui? *Dimitte ergo me, vt plangā paululum dolorem meum.

21 Ante quàm vadam, & non reuertar, ad terram tenebroſam & opertā mortis caligine.

22 Terram miſeriæ, & tenebrarum: vbi vmbra mortis, & nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitat.

IOANNIS DE PINEDA Societatis Ieſu commentariorum in IOB.

LIBER QVINTVS.

Qui eſt de quinto certamine, id eſt, prima IOB cum Sophar diſputatione.

CAPVT XI.

ARGVMENTVM CAPITIS.

IOBI orationem, atque ſtudium eloquendi finem & cauſam, qua pe motum Deus illum aſſlixerit, loquacitati, & animo ſuo; cuis tribuit Sophar quod ea quæ Dei ſunt, ſupra humanũ captum ſint. Fœlicitatem autem, quæ viro iuſto repoſita eſt, reſipiſcenti IOBO pollicetur.

I. Reſpondens autem Sophar Naamathites, dixit.

1 *Etymologia nominis Sophar. Naamath vrbs Huſitanæ prouinciæ.*
3 *De Deo loquendum parcè. Animalis homo non percipit orationem hominum ſpiritualium.*
4 *Reſpondere non ſolùm verbis, ſed etiam ſilentio.*
5 *Labia ad eloquẽtiam pertinere, Illuſtratur Moyſes.*
6 *Vitium multiloquij. Multiloquium Ethnicorum in ter orandum. Expicatum Matthæi.*

1 DVOBVS SENIORIBVS, Eliphaz, & Baldad diſputatione ſuperatis Sophar ad redarguendum Iobum procedit, ſed extra chorum ſaltat & multa percontentionem effutit, nam re ipſa & ratione relicta ad contumelias, & probra conuertitur. Præter ea tamen, quæ de his tribus amicis à nobis ſunt ſuperiùs dicta, illud tantùm nunc addendum, quod ad nomen & cognomen attinet. *Sophar* apud Gregorium, & Philippum ſonat idem quod Speculator, aut diſſipatio ſpeculæ, vel Speculator diſſipans; à verbo *Tſapha* quod eſt intueri, vel ſpeculari. apud Olympio. Scopus; apud alios Buccina; in vulgari nominum Hebraicorũ interpretatione, Matutinus, aut Corona, aut Hædus à verbo, *Tſaphar*, quod eſt manè conſurgere; aut à *Tſaphid*, quod eſt hircus; vel à *Tſiphtſaph*, quod eſt garrire; aut, *Tſephardeagh* quod eſt rana.

Vid. annotationem præambulam ad c. 4.

Gregor. *Philip.* *Olympiod.* Etymon nominis Sophar. צפה צפר צפיר צפצף צפרדע נעם

Naamath, ſiue, *Naghamath* verò pulchrum, aut iucundum Hebraice ſonat, à verbo, *Agham* eſt autem vrbs in terra Hus a qua originem, & cognomen duxit Sophar in qua etiam regnaſſe creditur. diſtat à Iobi pyramide. 18. milliaribus plus minuſue, quod ex Fretelio affert Chriſtianus Adrikom in ſuo terræ ſanctæ theatro.

Naamath vrbs quæ. *Chryſtianus Adrikom.*

II. Nunquid qui multa loquitur, non & audiet? aut vir verboſus iuſtificabitur?

2 QVi multa loquitur. Eloquentiã Iobi, & cum ſumma grauitate & copia dicendi facultatem inuitus licèt, nolenſq; fatetur Baldad. atque illa ex eo mirabilior eſt, quod reconditos animi ſenſus, quos in ſe ipſo ægrè poteſt homo percipere, aut diſtinguere, cum ſumma verborum atq; ſententiarũ vbertate & vi ſic ille explicet, vt rebus & ſignificationi parem orationem afferat. hoc autem Dei donũ eſſe Sapiens teſtatur. c. 7. ſuæ Sapientiæ. *Mihi dedit dicere ex ſententia* (dicere quæ vellẽ, quæq; ſentirem & mihi ſemper fœlices in dicẽdo conatus procedere. alij, ſententioſe, & grauiter.) *& præſumere digna horum, quæ mihi data ſunt. quoniã ipſe ſapientiæ dux eſt, & ſapientium emendator*, Deus ad verã ſapientiam, & perfectam dicendi rationẽ magiſter & inſtructor, *in manu enim illius, & nos & ſermones noſtri, & omnis ſapientia & operum ſcientia diſciplina.* quæcunq; ſcientia, nõ rerum ſolum, verum & verborũ a Deo in homines profunditur. Eloquentia ſapientiæ partem eſſe Stoici ſenſerũt, imo virtutem atq; ſapientiam eſſe dixerunt, vt Cicero in ſuo Oratore refert. Sed cum, eodem auctore, eloquentia, illi ipſi qui cõſecuti ſunt, ſe valere diſſimulent, propterea quòd prudentia hominibus grata, lingua ſuſpecta ſit, nõ miratur eloquentẽ, ſed multa ſuo iudicio *loquentem* reprehẽdit Sophar. *Multitudo* autem verborum non ſolùm ad numerum, ſed ad tumorẽ, & ampullas, & verba ſeſquipedalia pertinet. eſt enim in originali, multitudo aut numero, aut mole, quæ magnitudo dicitur. Vitio autem tribuit, quòd multa de Deo, deq; diuinis rebus temere & inconſiderantèr pronuntiet, præcipit enim recta ratione Sapiens Eccleſiaſt. 5. *Ne temere quid loquaris, neq; cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonẽ coram Deo* (id eſt, de Deo vt eo loco Hierony. & Nyſſen. opuſc. de beatitudinibus. c. 6. interpretatur, cum enim in cœlo Deus ſit, id eſt longiſſimè à nobis diſtet, plurima à nobis de diuinis rebus ignorari neceſſe eſt, ideo ſubiungit,) *Deus enim in cœlo, & tu ſuper terram, idcirco ſint pauci ſermones tui* Septuaginta legunt, *Ne feſtines in ore tuo*. Chaldæus; *Ne acceleres ſuper dictum tuum*. nam oratio de Deo tardè potiùs, & ſenſim, quam cum linguæ volubilitate habenda eſt. certè Moyſes poſt diuinam reuelationẽ tardior in loquẽdo euaſit, vt obſeruauit Origen. Exod 4. *Ex quo* (inquit) *loquutus es ad ſeruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ effectus ſum.* & Paul. ad Roman. 8. poſtquã diuina beneficia per Chriſtum accepta commemoraſſet, ait, *Quid dicemus ad hæc?* quaſi oratoris inſtar diceret; Tanta diuinarum rerum maieſtate a dicendo deterritus ſum; quid itaq; dicam, quo me vertam neſcio; quare Seneca lib. 7. naturalium quæſtionum ex Ariſtotele adducit, nunquam nos verecundiores eſſe debere, quam cũ de Deo loquimur. *Si intramus* (inquit) *templa compoſiti, ſi ad ſacrificium acceſſuri, vultum ſubmittimus, togam adducimus, ſi in omne argumentum modeſtia fingimur, quantò magis hoc facere debemus, cùm de ſyderibus, de ſtellis, de Deorum natura diſputamus, ne quid temerè, ne quid impudenter aut ignorantes affirmemus, aut ſcientes mentiamur? nec miremur tam tardè erui, quæ tam altè iacent.* Sed aliquando tamen ſancti pleni ardente, & concitato ſpiritu ardenter & concitate de diuinis *loquuntur, varijs* etiam *linguis*; quẽ loquendi

Iobi eloquẽtia.

Sap. 7. 15. Benedicere Dei donum.

V. 16.

Eloquentia pars Sapientiæ.

Cicer.

רבב

3 *Eccleſ. 5. 1.* *Hieronym.* *Nyſſen.*

De diuinis parcè, & tarde loquendum.

LXX. *Chald.* *Orig. ſuper 4. Exod.*

Rom. 8. 31.

Senec. lib. 7. cap. 30. 31. *Ariſtot.*

Sanctorum oratio ſtulta

Videtur, animali homini. 1.Cor.2.14. Act.2.4.13. Marc.3.21. Ioan.10.19.

ardorem *animalis homo, qui non percipit, quæ ſunt ſpiritus Dei*, non ſpiritui, qui loquitur, ſed *ebrietati* ſtultitiæ, garrulitati tribuit. ſic Marc. 3. *Cùm audiſſent ſui Chriſtum Ieſum loquentem, exierunt tenere eum, dicebant enim; Quoniam in furorem verſus eſt.* & Ioannis 10. *Diſſenſio facta eſt inter Iudæos propter ſermones hos; dicebant autem multi ex ipſis; Dæmonium habet, & inſanit, quid eum auditis? alij dicebant; Hæc verba non ſunt dæmonium habentis.* Non diſſimile Paulo contigit. act.26. nam illo ardentius diſputante de diuinis, *Feſtus magna voce*, quaſi mirabundus, *dixit, Inſanis, Paule, multæ te litteræ ad inſaniã conuertunt*; inuitus etiam & nolẽs multas litteras, magnamq; Sapientię vim fatetur ineſſe Paulo. quod vero ipſe nõ intelligit, furori, & inſaniæ tribuit. ſicut illi, qui Apoſtolos diuino ſpiritu plenos audiebant, muſto madere reputabant. ſic Sophar ſapientiſſimum Iob multiloquij accuſat.

Act.26.24.

Act.2.13.

4 ענה

Non & audiet. Verbum quod ſubeſt, reſpondere, ſignificat; quam ſignificationẽ frequenter vſurpat Vulgatus. hoc ergo loco Pagnin. Hebræus apud Caietanum, & Regia vertunt, *Multitudinem verborum non reſpondebis?* Symmach. *non reſpondeatur?* ſed quidẽ in originali actiua vox & ſignificatio eſt; *non reſpondebis?* multoq; elegantior ſenſus eſt, nam reſpondere, non ſolum verbis fit, ſed re ipſa, quacunq; quis ratione erga alterum ſe gerat, reſpondere alteri dicitur. quare qui ſilentio audit, reſpondet. eleganter itaque ſenſum illuminauit, & vim verbi expreſſit interpres, cum dixit, *Non & audiet?* quod planè etiam agnouerunt Septuag. legentes. *Qui multa dicit, & viciſſim audiet.* diſputatio alternis loquendi vicibus debet procedere. Reprehenſionem verò præ ſe fert; Næ tu omnia loqueris.

Paguin. Caiet. Regia. Symmach.

Defenſus Vulgatus.

LXX.

5 Labia ad eloquentiam. LXX. Iob.12.20. Pſal.16.1.

Vir verboſus. Hebraice, Vir labiorum. Septuaginta. *Eloquens.* verbis potius, quam re, & ratione valens. ſic infra. c. 12. *Commutans labium veracium*, id eſt, facundiam, & loquendi peritiam auferens eloquentiſſimis. & Pſal.16. *Percipe orationem meã non in labijs doloſis.* id eſt, oratio mea ſine multiloquio, & ſine fraude eſt, pura, ſimplex, aperta, nullis vanis circuitionibus compoſita. & cũ ſermonis, & facundiæ ſymbolum eſſe ſoleant, os, guttur, lingua. peculiariter tamen labijs ineſt facundiæ, aut loquacitatis nota; nã ex Phyſiognomorum obſeruatione, ſi labium valde diductum ſit, atq; etiam tenue, loquacitatis & eloquentiæ ſignum eſt. fieri etiam craſſiora labia loquendi ineptiam, aut difficultatem, indicant. vt Moyſes dixit Exod.6. *Incircumciſus labijs ſum, quomodo audiet me Pharao?* quod aliqui explicant; Groſſiora habeo labia, quàm vt coram rege expedite, & facundè loqui poſſim: labeo ſum; circũciſione, extenuatione, & expolitione labiorum indigeo. ergo *Virum labiorum*, verboſum, garrulum, locutuleium apellat.

Incircunciſus labijs quid. Exod.6.12.

6 Vitium multiloquij.

Iuſtificabitur. Videtur hæc referre ad vitium multiloquij, Dum tua peccata excuſare conaris, & tuam innocẽtiam aſſerere, & tueri, multa profundis temere, & imprudenter, vnde oportet te nouã multiloquij contrahere labem. quid? iſte verborum ſtrepitus tibi, ſi quam admiſiſti labe, eluet? imò quo plus loqueris, plura peccas. Sed ſimplicior ſenſus, Putas ne te verborũ tantum turba obtinere poſſe victoriã; aut perſuadere nobis te iuſtum eſſe? quaſi vero nobis orationis tuę profluentia admirantibus, ſilentio cedendum ſit. ſic Græci. Tum etiam vt ad longiorem orationẽ reſpiciat, quam habuit ad Deum, Putas ne longiori oratione te Deo probatum iri, aut multiloquio quicquã ab illo obtinere poſſe? hanc eſſe ethnicorum deluſorum cæremoniam multa in oratione effutientium, docuit Chriſtus Matth. 5. *Orantes, nolite multum loqui, ſicut ethnici, putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur.* Deæ Syriæ cultores multa phanatice effutire ſolitos ſcribit Apuleius lib.8. & indicatur etiam. 3. Reg. 18. inuocari ſolitum Baal multo clamore. nam cum eſſet meridies, illudebat illis Elias dicens *Clamate voce maiore.* clamabat ergo voce magna, ſed nõ *iuſtificabãtur*.

Græci.

Matth.5.7. Multiloquium ethnicorum inter orandum. Apuleius lib.8. 3.Reg.18.27.

III. Tibi ſoli tacebunt homines? Et cum cæteros irriſeris, à nullo confutaberis?

1 *Varia lectio. Septuaginta diſſenſio à Vulgato.*
2 *Hebraizantium varietas. Expeditur Hebræa lectio. Vulgatus illuſtratus, & defenſus.*
3 *Irridere quid propriè. Pauperis oratio contempta.*
4 *Confutari quid propriè, & quibus modis vertatur à Vulgato.*

1 LXX. Græci. Auguſti. Pagnin. Vatabl. Tygurin. Septuaginta diſſenſio à Vulgato.

Septuaginta & Græci, tum etiam Auguſt. & Hebraizantes, Pagnin. Vatab. Tygurin. ſine interrogatione legunt, ſed non in eodem ſenſu omnes, nam præterquam quod Septuaginta aliam partẽ legerunt, quæ non extat, ſic habent integra ſententiam; *Benedictus natus mulieris breuis vitæ, ne multus ſis in verbis, cùm nemo ſit qui contradicat tibi* priorẽ partem in hanc ſententiam accipiunt Gręci, vt ad Iobum refellendum pertineat, mortem ſibi optantem, quaſi dicat; Vtinam mortuus eſſes, ne tibi peccandi, & iuſtitiæ laudẽ per inſolentiam arrogandi, ſpatium vllum conceſſum eſſet. Auguſti. verò quaſi recitari à Sophar hanc ſententiã prius à Iobo pronuntiatam; Tu inquis, ô Iob, benedictum eſſe eum, qui non diu vixit; atqui hoc plus ęquo, loqui cenſendum eſt. & nimium projectè & temerè de ijs rebus ſtatuere, quæ ſoli diuinæ prouidentiæ permittendæ ſunt.

2 Hebraizan. Chaldæ. Pagnin. Vatabl. Regia.

Hebraizãtes vero ex verbo legunt, cũ Chaldæo, *Mendacia tua*, aut, *Nugæ tuæ tacebit homines?* id eſt, tacere facient? alij, *cogitationes.* alij, *vitæ tuæ* tacebunt homines? id eſt, potentiã verborum tuorũ? quaſi dicat verbis nugatorijs atq; mendacibus potẽtẽ, atq; magnificũ te præbes; quibus, quòd apertæ nugæ ſint, reſpondere nemo ſanus debeat. ratio verò huius diſcriminis, & diſſenſionis à noſtro interprete, eſt ſignificatio vocis, *Bada*, quę ſignificat aliquid ſeorſum facere, effingere, machinari, cogitare, mentiri. R. Mardoch. ait ſignificare propriè, *Educere mendacium ex corde, & cogitatione ad os, quod eſt proferre mendacium.* inde nomen deductum, *Bad*, quod illis verbis, *tibi ſoli*, ſubeſt, ſignificat quicquid per ſe aliquid facit, aut ſuſtinet, vt ramus, qui ſuſtenat flores & fructum: aut magiſtratus, qui ſubiectum populum portant, & ſuſtinent; tum etiam qui per ſe effingit, & cogitat mendacium

בדא R. Mardoc. בד 2.Eſdr.6.8.

Iob.41.3.

e ſuo cerebro. & ita ab illa radice dicitur, Nehem.6. *De corde tuo componis hæc.* & infra, cap.41. vbi nos habemus, *Non parcam ei verbis potentibus.* Hebræi legunt, *Non tacebo mendacia eius,* audacter & magnifice prolata. Hæc omnia cùm vidiſſet interpres illuſtri paraphraſi cũ emphaſi vſus eſt, vertens pronomen, *tibi ſoli,* quaſi dicat, Tibi ſoli hæc aſſerenti, talia effutienti, ac etiã mentienti, atque nuganti de diuinis rebus, & prouidentia, illud etiam *Soli,* indignantis eſt, & ſuam atque ſociorum ſuorum ſapientiam plus iæquo æſtimantis; Nemini, inquit Sapientiæ laudem vnquam conceſſimus; nunc ergo tibi ſoli cedendũ, & ad tuas reſponſiones tacendum? & ſapientiſſimos magiſtros te nolle audire? eſt alia vero Vulgati defenſio ſimplicior, fortè etiam verior, vocem originalem *Bad,* deduxiſſe *Bad,* id eſt, ſolus vel ſolitarius; atq; ex verbo tranſtuliſſe, *Tibi ſoli;* tum etiam cum interrogatione, quam ſententia iſta poſtulare videbatur. Illud tantùm in voce *Homines,* obſeruandum quæ hoc loco peculiaris eſt, deducitur enim à verbo, *muth*, quod eſt mori, quaſi dicat, mortalis, aut mortuos. ſic enim Paulus corpus noſtrum, appellat, *corpus mortis,* id eſt, mortuum; quotidie enim morimur, & ſancti nunquã non mortem ſibi ante oculos proponunt. quam ſuo corpore pene iam mortuo geſtare intelligunt. ea etiam mortui appellatio, ad calamitates & ærumnas pertinet, quibus humana vita obnoxia eſt, quare percuſſus & afflictus Pharao aliquando dixit. *Rogate Dominum Deum veſtrum vt auferat a me mortem iſtam.* ſunt enim pœnæ iſtæ humanæ vitæ, quaſi appendix quædam mortis, quam homo, propter peccatum incurrit.

Complut.
Vulgatus defenſus & declaratus.
[illegible]
[illegible]
Rom.7.24.
Exod.10.17.

Et cùm cæteros irriſeris. Hanc etiam partem aſſeueranter legunt Septuag. *Cùm nemo ſit qui contradicat tibi.* quod in hanc ſententiam videtur accipere Olympio. nugaris cùm agere cùm Deo poſtulas, nam neque ille tibi reſpondere, neque nos fas eſſe iudicamus. tanta videlicèt eſt inſolentia tuæ orationis, & irridendi protacitas? ſed profectò acriorẽ reddit ſententiam noſtra interrogatio.

LXX.
Olympiod.

Irriſeris. Doctè vulgatus ſupplet, *cæteros.* Verbum autem *irridendi,* non ſolum ad verborum ſannas, & obliquas ac ironicas loquutiones, ſed etiam ad geſtum ſubſannatorium pertinet: hic autem geſtus ſimul cum verbis ſubſannatorijs explicatur. Pſalm.21. ab eadem radice, *Omnes videntes me, deriſerunt me, loquuti ſunt labijs, & mouerunt caput.* Sicut & Chriſto aſſertori in cruce pendenti, per ſarchaſmum *mouebant caput, & dicebant &c.* Indicat ergo Sophar vehementem fuiſſe Iobi dicendi actionem, & forte etiam aliquando viſum fuiſſe ironicè loquutum. Laborat quidem Caietanus hoc loco in inueſtigando, quonam verbo aut ſententia viſus fuerit Iob irriſiſſe ſuos amicos. Sed fruſtra laborat: nam integram Iobi orationem ardentẽ, & cõcitatam, & cum affectu geſtuq; dolẽtis pronunciatam, potuit Sophar exiſtimare ad ſui & amicorum contemptum & irriſionem pertinuiſſe; ægrè enim ferre poſſunt diuites, vt pauperes apertè & liberè coram loquantur, ſecus illos ſuæ maieſtatis, atque potentiæ læſæ reos agunt. quo illud ſapientis Eccleſiaſt.13. ſpectat, *Pauper loquutus eſt ſenſatè, & non eſt datus illi locus, et dicunt, Quis eſt hic?* id eſt, tantam ne tibi, ô miſer, innatam audaciam, vt me præſente dicere audeas.

[illegible]
Irridere quid propriè.
Pſal.21.8.
Caietanus.
Pauperis oratio contẽpta.
Eccleſ.13.27.

Ipſe à nullo confutaberis? In Hebræ. tantùm; Et non confunderis, aut, pudefies? Pagninus; *Et non fuit, qui te pudore afficeret?* alij, *Et nõ pudefaciẽs.* ſupple te. Tygurina. *Et te ſaltem non agentem nemo ſuffundat pudore?* Et quidem ea eſt proprietas verbi, *calam*; à quo dicitur Numerorum. 12. *Nonne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi?* ſed illa confuſio, & erubeſcentia varijs vocibus ſolet exprimi à Vulgato, vt ſubiectæ materię melius quadrare videt. Iſai. 50. dicitur. *Increpant.* * *Faciem meam non auerti ab increpantibus* (propriè à cõfundentibus) *& conſpuentibus in me.* Septuaginta eleganter; *à confuſione ſputorum.* proprium enim eſt erubeſcentiũ, auertere faciem, & ſe abſcondere. intellexit increpationes ignominioſas. & Pſal. 39. vertitur *reuereri.* * *Reuereantur* (pudeſiant) *qui volunt mihi* (qui illis benefecerim) *mala,* vel iniice illis meam reuerentiam, ita vt erubeſcant me tangere & 1.Regum.25. dicitur *moleſtare; Nunquam eis moleſti fuimus.* videlicèt nullam illis iniuriam, aut erubeſcendi, confuſioniſue cauſam attulimus, quo illis moleſti eſſemus. Hoc vero loco quoniam diſputatoria res erat, *confutare* dixit; à nullo confunderis, confutando tuam audaciam, refellendo dicta, diſſoluendo rationes, conuellendo deſtruendoq; vniuerſos tuæ orationis conatus? Auguſtinus intelligit non ſolum Iobi orationi præterea *confutatorem* deſiderari à Sophar, ſed etiam ne vltra audeat tam liberè loqui. ſic enim explicat. *Quando dicebas, nemo ei contradixit,* quaſi dicat, oportuiſſet quidem, vt loqui geſtienti non deeſſet, qui os obſtrueret.

4
Pagnin.
Confutari quid propriè
Tygurina.
[illegible]
Num.12.14.
Iſai.50.6.
* Hize roſtro a mis afrentas.
LXX.
Pſal.39.15.
* Tengã vergueça y empacho de hazer mal, a quien les hace bien.
1.Reg.25.9.
Auguſtin.

IIII. Dixiſti enim, Purus eſt ſermo meus, & mundus ſum in conſpectu tuo.

1 *Lectionis varietas. Sermo quid propriè.*
2 *Mundum quid propriè.*
3 *An Sophar per calumniam, & mendacium Iobum criminetur. An Iob quoque huic criminationi anſam præbuerit.*
4 *Gregorij, & Chryſoſtomi ſententia explicata. Narratio ſyncerè facienda explicati. Ioan. Mat. Salom.*
5 *Varia lectio loqui & aperire labia quo differant.*

PUrum eſt ſermo. Id eſt, doctrina mea, quæ pronuntio de Deo, deque diuina prouidentia, de iuſtorum ærumnis, de impiorum fœlicitate clara, lucida, ſine vlla mendacij labe. *Sermo* ex vi originis eſt eiuſmodi grauiſſima ſententia, aut oratio, quę ſeruari, & ſuſcipi debeat, vt lex conſiliũve, aut precioſa alia res, quã complectimur; à verbo, *lakach,* quod eſt accipere. Vocis proprietas indicatur Prouerb.4. *Donum bonum tribuam vobis.* (id eſt, doctrinam, aut conſilium, quod ſuſcipere, complectique toto animo debetis. cuiuſmodi autem donum ſit, ſtatim explicat) *legem meam ne derelinquatis.* & Deuteronom. 32. *Concreſcat in pluuiam* (quam

1
[illegible]
Sermo quã vim habeat in Hebræo.
לקח
Prouerb.4.2.
Deut.32.2.

ebibit,

ebibit, ſuſcipitque auidè terra) *doctrina mea.* Notat ergo Iobum, quod tantùm ſuæ ſapientiæ, atque doctrinæ fideret, vt quæ de diuinis rebus pronunciaret, ab omnibus ſine vlla hæſitatione ſuſcipienda eſſe decerneret, neque tam reſpondere obiectionibus propoſitis quam ſuos amicos docere velle videretur.

Lectionis varietas. Caietan. LXX.

quare non debuit Hebræus apud Caietan. pro *Sermone*, aut doctrina, *Legem* vertere, & inuertere ſenſum. neque video cur Septuaginta legerint, non ſermonem, aut doctrinam, ſed opera; *Mundus ſum operibus*. niſi fortè *purum ſermonem* intellexerint, quo ſuorum operum puritatem & munditiem tueretur, aut *purè* & candidè loqui, ſicut purum & candidum docet hominem: vt eſt in Prouerbio, A puro pura defluit aqua. atque hæc etiam ratio videri poteſt,

Vatabl.

cur Vatablus dixerit; *Puri ſunt mores mei*, quamuis enim *legem*, aliquando ſonet vox originalis, ſed illa non tam, vt in opere relucet, quàm in edicto, & præſcripto ſermone, atque præcepto accipienda.

2 Heb. 7. 26. Luc. 18. 11. LXX.

Mundus ſum. propriè electus præ alijs, *ſegregatus à peccatoribus; non ſum ſicut cæteri.* expurgatus, purus, ſine labe. Septuaginta. *Irreprehenſibilis.* ſed lectio noſtra ſignificantior eſt. *In conſpectu tuo*, te, ô Deus, iudice, & teſte; te bene conſcio; mea ſanctitas, & vitę cãdor, morumque munditiès bene tibi nota eſt, atque perſpecta.

Pſal. 17. 15.

ſicut & Pſalm. 17. *Secundùm puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum eius.*

3 An Sophar per calumniã & mendaciũ nunc loquatur. Gregor.

Cæterum illud quæſtionem habet, an verè hoc tribuat Iobo Sophar. Gregorius enim aſſerit, nunquam Iobum eam ſententiam protuliſſe, ſed per calumniam & mendacium illi affingi à Sophar, atque ex prauitate, & contumacia, cum ſe correptum videret, atque multò inferiorem Iobi oratione, falsò nunc & mendaciter criminari. *Quomodo enim* (inquit) *ſe iuſtum docere potuit, qui ait: Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me? Sed habet hoc prauorum malitia, & cùm vera in ſe flere mala renuunt, fingat aliena.* idem ſentiunt Chryſoſt. in Catena. Philip. Iſidor. Clarius.

Iob 9. 20. Chryſoſt. Philip. Iſidor. Clar.

Solutio dubitationis verior.

Sed certè viro ſapienti, & pietatis cultori, atque ſola ignorantia, & indiſcreto zelo nunc peccanti, non videntur facilè debere tribui tam aperta calumnia, tamque manifeſtũ mendacium. Cæteri itaque interpretes exiſtimant potuiſſe ex Iobi oratione eiuſmodi ſentẽtiam colligere Sophar: pro diſputantium enim, & litigantium more paulo ſeuerius accipit, quæ Iobus dixit: aliquanto etiam promouit, ſtudio illum redarguendi. Ergo huic criminationi anſam præbuit, quod ſupra dixit: *Non inuenietis in lingua mea iniquitatem.* & cap. præcedenti. *Indica mihi, cur me ita iudices.* quaſi mundus eſſet in Dei conſpectu. Tum etiam irridere, ſubſannareve videri potuit amicos, cùm dixit: *Ad increpandum tantùm eloquia concinnatis.* Et: *Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis?* neque mirum hæc colligi potuiſſe ex Iobi oratione, cum in decurſu diſputationis diſertis verbis aſſerat, *Si in manibus meis adhæſit macula.* Et: *Cùm haberem mundas ad Deum preces.* Et: *Non reprehendit me cor meum in omni vita mea.* Ab his enim ſe ſceleribus, quæ amici obijciebant, ſemper ſe purgare nititur Iob, & *mundum* immunemque oſtendere; ab alijs vero leuioribus, & quæ homo non intelligit, occultis videlicèt, ſemper ſibi timet, cùm dicat: *Nemo mundus à ſorde.* Et: *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine?* Et: *Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me.*

An Iob præbuerit anſam criminationi Sophar. Iob 6. 30. Iob 10. v. 2. Iob 6. 26. Iob 31. 7. Iob 16. 7. Iob 14. v. 4. iuxta Græc. Iob 9. 20.

4 Gregorius & Chryſ. explicantur.

Sed illud fortè Gregorius, atque Chryſoſtomus voluerunt, eum, qui non omnino ſyncere, ſed amplificando, aut extenuando, aliquid narrat, mendacij teneri. præſertim vbi alicuius honoris & ſanctitatis exiſtimatio agitur. Res quidem ab Euangeliſta Ioanne quaſi indicata & obſeruata. Cum enim Chriſtus Dominus Petro roganti; *Hic autem quid?* Reſpondiſſet: *Sic eum volo manere, donec veniam.* facilè fuit inde colligere, *quod diſcipulus ille non moritur, exijt ergo ſermo iſte inter fratres.* ſed vt veritatem omnino puram, atque ſynceram Ioannes proponeret, ait: *Non dixit Ieſus, non moritur, ſed ſic eum volo manere, donec veniã.* Facile igitur ex verborum permutatione, aut amplificatione potuit falſitas aliqua in diſcipulorum animos irrepere. Falſi etiam illi teſtes à Matthæo ſcribuntur, qui dixerunt: *Hic dixit, Poſſum deſtruere templum Dei, & in triduo reædificare illud.* Cum tamen Chriſtus Ieſus non illis verbis, ſed his tantùm dixerit, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Vno enim tantùm mutato verbo, totius ſententiæ ſenſus inuertitur, quare à Sapiente grauiter arguitur, *Qui altero ſermone repetit.* Prouerb. 7. videlicet nonnihil re mutata, aut malignè interpretata, aut deprauata. quare in ipſa repetitione, ſicut multum interdum periclitatur veritas, ita ne lædatur, curæ multum. & ſtudij ponendum eſt: non tantùm vt *altero*, id eſt, fere ſimili, ſed vt omnino eodem ſermone eiuſdemq; verbis narratio fiat.

Vt mẽdaciũ facilè in narrationibus admittatur. Ioan. 21. 22. Matth. 26. 61. Vt ſit repetẽdum, aut narrandum ſyncerè. Prou. 17. 9.

V. Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia ſua tibi.

5

CVM auſus fueris cum Deo colloqui, optarem ſanè, vt Deus viciſſim ſua te reſponſione dignaretur. Ille enim te multum loquentem facile compeſceret; nos enim, quos mentis receſſus latent, te reuincere planè non poſſumus. D. Thomas curioſè diſtinguit *loqui*, & *aperire labia*. *Loquitur* enim *Deus* per ſeipſum; *aperit* verò *labia ſua*, cùm vel hominum. vel aliarum rerum opera tanquam inſtrumento vtitur ad aliquid manifeſtandum. Vtinam Deus vel per ſe, vel per alium tibi loqueretur. Illud forte indicat quoque lectio Septuagint. *Sed quomodo Deus loquetur ad te?* Shol. Græcanica; *Vtinam detur aliquo vtique modo.* Sed non cohæret; nam Sophar non ab alio, quam ab ipſo Deo reijciendum, & diſputatione ſuperandum putat Iobum. Philipp. quoque per *aperta labia*, intelligentiam diuinæ vocis interpretatur, quaſi dicat: Vtinã loqueretur Deus,

D. Thom. Loqui & aperire labia, quo differãt. LXX. Shol. Græc. Philip.

loquentemque intelligeres. ſed certè eadem eſt vtriuſque partis ſententia, & altera quidem
Pleonaſmos. exponit alteram, cuiuſmodi Pleonaſmos frequens eſt in ſacris.

VI. Vt oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ: & quòd multiplex eſſet lex eius: & intelligeres quòd multò minora exigaris ab eo, quàm meretur iniquitas tua.

1 *Oſtendere, pro docere.*
2 *Sex huius multiplicitatis expoſitiones ex Græco, & Hebræo.*
3 *Germana expoſitio. Quando dicatur Iudex habere duas leges. Regula Lesbia.*
4 *Grammatica ſacra. Exigere quid. Deus fænerator & exactor quomodo.*

1 יגד Oſtenderet. Propriè, doceret, explicaret. *Secreta ſapientiæ.* arcana ſapientiſſima, ſuæ prouidentiæ occultas rationes, quibus agit
LXX. cum mortalibus. Septuaginta, *Virtutem ſapientiæ.* Vim, efficacitatem, rationē ſuæ ſapientiæ, quæ ſuæ legi, & diſpoſitioni; quaſi pro anima eſt.

Et quòd multiplex eſſet lex eius. Multiplex eſt quoque huius particulæ commentarius, atque tot ſententiæ interpretum; quot capita. fecerimus itaque operę pretium, ſi breui potiores
D. Thom. enumeremus. Primo D. Thom. Lyra, Burgen
Lyranus. ſis, Dionyſius diuinæ *legis multiplicitatem* in eo
Burgenſ. conſtituunt, quod ad minima quæque ſe exten
Dionyſ. dat, neque poſſit homo, vel minimo verbo labi, quin à diuina & æterna lege deuiet. nihil ergo actionum humanarum non ſubeſt legi diuinæ.

Philip. Secundò Philipp. *Multiplex, id eſt, cordis eius abdita & remota iudicia, in quibus lex eius multiplex & imperſcrutabilis eſt;* Sed quid per *legem* intelligat, planè non exponit, niſi diuinorum iudiciorum viam atque rationem intelligat.

Vatabl. Tertiò Vatabl. Tygur. & Cyprianus Ciſter-
Tygurin. tienſis, *multiplicem* eſſe Dei *legem* propter duo
Cypr. Ciſter. genera iudiciorum diuinorum; alia enim ſunt aperta, occulta alia. illa, cum improbos publicorum facinorum reos manifeſtis afficit ſupplicijs; hæc verò, cum aut innocentes, aut ij, qui occultis ſceleribus hominibus ſe probant, eiſdem pœnis plectuntur. Huc pertinet etiam
R. Moyſ. commentarius Rab. Moyſis, *Vt oſtenderet* (inquit) *occultam ſapientiam eſſe in factis ſuis, quia quidquid eſt in mundo, duplex eſt, & partim eſt manifeſtum, partim occultum.*

Titelm. Quartò Titelmanus, Ferus & recentiores
Ferus. alij, quòd *multiplex* ſit, ad eam rationem, qua
Recentiores. Oſeæ 8. dicitur: *Scribā ei multiplices leges meas.*
Oſeæ 8. 12. quaſi dicat; Plurima cùm ſint diuina præcepta, ſi pauca tibi obſeruanda propoſuiſti, opor-
Iacob. 3. 2. tet, *vt in multis offenderis;* Tum etiam *multiplex lex,* quòd multa exigat, eaque omni cura ſeruáda præcipiat.

Olympiod. Quinto Olympiodor. & Polychron. lectio-
Polychron. nem Septuaginta; *Quia duplex erit ad ea, quæ circa te.* vel vt in Catena legitur; *Duplex eris ei, qui eſt ſicut tu.* in hanc ſententiam accipiunt, quòd ei, qui quemadmodum tu, ſuam iactat ſapientiam, atque iuſtitiam, multis Deus partibus antecellit. quare & ſapienter, & iuſtè te pœna afficit; & tu fuiſſes paulo modeſtior, ſi diuinæ ſapientiæ, & poteſtatis magnitudine animaduerſa, dignas te tuis flagellis ſuſcepiſſe pœnas faterere.

Sextò, paulò aliter Hebraizantes poſt Rab. *Hebraizan.*
Abraham, *Quod multiplicata eſſet tibi lex eius,* id eſt, *R. Abrah.*
pœna lege ſtatuta, in quem ſenſum legit Pagn. *Pagnin.*
Quare meruiſti duplicia ſecundum legem. Hebræus *Caietan.*
apud Caietanum. *Quod duplicia ad ſtatutum,* quia Deus ſecundum occultas rationes ſcientię ſuę excedit omne ſtatutum, quo Iob metitur pœnam ſuam, relatam ad peccatum ſuum. Regia, *Regia.*
Duplicia in eſſentia. Atque his omnibus commentarijs anſam præbuit lectio Hebræa, quæ ad verbum habet: *duplicia ad Thuſiam.* *Thuſia* autem תושיה
vt cap. 5. diximus, eſt lex, ſtatutum, ſapientia, *Vid. Iob 5. v. 12. nu. 5.*
ſubſiſtentia. pro *multiplici* autem, eſt duplex, numerus videlicet finitus, pro infinito, quam rem facetè explicuit replica ad Burgenſ.

Sed ſi in tantam ſententiarum multiplicitatem noſtram etiam conferre licet, hanc ego 2
proponam: Si Deus tibi ſuæ ſapientiæ arcana *Dilucida, & germana huius ſententiæ paraphraſis.*
patefaceret, vt tum illius paterna erga mortales viſcera, tum errata tua cognoſceres, intelligeres plane, quam leniter atque benignè ille tecum agat, & quòd ſit *multiplex lex eius*, id eſt, quòd te non vna illa, ſeueriſſimaque lege & ſummo imperfractoque iuſtitiæ ſuæ iure te puniat, quo peccatores alios tui ſimiles plectere ſolet, ſed mitiori, & æquiori alio, pro ſua bonitate, iure & ſupplicio. multò enim mino- *Quando dicatur iudex*
ra a te exigit, quam ab alijs cum enim iudex *habere duas leges.*
non vna eademque ratione, & lege cum omnibus agit, duas leges habere dicitur, duoque pondera, cuiuſmodi eſt illud Prouerbiorum,
20. *Pondus & pondus, menſura & menſura, vtrumque* *Prou. 20. 10.*
eſt abominatio apud Dominum. id eſt, duo pondera; duæque menſuræ, quibus non ſemper vtatur quis, ſed altera, qua ſua & quæ amicorũ ſunt; altera qua pauperum & peregrinorũ res metiatur: qui etiam Iſa. 10. notantur, quòd non vnum & idem ius populo dicerent, ſed viduis & orphanis, atq; pauperibus peculiare quoddam, ſummum, ſeueriſſimum, gloſſematis, annotatiunculis, additiunculis, interpretatiunculis, ius, quod vnum eſſe debet, in *multiplices leges* pro diuerſis hominum conditionibus di-
uiderent. *Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes* *Iſa. 10. 1.*
iniuſtitiam ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes Hi ſanè ſunt veluti regula illa Lesbia, cuius
meminit Ariſt. quæ cum plumbea eſſet, ad du- *Ariſtot. lib. 5. moral.*
riores illos lapides Lesbios ſeſe applicabat, totque figuras mutabat, quot lapidibus in-
erant; ſi quid tamen mollius menſurandum eſ- *Regula Leſbia.*
ſet, illud ad ſuam figuram accommodabat. cùm itaq; regula illa multas figuras ſumeret, nō vna ſed multiplex profectò erat. Sed eſt in hac *legis multiplicitate* diſcrimen; ſi lex firma & infracta ſeruetur, cum diuites & potentiores iudicantur, at vero lenteſcat, & inflectatur ad miſericordiam, vt minora exigat à paupere,

quam mereatur, duplex ſane lex erit, ſed cuius duplicitas non ſit iniquitas, nec crudelitas, ſed humanitas & benignitas, miſericordia, æquitas, & diuinitatis quoddam ſymbolum; cuius vt hic ait Sophar, *multiplex* eſt *lex*. nam citra condignum punit. aliquando enim ſummum ius, ſumma iniuria eſt.

3 *Et multo minora exigaris ab eo.* Multiplices ſunt leges, & canones Grammaticæ ſcripturarum interpreti; non enim aſtringendus eſt Donati regulis; ineleganti igitur Grammatica, eleganter interpres ſenſum expreſſit. Sed in hoc quoque eſt diſſenſio, nam verbum, *naſah*, aliquando ſignificat obliuiſci. vnde Tharg. & Pagnin. vertunt: *Et quod oblitus ſit Deus propter iniquitatem tuam.* cuius ſenſus ille eſſe poteſt, quem indicat Tygurin. *Deus pœnam iniquitati tuæ debitam diſtulit.* qui enim obliuiſcitur, differt; quod tandem recordatus, facit. quaſi dicat, ad eandem rationem, qua dicitur Deus *diſſimulare peccata*, & *deſpicere ignorantiæ tempora* Vatablus autem & Regia obliuionem referunt ad ipſum Iobum. *Latere te fecit Deus aliquid de iniquitate tua*, id eſt, permiſit, vt te aliquod tuum ſcelus lateat. habes multa occulta, quorum tu oblitus ſis. hinc tuæ hæc innocentiæ atque ſanctitatis perſuaſio. Quia tamen idem verbum ſignificat fœnerari, aut mutuare, vel exigere debitum more exactoris & fœneratoris, Hebræus apud Caietan. dixit: *Mutauit tibi Deus plus iniquitate tua*, qui enim mutuum dat, creditor eſt; qui accipit debitor. iniquitas autem aliquando eſt pœna peccati, igitur ait: Mutuauit Deus tibi plus hac pœna, quam exolui; plus illi debes, plus à te repetere poteſt. Alij, quod etiam indicat Vatablus. *Remiſit tibi partem iniquitatis*, aut pœnarum peccatis tuis debitã, mutuauit, condonauit. Sed hanc eandem fœnerandi & mutuandi tranſlationem, multo pulchrius, atque dilucidius expreſſit noſter, dicens. *Multo minora exigaris ab eo*; id eſt, multo minus pœnarum a te repetat, quam pro peccatis tuis debeas. eſt enim illud *exigere* exactorum, & fœneratorum, qui aſperiores, & inhumaniores eſſe ſolent in debitores, vt indicatur Pſalm. 54. *Veniat mors ſuper illos.* in Hebræo, *Exigat mors ſuper illos*, vel fœneratoris, & exactoris inſtar, irruat in eos bona diripiat omnia, & viuos comprehendat, conijciatque in carcerem, *& deſcendant in infernum viuentes.* Et certe in hac Iobi calamitate videtur exactoris & creditoris perſonam Deus ipſe ſuſtinuiſſe, qui ſcrutatus fuerit vniuerſam Iobi ſubſtantiam, ſicut id: *Scrutetur fœnerator*, propriè, illaqueet & occupet; filios etiã Deus abſtulit, ſicut ille alius creditor, de quo conquerebatur vidua apud Eliſæum: *Ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos.* & ſicut Rex ille Matth. 18. *qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis*, & debitorem *iuſſit venundari, & vxorem, & filios, & omnia quæ habebat.* & ſicut ille alius creditor, qui *tenens ſuffocabat* debitorem dicens, *redde quod debes*, ita Deus immiſſa grauiſſima ægritudine anginæ, & aſthmatis, quaſi comprehenſum tenebat, & intercludebat ſpiritũ. Tandem miſit in carcerem, ſic enim Iob conqueritur, *Quia circumdediſti me carcere*; Et, *Poſuiſti in neruo pedem meum.* Denique ſicut creditor ſolet ius exigendi debitum in alium transferre, ita videtur Deus ius agendi, & debitum exigendi permiſiſſe Satanæ exactori ſæuiſſimo, qui in Iobum irruit per ſummam ſæuitiam & inhumanitatem. Sic in grauiſſimis illis populi ærumnis dicebat Deus, Iſa. 50. *Quis eſt * creditor meus, cui vendidi vos?* conquerimini videlicet, quod dominis alienis ſeruiatis; ſane. ſed non ideo mancipia eſtis, quod ego gentibus externis obſtrictus ſim, vt redacta pecunia ex vobis diuenditis creditoribus meis ſatisfaciam. imo potius *in peccatis veſtris* (propter peccata veſtra) *venditi eſtis.* Quare aſſerit quidem Sophar temporales calamitates pro debitis ſatisfacere; ſolitumque Deum illas pro peccatis exigere. Cùm vero citra condignum exigit, clementem eſſe. præterea, peccata eſſe debita, atque debitores, nos conſtituere Deum vero creditorem, qui nos poſſit ſæuiſſimis exactoribus tradere. tum etiam peccata eſſe, vſuræ inſtar, quæ cùm ſuo tempore non ſoluitur, debitum in ſe ipſam duplicato fœnore reflectitur, ſicut ſcriptum eſt: *Ex vſuris, & iniquitate redimet animas eorum.* Sed de his plura aliquando.

Grãmaticæ ſacræ regulæ, nó cedo, quę Donati

Varia lectio.

נשה

Tharg.

Pagnin.

Tygurin.

Sap. 12. 24.

Actor. 17. 30.

Vatabl.

Regia.

Caiet.

Deus fœnerator & exactor.

Vatabl.

Exactorum inhumanitas

Pſal. 54. 16.

Pſal. 107. 11.

4. Reg. 4. 1.

Matth. 18. 25.

v. 23.

Iob 7. 12.

Iob 13. 27.

Iſa. 50. 1.

* No os eche de caſa por hazer dinero y pagar deudas, ſino por vueſtras ruyndades

Quæ dogmata colligatur ex ſententia Sophar.

Rom. 8. 12.

Pſal. 71. 14.

VII. Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & vſque ad perfectum omnipotentem reperies?

1 *Dei veſtigium, quid.*
2 *Perfectum, pro ſine. Sadai, quid.*
3 *Principium, & finis, aut caput, & pedes in Deo quomodo.*

TVm diuinæ prouidentiæ atque iuſtitiæ, tum tuorum ſuppliciorũ ratio perfectè a nobis comprehẽdi non poteſt, quamuis multum coneris; propriè in fonte, *Numquid inueſtigando Deum inuenies?* aut, inueſtigatione, & inquiſitione, id eſt, quamuis multum diuque inquiras & inueſtiges, *Dei, Eloah*, id eſt, tui iudicis prouidentiam, & rationem agendi atque iudicandi, reſque vniuerſas adminiſtrandi. Noſter interpres illam inueſtigationem * *veſtigia Dei*, reddidit, ſicut & Septuag. *veſtigium Domini inuenies?* Caietan. minus congruenter, illam inueſtigationem ex parte Dei eſſe intelligit, cum ex iudicis officio de noſtris ſceleribus per occultam inquiſitionem, veritatem inueſtigat, quaſi diceret: Non poteſt tibi eſſe perſpecta occulta tuorum ſcelerum inueſtigatio, quæ à Deo fit. Sed primus ſenſus præſtat, quẽ etiam amplectuntur Græci, vt *veſtigia Dei* ſint, viæ & rationes diuinæ prouidentiæ, quibus ille ad noſtrarum rerũ adminiſtrationem procedit, aut quibus ad nos venit; quod aliquando viſitantis, & punientis eſt.

Vſque ad perfectum, id eſt, vſque ad finem & conſummationem. Septuaginta. *Ad vltima peruenisti, quæ fecit omnipotens? Sadai*; qui ita poteſt omnia, vt *vincat ſtrumam noſtrã. Reperies* propriè, aſſequeris, venies, peruenies ad rationes noſtrorum ſuppliciorũ, vel forte in vniuerſum. Non poteris cognoſcere a principio vſq; ad finem,

1

אלוה

Quid Dei veſtigium.

LXX.

* Aunq le procures ſacar de raſtro nunca le daras alcance.

Caietan.

Græci.

2

LXX.

שדי

Iob 36. 26.

Omnipotẽs Dei nomen quid.

diuinæ prouidentiæ rationes, longè lateque patentes.

3 D.Thom. Latini. Sed ſi coniungamus *veſtigia*, cum *perfecto*, & & fine, D.Thom. cum alijs Latinis rerum vniuerſitatem intelligit, creaturæ enim omnes ſunt quaſi *Dei veſtigia*, diuinæ tamen rationes ſunt, quaſi finis, & *perfectum*, vt eadem ſententia ſit, quæ Sap.9. *Quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu, inuenimus cum labore; quæ autem in cælo ſunt, quis inueſtigabit?* (Sap.9.16.) Græci intelligũt Dei conſilia effecta, fines. (Græci. Polychron.) Polychronius intelligit, per *veſtigia*, principium; per *perfectum*, autem vel conſummationem & finem rurſus per principium & finem, ipſa opera effecta à Deo, operumq́; principium atque exitum, quibus ipſe non ſolùm exordiũ, & inſtitutionem, ſed progreſſionem, & abſolutionem tribuit. (Principiũ, & finis in Deo quid ſint.)

Sed fortè melius, atque cum ſequentibus cohærentius, vt de Deo, humano more loquatur, & *veſtigium Dei*, atque *perfectum*, vel principium, & finis, ſit idem, quod pedes & caput. conſideratur enim diuina maieſtas & amplitudo, ſub quadam molis & immenſitatis partium, atque membrorum ratione, dicaturque diuina magnitudo non poſſe eſſe homini perſpecta, imò neque Seraphinis; nam velatum habet Deus caput, velatoſque pedes. eſt autem Dei caput, & quaſi pars ſuprema, illud æternum diuinæ mentis conſilium, in illa diuinarum *ſapientiæ & ſcientiæ Dei altitudine* conſiſtens. (Iſa.6.2. Rom.11.33.) Deinde verò prouidentiæ lex, & ratio, qua res externas adminiſtrat, dirigitque in ſuos fines; qua ad nos Deus deſcendit, contingitque imo pede res omnes inferiores, dicetur *Dei veſtigia*. Sed hæc de Dei capite, atque veſtigijs ſententia, confirmabitur ſequente verſiculo.

VIII. Excelſior cælo eſt: & quid facies? profundior inferno: & vnde cognoſces?

1 *Varia lectio. Dei celſitudo.*
2 *Deus extra cælum.*
3 *Nihil ipſis creaturis magis intimum, quàm Deus. infernus quid.*
4 *Menſura quid in Hebræo. Dimenſiones diuinæ Sapientiæ, & prouidentiæ quomodo conſiderandæ.*
5 *Diuina potentia, quam nemo poteſt effugere.*
6 *Subuertere quid in Hebræo.*
7 *Coarctare quid.*
8 *Quid contradicere.*

1 LXX. Græci. Vatabl. Pagnin. Regia. Septuaginta, & Græci, Vatablus, Pagninus, Regia ſine comparatione ſententiam hanc proponunt. *Quid facies in altitudine cælorum? id* eſt, cum cælorũ altitudinem cognoſcere non poſſis, diuinæ Sapientiæ celſitudinem minùs poteris. Sed multò elegantiùs noſter, latentem cæli cum diuina celſitudine comparationem illuminauit; cohæretq́ue optimè cum ſequentibus. Tu, inquam, neque oculis, neque cogitatione penetrare longius, altiuſq́ue poteris, quam in terræ viſcera, & ſubterraneas omnes cauitates; at Deus ſuis pedibus longè inferiora & profundiora terit, & premit. Neque poteris altiùs aſcendere, quam ad ſupremam cælorum ſuperficiem, at ille vniuerſo orbi eminet, *ab humero, & ſupra*. Propterea namque dicitur ſedere in cælo, Iſa.66. vt toto pectore ſuæ ſedi eminere ſignificetur. (1.Reg.9.2. & 10.23. Iſa.66.1.) & Amos 9. *Ædificat in cælo aſcenſionem ſuam*. id eſt, in cæleſti area, erigit ſublimem ſuam arcem; atque adeo ſuprema cæli facies infimum eſt arcis diuinæ fundamentum; neque enim *cæli cælorum*, id eſt, ſupremum cælum, poſſunt illius maieſtatem capere. 3.Reg.8. (Amos 9.6. Dei celſitudo. 3.Reg.8.27.)

2 Deus extra cælum. Ex hac verò Sophar aſſertione, facilè poteſt colligi illa ſapientiſſimorum Theologorum (non omnium quidem, ſed plurimorum) ſententia, Deum infinitum, non ſolùm in rebus creatis eſſe, ſed extra cælum per ſuæ eſſentiæ immenſitatem, non ſolùm veris corporibus, ſed cuicumque, quod mens ſua imaginatione fingere poteſt, loco & ſpatio præſentem. quã rem Auguſtinus docuit. 11. de ciuitate, cap.5. (Auguſt. in 11. ciuit.c.5.) Hieronymus ad id Iſaiæ 66. *Cælum mihi ſedes eſt*. (Hiero. in c.66 Iſaiæ.) Damaſcenus lib.1. de fide, cap.6. Sed res hæc ſcholarum & diſputationum longiorum eſt. (Damaſ. de fid. lib.1.c.6.)

3 Nihil magis intimum rebus quam Deus. Præterea cum *profundior* terra, atque *inferno* dicitur Deus, planè ſignificatur, nihil eſſe poſſe magis intimum, magiſque familiare creaturarum vniuerſitati, & cuiuſque rei viſceribus, cùm verò dicitur eſſe *excelſior cælo*, nihil poſſe eſſe minùs incluſum, minuſve contentum, minuſque circumſcriptum, intra terminos vniuerſi orbis. Hoc illud eſt, quod ſapienter, dum de creaturarum vniuerſitate diſſerit Hilarius, 1. de Trinitate; *Deus* (inquit) *eſt intra, & extra; Supereminens & interuns, circumfuſus, & infuſus in omnia*. (Hilar. lib.1. de Trinit.) Vide Hieronymum ſuperius adductum, & Bernardum, ſermone de triplici cohærentia. (Hieronymus ſupra. D Bernard.)

Tandem hinc licet colligere, id quod ſupra cap.7. pluribus confirmauimus, *infernum*, propriè ſignificare, ſubterraneam animarum ſtationem in imis terræ viſceribus, quæ longiſſimè a cælo diſtat; nihil enim profundius ab homine cognoſci hoc loco aſſeritur. Atque illud etiã extremæ ruinæ, vltimæque deiectionis eſt, Iſa 53. *Humiliata es vſque ad inferos*. (Iob cap.7.9. Infernus qd. Iſa.57.9.)

IX. Longior terra menſura eius: & latior mari.

Vox originalis *menſura*, ſignificat etiam ſtaturã: nam ſtatura eſt menſura humani corporis. Sed interpres, ne ſi ſtaturam verteret, iterum proceritatem & celſitudinem intelligeremus, ſapienti conſilio, *menſuram*, dixit, (4 מדה Mẽſura quid in Hebræo.) imitatus Septuaginta qui dixerunt: *Nonne longiora, quàm menſura terræ?* vox etiam, *menſura* propriè eſt in originali *middah*, quod ſimili voce nos dicimus (*medida*) (LXX.) fit autẽ comparatio cum lõgitudine terræ, & latitudine maris. nam hæc nobis longiſſima, latiſſimaque videntur. Ergo in diuina Sapientia, vel diuina prouidentia, quaſdam ſine menſura & termino dimẽſiones conſtituit; ſicut etiam Epheſ.3. in diuina charitate Paulus deſignauit *longitudinem, latitudinem ſublimitatem atq; profundum*. erit ergo ſublimitas, & celſitudo diuinæ prouidentiæ, conſilium & cogitatio diuinæ præordinationis ſupra omnem humanum captum, qua ille mortalibus, (Dimẽſiones diuinæ ſapientiæ & prouidentiæ. Epheſ.3.18.)

aut bona, aut ſupplicia conſtituit; Profunditas autem erit, peculiaris finis, quem pro ſua gloria, atque hominis bono, in inferendis pœnis proponit ſibi Deus.

Gregor. Profunditas inferni, & ſuppliciorũ.

Gregorius profunditatem dixit, æternitatem illius inextinguibilis ignis, in cuius conſideratione deficit humana mens; eſt enim ſine fundo profunditas, vt veriſſime dici de damnatis poſſit.

Pſal.139.18.

In miſerijs non ſubſiſtent, penitus videlicèt demerſi & abditi in altiſſimum pelagus æternarũ miſeriarum. Tum etiam incredibilis ſupplicij acerbitas, per profunditatẽ ſignificari poteſt, non enim adeo ſunt leuia, vt extimam tantum pellem attingant; ſed quæ intimis ſæuiant viſceribus.

Iſa.30.32.

Sicut Iſa.30. dictum eſt: *Erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum*, id eſt, virga & flagellum profunda corporis, & intima omnia peruadet, & velut fundamentum, quod profundum eſſe ſolet, ita altè demergetur in illorum corpore, cordeque ſupplicium. Huius autem prouidentiæ latitudo, erit alia prouidentiæ pars, qua quoſdam impios permittit Deus

*Dexalos a ſus anchoras *Hoſea 4.16.*

* *quaſi agnum in latitudine*, vt Hoſeas ait, liberè nimirum vagari, & pro libito agere. Longitudo autem erit, illa Dei longanimitas, qua ante inferendum ſupplicium,

Sap.136.8.

diſſimulat Deus peccata hominum *propter pœnitentiam*, vel, longitudo hæc ad brachia, id eſt, ad Dei potentiam

5

referri poteſt, qua continet in ſe, quidquid terra, marique continetur, nemoque illius potentiam fugere poteſt, quin eo diuina manus pertingat, dicente Dauid:

Pſal.138.8.

Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Longior itaque terra eſt, & latior mari, quare qui vel ſub terra repat, vel per aerem volitet, hominum manus eludet, non vero Dei, cum quo facere videtur id, quod Clemens libr.5. Stromat. ſcribit his verbis:

Clem. Alex. li. 5. Stro. & Herod. in Melpo.

Aiunt Idanthuram Scytharum regem, vt refert Pherecides Syrus, Dario, qui Iſtrum traiecerat, bellum minantem ſymbolum miſiſſe pro literis, murem, ranam, auem, iaculum aratrum. Cùm autem de his, vt erat conſentaneum exorta eſſet dubitatio, Orontopagas quidam tribunus militum, dicebat eos tradituros imperium, coniectans ex mure quidem habitationes: ex rana autem, aquas: ex aue, verò, aërem: ex iaculo autem, arma: ex aratro verò, regionem. Xiphrodes autem contra eſt interpretatus. Dicebat enim niſi tanquam aues euolauerimus, aut tanquam mures terram, aut tanquam ranæ aquam ſubierimus, illorum tela non effugerimus. Homo ſanè neque profundior terra, neque latior mari, neque aere, nedum cælo excelſior.

Hinc exiſtimauit Philippus Sophar fuiſſe in illo Antropomorphitarum errore, qui Deo humana membra tribuerunt. ſed quidem tam craſſus error viro ſapienti tribui non debet, neque mirum humano illum modo locutum, ſcripturis quoque familiari.

X. Si ſubuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei?

NOn ſolum pro ſua ſapientia, ſed pro ſua etiam potentia & voluntate res Deus humanas gubernat. Hæc eſt huius verſiculi ſententia.

חלם

Subuertere quid.

Si ſubuerterit. Hebraizãtes verbũ *chalaph* legunt, ſuccidere, concidere, excidere omnia, ſed multo elegantius Latinus interpres cum Septuag. *ſubuertere*.

LXX.

Nam illud verbum illam mutationem & tranſitum ſignificat, quam efficit gladius diuidendo vel ſcindendo, vel quam res ipſa patitur, quæ mutatur. illam igitur mutationem, quam Deus poteſt efficere in rebus creatis, varie illas verſando, vt ſibi collibitum fuerit, aptiſſime *ſubuerſionis* nomine ſignificatur *ſi ſubuerterit*, euerterit, delere voluerit, ſi ſuccidere, diuidere & ſeparare, quæ ſuaptè natura iungi & vniri nata ſunt.

7 Coarctare quid in Hebræo.

Vel in vnum coarctauerit. In Hebræo duobus verbis dicitur: *ſi clauſerit & congregauerit*, vel, ſi claudere & congregare fecerit, id eſt, ſi perturbato huius vniuerſitatis ordine omnia miſceat, redigatque in vnũ chaos, vt rurſum efficiatur rudis indigeſtaque moles, & omniũ non bene iunctarum rerũ ſemina permiſceãtur.

Philip.

Philip. indicat, alluſionem fieri ad diluuiũ, cum terræ facies aquis obducta fuit, cõfuſa & deleta omnia. ſed multo melius reſpiciet locus hic ad illũ primum rerũ ſtatum, antequam afferret Deus rebus ornatum, & diſtinctionem, *diuideretque aquas ab aquis*, ſepararetque *aquas ab arida*.

Gen.1.7.V.9.

8 עירב

Quis contradicet? Propriè, quis reſpondebit ei; vel quis conuertetur ad illum, tanquam videlicet poteſtati repugnaturus, re aut verbis. quare commode legerunt Septuag.

Cõtradicere *LXX.*

Quis dicet illi, quid feciſti? quæ ideo a Sophar dicitur, vt argumentatione hac Iobum redarguat; ſi Deo rerum omnium ſtatum commutanti, atque ſubuertenti, contradicere, aut repugnare auſit nemo; quid tu in vnius tantum domus, atque in vnius tantum familiæ tuæ euerſione temere, atque impudenter illi obloqueris?

XI. Ipſe enim nouit hominum vanitatem: & videns iniquitatem, nonne conſiderat?

1 *Vanitas quid in Hebræo.*
2 *Vanitas pro dolo & mendacio. Explicatur Dauid.*
3 *Iniquitas quid propriè. Dolor aſtute.*
4 *Conſiderare, quid propriè. Quod Deus punit videre dicitur. Illuſtratur Dauid.*

QVidam ſic connectunt; Nouit Deus ſuæ ſapientiæ & prouidentiæ arcana, neminem niſi vaniſſimum hominem tentaturum, aut conaturũ excutere & perſcrutari. ſed fruſtra tamen id tentabit; nam præterquam, quòd

1 Vanitas quid hoc loco.

illa aſſequi non poterit, illius auſum & temeritatem & cõſiderat, & puniet Deus. cum quo ſenſu facere poteſt, quod originale nomen *vanitatis*, ſignificat hoc loco, præcipitantia & temeritatem, ſimilem miſerandæ & præcipiti ruinæ; & conſequenter ſignificat, id, quod clamore, fragore, ſonituque fit, quaſi dicas, *Ruydo y eſtruendo*, vt alludat ad Iobi verboſitatem, & dicendi contentionem. ſed non admodum leniter hæc cohærent.

Alij verò

Aliorum interpretatio.

Alij verò ſic interpretantur; poteſt quidem Deus pro ſuo arbitrio, ſubuertere hominem. ſed quidem cùm de ſupplicio afficiẽdis hominibus agitur, non tam ille pro ſua poteſtate agit, quam quòd ſic exigant noſtra merita; *ipſe enim nouit hominum vanitatem*, id eſt, nouit nõ eſſe tales, quales foris apparent, fulgentes tantum externa quadam ſanctitatis ſpecie; ſolida verò pietate vacuos, vanoſque. nam plerumque ſub ouina pelle lupinos mores, rapinam, *iniquitatem* latitantem ille *conſiderat*.

1 Vanitas pro dolo & mendacio. *Caietan.* *Vatabl.* שוא *Exod.20.7.* *Eccleſ.20.21.*

Sed dicerem hoc loco *vanitatis* nomine, dolos, mẽdacia, iniquitatem erga proximum ſignificari. placetque Pagnini lectio; *Ipſe nouit Dominum mendaces*. Hebræus apud Caietanum: *homines falſitatis*. Vatabl. *Nouit quam vani, & nequã ſint homines.* & quidem *vanitas*, pro mendacio, & fraude contra proximũ, familiaris eſt in ſacro ſermone, Exod.20. *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum*, id eſt, mendaciter, Eccleſ.20. *fabula vana*, id eſt, mendax & falſa. & ideo ſæpe in ſcriptura idola dicuntur, *vana*, aut *vanitates*, id eſt, dij mendaces, nomine tantùm dij, ſed falſa numina, & ferè eodem *mendacij* nomine humana vanitas exponitur, Pſal.61. *Vani filij hominum, mendaces in ſtateris, vt decipiãt ipſi de vanitate*, id eſt, mendaciores & fallaciores inueniantur præ vanitate. Hinc ferè peccata omnia, quæ cõtra proximum ſunt, per *vanitatem* ſignificari ſolẽt; id eſt, dolum, fraudem, mendacium, iuramentum falſum, quo in contractibus & litibus vtuntur, Pſalm.11. *Vana* (mendacia) *loquuti ſunt, vnuſquiſque ad proximum ſuum* (deinde exponitur) *labia doloſa in corde, & corde* (id eſt, duplici corde, nos dicimus, bifrontes, & duplicis faciei homines) *loquuti ſunt*. Pſal.23. *Innocens manibus, & mũdo corde* (id eſt, qui neque corde machinatur malum aduerſus proximum ſuum, neq; illum opere lædit) *qui non accepit in vano animam ſuam*, (Chaldæus, *Qui non iurat falsò ad damnationem animæ ſuæ*, id eſt, qui neque verbo mendacij, aut iuramento falso proximo nocet. & ſic ſtatim exponitur) *Nec iurauit in dolo proximo ſuo*, Pſalm. 25. *Non ſedi cum concilio vanitatis* (& ſtatim exponitur) *& cum iniqua gerentibus non introibo*. propriè cum concilio doloſorum, & iniqua aduerſus proximum machinantium, ſimulatorum, & proditorum. & ſic Chaldæus: *Cum occultantibus ſe ad nocendum non veniam*. ait itaque Sophar, *Deus nouit hominum vanitatem*, rapinam, fraudes, violentiam efferatam, ſuperbiam, fremitum. hæc enim omnia & amici tribuebant Iobo, & nomen *vanitatis* vniuerſa complectitur. ſic ſanè Septuag. Complutenſes hanc *vanitatem*, ad improbitatem retulerunt, nam legunt: *Ipſe nouit opera impiorum*. eandemque lectionem ſequuti ſunt Græci in Catena, quãquam Vaticani legãt *Neſcit opera iniquorum*. quod ad cõdemnationem pertinet; ea enim, quæ Deo non probantur, ignorari ab illo, & neſciri dicuntur.

Pſal.61.10. *Pſal.115.11.* *Pſal.11.3.* *Pſal.23.4.* *Chald.* *Pſal.25.4.* *Chald.* *LXX.* *Græci.*

3 Iniquitas quid. און Dolor actiuè. *Pſal.10.7.*

Et videns iniquitatem. Partis præcedentis expoſitio eſt, pro *iniquitate* autem propriè eſt, dolor aut concupiſcentia, ſemper in malum, & ad nocendum procliuis. eſt autem dolor actiue, qui alijs infertur: ſicut dicitur Pſal.19. *Sub lingua eius labor & dolor*, id eſt, occultè agit de inferendo alijs dolore & moleſtias dulceſcit illi nocumentum, & dolor proximi, & ideo illud verſat, & continet ſub lingua, tanquam rem ſuauiſſimam. Eiuſmodi autem concupiſcentia, quæ ſemper agit & impellitur in proximi damnum, Latinus interpres ſæpè vertit *iniquitatem*, vt hoc loco, & verſ.14. Pſalm.118. *Non dominetur mei omnis iniuſtitia*. ſunt enim deſideria iniuſta, & iniqua, vt indicatur Pſal.111. *Deſideriũ peccatorum peribit*, videlicet, cupiditas illa nocẽdi nunquam optatum finem conſequetur, ſuos iuſtos protegente Deo ab impiorum conatibus, Pſal. 139. *Ne tradas me Domine à deſiderio meo peccatori* (Hieron. ex Hebræo: *Ne des Domine deſideria impij*. ne illum facias voti compotem; ne me permittas illius libidini, & poteſtati, & ideo ſubditur) *cogitauerunt contra me, ne derelinquas me*. huiuſmodi itaque deſideria nocendi, *iniquitas*, iniuria facta proximo, non poteſt latere diui-

Infra.v.14. *Pſal.118.123.* *Pſal.111.10.* *Pſal.139.9.* *Hieron.*

4 nos oculos, *conſiderat*, attentè meditatur. ex vi enim originis, eſt hæc conſideratio attenta quædam, diligens, prudens, & quaſi conſiliatrix meditatio, qua vnum ab alio diſcernitur: id enim propriè ſignificat verbum, *Bin*, à qua radice dicitur, Leu.10 *Vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum*. latenter igitur Iobum vellicat; Nemo (inquit) hypocrita imponet Deo; nam ille videt intimè vanitatem & ponderat opera. eſt enim *ſpirituum ponderator*; facile igitur deprehendit quæ vana ſunt, quæ nihil, quæ nullius momenti: neque ſolum expendit, ſed ſubtiliter etiam contemplatur, diſcernitque bonum à malo, vmbratile, & ad ſpeciem fulgens, à verò & ſolido. Alij interpretes hanc Dei conſiderationem pertinere ad ſupplicium inferendum exiſtimant; non enim impunita relinquet, quæ conſiderat ſcelera. Quæ non ſtatim punit, dicuntur non videri. quare cum vindictam de hoſtibus expetunt ſancti, illis verbis vtuntur: *Conſidera Domine, & vide*. eo fortè reſpexerunt Septuaginta legentes; *Videns abſurda non deſpicit*. Complutenſes; *Videns indecentia, non diſſimulabit*. conſonat cum illo Pſal.9. *Vides, quoniam tu laborem, & dolorem conſideras, vt tradas eos in manus tuas*. id eſt, quia vides iniquitatem, conſideras etiam optimam & maximè opportunam ſupplicij & laboris, atque doloris inferendi rationem, & Pſal.33. *Vultus Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum*.

Conſiderare quid in Hebræo. בין *Leuit.10.10.* *Prou.16.2.* Videre Deũ, ad ſuppliciũ [redacted] pertinere. *Thren.1.11.* *LXX.* *Complutenſes.* *Pſal.9.14.* *Pſal.33.17.*

XII. Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat.

1 *Vanum quid propriè. Leue, quod vile eſt. Quid Racha apud Matthæum. Explicati Iſaias & Luc.*

2 *Varia lectio. Cor ad ſuperbiam referri. Explicatus Moyſes.*

3 *Pullus quid in Hebræo. Pulli aſinorum non tantùm parui aſelli. Illuſtratus Moyſes, & Iſaias. Onager aut ſtoliditatis, aut ferociæ & ſuperbiæ ſymbolum.*

Pergit

1 בבוב
Vanum quid propriè.
Exod.27.8.

PErgit Iobum laceſſere ſtultitiæ & ſuperbiæ criminatione. *Vanus.* propriè, vacuus, concauus, inflatus, nihil ſolidi habens. cuius nominis proprietas explicatur Exodi. 27. cùm de altari eſt ſermo; *Non ſolidum, ſed inane & cauum intrinſecus facies illud.* huiuſmodi autem vacuitas, vel ad ſcientiæ, vel ad rerum aliarum inopiam referri ſolet, cum contemptu quodam: ex vacuitate enim, & exinanitione redditur leuiſsima res; quod autem leue eſt, vile eſt; vt illud indicat Iſai.9. *Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephtalim.* (id eſt, leuis habita eſt, nihili habita) *nouiſsimè vero aggrauata eſt*, quaſi ſapientia, diuitijsque omnibus referta. iuxta id Luc.1. *Eſurientes impleuit bonis* (vides illos pauperes, & bonis exhauſtos, bonis impleri, vt non concaui, inanes, ſed ſolidi, & pleni ſint) *& diuites dimiſit inanes.* id eſt, eos, qui Sapientiæ opinione, & diuitiarum copia pleni videbantur, exhauſit, euacuauit. huc illud facit, *Qui dixerit fratri ſuo Racha.* non eſt enim ea vox interiectio, vt exiſtimauit Auguſtinus, edoctus, vt ipſe ait, à quodam Hebræo, ſed nomen deductum à radice *Rik*, vel *Rakak*, quod eſt effundere, vel euacuare: eſt enim ea vox. 4. Reg. *Pete à vicinis tuis vaſa vacua.* & Iſaiæ.29. *Vacua eſt anima eius.* & Ierem. 51. *Reddidit me vas inane.* qui ergo *dixit fratri ſuo Racha*, appellat illum vanum, vacuum, non ſolùm intellectu & ſciẽtia, ne coincidat cum fatuo, ſed etiam bonis omnibus exhauſtum, leuiſsimum, nullius precij, neque momenti. Huiuſmodi igitur nomine per contumeliam, & ignominiam Sophar Iobum appellat, *Reka*, vanum, vacuum, qui cú habeat nihil, de quo merito gloriari poſsit, *in ſuperbiam erigitur.*

Leue quod vile eſt.
Iſa.9.1.
Luc.1.53.
Matth.5.22.
Auguſt. lib. 1. de Serm. Domini in monte. c.19.
ריק
רקק
4.Reg.4.3.
Iſai.29.8.
Ier.51.34.

2 Varia lectio.

In ſuperbiam erigitur. In Hebræo ſimplex vox, cordificabitur: aut intelliget: aut accipiet cor; vel ſcientiam. quod quidam ſic explicant, Vir vanus, & vacuus ſcientia, his tandem flagellis erudietur. Vatab. *Vanus reddetur cordatus, & quãuis excors, & expers ſcientiarum omnium naſcatur, vt pullus onagri, tamen per Dei gratiam redditur intelligens*; ſed non video, quo cum hoc cohæreat. cõmodius quidem ad rem præſentem Septuag. retulerunt, ad verboſitatem quam initio capitis Sophar Iobo obiecerat: nam legunt, *Homo fruſtra natat ſermonibus*. videlicet fruſtra conatur traijcere verborum tantum adminiculo, & argumentationum velis, ac remis immenſum diuinorum, arcanorumq́ue iudiciorum pelagus. Auguſtin. habet: *Fruſtra natat verbis. dum* (inquit) *videtur iam illi placere Deus, iam diſplicere.* atq; ita Iob iam videbatur vehementius cum Deo expoſtulare; iam ſe illi ſupplicem præbere. ſed ſapienter noſter interpres illud quidquid *cordis* in Hebræo eſt, ad ſuperbiam, & elationem animi retulit, vt cum ſequenti *onagri* ſimilitudine aptius conſentiret. nam *cor*, iræ, excandeſcentiæ, inſolentiæ, & tumoris ſedes eſt. Deuterono. 19. *Ne forte propinquus eius, cuius effuſus eſt ſanguis dolore ſtimulatus perſequatur.* in Hebræo. *Ne perſequatur propinquus, cùm incaluerit cor eius.* Septuagint. *Quoniam incaluit corde.* 2.Paralip.25. *Erigitur cor tuum in ſuperbiam.* quaſi dicat vanè & ſine cauſa aſſumis cor, & animum, & fruſtrà erigis aduerſus Deum criſtas. quid ſuperbis vane, & bonis omnibus vacue, & exhauſte? atque cùm inanis ſis, multum loqueris, & ſermonis tinnitu, ſonituque verborum apertè prodis vacuum te & inanem eſſe ſapientia, vera pietate, veroq́ue de diuinis rebus ſenſu, atque veriſsima illa tui cognitione, qua opus erat, vt tibi vileſceres.

Vatabl.
LXX.
Auguſt.
Cor ad ſuperbiam referri.
Deut.19.6.
LXX.
2.Par.25.19.

3. Pullus quid in Hebræo.
עיר
LXX.

Et quaſi pullum onagri. Idem, quod filius *onagri*, quod nomen nihil aliud ſignificat, quàm *onagrum*, ſicut filius hominis, idem prorſus eſt, quod homo. & ita Septuaginta, *Onagrum* reddiderunt: *Natus mulieris, tanquam onager ſolitarius.* Licet quidem vocem *ghir*, quæ hic vertitur *pullus*, à R. Mardochai dicatur ſignificare *paruum aſinum, antequàm creuerit*, & ferè ſemper vertatur à Latino interprete, *pullus*, ſed tamen, eſſe eiuſmodi, qui oneribus vehendis, & agrariæ culturæ aptus ſit, conſtat ex Iudi.10. *Sedentes ſuper triginta pullos aſinarum.* & Geneſ. 49. *Ligans ad vitem pullum ſuum.* id eſt, onerans aſinum oneratumque ligans; iumentorum enim onera ſuper iniecto & aſtricto vinculo confirmantur. quod vulgo dicunt, *echarle la reata.* & Iſaiæ. 30. *Portantes ſuper humeros iumentorum* (propriè pullorum) *diuitias ſuas.* & ibidem, *Pulli aſinorum, qui operantur terram.* Cum autem pullus, aſinum & onagrum ſignificet, pro eo quod eſt, *pere*, interpres dicit onagrum, quod propriè ſonat, pullum ferum, aut ſilueſtrem. Septuaginta dixerunt, *ſolitarium.* ſed de hac voce, tum etiam & de onagri natura cap.6. plura diximus.

R.Mardoch.
Pullus non ſemper paruum aſellum ſignificat.
Geneſ.49.11.
Iſai.30.24.
פרא
LXX.
Iob.6.5.

5. Stoliditas aſinina.

Se liberum natum putat. In Hebręo tantum: Naſcitur vt onager. paraphraſi ergo ſenſum illuminauit interpres. Hanc autem cum onagro comparationem Vatab & alij ad vecordiam, & aſininam ſtoliditatem, nunquam eruditam referunt, hoc etiam indicarunt Græci, Didymus, Olympiod. Polychron. declarari videlicet hac comparatione hominum tarditatem in diuinarũ rerum cognitione: & cum aſino ſolitario præſertim comparari, quòd ſicut is nullius certæ viæ exitum tenet, nam ambulat loca non peruia, neque poteſt ſolitudinis terminum inuenire; ita homines in diuinis rebus tractandis volutantur, nec quid animo ſuo dignum Deo informant. Sed Vulgatus commodiſsime rem hanc totam ad ſuperbiam, & licentioſam vitæ libertatem retulit: ſuperbit (inquit) homo, & iugum detrectat, onus repellit, *vocem exactoris* audire recuſat, tractari, domarique renuit, virgam non patitur. vt alludat ad id, quod Iob cap.9. dixerat; *Auferat à me virgam ſuam.* igitur inſoleſcens & indomitus homo *reſeruitur, vt ſit abſque iugo*, id eſt auertit ceruicem, conuertit terga, ne ſe præbeat iugo, & vinculis obſequentem, vt Hoſeas cap. 7. ait. *ſe liberum* itaque *natum putat*; cùm liber & ſolitarius natus ſit, neque ſub cura & diſciplina creuerit, putat eam viuendi impunitatem & libertatem ſibi perpetuò concedendam. ſed hinnulus aut pullus ſylueſtris aſini, quamuis aliquandiu liberè, & impune vagetur: aliquãdo tamen captus, domatur, in *chamo & freno conſtringitur*: atque, ſi ſe rebellem & contumacem oſtendit, tunditur virga; ita ſanè agit cum

Vatabl.
Didym.
Olymp.
Polych.
Onager inſoleſcit & ferocit.
Iob.39.10.
Iob.9.34.
Hoſ.7.16.
Pſal.31.9.

homine Deus, ſi in ſe efferatæ cuiuſdam & in-
domitæ ſuperbiæ, & contumaciæ documenta
præbeat, aliquando tandem non permittet
impunè & liberè vagari, & ferocire, compre-
hendit, domat, conſtringit, tundit, ſubijcitque
exactori, & arctiori diſciplina continet.

XIII. Tu autem firmaſti cor tuum, & expandiſti ad eum manus tuas.

1. *Prima expoſitio, quæ hanc ſententiam in malum interpretatur. Internum mentis ſacrificium, & obſequium coniungendum cum externo. Illuſtratur David.*
2. *Illuſtratur Samuel de vera obedientia. Quid caput libri apud David. Cuiuſmodi eſſent antiqua volumina.*
3. *Firmitas cordis pro inſenſibilitate. Expanſio manuum pro iactantia.*
4. *Secunda expoſitio, quæ firmare cor, & expandere manus in bonum accipis. Quid dirigere aut præparare cor.*

Grego. Philip. Thom. Lyra. GRegor. Philipp. D. Thom. Lyra, hæc in
malum dicta intelligunt, vt Sophar Io-
bū notet contumacis & obſtinatæ men-
Firmare cor in malum. tis, atque nequiter orantis. itaque *firmare cor* in-
telligunt idem eſſe, quod indurare; Obdurui-
ſti (inquit) aduerſus Deum, & obſtinata nequi-
tia acceſsiſti ad offerenda ſacrificia, quaſi non
ille priùs, potiuſq; velit atque reſpiciat oran-
tis cor, atque animum, quàm externum oran-
Rom. 12. 1. tis habitum; & pietatem potiùs; *Hoſtiamque viuentem rationabilis obſequij*, quàm externam vi-
ctimam, & mortua pecudum ſacrificia. Com-
mentarius quidem hic probabilis eſt, & præ-
Internum mentis obſequium cum externo coniungendum. clarum Sopharis dogma de rectè orando &
ſacrificio priùs mentis, deinde externi cultus
offerendo. idem cum illo, *Sacrificium & oblationem voluiſti* (non elegiſti, eſt enim verbum *volendi*, eiuſmodi, vt ad potiora pertineat, quæ præ
alijs amantur, tanquam finis, nō tanquam me-
חפץ dia. quaſi dicat; Non eſt potiſsima ſacrificij
Pſal. 39. 7. pars victima, & oblatio) *aures autem perfeciſti mihi*; hoc inquam vis tanquam potiſsimum, dum
Pagnin. à me exigis ſacrificia, alij, *Aures perforaſti mihi.*
Vatab. ſiue perfodiſti, aut fodiſti. vt etiam legit Hie-
Regia. ronym. Non tam acceptaſti externa ſacrificia,
Tygur. quàm me, qui cum illa oblatione tuam ſerui-
Hieronym. tutem profitebar, & me totum tuæ voluntati
conſecrabam. accurriſti igitur, vt me ſeruum
tuū perforata dextera auricula perpetuæ ſer-
uituti mancipares. Quamuis (vt hoc quoque
obiter dicamus) hanc alluſionem ad cæremo-
niam illam ſeruorum, ego hoc loco nō agno-
ſco, non enim Paulus illam abſtuliſſet, loquu-
Exod. 21. 6. tus præſertim cum Hebræis ſuæ legis peritiſ-
Heb. 10. 5. ſimis, præſertim cum non ambæ aures, ſed *dextera* tantùm *perforaretur* ſeruo. ait ergo, vt ex-
plicat Paulus, *Corpus aptaſti mihi.* id eſt; me com-
poſuiſti, corpus meum ita aptaſti mihi, vt ipſo
geſtu, & capitis conuerſione, attentione, ocu-
lorum, erectione aurium oſtenderem me ex
verbo tuo, & præcepto pendere, & ad nihil
aliud incumbere, quàm vt tua dicta audiam &
excipiam. igitur perforaſti, *perfeciſtique* meas
aures, nam dum ſacrificia exigis, meam prom-
ptiſsimi animi obedientiam exigis; exercere
me vis obedientiæ, & pietatis operibus; per-
foratas, apertas, attentas, bene audientes au-
res à me exigis; reuelas meas auriculas; cor fa- 2
cile, molle, obſequens poſtulas, ne obfirmem,
neque indurem cor meum, ſed audiens dicto
& facilè obſequens ſim. Idem ſanè cum illo. 1.
Reg. 15. expoſtulantis Samuelis cum Saule; *Quare non audiſti vocem Domini, ſed verſus ad prædam es?* *1. Reg. 15. 19.*
& ait Saul; Imò audiui vocem domini; tulit autem de præda populus oues & boues, & primitias eorum, quæ cæſa ſunt, vt immolet domino Deo ſuo, & ait; Vult dominus holocauſta, & victimas, & non potiùs, vt obediatur voci domini? melior eſt obedientia, quàm victima & auſcultare magis, quàm offerre adipem arietum: quoniā quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. id eſt, idolis mortuis,
ſenſuq; carentibus, mortua & ſine mente of-
feruntur ſacrificia, at Deo viuenti non debent
ſine mente, & ſine *rationabili obſequio* offerri vi- *Rom. 12. 1.*
ctimæ. Sancti igitur; vt iterum ait David, Pſal. *Pſal. 49. 5.*
49. *Ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia.* id eſt,
primo loco diuinam voluntatem, & obedien
tiam diuinæ legi conſtituunt: deinde externos
ritus & cæremonias. *ſuper*, pluſquam *ſacrificia*,
vel, præ ſacrificijs, quare tandem ſubdit, *In* *Pſal. 39. 8.*
capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem Quod ſit caput libri apud David.
tuam Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis
mei. In capite, in recapitulatione, in ſumma, *libri*, iuxta originale, in volumine libri, quo et-
iam modo Aquila, & Symmachus legerunt, id
eſt, in inuoluto libro; conuoluebatur enim
charta pergamena, in qua Scripturæ ſacræ e-
rant. *librum*, autem non tam omnium prophe-
tarum ſcripta, vt Theodoretus, & Nicephorus *Theodor.*
voluerunt: neq; librum Pſalmorum, cum Au- *Aug.*
guſtino: neq; librum Geneſis, cum Hieron. ne- *Hieron.*
que Euangelium, & prooemium cuiuslibet e-
uangelici libri, cum Chryſoſt. neque vniuer-
ſam ſcripturam ſacram, cum Euſebio, & Di-
dymo. ſed *librum* legis: id eſt, Pentateuchum, v-
bi cæremoniæ, & leges ſacrificiorum trade-
bātur, cum Athanaſio intelligo, vti etiā Chal-
dæus in hæc verba legens; *Quando ſtuduero in volumine libri legis, quod propter me ſcriptum eſt, facere voluntatem tuam Deus meus deſidero.* id eſt, quod po
tiſsimum in legalibus ſacrificijs mihi facien-
dum proponitur, eſt animi pietas, & diuinæ
legis obſequiū. ideo ſubditur ſtatim in eādem
ſententiam; *Et legem tuam in medio cordis mei*; qui- *Chald.*
bus verbis indicatur, externas illas leges &
cæremonias potiſsimùm ad cor, & interio-
rem mentem transferendas. ſitque bella quæ- Volumina apud antiquos quomodo fierēt.
dam alluſio ad volumen legis; volumina e-
nim, aut libri, non apud Hebræos ſolùm; ſed
apud alias etiam nationes hac ratione confi-
ciebantur. findebant medium paxillum cedri-
num, aut arundinem mediam, in cuius ſiſſu-
ram plura folia, aut membranas ſcriptas inſe-
rebant, & religabant, aut verò extremitatem
vnius tantum folij: deinde verò conuoluebant
ad ipſum paxillum vel arundinem, quod ex fo
lijs pendebat, ait ergo David, *Legem tuam*, pſalq;

cæremonias, non ego tantùm in medio paxilli, vel arundinis conſtrictas & conuolutas ſeruo, ſed emolliui cor meum, vt findi facilè poſſet, atque in illius fiſſuram inſerui volumen tuæ legis. ſic habeo *in medio cordis mei, & lex tua* (inquit Chaldæus) *inuoluta eſt in medio viſcerum meorum*. at Sophar, tam durum, tamque lapideum cor tribuit Iobo, vt findi non poſſit, neque interius accipere pietatem, & diuini numinis veriſſimum cultum, quaſi contentus ille ſit ſola externa ſacrificiorum oblatione. — *Chald.*

3. *Greg.* Cordis inſenſibilitas. *Exod. 7. 13.* *Ezech. 11. 19. et 36. 26.* *Iob. 23. 15.*

Addit præterea Gregorius, hanc *cordis firmitatem* non eſſe virtutem, ſed inſenſibilitatem quandam, quę neque diuinis flagellis commouetur, neque ictibus aut ſagittis cedit, quemadmodum *induratum eſt cor Pharaonis*. & huiuſmodi etiam eſt cor illud *lapideum*, cuius meminit Ezech. cap. 11. & 36. Sed quidem immeritò piiſſimo viro tantam cordis duritiem tribuit, illa namque ſius verba teſtantur. c. 23. *A facie eius turbatus ſum, & conſiderans eum, timore ſollicitor. Deus molliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me.*

Greg. *Pin. 15.* Expãderemanus quid ſit.

Et expanderis &c. Gregorius & Philippus obſeruant, *expandere ad Deum manus*, eſſe quaſi opera pietatis exercere, & vaniloquentia dilatare, & amplificare, tum etiam exiſtimat Philippus, *manuum expanſionem* poſſe pertinere ad habitum inſultantis, & furentis, vt obijciat Sophar Iobum expanſione & dilatatione manuum in cœlum, cordis blaſphemiam, & impudentiam demonſtrare.

4 Cæterum alij plerique hanc ſententiam in bonum accipiunt, atque exiſtimant eſſe exhortationem ad reſipiſcentiam, & debitam orandi formulam. *Firmaſti*, id eſt ſi firmaueris. Pagnin. *Si præparaueris cor tuum*. Tigurin. *Si cor tuum rectè compones*. in quo ſenſu conueniunt ferè Hebraizantes omnes, & plerique ex recentioribus, tum etiam Septuaginta legentes: *Si tu mundum poſuiſti cor tuum*. itaque ipſe noſtræ lectionis ſenſus eſt, vt dicat; Cum firmiter apud te ſtatueris Deo ſupplicare, oportebit etiam te ante actæ vitæ pœnitere. — *Pagnin.* *Tigur.* LXX.

Vel vt ſit ſenſus quaſi ex data hypotheſi: Demus, ponamus hoc, te iam firmiter apud te ſtatuiſſe ſupplices apud Deum preces fundere, perge vlterius. quæ formula tacitæ cuiuſdam hypotheſis, & conditionis. Frequens eſt in ſacro ſermone. Pſalm. 67. *Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata eſt*, (id eſt ſi infirmata eſt,) *tu perfeciſti eam*. vel, dato quod aliquando infirmata fuerit, tu roborabis eam. Pſalm. 4. *Iraſcimini, & nolite peccare*. Id eſt, ſi aliquando iraſci contigerit, *non occidat Sol ſuper iracundiam veſtram*. Et quidem hæc phraſis, *firmandi cor*, ſemper accipitur in bonum. nam verbum, *Cun*, ſignificat præparare, confirmare, perficere. 1 Regum. 7. *Præparate corda veſtra Domino*. 2. Paralipom. 12. *Non præparauit cor ſuum*. Eſdræ. 1. *Parauit cor ſuum vt inueſtigaret legem*. id eſt, ſtatuit, decreuit, firmauit. quod alia phraſi, ab eadem tamen radice, dicitur, *dirigere viam ſuam*, quod decretum mentis rectè verbo illo *firmauit*, explicatur. quæ etiã ratione videtur dixiſſe Paulus. 2. Theſſal. 3. *Dominus dirigat corda veſtra in charitate Dei, & patientia Chriſti*. id eſt, confirmet, & — Phraſis ſcripturæ. *Pſal. 67. 10.* *Pſal. 4. 5.* *Epheſ. 4. 26.* כון *1. Reg. 7. 3.* *Par. 12. 14.* *1. Eſd. 7. 10.* *Quod præparare alij dirigere eſt. Determinare de ea re habet por alguno cammino.

ſtabiles faciat in Deo perſeueranter diligendo, & patienter expectando Chriſti aduentum. antea enim dixerat: *Fidelis Deus, qui confirmabit vos*. ſic etiam Geneſ. 41. ab hac radice dicitur. *Quod vidiſti ſecundò, ad eandem rem pertinens ſomnium*, *firmitatis indicium eſt, eò quod fiat ſermo Dei, & velocius impleatur*. ſic etiam Lucæ. 9. *Ipſe faciem ſuam firmauit, vt iret in Ieruſalem*. Vides hæc omnia ſemper in bonum accipi, atque argumento eſſe, hoc quoque loco in bonum debere accipi. Præſertim cum ſecunda pars, videlicèt, *expandere manum*, aut extendere, leuare, tollere, habitus orantis ſit, ait itaque Sophar: Cum iam cœperis, firmaueriſque faciem, atque cor tuum direxeris, & præparaueris Deo, eiuſque legi cuſtodiendæ & ſtatueris Deum orare, cauſamque tuam apud illum agere, perge in bono propoſito. — *2. Par. 27. 6.* *Theſ. 3. 4.* *Geneſ. 41. 32.* *El auer Dios ſegũdado con el lueno, es a verlo cõfirmado en reuiſta, y mandado que luego ſe execute. *Luc. 9. 51.*

XIIII. Si iniquitatem, quæ eſt in manu tua, abſtuleris à te, & non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia.

1. *Iniquitas manus cruentat. Malè parta hærent raptorum manibus.*
2. *Quid auferre. Longè recedendum ab iniquitate.*
3. *Quod diſcrimen, atque proprietas iniquitatis, & iniuſtitiæ.*

INiquitatem, inquam, quæ in manibus tuis hæret; quæ velut turpis macula, illas inficit, atque cruentat, redditque Deo inuiſas; *auertit* enim Deus oculos, cùm proximorum *ſanguine* tinctæ manus ad illum *tenduntur*. Fortè *iniquitatem* intelligit, rapinam alienorum bonorum, facultates male partas. hoc enim frequenter obijcitur Iobo a ſuis amicis: id eſt, Si ſtatueris deinceps nihil per vim rapere. dicit autem Sophar *iniquitatem*, & rapinam, *eſſe*, & hærere *in manu*: nam mirum eſt, quam hæreant diuitum auarorum, atque raptorum manibus, quæ vi, furtoque ablata ſunt: vt facilius ſit bona ſua diuidere, quam male parta ſuo poſſeſſori reddere; agglutinata enim eſt huiuſmodi *iniquitas* & iniuſtitia picatis manibus. — 1 Iniquitas dicitur manus cruentare. *Iſa. 1. 15.* Furto ablata hærent manibus.

Abſtuleris. Propriè, elongaueris, longè à te proieceris, & abiegaueris. indicat autem, longè lateque fugiendum peccatum, declinandaſque omnes peccati occaſiones, & opportunitates, longeque *recedendum* ab impietate. & *tabernaculis hominum impiorum*. Vel indicatur, quæ male paraueris cito ad ſuos dominos mitti oportere, & longius proijcienda, tanquam nobis, & rei familiari nociua. quod etiam indicat ſequens particula. — 2 רחק *Num. 16. 26.*

Et non manſerit. (id eſt, non habitauerit, neque diu demorata fuerit iniquitas) *in tabernaculo tuo*, id eſt, in tuo animo, vel pectore; vel in domo tua, & in omnibus, quæ ad te pertinent: ſi filios, famuloſque atque vniuerſam familiam piè & ſanctè inſtitueris; ſi nihil iniuſtum, neque in te, neque in vniuerſa domo tua habitare permiſeris. eleganter Septuagint. *Si iniquum quid eſt in manu tua, longè facito illud à te, & iniqui-* — 3. שכן LXX.

tas in domo tua non maneat. finem itaque peccandi iam facito.

אָוֶן *Iniuſtitia*. Eſt in hoc loco diſcrimen inter *iniquitatem*, & *iniuſtitiam*, nam iniquitas eſt *auen*, eſtq; propriè concupiſcentia praua, qua quis afficitur, vt alijs dolorem & malum inferat. ſic *iniquitas* hæc tribuitur cordi, quòd in eo gignatur concupiſcentia. Pſalm. 67. *Iniquitatem* (concupiſcentiam prauam) *ſi aſpexi* (ſi verſaui, & tractaui) *in corde meo, non exaudiet Dominus*. & ſimiliter dicitur Pſalm. 37. *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo*. eſt enim praua concupiſcentia animo concepta, & tractata. *Iniuſtitia* eſt *Ghaula*, quę in genere ſignificat omne malum, quod eſt contra proximum, ſed quod in corde primum machinamur, & molimur, & deinde è corde exit ad opus, vt dicitur Matthę. 15. *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes &c.* & ſic videtur proprietas vocabuli exprimi Pſalm. 75. *In corde iniquitates operamini*. eſt autem hæc huius nominis ratio, & ſignificatio; quod *Ghaual*, ſignificat lactare, videlicet cùm animans ex vberibus lac præbet fętui. & per contrariam ſignificationem, cùm ex pectore, non lac, ſed venenum, & iniquitas exit, eadem voce ſignificatur. Ergo ſemper Iobum notant hypocriſis, & quod in corde iniquitates operatus fuerit.

Margin: עַוְלָה — עָוֶל

XV. Tunc leuare poteris faciem tuam abſque macula, & eris ſtabilis, & non timebis.

1. *Leuare faciem, cuius animi habitus ſit. Explicatur Moyſes.*
2. *Facies macula, pro culpa aut pro pœna.*
3. *Stabilitas pietatis comes; Inconſtantia, impietatis Illuſtratur Salomon, & Ieremia.*
4. *Stabilis, & ſine timore fœlicitas, quæ perfecta eſt.*

1. Leuare faciē quid. SIc inquam, audebis ad Deum accedere, & fidenter deprecaberis. Vide quæ ſupra diximus de capitis humiliatione, aut eleuatione. Sed hoc loco *leuare faciem*, erecti animi eſſe poteſt, & confidentis, aut nihil erubeſcentis. 2. Regum. *Ne compellar confodere te in terram, & * leuare nō potero faciem meam ad Ioab, fratrem tuum.* Animi etiam lætabundi & geſtientis habitus eſt, vt indicatur infra cap. 22. *Super Omnipotentem delitijs affluet, & eleuabis ad Deum faciem tuam.* quò videntur hoc loco reſpexiſſe Septuaginta legentes; *Fulgebit facies tua, tanquam aqua pura.* *Eleuare* igitur *faciem erit*, vultum erectum ad ſydera tollere, cœlum hilariter contueri: non habere iam faciem ſqualidam, mœrentem, demiſſam, non frontem obſcuram, triſtem, turbidam, ſolicitam; ſed nitidam, hilarem, ſerenam, erectam. Forte etiam orantis habitus eſt, & Deum ſuppliciter reuerentis; vt ſicut manus inter orandum tolluntur ad Deum, ita etiam facies erigatur, & excelſum numen ſublimis illa ſuſpiciat & adoret. ſic Deuteron. 28. *Gentem procaci ſimam, quæ non deferat ſeni.* in Hebræo. *Quæ non eleuet faciem ad ſenem*, neque illum reuerenter ſuſcipiat. Septuaginta. *Non mirabitur faciem ſenis*. Ergo ait Sophar; Tunc verecunda, compoſita, & modeſta facie, vt par eſt, numen deprecaturus accedes.

Margin: Vid. ſupra c. 10. ver. 15. à n. 1. vſque ad. 5. — 2. Reg. 2. 22. — * No tēdré roſtro para mirarle a la cara. — Iob. 22. 26. — LXX. — Deut. 28. 50.

Abſque macula. id eſt, nihil erit, propter quod debeas pudore ſuffundi, aut faciem demittere. Aliqui, vt Diu. Thom. & Fugubin. ad culpæ maculam referunt: ſic, inquam, habebis faciem mundam, quam leuare ad Deum, ſimul cum mente poteris. eſt enim oratio, mentis in Deum eleuatio. Faciem autem ſicut culpæ labes deturpat, ita pœnitentia expurgat, atque detergit. forte id intellexerunt Septuaginta; *Fulgebit facies tua tanquam aqua pura, exues autem ſordem.* Alij, inter quos Græci; & Caietan. referunt ad pœnam, atque ad ærumnarum ſordes, & ſquallorem, vt alludat ad id, quod ſupra dixit. *Si fuiſſem velut mundiſsimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me.* vtrumque commentarium admittunt Græci, ſed præferunt ſecundum. Iſtas (inquit Polychronius, & Olympiodor.) ſordes, iſtam ærumnoſam conditionem abijcies, & velut aqua turbida, quæ poſtquam reſederit priſtino nitori reſtituitur. nihil igitur in te turbidi, nihil ſqualidi remanebit. 2

Margin: D. Tho. Fugub. Quæ dicatur faciei macula. — Faciem culpa deturpat. — LXX. — Græci. — Caiet. — Iacob. 9. 30. — Polych.

Et eris ſtabilis. Plerique Latini hoc referunt, ad ſanctitatem, & diuinam gratiam, qua (vt Apoſtolus ait) *ſtabilitur cor*. hæc enim reddit hominem conſtantem, firmum, ſecurè & conſtanter agentem, minimè *præſumentem ſæua*, ſicut præſumere ſolet *perturbata conſcientia*, ſed in ſemel ſuſcepto propoſito permanentem: eſt enim mentis inſtabilitas, germana peccati. ſicut ſcriptum eſt; *Impius facit opus inſtabile.* nam *inconſtantia concupiſcentiæ*, vt Sapientia ait, *tranſuertit ſenſum*, propriè ex Græcis, *Circumrotatio concupiſcentiæ*: cùm enim terrena omnia ſatiare non poſsint appetitum humanæ mentis, cogitur impius per diuerſa vagari. hoc expreſsit Paul. dum Epheſios obſecrat, vt iam non ambulent, *ſicut & gentes * ambulant in vanitate ſenſus ſui* id eſt, cum ſumma mentis & appetitus inſtabilitate, & inconſtantia. hoc ipſum admonebat Ierem. *Quouſque delitijs diſſolueris, filia vaga?* & iterum. *Curſor leuis explicans vias ſuas*. populum enim, qui indies aliam atque aliam falſorum numinum religionem complectebatur, comparat cum curſore, ſiue, vt ex Hebræo legitur, cum dromedaria. *explicans* autem *vias ſuas*, eſt propriè, iterans, replicans, cum ſumma inconſtantia, atque leuitate, mutans vias ſuas, numquam vnam, & eandem vſque ad finem inſiſtens viam. Non poteſt eſſe igitur impius firmus & conſtans, niſi *in charitate & pietate* defixis hæreat radicibus; atque radicetur, quaſi *fundamentum ſempiternum*. Promittit igitur Iobo Sophar, ſi pietatem colat, mentis conſtantiam & ſtabilitatem cordis. 3

Margin: Heb. 13. 9. — Sap. 17. 11. — Inconſtantia peccati comes. — Prou. 10. 11. — Sap. 4. 12. — Epheſ. 3. 17. — * Que no anden al paſſo de ſu inconſtante deſſeo. — Ierem. 31. 22. & 23. — Epheſ. 3. 17. — Prou. 10. 25.

Sed hæc licèt aliena non ſint, commodiùs tamen atque cohærentiùs Græci interpretantur de firmitate & conſtantia, fœlicioris ſtatus: Non eris obnoxius fortunæ inſtabili: firma, conſtanti, perpetua fœlicitate potieris. quod ſtatim exponitur. 4. Stabilitas ad fœlicitatis firmitatem.

Et non timebis. Perfectam fœlicitatem ex omnis timoris expulſione, ſignificare ſolet Scriptura, vt Sophoniæ. 3. *Non erit, qui exterreat*, &

Margin: Perfecta fœlicitas abſq; timore. — Soph. 3. 13.

non

non timebis malum vltra. vel quòd nulla deinceps mala futura fuerint; vel quod ab illorum impetu, & incurſione timendum non ſit, propter ſummam fœlicitatis conſtantiam & firmitatem.

XVI. Miſeriæ quoque obliuiſceris, & quaſi aquarum, quæ præterierunt, recordaberis.

1. *Quid miſeria propriè. Obliuio calamitatum præteritarum ad amplificationem præſentis fœlicitatis. Explicatum ſemel, & iterum Moyſes.*
2. *Somnus iuſtorum, quo illuſtratus Dauid.*
3. *Aquæ pro turbine; aut pro flumine, rurſus hæc pro tribulationibus in ſacro ſermone.*

1
LXX.
עמל

Miſeriæ. propriè ex Hebræo, Septuaginta, *ab re non obliuiſceris*, moleſtiam, laſsitudinem. Obliuio autē ſignificat, nullum remanſurum veſtigium, aut ſignum accepti vulneris; toleratæ miſeriæ, nullam ſui memoriam relinquent. id eſt, omnino fœlix eris, nulla ſuperatione miſer. qua etiam phraſi dictum eſt Geneſis. 41. *Septem boues venientes, & deuorauit priores, nullum ſaturitatis dedere veſtigium.* quod Ioſeph deinde exponit. *Septem aliq; anni ſequentur tantæ ſterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia.* ſic cùm rem penitus deletam, abſumptamque ſignificamus, dicere ſolemus, *Ne quidem de ea vlla ſit memoria.* Tum etiam fœlicitatis ingentis eſt, ita ſui præſentia & voluptate complere animum, vt neque præterita meminiſſe ſinat. ſicut Ioſeph poſt varios caſus, incredibili rerum omnium fœlicitate potitus, impoſuit primogenito ſuo nomen *Manaſſes, dicens; Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorum.* ſic item poſt mortem parentis Iacob timuerunt fratres illius mutuò colloquentes; *Ne forte memor ſit iniuriæ, quam paſſus eſt, & reddat nobis omne malum quod fecimus.* non ſolùm enim, vt nihil ſibi mali timerent, iuſſit, ſed illud quoque aſſeueraſſe viſus eſt, quidquid iniuriæ aliquando ſuſtinuit, penitus ex ſua memoria deletum eſſe. Quam laborum, atque ærumnarum obliuionem afferre videtur ſopor ille ſuauiſsimus, quo poſt laborem & laſsitudinem, ſolet ſuos Deus reficere; *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum.* ſic illi poſt reditum ex captiuitate fœliciſsimi canebant Pſalm. 125. *In conuertendo dominus captiuitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati. Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione.* inſtar conſolatorum ſe gaudere profitentur, quaſi in perpetuo gaudio & fœlicitate vixiſſent, nulliuſque rei, aut toleratæ calamitatis conſolationem accepiſſent: nam magnitudo lætitiæ omnem præteritæ calamitatis memoriam abſtulerat. Hieronym. ex Hebræo; *Facti ſumus ſicut ſomniantes.* Chaldæus, *Similes ſumus iis, qui euigilant à ſomno.* quaſi diceret, Videmur nobis per ſomnium mala pertuliſſe; ægrè ac vix meminiſſe poſſumus. quaſi non vera mala, ſed ficta & cogitata fuiſſent. ſimile id, quod de Iacobo quoque dicitur Geneſ. 45. cùm audito nuntio fœliciſsimo viuentis atque fœliciſsimi Ioſeph, *Quaſi de graui ſomno euigilans, tamen non credebat.* præteritum mœrorem, per ſomniū pertuliſſe ſibi videbatur, & præſens quoque gaudium præ magnitudine incredibile. eodem pertinet illa ingentis gaudij amplificatio Ioannis. 16. *Mulier cum parit triſtitiam habet: cum autem peperit, iam non meminit preſſuræ propter gaudium.*

Quid propriè miſeria.
Quid obliuio indicet.
Gen. 41. 19.
Gen. 41. 51.
Gen. 50. 15.
2
Sopor iuſtorum obliuionem affert calamitatum.
Pſal. 126. 3.
Pſal. 125. 2.
Hieron.
Chald.
Gen. 45. 26.
Ioan. 16. 21.

Hinc ergo colligo neque mala, neque bona vitæ huius eiuſmodi eſſe, quæ totum hominis animum occupare debeant, & ad ſe conuertere; non enim apta ſunt obliuionem afferre alterius ſtatus. nam iubemur, vt *in die bonorum memores ſimus malorum, & in die malorum non immemores ſimus bonorum;* Futura verò gaudia illa certè efficient, vt *in memoria non ſint priora;* futura etiam mala, *obliuionem facient luxuriæ multæ.*

Eccleſ. 11. 27.
Iſa. 65. 17.
Eccleſ. 11. 29.

Et quaſi aquarum, quæ præterierunt. Quidam exiſtimant, ærumnoſam vitam comparari cum turbine aut procella citò tranſeunte, atque euaneſcente; Frueris tandem ſereno cœlo diffugientibus nubibus, atque elapſo turbine. qua tranſlatione videtur Nahum vſus cap. 1. *Bonus dominus, & confortans in die tribulationis, & in diluuio prætereunte conſummationem faciet.* id eſt, faciet, vt diluuium, aut procella breui prætereat, & finiatur. Verùm cùm iſta *procellæ recordatio*, non videatur mihi omnino ſuauiter cohærere, cum illa *miſeriæ obliuione*, quam ſupra dixerat, probarem potiùs hanc expoſitionem: vt *aquarum prætereuntium* nomine, non tam intelligat turbinem aut procellam, quam fluminis aut torrentis alicuius inundantiam, qui raptim ſolet tranſire in conuallibus, & cum præterierit, nullum æſtate adueniente relinquit veſtigium. nomen enim *aquarum* hoc loco neque conuenit turbini, neque verò illud diluuium Nahum eſt cathaclyſmus: ſed ex proprietate originis eſt exundatio fluminis, quo ſæpe tribulationes ſignificantur in ſacro ſermone. vt Iſaiæ. 8. *Ecce dominus adducet ſuper eos aquas fluminis, fortes & multas, Regem Aſſyriorum & omnem gloriam eius, & aſcendet ſuper omnes riuos eius, & fluet ſuper omnes ripas eius, & ibit per Iudam inundans, & tranſiens, vſque ad collum veniet*, & Pſal. 17. *Aſſumpſit me de aquis multis.* & per eandem vocem, qua vtitur Nahum, Pſalm. 31. *In diluuio* (exundatione fluminis) *aquarum multarum ad eum non approximabunt.* id eſt, ad ſanctum non peruenient exundantes tribulationes. ſic etiam Septuagint. hic legunt: *Laborem obliuiſceris, ſicut fluctum prætereuntem.* hic igitur ſenſus rectè conuenit cum parte ſuperiori: nam ſi iuxta Græcos, *fluctus* legatur, poſtquam præteriuit, ſuperbiæ & fragoris nullum relinquitur in mari veſtigium: abit enim & euaneſcit ſicut ex conſpectu, ita ex memoria: tum etiam nunquam iterum redit: non aliter ſemel elapſa calamitas obliuione ſempiterna obruetur. vel cum noſtra lectione *aquarum* nomine aut torrentem, aut quamcunque aquam intelligere licet, quæ cum effuſa eſt, ita exugitur, & abſorbetur à terra, vt neq; maculam, neq; vllum ſui veſtigium relinquat.

3.
Aerumnæ, turbo & procella.
Nah. 1. 8.
Aquæ pro flumine.
מרוש
שֶׁטֶף
Flumen exūdans, tribulationes.
Iſai. 8. 7.
Pſal. 17. 17.
Pſal. 31. 9.
LXX.

XVII. Et quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam; & cùm te conſumptum putaueris, orieris vt Lucifer.

1. *Quid veſpera, æſtus, & Auſter ad ærumnas. Veſpera poſtrema vitæ pars.*
2. *Conſumi, quid in Hebræo. Varia lectio.*
3. *Lucifer quid. Vtriuſque fortunæ ſymbolum.*

1. Quid veſpera. חלד Pſal. 38. 6. 8. Pſal. 88. 6. 8. Hieron.

IN Originali eſt comparatio, Pluſquam meridies, vel, Præ meridie. in *Veſpera* autem diſſenſio eſt, propter vocem *cheled*, quam hoc tantùm loco Latinus interpres, *veſperam* vertit. tamen Pſalm. 38. & 88. vertit *ſubſtantiam* humanæ vitæ, & Hieronym. ex Hebræo, *vitam*, cùm dicitur; *Subſtantia mea tanquam nihilum ante te.* inde pro tempore vitæ, aut abſolutè pro tempore, Pagnin. Vatabl. & Hebraizantes accipiunt, quare legunt; *Pluſquam meridies, conſurget tibi tempus.* & Tygurina per paraphraſim; *Totum tempus vitæ perſtabit ſerenius, quàm meridies.* Septuaginta. *De meridie orietur tibi vita.* Cùm autem in *meridie* duo ſignificari poſsint, aut vehementior æſtus imminentis ſolis aërem & ſubiecta quæque perurentis; aut verò lux clariſsima, quæ omnes vmbras diſijcit; primum quidam ſignificari exiſtimant, id eſt æſtum, per æſtum autem calamitates. id eſt, illi ad futuram diuinam opem in ſua calamitate; non aliter Auſtralem illam meridionalemve terram ſiccam, atque ſqualidam, ad ſignificationem calamitatum, in quibus verſantes iuſtos Deus reficiat cœleſti imbre, proponit Dauid. Pſal. 125. *Conuerte Domine captiuitatem noſtram, ſicut torrens in auſtro*, at vero non tam regionē iſtam plagamque terræ auſtralem, quam cœleſtem, vnde ſol meridianus fulget, noſter interpres obſeruari voluit, cùm dixit, quaſi *meridianus fulgor*. eſt enim lux illa clariſsima, atque iucundiſsima; tum etiam, nullam gignit vmbram. nō aliter fœlicitatem pollicetur nulla aduerſarum rerum vmbra, nulloque infœlicitatis timore labefactandam. Eleganter autem interpres dixit, *Veſperam* illam vitę humanæ partem, quæ poſterior eſt. quaſi diceret; Quod tibi vitæ reliquum eſt, fœliciſsimum erit, atque ſplendidiſsimum, multoque fœlicius priſtina illa prioris vitæ fœlicitate; Tum etiam elegans alluſio poteſt eſſe ad Auſtralem plagam Arabiæ deſertæ; vnde exurrexerit inclementiſsimus ille vētus, qui domum filiorum proſtrauit, & vnde Sabæi & Arabes excurſiones fecerunt in Iobi agros; pollicetur itaq; fore, vt ab Auſtro nihil deinde mali timeat, ſed vnde tot damna accepit, vlteriora inde lucra reportet.

Margin notes: Pagnin. Vatab. Hebraizan. Tygur. LXX. — Aeſtus, calamitates. Auſter ad ærumnas. — Pſal. 125. 4. — Veſpera poſterior vitæ pars. — Iob. 1. 19.

2. Cōſumi quid in Hebræo. Pagn. Vatab. Caiet. עירם

Et cùm te conſumptum putaueris. Illuminauit interpres, quod in Hebræo paulò obſcurius eſt: nam ex verbo legitur; *Obſcuraberis*, vel, *tenebreſces, & ſicut mane eris.* vel, Obſcuratio tua erit vt Lucifer matutinus, alij legunt *Illuſtraberis.* huius autem contrarietatis in legendo ratio eſt, quòd verbum originale (id quod ſæpè in Hebręo contingit) duo contraria ſignificat. videlicet volare, aut coruſcare, aut erigere pennas: & ex oppoſito, deficere, laſſari, obſcurari, tenebreſcere. primam igitur ſignificationem ſequuntur, R. Abraham, R. Moyſes, Pagnin. Eugubi. Hebręus apud Caiet. at ſecundam R. Dauid, Chaldæus, Tygurina, Regia. atque idem profectò intellexit Vulgatus, cùm dixit, *Conſumptum*. videlicet, obſcuratum, extinctum, deficientem. Quare autem Septuagin. ad orationem retulerint, legentes, *Oratio tua tanquam Luciferi erit*, non video; niſi illam coruſcationem matutinam; ideo orationem dixerint, quod matutino tēpore ſoleat homo *accedere ad Deum, & illuminari.*

Margin notes: R. Abrah. R. Moyſes. Pagnin. Vatab. Caiet. LXX. R. Dauid Chaldæus. Tygur. Regia. LXX. Pſal. 33. 6.

3. Lucifer quid. Prou. 4. 18.

Orieris. Propriè; Eris. ſed elegantiùs dicitur, *orieris*, vt ſubitam ſplendoris expectati iucunditatem & fulgorem ſignificet. *Vt Lucifer*, propriè: vt manè, vt diluculum, vt aurora gratiſſima, quę ſemper, cum iuſtus illuminatur procedit, *& creſcit vſque ad perfectam diem.* Incipies vitam viuere fœliciſsimam, meridiana luce illuſtriorem. Sed initia huius clariſsimæ fœlicitatis erunt velut matutina lux, quæ noua ſemper incrementa capit. meridianus ille fulgor nunquam declinabit, neque deficiet, imo potiùs creſcet, initia tuæ fęlicitatis erunt tanta, quam quæ maxima: atque progreſſiones, & fines omnium mortalium fortunam ſuperabunt. atque hæc ipſa per *Luciferum* ſignificare interpres voluit: intellexit enim matutinum *Luciferum*, videlicet, quam ſtellam Veneris vocant, aut Dianam Luciferam, quæ a poëtis dicitur Diem ducere, & Pullare auroram. de Lucifero autem ſic ſcribit Philippus. *Per æquitatis curſus ſui metas poſitam ...* *, poſt breuiſſimum ...* *pſum aurora rutilo ducente apparere.* Sed, quidem cùm hæc ipſa ſtella ſit, quæ cum ſolem occidentem ſubſequitur, Heſperus & veſper, vel veſpertigo nominatur; cum vero Orientem tranſcurrit, Lucifer; certè videtur commodè Symbolum eſſe eiuſdem hominis, qui nunc in tenebris ſit, deinde verò è tenebris emergat, & caput vndis exerat, & in quo liceat conſpicere vtriuſq; imaginem fortunæ, tum nigræ, & aduerſæ: tum albæ, & candidæ. Ergo fœlicem ex miſero ſtatu in fęlicitatem, commutationem, qualem repræſentat Lucifer, pollicetur: & qualem eleganter cecinit Boetius.

Margin notes: Cic. 2. de Nat. Deorum. — Philip. — Boetius.

Et quæ prima tempore noctis
Agit algentes Heſperus horas,
Solitas iterum mutat habenas
Phœbi pallens Lucifer ortu.

Sed dicemus iterum de Lucifero. c. 36. Rurſuſque de luce, quæ fœlicitatis ſymbolum eſt.

XVIII. Et habebis fiduciam propoſita tibi ſpe, & defoſſus ſecurus dormies.

1. *Iuſtorum fiducia, & ſecuritas in medijs diſcriminibus. Explicatus Paulus ex Græco. Paratæ menſæ accumbere ſecuritatis ſymbolum,*
2. *Sex huius defoſſionis interpretationes, & variæ ſignificationes proponuntur.*

EXplicat, quod de aurora & lucifero dixit; in dies meliora ſperabis; non ſolum ſuſtentabe-

ſtentaberis bono præſenti, ſed melioris ſpe
cõfirmaberis. alij referunt ad ſpem nunquam
in periculis abijciendam; Nunquam concides
animo, aut ſpe, etiamſi in diſcrimina incidas.
LXX. Septuaginta; *Confidens eris, quia es tibi ſpes.* Hanc
iuſti in medijs diſcriminibus ſecuritatem ſæ-
pe ſacræ literæ commendant. Iuſtus enim *tan-*
Prou. 28.1. *quam leo*, non fugit turpiter, & ignobiliter, ſed
neque temerè in medios hoſtes ſe conijcit. ita
ſanè iuſtus neque ſe conijcit temerè in diſcri-
mina; neque timet aut fugit ignobiliter, ſi quæ
incidant: ſed quid timeat, quem diuina virtus
communit, & roborat? *Inhabitare in ſe virtutem*
2. Cor. 12.9. *Chriſti* Paulus optat, ex Græco, tanquam in ten-
torio morari. ſed quam ſit ſecurum fortiſſimi
Iudith. 14.10 ducis tentorium, illud indicat Iudith. 14. *Nul-*
lus audebat cubiculum virtutis Aſſyriorum pulſando,
aut introeundo aperire Hæc certiſsima victoriæ ſpes
aduerſus præſentiſsima pericula adeſt iuſto.
Nu. 23.21. vt ille dixit Num. 23. *Dominus Deus eius cum ipſo*
eſt, & clangor victoriæ regis in illo. hanc ſpem & pe
riculorum; hoſtiumque contemptum, quam
ſæpe Dauid expertus fuerat, triumphãs canit,
Pſal. 25.4. *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tri-*
bulant me. ita nihil ab hoſtibus timeo, vt in con
ſpectu hoſtium ſecurè & per otium menſæ ac-
Pſal. 22. per to cumbam. parata menſa otium affert, & nihil
tum, & Pſ. 45 cum feſtinatione, metuvè gerendum. habet i
Prou. 3. 7. 11. gitur iuſtus *fiduciam propoſita ſibi ſpe.* vide Prou. 2.
c. 28.1.18. & 28. Pſal. 42. & 45.
2. *Et defoſſus ſecurus dormies.* Variant hoc loco
Philipp. interpretes. nam ad verbum in Hebræo eſt; *Et*
fodies. vnde manifeſtè patet, Philippi lectionẽ
mendoſam eſſe, qui legit; *Defeſſus.* quamquam
ſenſus nõ ſit à vera lectione alienus, vt ſtatim
dicemus. Illam ergo fodiendi operam ad rem
Caiet. agrariam referunt Caietanus, & nonnulli re-
centiores in hanc ſententiam; Poterunt iam
tui agricolæ, & ſerui ſecurè colere terram, fo
dere, arare nullo metu prædonum. Vatabl. *Si*
Vatab. *fodiendo remaneas in agro procul à tentorijs tuis; tamen*
in illis ſumma fiducia dormies. ſenſus valde humilis.
Eugub. Secundò Eugub. per *foſsionem* intelligit ſcru-
Foſſio, per- tationem quandam rerum gerendarum, &
ſcrutatio, & quaſi negotiationem; Quocumque (inquit) a-
negotiatio. nimum verteris, quidquid ſcruteris, quidquid
excogites: ſecurè, & fœliciter efficies *omnia*
Pſal. 1.3. *quæcumque facies, proſperabuntur.* ſenſus coactus:
Prou. 16.27. quamquam ſimilis videatur ſententia Prouer.
16. *Vir impius fodit malum*, perſcrutatur, inquirit,
חפר vt qui fodiendo quærit theſaurum. verbumq́;
originale, *fodiendi*, explorare, ſcrutari contem
plari ſignificat.
Tertiò. Opera pietatis, & laborem in diui-
næ legis obſeruatione impenſum, per foſſio-
nem intelligi, ex illo. c. 7. videri poteſt; *Sicut*
Iob. 7.1. 2. & *mercenarij dies eius: & ſicut mercenarius expectat finem*
14.6. *operis ſui.* itaque *defoſſus*, id eſt, defodiens, id eſt,
ſi laboraueris, & operam & impenſam fece-
ris in pietate, conſequeris poſt hunc vitæ la-
borem tranquillam & pacatam mortem, ſe-
curè & in pace morieris. quomodo quidam
Eccleſ. 5.11. volunt dictum id Eccleſiaſt. 5. *Dulcis eſt ſomnus*
operanti. vt ſit ſimilitudo; ſicut qui in defodien-
do agro laborat, ſecurus poſtea & ſuauiter
dormit, ita ſi te in pietate exercueris, ſecurus
morieris. huc reſpexit illa Philippi lectio, *De-* *Philip.*
feſſus ſecurus dormies. addit ille, *Securus dormies*, cõ-
cepta reſurrectionis ſpe. & quamuis ad infer-
num deſcendas, tamen ibi non te torquebunt,
neque contingent tortores dæmones. Sed hæc
tropologiam ſapiunt.
Quartò, Vtramque partem ad ſepulchrum, *D. Thom.*
& mortem pertinere D. Tho. Nicolaus, Dio- *Nicol.*
nyſius, Titelm. exiſtimant; *Defoſſus*, ſepultuſque *Dionyſ.*
iacebis ſecurus; nemo ſepulchrum tuum vio- *Titelm.*
lare audebit; nemo oſſa tua effodiet. eſt e-
nim ſepulchrum Sanctum, & nunquam vio-
landum. non perueniet ad ſepulchrum tuum
impudens prædo, neque auarus miles, qui ten-
tet recludere ſarcophagum, & precioſam ſup-
pellectilem cum cadauere conditam diripe-
re. ſed certè non videtur bene cum ſequenti-
bus necti, quæ potiùs de vita, quam de morte
loquuntur.
Quintò, ad vitæ ſecuritatem hac ratione
pertinere poſſe videtur: Tam ſecurè ages, quã *Pſal. 4.9.*
ſi vallo, foſſaq; munitus eſſes: nullus tibi me-
tus ſomnum eripiet, ſed *in pace in idipſum dormies*
& requieſces, id eſt alto ſomno ſepultus dor- *Tygur.*
mies. quod ſummæ ſecuritatis eſt. Tygurin. *Ia-* *Complut.*
cebis ſecurus, velut foſſa circumducta. ſenſus ab He-
bræis adductus, vt affirmant Complutenſes.
neque omnino diſplicet. *R. Dauid.*
Sextò. Tandem R. Dauid explicat, *Defodies*
per temetipſum in circuitu ædificiorum tuorum, & non
erit opus tibi in circuitu facias murum, neque claues ea.
Nullaque alia cuſtodia, neque ſepimento ad-
hibito ſecurus dormire poteris, linea tantum
circumducta & indicata nemo erit, qui in rem
tuam pedem mittat. Ex his eligat lector, vel
meliora afferat.

XIX. Requieſces, & non erit qui exterreat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi.

1. *Iuſtorum ſomnum placidiſſimum, Diuitiæ, & ſocieta-*
tas ſomnum eripiunt. Illuſtratur Lucas ſemel & i-
terum.
2. *An aliquando damnatorum cruciatus mitigentur.*
Eligitur pars negans. Explicatur Iſaias.
3. *Deprecari faciem, quid ſit in ſacro ſermone. So-*
phar prophetat.

Lyranus ad defuncti memoriam cum lau- 1
de vſurpandam pertinere, exiſtimat: Ne-
mo erit, qui tibi mortuo detrahat, *in bene-*
dictione eris, & ab auditione mala non timebis; & co- *Lyran.*
ram ſtatua impoſita tuo ſepulchro nemo au- *Pſal. 111. 7.*
debit tibi conuitiari. Sed neque hanc conſue-
tudinem imponendi ſtatuas ſepulchris, ille
probat, neque verò ſuum commentarium. Se- LXX.
ptuag. hanc *quietem* ad ſummam pacem retu-
lerunt, *terrorem* verò ad hoſtium, belliq; tumul
tum: *Quieſces & non erit, qui oppugnet.* nemo te de- Germanior
inceps laceſſet. Sed multò melius, vt eodem interpretatio
pertineat, quò præcedens hemiſtichium. igi-
tur per expoſitionem rem eandem repetit, &
amplificat illam iucundiſsimi ſoporis quietẽ: Iuſtorũ ſom-
Nemo erit, qui te dormientem excitet, aut ter nus placidiſ-
ritet: nullus terror, aut metus ſomnum eri- ſimus.
piet. ſimilis illa promiſsio Prouerbior. 3. *Si* *Prou. 3.24.*
dormieris, non timebis, quieſces, & ſuauis erit ſomnus Diuitiæ ſom

 num eripiũt.

tum, id eſt, vacuus omni timore, te quieti tra-des; neque per quietem vlla tibi viſa horrifica apparebunt, nulla inſomnia imaginoſa. diues eris, ſed ita moderatè & parcè tua fœlicitate vteris, vt ſomnos poſſis capere ſuauiſſimos; non tu ex illis, qui *ſicut mare feruens, quieſcere non poſſunt*; bonis omnibus abundabis, ſed tanta *ſaturitas ſinet te dormire.* omnem auaritiæ & ſtultæ ſolicitudinis moleſtiam à Iobo repellit, ſi cum pietate, & virtute parcè & moderatè facultatibus deinceps vti ſtatuat. Propterea enim Chriſtus Dominus dixit. Luc. 12. *Videte, & cauete ab omni auaritia; quia non in abundantia cuiuſque vita eſt eius.* id eſt, neque vitæ iucunditas, neque diuturnitas poſita eſt in abundantia, & diuitijs, niſi *ſciat ille abundare* deinde verò proponit parabolam auari diuitis, qui per noctem ſecum colloquebatur, nimirum laborabat inſomnia, nam abundantia illa vigiliam afferebat, ſuæ ipſi animę ad blandiens, & ad captandos ſomnos, ſi qua poſſet ratione, pelliciens dicebat; *Anima mea requieſce, comede, bibe, epulare.* atque hæc illa *ſaturitas* erat, quæ non *ſinebat* diuitem *dormire.*

Isai. 57. 20.

Luc. 12. 15.

Philip. 4. 12.

Luc. 12. 19.

Eccleſ. 5. 11.

Deprecabitur. Philippus locum hunc in hęc verba interpretatur. *Securus dormies, & requieſces in inferno, & non erit illic vllus inimicus, qui te exterreat, vt tibi pœnas infernales infligat; ſed potius quicumque ſunt illic, preces tibi ſupplices fundent, vt tu tartarei cruciatus tui orationibus temperentur quod in euangelio nos inter diuitem & pauperem factum legimus.* eadem habet Beda ad verbum deſcripta, & commentarij, qui inter Hieronymi opera referuntur, illud tantùm demunt, quod ex Euangelio, de diuite & Lazaro, Philippus & Beda addunt. & quidem licet tantum videatur à Philippo aſſeri, ita exiſtimaſſe Sophar, fieri poſſe, vt damnatorum cruciatus ſanctorum orationibus aliquando leniretur, atq; idem diuitem illum deceptum exiſtimaſſe; ſed proculdubio, Philippus ex ſua interpretatione & ſententia ſignificat, rem illam nō repugnare. Sed quid ego ea de re ſentiam, facilè dicam; falſam vtique eſſe, neque enim euenire vnquam damnatis poterit aliquod ſæuiſſimarum cruciatuum alleuamentum. vt indicatur illo Iſaiæ, cuius partem priorem præcedenti cap. expoſuimus. *Erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum.* nam verbera, quæ apud nos infliguntur, quàmvis acerbiſſima & ſęuiſſima, ex flagelli, & virgarum depreſſione, & eleuatione conſtant, vt ad ſingula verbera breuiſſimum reſpirandi ſpatium concedatur; at ſemper hærebit damnatorum tergo ſemel impactum flagellum. Alij vt Dionyſi. Ita explicant; Sanctitatis exiſtimatione in omniū animis concepta, te defunctum proſequentur magnis honoribus, & ad te preces fundent, quaſi dicat; hac ratione ſanctus euades, & dignus, coram quo precari, & orare poſſimus. Sed melius vt ad honorem viuenti delatum referatur; illud enim *faciei* nomen indicare videtur pręſentiam, & conſpectum hominis apud nos verſantis.

2. Philipp.

An aliquando cruciatus damnatorū leniantur.

Luc. 16. 20.

Beda. Hieronym.

Philip.

Supplicia inferni nunquā mitiganda. Iſa. 36. 32.

Dionyſ.

3. Deprecari faciem.

Deprecari autem alicuius *faciem*, eſt ſuppliciter ante illum procumbere, errati, & iniuriæ veniam poſtulare; Te reuerebuntur precabundi, & ſuſpicient, qui nunc deſpiciunt. Septuaginta, *Transmutati multi rogabunt te.* Sed quoniam verbum originale, *chalah*, ſignificat aliquem infirmum vel egentem alterius opē ſuppliciter, & enixè implorare, vt patet Pſalm. 44. *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* id eſt, potentiſſimi quique tua ope indigebunt. & 3. Reg 13. *Deprecare faciem Domini Dei tui.* id eſt, impetra mihi à Deo ſanitatem & auxilium. & 1 Regum 13. *Faciem Domini non placaui.* id eſt. non conſului, neque oblato ſacrificio illius opem imploraui. res eadem ab alia licèt radice, dicitur Iſai. 11. *Ipſum gentes deprecabuntur.* ſententia igitur hæc erit; & tu ò Iob, eris; cuius opem omnes implorent, & omnes diuites plebis vultum tuum deprecentur; qui nemine indigeas, cuius ope & conſilio omnes indigeant. tum etiam, qui nunc tibi miſero, & ærumnoſo inſultant, poſtea in ſummum honorem, atque fœlicitatem reſtituto ſupplicabunt. quod dum dicit Sophar, neſciens quid dicat, tamen rem ipſam [illegible], ſuiſque amicis euenturam prædicit; diuino namque oraculo commoniti ſupplices ſe Iobo præbuerunt, atque illius faciem deprecati ſunt, cui honorem quoque Deus ipſe detulit, cùm c. 42. ait. *Ite ad ſeruum meum Iob. Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis; faciem eius ſuſcipiam vt non vobis imputetur ſtultitia.*

LXX. חלה

Pſal. 44. 13. Los mas ricos y poderoſos [illegible] de tener neceſſidad de vos.

3. Reg. 13. 6.

1. Reg. 13. 12.

Iſai. 11. 10.

Sophar neſcius, prophetat.

XX. Oculi autem impiorum deficient: & effugium peribit ab eis: & ſpes illorum abominatio animæ.

1. *Oculi deficientes, ad triſtitiam, vel inuidiam.*
2. *Impij homines Iobum exagitabant.*
3. *Effugium aut viam perire quid.*
4. *Abominatio, quid propriè ex Hebræo. Aſſ. [illegible] ſpiraui. Illuſtrati Salom. Ierem. Malach.*

IMpij autem (atque tu etiam, niſi reſipiſcas) fruſtra diuinam opem expectabunt; circumſpicient enim, & non erit auxiliator. vel. Cùm te fœliciſſimum contemplati fuerint, teque nunc in ſumma miſeria iacere, præ inuidia contrahent dolorem oculorum & videndo atque inuidendo, oblangueſcent, vel, vt ad Iobum reſpiciat propius; Tu ſi in tuo ſenſu pertinaciter hæreas, ad triſtiſſimū tuarum ærumnarum aſpectum, & ad noui caſus imminentis timorem contabeſces, atque deficies. ille enim fixus, & intentus obtutus, & *oculi deficientes*, habitus eſt hominis aut præ mœrore obſtupeſcentis, & defixi in præſentia & conſideratione mali alicuius; aut verò expectantis, timentiſve alicunde.

1

Oculi deficientes, quid indicent.

Ex lectione Septu quæ huiuſmodi eſt; *Salus autem eos deleret, ſpes enim eorum perditio, & oculi impiorum tabeſcent.* elicit auctor Catenę, quoſdam à diabolo immiſſos eſſe homines, qui Iobi calamitates riderent, & exagitarent, quos nūc dicat Sophar fore, vt Iobi res proſperas intuētes, extabeſcerēt. & ærūnis ipſi implicati ad illius opem confugerēt. ſed forte non ſo-

2 LXX.

Nicetas. Impij Iobum exagitabant.

lùm de his,ſed de alijs etiam impijs in vniuerſum pronuntiat fore, vt hi quoque de fœlicitate ſua moueantur, & quæ ab illis abſtulerit Deus,ad Iobum transferantur. Ita (inquit) illis in deterius abeuntibus, tu ô Iob, commutaberis in melius.

3 *Effugium peribit ab eis.* Id eſt,neque præſentia, neque imminentia mala poterunt declinare. ſicut Pſalm.141.*Perijt fuga à me.*& Amos.2.*Perijt fuga à veloce.* & in vniuerſum, *perire* aliquid ab aliquo,eſt deficere,aut deeſſe.vt Pſalm.2.*& pereatis de via iuſta.* id eſt, ad inuium deducamini. * *effugium* igitur *peribit*; idem eſt, quod effugere non poterunt.

Perite eſtugium quid.
Pſal.141.5.
Amos.2.14.
Pſal.2.12.
*No aura por donde huyr.

4 *Et ſpes illorum abominatio animæ.* D. Thom. ſic: Quod de impio ſperari deinceps poteſt, eſt abominãda quædam & extrema mors,& cruciatus. Sed meliùs; *ſpes illorum* vtpote inanes atque fallaces, vel conſequendi fœlicitatem, vel declinandi ærumnas, nihil afferent, niſi dolorem & triſtitiam. ſic enim vocem originalem reddunt Pagnin. *dolorem*; Hebræ. apud Caiet.*triſtitiam*;Vatabl.*afflictionem.* Sed quidem vox originalis à radice *napbach*,quod eſt inſufflare,vel inſpirare,propriè reddi poteſt.exufflatio aut expiratio.&inde etiam pro afflictione accipitur,aut animi defectu, & liqueſcentia;quoniam afflicti ſuſpirare ſolent: vt Ieremiæ.15.*Defecit anima eius*, id eſt, ſuſpirauit, vel, expirauit. & infra. c.31. *Animam agricolarum afflixi*,id eſt,crebro ſuſpirare coegi.igitur* *ſpes illorum* ſuſpirium eſt, *animæ* afflictio, vel inſufflatio.iuxta id; *Spes,quæ differtur,affligit animam*; videlicèt non ſolum ipſum animum, verum etiam ipſam reſpirandi, aut ſuſpirandi facultatem,quæ nomine *animæ* interdum ſignificatur. ac ſi diceret: Omnia quibus impij inhiant, *vanitas* ſunt, & *afflictio ſpiritus*, id eſt laſsitudo & defatigatio deſiderantis,&ſuſpirantis animæ. vt in impios,illud quadret,Ierem.14.*Onagri ſteterunt in rupibus,traxerunt ventum quaſi dracones* (eſt enim ruditus ille,qui fit atractione venti,quaſi ſuſpirium animæ) *& defecerunt oculi eorum quia non erat herba.* vel vt conſentiat cum noſtro Vulgato.*ſpes illorum.*id eſt,res ſperatæ, dignæ ſunt, quæ exhibilentur, exufflentur, quas anima, ſpiritus,oris flatus abominetur,repellat, longe proijciat. ſicut & Malachiæ. 1. *Dixiſtis; Ecce de labore,& exufflaſtis illud.* id eſt,pecus,quod offerebatis, quaſi de labore *veſtro*,tale eſt, vt feceritis illud dignum exufflatione mea, vt abominarer;& proijcerem illud,ita Hieronym. Septuagint.*Exufflaui ea.*vel, adeò debile eſt, vt quaſi *exufflari*.id eſt,leui flatu moueri,& proijci poſsit.qui autem afferebant, fingebant præ pinguedine nimium graue eſſe, & cum ſummo labore portari,vtroque igitur modo accipi poteſt,*ſpes illorum abominatione*, & exufflatione dignæ:eum etiam adeo inanes, & leues, vt facilè flatu diſpergi,& diſsipari poſſent.iuxta id Sapientiæ, *Spes impij tanquam lanugo eſt, quæ à vento tollitur.* Septuaginta. expirationem hanc, mortem & interitum videntur intellexiſſe, nam legunt *Spes eorum perditio.*ſui, videlicet,rerumque ſuarum;fieri enim non poteſt, vt impij vnquam *ſapiant*, *& intelligant*, ne ſuis ipſi conſilijs atque conatibus interitum,& perditionem ſibi parent.

D. Tho.
Pagn.
Caiet.
Vatab.
נפח
Afflicti ſuſpirant.
Ier.15.9.
Iob 31.39.
*Eſperanças no cumplidas ſuſpiros del alma ſon.
Prou.13.12.
Eccleſ.4.16.
Ierem.14.6.
Mal.1.13.
Hieron.
LXX.
Sap.5.15.

CAPVT VNDECIMVM.

1 Reſpondens autem Sophar Naamathithes dixit.

2 Numquid qui multà loquitur, non & audiet? aut vir verboſus iuſtificabitur?

3 Tibi ſoli tacebũt homines? & cùm cæteros irriſeris, à nullo confutaberis?

4 Dixiſti enim: Purus eſt ſermó meus, & mundus ſum in cõſpectu tuó.

5 Atque vtinam Deus loqueretur tecũ, & aperiret labia ſua tibi.

6 Vt oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ: & quòd multiplex eſſet lex eius: & intelligeres quòd multò minora exigaris ab eo, quã meretur iniquitas tua.

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

CVM TANTO GRAVISSIMAE ORATIONIS pondere ſuperatus Baldad conticeret: Sophar quidem, qui ex ſui nominis ratione & etymologia neſcio quid buccinans, aut inſtar vocalis ranæ coaxans ſonat, pulchrè, vt ſibi videbatur, reſpondens, per contumelias & inſolentiam verborum garrire in hunc modum cœpit.

Multa ſane, O Iob, multa cum verborum potiùs, quam cùm ſenſuum atque ſententiarum vbertate profundis quare vereor, nedum de a Deo liberiùs, quam par eſt, diſputas, temeritatis & imprudentiæ notã incurras. Sed ne tibi ſapiens videaris, tibi ego non difficile reſpondebo: audies igitur ex me quæ noles, cum illa dixeris, quæ voluiſti; verbis enim potius, quam re, & ratione vales; & dum tua peccata excuſare conaris, multa temere & imprudenter profundis, vnde oportet nouum multiloquij vitium te contrahere; atque dum verborum tantum turba vincere poſſe credis, nunimè nobis te iuſtum eſſe perſuadebis.

Ita ne mendacia iſta tua, ineptiaſque nugas nos ſtupentes atque ſilentes admirabimur? atqui nemini vnquam ſapientiæ laudem conceſsimus, in cuius verba, atque dogmata iuraremus. Nugaris vero plane noſque audientes irrides, dum agere cum Deo poſtulas: nam nec illum tibi reſpondere, neque vt ille reſpondeat, nos fas eſſe iudicamus. Atque hæc pro tui animi inſolentiſsimi occulta quadam calliditate, ſubſannatorio geſtu, & nictantibus oculis profers intoleranda profecto audacia. & te ſannionem agẽtem nemo ſuffundat pudore: nemo increpet. nemo plane confutet, & geſtienti loqui nemo adſit, qui os obſtruat?

Liberè enim & palam pronunciaſti, veriſsima atque grauiſsima eſſe tua dogmata, luceque ipſa clariora, puriora que, ſine vlla mendacij labe: illa videlicet, de Deo, atque de diuina prouidentia: de iuſtorum ærumnis; de impiorum fœlicitate: neque minus mundum & candidum operibus, & vitæ actionibus, & moribus quam verbis & doctrina te præſtare, longeque alijs ſuperiorem te eſſe apud ſupremum iudicem, cuius oculos nemo eludere, aut fallere poteſt.

Seu cum auſus fueris cũ Deo colloqui, optarem ſanè vt viciſsim te Deus ſua te reſponſione dignaretur, nam ille te multa loquentem facile compeſceret. Nos enim quos humanæ mentis receſſus, & latebræ obſcuriſsimę latent, te reuincere plane non poſſumus.

Quod ſi Deum loquentem intelligeres, plane agnoſceres illius prouidentiæ iudicia, quæ tu aſſequi conaris, longe eſſe ab humano ſenſu remota: neque eadem ſemper ratione ærumnas & ſupplicia piorum atque impiorum decernere; tum etiam longè plurima in eius b lege & præceptis latere, longeque maiori cura & ſollicitudine illorum obſeruationem ab homine exigere, quã tu tibi perſuaſeris. Sic igitur tuam ſapientiam multis ille partibus anteceſſit; longeq; ſuperior eſt illa, quam tu tibi præſcribis, tuorum ſuppliciorum lege. Denium ſi ſuæ ſapientiæ arcana tibi patefaceret, vt tum illius paterna erga homines viſcera, tum errata tua agnoſceres, iam tunc exploratum tibi eſſet, quam leniter atque benigne ille tecum agat, & quod te non vna via, & ſeueriſsima iuſtitiæ lege, qua peccatores alios tui ſimiles plectere ſolet, puniendum conſtituerit: ſed mitiori & æquiori alia, quæ ſua eſt bonitas. & manſuetudo: ex quo profectò commeritum ſupplicij, quaſi per obliuionem huc vſq; diſtulit, permiſitque, vt cum multa haberes occulta ſcelera, illorum tu inſcius obliuiſque eſſes. Hinc tua iſta innocentiæ, & ſanctitatis opinio, atque alte animo inſidens puritatis morum perſuaſio: potuit ille multò grauiora ſupplicia à te c exigere: qui enim peccat debitor eſt: Deus, creditor & fœnerator. ſed condonauit gratuitus.

BREVIS NOTATIO RERVM INSIGNIORVM,

quæ in commentarijs fuſiùs explicantur.

a Vt ſit de Deo tardè & parcè loquendum. & vt ſanctiorum oratio animalis hominis ſtulta videatur, cum tamen, & ſapiens, & facunda ſit, digreſsio mirabile opportuna. ver. 2. nu. 2. 3. 4.

b Quæ, et in quo ponenda ſit hæc diuinæ legis multiplicitas, & vt induces aliquando eandem legem in duas diuidens, obſeruatio ad mores. ver. 6. nu. 1. 2.

c Vt Deus creditor, Fœnerator, & exactor ſit, impius verò debitor, ingenti ſuppliciorum quaſi ære alieno oppreſſus, digreſſio. ver. 6. nu. 3.

Hæc cum ita ſint, credisne fieri poſſe, vt diuinæ iuſtitiæ arcana, atque tuarum ærumnarum cauſas, rationeſq; inueſtigare, & conſequi valeas: aut occultas omnes vias teneas, quibus ille in tuæ vitæ actiones omnes inſtar ſeuerißimi iudicis inquirit, atque diuinæ prouidentiæ fines exituſque omnes conſequaris? neque ſolùm veſtigia & initia, ſed perfectam omnium illius operum abſolutionem teneas?

7 Forſitan veſtigia Dei cõprehendes, & vſq; ad perfectum Omnipotentē reperies?

Hinc cum cęlorum altitudinem cognoſcere non poßis, multò minùs poteris diuinæ ſapientiæ longè maiorem celſitudinem cõſequi: Neque verò tu longiùs, profundiùsve oculis aut cogitatione penetrare poteris, quàm in terræ viſcera, & ſubterraneas omnes cauitates: at Deus ſuis pedibus longè inferiora & profundiora terit, & premit. Cùm enim minimè ſit in his rebus creatis incluſus, ſed rerum vniuerſitati ſupereminens, eſt tamen rebus omnibus intimus, & quaſi infuſus, vt omnia in ipſo: ipſe in omnibus ſit? d Tum in illius ſapientia & prouidentia ſunt dimenſiones quædam multò quàm mare & terra longiores, atq; latiores: nam altitudo illius, id eſt, ſapientiæ conſilijque profunditas, poteſtatis immenſitas, qua omnia complectitur, deniq; rationes omnes, quas in decernendis vel præmijs, vel ſupplicijs ſeruat, omnem humani captus menſuram, modumque excedunt.

d De his diuina ſapientia, & prouidentia dimenſionibus, & qua ratione conſiderari debeãt, quadam. ver. 8. nu. 4. & 5.

8 Excelſior cælo eſt, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognoſces?

9 Lõgior terra eſt mēſura eius, & latior mari.

Verùm enim verò non ſolùm pro mirifica ſua ſapientia, ſed etiam pro ſua potentia & voluntate res omnes humanas moderatur, nam rerum vniuerſitatem vertere & inuertere poteſt, varijſque modis verſare: tum naturæ ſerie, ordineque perturbato omnia miſcere, & in rudem indigeſtamque molem rurſus redigere, nemine aut viribus, aut verbis illi repugnante.

10 Si ſubuerterit omnia vel in vnum coarctâuerit, quis contradicet ei?

Quamuis bene nouerit ſapientißimus Deus fore, vt nemo hominum niſi vanißimus & ſtultißimus ſit, illius ſapientiæ arcana excutere, & perſcrutari tentet: qui verò id conetur, ſuæ quidem temeritatis pœnas daturum. Quamuis quidem cùm de hominum ſupplicio agitur, accuratè cuiuſque merita expendat, & quos externa ſanctitatis ſpecie fulgere videt, vera ſolidaque pietate vacuos, & nunquam non ſuis proximis per ſummam iniquitatem fraudes & dolos machinantes, hos acerbè punit: non enim ſemper diſsimulat, neque conniuet ad tantam improbitatem.

11 Ipſe enim nouit hominum vanitatem: & videns iniquitatē nonne conſiderat?

Videris igitur, ò Iob, an vanus, tumenſque ſis, omniqúe ſapientia omnibuſque bonis vacuus, proptereaque leuißimus, nulliuſque ponderis atque momenti: indignum enim eſt vt tantos animos ſumas, tamque ſis protectus, & audax in loquendo: vanè enim & ſine cauſa erigis aduerſus Deum criſtas. id quod aſininæ cuiuſdam ſtoliditatis eſt, atque incredibilis tarditatis in diuinarum rerum cognitione: neque non indomitæ, ferinæque inſolentiæ, & procacitatis eſt: nam tentat vilißimus homuncio omne à ſe iugum excutere, atque omninò viuendi licentiam & impunitatem ſibi promittere. Sed permittit Deus diu impunè vagari & ferocire, vt tandem inſtar Onagri, captum domet, conſtringat, tundat.

12 Vir vanus in ſuperbiam erigitur: & tam quam pullum Onagri ſe liberum natū putat.

Hæc dixerim, O Iob, quòd tu e obſtinatæ mentis homo, nequiter oraueris, & externa tantum pietatis ſpecie ad ſacrificia offerenda acceſſeris, cùm priùs oporteret animum, quàm pecudum oblationes præparare: & nunc quidem illam etiam ipſam mentis pertinacißimæ duritiē retines, nam neq; diuinis correptionibus, & flagellis cedere, mollirive noſti; quin potiùs gloriosè & iactabundè manuum opera, pietatis ſpeciem præſeferentia, iactas, & oſtentas. Præſtaret ſanè cor tuum firmiter, & conſtanter præparare ad rectè & ritè orandum.

e De cordis duritia, & inſenſibilitate, & vt potißima orationis, & ſacrificantis pars, ſit interna cordis præparatio, & mũdities, deinde externus pietatis ritus, diſſeritur ad mores. ver. 13. nu. 1. 2. 3.

13 Tu autē firmaſti cor tuum, & expandiſti ad eum manus tuas.

Opportunè verò id facies, ſi iniquitatem, quæ velut macula turpißima tuis manibus hæret, pœnitentia elueris, & malè ablata omnia ſuis dominis reddere ſtatueris, ſi vnquam tibi facultas fuerit: & longè lateque à te proieceris omnes peccatorum occaſiones, atque incitamenta. quod ſi contingat aliquando præ humana fragilitate labi, minimè demorari in te peccatum patiaris, neque verò in vllo ex tuis familiaribus. Finem itaque peccandi iam tandem facito.

14 Si iniquitatem, quæ eſt in manu tua, abſtuleris à te: & non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia.

Sic ſanè audebis conſtanter ad Deum accedere, illumque cum

15 Tunc leuare poteris faciem tuam abſque macula: & eris ſtabilis, & non timebis.

16 Miſeriæ quoque obliuiſceris: & quaſi aquarum, quæ præterierũt, recordaberis.

17 Et quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam: & cũ te conſumptum putaueris, orieris vt Lucifer.

18 Et habebis fiduciam propoſita tibi ſpe: & defoſſus ſecurus dormies.

19 Requieſces, & non erit qui exterreat: & deprecabuntur faciẽ tuam plurimi.

20 Oculi autem impiorum deficient, & effugiũ peribit ab eis: & ſpes illorum abominatio animæ.

magna impetrandi fiducia, erecto animo, lætaque facie, atque ſerena fronte deprecari; nihil enim tunc in animo delitefcet, propter quod pudore ſuffundi, aut faciem & oculos demittere corã eo, qui cordis inſpector eſt, cogaris: cumque ab his omnibus calamitatibus liber euaſeris, atque has omnes ærumnarum ſordes, & ſqualiorem depoſueris, fiet vt fœliciſsimam mentis *f* tranquillitatem, & iucundiſsimam quandam non iam inſtabilis, ſed conſtantis, firmiſsimæque fortunæ, omnis viciſsitudinis, timoriſque expertem conſequaris.

Præteriti autem laboris, atque tum mentis, tum corporis ægritudinum, quibus oppido defatigatus es, memoriam perpetua *g* obliuio delebit, nullumque accepti vulneris veſtigium remanebit, quo de tua fœlicitate vel minimum detrahatur. atque diffugientibus etiam nubibus, & elapſo ingenti ærumnarum turbine, ſereno frueris cęlo: neque aliter præterita infortunia ſui memoriam relinquent, quam torrens, qui ſumma celeritate in valle aliquã decliui præterlapſus, auctuſque incredibiliter hyemalibus pluuijs, & niuibus, æſtiuo iam tempore omnino exareſcit.

Reliquum igitur tuæ vitæ tempus ſerenius, atque præclarius ipſo meridiano fulgore nanciſceris, dumque in his ærumnis, quaſi meridiano quodam æſtu nunc torreris, repente tibi diuinum auxilium aderit, & ingenti lætitiæ ſplendore extremam hanc tuę vitæ ætatem colluſtrabit: atque ex eadem Auſtralis regionis plaga, gaudendi & exultandi ſeges tibi ampliſsima proueniet, vnde tibi doloris & lachrymarum materia nuper acceſsit. Tuis igitur tenebris ſuccedet gratiſsima fœlicitatis lux; & cùm videaris nũc iam deficiens, peneque extinctus, ſubita ſplendoris nunquam expectati iucunditate fulgebis: atque velut aurora, luciferve matutinus, diem duces deinde fœliciſsimum.

In dies autem meliora ſperare poteris, nunquamque continget, vt animo concidas, etiam ſi in diſcrimina maxima incidas. Tui vero agricolæ poterunt ſecurè & pacificè terram colere nullo metu prædonum: quocumque enim vel illi ad operandum, vel tu ad negotiandum diuerteritis, fœliciter omnia perficietis: & tam ſecurè in medijs agris procul ab vrbe agere poteris, quàm ſi foſſa & vallo eſſes munitus. non enim tu, neque tua opera muro extructo indigebitis, neque alia cuſtodia aut ſæpimento, quam defoſſa & indicata in circuitu linea. Nemo quippe erit, qui in res tuas audeat pedem inferre. Tandemque ſepulchrum etiam tuum in media ſolitudine ſecurum erit, neque te fœliciter, & placidè dormientem audebit aliquis latro infeſtare, aperireve ſepulchrum, ſpoliorum, & pretioſarum veſtium cupiditate impulſus. Imò potiùs eò confugient plurimi, honores tibi defuncto impenſuri. Interim tibi deinceps ſpectra horrifica per quietem nulla apparebunt, ſed recuperata corporis valetudine, ad eum honoris & dignitatis gradum reſtitueris, cui omnes ſummum honorem deferant: qui nunc tibi inſultant, ſupplices ſe tibi præbebunt, atque opem & auxilium implorabunt. Cumque te fœliciſsimum contemplati fuerint, ſeque ipſos videant in extrema inopia iacere, dolorem oculorum contrahent, & videndo atque in videndo, animo deficient. Omnes autem impij (atque tu etiam, niſi reſipiſcas) fruſtrà diuinam opem in ſuis ærumnis implorabunt, & neq; præſentia, neque futura mala declinabunt: nihilque aliud quam miſerandum omninò interitum, & omni execratione digniſsimũ ſperare poterunt. in ijs enim ſuas ſpes vaniſsimas conſtituerunt, quæ vel leuiſsimo flatu diſpergi, & diſsipari neceſſe eſt. Igitur ſi in tuo iſto ſenſu, O Iob, pertinaciter hæręas, non dubites futurum, quin ad triſtiſsimum tuarum calamitatum aſpectum, & ad nouorum infortuniorum impendentium timorem contabeſcas, atque deficias.

f Vt ſit peccati comes inconſtantia & inſtabilitas, quadam ver. 16. nu. 3. 4.

g Quæ afferat Obliuio, *in ſacro ſermone, & vt iuſtis poſt ærumnas videatur obrepere iucundiſsimus ſomnus, & placidiſsima quædam malorum omnium obliuio, ver. 16. nu. 1. 2.*

CAPVT XII.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Doctrinam Theologicam de qua videbantur, ſeu quam de re ſibi peculiari, amici gloriari, Iob elevat, a quæ vulgo nota ſit, & minimè exquiſita, ipſeque veriùs & magnificentiùs de creatore diſſerit, atque de illius in mortalium rebus componendis aut evertendis poteſtate. interim ſuam innocentiam tuetur, & amicos vellicat.

I. Reſpondens autem Iob, dixit.

1. *Huius capitis ſcopus.*
2. *Varia lectio. Hominum nomen, quid propriè in Hebræo, & in malum ab aliquibus accipi.*
3. *Hominis appellatio in bonum.*
4. *Vulgati interpretis defenſio & illuſtratio.*
5. *Vera, & varia lectio.*
6. *Cor pro auſu, aut pro ſapientia.*
7. *Cadere ab aliquo, Hebraiſmus. Lyptote, ſive extenuatio, in ſacro ſermone, quid. illuſtratus Salomon & Vulgatus defenſus.*

1 *Quis ſit hujus capitis ſcopus.*

CContendunt nonnulli, hoc jam capite miſſam feciſſe diſputationem ſuam Iob, & ſuum illud propòſitum, quod probandum ſuſceperat; quod malè interdum bonis accidat, perinde ac malis; malisq; non raro benè ſit. atq; in illo tantum nunc verſari, vt amicorum faſtum comprimat, in ſuis illis Theologicis dogmatis proponendis. Sed quidem fieri non poteſt, vt omnino Iob à diſputatione abſtineat; cum etiam nunc ſe tueatur ab amicorum calumniis. Reſpondet itaque procul dubio objectionibus, & orationi Sophar. licèt hoc capite non tam diſputare, quàm aſſerere & ſtatuere veriſsima dogmata videatur.

II. Ergo vos eſtis ſoli homines, & vobiſcum morietur ſapientia?

2 *Pagninus. Vatablus. Tygurinus. Cajetanus.* אמנם

ASſeveranter, & ſine interrogatione legunt ferè Hebraizantes omnes, Pagninus, Vatabl. Tygur. Hebræus apud Cajetan. & ita particulam illativam vertunt *profectò, verè.* qua etiam ratione nonnunquam Latinus reddidit; eſt enim eadem fere, quæ *amen*, quæ fidelitatem, veritatem, aſſeverationẽ affert. Appellationem autem *hominis*, in malum accipiunt, pro homine vulgaris judicij, & parum emunctę naris, qui nihil ſublime ſapiat: nam originalis vox, *Gham*, populum ſignificat; qua etiam ratione ſæpè à Latino interprete redditur. Hinc Pagninus dixit; *Video quod eſtis populares.* Regia; *Verè quod vos populus*, vos numerus eſtis. quaſi dicat, plebejos, quòd nihil niſi ignobili plebecula dignum afferrent, nihilque ſublimiùs de divinis myſteriis exponerent, vulgi inſtar, qui in rebus clariſsimis, & quarum ratio & cauſa ſit in aperto, referre omnia ad occultam Dei ſapiẽtiam & providentiam ſolet. cujus eſt illa quoq; frequẽs vox in omni quæſtione propoſita, nolle ſe in profunditates, & diſcrimen conjici; Ita (inquit Iob) vos meas ærumnas tantùm refertis in ea, quę ignoratis; videlicet, aut in abyſſum divinæ ſapientiæ, aut in aliqua mea occulta ſcelera. cùm tamen in promptu ſit ratio divinæ gloriæ, quam Deus ſibi proponat, atque eliciat ex meis ærumnis. Qui ſenſus Rabbinorum ferè, atque Hebræorũ eſt. vel in hunc ſenſum; Vulgi inſtar, de externis tantùm judicatis, atque ærumnas cum impietate conjungitis: cùm tamen, ſi ſapientes fuiſſetis, minimè judicium atque ſententiam ferre debuiſſetis ſecundum faciem.

Hominis nomen in malum accipi. עם *Pagnin. Regia.*

Rabbin.

Alii verò vocem *hominis*, in bonum accipiunt, pro homine, qui ratione polleat, & acri ad diſcernendum judicio. quaſi dicat; Vobis tantùm cœli ac ſyderum conſpectum, divinæque providentiæ cognitionem arrogatis, atq; putatis vos ſolos erectos ad ſydera tollere vultus. Quod, ſi per interrogationem legatur, per ironiam accipi debet. Hæc interpretatio eſt R. Moyſis, Chaldæi, Septua. Græcorum, Philip. cæterorumque Latinorum.

3 *Hominis appellatio in bonum.*

R. Moyſes Chaldæus LXX Philipp.

Sed Vulgatus interpres ſapienter interrogationem appoſuit, imitatus Septuag. & cùm res ipſa conjuncta ſit cum præcedentibus, rectè particulam illativam adjunxit, quæ initio ſententiæ eleganter ponitur. & idem valet quod, itaque; & cùm interrogatione acutior & vehementior eſt. quam etiam retinet Septuaginta. licet autem in *homine* conſideretur ſapientia & cognitio; ſed in hoc tamen loco, non tam ſignificat ex proprietate vocis imperitum vulgus, quàm cœtum, congregationem, multitudinem, certis legibus & ſocietate devinctam. quod interpres ſignificare voluit, cum in plurari dixit, *ſoli homines.* quod benè indicat Tygurina legens *Vos eſtis hominum univerſitas.* & Vatabl. *Putatis, quòd vos ſitis ſpecimen totius orbis?*

4 *Vulgatus interpres illuſtratus.*

Tygurina Vatablus

Et vobiſcum morietur ſapientia? Gregori. legit. *Vobiſcum orietur ſapientia.* Quòd vobis (inquam) tantùm affulget veritatis radius ſed, mẽdum eſt in ea lectione; ſicut & in ea, quam habet Dionyſius. *Vobiſcum morietur ſapientia.* vera enim lectio eſt; *morietur.* Itane putatis nõ ſolùm in vobis reſidere diuinarum rerũ cognitione, ſed ita vobis traditam, ut niſi per veſtras manus atque doctrinam ad alios permanare nõ poſsit? ita mihi importunè veſtra dogmata obtruditis. *Sapientia* autem rerum ſublimiorum intelligenda eſt, Aquila dixit, *Perfectiones ſapientiæ.*

5 *Gregor.*

Dionyſ.

III. Et mihi eſt cor, ſicut & vobis: nec inferior veſtri ſum. quis enim hæc, quæ noſtis, ignorat?

COrdis nomine Cajetanus intelligit, animum, vigorem, & auſum, ad extollendũ divina, & magnificè de Deo loquendum. huic ſenſui favent Græci; *Non ſum excors, neque cor perdidi.* & quidem non ſemel *cor* ſignificat illã pectoris acrimoniam, & robur. 1. Regum. 17. *Cujus cor eſt, quaſi leonis.* & Ieremiæ. 48. *Cor fortium Moab, ſicut cor mulieris parturientis. & ceſſabit Moab eſſe populus; quoniam contra dominum gloriatus eſt.*

6 *Cajeta. Græci.*

1. Reg. 17. 10. Ier. 48. 41.

Cor pro ſapientia.

Tum etiam ſæpe, concideré corde, eſt, eſſe animo dejecto & remiſſo. Verùm multò germanius eſt, ut, *cor*, hoc loco ſignificet ſapientiam, & intellectum. quæ uſurpatio frequétior eſt in Scriptura, & congruétior huic loco. quaſi dicat, non ſum vecors, neq; rationis & conſilii inops.

7 *Nec inferior veſtri ſum.* Cajetanus ad opes & regnum refert, quibus nihilo ſe inferiorem amicis dicat. Dionyſius ad ſanctitatem. Sed germanè, & propriè cum cæteris interpretibus Græcis, & Latinis ad ſapiétiam; Minimè vobis de divinarum rerum cognitione concedo. In Hebræo; Non cado à vobis, vel, præ vobis. Hebraiſmus eſt. Pſalmo.5. *Decidát à cogitationibus ſuis*, id eſt, excidant ſuis conſiliis, nihilq; prudenter ab illis excogitatum ſit. ſed cùm ad perſonam refertur, vinci & ſuperari ſignificat. Eſther.6. *Si de ſemine Iudæorum eſt Mardochæus, ante quem cadere cœpiſti, non poteris ei reſiſtere. ſed cades in conſpectu ejus.* utrumque coniunxit elegáter vulgatus, & Hebraiſmum, & elucidationem. Obſeruat verò Philippus, hæc accipi ironicòs, ſignificat enim ſe multò eſſe ſapientiorem. ſed ea potius figura eſt Lyptote, vel extenuatio, cum plus ſignificamus, quam dicimus, côtraria hyperboli; ſicut & id Pauli. 1. Corinth. 7. *Puto, quòd & ego ſpiritum Chriſti habeam.* & 2. Corinth. 10: *Si quis confidit ſibi, Chriſti ſe eſſe: hoc cogitet iterùm apud ſe, quia ſicut ipſe Chriſti eſt, ita & nos.* ſic enim Paulus aliorum arrogantiã modeſtè atque ſapienter comprimebat. cum tamen aliquãdo etiam dicat, ſe *plus omnibus laboraſſe*. Iobo igitur ſatis fuit ad amicorum faſtum comprimendum ſapientiæ primas ſibi arrogantium, parem ſe illis in ſapientia conſtituiſſe, exigéte quidem ex alia parte modeſtia viri ſanctiſsimi, ne ſe omninò ſuperiorẽ illis jactaret. ſervavit igitur illud ſapientiæ præceptum Proverbiorum. 26. *Ne reſpõdeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis.* non enim convitiis agit, neq; ſtultitiæ notam inurit. at *reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi* (ſolus) *ſapiens eſſe videatur.* Interim obſervat Gregor. indicari hac Iobi ſentétia, hinc *diſcere debere eos, qui longè ſunt impares, ut dum ſponte inſ. ſtitur ſapientia, quæ eminet, nequaquam ſ. contra vires erigat ſcientia, quæ jacet.*

Cajet. Dionyſ. Græci. Latini. Pſ.5.11. Cadere ab aliquo, Hebraiſmus. Eſth.6.13. Philipp. Lyptote, aut extenuatio. 1.Cor.7.40. 2.Cor.10.7. 1.Cor.15.10. Prov.26.4. Gregor.

Quis enim hæc quæ noſti &c. Propriè; Cum quo non ſunt, ſicut hęc? quis quantumvis è media plebe homuncio hæc ignoret? apud quẽ quãtumvis barbarum, hæc non ſint manifeſta & explorata, Dei prouidentia, virtus, ſapiétia, humana imbecillitas atque impuritas?

IIII. Qui deridetur ab amico ſuo, ſicut ego invocacit Deum, & exaudiet eum: deridetur enim iuſti ſimplicitas.

1. *Amicorum contumelia moleſtiſſima. Quibus rebus amicitia lædatur ex ſapiente.*
2. *Deus perfugium in falſis amicis. Deus curat, quæ nullus curat. Explicati David. & Salamon.*
3. *Invocare, implorantis opem, tum etiam forenſe. Deus veriſſimus amicus.*
4. *Exaudire, pro reſpondere, non tam voce, quàm re ipſa.*
5. *Simplicitas quæ.*
6. *Animalis homo non percipit ſpiritualia.*
7. *Iobi atque Pauli modeſtia.*

1 CAeterùm (inquit) tanquam diuinarum rerum ignarus ego, atq; a relligione alienus, irrideor a vobis. propriè; Riſus ſum, irriſio, ludibrium veſtrum: à vobis (inquam) amicis, ſodalibus, ejusdẽ vitæ & conditionis, à quibus acceptæ contumeliæ aculeum habent moleſtiſsimum. nam extremum malorum omnium leuamétum eſt atque perfugium amicitia; quæ ſi deſideretur ab homine ærumnoſo, nó ſolùm dolere poterit aliorum bonorum jacturam, ſed, quod majus eſt, impenſi amoris, creditorum conſiliorum, ſpei, fiduciæ, quæ in amicis ſimulatis & minimè fidis malè collocauerat. Fortè verò iſtæ amicorum diſputationes non ſolum ſeriò ab amicis agebantur, ſed aliquando etiam cùm irriſione, & geſtu ſubſannatorio, quod grauiſsimum erat dolenti homini. nó enim tam grave, tamq; moleſtum eſt, ſi ab amico, ferro aut fuſte, pugnové, quàm ſi probro & contumelia appetaris. Rem clare docuit Eccleſiaſticus. *Ad amicum ſi aperueris os triſte, non timeas: eſt enim concordatio: excepto convitio, & improperio, & ſuperbia, & myſterii revelatione, & plaga doloſa. in his omnibus effugiet amicus.* quòd videlicet hæc videantur omnem aditum ad gratiam & reconciliationem præcludere; pugnant enim cum ipſiſsima veræ amicitiæ lege, atque ratione: quare dum perfectum amicum inſtituit Sapiens eodem capite, omnem contumeliæ & convitii ſpeciem, amicitiam lædere docet; præcipit itaque, neque vel leviter, vel tenuipungẽdum eſſe amicum, nam *Pungens* (inquit) *oculum deducit lacrymas, & qui pungit cor profert ſenſum.* ſicut enim coerceri nó poſſunt lacrymæ, puncto læſóve oculò, parte videlicet hominis tenerrima, atque molliſsima, ſic ſanè ira, commotio, efferveſcentia ſanguinis coerceri, aut diſsimulari non poterunt, læſo & puncto corde, acutiſsimi alicuj' ſcommatis mordacitate & aculeo. tum etiã præcipimur nullo ex inſidiis, lapidis, ſagittæve conjectu petere amicos. nam *mittens lapidem in volatilia, deiiciet illa, ſic & qui convitiatur amico, diſſolvit amicitiam. & ſicut noxius eſt, qui mittit ſagittas & lanceas in mortem, ita vir, qui fraudulẽter nocet amico ſuo; & cùm fuerit deprehenſus, dicit, Ludens feci.*

Amicorum contumeliæ moleſtiſsimæ. Eccle.22.27. Quibus rebus lædatur amicitia. V.24. V.31. † Cõ hazerle tiro ſe pierde el amigo.

Invocabit Deũ, & exaudiet eum. Is, inquã, cogetur confugere ad divinã opẽ, quę ſibi tantum reliqua eſſe poterit. Pulchre autem unicum amicitiæ exemplum, ſuorumque amicorum perfugiũ proponit in tanta humanæ amicitiæ vanitate atq; perfidia. ſuccedit enim Deus, q eſt ex animo amic', veréq. benevolus, hominum infidelitati, & *falſis fratribus*. Quare ſuo jure divinã opem, diviniq; numinis gratiam conciliare conabatur, q dicebat; *Quia amicus, &*

Deus perfugium in falſis fratribus, & amicis.

Pſal. 24. 16.

Deus curat, quæ nullus curat.

pauper ſum ego. adeſt enim ille ſolitario, pauperi, & ab omni amicorum præſidio deſtituto, atq; illius cura tangitur, cujus neminem cura tangit. Illud ſane divinæ benignitatis atque munificentiæ eſt, ut tum plantas omnes, tum præterea *ligna campi* nō riget ſolùm, ſed etiam ad ſatietatem largiſſimè perfundat imbre cœleſti: *ligna* (inquam) *campi*. quæ nullius curæ, aut culturæ demādata ſunt, hæc quę ab aliorum præſidio deſtituta ſunt, curæ Deo ſunt & quaſi ſuo jure Deum advocent, ita illis adeſt cultor Deus, ſuoq; nomine ſolitarias arbores inſignit. *Saturabuntur ligna Dei*. ſic ex fonte Hieronymus. neq; verò minori incremento lucro & fœnore, quas enim aut fortiores, & robuſtiores, proceriores ve, aut ad aſpectum lætiores, ad umbram cōmodiores, ad opportunitates multas utiliores dicas eſſe, arbores hominum, an arbores Dei? certè ſponte mirabili bonorum omnium ubertate florēs, nulla ſe humana induſtria aut ope, ſola divina benignitate, & cœli aſſuetia excoli, & curari gloriatur; *Ego flos campi. & lilium convallium*. Cum igitur amici alii facilè abeāt, atque rupto amicitiæ vinculo diſcedant, pręſtat profectò illius, qui nunquā amicitię fœdus violabit, gratiam inire, & ei adhærere, quod inquam ſuo loco, & cōſtituto fœdere mo[v]ebitur; ſicut bene expertus canebat David *Mihi adhærere Deo bonum eſt. ponere in Domino Deo ſpem meam*. Itaque *qui irridetur ab amico ſuo, invocat* ſuo jure *Deum*. Deusque benignus *exaudit*, & præſto adeſt.

Pſal. 103. 16. Hiero.

Cant. 2. 1.

Pſ. 72. 28.

3 Invocare, opem poſtulare Deus judex.

Sed præterea, *Invocare Deum*, non ſolùm eſt gratiam ineuntis, opemque poſtulantis, ſed judicis officium atque jus implorantis. nam & hoc loco, Dei nomen, *Eloah*, judicis eſt, & *Invocare*, eſt ad illius tribunal provocare, vel apud illum agere aliquem reum alicujus criminis. Quare hæc erit ſententia; *Qui irridetur ab amico ſuo, Deum invocabit*, & tantæ perfidiæ infideles amicos reos peraget. Deus autem amicitiæ violatę Iudex ſeveriſsimus eſt, cujus modi eſſe non poſſet, ſi non ipſe veriſsimus amicus homini exiſteret, atq; veræ amicitiæ legum conditor, & obſervator.

קרא

Deus veriſſimus amicus.

4 ענה

Exaudire pro reſpondere.

Et exaudit eum. Propriè, & Reſpondebit illi; aderit clamanti; ſua ope & præſentia oſtēdet clamorem exaudiſſe; annuet votis, & poſtulatis, quem alii abjiciunt, ſuſcipiet ipſe, & in ſuam fidem recipiet, quem amicorum infidelitas prodidit. eſt enim *exauditio* hæc, & *reſponſionis formula*, quæ non verbis ſolū, ſed multo verius re ipſa, atq; auxilio præſtito fit:

5 Simplicitas quæ.

Deridetur enim justi ſimplicitas. Propriè, integritas, perfectio, ſanctitas minimè fucata. quidam cauſaliter accipiunt; Quia videt Deus ſanctitatem, veramq; pietatem irrideri, ideo ipſe tuetur & exaudit. nihil melius homini, quam irrideri, & injuriā pati; nam hęc illi mala Deum benevolum, & amicum conciliant. Chryſoſtom. hoc loco ſanctitatem, ſimplicitatemve accipit pro innocentia, quę neminem lædat, lædatur tamē ab aliis. Quid, inquit, Deo judice ſeveriſsimo dignius, quam

Chryſoſt.

um quis irrideatur, & lædatur, qui neminem læſerit? Sed fortè accuſationis amicorū hāc formulam futurā exponit, vt dicat ſe delaturum apud Deum judicem, quòd ſui amici pietatem irrideant.

6 Olympiod. Animalis homo irridet quæ ſunt ſpiritus Dei. 1. Cor. 2. 14. 4. Reg. 9. 11. Bien loco noceys quæ es vn hablador, y ya podeys verlo quæ dicia.

Duo hic obſervanda. alterum cum Olympiodoro, nihil mirum, ſi Iobi *ſimplicitas* ab amicis *deridetur*, cùm proprium ſit eorum, qui corporis illecebris deliniti ſunt, eorum qui ſanctitati & ſpiritui navāt operam, ſtultam eſſe conditionem arbitrari. *Animalis enim homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei*. Prophetas, qui ſpiritu Dei agebantur, inſanire putabat ineptum vulgus, inſanos etiam appellabat. amici Iehu diſcipulum Eliſęi irrident, & inſanire exiſtimāt. 4. Reg. 9. *Quid venit* (inquiūt) *inſanus iſte ad te? Qui ait eis,* *Noſtis hominem, & quid loquutus ſit? At illi reſponderunt. Falſum eſt, ſed magis narra nobis*. non aliter Iob, qui ſublimia loquitur, quæ humanus amicorum ſenſus non ſapit, inſanire putatur, & ludibrio habetur.

7 Didymo. Iobi modeſtia. 2. Cor. 12. 2.

Alterum cum Didymo; Cum minora dicit Iobus, de ſe ipſo loquitur, cum ait, *Sed mihi* [...], cùm verò majora loquitur, ut ſanctitatē, & juſti perfectionem, in genere de juſtis agit ne tam ſuæ juſtitiæ, quam omnium juſtorum cauſam agere videatur. ſimilem modeſtiam imitatus Paulus. 2. Corinth. 12. cum alia de ſe dixiſſet, ſed tamen illum raptum ad paradiſum, non ſibi apertè tribuit, ſed *cuidam*, quem ipſe noſſet.

V. Lampas contemta apud cogitationes divitum, parata ad tempus ſtatutum.

1. *Variatio Græcorum & Hebraizantium.*
2. *Deſcriptio V. lectionis. Lampas quid.*
3. *Cogitatio quid propriè, & ut parata, & mundi futura ſit. Quid in impiorum oculis luceat, & quid tenebris ſit. Explicati Salomon, & Zacharias.*
4. *Iuſtus ſtatuto tēpore lucebit. Parare, quid propriè.*
5. *Tempus ſtatutum, quod dicatur.*
6. *Tēpus pro opportunitate. Iuſti ſimilis acceſſo carboni*

1 Hebraizantium, & Græcorum diſſenſio.

Mira eſt Græcorum, Hebraizantiumque à Latino interprete diſſenſio. Græcorū hæc lectio eſt; *In tempus autem ſtatutum paratum fuiſſe, ut caderet ab aliis*. ſententia fertur in hunc modum, Aliorū divitum, aut amicorum fœliciter agentium hæc eſt cogitatio atque judicium, me quondam *lampadis* inſtar fulſiſſe; nunc verò extinctum eſſe, & ſub aliis me inferiorem jacere, ſic exigente vel fatali temporis neceſſitate, vel divino decreto. Alii, ut cum ſuperioribus cohæreat, Non aliter Iudibrio eſt juſti ſanctitas opulentorum fœliciterq; agentium omnium judicio, quàm cum lampas, aut carbo accenſus, aut titio, faxvè ut tęda de induſtria projicitur extra focum, naturæq; ad ſtatutum tempus, ut cùm quis denuò ingrediens, imprudēs in illum offendat, riſui atq; ludibrio aliis ſit, licet ſuo malo; cùm potius iniuſti pedis dolor cōmiſerationem, non riſum movere deberet, Sic enim Pagninus, Cajetanus, & alii legunt; *Paratus vel teſta ad titubationem pedis*. aliter etiam Cajetan.

לפד

exponit videlicet juſtum eſſe *lampadem cõtemptam, paratam* ad offenſionem, ſcandalum, caſumque divitis. Duas alias interpretationes indicat Vatablus; primam, iuſtum afflictum eſſe lucernam, paratã nutãtibus pede, ut qui pede nutant, & qui in impietate confirmati non ſunt, diſcant, *ſi in viridi ligno hæc fiunt, in arido quid fiet.* ſi juſtus peruritur afflictionibus, non torrebitur impius? alterã, quod juſtus ſit velut lignum ardens, & paratus ad lapsum pedis: nam illum fugiunt fœlices, & pro re abjectiſsima, tum etiam pro re nociva, & infeſta habẽt. ſenſus hi omnes non inutiles.

Vatabl.

Luc.23.31.

2 Sed non dubium, quin Latinus interpres aliter, quam Hebraizãtes legerit. non q̃dem *Magath*, ut illi legunt, quod eſt vacillare, aut nutare. ſed *Iagad*, quod eſt ſtatuere, aut diſponere, & ordinare certo tempore, unde dicitur in Scriptura *Tempus ſuum.* Num.9. aut. *Conſtitutũ Tempus.* Exod.13. & placitum (quod nos vocamus, *plazo*). 2. Reg.20. *Moratus eſt extra placitum, quod ei conſtituerat Rex.* Hinc conſurgit noſtræ lectionis ſentẽtia, longè aliorum interpretatione elegantior. eſt enim juſtus, *lampas* (*lappbid*) fax accenſa, lucens, quod ardet, accẽditur, lucet in miniſterio domus. eſt etiam coruſcatio, lux, ut Exod.20. *Cunctus populus videbat voces, & lampades.* ſed eſt *lampas contempta* propriè; pro re viliſsima, & inutili habita, cui propter vilitatem, & abjectioné per ſummum contemptum detrahitur. hæc enim vocis originalis germana ſignificatio eſt.

מעד

יעד

Num.9.2. & infra.

Exod.13.10.

1.Reg.13.11.

2.Reg.20.5.

Lãpus quid

לפד

Exod.20.18.

בוז

3 *Apud cogitationes* (judicium) *divitum.* propriè pacati, & tranquilli hominis, quem nulla inſtabilis fortunæ cõmotio exagitat. & eſt pulchra alluſio inter *lampadem & cogitationes.* nam originalis vox *cogitationis*, affert etiam nitorẽ, ſplendorem, puritatem; quod cogitationes puræ, nitidæ, lucidæ eſſe debeant, ſine ſorde & macula. unde quod Cantic.5. dicitur, *Venter ejus eburneus*, ex Hebræo ab hac radice dicitur Venter ejus candidus, nitidus, ſplendidus, ſicut ebur, ubi indicatur, *Ventris*, id eſt, pectoris cordisq́. mũdities, & puritas, cogitationum nitor & ſplẽdor. Vel ut Septuaginta legunt, *Venter ejus pixis eburnea.* debet enim pectus eſſe plenum unguẽtis ſuaviſsimis, non verò fœda & turpi hypocriſi inſtar ſepulchri dealbati. Igitur cùm *cogitatio divitis* lucem ſonet, eleganter dicitur juſtus *lampas contempta apud cogitationes divitum*, Divites enim, & mortales omnes lucem & ſplendorem conſectantur, ſed oculis divitum non ſplẽdet pietas, ſed aurũ, argentum, honores, quæ conſectãtur per ſuam oculorum concupiſcentiam. Nam vaniſſimarum rerum objecto ſplendore mentis aciem hebeſcere patiuntur, clariſsimumque virtutis lumẽ non modò non vident, verùm ut denſiſsimas tenebras contẽnunt, illę ſunt *lucernæ impiorum*, (ut ſapiens ait) ad cujus ſplẽdorem greſsus ſuos dirigunt; & ut Zachar. dixit, *Impietas eſt oculus eorum in univerſa terra.* id eſt, in quam mortales intendunt defixis oculis, & immotis luminibus illam reſpiciunt, ſuſpiciunt, venerantur, adorant. cùm autem

שאן

Cogitationes puræ & lucidæ.

עשת

Cant.5.14.

LXX

Quid in impiorum oculis luceat.

Prov.21.4.

Zacha.5.6.

illud angelus expoſuit Zachar. oſtẽderat ſanè illi *amphoram egredientem*, quàm *impietatem*, & *oculum* mortalium vocavit. quem locum verſat eleganter Gregor. lib.14. Moral. atque *amphoram* intelligit menſuram, qua res bonaq; temporalia menſurantur. eò enim ſpectant mortales, ut divitias & facultates comparẽt & cumulent, atque *menſuram bonam, & confertã & coagitatam* reportent ex mundo, in hoc uno oculati ſunt, & perſpicaces, in cæteris cæcutiunt; & iuſtitiam atque pietatem, tanquam rem planè ignobilem atque obſcuram averſantur, & ſicut lucernam jam jam deficiẽtem aut etiam fumigantem, quam in remotiſsimum angulũ conjicimus. illorum enim judicio non eſt juſtus lucerna accenſa, *ut luceat omnibus, qui in domo ſunt.* ſed ut *ſub modio* ſint. ſed tamẽ *parata* eſt ad *tempus ſtatutum. Educet* enim Dominus juſti *juſtitiam* ex tenebris & caligine, & *lumen* ſanctitatis *tanquam meridiem*, tam claram tamq; fulgentem, vt omnem invidiæ, & detractionis umbram tenebraſque disjciat, inſtar meridianæ lucis. *At impiorum lucernæ*, lumen, oculus, evaneſcent, *extinguëtur*, deficiente illis *oleo*; nam quamvis multa temporalia bona comparaverint, non diu duraturam lucem compararunt, neq; *ſuas lampades* benè pararunt. At juſti *lampas*, eſt *parata* lucerna, conſtante quadam, licet nunc latente & mortalium oculis occulta luce prædita, quæ firmiter perpetuò lucem retinebit ſicut ſol, & ſicut *ſtellæ in perpetuas æternitates.* unde vox illa *parandi*, propriè eſt, ita aliquid inſtruere, diſponere, & præparare, ut firmitatẽ & diuturnitatẽ habere poſsit. qua ratione dicitur *Præparatum regnum.* 1. Reg.13. confirmatum & ſtabilitum, & Pſal.102. *Dominus in cælo paravit* (fixit) *ſedem ſuam.* & Proverb.19, *Parata* (conſtituta & decreta) *ſunt deriſoribus judicia.* Sexcẽta ſunt hujuſmodi. ita eſt quidẽ lux iuſti *parata*, conſtans firma, parata à Deo, ut in æternum duret, & nunquam extinguatur.

Grego. lib.14. Mor. cap.26.

Amphora pro menſura.

Matth.5.15.

4

Iuſtus ſuo tẽpore fulgebit.

Pſal.36.6

Prov.24.20

Prov.13.19.

Matth.25.7.

Dan.12.3.

Parare quid propriè.

כון

1.Reg.13.13.

Pſ.102.19.

Prov.19.29

5 *Ad tempus ſtatutum.* Non eadem apud omnes huius *conſtituti temporis* intelligentia. Nam Septuag. accipiunt de tempore miſero, quod a Deo iuſto deſtinatum eſt, ad tolerãtiam malorum. Chaldæus idem tempus, ſed rem totam de divite impio interpretatur, in hanc ferè ſententiam; Torris, qui nunc contemnatur à Deo, neq; omninò abſumatur igne, eſt impius, qui tandem *ſtatuto tempore* conjicietur in rogum, *ignemque æternum.* Neque omninò hic ſenſus noſtræ lectioni repugnaret; nam perinde eſſet dicere, *lampas pro cogitationes divitum*; Lampadis rationem habent cogitationes divitum, vel, inſtar lampadis, &c. Alii, idque frequentius, accipiunt in bonum, & accipiũt de morte iuſtorum, vel de iudicii tempore; hoc enim eſt, quod per antonomaſiam *tempus*, vel, *dies* dicitur. ut 1. Corinth. 4. *Nolite ante tempus judicare, quoad uſque veniat Dominus.* cõſonat igitur cum illo Sap. 3. *In tempore* (ſtatuto) *erit reſpectus illorũ* (id eſt, viſitatio, & judicium. Sic enim Petrus appellat *diem viſitationis.* & mox ſequitur) *fulgebũt juſti, & tãquam ſcintillæ*

Quod dicatur tempus ſtatutum.

LXX.

Chaldæ.

Matth.13.42. & c.25.41. 46.

Tẽpus pro die mortis.

1.Cor.4.5.

Tẽpus pro die judicii.

Sap.3.6.7.

1.Pet.2.12.

in arun-

*in momento diſ.**** *. id eſt, ſubito excitabunt flammam, & coruſcabunt. Quòd enim contemptionis & lachrymarum in hac vita præceſsit, fuit quidē parari, & præparari materiam, ut ſtatuto tempore flamma ſe proderet tunc enim *lux orietur iuſto, & rectis corde lætitia.* nunc *nondum apparuit, quod erimus, cùm apparuerit autem ſimiles ei* (id eſt, ſoli fulgentiſsimo, & inacceſsæ luci) *erimus.*

Pſ.96.11. 1.Ioan.3.2.

6 Tempus pro opportunitate. Iuſtus ſimilis carboni acceníó.

Non incongruit tamen aliquod opportunum & privatum tempus captandæ alicuius utilitatis intelligi poſſe, ut hæc ſit Iobi ſententia; Contemnor á divitibus & opulentis hominibus, abiicior, proteror, imo longius a me recedunt tanquam ab acceníó carbone, à tęda, a face, ne qua mearū ærumnarum, atq; morborum, ſcintilla ad illos inſiliat: ſed tamen ſapientiſsimus Deus jam conſtituit, ut ad hunc igniculū, quem modo vix lucentem deſpiciunt, aliquando tandem propius accedant, ut mea luce atque calore utantur, prodero tandem iis, qui nunc mihi inſultāt, tanquam planè inutili, & nihili homini. Quid ſi etiam hoc loco, *tempus*, occaſionem ſignificet captandam à Deo ad juſti reſtitutionem; opportuniſsimo enim tempore adeſſe ſolet ut enim ait Sapiens; *Vſque in tempus ſuſtinebit.* id eſt, uſq; in opportunum tēpus ſuæ reſtitutionis. *& poſtea* (tunc enim) *redditio iucunditatis.* Gravida eſt ſacra litera multis valdeq; appoſitis ad noſtram eruditionem intelligentiis.

Eccl.1.29.

VI. Abundant tabernacula prædonum, & audacter provocant Deum. cum ipſe dederit omnia in manus eorum.

1. *Contextus quis.*
2. *Abundare quid. Divites ex præda & rapina. Illuſtratur Hoſ. 12. Facultas, quaſi facultas quælibet audendi.*
3. *Quid audacia in Hebræo. Ex ſecuritate audacia, & temeritas.*
4. *Divites erga Deum ingrati. Qui victoriæ laudem ſibi arrogat, Deum provocat. Illuſtratur Habacuc.*
5. *Divites Deum provocant ſibi divitiarum laudem arrogantes. Hi raptorum, & prædonum ſimiles.*

1 D.Thom.

DIvus Thomas exiſtimat ſermonem fieri de divitibus illis & locupletiſsimis hominibus, qui cò dementiæ proceſſerunt, ut Deo pro nihilo habito, beatitudinem in deliciis collocarint. ſed contextus hic non quadrat textui, & conſequentiæ orationis. quare res ipſa poſtulat, ut cùm de juſti irriſione, & ærumnis dixerit nunc de impiorum fœlicitate diſputet.

2 Abundare quid. שלה Prædones qui.

Abundant. Locupletia ſunt, quieta, pacifica, fœlicia, benè eſt illis; nā his modis omnib*, interpretes vertere ſolēt vocem, *Saleh. Tabernacula*, domus, familia, & q̄ ad illos pertinent univerſa. *Prædonum*, vaſtatorum, qui in res alienas irruunt, qui aliena bona per vim & iniquitatē diripiūt, ut ex hoc deprędādi ſcelere, flagitioſiſsimos quoq; notet, vel, vt diuites notet, qui interdū ex pręda diteſcunt, aut etiā ex divitiis, vires & aurum aſſumūt ad prædā-

Diuites interdum ex rapina diteſcere.

dū, ita ut non ſolum egeſtas *ad furandum compellat*, ut Sapiēs dixit, ſed divitiæ etiam atq; abūdantia, *prædones* interdum efficiat. Hæc enim eſt illa apud Hoſeam.12.cap. impiorum divitum vox; *Verùntamē* (certè) *dives effectus ſum* (quacunq; tandē ratione, gaudeo me divitem effectum. Eleganter Hieronym. *Non refert unde poſsideam, dummodo poſsideam.* de quo morbo ſcriptum eſt, *Divitias, quas devoravit, evomet; inveni idolum mihi* id eſt, Deus ſplendidus, cui ſerviam. mihi pro Deo aurum erit. hoc loco alii ex Hebræo legunt aliter, Tygurina, *Facultates* Vatablus, Regia. *Robur*; dices propriè, fortitudinem, virtutem, dolorem. id eſt vim, violentiam, quæ aliis dolorē & moleſtiam infert, iniquitatē, quæ contra fas aliena diripit. Atque hoc ſonat Latinum facultatum nomen, facilitas, quod facile omnia efficiant. ait igitur, *Inveniſſe* divitias, quibus potēs reddatur vim afferre pauperibus, aliena rapere, & difficilima quæq; aggredi, & conficere. Sed mirum quod cum ex abundantia prædam divites agere potentes reddantur, non ſolùm impune, ſed etiam latenter & occultè ſe id agere poſſe confidūt. ſubditur enim; *Omnes labores mei non invenient mihi iniquitatem, quam peccavi.* nemo me audebit appellare prædonem, aut raptorem, aut alienorum appetitorem. *abundāt* itaq; *tabernacula prædonum*, & in pace ſunt omnia, quæ poſsident.

Hoſ.12.8. Hieronym. Iob.20.15. Tygurin. Vatabl. Regia. Facultas quaſi facilitas dicta.

Sed peculiariter reſpicere ad Sabæos, & Chaldæos potuit, qui illa ex Iobi facultatibus facta præda, ditiores facti ſunt. quo ſpectare videtur lectio Septuaginta. *Paratum fuerat, ut caderet ab aliis, & omnino, ut devaſtaretur ab iniquis.* Chaldęus tamē alluſum exiſtimat ad alias finitimas gentes Iſmaelitas, Moabitas, Ammonitas, qui forte ex pręda viuebant. Exēplum etiam in Pharaone ſubiicit, qui Deum provocavit, dedit tamen ſuæ temeritatis debitas pœnas.

LXX. Chalda.

Audacter provocant. Supple prædones. niſi forte ſuppoſitum aliud ſubaudiri debeat, in hunc ſenſum; Alii etiam projectiſsimi ad omnē audaciam, improbi, qui audaciſsimè & impudentiſsime efferuntur adverſus Deum. in Hebræo eſt nominativ* pluralis numeri; *Audaciæ, ſecuritates*, vel *confidentiæ provocantibus Deum.* numerus pluralis abundātiam ſignificat. quaſi dicat, Magna ſecuritas, ingens temeritas & audacia ineſt his, qui Deum laceſſunt. Vox originalis eam confidentiam ſecuritatemve ſignificat, quæ audaciam & temeritatem parit; Nihil formidant, audent igitur, & impune ſe peccaturos confidunt. Provocare aūt, *Ragaz*, movere, cōmovere, laceſſere, irritare ad iracūdiam & indignationem, Deus eſt hoc loco, *El*, fortis potensque, Provocat fortē, qui vel minimo digito, aut ſolo nutu proſternere illos poſsit. Quāta temeritas! Quam ſtolida, quam infœlix ſecuritas!

3 Pagni. Regia. Cajeta. בטח Ex ſecuritate & audacia temeritas. רגז

Cum ipſe dederit. De impiis divitibus ſermo eſt, qui divina beneficia convertunt in arma, quibus divinam beneficentiam laceſſant, & prouocent; ingratiſsimi aduerſus largitorē

4 Impiorum divitum ingratitudo.

bonorum omnium, qui bona atq; fortunas *tradit in manus eorum*. id eſt, liberæ illorum poteſtati, atque dominio permiſerit. Hi ſunt, quibus grauiſsimè comminatur Deus Hoſeæ. 13. *Iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt: & eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei. & ego ero eis quaſi leæna &c.* ex paſcuis enim & acceptis fœliciter viuendi muneribus, nihil niſi ſaturitatem, & voluptatem, atque Dei largitoris contemptum, & obliuionem retulerunt. Quid ſi etiam ad furunculos, Chaldæos, & Sabæos reſpiciat, qui ex parta præda atq; victoria inſoleſcentes, dicantur Deū prouocaſſe, quòd ſibi victoriā tribuāt, ſuæq; induſtriæ atq; viribus comparatam prędam; quod diuinam potētiam laceſsit, ſicut Scriptum eſt, *Ne forte ſuperbirent hoſtes eorum, & dicerent, Manus noſtra excelſa, & non Dominus fecit hæc omnia*, hac ſane ratione prouocauit Deū Nabucho-Donoſor, qui ſuæ potentiæ & induſtriæ militari partam de Iſraelitis victoriā tribuebat. *Propterea* (inquit Habac.) *immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo* (Chaldæus, *Armis ſuis*) *quia in ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus*, bonum piſcatum ſuo reti & ſuæ induſtriæ, & fortitudini tribuebat. *Nunquid* igitur (inquit Iſaias) *glorificabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea?* prouocatus verò, laceſsituſq; Deus vehemētius comminatur, *Væ Aſſur. dixit enim, In fortitudine manus meæ feci, in ſapientia mea intellexi, &c.* ſic ergo *audacter prouocant Deum, cum ipſe dederit omnia in manus eorum.*

5 Potest quoq; hęc *prouocatio* ad ipſos diuites pertinere, qui ſuæ tantum induſtriæ ſuas diuitias & facultates acceptas referant, cùm *Dominus dederit*. Huc illud, quod paulo antea, ex Hoſea afferebamus; *Diues effectus ſum*, à quo *effectus ſit*, tacet. Sed quidem alij iuxta Hebręum, relatiuum, *Ipſe*, non ad Deum referunt, ſed ad impium, qui dicatur Deum adducere, vel portare, vel dare in manu ſua. Ita Pagnin. Vatabl. Tygurina, Regia; vt ſi periphraſis hominis idolorum factoris & cultoris, qui Deum facit venire in manus ſuas, portat, tractat, verſat manib⁹: huiuſmodi enim homines putantes numen ſibi adeſſe, verum Deum prouocant, *& irritant in vanitatibus ſuis, prouocant in eo, qui non eſt Deus.* efficit igitur illos audaces, quòd cum ſua manu formēt idola, exiſtimant ſe illa pro nutu regere, & moderari poſſe, atq; adducere ad lucrum ſuarum cupiditatum. Sed vulgata conſtructio atque lectio multo lenior & congruentior eſt. Paraphraſim hoc loco ſubtexunt Septuaginta, aut potius addunt explicationis gratia, huiuſmodi ſententiam; *Verum tamen nemo confidat, cùm malignus ſit futurum ſe inſontem. quicumque irritant Dominum, tanquam inquiſitio in eos non ſit futura.* Interim Iob ſuæ vitæ innocentiam tuetur, cuius cum tabernaculum bonis abundaſſet omnibus, minimè numen diuinum prouocauit, neq; ingratus extitit largitori bonorum: nam beneficium accipere, & à quo acceperis iniuriis & contumeliis laceſſere, hoc (inquit) *prædonum* & latronum eſt; qui, quos ſpoliant, ſi non morte, at certe contumeliis, & probris afficiunt, & onerant. at ego longe aliter: nam cum ſumma animi demiſsione Deum colui, accepta quoque illi referens vniuerſa, quæ habui.

Hoſeæ. 13. 14.
Hoſtes gloriantes Deū prouocant.
Deut. 32. 27.
Habach. 1. 16.
Chald.
Iſa. 10. 15.
Diuites Deum prouocant, cum ſuæ induſtriæ laudē attribuunt diuitiarum.
Hoſ. 12. 8.
Pagnin.
Vatabl.
Tygurina.
Regia.
Deut. 32. 21.
Pſ. 77. 58.
LXX.
Ingratitudo diuitū, rapina.

VII. Nimirum interroga iumenta & docebunt te: & volatilia cœli, & indicabunt tibi.

VIII. Loquere terræ, & reſpondebit tibi: & narrabunt piſces maris.

IX. Quis ignorat, quod omnia hæc manus Domini fecerit.

1. *Quis ſit harum ſententiarum nexus. Creaturæ propter hominem.*
2. *Particula, nimirum, aſſeueret. Proſopopœia. Metonymia Scripturæ regula, cum nomini plurali adiungitur verbum ſingulare.*
3. *Creaturarum mundialium laſsitudo quædam. explicata Sapientia, & Paulus.*
4. *Quid loqui ex Hebræo, quid Dei manum.*
5. *Anima quid, quid ſpiritum, & vt Deus illum vel neget, vel impertiatur.*
6. *Deus vniuerſis creaturis mala aut bona diſpenſat.*

1 PLerique exiſtimant hic redire Iobum ad confirmandum & locupletandum illam amicorum doctrinam de diuina prouidentia, facilem fuiſſe, & minime exquiſitam, vt quæ ex creaturis ipſis facilè colligi poſsit, nam clamant omnia Deum prouidentem, atq; moderantem vniuerſa. vel ideo vulgarem fuiſſe, quod nulla res creata ſit, quæ ſuū effectorem non agnoſcat. neque id eſſe hominibus duntaxat exploratum, ſed brutis etiam animantibus, atq; elementis ipſis ſenſus expertibus. ſic Græci. Caietanus vero exiſtimat hinc probari illud Iobi propoſitū, bona & mala ſine diſcrimine bonis perinde ac malis immitti à Deo, & non propter vlla creaturarum merita. id quod teſtari poſſunt creaturæ ſenſu rationeque carentes quæ ſuū bonum, ornatumque acceperunt ab auctore naturæ nullis ſuis meritis. Sed forte cohærentius, vt id quod paulo ante dixerat, Deū dediſſe in manus hominis vniuerſa creata, nunc confirmet vniuerſarum creaturarum teſtimonio, quæ ſentire & agnoſcere videntur non propter ſe, ſiue gratia, ſed propter hominem conditas eſſe.

2 *Nimirum.* Vere, ſane licet *interrogare iumenta*. vel quod in Hebręo eſt, quæſo, eia, age, obſecro, *interroga iumenta*. Septuaginta, *quadrupedia*, Hebraice, *Behemoth*. beſtias pecora campi, vel craſsima & efferata quæq; animantia, nihil prudentiæ & familiaritatis cum homine habentia. *& docebunt te*, per Protopopœiam. perſonam intelligētiæ participem illis tribuit. vel per Metonymiā; ipſe rerū aſpectus faciet te cognoſcere; ex ipſis ſcies. in originali, *Docebit te*. id eſt, vna quæq; ex beſtiis docebit

Quis ſit harum ſententiarum ſcopus & nexus.
Græci.
Caiet.
Nexus cohærentior.
אולם
LXX.
בהמות
Protopopœ.
Metonymia
Scripturæ regula.

bit. cùm enim nomini plurali adiungitur verbũ
ſingularis numeri, diſtributio fit eorum, quæ
Eccleſ.10. nomine continentur. ſimile id Eccl. 10. *Muſcæ*
morientes perdunt ſuauitatem vnguenti. in Hebræo
Geneſ.49.22. *muſca per. it.* id eſt, quælibet perdere ſolet.
& Gen. 49. *Filiæ diſcurrerunt ſuper murum.* in He-
LXX. bræo, *Filia diſcurrit.* id eſt omnes fœminæ Ae-
gyptiç muros & feneſtras aſcenderunt viſu-
Creaturæ a- ræ Ioſephum. Septuaginta tropũ illumina-
liæ propter rant, *interrogata reſpondeant.* id eſt, interrogata, ſi re-
hominem. ſpõdendi ſenſus illis ineſſet, prædicarent pla-
ne nõ ſibi, ſed homini nata eſſe, & præceptũ
Gen.ſ.2 19. illi à Creatore, ut homini obſequãtur; addu-
cta ſe eſſe ad Adamum animantia bruta ab i-
pſo Creatore teſtarentur, nominaq́, in ſignũ
ſubjectionis ab homine accepiſſe, obſtringi-
que a Creatore perpetua ſeruitute, dum ho-
3 mo vitam mortalem hanc ducat. Non ſolum
vero id teſtatur primigenia creaturarũ con-
ditio, ſed quotidianus quaſi rerũ mundiali-
E 1.1.8. um omnium labor, laſſitudoque ſerviendi.
ſunt enim, (ut Sapiens ait) *cunctæ res difficiles.* id
eſt, laſſatæ & fatigatæ multo ſerviendi labo-
re atq; moleſtia, ſupra quam poſſit homo ex-
plicare ſermone. quod illud ipſum eſt Pauli
Rom.8.20. ad Romanos. 8. *Vanitati enim creatura ſubiecta eſt*
non volens, difficilis, moroſa, ingemiſcẽs, par-
turiens, ſed obedit tamen, & ſervit homini,
propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe: quia & ipſa creatu-
ra liberabitur à ſervitute corruptionis. cùm enim cre-
atura homini ſervit, potiſsimum præcepto
ſui creatoris deſervit, ſicut Sapientiæ. 16. di-
Sap.16.24. citur; *Creatura enim tibi factori deſerviens exardeſcit*
in tormentum adverſus iniuſtos: & lenior fit ad benefa-
ciendum pro his, qui in te confidunt &c. Igitur cun-
cta a terra &c., non una tantum, ſed multipli-
citatione reſpondebunt, hominis gratia, la-
borem & laſsitudinem ſerviendi imperata
ſibi eſſe à Deo.

LXX. *Et volatilia cæli.* Cœleſtia, aerea, degentia in
aere, volitãtia per medium cœlum *Indicabunt*,
prout ic Septuaginta ex Hebræo, *Annunciabunt*,
annunciabunt, coram profitebuntur, at-
que palam exponent.

4 *Loquere terræ.* Propriè; conceptam apud te
שִׂיחַ dubitationem, ſi quam habes, tracta cum ter-
LXX. ra. eſt enim *Siach*, meditari & loqui, id eſt me-
ditationem proferre. Septuagint. *Enarra ter-*
ræ. cum terra inſtitue hac de re colloquium.
Et reſpondebit tibi. hoc ſcilicet, operam, ſuoſq;
fructuum omnium proventus, Dei providẽ-
tia atq; decreto conſtitutos eſſe hominum vi-
tæ. *Piſces* etiam muti rem hanc apertè & clarè
Pſ.l.8.7. pronunciabunt, univerſa Deum *ſubiecisse ſub*
pedibus hominis, & facta eſſe propter homi-
nem, & *quod omnia hæc manus Domini fecerit.* Sed
pergendum, ne immoremur in ſingulis; illo
Hilar. tamen indicato, quod Hilarius & Ambroſi⁹
Ambroſ. ſuper id Pſ. 118. *Manus tuæ fecerunt me.* obſervãt,
utraq; Dei manu hominem factum, at vero
quæ minoris erant, altera tantum manu con-
dita, imo & digito fabre factos cœlos.

Vide quæ de manu Dei diximus
. c. 10. vbi quid Dei manus
ſignificet.

X. In cuius manu anima omnis viuentis, & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis.

NIhil (inquit) mirum Deum largitum 5
eſſe alia bona hominibus, cùm vitam Anima
ipſam vniuerſis viuentibus tribuat. continet quid.
igitur ſua *manu*, id eſt, ſua potentia *animam*,
qua viuunt, creſcunt, aluntur; ſpirant etiam
aliqua viventia: habet præterea *ſpiritum*: ali- Spiritus
qui, animam ſpiritualem; ſed melius in com quid.
muni, vitam, reſpirationem, reſpirandi fa-
cultatem, quam pro ſuo arbitrio Deus, vel
attrahit, & cohibet, atque denegat; vel laxat, Pſal.103.29.
& impertitur; *aufert*, aut elargitur. non ſolùm 30.
igitur *ſpiritum*, & vitam cunctis impertitur Iſa.42.5.
pro ſua poteſtate, ſed etiam gubernat & mo-
deratur pro ſua ſapiẽtia. ſimile eſt id Danie- Dan.10.8.
lis. 5. *Deum, qui habet flatum tuum in manu ſua &*
omnes vias tuas, non glorificaſti. id eſt, qui non ſo-
lum vitam, ſed ſingulas etiam vitæ actiones
moderatur pro ſuo arbitrio. Vide quæ ſupra Iob.10.8.
diximus. cap. 10. verſiculo. 8. Adde vero hinc 6
oſtendi ex creaturarum teſtimonio, non ſo- Deus vni-
lùm bona, quibus fruitur humana vita, pro- uerſis crea-
ficiſci à Deo, ſed etiam ea omnia, quæ aliis a- turis mala
nimantibus, bona, aut mala contingunt, pẽ- aut bona
dere a diuina prouidentia. quod etiam *inter-* diſpenſat.
rogata iumenta docebunt. Catulos videlicet *leonum*
rapere, & quærere à Deo eſcam ſibi, Pſalmo. 103. &
Deum *producere fœnum iumentis; dareque eſcam* Pſal.103.14.
omni carni. Pſalm. 135. Volatilia vero interro- Pſ.135.25.
gata reſpondebunt, quamvis *duo paſſeres aſſe ve-*
neant, ſed ne unum quidem ex illis cadere in terram Matth.10.29
ſine patre cæleſti. Matth. 10. & Luc. 12. & *pullos cor-* Luc.12.6.
vorum invocantes Deum, dimenſum ſuum accipe- Pſal.146.9.
re à Deo Iob. 39. & Pſalmo. 146. Si verò loqua- Iob.39.33.
mur terræ, reſpondebit etiam ipſa, ſibi a Deo
parari pluviam, & *de fructibus* diuinorum *operum*. id
eſt nubium, *ſaturari ſaturari* quoque *ligna campi*.
Mala igitur atque bona diſpenſat Deus rebus
vniuerſis creatis. Cum igitur aliquid ex his
deſideratur, vel pluuia terræ, vel paſcua pe-
cudum, vel aliarum arborum fructus, oran-
dus Deus eſt, bonorum omnium largitor. ſi-
cut faciebat Ioel. c. 1. *Ad te Domine clamabo, quia* Ioel.1.19.
ignis comedit ſpecioſa deſerti. & flamma ſuccendit omnia
ligna regionis; ſed & Beſtiæ agri, quaſi area ſitiens im-
brem ſuſpexerunt ad te.

XI. Nonne auris verba dijudicat, & fauces commedentis ſaporem?

XII. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia.

1. *Varia connectendi ratio.*
2. *An Iob fuerit ſuis amicis ſenior. & quæ illius ætas.*
3. *Verus & germanus contextus, & interpretatio. Deus guſtu & auditu percipit humanas actiones.*
4. *Aures in Hebræo quaſi trutinæ. Dijudicare quid.*
5. *Divinæ aures commendatæ ab audiendi acrimonia. Cogitationes, & reliquæ aliæ actiones voces ſunt. Illuſtrata Sapientia.*

6 *Fauces, palatum, guſtus idem.*
7. *Cur Deus aures, & guſtum ſibi aſcribat. I Euſtratius David.*
8. *Antiqui, ſapientia, et ſiſ ſi igitur etc., qui ad propriè.*
9. *Deus à ſapientia, & fortitudine commendatur.*
Princeps, & iudex ſapiens, & fortis eſſe.

1 *D. Thom.* DE contextu cũ præcedentibus, vix quidquam exploratı, certiue conſtat; Diuus Thom. exiſtimat hic agi de creatoris cognitione percipienda ex creaturis experimento rerum ſenſibilium, quæ per illos duos ſenſus, guſtum videlicet, & auditum ſignificantur. *Caiet.* Addit etiam Caietanus his verbis indicari Theologiam illam amicorum, quã Iob dixerat eſſe facilem, poſſe homini contingere aut per diſciplinam, quæ fit ex auditu, aut per inuentionem propriam, quę fit quaſi guſtu quodam & experiméto. & mirum eſt, *D. Thom. Alber. Dion. Caietanus.* quantum Latini, D. Th. Albertus, Caietanus, Dionyſius, vrgeant, mulgeant, & premant hæc omnia vocabula, *ſapientia, ſcientia, prudentia*. ex quibus poſtquam multum emunxerunt, eliciunt illa diſcrimina, quæ Logici tradunt, in libro de poſteriori reſolutione. implent itaq. huius loci commentarium ſpinoſis & aridis obſeruationibus ex Peripateticorum diſputationibus petitis.

Chryſoſto. Olympiodo. Chryſoſtomus. & Olympiodor. aliique Latini, ita interpretantur: Tam facile percipi veriſsimam hanc de diuina ſapientia, atque prouidentia doctrinã, quam facile *auris verba diiudicat*, & *guſtus ſaporem*. quæ enim eſt proportio rerum ſenſibilium ad ſenſum, eadem eſt veritatum intelligibilium ad intellectũ. Quod vero deinde ſequitur; *In antiquis eſt ſapientia*: iterum Caietanus refert ad ſuam illam experimentalem ſcientiam.

2 Alij aiunt hic latenter Iob commendare ſuam ſapientiam ex prouectiori ætate: alij ex oppoſito aſſerũt Iob fuiſſe ſuis amicis iuniore, id quod indicant Olympiodor. & Po-
Caiet. An Iob fuerit ſenior ſuis amicis. Olympiodor. Polychron. Chaldæ. lychron. initio. ca. 15. *Licet ætate* (inquit) *minor ſim vobis, ſapientia autem nulli vestrum ſum inferior*. & idem docet Chaldæus ad id capitis. 15. *Et ſenes & antiqui ſunt in nobis, valdeq. vetuſtiores, quam parentes tui*. quem locum ſic Olympiodo. explicat; *In nobis tribus fuerit fortaſſe aliquis, qui non ſolum te, verùm etiam tuo patre ſit ætate prouectior*. atque tunc oportet per ironiam accipere; Soli ſcilicet ſapiant ſenes. *Aſtunica.* & Aſtunica quidem exiſtimat, cùm Iob hæc diceret, non exceſsiſſe quadrageſimũ annum. Ego verò exiſtimo, & longè prouectoris ætatis fuiſſe Iobum, quã ſuos amicos, & quàm illi Aſtunica cõcedat. *Didymus.* ſic exiſtimat Didymus ſuper id ca. 15. *Et ſenes & antiqui ſunt in nobis*. nam ex illa Grecorum & *LXX. Iob ætas.* Septuaginta ſupputatione, de qua agemus. c. vlti. colligitur ſeptuaginta fuiſſe annorum, antequam in ærumnas incideret, aut cùm in illis fuit. nam ſcribunt vixiſſe poſt plagam annos centum ſeptuaginta, omnes autẽ annos habuiſſe ducentos & quadraginta. Alij aliter. Quæ ideò congeſsi vt rei magnã incertitudinẽ, & auctorũ varietatẽ oſtenderẽ.

3 Ego, quod optimum mihi videbitur adiũgam. Cum Iob de diuinis attributis multo ſublimiùs, atq; magnificentius, quam ſui amici, loqui inſtituerit, oſtenderitq; pro ſuo arbitrio omnia Deum bona aut mala cũ rebus vniuerſis cõferre, nunc ſpeciatim ad diuinæ ſapientiæ commendationẽ deſcendit, *Contextus Germanus.* aſſeritq. Deum nõ minus ea percipere, & exploratа habere, quę in mundo geruntur, quã *auris verba diiudicat*. vt quidquid agas, quicquid cogites tanquã veriſsimas quaſdam & clariſsimas voces tu ipſe videaris diuinis auribus inſtillare. neq; minùs illum cognoſcere, probare aut reprobare hominum a- *Deus guſtatu diſcernit hominum actiones.* ctiones, quàm ſi guſtatu contingeret; dulceſcunt enim Dei palato, quæ honeſtè agimus; at ad amaritudinem prouocant noſtræ improbitates; & *ſcit reprobare malum*, & nauſeare *Iſa. 7. 15.* ad illud, *atque eligere bonum*. nec non *butyrum & mel comedere*. deinde adiuncta argumentatio- *Argumentum à minori.* ne à minori idem confirmat; Si *in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia*, quid de *antiquo dierum* iudicari oportet? *Dan. 7. 9.* ſi *auris verba diiudicat, qui plantauit aurem non audiet?* Quare tãdem concludit, *Apud ipſum eſt ſapientia & fortitudo* *Pſal. 93. 9.* nam hæc duo ad rationem perfectæ prouidentiæ ſpectare videntur, vt ſtatim explicabimus. ſed iam ad ſingula veniendum.

4 אזן *Auris Ozen*, & in plurali idem eſt nomẽ ſtateræ & lancium: ſunt enim duæ aures velut bilances, quibus expẽduntur quæ audimus. *Auris idem quod ſtatera.* diximus nõ nihil hac de re. c. 16. ad id, *Vtinam appenderentur verba mea ſtatera*. congruit autem *Iob. 6. 2.* hoc loco cũ verbo *diiudicandi*, quod alibi Vul- בחן gatus vertere ſolet, *probare*. & *tentare*. id eſt, explorare, penitus cognoſcere, attente & diligenter expendere.

Sicut autem aliis locis commẽdantur diuini oculi *contemplantes bonos & malos*, ita hoc *Dei auris acerrima.* loco diuinę aures, quas nihil præterit eorũ, quæ agimus. vid. Sapien. 1. vbi dicitur Deus *Prou. 15. 3.* habere *Aurem Zeli*. id eſt, Zeloſam, videlicet *Sap. 1. 10.* acerrimam & acutiſsimam ad audiendũ, indignabundam nihil prætermittẽtem per incuriam aut negligẽtiam, ad viuũ omnia per auditum reſecantẽ. vel etiã quodammodo cupidam audiendi. Hęc enim omnia *Zelum* indicare poteſt. ſimilem dicas aurem hominis *Auris zeli.* zelotypi, qui ſuæ ſpõſæ verba cupidè audit, & ponderat, & *ſtat poſt parietem, proſpiciens que*, & audit *per cancellos*. *Auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationis non abſcondetur ſermo oblicus* (id *Cant. 2. 9.* eſt occultus) *in vacuum non ibit* (non erit impunitus) *in cogitationibus impij interrogatio erit, ſermonum autẽ illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius*. eleganter Auguſti. lib. 6. *Auguſti.* de mendacio. ca. 16. hunc locum tractans ad cordis ſermonem, & interna verba mentis refert, quæ Deus acriter audit, atque examinat. Neq; verò ſolum cogitationes ſunt verba mentis, ſed etiã ad Deum relata, cætera opera humana habẽt linguã & vocẽ, & *ſanguis* effuſus *clamat*. & *clamor* peccatorũ *Sodomitarum* *Geneſ. 4. 10.* aſcẽdit in cœlũ. atq. Scriptũ eſt, *Lapis de pariete* *Gen. 18. 20.* *clamabit*. ſed ne quis diceret, hęc quidẽ omnia *Hab. 2. 11.* voces ſuas, linguasq; habere, at nõ oportere Deũ ſcientẽ eſſe omniũ generũ linguarum,

Sap. 1. 7. Deus ſcientiam habet vocis.
addit Sapientia; *Cordis illius ſcrutator eſt verus & linguæ eius auditor. & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non poteſt latere, nec præteriet illum corripiens iudicium.*

6 *Et fauces.* idem quod alibi vertitur, Palatũ, aut guſtus. neq; oportet curioſius hoc loco inquirere, an ſenſoriorum guſtus conſtituere voluerit in *faucibus*, an vero ſit in palato conſtituendum, aut in cuſpide linguæ, vel in neruo per totam linguam ſparſo, de quo philoſophi diſceptant. nam ad illam locutionem ſatis fuit communis loquendi & ſentiendi modus, quo dicimus fauces, aut guttur aliquid guſtare, præſertim cũ re ipſa *fauces* valde delectentur tactu cibi & potus. vnde Ariſtot. 3. Ethicorum cap. 10. quod eſt de temperantia, refert Philoxenum voluptuariũ hominem, & intemperantem precatum fuiſſe, vt longius ſibi guttur, quàm gruis fieret.

Ariſt. lib. 3. ethic. cap. 10.

7 Sed quod attinet ad hanc diuini guſtatus allegoriam indicatam, certè non inſiquẽs, neq; inaudita eſt in ſacro ſermone, iuſtos enim comedere, & guſtare tanquam cibum ſuauiſsimum dicitur, cùm ipſe apertis verbis dixerit, *Cibus meus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, vt perficiam opus eius.* Hęc nimirũ illius refectio, iuſtus & iuſtificatio impij. Hæc ſunt *lilia*, quibus agnus paſcitur, his fructibus oblectatur, cùm paſtor ſit; vt ipſe de ſe teſtatur. *Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo.* & iterum; *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum.* Tantam verò voluptatem ex hoc animarum ſanctarum cibo percipit, vt pro hoc melito conuiuio, vt Pſelli verbis vtar, quaſi gratiam aliquam referret, vicisſim ſe ipſum ſuis fidelibus comedendum præbeat, nam ſtatim adiungit; *Comedite amici, & inebriamini chariſsimi.* at impios faſtidit, & ad illorum memoriam nauſeat, ſicut ſcriptum eſt. *Quoniam Deus ſpreuit* (cum faſtidio, & nauſea abiecit) *eos.* & ad eos quidem, qui putarent Deum oblectari carnium, ac ſacrificiorum nidore, aut eſu, & nõ potius animorum, & cordium, dixit ipſe Deus, *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorũ potabo?* Ergo impij, velut putres carnes, fœtent Deo, ſicut ſcriptum eſt, *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis; non eſt qui faciat bonum.* & iterum; *Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt* Pro quo ex Hebręo alij legunt; Omnis receſsit, aut, defecit, videlicet, ſicut vinum deficere ſolet, cùm aceſcit, aut euaneſcit. verbum enim originale eo loco, ſignificat eam prauitatem, quæ in vino, aut in vinea ineſſe ſolet: à qua radice dictum eſt Ierem. 2. *Quomodo conuerſa es mihi in prauum vineæ alienæ?* Pro voce autem *inutiles*, dicas propriè, fœtidi, putridi, abominabiles; à radice *Alah.* quæ eiuſmodi inutile videtur ſignificare, quod comedendo nõ eſt, propter fœtorem, & putredinem. vnde alij verterunt, *Rancidi facti ſunt*, ſumpta metaphora à cibis fœtidis, & rancidis, à quibus omnes abhorrere ſolẽt. Cùm verò illi cibi, quos ſemel comedit Deꝰ, aut trigere, aut aceſcere incipiunt, ait ipſe

Ioan. 4. 34.
Cant. 6. 2.
Cant. 5. 2.
Pſal. 52. 6.
Pſal. 13. 2. Regia. Vatabl.
כור
אלה
כ

nauſeabundus, *Vtinam frigidus, aut calidus eſſes. ſed quia tepidus es, incipiam te euomere.* ſic igitur Dei comedentis fauces indicant ſaporem.

8 *In antiquis.* Alij vertunt decrepitos. vox originalis propriè ſignificat ſenem, longæuũ, qui diu vixit. *Sapientia* autem hic eſt propriè rerum diuinarum atq. humanarum ſcientia. ſcientia autẽ & *prudentia* non ſunt accipiendæ ſtrictè, pro ſciẽtia rerum agendarum ex debitis circumſtantiis: eandem enim vocem ſtatim vertit interpres *intelligentiam*; propriè autem eſt acuta & acris quædam cognitio, qua res quæque intimè cognoſcitur, cuiuſmodi ſit, & quantum ab alia differat, quæ omnia in diuinam cognitionem perfectiſsimè conueniunt.

ישיש

XIII. Apud ipſum eſt ſapientia, & fortitudo: ipſe habet conſilium & intelligentiam.

9 Ex ſapientia, & fortitudine atque agendi efficacitate conficit diuinam prouidentiam eſſe omnibus partibus perfectam. Sapiẽs eſt enim Deus, videns procul, & vſquequaque circumſpiciens, & præterea *Fortis*, princeps, præualens, robuſtus. hæc enim omnia ſignificat vox originalis. Quòd autem iudicem, aut principem, qui reipublicæ, aut vniuerſitati prouidet, hęc duo commẽdent, *ſapientia*, & *fortitudo*, apertè aliis Scripturæ locis docemur. de *Sapientia*, Iſaias loquitur cap. 32. *Non vocabitur vltra is, qui * inſipiens eſt, princeps; neque fraudulentus vocabitur maior.* vt Deum imitetur, qui cùm omnia cognoſcat, nihil ſuſpicioſè, malitioſè, calumniatur. vt idem ſit cum illo, *Prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Et de robore, atque efficacitate Eccleſiaſt. *Noli quærere fieri iudex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitatem.* tum etiam Exod. 18. *Prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas.* vtrumque requirit *potentiam*, & *veritatem*. quam eſſe veram lectionem Biblia Vaticana probãt; tum etiam Septuaginta. qui *potentes* legunt, Onchelus, *Fortes*: quamquã pleriq; alij vulgati codices habuerint, *Viros ſapientes*. & quidem vtrumq; cadere poteſt in vocem originalem, *Chail*, quę ad robur corporis, ad virtutem animi, ad facultatum & diuitiarũ fortitudinem, ad exercitum, vel multitudinem populi pertinere poteſt: & ea omnia in viro principe, & magiſtratu requiruntur, vt corpore robuſtus ſit, ad perferendos labores; & animo etiam valeat, ſapiẽtia videlicet, & peritia multarum rerum; & diuitiis quoq; polleat, ne adulari cogatur, & munera, aut potentiorum perſonas accipere: præterea ſit vir virtutis, id eſt, exercitus, qui dignus ſit, vt exercitui, & multitudini præficiatur, & quem exercitus integer timeat & reuereatur, & potens quæcunque faciẽda iudicauerit quaſi armata manu, & inſtructa, ſi opus fuerit, acie perficere. & quidem ſub perſona fortiſsimi alicuius mi-

גבר
Iſai. 32. 5. * Id eſt ſuperiori nec ioni malicioſo.
Matth. 10. 16.
Eccleſ. 7. 6.
Exod. 18. 21.
Vatic.
LXX.
חיל

litis

litis, aut ſtrenui imperatoris Salomon deſcripſiſſe videtur optimum magiſtratum, de quo profecto loquitur cap. 10. Eccleſiaſtæ; *Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui diſſipat ſepem mordebit eum coluber. Qui transfert lapides, affligetur in eis; & qui ſcindit ligna, vulnerabitur ab eis.* quæ omnes translationes explicant, qualis futurus ſit optimus magiſtratus, & princeps. vt foueam fodiat, ad expugnandam impiorum munitionem, in qua impietas habitat: diruat, diſſipetque murum impuriſsimæ Babylonis: pietatis verò & honeſtatis terminos, & lapides transferat, dilatet, promoueat: & denique idem ipſe princeps, & magiſtratus, ſicut bonus agricola amputet arbores, quas colit, & præcidat inutiles ramos. ergo ſi militis, ſi imperatoris munus præſtat, cauere ſibi profectò debet à ſuis ſubditis, tanquam ab hoſtibus, ne per inſidias, & dolos atque calumnias viciſsim illi foueam, & laqueos ſtruant; ne mordeant illum ſicut colubri; ne opprimant & defatigent, ſicut moleſtiſsimi, & grauiſsimi lapides; nè denique vulnerent, & configant ſicut aſſulæ lignorum, quę ex ſecuribus, aut falcibus diſsilire ſolent. Ergo apud perfectum iudicem, & principem ſint ſapientia & fortitudo.

Tum prætereà Deus *habet conſilium*, id eſt, rei gerendę rationem rectam, & cogitationem firmam & conſtantem, qua mundum adminiſtrat; Cogitat (inquit) Deus ſerio & conſtanter de recta atque commodiſsima mundi adminiſtratione; id eſt, Optima ratione res humanas gubernat. *Habet* pręterea *intelligentiam*: id eſt, Acutè intimè diſpicit cuncta, & vnum ab alio diſcernit, & ſuo quodque conſtituit loco. Hęc ſane etiam in perfecto iudice requiruntur, ne temere &
Iſa.5.20. ſine conſilio aliquid faciat, neue *dicat bonum, malū, & malū, bonū.* ſed aliquādo de hoc plura.

XIV. Si deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet: ſi incluſerit hominem, nullus eſt, qui aperiat.

1. *Deſtruere, quid propriè ædificare non ſolum de ædificiis dici. Explicatur Dauid.*
2. *Germana interpretatio.*
3. *Includere quid, aut concludere, in ſacro ſermone. & ex Hebræo. Claues, ſymbolū liberæ poteſtatis, & adminiſtrationis. Illuſtratur Dauid, & Matthæus.*

1 חרם HOc iam ad potentiam deſcribendam, & explicandam peculiariter pertinet. *Si deſtruxerit.* Propriè, deleuerit, diſsipauerit, *nemo* poterit extruere, erigere, inſtaurare. eſt autem valde ampla, & valde vehemens illa ſignificatio deſtruendi, vt etiam ſignificet anathematizare, & deuouere, & omnino è medio tollere. ergo affert rei exitium, & interitum, aut etiam dicas excommunicationem. Ioſu. 10. *Ne ſitis præuaricationis rei.* prop.
Eugubin. Titelm. ne anathematizemini. Eugubi. & Titelmanus intelligunt de alicuius vrbis & prouinciæ deuaſtatione, & fortè ad Sodomiticam ruinam aliarumq; ciuitatū deſtructionem reſpicere his verbis potuit, quorum ſupplicium, ruinaq; ſempiterna ignis inferni ſimilitudinem repræſentat, vt Iudas Apoſtolus dixit, *Factæ ſunt exemplum, æterni ignis pœnam ſuſtinentes*, quod indicauit Sapiens. c. 10. dicens, *Fumigabunda conſtat deſerta terra.* quas igitur Deus ciuitates ſubuertit, nemo ędificabit. Alij minus fortaſſe cōmodè, ad Babylonicam turrim, quam nulla humana vis, aut induſtria, potuit ad faſtigium perducere, *deſtruente*, id eſt, prohibente ędificium Deo. Diuus Thom. Caietan. & ipſi ferè Græci de homine interpretantur, quem erectum & quaſi ædificatū, præclareq; inſtructū bonis omnibus, facultatibus, liberis, familia, virium & corporis integritate, & robore, Deus deſtruit, deiicit, proſternit, illis omnibus rebus, & velut fulcris ablatis, quæ erecto animo illum ſuſtentare poſſent. huiuſmodi igitur hominē conjectum in infimam conditionem, nemo erigere, aut ędificare poterit. Et quidem vtrumque verbum ædificandi & *deſtruendi*, tam de ędificiis & vrbibus, quàm de hominibus dici ſolet. Exod. 23. *Deſtrues illos.* nam honor, fauor, amici, facultates, liberi, familia, ſunt velut humanæ vitæ fundamenta, & conſtructio. ſic enim dicebant quondam ad Dauid Pſalm. 10. *Quoniam quæ perfeciſti, deſtruxerunt.* tua, o Dauid, officia in amicos, & in Regem Saulem, tua illa pręſidia, & firmamenta, quæ ieceras in Saulis aula, & quibus nitebaris, iam ſunt adulatorū, & tuorum inimicorum induſtria, labefactata, deſtructa, conuulſa. Pręterea *ædificare domum*, ad familiam erigēdam, ornandam, multiplicandam pertinet.

Sap.10.7.

Geneſ.11. à 4. ad 9.

D. Thom. Caiet. Græci.

Aedificare, & deſtruere non ſolum de ædificiis dici.

Exod.23.24.

Pſal.10.3.

Exod.1.21.

Sed certè melius quadrat, vt in cōmuni dicatur, quicquid velit Deus quacumq; ratione deſtruere, nemo, vel defendere, vel deſtruenti Deo reſiſtere poterit. ſicut Malachiæ. 1. dictum eſt, *Si dixerit Idumæa, Deſtructi ſumus ſed reuertentes ædificabimus, quæ deſtructa ſunt, iſti ædificabunt & ego deſtruam. & vocabuntur termini impietatis, & populus, cui iratus eſt Dominus vſque in æternum.* ſic *deſtruendi* verbum longè patet ruinam illorum omniū, quæ magna cura & induſtria, parata, ſtabilita, & confirmata videbantur, affert. 2 Germanior expoſitio. Malach. 1. 4.

Si concluſerit hominem, verbū, *ſagar*, ad viæ impedimentum, ad carcerē, ad vincula, anguſtias, in quas aliquis cōiicitur, referri ſolet. Pſal. 34. *Conclude aduerſus eos, qui perſequuntur me*, id eſt, præclude illis viā, & aditū, ne poſsint me fugientē cōſequi. 1. Reg. 2. *Concluſit Deus inimicum tuum in manu tua.* id eſt, ad extremas anguſtias redactum, tuæ poteſtati permiſit Deus Saulē, vnde ſe explicare nulla ratione poſſit. ab hac ipſa radice dictum 2. Reg. 22. *Contrahentur in anguſtiis*, id eſt, conſtringentur in ſuis clauſuris & carcere arctiſsimo tū errorum, tum pœnarum; loquitur enim de impiis & perfidis Iudæis. & hic eundem locum Pſalm. 17. vbi Septuaginta legerunt; *Claudicauerunt à ſemitis ſuis*, D. Hieronym. dixit, *Contrahentur*

3 סגר Includere quid. Pſal.34.3. 1 Reg.26.8. 2.Reg.22.46 Pſal.17.6.

Pſ.77.55.80.

in anguſtias ſuas. ad mortis quoque & gladij anguſtias pertinet. vt Pſalm. 77. *Iumenta eorum in morte concluſit.* & iterum. *Concluſit in gladio populum ſuum.* Ergo (inquit) Si Deus properanti, & currenti homini ad finem optatum, præcludat aditum, ſi viæ impedimenta objiciat, ſi implicet conjectis vinculis, ſi detineat in extremis malis, ſi redigat ad extremas anguſtias, ſi conjiciat in tenebricoſiſsimum carcerem, ſi concluſum hominem ſeris clavibuſque obſtrinxerit, *Nemo erat qui aperiat*; diſſolvat dolorum funes, & ærumnarum vincula; nemo infringet carceris muros, aut disijciet vectes & ſeras. Forte hæc *concludendi* & *aperiendi* ratio ſupremæ poteſtatis, & liberæ rerum omnium adminiſtrationis ſymbolum eſt, ut illud Matth. 16. *Tibi dabo claves regni cœlorum. & quodcunque ligaveris &c.* quod aliqui idem eſſe intelligunt ac ſi dixiſſet, quodcunque clauſeris, vel aperueris. & Iſaiæ. 22. *Dabo clavem David ſuper humerũ ejus, & aperiet, & nemo erit qui claudat.* Longè verò digreditur Cajetanus dum hanc hominis incluſionem refert ad neſcio quam imperſuaſibilitatem humanæ mentis, dum permittit Deus, ut homo ratione interdum aliqua apparente omnino decipiatur, & perſuadeatur. nos dicimus, *terra ſ. de campinua*, montibus objectis ſuæ menti perſuaſioni viam obſtruere. Sed certe illud, quod Cajetanum movere, & adducere potuit ad hunc ſenſum, lectio videlicet originalis, *Claudet ſuper hominem*, non eſt, illius mente ratione, aut argumento aliquo religare, ſed quod dicimus, ſub clave aſſervare, & occludere. & Septuaginta clarius, *Si clauſerit contra hominem.*

Claves, ſymbolum liberæ adminiſtrationis. *Math. 16.19.* — *Iſa.22.22.* — *Cajetan.* — *LXX*

XV. Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur: & ſi emiſerit eas, ſubvertent terram.

1. *Continere quid propriè. Arefactio fontium & fluminum ad ſterilitatis, aut divinæ potentiæ commendationem. Pluvia & aliæ creaturæ natura ſua procliues ad bene faciẽdum hominibus*
2. *Emitti nunciorum eſſe. Creaturæ ſævientes in impios, explicata Sapientia.*
3. *Subvertere quid. Illuſtratus Salomon.*

1 Quid propriè continere. עצר *Cajetan.* *Pagnin.* *Tygurina.* Arefactio fontium & fluminum commenda. divinam potentiam. *3.Reg.17.7.* *Ioel.1.20.* *Nah.1.4.* *Zach.10.5.*

SI *continuerit*, Aquarum videlicet impetum conantium ſe ſe effundere, lateque per terram vagari. ſi prohibuerit, ſi ceſſare fecerit. nam hæc omnia ſignificat verbum *Ghaſar* *Omnia ſiccabuntur.* quoniam in Hebræo tantùm eſt, *ſiccabuntur.* Cajeta. retulit ad arefactionem ipſarum aquarum, id quod indicat etiam Pagnini lectio, atque Tygurina; *Prohibebit aquas. & areſcent.* quòd videlicet poſsit Deus uberrimos fontes, fluvioſque perennes areſacere. quod aut in maximæ ſterilitatis ſignificationem, aut in divinæ poteſtatis commendationem proponi ſolet. 3. Reg. 17. *Siccatus eſt torrens.* Ioelis. 1. *Quoniam exſiccati ſunt fontes aquarum.* Nahum. 1. *Increpans mare, & exſiccans illud.* Zachariæ. 10. *Confundentur* (ſiccabuntur, ſordeſcent ſqualore, & ariditate) *omnia profunda* (limpidiſsimæ, & perennes ſcaturigines) *fluminum*: Sed multo commodius Latinus interpres hanc arefactionem ad terram retulit, & ad alia, quæ in terra, cœleſti humore ſuſtinentur & virent. atq; eodem modo Septuaginta legunt; *Siccabit terram.* & licèt poſterior hujus ſententiæ pars de fontibus, fluminibus, mari accipi poſsit; nam videtur ſemper mare impetum facere, velleque per terram excurrere, & cohibetur à Deo; tamen commodiùs accipi poterit de pluvia & cataclyſmo, cui etiam verbum *continendi* eleganter convenit: nam videtur ex auctoris naturæ ſtatuta lege, & præcepto cœleſtis imber ſuis temporibus cogi, & generari, atq; ſua ſponte pro temporum ratione terram perfundere. fecit enim Deus cœleſtia lumina, & ſydera, vt eſſent *in tempora.* id eſt, ut virtute ſua efficerent viciſsitudines & mutationes temporum, hybernos imbres, æſtivos calores, vernam temperiem &c. igitur ſua ſponte ſuoque pondere, atq; propenſione decidet in terrã imber, & *aqua.* id eſt, uberes pluviæ, niſi Deus *contineat*, & ꝓhibeat, ut quæ per ſe arida eſt, ad ſummam ſiccitatem reducatur, & ad impiorum ſupplicium invertat rerum naturalem ordinem, & ipſarum creaturarum debitum nexum diſſolvat.

Germanior expoſitio. — *LXX.* — Pluvia ut videatur natura ſua proclivis ad fœcundandam terrã. *Geneſ.1.14.*

Et ſi emiſerit. Propriè juxta verbum, *Salach*, ſi miſerit aquas tanq̃ nuncium deferentes, aut juſsionem & præceptum demergendæ & obruendę terrę ſibi demandatũ perfecturas. vel ſi priùs clauſas & cohibitas & divina potentia cõpreſſas, volenteſq; irruptionem facere in terram, reſq; omnes mortalium Deus libere dimittat, & quaſi effrænes laxatis ſuæ providentiæ habenis permiſerit agere, & vagari pro libito. nã creatura, quę ꝓpenſior eſt, ferturq; quaſi naturali lege & voluptate, ad res humanas juvãdas, & promovẽdas, eadem ipſa incredibili impetu adverſus impios cõcitatur, & niſi à Deo prohibeatur, ſæviet incredibiliter, ſicut Sapiẽtiæ. 16. dictum eſt. *Creatura tibi factori deſerviens, exardeſcit in tormẽtum adverſus injuſtos*: & paulò antè, *Impii novis aquis & grandinibus, & pluviis perſequutionem paſſi, & per ignem conſummati.*

2 שלח Emitti nunciorum eſt. — Creaturæ ſęvientes in impios. — *Sap.16.24.* — *v.16.*

Subvertent. Propriè involvent, obruẽt, perdent terram. tum etiam vertent & mutabunt terrę faciem, priori deleta, & abraſa. nam ab eadem radice dictum eſt Deut. 23. *Vertit maledictionem ejus in benedictionem.* & Proverb. 12. *Verte impios, & non erunt.* tunc videlicet evertuntur, cùm mutatur, & invertitur eorum fortuna, & vitæ conditio, ut prętérita fœlicitas, neq; ſit, neq; appareat. Indigent igitur omnia divina providentia, divinæq; ſapientiæ moderatione, quæ velut injecto fręno pręcipitem rerum omnium impetum certa lege atq; ratione moderetur.

3 הפך — *Prover 12.7.*

XVI. Apud ipſum eſt fortitudo, & ſapiẽtia: ipſe novit & decipientẽ, & eum, qui decipitur.

1. *Divina providentia circa hominũ errores & fraudes. Deo vindicta.*

2. *Divina ſapientia ex permiſſione humanæ deceptionis.*
3. *Quid conſiliarii, quid conſilium ex Hebræo.*
4. *Varia lectio. Divinæ providentiæ currus, & triumphus. Quis dicatur ſtultus finis.*
5. *Quid Pavor, qui iudices propriè. Iniquorum iudicum pœna.*

1 Divina providentia circa hominũ errores.

Concluſit ex naturæ operibus confirmationem divinæ providentiæ, cum ſapientia & fortitudine coniunctæ; nunc aggreditur idem oſtendere ex humanorum morum gubernatione. tam eſt enim ſapiens, ut nulla illum fraus aut dolus latere poſſit, cujus rationem ille non habeat. alii ex Hebræo legunt; *Si errans, & errare faciens.* cujus ſenſus is eſſe poſſet; Qui proximum lædit, Deum offendit, ergo qui læſus eſt, Deo vindictam relinquat. utrique enim cum Deo res agẽda eſt. qua ratione David etiã dicebat, ſoli ſe Deo peccaſſe, cùm Vriam occidere juſsit. Secũdò alii cum Phili. D. Tho. Lyran. & non nulli ex recentioribus, inter quos etiam Vatablus. Permittit ſuo judicio, ut quidã ab aliis decipiantur. in quam rem novit ille probè, quis a quo facilè, quàve ratione decipi poſsit. cum quo poteſt facere Pagnini ex fonte lectio, *Eius eſt errans, & errare faciens.* nam verbum originale, *Sagah.* non tam pertinet ad fraudem & deceptionem, qua quis ab alio injuſtè fraudatur re aliqua, quàm ad errorem, ignorantiam, incogitantiam mentis. quaſi dicat; Tum decepti hominis ignorantia, tum deceptorũ & impoſtorum malitia, & calliditas, divinæ providentiæ deſerviunt quaſi illius adminiſtræ. Quod oſtendi poteſt ex deceptione Achab. Reg. 22. & Ezechielis. 14. *Ego Dominus decepi prophetam illum.* Qui ſenſus ſicut cum ſequẽtibus facile cohæret, ita cum antecedentibus difficilè nectitur; non enim videtur pertinere ad amplificationem, explicationemque divinæ providentiæ, quam ſuperiùs propoſuerat, quòd deceptiones & ignorantias, erroreſque Deus permittat. ſed proculdubio ex harum rerum permiſsione valde commendatur divina ſapientia. nam, ut veriſsima Theologia docet, atque Auguſtinus ſæpè ſcribit, Deus non immittit per ſe ignorãtiam aut errorem, ſed tantùm ſpeciales illuminationes ſæpè denegat, quibus ablatis facilis fit in errorem lapſus, & veritatis ignoratio. quare ſi hujus providentiæ ordini ſubjacent deceptiones & errores, quos per ſubtractionẽ luminis Deus permittit, & ad certum finem ordinat, profectò eſt Deus pater fonſque luminis, & Sapientiæ, & prima veritatis origo, atque *apud ipſum eſt ſapientia*; nã qui ſuperior eſt omni malitia & calliditate humana, atque providentiam habet deceptionum, atque errorum, non poteſt eſſe niſi infinitè ſapiens. ſicut nec penes alium poteſtas vitæ, & mortis eſſe poteſt, niſi penes illum, qui perfectus vitæ redemptor ſit, vitaque ipſa. De divina autem fortitudine ſuperius diximus.

Regia. Tygurin. Pſal. 50. 6. Philip. D. Thom. Lyranus. Vatablus. Pagnin. שגה *Deceptorũ calumnias vindicabit Deus. Ezech. 14. 9.* 2 *Divinæ Sapientiæ cõmendatio. Auguſtin.*

XVI. XVII. Adducit conſiliarios ſtultum finem: & iudices in ſtuporem.

3 Conſiliarii, quid propriè. יעץ Pſal. 80. 13.

Conſiliarios. Qui ineunt conſilium, & ſibi ipſis, vel aliis dant rationem agendi; qui novas rationes negotia gerendi, opportunitates, propriaque commoda captandi adinveniunt, & excogitant. hæc enim omnia cõplectitur verbum. *Iagats.* unde dicitur Pſalm. 80. *Ibunt in adinventionibus ſuis.* Ruent præcipites impulſi à ſuis ipſis vaniſsimis conſiliis.

4 שולל Pagnin. Regia.

In ſtultum finem. Hebraicè, *Spoliatos*, vel, ſine præda. à radice *Salal*, quod eſt ſpoliare atque eſt eadem vox, quæ infra redditur *inglorios.* id eſt, tum honore, tum expectata præda atque eventu ſpoliatos. Sed hic tamen non ſolum ad honorem, ſed etiam ad ſcientiam, veræq; providentiæ inopiam referendum videtur. ſic Rab. Moyſes legit, & explicat; *Adducit ſapientes in prædam ſcientiæ.* id eſt, illorum ſciẽtiam quaſi prædam, & ſpolia diripit, atq; ſcientia tandem ſpoliatos dimittit: in eum igitur finem deveniunt, ut ſtulti ſint, & habeantur. Symmachus, *Adducit eos, qui prudentia deliberant, in conſilii inopiam*, privat conſilio. Septuaginta illam ſpoliationem ad captivitatem quandã & quaſi implicationẽ cõſilii referũt, legẽtes, *Adducit conſultores captivos.* Tyguri. *Abducit ut prædam.* quaſi dicat, illos *comprehendit in ſapientia ſua*, & cõſtringit multis difficultatum atq; ignorantiæ tenebris, vinculiſq; impeditos. videtur etiam captivos ducere, palam triumphãs illos, & ante ſuæ providentiæ currum, quem trahunt *ſapientia, & fortitudo, conſilium, & intelligentia*, captivos ducit, atque traducit, univerſoque mundo ſpectandos, ridendoſq; proponit. Alii in communi; Sapientes quoque, atq; prudentes hujus ſæculi optato fine dejicit. quale illi contingere poteſt, qui cùm certam ſibi victoriæ ſpem pollicit' fuiſſet, vincitur tamen atque capitur, captuſque trahitur ante triumphum. ſic Deus divitem *adducit in ſtultum* extremæ inopiæ *finem*; ſuperbum & arrogantem in extemam dejectionem &c. hic enim finis in illos convenit, qui neque *ſapiunt*, neque *intelligunt, & noviſsima non provident.* atq; hac ratione poterit alluſio fieri ad id, quod ſuperiùs de *decipiente*, dixerat. Hæc igitur omnia noſter interpres ſapiẽter complexus eſt, cùm quaſi per paraphraſin dixit, *In ſtultum finem.* Eſt autem *finis ſtultus*, inopinatus, qui neq; præviſus, neq; proviſus ſit, qui non reſpondet votis, immo omnino eſt votis, ſpeiq; contrarius, & denique vbi humana ſtultitia, poſt multum cogitandi & deliberandi laborem, publicè ridenda proponitur. Vide quę ſupra diximus ad id capitis quinti, *Apprehendit ſapientes in aſtutia eorum.*

R. Moyſ. Symmach. LXX. Tygurina. Iob. 5. 13. Divinæ providẽtiæ currus & triumphus. Stultus finis quis. Iob. 5. 13.

5 שפטים יהולל LXX. Pavor, quid propriè.

Et judices. Qui ſecundum præſcriptas leges judicant, legum peritos, rerum publicarum adminiſtratores, ex proprietate vocis. *In ſtuporem.* Septuaginta, *in pavorem.* propriè, in cõturbationẽ mentis, ſtultitia, errorem. vel, in cõ-

Græci. Chryſoſt.

temptum, quem afferunt ſtultitia & error; errantes, ſtulteſcenteſq; exponit ludibrio, quaſi dicat, Interdum conſultiſſimus Iuris ſententiam pronunciat, qualem neque ſtupidus, planeque ſtultus pronunciaret. Chryſoſt. & alij Græci in Catena legerunt ex proprietate Grçcæ vocis, *Iudices terræ ſemouit*; ablegauit, ſuo loco mouit, quaſi diceret; Viſitat iudices, & deponit de ſede, quos improbos ſtultoſque inuenit. Deus enim ſupremus iudex *ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autẽ Deos dijudicat*, & verbis grauiſſimis arguit; *Vſquequò iudicatis iniquitatem, &c.* hanc autem pœnam grauiſſimam explicarunt vulgatus, & Septuaginta legentes, *iudices in pauorem miſit.* timendũ enim hoc illis eſt à ſupremo iudice.

Luc.1.5. Pſal.81.1.

XVIII. Baltheum Regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorum.

1 *Balthem quid propriè. Regium, & militare ornamentum cuiuſmodi eſſet.*
2 *Cingere, & cinctus, vocabula militaria. Balthem etiam ſacerdotalis. Illuſtratus Dauid.*
3 *Fune præcingi ad calamitatem, & captiuitatem.*

1
יסר
Balthe. quid propriè.

BAlthem à radice, *Iasar*, quod eſt conſtringere, aut ligare vinculo, aut quacunque alia ratione, vt inſtitutione aliqua, & arctiori diſciplina, quod nos dicimus, *poner en pretina*: quare alij legunt *vinculum*. Tygurina autem: *Qui ſoluit diſciplinã Regum.* quod in hanc ſententiã ab alijs accipitur: Liberat Deus, ſoluitque vinculis eos, quos Reges ac tyranni captiuos detinent, viciſſimque commutata ſorte ipſos Reges ac tyrannos in vincula conijcit, funibuſque conſtringit. Sic fere Hebraizantes, Vatablus, Caietanus, Eugubinus; accipiunt enim *vinculum* actiuè, non quo Reges vinciantur, ſed quo illi alios captiuos vinciant, atque detineant. quod duriuſculum videtur. Quare vt melius cum ſecunda parte cohæreret, accepit noſter interpres pro *Balthea*, regalique ornatu, cingulo honorifico, regio inſigni, aut militari. & quidem fortè fuit aurçus aliquis aut bullatus *Balthem*, inſigne Regum, principumque virorum. Poſterioribus autem ſæculis ornatus fuit equeſtris ordinis, clariſſimi alicuius magiſtratus, publicive, atque honorifici muneris, vt patet lege C. de Metatis & Epidemicis, lib. 12. quare *ſpoliari cingulo* dicebãtur, qui magiſtratu & dignitate priuabantur. Erat autem Baltheus, cingulum ex corio bullis diſtinctum, ex quo pendebat enſis; & vt colligitur ex Quint. lib.11. obliquè ducebatur ab humero dextro ad ſiniſtrum; apud noſtrates quondam erat, dicebaturque *Tabeli tachonado.* Hinc fortè *Cincti*, *Cetegi* dicti ab Horatio, non tam propter arctè conſtringentẽ Zonam, quàm propter frequentem Balthei vſum; cùm initio naſcentis vrbis ab armis nunquam eſſet otium. Quare Latinus *Cingi*, accipit, pro eo, quod eſt militari ornamento ſe ornare, vt Plaut. aliquando dixit.

Pagnin. Tygurin. Vatabl. Caietan. Eugubin.

Baltheus Regium & militare ornamẽ [illegible]

L.C. de Meta. Epidem. lib.12 L.3.C. de dom. & protec. eod. lib.

Baltheus cuiuſmodi eſſet Quint. lib.11.

2
Cingere, militare verbũ.

Horat. in art. Poët.

Plaut. in Amphit.

Cingitur: certè expedit ſe.

C. de teſtam. milit.

Erat præterea *Balthem* inſigne militare, quod ſæpè dicitur. C. de teſtamento militari: atque frequens quoque mentio eſt apud Liuium, alioſque prophanos ſcriptores, cinctus Gabini quo præcingebatur Conſul iturus ad bellum. Certè Baltheus (ab alia tamen radice, ſed quæ etiam cingere ſignificat) ornatus eſt ſacerdotum, Leuit.8. *Accingens eum Balthea.* atque militum & ducum, 3. Regum 2. *Poſuit cruorem prælij in Balthea ſuo, qui erat circa lumbos eius; & in calceamento ſuo, quod erat in pedibus eius*, id eſt, militari apparatu ſe inſtruxit aduerſus amicum, & 3. Regum 20. *Non glorietur accinctus, æquè vt diſcinctus*, id eſt, dum adhuc in bello es, noli canere triumphum ante victoriam; nondum depoſuiſti arma, neque militarem ornatum, nondum pace potiris. & fortè ad hunc Regum atque iudicum balthei ornatum, alluſum eſt, Pſalm.2. *Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: apprehendite diſciplinam.* Eſt enim illa ſtrictior inſtitutio, qua præcinguntur, & conſtringuntur renes & laxiores animi affectus, velut vinculum, & cingulum ex proprietate vocis, quaſi dicat: hoc vobis ornamentum erit, multò quàm Regius & iudiciarus baltheus, pulchrius atque magnificentius. Ergo inquit Iob; inſignia regia aufert à regibus Deus; aureis ſpoliat ornamentis, illiſque ſeueriſſimus iudex verbis præcipit: *Pone cydarim; tolle, tolle coronam*, nudoſque, vti Nabuchodonoſori contigit, agit in deſerta & inculta loca, *vt rore cæli infundantur.* imperatoribus etiam, ducibuſque fortiſſimis poteſtatem militarem aufert, & exauthoratos dimittit, exercitus fortiſſimos, copiaſque maximas diſſipat.

Liuius. Cinctus Gabinus: חגר Leuit.8.7. 3.Reg.2.5. 2.Reg.20.11. Pſal.2.10. Ezech.21.26. Dan.4.22.

Et præcingit fune. Habitus eſt abiectiſſimi, ærumnoſiſſimique hominis, vt opponatur baltheo, qui Reges ornat, indicatur etiam conditio hominis captiui, Iſaiæ 3. *Erit pro zona funiculus*, & æquè miſerum eſt, renes, aut caput funiculo præcingi, vt ex 3. Regũ 20. conſtat; victi enim, & ſupplices ſerui Ben-adad *accinxerunt ſaccis lumbos ſuos, & poſuerunt funiculos in capitibus ſuis.* Hæc autem diuino iudicio facta abiectio, Regum, & Imperatorum potentiſſimorum ad miſeram captiuitatem, aut ad aliam calamitoſam conditionem, mille conſtat exemplis, atque veriſſimis hiſtorijs & ſacris, & prophanis. vide Daniel.2. *Ipſe transfert regna, atque conſtituit.* & Eccleſiaſtic.10. *Sedes Regum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis.* Eſt enim *omnis poteſtas* omniſq; magiſtratus à *Domino Deo*, & quamuis Rex in florentiſſimo regno ſit inſtar florentis virentiſque arboris, aliquando tamen *Vigil, & Sanctus de cælo deſcendit, & fortiter clamat; Succidite arborem, & præcidite ramos eius, excutite folia eius; & diſpergite fructus eius, fugiant beſtiæ, quæ ſubter eam ſunt, & volucres de ramis illius.*

3
Fune præcingi ad captiuitatem & miſeriam.
Iſa.3.24. 3.Reg.20.32. Dan.2.21. Eccl.10.17. Sap.6.4. Dan.4.10.11.

XIX. Ducit Sacerdotes inglorios, & optimates ſupplantat.

1 *Sacerdotis nomen an ſemper referatur ad ſacrum miniſterium. Explicatus Moyſes, & Samuel.*
2 *Sacerdotis nomen propriè hoc loco ſumptum. Sacerdotes olim ſimul & Reges.*
3 *Sacerdotum captiuitas in extrema calamitate. Sa-*

cerdotis veſtes ſpecioſæ, & glorioſæ.

4 *Optimates qui propriè. Quid Ethan apud Dauid. Illuſtratus Moyſis.*

5 *Quid ſupplantare. Deus luctator.*

1 Sacerdotis nomen quos complectatur.

Sacerdotis nomen, pro quocunque principe excellentique viro accipi hoc loco plurimorum expoſitio eſt: vt non ſolùm diuina vnctio deſæuire dicatur in Reges, ſed etiá in quoſcunque viros excellentes, & fortunarum gloria inſignes, & fateor quidem *Sacerdotis* nomen non ſemper eſſe in ſcriptura ſacra & eccleſiaſtici officij, ſed aliquando honoris & dignitatis, licet enim verbum, *Cahan*, propriè ſignificet miniſtrare in ſacris, aut eſſe deputatum ad ſacra peragenda, inde tamen transfertur ad eum, qui alicuius regis aut principis amiciſſimus eſt, vt à ſecretis illius, aut à conſilijs, atque ſeruata recta proportionis, & ſimilitudinis ratione. nam ſicut ſacerdotes ſunt Deo familiares, & illi notiſſimi & amiciſſimi, quiq; cum Deo de rebus grauiſſimis, & arcanis agunt, ita ſane cum Rex, Deus quidam ſit, & diuinæ maieſtatis atque poteſtatis ſpecies quædam, atque repræſentatio, qui regi familiariſſimus, & amiciſſimus eſt, *Sacerdos* quidam eſſe videtur. Huius rei nonnulla exempla aliquando protulimus. ſed nunc accipe alia duo, 4. Reg. 10. *Percuſsit Iehu omnes, qui reliqui erant de domo Achab, & vniuerſos optimates eius, & notos, & ſacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ.* Exod. 19. *Eritis mihi in regnum ſacerdotale, gens ſancta*, id eſt, ex omnibus regnis vos eritis mihi regnum notiſſimum, familiariſſimum, amiciſſimum, quibus arcana & ſecretiora cõſilia reuelabo. Igitur & potuit hoc loco tranſlatitiè accipi nomen *ſacerdotis*, vt ſit idem quod mox exponitur, *optimates*.

כהן

Regis amiciſſimus aliquando dicitur Sacerdos & quare.

4. Reg. 10. 11.

Exod. 19. 6.

Sacerdotis nomen propriè ſumptū.

Sed exiſtimo potiùs hoc loco accipi *ſacerdotem*, propriè, pro eo qui ſacra peragit, & Deo miniſtrat, quod nomen ſemper fuit honorificentiſſimum: nam enumerantur hoc loco diuerſi gradus & cõditiones honoris, quos Deus pro ſua poteſtate contemptui tradere ſolet. & congruè poſt *reges*, *ſacerdotum* meminit; nam quondam apud pleraſque nationes, vel reges ipſi ſacerdotes erant, vel regibus proximi. apud Romanos nonniſi ex optimatibus, & patritijs eligebantur, vt ſcribit Dionyſius Halicarnaſ. lib. 2. & apud alias Græciæ ciuitates, dignitas ſacerdotum par habebatur Regibus, auctore Plutarcho, quãuis poſtea is honos hominibus plebeijs communicatus ſit, de quo multa Liuius Dec. 1.

Reges ſimul & ſacerdotes quondam.

Dionyſ. lib. 2.

Plutarch. 113. problem.

Tit. Liu. dec. 1.

3

LXX.

Sacerdotum captiuitas in extrema calamitate.

Ducit. Aliò transfert & aſportat; proprijs ſedibus electos in miſeram captiuitatem abducit. Sic intellexerunt Septuaginta legentes. *Emittit ſacerdotes captiuos.* Sacerdotum autẽ captiuitas extremæ calamitatis ſymbolum proponitur, cùm vniuerſa reipublicæ, religioniſque ratio euertitur, & neque prophanis, neque ſacris parcitur. Ieremiæ 14. *Si egreſſus fuero ad agros, ecce occiſi gladio: ſi introiero in ciuitatem, ecce attenuati fame. Propheta namque & ſacerdos abierunt in terram, quàm ignorabant.* & Thren. 2. *Demolitus eſt tabernaculum ſuum, obliuioni tradidit Dominus in Sion feſtiuitatem, & Sabbathum, & in opprobrium, & indignationem furoris ſui Sacerdotem, & regem.* Vide Iſaiæ. 22. vbi ſpoliationem & detractionem veſtium ſacerdotalium, tum etiam captiuitatem cõminatur Deus Sobnæ præpoſito tẽpli. quare rectè ſequitur *Ingloriós.* prop. ſpoliatos, non honore ſolum, ſed honorificis etiam & precioſis veſtibus, quibus ſacerdotes pro ſui muneris dignitate ſemper fulſerunt. atque adeò eadem originalis vox, quæ ſignificat ſacerdotem eſſe, ſignificat etiam decoratũ & ornatum eſſe ſacris veſtibus, vt illud Iſa. 61. *Quaſi ſponſum decoratum corona*, propriè dicas, quaſi ſponſum ſacerdotatum corona, inſtar ſacerdotis, ſacro ornatu conſpicuum. Nam ſcriptum eſt Exod. 28. *Facies veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem.* Sacerdos igitur veſtibus ſacerdotalibus ſpoliatus, *ingloriús* erit, ſqualidus, ſordidus. Non parcit igitur ſeueriſſimus & potentiſſimus Deus ſacerdotibus, ſed cum res exigit, illos ſuo loco & miniſterio mouet, & patrio ſolo atque templo eijcit, detractis glorioſis ornamentis.

Iere. 14. 8.

Thren. 2. 6.

Iſa. 22. 15.

שלל

Sacerdotales veſtes ſpecioſæ.

כהן

Iſa. 61. 10.

Exod. 28. 2.

Et optimates ſupplantat. Quidam intelligunt conſiliarios, quibus Deus conſilia infatuat. Sed exiſtimo non tam ad ſapientiam, quam ad fortitudinem illud nomen pertinere. nam, *Ethan*, ſolet verti à vulgato, robuſtus, fortis, à radice *Athah*, quæ vox affert fortitudinẽ quandam, quæ non permittit ſe tractari, & duritiem, quæ pertinaciter reſiſtit & minime cedit, vel id, quod nunquam cedit, ſed perenniter & pertinaciter durat, quam vocem, quòd ſignificantior eſſet, in ſua origine retinuere Septuaginta, Pſalmo. 73. *Tu ſiccaſti fluuios Ethan*, Hieronymus, *flumina fortia*, aut fortitudinis; nam tunc temporis exundantem & indignantem Iordanem compeſcuit, & exſiccauit Deus vt dicitur Ioſue 3. *Iordanis ripas alueí ſui tempore meſſis impleuerat*, vel, *flumina Ethan*, id eſt, pertinaciter atque perenniter fluentia; quę velociſſime decurrebant compeſcuit in medio curſu. ſimiliter ab eadem radice dicitur, Deuter. 21. *Ducent eam ad vallem aſperam, atque ſaxoſam.* Hebraicè, pro *ſaxoſa*, eſt fortis, quia propter ſoli duritiam, & lapidum copiam, fortiter cultoribus reſiſtit, & ſe tractari proſcindique aratro non ſinit. Similiter igitur hic intellige *optimates*, potentes viribus, facultatibus, honoribus, qui ſibi perenne duraturos pollicentur, pertinaciter diuinis monitis reſiſtentes, intractabiles, inſolentes, qui neminem congreſſu, aut colloquio dignantur; hos Deus *ſupplantat*, flectit, inflectit, mutat, deijcit, deturbat; nam hæc omnia non ſunt aliena à verbo originali, *ſalaph*. Septuaginta dixerunt; *Dynaſtas terræ euertit.* Congruit autem omnia cum illa, quam diximus, duritia, acerbitate, ſeueritate, quam Deus adhibitis ſupplicijs emollit. Noſter autem interpres videtur ad ignominiam retuliſſe, cum dixit, *ſupplantat*, ignominioſe, inopinato deturbat. Id vero, quod Caietanus dixit, facit vt illi, qui pollent animi virtute, deficiãt aliquando, & langueſcant flexi aliqua temporis occaſione & difficultate, hoc, inquam, non valde placet. Neque videtur omnino ſolidum

4 Optimates qui propriè.

איתן
אתה

LXX.

Iſa. 73. 15.

Hieronym.

Ioſue 3. 15.

Deut. 21. 4.

5 Supplantare.

סלף

LXX.

Caietan.

quod

Philip.
quod ait Philipp. verbo *ſupplantandi* indicari, Deum iniuſtos & iniquos amouere, & digniores alios in illorum locum ſubrogare, vt in
Gen. 27. 36.
Eſau & Iacob perſpicitur. Iacob enim in primogeniti locum & benedictionem ſuccedens, *ſupplantator fuit.* Sed illud tamen verius, verbum *ſupplantandi* ſignificare, *Deum ſuperbis reſiſtere,* quaſi colluctatorem, mirabitur ſuperborum temeritas, qui cum ſupplantatore Deo colluctari audeant.
Deus luctator.

XX. Commutans labia veracium, & doctrinam ſenum auferens.

1 *Quid commutare, quid commutare labia. Veraces qui. explicatur Moyſes.*
2 *Doctrina quid. Accentus dicitur ab Hebræis guſtus ſententia. explicatur Samuel.*
3 *Effundit, & effuſio ad copiam pertinet. Cur dicatur Spiritus ſanctus effuſus. explicatur Dauid & Ezechiel.*
4 *Princeps in Hebræo, liberalis.*
5 *Varia lectio. Illuſtratur vulgatus.*

1 Commutare labia, quid.
Philippus, Commutat promiſſiones ſuas factas per veraces prophetas, illaſque conuertit in comminationes certiſſimas, ſic exigentibus peccatis mortalium, id eſt, efficit, vt qui læta polliceri & nunciare ſolent, nihil iam, niſi triſte & acerbum prædicent. Alij intelligunt Deum pro ſua ſapientia atque potentia, auferre interdum eloquẽtiam ab eloquentibus, atque illos reddere mutos & elingues.
Commutare quomodo alias reddatur סור
& certè verbum *commutandi, ſur,* vertitur à vulgato, verbo auferendi, *commutat* igitur, *labia,* aufert loquendi, & eloquẽdi facultatem. Sed
Veraces qui.
quare *veracium* nomine intelligi debeant eloquentes non video: præſertim cum *veraces,* ex vi originalis, propriè ſint *fideles,* vti etiam Septuaginta reddiderunt. Symmachus, *Non errantes.* auctor Catenæ, *Qui digni ſunt, quibus fides habeatur,* conſtantes in dictis atque promiſſis. Eſt enim eiuſdem radicis, cum voce, *Amen,* quæ eſt conſtantia, fidelitas, ſtabilitas dictorum. Quare *veraces* erunt, qui ſolent de futuris verè atque prudenter iudicare, vel quorum muneris intereſt populum vera docere, vel ſana conſilia præbere, qui ideo *veraces* & cõſtantes in dictis atque promiſſis habentur, horum *labium,* id eſt, dicta, *commutat* Deus, quaſi in alium locũ transfert, propriè diſcedere facit, vel aufert, id eſt, à recto & verò aberrare & diſcedere permittit, vt nihil verum dicant, nunquam euentura colligent, nihil quod è re futurum ſit, populo ſuggerant. Nam cùm cõſilium, ſi rectum ſit, à Deo eſſe oporteat, ſuo iure auferre Deus poteſt, cum illi placeat, ne qui in aliquo veraces extiterunt, ſemper à ſe veritatem ſtare intelligant. Tum etiam illud, *commutans,* id eſt, labi, & diſcedere permittens (*Haze que ſe les vaya la lengua ſin querer*) ſicut Deuter. 16. dicitur. *Munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum:* quo loco Septuaginta etiam vertunt, *auferunt verba iuſtorum,* id eſt, videntur ipſa verba in ore iudicis vi munerum commutari, vt

LXX. Symmach. Nicet. אמן Deut. 16. 19. LXX.

cum pronũciare vult ſententiam, pro eo iudicet, à quo munus accepit. Huc ſpectaſſe videtur, quod ait Catenæ auctor: *Qui in deliberando ab errore abeſſe videntur, in contrariam partem conſilia inflectit, id quod in Balaam fecit,* cùm dixit Balach: *Quid eſt hoc, quod agis? vt maledicere inimicis meis vocaui te, & tu econtrariò, benedicis eis? Cui ille reſpondit: Num aliud poſſum loqui, niſi quod iuſſerit Dominus?*

Nicet. Nu. 23. 11. 12.

2
Et doctrinam ſenum. Hebraizantes de hac voce non ſibi conſtant. Nam Septuaginta vertunt, *Intelligentiam.* Rab. Moyſes, *Probationem,* vel *argumentum.* Pagninus, *Conſilium.* Tygurinus, *Iudicium.* Regia, *Diſcretionem.* Hebræus apud Caietanum, *Saporem,* & quidem à radice, *Taghan,* quod eſt guſtare, cognoſcere, experiri, iudicare, deriuatur guſtus, ſapor, intelligentia, conſilium, probatio, iudicium, doctrina quæ omnia eodem fere recidunt: quæ ſignificata & alia quædam huius vocis, complexus eſt in ſuis concordantijs R. Mardochai, ait enim: *nomen Thagam,* id eſt, *guſtus, ſapor, ſignificat etiam conſilium & oſtenſiuum,* id eſt, *probationem ad oculum cordis, & diſpoſitionem rei, rationem, argumentum, edictum, decretum; & in Grammatica accentum cuiuſlibet dictionis, eo quòd dat ei bonum guſtum, & ſenſum ad intelligendum ſententiam,* quam etiam de accentu iiſdem verbis Elias Leuita Thisbites, docet in ſuo Lexico, atque eandem rem latius explicat in libello Iob *Taghan,* id eſt, bonus ſapor. Iuxta omnes has ſignificationes Deus dicitur *auferre doctrinam ſenum,* reddit etiam eos, qui maximè ſapere deberent, inſipientes, inſipidos, eorum decreta ſententias, conſilia, inania & inutilia; illorum argumenta & probationes, futiles, ludicras; illorum prædictiones fallaces, falſa tandem dicta & teſtimonia. Sed quia eadem vox aliquando accipitur pro docere, quod conſurgit in aliqua re aut perſona, ſeruatis circumſtantiis temporis, loci, perſonæ in agendo, vel loquendo, quod Rab. Mardochai dixit, *diſpoſitionem rei,* poteſt etiam hic ſenſus ſubeſſe: Aufert ſenibus debitam agendi, & loquendi rationem, ne decorum ſenectute dignum ſeruent. Nam 1 Regum 21. ab hac radice dicitur: *Dauid immutauit os ſuum coram Achis,* & in titulo Pſalm 33. *Immutauit vultum ſuum,* id eſt, nullam ſuæ perſonæ, neque decori rationem duxit: nam *collabebatur inter manus eorum, & impingebat in oſtia portæ, defluebantque ſaliuæ eius in barbam.* ita hoc loco non ſolum *doctrinam ſenum,* ſed etiam habitum, oris grauitatem, & decorum poſſumus intelligere, *auferens,* accipiens, tollens. quod autem Septuaginta dixerunt, *agnoſcit,* forte etiam voluerunt, quod Deus ſenes dicatur agnoſcere, vt illorum rationem habeat, neque diſſimulet illorum errata, impunè relinquat, ac ſi non cognoſceret. Nemo itaque effugit illius manum, parcitur ſenibus; at Deus neque ſenibus parcit. Qua ratione autem hoc faciat Deus, explicare nititur Philippus ex illo, Iſaiæ 3. *Auferet Dominus à Ieruſalem, validum, & fortem, honorabilem vultu, & prophetam, & ariolum, & ſenem.* Sed certè hoc aliud eſt, nam Iſaias prædicit populum deſtitutum iri optimis iudicibus, & conſiliarijs, quorum

LXX. R. Moyſ. Pagnin. Tygurin. Regia. Caietan. טעם R. Mardoch. R. Mardoch. 1. Reg. 21. 13. Pſal. 33. 1. 1. Reg. 21. 13. Philip. Iſa. 3. 3.

ope & opera ſuſtinetur reſpublica. At Iob ipſis ſenibus infatuationem, & ignominiam comminatur.

XXI. Effundit deſpectionem ſuper principes: & eos, qui oppreſſi fuerunt releuans.

3 Effundi, & effuſio ad copiam pertinet. Solet *effuſio*, magnam profuſi liquoris copiam denotare. & cum dicitur Deus in nos *effudiſſe ſpiritum ſanctum*, vberem cæleſtis gratiæ copiam, & bonorum affluentiam ſignificare Paulum, obſeruat Chryſoſtomus ad illum locum, *baptiſmi renouationis Spiritus ſancti*. Ita etiam *deſpectionis effuſio*, ingentem deſpectionem ſignificat, ſicut Pſalm. 41. *Effudi in me animam meam, quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis*, id eſt, profuſo gaudio lætor, liqueſco totus, & diffluo gaudio, & Pſalmo. 21. *Sicut aqua effuſus ſum*, id eſt, præ ingenti timore, pene totus liqueſco & reſoluor in ſudorem & aquam. Illud etiam ad incredibilem indignationẽ pertinet, *Viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper vos.*

Ad Tit. 3. 6.
Act. 1. 5.
Pſal. 41. 5.
Ezech. 20. 33.

4 Princeps, ex vi nominis, liberalis. *Super Principes.* Propriè, liberales, munificos; quòd liberalitas & munificentia virorũ principum, atque nobiliſſimorum propria ſit. Ita Dauid, qui grauiter læſerat Vriam, facti poſtea pœnitens, ait: *Spiritu principali*, (propriè, munifico, liberali, vt omnibus bene velim, bene faciam, promptus, gratus, necnon gratuitus omnibus) *confirma me*. Principes ergo, propter liberalitatem præſertim, ſolent ab omnibus obſeruari & coli. ſed illos ad incredibilem contemptionem, & ignominiã adducit Deus.

Pſal. 50. 14.
נדב

5 *Et eos, qui oppreſſi fuerunt releuans.* Cum in Hebr. è conuerſo ſit; *fortitudinem fortium debilitat*; noſter interpres, vt primæ parti ex oppoſito poſterior reſponderet, ad eos retulit, qui tyrannorum potentia oppreſſi, illa iam a Deo debilitata & fracta, liberantur, eleuantur, & eriguntur ad ſublimes honores. Imitatus quidem noſter eſt Septuaginta legentes; *Humiles autem ſanauit.* Sed quod ad illam lectionem Hebræam attinet, certe vox originalis, non ſolum fortitudinem, aut robur ſignificat, ſed cingulum, aut Zonam, quo etiam modo vertitur a vulgato, Iſa. 23. *Non eſt cingulum vltra tibi*, id eſt vires, aut robur, quod in accinctis renibus ſignificatur. Ideo fortè hoc loco Hebræorum lectio, *cingulum fortium diſſoluit*, hunc habet ſenſum. Milites fortiſſimos exauctoratos, & baltheo militari ſpoliatos infringit, & debilitat, vt ij, quos oppreſſerant, ex captiuitate, & tyrannide, reſpirare valeant.

Pagnin.
Vatabl.
Regia.
LXX.
מזיח

XXII. Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis.

1 *Scripturæ regula, cum alicui conſtructio cuipiam verba tribuuntur.*
2 *Varia huius ſententiæ intelligentia. Eligitur quinta & optima.*
3 *Multiplicatio rerum, diuinæ ſapientiæ & potentiæ argumentum illuſtratur locus Machabæ.*
4 *Subuertere, & ſiccare in Hebræo quid.*
5 *Reſtituere quid. Deus dux itinerum ignoti.*

IAm ad vim illam diuinæ mentis, quæ cuncta penitùs deſpicit, explicandam accedere videtur. *Reuelare* autem *profunda de tenebris*, eſt illuſtrare ea, quæ latebant in tenebris, educendo & extrahendo de latebris in lucem; nam cum conſtructio vnius verbi tribuitur alteri in ſacro ſermone, vtriuſque verbi ſignificatio coniungenda præcipitur, ſicut id Iſaiæ: *Taceant ad me inſulæ*, id eſt, tacentes conuertantur ad me audiendum. Nam conſtructio cum præpoſitione, *ad*, non conuenit per ſe verbo *tacendi*, niſi ratione alterius verbi ſubintellecti, videlicet, conuertendi, aut alterius ſimilis. Sic etiam hoc loco, conſtructio cum præpoſitione, *ex*, vel *de*, non conuenit verbo *reuelandi*, niſi ratione alterius verbi ſubintellecti, videlicet, educere, extrahere, aut alicuius ſimilis. 1 Scripturæ regula. *Iſa. 41. 4.*

Senſus vero huius ſententiæ multiplex eſſe poteſt. & primò quidem ſimpliciſſimus, quòd Deus lumen afferat per *reuelationem*, aut alia ratione, rebus [illegible] [illegible], atque tenebris [illegible] [illegible]. 2 Varia interpretatio.

Secundò, vt pertineat ad [illegible] [illegible] fraudes detegere, & *illuminare abſcondita tenebrarum, & manifeſtare conſilia cordium*, atque machinationes, & inſidias alicui intentas in lucem proferre. Nam aliquod mortis diſcrimen videtur ſignificari per vmbram mortis, vt aliquando diximus. Sic ſane cum Syriæ Rex inſidias poneret contra Regem Iſraël, reuelabat Deus per Eliſeum Prophetam, & producebat in lucem vmbram mortis. Nam *mittebat vir Dei ad Regem Iſraël dicens: Caue ne tranſeas per illum locum, quia ibi Syri in inſidiis ſunt*, quod cum non ſemel, neq; bis accidiſſet. *Conturbatum eſt cor Regis Syriæ pro hac re: & conuocatis ſeruis ſuis, ait: Quare non indicatis mihi, quis proditor mei ſit apud Regem Iſraël?* *1. Cor. 4. 5.* *4. Reg. 6. 9. 11.*

Tertiò. Eos, *qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent*, atque in manifeſtis diſcriminibus verſantur ſuæ lucis præſentia & fauore conſolatur: atque in deſperatiſſimis rebus adeſt propitius ſubita & inopinata luce: hoc indicarunt Græci. *Luc. 1. 79.* *Græci.*

Quartò, ſua ipſius Deus arcana conſilia, quibus decreuit hominẽ conijcere in maxima pericula, & extremam aleam, quamuis interdum diſſimulet, & ſuo pectore ſupprimat ſed aliquando tandem [illegible] [illegible] declarat.

Sed quintus reliquis ſimplicior & [illegible], is eſt; *Omnia eſſe nuda & aperta* diuinis *oculis*, neque quicquam eſſe poſſe tam *profundum*, tamque abditum, quod *contegere* & inuoluere *tenebræ* poſſint. *Nox ſicut dies illuminabitur*, id eſt, perinde apud illum nox, atque dies lucet, non minùs in tenebris, quàm in media luce videt; *producit* igitur *in lucem*, *vmbram mortis*, nam quæ ſub terra ſunt, & in inferis delitеſcunt, perſcrutatur in lucernis; ipſa etiam ſepulchra, & ſubterraneas mortuorũ ſtationes ſuis luminibus perluſtrat. Nam, vt ait Sapiens; Interpretatio ſimplicior. *Heb. 4. 13.* *Pſal. 138. 12.*

Infernus,

Prou.15.11. Iob.26.6. *Inferum, & perditio coram eo, & nullum eſt operimentum perditioni.* Licèt enim cadauera, & mors operiri & inuolui ſoleant ſindone illa libitinaria, ſed Deo nihil eſt *opertum*, cui *omnia nuda ſunt & aperta.* Vide cap.3. v. 5. nu. 2. & 6. 10. v.22. n.16. Diximus verò aliquando latiùs *de umbra mortis.* tum etiam & de diuini obtutus perſpicacitate.

XXIII. Qui multiplicat gentes, & perdit eas, & ſubuerſas in integrum reſtituit.

3 Multiplicatio rerum ex vno principio Dei opus.

NOn ſolùm Deus ſuæ potentiæ atque ſapientiæ documenta præbet in his, quæ vnius, vel alterius regis ſunt, ſed in vniuerſa aliqua multitudine & numeroſiſſimo populo; eſt enim diuinæ ſapiẽtię & potentiæ opus, hominum *multiplicatio*, & propagatio, rurſus illorum interitus generali aliqua clade, atque iterum numeroſior inſtauratio. & quidem non obſcura videtur alluſio huius loci, ad *multiplicationem* generis humani ex primo parente, & deinde ad ſubuerſionem per diluuium, poſtea ad inſtaurationem & propagationem ex Noe & eius filijs. Has diuinæ potentiæ atque ſapientiæ rationes multiplicandi res creatas, miraculoſas vocat Auguſtinus, non in humanis ſolùm, ſed etiam in his, quæ ſenſu carent, vt in grano tritici, quod cum ſatis paruum ſit, *multum fructum affert.* viluerunt certè vſu & conſuetudine, aut potiùs deſuetudine, & inſolentia conſiderandi res omni conſideratione digniſſimas. eſſe autem opus exquiſitæ inuentionis hanc multiplicationem, elegãter dixit auctor libri Machab.2. cap.7. ſeu potiùs illa, quæ fœmineæ cogitationi maſculinum animum inſerens, dixit ad filios: *Mundi creator, qui formauit hominis natiuitatem, quique omnium inuenit originem, & ſpiritum vobis iterum cum miſericordia reddet, & vitam.* Et quidem in hac re, diuina hæc ſunt; vnum eſſe principium multitudinis. Multitudinem reduci ad vnum; plura in vnum colligi & vniri, rurſuſque vnum diſpergi in multa. res maiori explicatione indigens, & aliquando à nobis fuſiùs explicanda.

Auguſt. tract. 24. in Ioan. Ioan.12.24. 2.Mach.7.23.

4 *Et ſubuerſas.* In Hebræo ex verbo legitur: *Multiplicat gentes, & perdit eas, & extendit*, ſiue expandit, *gentibus*; Dubium igitur eſt, an illam expanſionem explicuerit noſter interpres, verbo *reſtituendi*, an *ſubuertendi.* Nam vtrique rei anſam præbet originalis vox, *Sathat*, quæ ſignificat expandere, vel extendere, ſicut cùm aliquid expãditur, vt exſicetur, vt patet Num. 11. *Siccauerunt eas per gyrum caſtrorum*, Hebraicè, *extenderunt eas*; coturnices, videlicèt ad exſiccandum, & Ezechiel.26. *Siccatio ſagenarum erit in medio maris.* Hebr. *extenſio*, vel *expanſio.* Nam retia ſolent extendi, Vt ſiccentur. Nos dicimus *Tender*, atque eadem etiam voce vtimur, cùm interitum, & mortem ſignificamus, *Deixolo tendido*, proſtratum, videlicèt occiſum, euerſum. Sic Septuaginta hoc loco legunt: *Sternens gentes*, quaſi dicant: Proſternens, ſubuertens, humi proſtratas conculcat, proterit. Et hác ſanè ſignificationem videtur elegiſſe vulgatus, vt ſententiam hanc conficeret ex partibus inter ſe oppoſitis, & eandem etiam Hebræi Complutenſes probarunt, qui legerunt, *expandes, vel diſpergens.* Illam enim extenſionem intelligunt, quæ eſt exulum diſperſio, & expulſio ex patria. At Hebraizantes illam aliam expandendi, vel extendendi in bonum elegiſſe videntur, *expandit gentibus*, id eſt, multiplicatis gentibus locum latum, & ſpatioſam habitationem permittit, illud enim etiam ſummæ potentiæ opus fuit, congregare aquas in locum vnum, *vt appareret arida*, & commoda habitatio multiplicandis hominibus, reliquiſque animantibus relinqueretur.

Pagnin. Regia. Tygurin. Vatab. שטח Siccare, quid in Hebræo. Num.11.32. Ezech.26.5. LXX. Hebraizantes. Gen.1.9.

5 *In integrum reſtituit.* Propriè redire facit, conſolatur, rediuiuos iterum reſtituit in vitam. Tum etiam in locum ſuũ reducit, & in priſtinis ſedibus reponit, & qui exilij auctor fuerat, iterum eſt dux itineris & reductor ab exilio. nam *nachah* quod hic vertitur *reſtituere*, eſt propriè ducere, aut ducem itineris eſſe, vnde dicitur Exod.13 *dux itineris* & Pſalmo.22. *Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ.* & Pſalmo.76. *Deduxiſti ſicut oues populum tuum.* Ergo reducit Deus ad fœlicitatem per longè melius, breuiùſque compendium, quam ſperare exul, & miſer potuiſſet.

נחה

XXIV. Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos, vt fruſtrà incedant per inuium.

1 *Cor pro voluntate & affectu in ſacro ſermone. Regum confirmata voluntas in ſemel ſuſcepto cõſilio. Explicatus ſemel, & iterum Salomon.*
2 *Cor pro animi virtute & robore. Mutare pro timere, ex Hebræo.*
3 *Cor pro conſilio.*
4 *Deceptio, pro via errore. Illuſtratus Iſaias & Hoſeas.*
5 *Inuium, quid ex Hebræo.*
6 *Quomodo iuſtus incedat per inuium, non eo modo quo impius. explicati Dauid, Iſaias, Paulus.*

1 HOc aliqui referunt ad cæca conſilia, in quæ principes ſe dant præcipites, ſine vllo fœlici exitu. cuius rei, ob id tantùm dicatur eſſe Deus cauſa, quòd illis non præferat peculiare lumen ad intuenda & præuidenda ſaniora conſilia. Diuus Thomas autem exiſtimat, *cordis* nomen hoc loco pertinere potiùs ad voluntatem, quàm ad intellectum, ita vt propter denegatum etiam peculiare auxilium quo in officio & recto poſſent reges continere ſe, dicatur Deus, illorum *corda* affectus, voluntatem, præceps agere in prauos, & infœlices exitus. Qua ratione Prouerbiorum 21. dictum à Sapiente eſt: *Sicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, quocunque voluerit, inclinabit illud.* Septuaginta. *Sicut impetus aquæ, ita cor Regis in manu Dei.* Sunt enim illę *diuiſiones*, quæ ex flumine fiunt aqua diuiſa & deriuata, vel propter impetum, vel alia ratione, in plures riuulos. Igitur ſicut impetu diffluere ſolet in varias partes flumen; ita Reges ſæpe in varios

D.Thom. Cor pro voluntate. Prou.21.1. LXX. Regũ & principum obfirmata voluntas.

affectus diuiſi, feruntur præcipites. Deus autem regum corda & affectus, quaſi in manu continet, & vel cohibet & detinet, vel laxat, & permittit præceps ferri. Sic igitur *immutat cor principum.* Et quidem cùm hæc immutatio voluntatis, aut conſilij ab alio homine æqualis cõditionis fieri poſſit, cùm Rex parem non habeat, à Deo tantùm immutari poteſt. Et verò premenda eſt illa particula, *quocunque voluerit * inclinabit illud*, quaſi dicat; ſiue in bonum, ſiue in malum. quod non minùs difficilè videtur, quàm ſi ingens flumen extrahere, quis extra alueum conaretur, & in plures riuos, aut *diuiſiones aquarum* deriuare. Tantùm verò abeſt, vt Regis obfirmata voluntas humana vi aut ratione immutari poſſit, vt potiùs ſicut vmbra, quæ corpus ſequitur, ita ſapientiſſimus quiſque ſuam voluntatem inuertat & cõmutet, vt Regiam ſequatur, quòd benè in ſe ipſo expertus Salomon docuit Eccleſiaſtic. 8. *Sapientia hominis lucet in vultu eius, & potentiſſimus faciem illius commutabit.* Quare Sapientiæ illa vox eſt, vt in licitis & honeſtis, neque latum vnguem quis diſcedat à voluntate principis; *Ego os Regis obſeruo, & præcepta iuramenti Dei*, (eſt enim Rex velut quidam Deus) *ne feſtines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo; quia omne quod voluerit, faciet, & ſermo illius poteſtate plenus eſt, nec dicere ei quiſquam poteſt, Cur ita facis?* id eſt, ne illi acquieſcas, neque aſſiſtas in concilio, vbi de aliqua re iniuſta facienda initur conſilium. Nam ſi ille ſemel quidpiam decreuit, nemo poterit illi repugnare. Alij etiam de *immutatione* conſilij hæc accipiunt, quod fere eodem pertinet; nam ſi ſemel ſuſcepto conſilio princeps aliquid ſtatuat, non poterit aliter, quàm diuina potentia reuocari, Principum enim virorum illa vox eſt: *Quod ſcripſi, ſcripſi*, id eſt, ſatis deliberato conſilio, quo mutato opus non ſit, res omnes aggredi ſe profitentur. Eleganter in hanc rem Seneca.

Torcer la voluntad del principe es ſola vn no de madre.

Eccl. 8. 1.

v. 2. 3. 4.

Ioan. 19. 22.

Nec me fugit, quàm durus, & verè inſolens.
Ad recta flecti Regius nolit tumor.

Senec. in Hipo. Act. 1.

Igitur diuinæ potentiæ atque ſapientiæ eſt, * *immutare cor*, & conſilia *principum.*

*Haze Dios, q̃ mudẽ parecer aunque mas determinados eſten.

2

Sed fortè etiam locum in hac ſententia habere poteſt commentarius Polychronij, qui hanc *immutationem* refert, ad conceptum quendam pauorem, & animi conſternationem, quam Deus inijcit Regibus & Imperatoribus fortiſſimis, cùm hoſtem aliquem fugiunt, & coguntur ſe abdere in latebras, & quærere ignotas vias, atque captare obuia queque diuerticula: & quadrat verbum originale, *ſur*, quod eſt auferre, remouere, mutare, quacunque ratione id fiat, quaſi dicat; Deus aufert cor, auſum, animi vim & robur, ſicut & dicitur Amos 2. *Robuſtus corde inter fortes nudus fugiet in die illa.* Fortiſſimus (inquam) immutabitur corde, quod alijs locis dici ſolet tabeſcere, languere, diſſolui, liquefieri cor, Ioſue 7. *Pertimuit cor populi, & ad inſtar aquæ liquefactum eſt*, quod forte reſpicit ſudorem algidum, quo timentes perfundũtur. Et fortè hæc immutatio eſt illa, quam metus efficere ſolet, nos dicimus, *demudarſe*, quæ eſt propria nominis ſignificatio, 3. Reg. 21. *Venit Achab in domũ ſuam indignans.* Vatab. dixit; *abalienatus*, vel mutatus, aut commotus corde. Regia, *Recedens*, quaſi extra ſeipſum poſitus. Et quidem R. Mardochai inter alia ſignificata illius radicis hæc aſſignat, deeſſe, deficere, declinare, diuertere, recedere. Pagninus; *triſtis.* quo etiam modo vulgatus, illam ipſam vocem eodem capite vertit, cùm illi dixit Iezabel: *Vnde anima tua contriſtata eſt?*

Mutari ad timorem refertur.

סור

Cor, pro animi robore.

Amos. 2. 15.

Ioſ. 7. 5.

3. Reg. 21. 4.
Pagnin.
Vatabl.

v. 5.

3

Illud tandem ſimpliciſſimum videtur, vt ſit eadem ſententia, quæ ſupra cap. 5. *Conſilium prauorum diſſipat*, &, *Reprobat conſilia principum.* Septuaginta; *permutans*, quaſi cõmutans cum alijs ſanioribus conſilijs, id eſt, deſtruit conſilia eorum, & ſua ipſius Deus perficit. Aquila, *Remouens*; Theodotio, *Transferens*; Symmachus, *Euertens*: Quod verò Auguſtin. dixit: *Reconcilians corda Regum populi terræ*: ipſe explicat, *Reconcilians ſibi.* Illud nimirum diuinæ quoque potẽtiæ eſt, ſubijcere ſibi corda Regum & efficere, vt ſpontè *munera offerant, & conſurgant principes*, atque *adorent* ſupremum numen. Vtrunque verò impletum videas, cùm Herodis Regis cor, & conſilia immutauit Deus, & cùm trium regũ corda ſibi reconciliauit.

Iob. 5. 13.
Pſal. 32. 10.
LXX.
Aquila.
Theodot.
Symmach.
Auguſtin.
Matth. 2.
Iſa. 49. 7.

Et decipit eos; errare eos facit; ſequenti parte exponitur, *vt fruſtra incedant per inuium*: hæc enim deceptio ad viæ & itineris errorem pertinet, vt illud Pſalm. 118. *Erraui, ſicut ouis, quæ perijt.* & Iſa. 30. dicitur Deus venturus contra Aſſyrios, *ad auferendum frænum erroris, quod erat in maxillis populorum*, id eſt, ad auferendã Aſſyriorum potentiam, quæ velut iniecto fræno gentes alias captiuas huc illuc incedere pro ſuo libito cogebat, & errare atque in extremis orbis exulare faciebat. Atque ita verbum *decipiendi*, hoc loco eſt, *Thaghah*, quod etiam eſt errare, aut aberrare. Inde præterea dicitur, Geneſ. 37. *Inuenit eum vir errantem in agro.* & Iſaiæ 3. hæc ipſa vox, *decipiendi*, ad viæ errorem pertinet; *Qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant*, id eſt, prauis itineribus te deducunt, vel potiùs errare faciunt, & Oſ. 4. *Spiritus fornicationum decepit eos.* Simile omnino cum illo Iſa. 28. *præ vino neſcierunt.* id eſt, errauerunt.

4
Deceptio ad inuiũ iter referri.
Pſal. 118. 176.
Iſa. 30. 28.

תעה

Gen. 37. 15.
Iſa. 3. 12.

Vt fruſtra incedant per inuium. Rectè explicuit interpres, quod in originali eſt. *Errare eos fecit in nihilo*, vel in inani; videlicèt non ſolùm *in inuio*, vbi nullus ſit difficultatum exitus, ſed etiã in obſcuro, vbi nihil videre inuenireue poſſint quod, illos ad optatum fin perducere, aut promouere valeat. Hoc enim *inuium* eſt, illa *via impiorum tenebroſa*, in qua *neſciunt vbi corruant*, Prouerbior. 4. & Ioannis 12. *Qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat*, id eſt, quem exitum habiturus ſit.

Prou. 4. 19.
Ioan. 12. 35.

Sed nonne etiam (inquit) iuſtus ſui itineris exitum ignorat? cùm de Abrahamo dictum ab Apoſtolo Paulo ſit, Hebræo. 11. *Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exijt neſciens, quò iret.* Sed reſponſio in promptu eſt, vel ex ipſis Apoſtoli verbis: certus enim erat in hæreditatem vocari, & in itineris exitum fœliciſſimum

5
Iuſtus quomodo etiam dicatur per inuium incedere.
Heb. 11. 8.

duci, videlicèt *in locum, quem accepturus erat.* nihilominus *Fide exijt*, quòd à nobis exigat Deus cæcam illam, quam Sancti vocant, obedientiam, & vt ſinamus nos ab illo duci, quamuis
Luc.1.79. videamur *per inuium* duci; dum enim ille dux noſtri itineris fuerit. *noſtros pedes diriget*, quam-
Pſal.118.104. uis nos viæ rationem non teneamus. ſicut Pſalmo. 118. dictum eſt, *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis*. non tam (inquam) lumen oculis, quam pedibus; recta enim (inquit) pergo, ſed rectæ viæ rationem nondum planè aſſequor, neque video. quod idem cum illo vi-
2.Cor.5.6. detur. 2. Corinth. 5. *Dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino; per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem*. Quaſi dicat, iter hoc & via, via fidei eſt, obſcura, & cæca, non via aperta, & claræ viſionis. quibus verbis fortè alluſit Paulus ad lo-
Iſai.31.2. cum Iſai. 41. de Abrahamo; *Vocauit iuſtum, vt ſe-*
*Saldra a paz y a ſaluo. *quereretur ſe, * tranſibit in pace, ſemita in pedibus eius non apparebit*. & neque veſtigium calcati pulueris & emenſæ viæ non poterit deprehendi in illius pedibus. quaſi dicat ignota erit ipſa via homini viatori, & ſoli Deo cognita; is enim ea media & rationes, per quas hominem ad præſtitutum finem perducere decreuit valdè ab humana ratione remotas, intra arcanæ ſuæ ſapientiæ & prouidentiæ aditus continet. ſed impij tamen neſciunt quò eant; quoniam cùm fœlicem ſibi exitum promittant, infœliciſſimo præcipitio & viam abſoluunt, & vitá con-
Pſal.1.6. cludunt. *& iter impiorum peribit* quoniam *in inuium*, in præceps, & in exitium concludetur.

XXV. Palpabunt, quaſi in tenebris, & non in luce: & errare eos faciet, quaſi ebrios.

1 *Tenebræ craſſiſſimæ. Repetitio eiuſdem rei auget ſignificationem.*
2 *Ebriorum error qualis. Fœdus ebriorum vomitus, quomodo ad errorem referendus. Explicatus Iſaias.*
3 *Quæſtiunculæ in hunc locum incidentes de Dei veracitate, & permiſſione humani erroris.*

1 Tenebræ craſſiſſimæ. HIs tenebris inuoluentur in omni re gerenda, vt nihilo à cæcis differant; craſſiſſimis tenebris immergentur, vt *palpare* & attrectare illas poſſint, ſicut cæci dum attrectare & tentare manibus conantur, ne offendant, tenebras attrectant; id eſt, nihil apprehendent, cui nitantur. illa autem repetitio familiaris eſt in Scriptura, *in tenebris & non in luce*, id eſt, in tenebris omnis lucis expertibus, in Thren.3.2. Amos.5.18.
tenebris obſcuriſſimis: vt eiuſdem repetitio ſignificationem augeat.

Et errare eos faciet. Vertigine circumrotatos, 2 Ebriorum error qualis.
ſicut ebrius, vt de rebus iudicent, aliter quàm ſint; quæ conſiſtunt, & hærent fixa, moueri videntur; quæ ſimplicia non eadem, ſed duplicia: mirus in omnibus error. Tum præterea nullá recti & æqui decoriue rationem ebrius ducit, & vel à pueris eam ob rem ludibrio habetur. ſimile eſt id Iſai. 19. *Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis*. (id eſt, propinauit, non Iſa.19.14.
vinum, quo efficitur vertigo, ſed ipſiſſimam capitis vertiginem) *& errare fecerunt Aegyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius, & vomens.* ſicut enim ebrius fœdè ſe ſuaque omnia turpi vomitu côtaminat, ita ij, quibus Deus ad ſuorum ſcelerum pœnam, poculum turbulenti erroris porrexit, turpiter * *vomunt*. nam quicquid di- *Es aſco ver lo q̃ hazé y dizen, y los pareceres quedan.
cat, cogitent, præcipiant, vomitus fœdiſſimus eſt & non ſolùm ſe ipſos, verùm etiá, qui propiùs accedunt vomitu conſpergunt. Vide etiam Iſai. 28. *Hi quoque præ vino neſcierunt.* & ſub- Iſai.28.7.
iungitur ſtatim; *Ignorauerunt iudicium.* quo loco eſt eadem vox, quæ Pſalm. 143. *Eructantia ex hoc in illud*, quaſi dicat; eructauerunt, vel profu- Pſal.143.13. פקה
derunt vomentes iudicium. id eſt, cùm loquerentur, vel conſilium daturi, aut ſententiam ſuam expoſituri, nihil niſi fœdum, acidum, crudum, graue olens, perturbatum, confuſum, vomentium inſtar, pectore deprompſerunt. Tum etiam ebrietas hæc ad vehementiores animi paſſiones rectè referri poterit, cùm Deus impios permittit effrenatæ ſuæ libidini, & præcipiti furori. qui ſpiritus etiam deceptionis dicitur Hoſeæ. 4. *Spiritus fornicationis decepit eos.* id Hoſeæ.4.12.
eſt, vehemens præcepſque poſt idola ardor, inſana libido, ebrietatis, & ſpiritus erroris ſimillima.

Hic autem ſe nobis etiam non vocata offerebat diſputatio de Dei veracitate, an Deus 3 Quæſtiunculæ de Dei veracitate.
decipere per ſe ipſum poſſit, an per medium deceptionis adminiſtrum, an ſola permiſſio & ſubtractio diuini auxilij (vt ſapienter & verè Theologi docent) ſatis exiſtimetur, vt Deus fallere ipſe, aut decipere dici poſſit; an erroris, qua ratione pœna eſt, non qua peccatum, poſſit Deus dici, re ipſa & veritate, cauſa. Sed hæc Theologicis argumentis relinquenda ſunt; non enim tantum eſt ab re noſtra otij nobis, hæc vt curare velimus.

CAPVT DVODECIMVM.

1
Reſpondens autem Iob dixit:

2
Ergo vos eſtis ſoli homines: & vobiſcum morietur ſapientia?

3
Et mihi eſt cor, ſicut & vobis, neque inferior veſtri ſum: quis enim hæc, quæ noſtis, ignorat?

4
Qui deridetur ab amico ſuo, ſicut ego, Inuocabit Deum, & exaudiet eum:

Deridetur enim iuſti ſimplicitas.

5
Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tẽpus ſtatutum.

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

TVMENTEM SOPHARI ORATIONEM comprimere volens ſapientiſſimus Iob, atque ſe ab omnibus inimicorum ſuorum calumnijs tueri, in hæc verba reſpondit: Non poſſum non vos plebeios, atque vulgaris iudicij trutina omnia examinantes exiſtimare: inſtar enim ignorantiſſimi vulgi meas vos ærumnas in ea tantum, quæ ignoratis, referendas ducitis. videlicèt vel in occultam Dei ſapientiam, vel in latentia aliqua mea ſcelera; cum tamen in promptu ratio ſit diuini honoris, & gloriæ, quam ille ſibi proponat atq; eliciat ex mea calamitate. & cum tam demiſſè & abiectè de rebus iudicetis, vultis ſoli ſapientes haberi; atque in veſtro tantum cœtu & conſilio vniuerſas Theologicas difficultates dirimi debere; vobis tantum oriri & affulgere ſapientiæ radium, atque illam vobiſcum morientibus pariter occaſuram.

Atqui, ò amici, non ſum ego tam excors, neque tam à vera ſapientia alienus, quin præclare de Deo, perinde ac vos, ſentiam, atq; multa etiam de illo magnificè & conſtanter prædicare poſſim, non enim ego de ſapientia vobis vnquam conceſſi; an longè ſuperior ſim, alij iudicent. illud tantum aſſero, quæ vos de Deo atq; diuinis, tanquam nimium recondita, iactatis, nemini vel è media plebe ſumpto, ignorata eſſe.

Cæterum tanquam diuinarum rerum ignarus, atq; à religione alienus à vobis ego, qui pro a amicitiæ & neceſſitudinis lege honorificè accipi deberem, nunc irrideor, propterea cogor ſane, vt qui nullum aliud habeam perfugium ad ſolam diuinam opẽ confugere, ex qua veræ amicitiæ atq, beneuolentiæ præſidium polliceri mihi poſſim. Dei itaq, incorruptiſſimi iudicis ęquitatem implorabo, qui veræ amicitiæ & fidei violatores reos peraget, atq; ſeueriſſimo ſupplicio afficiet. Ille verò clamanti & inuocanti proculdubio aderit, atq; ope certiſſima ſe præſentem exhibebit, recipietq; in ſuam fidem, quem amicorum infidelitas prodidit. Videt enim ille, quod indigniſſimum eſt, ſanctitatem & perfectionem vitæ minimè fucatam, ludibrio haberi.

Hominum autem fœliciter nũc agentiũ hæc eſt cogitatio atq; iudicium, me quondam b lampadis inſtar fulſiſſe, nunc vero extinctum eſſe atq; omnium pedibus proculcari, ſic exigente vel fatalis temporis neceſſitate, vel diuina iuſtitia, ad meorum ſcelerum vindictam. Neq; aliter profectò eſt opulẽtis hominibus viri iuſti afflicti pietas ludibrio, quàm cũ carbo accenſus, aut fax, vel tæda de induſtria projicitur extra focum, paraturq; ad ſtatutum tẽpus, vt cum quis denuo ingreditur, in illum offendens, riſui atq; ludibrio ſpectantibus ſit: cũ potius iniuſti pedis dolor, cõmiſeratione, nõ riſum mouere alijs deberet. quid, quod etiã iuſt' eſt velut lignum accenſum, quem alij omnes velut rem oppidò infenſam, atque nociuam fugiunt, & cui propter ſummam abiectionem omnes detrahunt: nam in rebus alijs ad ſpeciem fulgentioribus, cogitationes omnes ſuas defigunt; pietatem verò tanquam rem ignobilem & obſcuram planè contemnunt. Sed tamen ſuo tempore, cùm omnium vitæ & actiones in publicum proferentur, latentem nunc ſanctitatem, lucem quoq; proferet Deus in apertũ publicumque, eſt enim iuſti lampas bene parata ad lucendum, & opportuna olei copia abundans, ne vllas poſtea tenebras, lucisue languorem atque defectum, cum ſemel accenſa fuerit, timere debeat. Me igitur, qui nunc ab opulentis hominibus contemnor, & à quo velut ab accenſo carbone fugiunt, ne qua mearum ęrumnarum atque morborum ſcintilla ad illos miſſiat, me inquam parauit conſtituitque Deus, vt tanquam ad ſalutarem proficuumque ignem aliquando, maxime opportuno ad meam ſalutem & ad ſuam gloriam tempore, cæteri accedant, vt mea luce

atque

BREVIS NOTATIO RERVM INSIGNIORVM, quæ in commentarijs fuſiùs explicantur.

a *Quadam de amicitiæ lege non violanda, & vt Deus ſit veræ amicitiæ exemplar & infidorum amicorum vltor & iudex.* V. 4. nu. 1. 2. 3. 4.

b *Varia & accurata huius lampadis tractatio, & vt ſanctitas non ſplendeat in impiorum oculis, ſed ſola vanitas & impietas; & de nouiſſimo tempore, quo prodet ſe iuſtitiæ lumẽ, quadam ad mores.* V. 5. nu. 2. 3. 4. 5.

atque calore vtantur, proderoque tandem iis, qui mihi nunc inſiſtant, tanquam planè inutili, & nihili homini. at impius quoq. velut titio & torris erit, qui licèt videatur nũc a Deo contemni, at parato tempore conijcietur in rogum, ignemq. æternum.

6 Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum: Cùm ipſe dederit omnia in manus eorum.

Fruantur licèt nunc ſumma rerum omnium abundantia, & bonorum copia prædones nequiſſimi, atque ex præda, & rapina pro ſua cupiditate diteſcant. cumq; ſint ad omne ſcelus proiectiſſimi, efferantur & inſoleſcant aduerſus numen, audeantq. Deum ſua impietate laceſſere, & fortiſſimo exercituum Domino bellum indicere; cum ille vel ſolo nutu proſternere ſuos hoſtes poſſit, Ingratiſſimi profecto illi aduerſus bonorum omnium largitorem, qui cum ampliſſimas fortunas, & vberrimam bonorum omnium copiam liberè illorum poteſtati & voluntati permiſerit, ex tot ad fœliciter viuendum acceptis muneribus, nihil niſi ventris ingluuiem, voluptates, atq; Dei largitoris contemptum & obliuionem referunt; ſuæ enim induſtriæ, humanæque ſapientiæ adſcribunt ſuam fœlicitatem, atque ſuæ poteſtati & libidini omnia permiſſa eſſe arbitrantur: & cùm ſint à vera religione alieni, & ſuis manibus falſa deorum numina efficiant, exiſtimant diuinam prouidentiam, atque ſapientiam ſua etiam manu & poteſtate claudi, & contineri. Minime verò ego ingratus extiti erga verum Deum, à quo multis beneficijs, quod ingenuè fatear, affectus ſum; nam beneficium accipere, & eum, à quo acceperis, contumelijs & iniurijs laceſſere, latronum atque graſſatorum eſt.

7 Nimirum interroga iumenta, & docebũt te. & volatilia cœli, & indicabunt tibi.

8 Loquere terræ, & reſpondebit tibi. & narrabunt piſces maris.

Rem dico nulli non notam, ne vos exiſtimetis veſtram doctrinam valde exquiſitam eſſe, cuncta enim, quæ homo habet, Dei beneficio, & munere accepta eſſe vniuerſæ creaturæ teſtantur. clamant enim non propter ſe, aut ſuæ vtilitatis gratia, ſed propter hominem conditas eſſe. id quod vel ipſe rerum omnium, & beſtiarum etiam aſpectus nos docebit. ſi enim illis vox, atque reſpondendi ſenſus & facultas à natura conceſſa eſſent, prædicarent profectò diſertis vocibus non ſibi ſed homini natas, ſimulque accepiſſe a Creatore præceptum, vt homini obſequerentur. Neque terreſtria ſolum verum etiam quæ in aere degunt, volatilia, rem prorſus eandem ſuis cantibus & modulationibus clare & argute exponent.

9 Quis ignorat, quòd omnia hæc manus Domini fecerit?

Quod ſi etiam conceptam apud vos hac de re dubitationem Terræ proponeretis, atque cum illa colloquium inſtitueretis, reſponderet ingenue, ſuam operam omniumque ſuorum fructuum prouentus Dei prouidentia atque decreto ad hominum victum, vitamque conſeruandam eſſe conſtitutos.

10 In cuius manu anima omnis viuentis: & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis.

Nihil verò mirũ, Deum elargitum eſſe alia bona hominibus, cùm idem vitam vniuerſis viuentibus benignus tribuat. ille enim ſua manu & poteſtate continet animam, qua viuunt, creſcunt, aluntur, ſpirant, quam pro ſuo arbitrio, aufert, aut benignus impertitur; nihilque boni aut mali vniuerſis accidit, quod diuina prouidentia non decernatur.

11 Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedentes ſaporẽ?

Hæc autem diuinæ prouidentiæ cognitio obtineri ſanè ab hominibus poteſt cum aliorum ſenſuum, tum præcipue auditus, & viſus præſidio. neque multo magis diſcernit, quam auris verba, & ſonitus dijudicat, & guſtatus ſapores. Et quidem non ſolum Deus potentiſſimus eſt, ſed etiã ſapientiſſimus: d omnia enim non minus explorata ille habet, quam auris ſonitus, & guſtandi ſenſus ſapores omnes. quidquid enim agimus, voces quædam ſunt, quaſi diuinis auribus inſtillatæ; neque minus ille cognoſcit, & probat, reprobatue hominum actiones, quam ſi guſtatu illas contingeret.

12 In antiquis eſt ſapiẽtia: & in multo tempore prudẽtia.

Tum etiam ſi ex antiquitate, & longiſſima ætate ſolet commendari ſapientia, quidni eius ſapientia, qui æternus eſt, conſeri oportet? cùm igitur ille ſapientiam habeat, atque rerum omnium agendarum rationem æternam, atque conſtantem, & quantum fieri poteſt acutiſſime, intimeque cuncta deſpiciat, atq. hæc omnia cum ſumma poteſtate atque efficacitate coniuncta ſint, conſequens profecto eſt, illius etiam prouidentiam omnibus ſuis partibus eſſe perfectam, & abſolutam.

d Vt Deo aures, & guſtatum tribuatur, vt omnia audiat, omnia guſtatu aut probet, aut reprobet, peculiaria quædam, & opportuna ad mores, V.11.nu.3.5.7.

Hanc

13 Apud ipſum eſt Sapientia & fortitudo: ipſe habet cōſilium & intelligentiam.

14 Si deſtruxerit, nemo eſt, qui ædificet. ſi incluſerit hominē, nullus eſt, qui aperiat.

Hanc ille profectò manifeſtat, cùm potentiſſimas & florentiſſimas vrbes ita deſtruit, & ſubuertit, vt nemo iterum illas erigere, & inſtaurare vel audeat, vel poſſit. neq. non etiam cum ho**minem, quem primum fortunis, familiaque ampliſſima, & magnificentiſſima domo inſtar cuiuſdam pulcherrimi ædificij ero**xerat, præclareque inſtruxerat, & mox deſtruit, deijcit, proſter**nit, atque illa vitæ omnia præſidia, & munimenta aufert, quæ illum erecto animo ſuſtentare potuiſſent: & in eum miſeria**rum baratrum abijcit, ex quo nullæ humanæ vires atque faculta**tes illum ſubleuare, & erigere poſſint. quidquid enim velit qua**cunque ratione deſtruere, nemo tueri, aut deſtruenti **Deo** repugnare poterit. Propterea, ſi homini properanti, & currenti ad **finem optatum, præcludat Deus aditum, viæque impedimenta obijciat, ſi coniectis malorum & ærumnarum vinculis detineat & implicet, atque in extremas anguſtias redactum & con**cluſum, quaſi ſeris claubuſque obſtrinxerit, nemo profectò e**rit, qui aperiat; nemo qui effringat carcerem, & iniecta à Deo** vincula diſſoluat.

15 Si cōtinuerit aquas, omnia ſiccabuntur: & ſi emiſerit eas, ſubuertent terram.

Quod ſi ille etiam aquarum impetum ſeſe conātium effundere ad irrigandam terram, continere voluerit, atq; non ſolum pluuiarum cœleſtium imbres, verum etiam omnium fontium fluminumque perennes ſcaturigenes comprimere, & obturare, protinus **areſcent cuncta, & ad ſummam ſterilitatem, & ſqualorem** redigentur. quod ſi vice conuerſa ſuæ prouidentiæ quaſi laxatas **habenas imbribus, fontibus, fluminibus permiſerit, & velut demergendæ terræ præcepto accepto & iniuncto illa liberè emiſe**rit, incredibili ſane impetu irruptionem in terras facient, ſubuertentque & obruent omnium mortalium habitationem. Vna igitur diuinæ prouidentiæ lex omnia in ſua ſede & munere continet, atque præcipitem creaturarum impetum moderatur.

16 Apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia: ipſe nouit decipientem, & eum, qui decipitur.

Quod ſi ex naturæ operibus, ad ea quæ ad humanarum actio**num, atque morum prouidentiam, & gubernationem ſpectant,** tranſeamus, certe eandem efficacitatis & ſapientiæ rationem ſeruat, dum permittit, vt alij ab alijs per dolos & fraudes miſerè decipiantur, & cum probe ille norit, quis qua ratione errare & decipi poſſit, tum deceptoris fraudem & dolos, tum eius, qui deceptus eſt, error, & falſa opinio, vt ſuæ prouidentiæ inſeruiant, efficaciter, ſapienterque perficit.

17 Adducit cōſiliarios in ſtultum finem,

Neque aliter eos, qui conſilia diligenter ineunt, & ſibi ipſis, alijſue certam agendi legem, rationemque præſcribunt, atque nouas vias, nouaſque opportunitates rerum gerendarum comminiſcuntur, miſere ſpoliatos, & ſine vlla præda, vlliusue lucri ſpe ad inexpectatum, ſuaq; ſtultitia dignum finem deduci permittit. Cum enim fortiſſimus ipſe, atque potentiſſimus Deus de illorum ſapientia & conſilio prædam egerit, illos ſtultos & ſine vl**la ſapientiæ laude & exiſtimatione dimittit, multiſque difficul**tatibus irretitos, & conſilij tandem, omniſque ſapientiæ inopes

& iudices in ſtuporem.

cunctis ridendos, & deſpiciendos traducit. Tum illos magiſtratus & iudices, legumque peritos, qui ex legum præſcripto ius populis dicunt, & reſpublicas moderantur, labi permittit in ma**niſeſtos errores, vt eam ſententiam interdum pronuncient, in dirimendis litibus grauiſſimis, & difficultatibus ingenti**bus, atque legibus decernendis, qualem neque ſtupidus, planeque ſtultus pronuntiaret. tum præterea illos conijcit in quan**dam mentis conturbationem, vt planè ſtulteſcant, atque ſuæ** dignitatis & honoris ſede moti, & ablegati, ludibrio ab omnibus habeantur.

18 Baltheum regū diſſoluit, & præcingit funes renes eorum.

Interim eos qui ſub illorum Tyrannorum e diſciplina arctiùs, ſeueriuſq. conſtringebantur, liberos ſolutoſque dimittit, atque viciſſim commutata ſorte ipſos reges ac Tyrannos Baltheo regio, vel militari, atque **honoris inſignibus ſpoliatos,** in vincula conijcit, funibuſque velut ſontes, aut captiuos, abiectiſſimæque ſortis homines conſtringit.

19 Ducit ſacerdotes ingloriosː

f **Excellentiſſimos viros, illos præſertim, qui ſacerdotali dig**nitate inſigniti ſunt, & in ſummo apud omnes honore, contemptui tradere ſolet, atque proprijs ſedibus eiectos in miſeram

e De Balthei, tum ex Hebræo, tum ex Latino verta ſignificatione, & vſu, quædam peculiaria, v.18. num 1.2.

f Quid ſignificet ſacerdotis nomē, & an aliquando non ſolū ſacrum miniſterium [illegible], ſed præterea honorem [illegible], diſſeritur ad ſcripturarū intelligentiā. V.19. nu.1.2.

captiuitaté abducit,non ſolú ſuo honore & munere,ſed glorioſis & ſplendidis,atq; ſacerdote dignis veſtimentis ſpoliatos. Ad hæc viribus & facultatibus potentes viros,qui ſibi neſcio quã viuendi perennitaté pollicebantur,quos propter moroſitaté& inſolentiá nemo colloquio,atq. cógreſſu audebat prouocare,facilè De⁹ ſupplãtat,flectit,deflectit,deijcit,terræq; dinaſtas euertit, atq. ſubitò & inopinatò ad ſummã ignominiam deturbat;dignũ profectò tãta ſuperbia,& audacia ſuppliciũ, quòd congredi, atq; colluctari auſi fuerint cum ſupplantatore, & colluctatore Deo fortiſſimo.

Et optimates ſupplãtat.

Neq; verò qui multũ verbis,&eloquentia valent,gloriari corã Deo poterũt: nam cũ ipſe bonorũ omniũ largitor ſit, aufert omnẽ facundiæ & orationis vim ab eloquentibus, vt ij, quorũ dictis atq; decretis ſumma fides adhibebatur à populis, deinceps fidem nullam mereantur; vt quos prolabi permittat in manifeſtos errores. Illos igitur,qui maxime ſapere videbantur, deſipientes & inſulſos reddit,vt nullo rerum decoro ſeruato tũ loquantur, tum verò ſe gerant nulla ſuæ ſenectutis atq; perſonæ habita ratione.

20 Commutans labia veracium: & doctrinam ſenum auferens.

Super princeps autẽ, qui munificentia & liberalitate potiùs ad ſuperbiã & gloriã,quàm ad miſericordiã vtebantur, ingenté deſpectionis,extremæq; abiectionis vim profundit, atq; illorũ potentia & fortitudine debilitata & fracta,eos qui oppreſſi tenebãtur,quaſi ablato & proiecto grauiſſimo onere releuat,erig t q;.

21 Effundit deſpectionẽ ſuper principes: & eos qui oppreſſi ſunt, releuans.

Tanta autem eſt diuinæ mentis in penetrandis, & diſpiciendis vniuerſis humanæ mẽtis latebris efficacitas, vt ea quæ in tenebris ignorata deliteſcunt,facilè poſſit in lucem proferre,atq; rebus omnino ignoratis lumen clariſſimum afferre;occultas fraudes detegere; & in rebus deſperatiſſimis,extremiſq, periculis,fœlicem tãdem,iucundiſſimumq, exitum cõmonſtrare. Nihil enim poteſt eſſe tam profunde,alteq; in tenebris demerſum, quod ille in mediam lucem dare,proponereq; non poſſit. Neq; verò ſolum manifeſta ſuæ potentiæ atq; ſapientiæ documenta præbet Deus, in his quæ ad ſingulos principes ſpectant, verùm etiam in his, quæ ad rerum publicarum,numeroſiſſimorumq. populorum adminiſtrationem & conſeruationem attinent; nimirum cum mirabiliter hominum multitudinem auget, atq; propagat; rurſus aliqua generali clade penè conſumit, & conficit; deinde iterum multiplicatos mirabiliter in priſtinas ſedes reſtituit,opportunumq; & longè latum habitandi locum concedit.quod vel in illa generali terrarum orbis eluuione apertè conſpici potuit.

22 Qui reuelat profunda de tenebris:& producit in lucem vmbram mortis.

Sed in omnibus difficultatibus, quas Deus ſua prouidentia affert rebus humanis,illud quoq; ſapientiæ atq; potentiæ opus eſt, quòd patiatur principes,qui periculis & diſcriminibus ſuorum ſubditorum opportunum conſilium atq; remedium quærere tenebantur,præcipites ruere in exitioſa conſilia, & exitus infœlicitiſſimos; quod illorũ regum corda,quæ potiſſimũ à ſupremo numine dirigi,& illuminari deberent, Deus ſuo peculiari lumine, & admonitione minimè dignetur,neq; illorum obſtinatę mentis duritiem emollire velit. Interdum verò, cum illi placuit, g cordium,& animorum ruentium impetum comprimit, & à ſuo proprio ſenſu deflectit. ſolet enim regibus & imperatoribus fortiſſimis,pauorem incredibilem inijcere,&vel in fugam,extremaſq; latebras conijcere, vt & corde trepident, & facie exalbeſcant, totiſque artubus contremiſcant. ſic, quæ illi nequiter machinabantur,deſtruit Deus,& cum ſanioribus alijs,magiſque ſalutaribus,& opportunis reipublicæ euentibus cõmutat; interim illos vagari &aberrare per ſummas rerũ difficultates permittit,miſerando præcipitio & vitã h & viam concludentes. nã ijs tenebris craſſiſſimis immergentur, vt nihilo cæcis meliores, tenebras attrectare manibus cogãtur, multaq; vertigine circumrotati, atque ſuæ improbitatis ebrietate cõminotos,& furentes in errores intolerandos & mentis commotionem,omniſq, ſalutaris conſilij ignorationem dilabantur.

23 Qui multiplicat gentes & perdit eas: & ſubuerſas in integrũ reſtituit.

24 Qui immutat cor principũ populi terræ: & decipit eos, vt fruſtra incedant per inuium.

25 Palpabunt quaſi in tenebris, & nõ in luce: & errare eos faciet,quaſi ebrios.

g *Vt Regum impetus per ſe indomiti ſint, & vt domari, & cohiberi ſoleant diuina potentia, digreſiuncula.* V.24.nu.1.

h *Quod ſit inter iuſtos,impioſque diſcrimen, cum iuſti ambulantes per fidem, videantur per inuium, & ignotas obſcuraſque ſemitas ambulare, opportunè ad mores explicatur.* V.24.nu.5.6.

CAPVT XIII.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Concludit Iob, quæ hactenus dixerit, non fuiſſe ex ignoratione diuinæ potentiæ aut ſapientiæ, neque ex animi aduerſus Deum inſolentia, ſed potiùs ex bona conſcientia: amicorum vero argumenta ex mendacio & ſimulatione.

I. Ecce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi ſingula.

1 *Audire, & videre hoc loco pro eodem. Auris aliquando ad reuelationem.*

2 *Particula, Sed tamen, hoc loco aſſertiua. Saddai.*

3 *Capere quid proprie. Iuſtus & verè, & vrbanè ſe coram Deo tuetur.*

4 *Iuſti diligunt aduentum iudicis. Explicati Paulus, & Lucas. Bonæ conſcientiæ teſtimonium fidens.*

1
An cum diſcrimine ſint accipiēda audire, & videre.
Olympiod.
Polychro.

NON oportet nimium preſſè, & moroſè ad philoſophicam normam, vt plerique Latini faciunt, & ex Græcis Olymp & Polychro. verbum, *videndi*, de experimento, & verbum *audiendi*, de doctrina, quę auditu percipitur, accipere, ſed ſenſum accipere ingenuè; Video ſanè hæc, & cùm de ijs vos diſſereretis, planè intelligebam: nam neque ſunt inaudita, neque à communi ſapientum ſenſu & intelligentia remota. quare *vidi*, audiui, intellexi. aſſeuerationem verò hæ voces continent, & amplificationē rei benè perſpectæ, & exploratæ, ac ſi eadē res ter per eandem vocem aut ſynonymam repeteretur. Fortè etiam locū habere poteſt, quod indicat Philippus, *auris* nomine, reuelationem ſibi a Deo factam ſignificari. Etiam (inquit) mihi loquutus eſt Deus, & oſtendit ſecreta ſapientiæ ſuæ. vt alludat ad id, quod dixerat Sophar, *Vtinam Deus loqueretur tecum.* de reuelatione autem, vel apertione auriū, cùm Deus loquitur, dicemus infra. c. 33. verſ. 15. & 16. Quod autem ad lectionem attinet, in Hebræo in tertia perſona legitur, *Intellexit*; vt referatur ad aurem. Lenior ſenſus, ſi in prima perſona, vt etiam Septuaginta legerunt.

Philip.
Auris nomine reuelationē intelligi.

LXX.

II. Secundùm ſcientiam veſtram & ego noui: nec inferior veſtri ſum.

EAdem penè ſententia, quæ cap. præcedenti verſiculo. 3. quāquam & hic ſenſus poteſt ſubeſſe noſtrę, atque Septuaginta lectioni; *Noui quæcumque & vos ſcitis.* Vos (inquam) benè noſtis me ſcire, cū mea vobis ſapientia multis argumentis teſtata ſit.

LXX.

III. Sed tamen ad Omnipotentem loquar: & diſputare cum Deo cupio.

2
אולם

SED *tamen*. Non tam eſt aduerſatiua particula, quàm aſſertiua; & in ſenſu illationem habet & cauſam refert; Ideò, propterea, ſanè, quòd Dei potentiam atque ſapientiam perſpectam habeā, loqui cum illo cupio, apud illum dicere de meis rebus, non apud vos, qui iniquè de rebus iudicatis. Ille enim, vt eſt ipſa veritas, atq; veritatis amator, benignus audiet, quæ pro veritate, & pro tuenda mea innocentia dicere & conteſtari velim; nō me ille opprimet per potentiam, nam eſt Omnipotens, *Saddai*, omnium optimarum rerum vberrimus, potenſque non ſolùm poteſtate, & viribus, ſed etiam lenitate & clementia; tanto igitur, tamq; incorrupto, tamq. benigno iudice mihi opus eſt.

Particula, ſed tamen, aſſertiua.

Saddai.
שדי

Diſputare. Iudicialiter agere, ratione & argumentis vltro citroq. habitis veritatem inquirere, loqui, & viciſſim reſpondere, & audire. *Cum Deo*; *El*, iudice incorruptiſſimo. non timeo iudicem qui innocens ſum: imò illum deſidero, qui innocentem pronuntiet, & meam cauſam aduerſus iniquos teſtes tueatur. *cupio*, vel ex hac vnica re animi aliquam voluptatem capiam, ideo mihi placuit diſputatio cum Deo. hanc voluntatis rationem aliquantò ab originali longius Septuaginta retulerunt, legentes; *Si voluerit.* piè, & vrbanè; ſi illi accepta fuerit mea hęc diſputandi, & loquēdi voluntas. quod ab eadem voce originali, ſed alijs verbis Latinus interpres reddidit Num. 14. *Si propitius fuerit Dominus.* & quoniam verbum illud, *Caphats*, cuiuſdam voluptatis, dilectionis, & acceptationis eſt, rectè dicas, perplacebit mihi, ſi illi placuerit.

3
אל

LXX.
Iuſtus vrbanè ſe apud Deū tuetur.
Nu. 14. 8.
Cupere quid propriè.
חפץ

4

Dum verò hæc dicit Iob, indicat ſibi eſſe moleſtam diſputationem cum hominibus contentioſis, & neque veræ amicitiæ cultoribus, neq; veritatis amatoribus, Salutarior mihi erit Dei iudicis ſententia, quàm veſtra hæc diſputandi & cōſolandi ratio. Iuſtorum profectò hoc deſiderium eſt, vt Paul. 1. ad Theſſal. 4. teſtatus eſt, ſanctos *diligere aduentum* iudicis, qui ſuis deſiderijs & votis videntur *rapi obuiam Chriſto in aëra.* videtur enim illis iudex moras trahere; procedunt igitur illis obuiam. ſciunt enim fore, vt ſibi iudex propitius ſit atque benignus, ſic illis viris ſanctiſſimis, Apoſtolis atque diſcipulis, qui Chriſti Domini aſcendentis in cælum teſtes aderant. Angeli candidis veſtibus induti, vti lætiſſimum nuntium deferentes decebat, *Viri* (inquiunt) *Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlū? Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet* (ad iudicandum) *quemadmodum vidiſtis eum euntē.* vidiſtis nimirum maximè beneuolum, atque propitium; pluſquàm charitate paterna ſuos complectentem. Sic obſeruat in illum locum Chryſoſtom. Propterea Iſai. 1. ex pietate & bona conſcientia animos fieri iuſtis in diuino iudicio Deus ipſe teſtatur; *Diſcite benè facere, & venite & arguite me.* Non ſolùm non reformidabitis diuinum iudicium, ſed etiam ad Omnipotentem loquemini, & diſputare cum Deo cupietis.

1. Theſſa. 4. 17
Iuſti diligunt aduētum iudicis.

Act. 1. 11.

Chryſoſt.
Bonæ conſcientiæ teſti [illegible]
Iſai. 1. 18.

IIII. Priùs vos oſtendens fabricatores mendacij, & cultores peruerſorum dogmatum.

1 *Fabrica-*

1 *Fabricator quid proprie. Illuſtratus Dauid.*
2 *Iobi amicos non erraſſe in fide.*
3 *Medicus idoli, quis dicatur in Hebræo.*
4 *Idola inutilia. Explicata Sapientia, & Paulus.*
5 *Prælatus, medicus, aut Chirurgus. Illuſtratus Paulus ex Græco.*
6 *Inepta conſolatio.*

LXX. טפל

Fabricator proprie.

Paraphraſi illuſtrauit interpres, & ad diſputationis exordium reduxit, quod in originali, & Septuag. ſimplex aſſertio eſt, *Vos eſtis fabricatores &c.* à radice, *Taphal*, quod eſt cõponere, concinnare, quaſi dicat, Vos eſtis compoſitores, & quaſi architecti mendaciorum. ſignificat etiam, vnum addere alteri, & imponere, vel vnum applicare ad aliud, vti fabricantes ſolent. Vos (inquit) verbis & oratione compoſita falſa crimina mihi affingitis, & imponitis, atq; mēdacia mendacijs additis. quo etiam ſenſu dixit Dauid Pſal. 118. *Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum.* vbi Hieronym. hanc ipſam radicem ſic reddit; *Applicauerunt mihi mendacium ſuperbiæ.* videlicet artificioſè & per calumniam confingendo, & crimen crimini malitioſe connectendo. & Pſal. 49. *Os tuū abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.* & Prouerb. 12. *Teſtis repentinus concinnat linguam mendacij.* id eſt, fucum, dolos, ſimulationem. nam veritas, quæ ſimplex eſt, fucum omnem, aſcititiumq; ornatum reijcit, atque ſimplici oratione ſe tuetur.

Pſal. 118. 69. Hieronym.
Pſal. 49. 19.
Prou. 12. 19.

2

D. Thom. Gregor.
Iobi amicos non erraſſe in fide.

Cultores peruerſorum Dogmatum. Falſam doctrinam & errorem in fide circa prouidentiam & alteram vitam ſuis amicis à Iobo tribui, exiſtimat Diuus Tho. & indicat etiam Gregor. Sed de hac re ſuperius iam diſputauimus, atq; ſtatuimus minime hos viros ſapientiſſimos in illo Theologico dogmate, aut vniuerſali fidei propoſitione, & fundamento aberraſſe. cùm ipſe Iob planè aſſerat, communem ſibi cùm illis eſſe hanc doctrinam de diuinis attributis. quare quod vocat, *Cultores peruerſorum dogmatum*, non tam ad ſpeculationem, quam ad praxim referendū, eſt qui neq; rectam in admonendo, vel conſolando rationē teneant, ſed importunis & inutilibus cōſilijs atq; orationibus vtantur, atque ſuas illas vniuerſales propoſitiones Theologicas importune & peruerſe applicent ad rem particularem. Si in aliquo Latino codice reperiretur, nō *cultores*, ſed *curatores*, lubens ego illam lectionem amplecterer, tanquā correctiorem, & Græcis atq; Hebræis congruentiorem. nam præterquam quod facile potuit irrepere pro voce *curatores*, vox, *cultores*, in Hebræo eſt medici, aut curatores, vel ſanatores; qua etiam ratione Septuaginta legerunt, *Medici iniuſti.* Loco autem *peruerſorum dogmatum* ſubeſt in Hebræo, *Alil*, quod vanitatem aut falſitatem, aut idolum, quod vanum & falſum eſt, ſignificat. quare propriè legetur; *Vos eſtis medici falſitatis*, vanitatis, aut idoli. id eſt, vanos, ineptos, atque imperitos medicos imitamini, qui cùm neque de morbi natura, & grauitate iudicare poſſint, vtilia omnia negligūt pharmaca, & nociua omnia, atq; acerba adhibent, atq; ipſa vulnera amplificant, atq; diſcerpunt. cum tamē medicus is ſit, qui ſalutaria adhibere debeat. quod vero alij interpretantur, *medicos idoli*, id eſt, ſicut medici, qui curant idolū, aut truncum vel ſtipitem. qui quamuis multa adhibeāt pharmaca & fomenta lapidi, lignoue, nihil efficiunt, ſic (inquit) nihil mihi prodeſt veſtra oratio. Hæc (inquam) interpretatio mihi non placet, coactior enim eſt. Potius ergo dicuntur, Medici idoli, id eſt, veluti idola mortua, & ſine ſenſu, ſine ope, ſine auxilio, veluti lapideus quidam Apollo aut ligneus Aeſculapius. nam cùm homo homini nō ſolùm medicus, ſed etiam Deus quidam eſſe poſſit, vos tamen mihi idola eſtis, falſaq; numina. cum enim ſolatium atq; opem, & veræ amicitiæ officium polliceri mihi videamini veſtra præſentia, *condixiſtis enim, vt pariter venientes ad me conſolandum* accederetis; ſed tamen nihil plus à vobis, quā ab inutili ſtipite ſperare debeo, quòd neque petenti aut indigenti prodeſſe aliquid poteſt. Et quidem hanc (vt ita loquar) inutilitatem falſorum numinū ſæpè exprobrat ſacra Scriptura idolorū cultoribus, Sapient. 13. *Non erubeſcit loqui cum illo qui ſine anima eſt: & pro ſanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium, inutilem inuocat: & pro itinere petit ab eo qui ambulare non poteſt, & de acquirendo & de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo, qui in omnibus eſt inutilis.* certè Apoſtolus. 1. Corinth. 8. dicens, *Quia nihil eſt idolum in mundo*; ad ipſam notionem nominis reſpiciens (nam vanitatem, & nihil ſonat) Docuit etiam nihil virtutis aut opis præſtari à re inutili hominibus poſſe, nihilq; præter nomē diuinitatis habere. atq; eiuſmodi ſe curando gregi paſtorem ille præbuit, cui dictum à Zacharia eſt, *O paſtor, & idolum*, qui cùm nullum commodum officium pecori impendas, paſtoris tantū ſimulachrum videris. Huiuſmodi igitur *medicos idoli*; id eſt, medicos, & idola Iob vocat, à quibus nihil cōmodi accepiſſet. Septuag. *Vos autē eſtis medici iniuſti, & curatores malorum omnes.* Symmach. *Additi eſtis mendacio, & medici concinnatores mei apparentes abſurda.* quare ad eandē rem medicam prior etiam pars referri poteſt, ita vt *fabricatores mendacij*, dicantur, qui minimè ſanantia, ſed falſa potiùs medicamenta adhiberent, atque dolori, vulneribuſq; nociua potius imponerent. Hi enim *iniuſti medici* videntur, & abſurda operantes (vt Polychronius ait) qui cùm ad ſanandum acceſſiſſent, ſuis ſermonibus, quaſi iaculis, ægrum ſauciarent.

Peruerſitas dogmatum ad praxim referenda.
Colere quid in Hebræo.
LXX.
3 אליל
Medicus idoli in Hebræo quid.
Iob. 2. 11.
4 Idola inutilia.
Sap. 13. 18. 19.
1. Cor. 8. 4.
Zach. 11. 17.
Conſolatores inepti, veluti idola inutilia.
LXX. Symmach.
Polychr.

5

Prælatus, medicus aut Chirurgus.
Gal. 6. 1.

Hinc diſces à prælato & paſtore verum, aut vanum & inutile officiū ſuis ſubditis præſtari. & Paulus quidem peritum chirurgum aut medicum vult eſſe eum, cuius ſit alios corrigere, cùm ait; *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.* qui enim acerbè doleri, acerbius remedium adhiberet, planè iniuſtus medicus eſſet. *inſtruere* autem ex proprietate Græcæ vocis ad chirurgum pertinet, qui membra luxata & ſuo loco mota, reponere conatur in propria ſede, nos dicimus, *concertar vn gueſſo o membro deſconcertado.* quod quanta lenitate atq; attentione indigeat, opus non eſt explicare.

καταρτίζω

V. Atque vtinam taceretis, vt putaremini eſſe ſapientes.

6 CVm nullum meis malis ſolatium afferat veſtra oratio, ſed me potiùs exulceret, certè in ſtultitiæ notam incidiſtis, à qua vos opportunum prudenſq; ſilentium liberaſſet. & fortè alludit ad ſilentium illud ſeptem dierum, cum vehementer dolenti, ſilentes aſſidebant. (Iob.2.13.) quaſi diceret; Vtinam ſeruaſſetis adhuc amicũ illud, ſapienſq; ſilentium Illud autem parùm conſideratæ mentis fuit, homini ę rumnoſiſſimo tremendam Dei potentiam & ſeueriſſimam iuſtitiam, ad tædium vſque ſuggerere, cum potius diuinæ lenitatis memoria leniri e illius dolorem debuiſſent. (Inepta conſolatio.)

VI. Audite ergo correptionem meam, & iudicium labiorum meorum attendite.

1 *Corripere quid propriè.*
2 *Varia iudicij acceptio. loqui iudicium, quid in ſacro ſermone. Iudicium veritatem affert.*
3 *Princeps, & magiſtratus veritatis amator. Vulgatus illuſtratus, & defenſus.*
4 *Quinque ex hac ſententia colligenda ad doctrinam.*

1 POſt imperatum ſilentium, attẽtionem etiam poſtulat ſuæ orationi, Correptio autem eſt à verbo, *Iachach*, quod eſt erudire, aut verbis corripere, aut diſputare etiam in iudicio, aut extra iudicium. (Correptio quid. יכח) eadem vox quæ ſupra vertitur verſ.3 *diſputare*. ſed reprehenſionem amicorum nunc parari à Iobo non pauci interpretantur, Philip. D.Thom. Auguſti. qui legit. *Obiurgationem meam*. & ex Græcis Didymus, explicans, *Confutationem, reprehenſionẽ, redargutionem* atq; eadem eſt apud Septuag. vox Græca, *Elenchon*, id eſt, redargutionem, videlicet rationem vel argumentationem, qua vos conuincã ſtultitiæ, & imperitiæ. (Philip. D.Thom. Auguſtin. Didymus. LXX. ἔλεγχον.) quare quæ infra v.7. ſequuntur, reprehenſionem continere videntur. Sed nihilominus lenius poteſt accipi *correptionis* nomen pro diſputatione, & ſuæ cauſæ defenſione, quaſi diceret; Præſtaret equidem, vt audientes vos atq; conſentientes meæ defenſioni præberetis. qui ſenſus rectè cohęret cum parte ſequenti. Magnum autem ſilentium poſtulat, non ſolùm ex præcedẽte illa particula optandi, ſed etiam quòd ſemel, & iterum ſilentium petit, vt in Hebræo eſt, *Vtinam tacendo taceretis*. & idem ſignificat lectio Septuag. *Sit vobis obmuteſcere, & euadet vobis ſapientia.*

2 *Iudicium labiorum meorum*. Latini, Diu.Thom Dionyſius, *iudicium* accipiunt pro ſentẽtia pronuntiãda, qua amicos erroris & imprudentiæ reos damnet. (D.Thom. Dionyſius. Polychron.) Sed Polychronius eleganter interpretatur, veriſſimam ſuæ innocentiæ, cauſæq; defenſionem, eſt enim illa iudicij pars. & quidem quadrat cum originali; non eſt enim, *Miſphat*, id eſt iudicium, ſed *Rib*, quod eſt in iudicio contendere, & ſe defendere, aut litigare. (משפט ריב) quare alij *litem* vertunt. Tygurina, *contentionem*; Vatabl. *lites*, aut diſceptationem, ſic etiam Hebræus apud Caietanum. (Regia Græci.) *iudicium* igitur *labiorum* erit ipſa apologetica oratio, pro ſua vita & innocentia. (Vatabl. Tygurin.) & nomine *iudicij* indicatur, futura oratio veriſſima, rectè & ritè & iure faciẽda. cuiuſmodi futura oratio iuſti ſcribitur, *Os enim iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium*. (Iudicium ad veritatem refert. Pſal.36.30.) Tum etiã Ierem. 12. *Iuſtus quidem tu es Domine, ſi diſputem tecum; veruntamen iuſta loquar ad te.* (Ierem.12.1.) quamquã aliquando *Loqui iudiciũ*, ad ipſam ſententiam pronunciatam, vel ad veriſſimam accuſationem, vel litem alicui intentam referri ſolet. vt 4.Reg.25. *Apprehenſum regem duxerunt ad Regem Babylonis in Reblatha, qui locutus eſt cum eo iudicium*. & Ierem 1. *Loquar iudicia mea cum eis* (id eſt, Pronuntiabo in illos ſententiam, qua me oſtendam iuſtum, illos autem impios) *ſuper omnem malitiam eorum*. (* Bien ſee que à vos os ſobra razon, pero [illegible] falta. 4.Reg.25.6. Ierem.1.16.)

VII. Nunquid Deus indiget veſtro mendacio, vt pro illo loquamini dolos?

3 QVod eſt in Hebræo, *Nũquid Deo*, aut, *coram Deo loquimini falſum*, aut, *mendaciũ*: Septuag. & Græci, & nonnulli ex Latinis ad diuinã cognitionem referunt, (LXX. Græci.) quam nulla fraus latere poſſit, mẽdaciumue nullũ. vt videlicèt ex Dei omnia intuentis præſentia, illos deterreat à falſa criminatione, & à temerario iudicio cõſtituendo de hominis alicuius occulta ſanctitate, & innocentia. non enim *princeps* eſt Deus, *qui libenter audiat verba mendacij*; (Prou.29.12.) nam ſic oporteret *omnes miniſtros ſuos habere impios* imò quod inſtar Dei veraciſſimi atq; potentiſſimi debeat eſſe veritatis amator potentiſſimus quiſq; vir, aut magiſtratus, dictũ à Sapiente eſt Eccleſ.41. *Erubeſcite à præſidente, & à potente de mendacio.* Itane (inquit Iob) Deo vidente & audiente, falſa in me crimina iactatis? Sed interpres tertiũ illum caſum, pro datiuo cõmodi accipit, vt, *loqui Deo*, ſit, loqui ad Dei cõmodum, defenſionem, aut gratia, quaſi ille hominis mendacio aut patrocinio indigeret; aut quaſi illius iuſtitia & cauſa ſtare non poſſet, niſi fraudulẽti alicuius patroni & aduocati opera & induſtria: nũquid igitur, qui *bonorum* noſtrorum *non indiget*, indigeat noſtris malis? (Pſal.15.2.) homo quidem conatur interdum, non ſolùm ex bono, verùm etiam ex malo & mendacio aliquid commodi captare. ſenſum eundem Theodotio ſequutus videtur, cum etiam Hebræus apud Olympiodorum. vt ſtatim dicemus. (Theodotio. Olympiod.)

4 Videre verò hìc licet viri ſanctiſſimi mentẽ clarè expoſitam, qui contra Dei iuſtitiam & prouidentiã nihil in ſua cauſa obtinere velit. (Iobi iuſtitia.) exiſtimat enim nulla in re ſe velle, aut poſſe Deo repugnare, cùm ſuę innocentię veritatiſque defenſio nihil diuinæ iuſtitiæ cauſam lædere poſſit.

Secundò aſſeritur quidem à Iobo, veritatem nullam indigere mẽdacio ad ſui defenſionem, cum tamen mendacium omne aliqua veritate indigeat: (Veritas non indiget mendacio, ſed mendacium eget veritate) verum enim eſt illud philoſophorũ axioma. Nullum verum fundari in falſo, omne tamen falſum inniti alicui vero.

Quòd aũt ſincera debeat eſſe, atq; veriſſima veritatis defenſio, atq; omnem mendaciorum

opem

3.*Eſd.*4.50.

opem recipiat, dicitur. 3. Eſdræ. 4. in illa veritatis commendatione, *Nõ eſt in iudicio eius iniquum.*

Amicitia vera cõgaudet veritati.

Tertio obſeruat, quàm merito expoſtulet Iob cum amicis, quod velint diuinam veritatẽ tueri deficiſcentes tum a vera Dei dilectione & charitate, tum ab officio veræ amicitiæ: cum tamen vera charitas *congaudeat veritati, & non gaudeat ſuper iniquitatem.*

1.*Cor.*13.6.

*Greg lib.*8. *Moral.* Peccatum ex zelo, facile dimitti.

Quarto Gregor. lib. 8. Moral. extenuat illud peccati genus, quod ex zelo quodam & ſpecie virtutis admittitur, atq; facile dimittitur. *Nam ſi quaelibet* (inquit) *culpa ſequente ſolet pia operatione purgari, quanto magis hoc facile abſtergitur, quod mater bonorum operum ipſa pietas admittit.*

Aduocatorũ peccata.

Tandem hic videntur notari aduocatorum peccata, videlicet mendax & fraudulenta patrocinatio; acceptio perſonarum; oppreſſio pauperum; obiectio falſorum criminum; rei dubiæ, & cuius vel tenuiſſima coniectura ſit, firma & conſtans aſſeueratio. ſed de hoc alias.

VIII. Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini?

1 *Iudiciaria poteſtas Dei propria.*

2 *Accipere faciem, quod non vna ratione dicitur neque vna ratione redditur à Vulgato. Illuſtratur Malachias.*

3 *Vt ſit benignè de proximo iudicandum. Iudicium hoc loco, quid.*

1

Philip. *Auguſt.*

PHilippus presbyter exiſtimauit, *Faciem Dei accipere*, idẽ eſſe, quod perſonam Dei agere aut repræſentare, & eius vice & iudicandi munere fungi. Auguſtin. legit; *An* *ſubtrahitis vos iudices fieri?* Septuag. *An ſubtrahetis vos? Vos autem ipſi iudices fitis.* nõ ſolum quòd qui iudicat, Deus quidam ſit, *& iudicium Dei* iudicare dicatur, & qui regnat aut imperat, *in ſolio Dei ſedere* (*nam omnis poteſtas, à Domino Deo eſt*) ſed quod Dei cauſam, ipſius Dei, qui incorruptiſſimus iudex eſt, defendere & iudicare ſit. eſt enim ille in ſua cauſa iudex optimus, ſicuti à Dauid dictũ eſt; *Surge Deus, iudica cauſam tuam.* Tum etiam quoniam de occultis, & quæ tantùm diuinis oculis patent, ferebant ſententiam, quod proprium eſt *ſpirituum ponderatoris Dei.* Sed certe Hebraiſmus hoc loco cæteris omnibus interpretibus bene notus, expreſſius quoq; eſt a Latino interprete; nam *faciem in iudicio accipere*, vel ſuſcipere, ſumere, cognoſcere, reuereri, honorare, ex frequenti Scripturæ conſuetudine, pertinet ad acceptationem, gratiam, beneuolentiam, quæ contra ius & æquitatem alicui perſonæ cõfertur, cauſę æquitate & iuſtitia minime conſiderata, ſed tantùm perſonæ dignitate, quod vocant acceptionem perſonarũ. De quo Theologi in ſcholis diſputant. *Accipere* autem *perſonam* eſt a verbo, *Naſa*, quod proprie eſt eleuare vel attollere; quaſi dicas, efficere vt alius capite & animo erectus ſit, vt audeat eleuare faciem, aut efficere, vt alicuius faciem eleuatã & conſpicuam alij ſuſpiciant & reuereantur. Eſt autem huius phraſis obſeruanda triplex differentia in ſacro ſermone, nã cum de Deo dicitur, *Eleuare faciem ad aliquem*, vel ſuper aliquem, gratuitam Dei beneuolentiam ſignificat, qua hominem intueatur benigneq; reſpicit, atq; complectitur: vt Numerorum. 6. *Conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem.* in Hebræo, & Septuaginta, *Eleuet faciem ſuam ſuper te, & det tibi pacem*, id eſt, te fortunet bonis omnibus. Si autẽ de homine dicatur, auſum, & præſumptionẽ animi ſignificat, vt diximus. c. 11. ad id. *Tunc leuare poteris faciem tuam.* Si vero actiue dicatur quis *leuare faciem alterius*, tũc idem eſt, quod gratia, fauore, auxilio, aliquẽ ſuſtinere, ne concidat; ne cadat cauſa in iudicio. quare quod nos dicimus acceptionẽ perſonarum Hebræus vocat *eleuationem facierum.* Quã propriam Hebraici ſermonis loquutionem, non vno tantũ modo reddere atq; illuminare ſolet noſter interpres Geneſ. 32. *Forſitan propitiabitur mihi.* Hebraic. *Forſitan eleuabit faciẽ meam.* Septuag. *Suſcipiet.* Scholia Græca *Reuereatur.* Deut. 28. *Adducam gentẽ procaciſſimam, quæ non deferat ſeni.* Heb. *Quæ non accipiat faciem ſenis.* Septua. *Non mirabitur faciem ſenis.* Prouerb. 6. *Non acquieſcet cuiuſquam precibus.* Hebraic. *Neque accipiet faciem cuiuſcunq;.* Transfertur etiam ad res inanimatas, vt cũ quis rem aliquam reuereri, & permagni æſtimare videtur, nõ tam rei dignitate, quam peculiari aliqua ratione permotus. vt Malac. 2. *Non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege.* id eſt, Non quòd ego præceperim, ſed quod id e re veſtra ſit, permoti ſe...

Gregor. Philipp.

dem interpretationem adhibet, quam ſuperiori parti Philip. adhibuerat; *Pro Deo* (inquit) *iudicare nititur, qui etiam infirma quæque in altero reprehendit, apud ſe introrſus per compaſsionem non infirmatur.*

Homo de proximo leniter iudicet

Nam cum Deus peccati particeps eſſe non poſſit, vtique eiuſdem iudicium certiſſimum eſt, atque diſtrictiſſimum. homo verò *conſiderans ſe ipſum, ne & ipſe tentetur*, leniter debet de ſuo proximo iudicare.

Gal. 6. 1. Caiet.

Caietan. autem exiſtimat, *pro Deo iudicare*, eſſe, patronum Dei agere, & aduocati munus ſuſcipere, at cum accipere faciem alicuius in iudicio ad iudicē referatur, profecto hæc pars videtur præcedentis expoſitio, quare *pro Deo iudicare*, erit ſententiam pro illo pronuntiare,

Iudicium quid.

Quaſi ego (inquit Iob) Deum alicuius iniuſtitiæ accuſem, aut viam iniquitatem illius prouidentiæ aſſignem, ita illū abſoluitis, & me damnatis.

ריב

Licet quidem *iudicare* hoc loco, non tam ad iudicis officiū ſententiam ferentis, quam ad litigantis contentionem, ex proprietate vocis originalis, pertineat, & ad litigantium diſputationē, & litis tractationem.

IX. Aut placebit ei, quem celare nihil poteſt? aut decipietur, vt homo, veſtris fraudulentijs?

1 *Aliorum conſenſio cum Vulgato. Celare in Hebræo, quid.*
2 *Adulatores quæſtus gratia.*
3 *Aduocatorum vitium. Principem & iudicem miniſtri ſæpe decipiunt. explicatur Salomon.*
4 *Qui adulatione gaudet, ſe ipſum decipit. Illuſtratur Paulus & Dauid. Deus non habet adulatores.*

1 Hebræa. Græca.

NVnquid (inquit) bonū (vt aiunt Hebræ. & Græ.) id eſt iucūdum, & placens Deo fuerit, ſic cum illo, ſic mecum agere? non ſane *placebit ei* hoc veſtrum externum zeli & curę diuini honoris ſpecimen, nam *celare illum nihil poteſt*. vel, vt Græca & Hebræa habent, *Explorat omnia*.

LXX.

Septuag. *Bonum ſi inueſtiget vos*; inquiret, perueſtigabit cordium arcana; videt ille non ex perfecta charitate, ſed cōtentione, & temeritate, atque iudicij præcipitantia, male vos in me animatos hęc loqui.

Conſenſio aliorū cum Vulgato.

Hæc videtur fuiſſe plane noſtri interpretis mens conſentientibus etiam in eandem ſententiam Græcis, Latinisq; interpretibus. & ſic etiam exigēte voce originali:

Celare quid in Hebręo. חקר

nam quod clara paraphraſi illuſtrauit interpres, dicēs, *Celare illum nihil poteſt*, in origine eſt; *Quæret vos* eſt autem *Hhakar*, quærere, id eſt, inquirere, inueſtigare, ſcrutari. vox eadē, quæ infra c. 29. *Cauſam, quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam.* & Prouerb. 25. *Inueſtigare ſermonem* & Deut. 13. *Quære ſolicitè & diligenter*. & Pſal. 138. *Domine probaſti me.*

Iob. 29. 61. Prouerb. 25. 2 Deut. 13. 14.

ait igitur; Minime probabit Deus veſtram hanc contentionem; quæret, inquiret diligenter, explorabit tum mea, tum veſtra dicta, cordiū arcana perſcrutabitur; Tunc tandem meā illi innocentiā, & cauſam probabo.

Caiet. Eugubi.

Quare ille alius Caiet. & Eugubin. cōmentarius, *Bonum, quòd quæret vos* id eſt, Nunquid exiſtimatis vtile Deo futurum quærere & aſciſcere vos in ſuæ cauſæ patronos & aduocatos; coactior eſt, & minus benè cohærens.

2

Quòd ſi quidquam a pręcedente expoſitione diuerſum afferri debeat, dicerem etiam lectionem Hebræam, quæ habet, *Nonne bonum*. & tamen non exprimit, cui debeat bonū, vtileue exiſtere, hanc ſententiā habere; Nunquid hanc Deo adulandi, & blandiendi rationem vtilem vobis futuram exiſtimatis?

Adulatores, quæſtum captant. Epiſt. Iud. v. 16. 2. Petr. 2. 3.

id quod accommodatè ad vitium, & ingenium adulatorum dicitur; *Mirantur* enim *perſonas* (vt Iudas Apoſtolus dixit) *quæſtus gratia.* (& vt Petrus ait) *in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur.* diuitibus igitur à quibus aliquid accipere poſſint, blandiūtur. Quod igitur (inquit Iob) præmium veſtræ adulationis vobis a Deo pollicemini? quem quæſtum?

3 Caiet. Aduocatorū vitium.

Aut decipietur, vt homo. Refert hoc Caiet. ad aliud aduocatorum vitium, qui ſuis clientibus imponere ſolent, ſuadentes illorū cauſam iuſtam eſſe, quamuis iniqua ſit, quod ſibi lucro, clientibus autem diſpendio eſſe ſolet. Sed potius videtur referendū vel ad incorruptū Dei iudiciū, quod deprauari, detorqueri, à recto humana perſuaſione, aut fraudulentia, nō poteſt;

Philip. Principi & iudici miniſtri imponunt. Eccleſ. 10. 5.

vt acute Philip. indicauit, in hāc ſententia, Non poteritis illi perſuadere, vt me condēnet; nō ille *decipitur* humana perſuaſione, neq. aduocatorū *fraudulentijs* quod veriſſimū eſt, iudicat. Aliquādo ſane *à facie principis egrediuntur quaſi per errorē* multa, vt Salomon ait; *Eſt malū, quod vidi ſub ſole, quaſi per errorē egrediens à facie principis*; nam cū ipſe per ſe experiri, & probare ſingula non poſſit, cogitur aliorū fidei, & teſtimonijs acquieſcere & credere. plerūq; igitur decipiūtur principes falſis teſtimonijs, & infidelitate ſuorū miniſtrorum. at Deus nō his mendacijs ſubiacet, non egreditur ex illius tabernaculo, & iudicio per errorē, vitæ meæ & innocentiæ condemnatio, non enim *decipitur vt homo*.

Familiaris vulgi deceptio.

Tum etiam illa eſt populi, vulgi, familiaris deceptio, vt cum quis ſceleris alicuius, capitis quoq; damnatur, quacunq; id ratione fiat, iuſtè an ſecus, ſceleroſus vtique omnino habeatur, qui dānatus eſt, iudex aūt iuſtus. continget autem aliquando ab iniquo iudice innocentē damnari. At, inquit Iob, iudicium [illegible] vos de mea vita tuliſtis: exiſtimatis igitur eandē de me exiſtimationē cōcepiſſe Deū, quā ineptum vulgus, quod veſtrū de me iudiciū probatū habet? at non Deus *decipi*, vt homo, poteſt veſtris fraudulētijs.

4 Qui adulatione gaudent, ſeipſos decipiunt.

Poteſt quoq; ad adulatoriā quandam *deceptionē* referri, blandiri Deo videmini, dū illius cauſam agere vos profitemini, & me tanquā Dei hoſtem inſectamini. Placebitis igitur illi, aut probatū habebit veſtrum ſtudium, & ſinet ſe adulatione decipi, vt fere homines ſolent: qui cum veritatem ſuæ ignobilitatis, & imbecillitatis perſpectam habeant, adulatorum lenocinijs deliniti, mendacio gaudent & fraudulentias amant; de his Apoſtolus dixiſſe videtur; *Qui ſe exiſtimat aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.*

Gal. 6. 3.

facile enim adulatoribus aures præbet, & quos mendaces eſſe credit, in ſua cauſa libenter audit, propterea & ab illis decipitur, & *ipſe ſeducit ſe.* At nō capitur Deus adulatione, neq. *decipitur, vt homo*. cum Scriptū de improbo ſit, *Doloſe egit* (Alij ex Hebræo, *Blanditur*.) blandè

Pſal. 35. 3.

Deus odio habet adulatores.

agit.adulatoris hoc eſt) *in conſpectu eius* (Dei) *vt inueniatur iniquitas eius ad odium.* cũ Deus odio habeat *impium, & impietatẽ eius.* at peculiari quodã odio videtur proſequi vitiũ adulationis, faſtidio, & odio, Deo eſt, tum etiã hominibus. ſed quoniã verbum originale *decipiendi*, hoc loco

Decipere quid propriè.

eſt, *Hhathal*, quod propriè eſt, illudere, mentiri, decipere, aut mentiri illudendo, vel illudere

חתל

mentiendo, ſenſus etiam poteſt eſſe & verti ex Hebræo; *Sicut illuditur homini* (id eſt mihi) *illudetis ei?* ita ne putatis Deo mendacijs veſtris impune illudere poſſe, ſicut & mihi?

X. Ipſe vos arguet, quoniam in abſcondito faciem eius accipitis.

1 *Varia huius abſconditi expoſitiones, varia quoque lectio. Iuſti conſtantia.*

2 *An nunc Iob ad amicos loquatur, an verò ad impios in vniuerſum.*

3 *Commotio, & commoueri quid in Hebræo.*

4 *Eleuari hominem ad ſuperbiam. Eleuari Deum ad oſtentationem maieſtatis. Nubes, ab eleuando dictæ. Illuſtratur Lucas & Paulus.*

5 *Turbare quid in Hebræo.*

6 *Irruere quid propriè. Deus de cœlo dicitur aut ſupplicia, aut beneficia immittere.*

1 ARguet. Conuincet iniquitatis, & iniuſtitiæ; reos vos peraget, afficietq; ſupplicio. & videtur quidem his verbis prophetare; arguit enim illos Deus temeritatis & ſtultitiæ c. vlt. *In abſcondito.* R. Abraham. & R. Leui apud Eugub. explicant, *in abſcondito.* id eſt, dũ abſconditam & arcanam ſapientiã illi tribuitis. Alij, dum mihi peccata occulta affingitis. Philip. in veſtris cordibus & intentionibus occultis, vel in his rebus, quæ ad meum animũ pertinent, & ſoli Deo cognitæ ſunt. ſic etiã Vatabl. *in cogitatione veſtra* Tyguri. *Certiſſimè vos arguet, ſi occultè in gratiam eiuſq; diſceditis à recto.* Alij; occulta quadam & ſimulata ratione diſputandi. vel tãdem ſi abſconditis rationibus, incertis criminationibus, certis mendacijs illũ honorare, & meæ vitæ falſis accuſationibus illius ſapientiam, atque potentiam defendere vultis. Septuag. in vniuerſum legerunt, *ſi occultè eas perſonas miratæ fueritis.* vel, *ſi occultè*, vt legit Symmach. *perſonam eius verecundabimini.* id eſt, veremini contra Deum dicere, idcirco ad gratia loquimini. id eſt, publicè, palam vos Deus puniet, quod ſtulto quodam & ruſtico pudore præpediti non audetis coram diuina maieſtate dicere me innocẽtem ab illo affligi, meamq; innocentiam defendere formidatis. Mira iuſti conſtantia, & bonæ conſcientiæ fiducia; mirabilis etiam virtus animi requiritur, vt quis audeat veritatem profiteri *in conſpectu Regum, & non confundi.*

R. Abr. R. Leui. Eugub.

Tyguri. Vatabl.

LXX. Symmach. Olympiod.

Bonæ conſcientiæ cõſtantia. Pſal. 118. 46.

XI. Statim vt ſe commouerit, turbabit vos: & terror eius irruet ſuper vos.

2 TItelmanus in annotationibus obſeruat, videri quidem hæc à Iobo in amicos dici, ſed verè ad illos neq; dici, neque dirigi, ſed ad impios in vniuerſum, quorum propoſitio ſupplicio, & diuini iudicij terrore conetur ſuos amicos in officio continere, ne quid contra ſe aſſerant, neq; clamoribus, & cõtentione inſoleſcant; nam aliquando inter diſputandum ex leuiſſimis occaſionibus atq; verbis magnæ tragædiæ, magnæq; rerũ exaggerationes excitari ſolent. ſed hæc annotatio coacta eſt. Quare leniter locus accipietur, ſi acerbo rerũ ſuarum ſenſu ſtimulatus, & ſtudio ſe defendendi, grauiſſimũ ſuis amicis comminetur ſupplicium, ſi quidquam de ſua innocentia per mendacia, & calumnias ſtatuere audeant. Tum etiam, vt D. Thom. indicat, illis objicit rerum aduerſarum impatiẽtiam; ſemel enim correpti & caſtigati à Deo conſtantiam quam nunc ſani, & fœlices habere videntur, amittent.

Titelm.

Quibus cum nunc loquatur Iob.

D. Thom.

Statim vt ſe commouerit. Septuag. *Commotio eius verſabit vos* Iſta autem commotio ex vi ſuæ originis eſt leuatio, & extollẽtia. quare alij legũt, *Excellentia eius turbabit vos*, ita Pagn. Tygur. alij *altitudo.* Hebræ. apud Caiet. & Regia. Complut. *Eleuatio eius* id eſt, cum ſe leuauerit. & hoc ſanè reſpexit Latinus interpres. nam *eleuare ſe*, idem videtur, quod ſurgere, & ſe ad puniendũ comparare, & accingere. *ſtatim vt ille ſe* * *cõmouerit*, ſi ſurrexerit, ſi aſcenderit ad vindictã. nam cũ punit Deus, dicitur *ſurgere, egredi, moueri loco ſuo, deſcendere.* Poteſt etiã more humano Deo tribui *commotio* quædã, & excandeſcentia irati animi; *Si ſe commouerit*, id eſt, ſi irati animi & commoti ſigna dederit; *Si infremuerit, ſi turbauerit ſemetipſũ*; non vt aliquid pati, ſed vt propati videatur. At Septuag. fortè *commotionem* Dei intellexerunt, quam ille in animis hominũ efficit. q. d. terror ab illo immiſſus. idem enim verbũ eleuandi, aliquãdo ſignificat cõtremiſcere, quòd tremor eleuatione quadã & ſubſultatione fiat. vt Nahũ. 1 *Contremuit* (eleuata eſt) *terra à facie eius.* quãqui Olymp. in Catena, *Commotionẽ* illã pro vertigine & vortice diuini ſupplicij accipit, quo illorum faſtus, & glorioſa exiſtimatio obruẽda ſit. *Turbabit.* Septuagin. *verſabit*, circumaget, perterre faciet.

3 LXX

נשא

Pagnin. Tygur. Caiet. Regia. Compluten.

* Ea meneandoſe temblarey s del.

Pſa. 21. 8. Ier. 4. 4. Iſa. 26. 21. Mich. 13. Ioan 9. 3. 4.

LXX.

Nahum. 1. 5.

Olympio.

LXX.

Sed fortè nõ alienè, & quidẽ ad verbi *eleuandi* proprietatẽ accõmodate, hæc Dei *cõmotio*, vel eleuatio, erit diuinæ maieſtatis & amplitudinis magnifica quædã oſtẽtatio; Statim vt ſuam maieſtatẽ & excellentiã conſpicuã dederit, turbabimini. ea aũt celſitudo aut aſcẽſus, vel motus ſurſum tanquã diuinę maieſtatis proprius, ſẽper Deo tribuitur. quare ſi de homine dicatur, aut creatura alia, frequẽter ſuperbiam, & animi elationem ſignificat Iob. 20. *Si aſcenderit ad cœlũ ſuperbia eius.* Hebraicè, *Eleuatio eius.* Num 16. *Cur* * *eleuamini ſuper populum Domini?* quare Iſa. 14. de ſuperbo Lucifero dicitur; *Quomodo cecidiſti de cœlo, corruiſti in terrã, qui dicebas in corde tuo; in cœlum cõſcendã, ſuper aſtra Dei exaltabo ſoliũ meum, ſimilis ero Altiſſimo.* Hoc eſt enim proprium Dei nomẽ, aut perpetuum epithetũ. ideo Dauid hanc diuinæ maieſtatis oſtentionem ad ſuorum hoſtium terrorẽ poſtulabat. Pſal. 7. *Exaltare in finibus inimicorum meorum.* id eſt, te illis ſublimẽ & altum conſpiciendũ præbe, quò illos tuo ſplẽdore exanimes, & proſternas. & ſtatim ſubdit.

4 Deus oſtentans ſuã maieſtatem dicitur eleuari. Hominem eleuari ad ſuperbiam.

Iob. 20. 6. Num. 16. 3.

* Porq̃ os leuantays a mayores?

Iſai. 14. 13. Altiſſimus, nomen Dei.

Pſal. 7. 7.

Tenior expoſitio. nihil aliud hac *cineris* comparatione ſignificabit, quam ignobilem mortem, & miſerũ illorum interitum, impij enim dum de naturali corporis exanimatione, & morte loquuntur cum cinere ſeipſos comparant, Sap. 2. *Extinctus cinis erit corpus noſtrum.* Cuius rei illa ratio eſt, quòd anima comparatur ignis corpus verò exanimatũ, cineri igne iam extincto. ſic enim dixerunt impij: *Sermo ſcintillæ ad commouendum cor noſtrum.* de quo plura dicemus ſuper id capit. 30. *Comparatus ſum fauillæ & cineri.*

Sap. 2. 3. Anima ignis. *Sap. 2. 2.* *Iob 30. 19.*

5 *Vatabl.* *R. Abrah.* Tandem Vatabl. ſequutus R. Abraham, ſenſentiã hanc, & ex cinere ductam ſimilitudinẽ, ad ipſas reſponſiones & argumenta amicorũ refert: *Memoriæ veſtræ ſunt ſermones cineris*, id eſt, *Reſponſiones veſtræ pereunt, & collabuntur.* Sed non video qua ratione hoc quadrare poſſit. Licèt enim vertas: Memoria veſtra ſermones, aut parabolæ cineris; nihil aliud ſignificabit, quã non aliter de illis vſurpados ſermones, quam de re iam combuſta, quæ nihil ſui reliquerit, præter viliſſima quædam veſtigia & putridos cineres. Sicut Iſa. 33. dicitur: *Erunt populi quaſi de incendio cinis.* Leniùs rectè cohærebit cum parte ſequente, vt pro eodem accipiatur *cinis & lutum.*

Iſa. 33. 12.

6 *Montan. in arcano ſermone.* Ceruices in Hebr. quid. גב *LXX.* *Pagnin.* *Tigur.* *Caiet. Regia.* *Redigentur in lutum ceruices veſtræ.* Prorſus ignoro, quare Hiſpalenſis noſter Montanus aliquãdo in ſuo apparatu hunc locũ ſic legerit: *Redigentur in lutum cineres veſtri.* diſſentientibus vniuerſis exemplaribus, atque voce etiam originali *Gab*, quæ in ea ſignificatione a nemine vſurpatur; ſed pro *corpore*, à Septuag. Pagn. Tygur. Caiet. aut pro *Tergoribus & dorſo*, à Regia. & pro *ceruicibus* à Vulgat. hoc tantùm loco, & rectè. Nam propriè ſignificat ſuperiorem partem & prominentem; vnde, vox Latina *Gibbus* credenda eſt fluxiſſe. & ita R. Mardoch. ait, ſignificare *dorſum* in animali, *ſupercilium* in oculo, vel potius exuberantem illam carunculam, in qua ſunt ſupercilia, & partem illam rotæ prominentem, in qua ſunt canthi; & denique quidquid in aliqua re prominentius eſt, quoniam verò in homine collum erectum, & exaltatum, aut rigidum & erectum caput, ſi duris præſertim & rigentibus ceruicibus nitatur, ſuperbiam quandam, elationem, contumaciam ſignificat, ideo ſapienter Vulgatus dixit, *ceruices*, potiùs quam caput, aut tergora, quod videntur Septuag. dixiſſe *elationem*, id eſt, ſublime illud atque excellentiſſimum, quo ſuperbitis & inſoleſcitis, tunc redigetur in viliſſimum lutum, quod ab omnibus proculcetur, ſicut ſcriptum eſt: *vt lutum platearum delebo eos.* Qui ſenſus commodior eſt, quam qui ab alijs Hebraizantibus traditur, exiſtimantibus amicos hic admoneri atque deterreri propoſita morte, & humani corporis imbecillitate: *Meminiſſe* (inquit Tygur.) *oportebat vos ſimiles eſſe cineri, & corpora veſtra corporibus argillaceis.* Idem placuit Caietano, imò & Auguſtino, qui ait: *Corpus luteum, vt fragilitatis ſaltem veſtræ conſideratione timeatis.* Sed primus ſenſus quem dixi commodior eſt, & acrimoniæ prioris partis conuenientior.

R. Mardoch. Ceruices rigidæ ad ſuperbiam. *LXX.* *Pſal. 178. 43.* *Tygurin.* *Caietan.* *Auguſtin.*

XIII. Tacete paulìſper, vt loquar, quodcunque mihi mens ſuggeſſerit.

1 *Loqui in Hebræo, quid. Tranſire in Hebræo, ad ſermonem, vel laborem impenſum refertur. explicatur Dauid.*
2 *Tres præcipuæ interpretationes.*
3 *Verbum* lacerandi, *acre humanas carnes lacerare, aut comedere, ad ſanitatem, vel ad calamitatẽ illuſtrat. Dauid, & Salomon.*
4 *Varia, Portandi animam in manibus, expoſitio.*

IN originali propriè eſt, *Tacete à me*, nihil mihi loquamini ampliùs, vel, de me, mea curare nolite; vel, quoniam videbantur duci deſiderio ſalutis & reſipiſcentiæ Iobi, ait; Iſta conſilia miſſa facite, ne illa mihi importune obtrudatis, (*callad y dexad me*) quo ſenſu bene poterit conuenire id quod ſequitur, Quidquid ego loquar, nihil veſtra intereſt, quãquam auditorum etiam facere videatur, & conciliare attentionem ſuæ orationi: quod indicat lectio Septuag. *Obmuteſcite, vt loquar.* 1

LXX.

Vt loquar quodcunque mihi mens ſuggeſſerit. Propriè, & ex verbo Vatab. *Loquar & * tranſeat ſuper me quidvis.* addidit nonnihil Pagnin. *Tranſeat ſuper me, quicquid voluerit tranſire.* quod aliqui acceperunt, quaſi pro tranſitu alicuius pœnæ vel ſupplicij, vt Tygu. paraphraſis explicuit, *loquar mea ſponte, quicquid tandem ſit mihi euenturum.* & certè verbum *Ghabar*, propriè ſignificat, tranſire, tranſgredi, prætergredi, & aliquando de pœna dicitur, vel de re aduerſa, quam homo experitur. Sic Pſalm. 80. *Manus eius in cophino ſeruierunt.* Propriè ex Hebræo. Tranſierunt. *Paſsaron por eſſe trabajo* aliquando vero etiam ad verba, & ſermonem refertur, Pſal. 16. *Non eſt inuenta in me iniquitas, vt non loquatur os meum opera hominum.* Hebræ. * *Cogitaui, non tranſijt os meum*, id eſt, neque prauam cogitationem concepi, neque ad os meum prauum aliquid permanauit. Hieronymus: *Non inueniſti cogitationes meas tranſire os meum.* Similiter ergo Vulgatus intellexiſſe videtur, de tranſitu cogitationum, quod Latinè dici ſolet, venire in mentem, aut quidquid in buccam venerit. qui ſenſus cum altero Hebraizantium coniungi poteſt; Nihil veſtra intereſt; nam non ego veſtro, ſed meo damno loquar. Proferam igitur, quodcunque ſupplicio verba mea luere cogar, nam dolori medicinam quæro, & verbis laborantem animum releuare conor. quod expreſſerunt Septuaginta legentes, *Et requieſcam ab ira.* Sic (inquit) indulgebo cordi, ſi, quod concepi, ad os tranſierit. Quanquam & illa etiam ad verbum originale accomodata intelligentia ſit, Tranſeat, id eſt, recedat à me, abeat; ſi loquar, recedet à me dolor, tranſibit, miteſcet. Eſt enim ille receſſus, cum illo tranſitu coniunctus. Quo ſenſu ab alijs accipitur, id quod ſuper aſſerebamus, *Manus eius in Cophino ſeruierunt.* quod Hiero. legit: *Manus eius à Cophino receſſerunt*, id eſt, trãſierunt. quod dicere nos poſſumus, *paſſaſe el ſeruir.* nam aliquando hæc verba conſummationẽ, &

* Dexadme hablar, y venga lo que viniere, y paſſe lo q paſſare. *Vatab.* *Pagnin.* *Tygurin.* עבר *Pſal. 80. 7.* *Pſal. 16. 3.* * No me paſſo por la boca, ni por el penſamiẽto. *Hieron.* *LXX.* *Hieron.*

finem important, *ſeruierunt*, id eſt, ſeruire deſierunt. ſatis ſeruitum eſt, & iam à ſeruiendo ceſſatum.

XIV. Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis?

2 Q*Vare.* Duo aut tres potiſſimi ſenſus præter minutiores alios, quos ſtatim indicabimus, initio proponendi ſunt. Primò enim aliqui ſuſpicantur hic Iobum ſubita quadam mentis commotione, aut aliqua deſperationis ſuggeſtione ſtimulatum, ſermonem cum amicis abrupiſſe, & ſecum cœpiſſe colloqui, vt reſpondeat repugnetque hoſti interius aliquid inſtillanti, & ad ſe dilacerandum ſtimulanti. Quorſum (ô inimice) ego me dilacerem, & mihi ipſi manus afferam? Sed quidem res ipſa petere videtur, vt iam nunc laxatis orationi habenis, illa proferre incipiat, quæ mens illi ſuggerebat.

Secundus eſt plurimorum Latinorum interpretum, qui exiſtimant cauſam inquirere, aut culpam, propter quam tantam dolorum & calamitatum acerbitatem perferre cogatur. *Quare*, ob quod meum peccatum, *(actio)* cōpellor me præ vi doloris lacerare, atque diſcerpere; & ferè eo adigor, vt mihi ipſi manus afferre velim. Quod cum aliqui tropicè & hyperbolicè dictū velint, at Philip. accipit, vt ſonat

Philip.

Potuit (inquit) *fieri, vt extorquentibus et nimiis cruciatibus, manus, ſiue labia ſua dentibus laceraret, & ſe iam tormentis deficientem, animam exeuntem, velut efferendam portaret in manibus.*

D.Thom. Caiet. Lyra.

Tertius. D.Thom. Caiet. Lyrani; vt ſe excuſet ab animi impatiētis nota & crimine, quod illi obiiciebant; Exiſtimatis me, deſperantis inſtar, mihi velle mortem cōſciſcere manibus meis? at quorſum ego me lacerem, & mihi ipſi vitam eripiam? priùs ſanè vita, quàm ſpe cadam. Interpretatio hæc mihi non diſplicet, cùm conſentiat optime cum ſequentibus, & cum Iobi conſtantia & integritate. Nunc ad ſingulas voces & minutiores alias exponendi rationes veniendum.

3
נשא
Lacerare ad quid referatur,

Verbum *lacerandi*, quod eſt *Naſa*, eſt propriè tollere, aut leuare, quaſi dicat; quare tollo, vel leuo dētibus meis carnes meas? quod propter macilentiam dictum, nonnulli arbitrātur. Ita (inquit) confectus ſum & exuctus, vt quantus ego ſum, leuari dentibus poſſim, & quaſi vno bolo deuorari, & abſumi. Sed durior eſt hic ſenſus, & in rem præſentem non valde conueniens. Dionyſ. refert ad id quod cap. 2. ex Græcorū notationibus attulimus, *teſta ſaniem raſiſſe*, vt acerbiorem ſibi ipſi dolorem efficeret, ſuas carnes exulceratas dilaniando. Sed ſi hoc ibi valde nobis probatum fuiſſet, tamē huic loco nō valde quadraret. Græci vero Chryſ. Olym. Didymus explicant *lacerare*, vel apprehendere dentibus carnes, eſſe agere & loqui, de ærumnis ſui corporis. Nos dicimus, dum de re quapiam agitur, *tomar en la boca, dolo que ſe habla*, &

Dionyſ. in id. Iob c.2. v.8.

Chryſoſt. Olympiod. Dydim.

addit Chryſ. *Sicut qui in cruciatibus ſuas carnes mordēt, alleuari ſe ſentiunt, ſic ego dum hæc loquor*, quod melius cùm lectione Septuag. cohæret, *Requieſcam ab ira apprehendens carnes meas dentibus meis, & animam meam ponam in manu.* Huc reſpexiſſe videtur R. Abraham exiſtimans, hæc dici à Iobo ad minuendas plagas, ne eas ſentiat. & forte anſam ſumpſiſſe ex originali verbo *leuandi* potuit, quod ad leuandū dolorem, aliarumq; calamitatum leuamen pertinere poteſt; vt ſit quod apud nos, *dar aliuio a ſu canſado cuerpo con hablar.* ſed neque hic ſenſus *dentibus* conuenit, neque mordendi ratio leuamen affert. Cōmodius igitur eundem ſenſum amplexatus Didym. acrimoniam & mordacitatem quandam addit dentibus conuenientem. *Dentibus* (inquit) *carnes meas arripiens, nō vobis, ſed mihi ipſe iraſcar.* & idem ferè Auguſt. *Non mihi parcam, vt non ſolùm vos arguam, ſed etiam me.* & certè hæc mordendi & *lacerandi* dentibus, ſignificatio mordacitatis & maledicentiæ frequens eſt in ſacro ſermone: eſt enim *generatio, quæ commandit molaribus ſuis.* & Paul. ait: *Si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne inuicem conſumamini.* Sed neque hic commentarius propoſitæ Iobi orationi conuenire poteſt, non enim ille contra ſe, ſed pro ſe, & pro ſua innocētia tuenda dicere inſtituit. Ergo propriè humanas carnes comedere, aut lacerare, ſæuitiæ cuiuſdam & inhumanitatis eſt, Pſal. 26. *Dum appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas.* & Ierem. 19. extremæ calamitatis eſt; *Cibabo eos carnibus filiorum ſuorum, & filiarum ſuarum, & vnuſquiſque carnem amici ſui comedet in obſidione & in anguſtia.* Si vero ad ſe ipſum referatur, furoris erit & iræ, quæ ſibi non parcat. Iſa. 49. *Cibabo hoſtes tuos carnibus ſuis, & quaſi muſto ſanguine ſuo inebriabuntur*, id eſt, furorem, quem in te conceperant, in ſeipſos conuertent, & Eccleſ. 4. de deſide, & otio atque inertia defiuente homine dicitur: *Complicat manus ſuas, & comedit carnes ſuas.* id eſt, dum otium ſectatur, & laborem fugit, ſibi ipſi crudelis eſt, nam inedia & fame ſe conficit. Eademque ratione de homine voluptuario, qui ſe in manus crudeliſſimi ſcorti dederit, ſe ipſum per ſummā crudelitatem, carneſque ſuas conſumere ſcribitur, Prou. 5. *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne fortè gemas in nouiſſimis, quando conſumpſeris carnes tuas, & corpus tuum.* Ergo hic eſt commodiſſimus huius ſententiæ ſenſus; quorſum me exiſtimatis me velle, deſperātis inſtar, aut rabie aliqua & furore correpti, mihi ipſi mortem aliquam crudeliſſimā conciliare, aut me meis dentibus & vnguibus dilaniare? longè enim ab ea re abſum.

LXX.

R. Abraham.

Lacerare, a ere verbum.

Auguſtin.

Prou. 30. 14.
Galat. 5. 15.

Humanas carnes lacerare, ad ſæuitiā vel calamitatem.
Pſal. 26. 2.
Iere. 19. 9.

Iſa. 49. 26.

Eccleſ. 4. 5.

Prou. 5. 11.

Et animā meam porto in manibus meis. Olympiodor. *Animam in manibus portare*, exiſtimat eſſe idem, quod pignori opponere. * *Pignori* (inquit) *animam meam oppono ad pœnam verborum meorum libenti animo ſuſtinendam paratus, ſi non fuero vera loquutus.* Auguſtinus promouens illum ſuum prioris particulæ commentarium, ait; *Animam meā in * manu inſpiciendam, vt nihil celem, ſiue vt computem peccata mea.* Sed nihil tamen in vita mea ſceleris inueniri poterit. Eugub. exiſtimat eandem eſſe præcedentis atque huius partis ſententiam, videlicet ſui corporis dilacerationē, 4

Olympiod.
* Oſare poner la vida q̄ digo la verdad.

Auguſtin.
* Tan clara y llana pondre toda mi vida cōo la palma dela mano.

Eugub.

quæ

quæ non ſolum dentibus & morſibus, ſed manibus & vnguibus fit, præſertim cum *anima*, nõ
Anima aliquando pro corpore. ſolùm vitam, aut eam partem, quæ à corpore diuiſa eſt, ſignificet, ſed etiam ipſum aliquando corpus: ſed certe germana intelligentia ex alijs ſcripturæ locis colligi facilè poteſt, in
Iudic.12.3. 4.Reg.28.15. Pſal.118.119. quibus eadem phraſis vſurpatur, Iud.12. 1 Reg. 28. & Pſal.118. quo loco licet Auguſt. ingenue
Auguſtin. fateatur neſcire ſe, quid rei ſit, *animam portare in*
Hieron. *manibus*; Hieron. tamen epiſtola ad Suniam, vt qui probè Hebraicè nouerat, docet Hebraiſmum eſſe, quo ſignificatur vitã habere periculo expoſitã, q̃ enim manu portatur facile excidit, facileq; etiã diripi poteſt. Chaldæus eũ locũ
Chald. Pſalm. ſic legit, vt vim huius loquutionis exprimat, *Anima mea periclitatur, ac ſi in ſuperficie manuum mearum eſſet.* Quod vero alij exponunt, Animam
Vatablus. meam ſolicitus cuſtodio, non ſecus atque rem pretioſiſſimam, quam nuſquam tutò deponere, nec vlli credere audemus, ſed ſemper in manibus circumferimus; alienum eſt. ait itaque Iob, Non eo ſum animo, vt animam meam, vitamque ipſam per impatientiam & melioris conditionis deſperationem abijciam, & voluntario diſcrimini, atque morti obijciam.

XV. Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo: veruntamen vias meas in conſpectu eius arguam.

1 *Particula veruntamen. Varia lectio, & diſtinctio. Defenſio Vulgatæ. Illuſtratus locus Regum.*
2 *Sperare quid propriè.*
3 *Varia huius ſpei intelligentia. Iuſtorum nomen ſperantes.*
4 *Germanior expoſitio. Explicatus Paulus. Iob non minus ſperans quam Abraham.*
5 *Vias arguere, quid.*

1 *Pagn. Regia.* QVod in Hebræo eſt, *Ecce occidet me*. Latinus dicit, *Etiam ſi*. Septuaginta, *Licet*. ſed illud ex originali ſupplendum impendentis mortis periculum; Video ſane Deũ mihi certiſſimam mortem infligere, ſed non me mors
LXX. ab illius charitate ſpeque deijciet. Septuagin. *Licèt opprimat me, qui potens eſt, in ipſo ſperabo.* Negatiue & ſine interrogatione, pleriq; Hebrai-
Pagnin. Vatabl. Tygurin. Regia. Bibl. Guarin. zantes legunt; *Non ſperabo*, Pagninus, Vatabl. Tygurina, Regia, Biblia Guarini, vt ſenſus ſit, Quamuis ille me occidat, quamuis nihil mihi melioris vitæ exſpectandum ſit, non tacebo quæ in rem meam meæque innocentiæ defenſionem dicenda eſſe cenſeo. Paulo ſecus Tygurinus, *Si me occiſurus eſſet, non exſpectarem.* Vulgatus vero dupliciter legere potuit; vel neganter, ſed cum interrogatione, vt idem valeat, quod affirmatio, quam lectionem ſeruat He-
Caietan. Titelm. bræus apud Caietan. & alij, vel quidem particula, *lo*, quæ negationi ſeruit, per pronomen vertit, *in eo*, vel, *in ipſo*, quod facilè fuit. & ne minutiora quædam de harum particularum
לא לו apud Hebræos vſu cum faſtidio dicamus, ſatis fuerit indicaſſe Pagninum, qui de illis latè in
Pagnin. in theſauro. ſuo Theſauro diſſerit; & Marinum Brixianum, qui etiam peculiares locos, in quibus reperi-

tur, enumerat. Mutatis enim literis mobilibus *Marin. Brixianus in ſua arca Noë.*
vox eadem, aut, *non*, aut, *ei*, vel *ipſi*, ſonat. Et quidem, 4.Reg.10. v.8. Septuag. Hebraizantes, *4.Reg.10.8. LXX. Latin. Hebraizãtes.*
& Latinus interpres pari conſenſu particulã, *lo*, quæ hic ſubeſt, legunt per pronomen; cùm dixit Heliſeus ad Hazaël: *Vade, dic ei; Sanaberis.* quamquam alij exiſtimauerint amphibologi- Amphibologicum reſpõſum.
cam fuiſſe reſpõſionem; nam vox eadem, ſola ſcriptura diuerſa, ſignificat, aut *ei*, aut *non*.

In ipſo ſperabo. Sperandi verbum *Iachal*, affert 2 יחל
exſpectationem quandam, cum mora & longanimi perſeuerantia. vnde dicitur Genes. 8. Sperare quid propriè. *Gen.8.10.*
Exſpectatis vltra ſeptem diebus alijs, quam ſpei longanimitatem, & ſuſtinentiæ perſeuerantiam non ipſa mors impẽdens illi poterat adimere. Hæc ſane in illorum animis deſiderata fuit, quibus cum loquuta eſt Iudith, cap.8. *Poſuiſtis* *Iudith 8.13.*
vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrũ diem conſtituiſtis ei, &c. & ideo dicamus Domino, vt ſecundum voluntatem ſuam ſic faciat nobiſcum cito miſericordiam ſuam, id eſt, opis & ſalutis accelerationem non debemus nos conſtituere; ſed ille pro bona voluntate ſua; neque debemus nos cupere, aut velle, vt cito ille nobis orantibus adſit, ſed hoc tantum orare, vt ille cito adeſſe velit. de qua etiam longanimi exſpectatione non ſemel loquitur Paulus, præſertim ad Heb. & nos aliquando plura.

3 Varia expoſitio. Sed quidnam exſpectandum ſibi, nec proponat Iob, minime conſtat inter interpretes. aliqui ad abſolutionem ſententiamq; pronunciandum de ſua integritate, referunt, Occidat ille ſanè, ſed nunquam damnationis propter ſcelus aliquod ſententiam contra me feret, aperte & palam pronũciabit, non mihi inflictã mortem propter ſcelus vllum, quod rectè videtur cum ſequẽtibus necti, cum ait: *Vias meas*
D.Thom. *in conſpectu eius arguam.* D.Thom. hanc *ſpem* eſſe dicit bonorum ſpiritualium, & futuræ beatitudinis, quam per cruciatus, & per acerbam
Philip. mortem, ſe cõſequuturum ſperat. Philip. paulo largius verbum *ſperandi* accipit, vt idem ſit
Iob 27.5. quod à Deo, & à vitæ ſanctitate minimè recedere: nam exiſtimat eandem eſſe inferiùs, cap.
Iuſtorum nomẽ ſperãtes. 27. ſententiam, *Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. iuſtificationem meam, quam cœpi tenere, non deſeram.* Et quidem iuſtorum hæc eſt in ſacro ſermone compellatio: *Qui ſperant in Domino*, quo illorum pietas & religio ſignificatur, qui omnes ſuas vitæ rationes, atque ſpes in Deo collocatas habeant. *Iſa. 40.31. vide c.14.32. & 36.3. & 2. Paral.13.18. Iud. 13.17. Pſal.5. 10. & 16.7.31 & 30.25. & frequenter.*

Sed forte præſtabit hanc *ſpem* in vniuerſum accipere, pro expectatione auxilij & remedij aduerſus mala omnia: fueritque ſententia hæc
4 Germanior expoſitio. quaſi prædictio certiſſima melioris ſtatus, in quo commutationem accipiet malorum omnium cum incredibili bonorum omnium affluentia: Quamuis de vita & incolumitate corporis potiſſimum accipi poſſit, vt in Iobum aptiſſimè quadret, quod de Abrahami fide di-
Rom.4.20. ctum eſt ab Apoſtolo: *In ſpem contra ſpem credidit, neque conſiderauit corpus ſuum emortuum, in repromiſſione etiam Dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus*
Iob non minus ſperans, quam Abraham. *eſt fide, dans gloriam Deo.* Nã hæc ſpes ſimul eſt humani corporis robur, & firmitas; eſt etiam Dei gloria, cultuſque ab homine impenſus,

nam qui

nam qui ſic ſperant, dant gloriam Deo. Non aliter ergo Iob fide, atque ſpe certiſſima in rebus ſuis deſperatiſſimis cõfortatus & erectus, non ſolum conſtituit ſe ſperare, etiamſi videat Dei gladium ceruicibus ſuis impendentem, ſicut quondam Abraham ſtrinxerat in caput ſui filij, ſed cum ſe videat vulneribus iam mortiferis totum confoſſum, & ſanguine ſanieque manantem. Atque eo etiam Iobi pietas ſpeique procedit, vt etiam *occiſus ſperare paratus ſit*, quod poſtea Chriſtus Ieſus ad ſuæ poteſtatis, bonitatiſque maieſtatem & gloriam, atque opem certiſſimam in deploratiſſimis noſtris calamitatibus à nobis exigit, cùm Marthæ reformidanti conſpectum fratris quatriduani mortui, atque fœtentis cadaueris, dixit: *Nonne dixi tibi, quia ſi credis, videbis gloriam Dei?* rurſus eodem loco docuit diſcipulos, *mortuum* eſſe *Lazarum* propter illos, *vt crederent*, atque de diuina poteſtate, & bonitate ſpem certiſſimam conciperent.

Genes.22.10. — Iob præſtitit quod poſtea Chriſtus Ieſus à ſuis exigit. — *Ioan.11.40.*

5 *LXX.* *Veruntamen.* Rectè Latinus interpres imitatus Septuaginta legentes, *Tamen loquar*, dixit, *Veruntamen*, vt Iobi conſtantiam, & ſpei magnitudinem declararet; Nihil mors meam ſpem, nihil defenſionem meæ innocentiæ lædet.

Via quid. *Vias meas.* Vitæ actiones, & conſilia omnia, viuendi inſtitutum, & conſuetudinem multis actionum & operum greſſibus tritam & calcatam. *Arguam* Philipp. D. Thomas, Nicolaus cum alijs Latinis exponunt, *reprehendam*, caſtigabo, referuntque ad pœnitentiam de vitæ erratis ſuſcipiẽdam: ita vt quæ dixit, ſint non quidem animi præſumptio, ſed de Dei bonitate concepta fiducia. Si quid (inquit) inuenero, quod correctione & pœnitentia indigeat, corrigere & caſtigare paratus ſum, ille verò pœnitentiam agenti aderit propitius. Polychronius ad refellendos amicos pertinere exiſtimauit. Didymus *redargutionem* dicit eſſe, rei demonſtrationem, optareque diuinæ prouidentiæ rationem, quam ipſe perceptam haberet, illuſtrem etiam amicis ſuis facere. Vatab. non tam ad exactæ vitæ pœnitentiam, quàm ad ſequentis puritatem, integritatemque ſeruandam, vt caſtigare, vel *arguere vias ſuas in conſpectu Dei*, ſit dare operam, vt innocenter viuat corã illo. Sed certe hoc loco *arguere*, eſt idem verbum, quod ſupra redditum eſt *diſputare*. Igitur hæc eſt ſententia, Quamuis me occidat, non vitæ, ſed innocentiæ meæ illo iudice, & vindice vti volo, & corã illo cauſam meam dicere. Quem ſenſum ferè ſequuntur Græci.

Philip. — *D.Thom.* — *Lyran.* — Arguere q.d. — *Polychron.* — *Didymus.* — *Vatabl.* — *Græci.*

XVI. Et ipſe erit Saluator meus: non enim veniet in conſpectu eius omnis hypocrita.

1 *Non omnis, in ſacro ſermone, nullus. Hypocrita quid.*
2 *Aenigmata quid propriè.*
3 *Verbum indicandi, ordinem & certam formam afferre. Appropinquare verbum militare.*
4 *Iobi conſtantia.*
5 *Reorum ſilentium.*
6 *Terror & metus mortis ex diuino viſo. explicatus Moyſes, & Iſaias.*

PRoprie iuxta Hebræum, & Græcum, *Hoc mihi cedet in ſalutem.* Chryſoſt. *Id mihi apud Dominum ſolatio erit, vera dicere, voſque mendacij arguere.* Bene mihi cedet hæc mea coram Deo diſputatio, non enim mihi vertet temeritati aut ſtultitiæ; ſed potiùs de illius veritate, & iudicio, & mea innocentia conceptæ fiduciæ. Sed eleganter noſter interpres, *ipſe erit ſaluator*, ſalutis, & abſolutionis auctor, & ſalutaris ſententiæ pronunciator, iudexque propitius, qui me innocentem abſoluat, vobis licet accuſatoribus meis reclamantibus. Quod vero alij explicant pro ſaluatore, fautorem atque patronum, dum cum ſuis accuſatoribus diſputat, neque valde quadrat originali voci ſalutis, aut ſaluãdi, neque rei propoſitæ. dixerat enim, *diſputare cum Deo cupio, & vias meas in conſpectu eius arguam.* interim amicos obmuteſcere iuſſit.

Chryſoſt. — ישע

Non enim veniet in conſpectu eius omnis hypocrita. *Non omnis* in ſacro ſermone, ſæpè valet *nullus*, vt Pſal.48. *Quia cùm interierit, non ſumet omnia*, id eſt, nihil omnino ſecum deferet. ſic *non omnis hypocrita*, id eſt, nullus hypocrita. Septuagin. *Coram Deo dolus non ingredietur.* Vatabl. *[illegible]*. Pag. *impius.* Sed quamuis eodem omnia pertineant, multo melius atque ſimplicius, Vulgatus dixit *hypocritam*. de cuius vocis notione atque ratione, ſuperiùs diximus, eſt enim *hypocrita*, impius ſimulator, fallax, qui veteratorio & ficto ingenio loquitur, aut agit, vt obiter perſtringat amicos, qui fraude potiùs & fucata oratione, captioſiſque argumentationibus, quam veritate & orationis ſimplicitate agerent. Quod verò alij dicunt originalem vocem ſignificare *acceptatorem perſonarum*, vt amicos etiam notaret, quos perſonam accipere, & Deo adulari ſuperiùs dixerat, mihi non placet: nam licet eam vocis ſignificationem agnoſcere videatur, R. Dauid in libro radicum, & R. Mardoch. in ſuis Concordantijs, tamen nullum exemplum proferunt, neque proferre poterunt. *Venire autem in conſpectum Dei*, eſt coram illo iudice ſtare, apparere, loqui, fiducia aliqua de ſuæ cauſæ æquitate concepta.

Non omnis, in ſacro ſermone, nullus. Pſal.48. Quid hypocrita. — *LXX.* — *Vatabl.* — חנף — *R. Dauid.* — *R. Mardoch.*

XVII. Audite ſermonem meum, & ænigmata percipite auribus veſtris.

2 ERgo (inquit) mihi cum Deo diſputanti beneuolas aures præbete. Acutè obſeruauit Chryſoſt. ſuæ orationi atque redargutioni infenſos amicorum animos animaduertiſſe, ideo beneuolentiã & attentionem poſtulaſſe. Tum etiam geminationem verbi, *audiendi*, docet eſſe aut ægritudinis indicem, aut ad comparandam attentionem referri, quod vel illi attendere nollent, vel quòd ea, quæ dicturus eſſet, multa attentione indigerent.

Chryſoſt.

Aenigmata. Philippus ex proprietate Latini vocabuli, *ænigmata* interpretatur, illa ipſa mala, quæ Iob patiebatur, quæ cùm non propter ſua merita ſuſtineret, ſed eſſent (inquit) *examinationum flagella*; idcirco *ænigmata* voluit appellare:

Philip. — Quid ænigmata.

quoniam qui innocentes & iuſtos tribulari conſpiciunt, velut ænigmata illis ſunt, & obſcura diuina conſilia. D. Tho. autem *ænigmata* explicat obſcurũ, & diffi cilem ſermonẽ, & qui aliud prætendat in ſuperficie, aliud verò interius ſignificet. Eodẽ ferè modo Hugo, ſermonem ſub figuris occultatum; vt indicet, non ſemper illud ſignificare velle, quod verba ſonant, vt difficultate propoſita attentiores reddat auditores. Sed certè vox originalis deducitur à radice, *Chaua*, quod eſt annunciare, oſtendere, indicare. Quare Septuaginta, ſimpliciter dixerunt, *Audite verba mea, narrabo enim vobis audientibus*, & Hebraizantes omnes; indicationẽ meam, expoſitionem, annunciationem, narrationem. quibus etiam modis verti ſolet alijs locis à Vulgato. Quæ ſignificatio videtur omnino cõtraria *ænigmati*, ſicut & *interpretatio*, quæ vertitur à Vulgato, Daniel. 2. cùm dicitur, *Et interpretationem eius indicabimus*. Sed fortè interpres conſultò hoc loco *ænigmata* vertit, vt reſpiciat ad Iobi orationem ab amicis, aut non intellectam, aut prauè interpretatam, & nunc cuiuſdam ironiæ admiſſione, ſuæ orationis ſimplicitatem atque claritatem, amicorum verò tarditatem in intelligendo ſignificet. Quare redditur multo elegantiùs, atque ſignificantiùs per *ænigmata*, quàm per declarationem, aut annunciationẽ, vel expoſitionem. Sententia igitur hęc; Nihil à me obſcurè aut fucata oratione dicetur, quo vobis prauè intelligendi anſam vllam præbuiſſe videar. nõ alijs ego ænigmatis vtor, quàm ipſa totius rei dilucida expoſitione, ſcilicet; ænigmata vobis proponerem, qui ſimplicem & apertam veritatem ſemel & iterum propoſuerim.

D. Thom. Hugo. חוה LXX. Regia. Tygurin. Caietan. Vatabl. Pagnin.

XVIII. Si fuero iudicatus, ſcio quod iuſtus inueniar.

5 IN Hebræo; Si iudiciũ diſpoſuero, aut præparauero, aut ordinauero. Nam verbum, *Gharac*, ſignificat quidquid certa ratione & ordine diſponitur; vt agmen, acies, militia, vnde etiam dicitur: *Dirigere aciem*. Tum etiam quidquid arte, & ratione præparatur. Quare rectè etiam Septuaginta verterunt: *Ecce ego appropinquo iudicio meo*. Verbum enim *appropinquandi*, non ſemel in Scriptura ſignificat acceſſum exercitus ad congrediendum cum hoſte, qui acceſſus & congreſſus certa ratione & arte fit. Ergo verbum *iudicandi* ordinem, & diſpoſitionem certam affert, qualis in iudicio, & in litibus tractãdis ſeruari ſolet. Ait igitur, ſi rectè riteque accedere permittar ad me tuendum, ſi ex ordine cauſam meam dixero, ſi ſeruata iudiciorum lege & conſuetudine audiar, *Scio me iuſtificatum*, & abſolutũ iri, atque fore, vt *iuſtus inueniar*, pronuncierque. Iam nunc diſpono certã rationem mei defendendi, atque meam coram Deo iudice cauſam tuendi, formam, ordinemque ſeruandum mihi conſtituo.

Hic ſi mihi à vobis, ſi à Deo ſeruabitur, non dubiũ, quin obtineam in cauſa.

ערך Verbum iudicandi. LXX. Appropinquare verbũ militare.

XIX. Quis eſt, qui iudicetur mecum? veniat: quare tacens conſumor?

VErba ſunt exaggerati animi, conſtantiæque pleniſſima. Iam (inquit) per me non ſtabit, quin meæ vitæ atque innocentiæ controuerſia, iudicio & ratione peragatur. ſed ne indicta meis accuſatoribus lite me videar defendere, illos expecto atque prouoco. *Quis enim eſt qui iudicetur mecum?* Septuag. *Qui iudicium ſit factur9 mihi.* propriè, Qui litigaturus ſit mecũ, qui litem & criminis alicuius accuſationẽ intenturus; quiſquis ille ſit, prodeat. Polych. & Olympiodor. *Quis iudicabitur mihi, quaſi à me læſus iniuria, qui peccatum aliquod meum, probare poſsit?* Caietani verò interpretatio illa, vt hæc non ſint verba inquirentis, aut prouocantis aduerſarium, ſed ſuſpicientis Dei maieſtatem, cum quo diſputaturus eſt, quaſi dicat; Quis, quantuſve ille eſt, cum quo ego diſputare cupio? illius enim amplitudine deterritus obmuteſcam, & prius moriar, quàm verbum vllum ex meo ore coram illo excidat. Hæc inquam ſententia, & interpretatio quadrare in rem præſentem nulla ratione poteſt. 4

Sentẽtia animi excelſi. LXX. Polychr. Olympiod. Caieta. non probatur.

Quare tacens conſumor? Indicare videtur Reos, & eos qui ſibi alicuius ſceleris conſcij eſſent, vel ex conſcientia ſceleris, vel ex conſuetudine iudiciorũ tacere ſolitos. Reorum (inquit) eſt malè ſibi conſciorum, atque iudicia, iam litem, iudicisve incorruptiſſimi ſentẽtiam reformidantium tacitos, pullatoſque coram iudice ſiſti, & aliorũ patronorum atq. aduocatorum oratione vti. Ego verò qui *nihil mihi cõſcius ſum*, quorſum alio aduocato, aut patrono vti velim, quam ſimplici mea oratione? quorſumve ſinam me tacitum damnari? Græci, Polych. Olympiod. hunc ſenſum indicant, Si verum aliquod crimen accuſator aliquis obijciat, neque verbũ amplius, obmuteſcam, moriar; vel cum alijs; Quare moriar, conſumarq́; tacitus, quaſi dicat: Non is me dolor cruciabit, quòd indicta cauſa moriar, & falſa criminatione nondum propulſata. Indicarunt etiam hunc ſenſum Septuag. *Quia nunc obmuteſcam & deficiam*, id eſt, niſi loquar, deficiam, & expirabo, vel: Si taceam, ab amicis indicta cauſa damnabor; obtinere igitur à me non potero, vt veriſſimã meæ cauſæ defenſionem non ſuſcipiam. Vel ſimpliciùs; ſi ſtatim non dixero, & me oratione non defendero, moriar confeſtim; oporteret igitur aduerſarium, & litigatorem ſtatim prodire: nullas enim mihi concedit inducias vis morbi. hoc ferè voluit Tygurina.

Reorũ ſilentium. 1. Cor. 4. 4. Polychr. Olympiod.

XX. Duo tantùm ne facias mihi, & tunc à facie tua non abſcondar.

XXI. Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat.

6 CAutionem videtur à Deo petere ante diſputationis congreſſum, ne duplici hac ratione ſecum agere velit. Quare licet idem ſenſus ſit, ſed meliùs tamen vulgatus per negationem explicuit, quam Septuag. per affirmationem; *Duo mihi prabeas*, videlicèt, ne *manum*, id eſt, inflicti vulneris acerbitatem, quę illi orationis facultatem adimebat, exacueret, aut amplificaret Deus, ſed potiùs mitigaret, & extenuaret, liberè loquendi facultate, ſpatioque conceſſo, tum etiam temperato atq; occultato diuini numinis ſplendore terrifico. Alij referre conātur hanc formidinē ad mortis metum, quem ſolitus erat concipere, qui diuinam aliquam reuelationem, aut viſionem accepiſſet, iuxta id Exod.33. *Non videbit me homo, & viuet.* Quapropter dixit Manue ad vxorem ſuam, Iudic.13. *Morte moriemur, quia vidimus Dominum.* Et, Iſa.6. *Væ mihi, quia tacui, & Dominum exercituum vidi oculis meis*, id eſt, perij neque qui ſupernam viſionem viderit permittetur amplius verſari inter mortales. Igitur huius mortis diſcriminis cauſam, nimium terrorem eſſe ex diuino viſo, potuit hoc loco indicare Iob; atque tantam diuini conſpectus lucem, & formidinem, ex qua denuo in mortiferam ægritudinem incidat, deprecatur. Sed primus ſenſus ſimplicior eſt.

LXX.

Exod.33.20.
Iudic.13.22.
Iſa.6.5.

XXII. Voca me, & ego reſpondebo tibi: aut certè loquar, & tu reſponde mihi.

1 *Verbum reſpondendi, forenſe, & iudiciale, & ad teſtimonium ferendum referri. Illuſtrat Moyſes, Iſaias, & Hoſeas.*
2 *Humanæ actiones teſtes ſunt coram Deo iudice.*
3 *Iob in hac ſententia non peccaſſe.*

1 Verbum reſpondendi forenſe. ענה

DAt Deo optionē ſuſtinendi partes actoris, aut rei, vel potius expoſtulantis, obijcientiſque, aut reſpondentis atque ſatisfacientis. Nam quacunque ratione lis peragatur, æquitati atque veritati nititur. Verbū autem *reſpondendi* aliquando eſt forenſe, & iudiciale; perindeque valet, atque teſtificari, vt Exod.20. *Non loquaris contra proximum tuū falſum teſtimonium.* Hebraicè; non reſpondeas, vel, ne teſtificeris, videlicèt rogatus à iudice, Gen.30. *Reſpondebit mihi cras iuſtitia mea*, id eſt, mea innocentia planè teſtificabitur me innocentem, Iſa.59. *Peccata noſtra reſponderunt nobis*, id eſt, teſtificata ſunt contra nos, & quaſi interrogata à Deo iudice, veritatem ipſam profeſſa ſunt, videlicèt ſuos auctores accuſant, & iniquitas aduerſus iniquum teſtis damnationis eſt. ſimile id Hoſe.5. *Reſpondebit* (teſtificabitur, clamabit, accuſabit) *arrogantia Iſrael in facie eius.* (publicè, palam, nihil reuerita ſuum auctorem) Ex quo obſeruandum eſt, tum pias & honeſtas, tum improbas mortalium actiones teſtes eſſe, aut ſanctitatis iuſtorum, aut improbitatis hominum flagitioſorum, publiceq; & apertè ſuum teſtimonium dicere coram Deo iudice; atque ſi opus ſit, ſublato in cælum *clamore.* Quo enim grauiora ſcelera ſunt, eo maiori clarioriique voce teſtātur improbitatem ſui auctoris. Iam igitur dicere Iob poſſit; Tu mihi, ô iudex, diem horamque dicito, & iudiciali quæſtione examina; ſi velis etiam, vt iureiurando veritatem conteſter, efficiam lubens, *reſpondebo*, teſtificabor, rem ipſam atque veritatē profitebor. Verbum autem *reſpondendi* in ſecunda parte, vt quod ab alia radice ſit, leniùs & ſimpliciùs accipi debet.

Exod.20.16. Gen.30.32. Iſa.59.12. Hoſ.5.5.

2 Actiones hominum teſtimoniū ferre coram Deo iudice.

Geneſ.4.10. & c.20.21. Hab.2.11.

ערב 3 In hac autem Iobi oratione, qua Deum ad diſputationem prouocat, Caietanus ait, licèt hæc non dicta ſint à Iobo ex contemptu diuinę maieſtatis, verba tamen eſſe *ſcandaloſa, & arrogantia.* Aſtunica cenſet peccaſſe Iob, quòd parum modeſte & reuerenter de Dei maieſtate loquatur. Cæteri omnes illum excuſant: & Gręci aiunt hæc profecta fuiſſe ex familiari in Deum charitate, aut ex fiducia bonæ cōſcientiæ. Philip. ex admiratione ignoratæ cauſſæ ſuarum calamitatum. Denique procedere poſſunt ex ijs omnibus animi affectibus, quos in Iobi lamentationibus explicuimus, c.3.

Caiet. Aſtunica. Græci. Philip.

XXIII. Quantas habeo iniquitates & peccata? ſcelera mea, & delicta mea oſtende mihi.

1 *Nexus, & ſimplex ſenſus huius ſententiæ.*
2 *Quantum, ad numerum etiam referri, ex Hebræo.*
3 *Quid inter iniquitatem, & peccatum interſit.*
4 *Verum diſcrimen eiicitur ex proprietate vocum. Multarum vocū ſimilium coaceruatio quid indicet.*

1 Nexus cum præcedentibus.

NOn omnes eodem modo connectunt. nam quibuſdā videtur Iob expectaſſe, vt Deus loquendi initium faceret, vt cui priores loquendi vices deberentur. Sed cum ſua congreſſione & diſputatione non dignaretur Iobum, is contemni ſe arbitratus, in hæc verba conqueritur; Adeo ne flagitioſus ego, vt neq; dignus habear, cui improbitatem exprobres? ſaltem igitur *ſcelera mea oſtende mihi.* & deinde ſequitur, *cur faciem tuam abſcondis, &c.* Ita ne, neque me dignaris colloquio tuo, neque coram ſententiam fers, ſed indicta cauſa abſentem hominem damnas? Sed ferè interpretum concors ſententia in his verbis agnoſcit ſuæ defenſionis exordiū; ſed quale conuenire poſſit dolenti & exulcerato pectori.

Quantas habeo iniquitates? vt ſibi ſuæ controuerſiæ ſtatus exponatur, ſuo iure poſtulat. idque prouenire poteſt, ex illo deſiderio cognoſcendi, quàm ob cauſam ad tam acerbos cruciatus damnatus ſit. Ita Græci intellexiſſe videntur, atque Philippus; huius animaduerſionis cauſam cognoſcere aueo; & quod ijs qui in cruciatum & ſupplicium dantur, ſolatium eſſe ſolet, ſupplicij cauſam perſpectam habere, reus licet atque damnatus poſtulare poſſum; obtinere etiam à iudice debeo. Idem ferè Gregorius ait, optare vt ſi quæ habet occulta delicta, innoteſcant, vt deflere illa atq; corrigere poſſit. Sed certè cùm ſibi propoſuerit ſuam innocentiam defendere, paulò dolentiùs atque de ſua conſcientia confidentius accipi hæc debent, quaſi diceret: Sceleris alicuius accuſor,

Græci. Philip. Gregor.

damnor-

damnorque ad pœnam, oportuiſſet vero iam illud eſſe in iudicio prolatũ, mihiq; propoſitũ.

2 כמה Quantum ad numerũ etia refert. Pſ.118.84.

Quãtas. Quot quantaſq;. nam vox originalis ad vtrũq; pertinet, ad multitudinẽ videlicèt, & magnitudinem atque grauitatem. atq; ſubeſt eadem originalis vox Pſal. 118 *Quot ſunt dies ſerui tui?*

3 Latini. Greg. Quid interſit inter peccatum & ſcelus. 1.Ioan.3.4. Leuit.6.12.

Iniquitates, & peccata, ſcelera, & delicta. Latini curioſius inter hęc quatuor diſcrimen conſtituere nitũtur. Nam Greg. ait. *Quod licet inter iniquitatẽ atq; peccatum diſtare nihil Ioannes Apoſtolus perhibeat, cùm ait Iniquitas peccatũ eſt. 1, ſo tamen vſu loquẽdi, plus iniquitatẽ, quàm peccatũ ſonare, cùm omnis homo facilè ſe peccatorem fateatur, iniquũ verò dicere nonnunquã erubeſcat. Inter ſcelera vero & delicta hoc diſtabit, quòd ſcelus, etiã pondus peccati tranſit, delictũ vero pondus peccati non tranſit: quia & cùm offerri ſacrificiũ per legẽ iubetur, nimirũ præcipitur ſicut pro peccato, ita etiam pro delicto, & nonnunquam ſcelum opere, delictum vero plerumque in ſola cogitatione, vnde & per Pſalmiſtam dicitur, De lícta quis intelligit?* Hæc Gregor. Diuus verò Thom. aliter diſtinguit, nam quæ contra proximũ ſunt, exiſtimat propriè dici *iniquitates*: at ea, quibus homo in ſe ipſo prauè diſponitur, & deordinatur, vt gulam, & luxuriam, *peccata*, quaſi deordinationes: q verò cõtra Deum, *ſcelera*; tandẽ omiſsiones, *delicta*. & Amb. li. de apolog. Dauid docet latius patere *iniquitatẽ*, quam *peccatũ*, contraria ratione, quàm Greg. Alij ex malitia, aut ignorantia hæc diſtinguunt.

Pſ.18.12. D. Thom.

Ambr. lib. de Apolog. Dau.

4 Quod diſcrimen ex proprietate vocum eliciatur inter hæc quatuor. עוה חטא Exod.32.32. פשע Gen.31.36. Pſ. 31.1. Prou. 10. 12.

Sed certè q nunc dicuntur *iniquitates*, aliquãdo peccata, aut ſcelera nominãtur. q nunc *delicta*, aliquãdo iniquitates, aut peccata, vt nullum fixum conſtanſq; diſcrimen aſsignari inter hæc poſsit, Illud tamen ex proprietate vocum elicitur, *Iniquitatẽ* eſſe prauitatem quandã, quæ a recto deflectit. atq. vox eadem infra redditur, *peccata adoleſcentiæ. Peccata* verò, propriè ſunt errata; & propriè eſt aberratio & declinatio à via, quæ Exod. 32. vertitur, *Noxa. Scelus* aũt eſt, quaſi tranſgreſsio, violatio pacti & conſtituti fœderis, & ſeditioſa aduerſus Deum rebellio; & Gen.31. vertitur *Culpa*. Pſ.31. *Iniquitas*. Prou.10. *Delicta*. Tandem, *delicta*, ab eadẽ radice dicuntur, a qua ſuperius *peccatũ*. quare videntur omnia ſinonyma nomina grauiſſimorum peccatorũ. eſtq; coaceruatio quædam artificio plena: nã ſicut eiuſdem vocis repetitio, ita etiam plurimarum eandem rem ſignificantiũ aceruatio vim ſolet addere orationi, atq; rem ſignificatam amplificat. vel quidẽ his multis peccati nominib. ſignificat cuiuſcũque generis peccatũ, vt ab omni graui ſcelere, ſiue contra Deũ, ſiue contra proximũ ſe innocentẽ aſſerat, erit ergo ſententia, Quæ nam ingentia mea ſcelera, ob quæ ad ingentes cruciatus dãner? Inaudita videlicèt oportet eſſe facinora, quib. inaudita apud omnium mortalium memoriam ſupplicia rependãtur. Neq; verò ſine arte & acrimonia dicendi illa quarta vox, *delicta*, rẽpetitur; nã eadem eſt (vt diximus) quæ *peccata*; quaſi videatur Iob quæſiuiſſe vndique nomina, quib. peccata exprimeret; & cùm nouo non inueniſſet, iterũ vſurpaſſe priora. doctè igitur hæc indicauit Philippus; aitenim his nominib. *peccata grauia, & praua* ſignificari. quem locum corruptè legit Titelmannus, refert. n. Philippum dixiſſe, ſignificari peccata grauia, & leuia, pro *praua* parua fortè legit. Sept. igitur, cum nullum ferè inter illa diſcrimen agnoſcerent, bis tantùm vſurparũt *peccata, & iniquitates*. Quod aũt ad locum Ioan. 1. c 3. quẽ adducit Greg. pertinet, veriſsimè ait *peccatũ eſſe iniquitatẽ*. id eſt, eſſe contra Dei legẽ. nam *iniquitas* eſt Græcè, *Anomia*, quæ contra, *Nomos*, id eſt, legem eſt.

Coaceruatio multarũ ſimilium vocum.

Philip. Titelm.

LXX.

1.Ioa. 3. 4.

Oſtende mihi. Fac vt cognoſcam, nam iſti mei accuſatores nihil certi & explorati afferunt: nihil prætereaego mihi conſcius ſum. quòd ſi ego ſceleris alicuius reus ſim, tibi perſpectum fuiſſe oportet.

XXIV. Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicũ tuum?

1 *Nexus cum præcedentibus.*
2 *Faciem abſcõdere, ad ſeueritatem, & indignationẽ.*
3 *Iudicum priſca conſuetudo ante ferẽdam ſententiam. Capite damnatis obuelabatur caput.*
4 *Arbitrari quid propriè. Iudicum vultus benignus. Illuſtratus Iſaias.*

IN hac dolentis hominis oratione, nõ decet aliũ leniorem, aut cohærentiorẽ decurſum quærere, quam coaceruationem quandam rationum ad eundẽ finem adductarum. quamquam hanc etiam ſententiam cum præcedenti D.Th. apte, eleganterq; ſic nectat; Cùm à me rogatus atq; poſtulatus (ò iudex ſupremè) vt ſi quæ apud te ſunt condita & repoſita mea ſcelera proferre velis, taces omnino, ſanè videris tuo iſto ſilẽtio teſtari, nihil vnquã in me reperiſſe, quo te grauiter offenderim. Cur igitur mecum tanquam cum iniquo, atq; inimico agis? *abſcondis*. n. auertiſq; à me *faciem*; vti ſoles, cum tibi vehemẽter diſplicet conſpectus impiorũ hominum. Cæterùm cùm hæc loquitur Iob, agere cum Deo, tanquã cum irato aduerſum ſe principe, aut verò tanquã cum ſeueriſſimo iudice videtur; nã *faciem abſcondere*, aut *auertere*, indignantis eſt, & ſupplicium inferentis; ſicut è contra *faciem conuertere*, aut *illuſtrare*, vel illuſtrem & conſpicuam exhibere, & beneuolentis, beneq; facientis eſt, cuiuſmodi eſt id Hoſeæ. 6. *Viuemus in conſpectu eius*, id eſt, illo nos inſpiciente, curante, cuſtodiente cùm igitur *viſitatio tua*, conſpectuſq; longe benigniſsimus quondam *cuſtodiuit ſpiritum meum*, cur nũc peream miſer, te faciem abſcondente? Hæc eſt illa Caini vox querula Gen.4. *Ecce eijcis me hodie à facie tua, & à facie tua abſcõdar, & ero vag⁹, & profug⁹ in terra; omnis igit, qui inuenerit me, occidet me*

1 Nexus cum præcedentib. D.Thom.

2 Faciem abſcondere ad ſeueritatem, & indignationem.

Deut. 32. 20. & c.31.17.18. Pſ.29. 8. & 12. v. 9. Num. 6.26. Pſ.70.20. & 89. v.13. Hoſ.6.3. Pſ 30.17. & 66.2. & 118. verſ.135. Iob.10.12. Caiet. Gen.4.14.

At ſi cùm Deo, tanquam cũ iudice, agat, id q ſequentia quoq;, quæ iudicis ſunt exigere videntur, ſenſus is eſſe poterit, Dãnor miſer indicta cauſa, & lite iam confecta non permittor meum iudicem videre, neq; deprecari; abſcondit enim ille ſe, & in ſeparatum priuatũque ſententiæ ferendæ locum ſe recipit. cùm igitur te non videam, ſumme iudex, quid exiſtimare de te, atq; de me poſsim, quam te iam

3 Iudices laturi ſententiã abſcondebant ſe.

* *Nota hic aliqua deeſſe, quæ vide in fine operis. ſub hoc ſigno.*

cauere debeas, & ita te in meum conſpectum nunquam vis dare?

Sed leniùs hæc pars iungetur cum præcedente, hac ratione, Abſcondis & auertis faciẽ tuam, perinde atq; ab hoſte tibi infeſtiſsimo, cuius conſpectum non poſſis ferre. quod ſi ad iudicem reſpiciat ſic poterit ſententia confici, cùm apud te de mea innocentia dicere inſtituo, *abſcondis faciem*, & aliò conuertis oculos, planeque oſtendis tibi me infeſtum eſſe longeque moleſtum. Id verò eſſe ſolet in iudice vitium, quod ab incorruptiſsimo iudice Chriſto Domino longe abfuturum prædixit Iſa. ca. 42. *Non erit triſtis neque turbulentus*, ne videlicèt vultu ipſo, & triſti ſupercilio, atque auerſa facie priùs reum damnet, quàm pronuntiata ſententia. Sed nihil mirum, quod ex dolenti pectore, tantam erga te ſui iudicis ſeueritatẽ tot vijs atque rationibus amplificet Iob.

Iudicum torua frons dãnata.

Iſa. 42. 4.

XXV. Contra folium, quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris?

1 *Defenſus Iob à cenſura Caietani. illius oratio minimè arrogans.*
2 *Oſtendere potentiam quid in Hebræo, & vt varie reddatur à Vulgato.*
3 *Deus protector à turbine. Dæmon turbo, & ventus inclemens. illuſtratus Iſaias.*
4 *Folij caduci ad hominem translatio. Folium inconſtantiæ Symbolum.*
5 *Stipula ſymbolum rei inutilis, & ignobilis, tum etiam & aridæ ſenectæ.*
6 *Stipula vnde dicatur in Hebræo. rei leuioris, & minutioris ſymbolum.*
7 *Stipula aut ventus, aut ignis minatur.*

1 *Caieta.* An hæc ſententia ſit arrogantis hominis.

CAietanus exiſtimat, hac argumẽtandi ratione Iobum probare apud Deum ſuam innocentiã, quòd niſi ſuarum ærumnarũ cauſam aliam proferat Deus, fiet inde, vt vel cum homine iuſto tanquam cum inimico agat, vel Deus nihili omnino faciat Iobum, neque pluris quam folium aridum, aut ſtipulam ſiccam. Cenſet præterea Caietanus, hæc Iobi dicta arrogantis hominis eſſe, & exiſtimantis ſibi diuinorum Dei conſiliorum, atque prouidentiæ reuelationem, rationemq́. reddi debere. ſed ſanè dũ ſæpè Caietanus, potius Hebræ' ille, quem ducem Caietanus ſequebatur, Iobi verba calumniatur, ab amicis Iobi ſtare videtur; quibus Iobi oratio arrogans, & inſolens videatur; cũ tamen verba ſint animi incredibiliter demiſsi, atq; ſupplicis, & ſuam infirmitatem agnoſcentis, excitantisq, ſupremam diuini numinis maieſtatẽ ad ſui commiſeratione̅.

Heb. apud Caieta. notatur.

2 עריץ Oſtendere potentiam quid in Hebræo.

Oſtendere autem potentiam, eſt in Hebræo ſimplex verbum, *Gharats*, quod eſt conterere, confringere, aut verò roborare ſe, aut potentiam & virtutem oſtendere, & exercere in aliquo confringendo, & conterendo, aut timere & formidare eum, qui pro ſua virtute & robore conterere, & confringere poſsit, vnde dicitur Iſa. 8. *Ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter.* quaſi dicat, qui poteſt conterere, & confringere penitus. vt ad hoc videatur alluſũ Matt. 10. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed potius timete eum, qui poſtquam occiderit corpus, habet poteſtatem mittere in Gehennam.* & Iſa. 2. vertitur *Percutere*, &, c. 10. *Confringere.* inde dicitur. *Robuſtus*, Iſa. 25. *Violentus* Iob 27. *Fortes* Pſal. 53 *Crudeliſsimi*, Ezechiel. 3. Ergo ait Iob; Ita ne velis tuam potentiam, & vires oſtendere, & exercere, te potentem, fortem, robuſtum præbere in conterendo & confringendo *folio, quod vento rapitur*, quod per ſe ipſum exacta æſtate, in autumno ſua ſpõte decidit ex arbore, vel incitatum vento leuiſsimo auellitur? vel; *Contra folium*, cui auellendo atque raptando ſatis ſit tenuiſsimus ſpiritus, immigere nubes vehementiſsimum ventum, qui me ex huius vitæ arbore, veluti folium decutiat, & huc illucq; per fortunæ ludibrium, iactet atque propulſet? Sed neq; hoc contentus, collapſum iam, & decuſſum folium tuæ poteſtatis manu conterere, comminuere, confringere, & in minutiſsimos pulueres aridam ſtipulam redigere velis? atqui tu pro tua poteſtate, cum ſumma bonitate atque benignitate coniuncta, *Factus es* (eſſe ſoles) *fortitudo pauperi in tribulatione* (qui non permittis illum præ imbecillitate viriũ cadere, aut collabi) *ſpes à turbine* (vmbra, protectio, refugium, aduerſus turbinis impetum, & ventorum inclementiam) *vmbraculum ab æſtu.* (Hæc vero omnia præſtari a Deo aduerſus iniquorum ſpirituum vim, qui raptare & exagitare miſerum hominem tuæ poteſtati permiſſum, conantur, ſtatim explicat) *ſpiritus enim robuſtorum* (qui contendunt potentiæ ſuæ neruos in conterendo & confringendo infirmo homine) *quaſi turbo impellens parietem.* Ego verò (inquit Iob) agitor, rapior, impellor ſpirituũ inclementiſsimorum impetu, cum neque paries ſim, neque conſtans fixave rupes, ſed vel tenuiſsimus puluis, vel leuiſsimum folium. Tu vero etiam velis *potentiam* præterea *tuam* in me perdendo *oſtendere*? atqui alienum etiam eſt à tua natura & ingenio, quem homines perſequuntur, te perſequi; quin potiùs *calamum quaſſatum* (ab hominibus) *non conteres, & linum fumigans* (propè iam extinctum & impetitum vento) *non extingues.*

Matth. 10. 28. *Luc. 12. 4. 5.* *Iſa. 2. 19. 21.* *Iſa. 10. 33.* *Iſa. 25. 3.* *Iob. 27. 13.* *Pſ. 35. 5.* *Pſ. 85. 14.* *Ezech. 31. 12.*

3 Deus protector à turbine. *Iſa. 25. 4.*

Dæmon turbo, & ventus inclemens.

Pſal. 68. 27. *Iſa. 42. 3.* *Matth. 12. 20.*

4 Mortalium imbecillitas Folij caduci perſimilis.

Sed poteſt hæc Iobi ſententia longiùs patere, ſi de communi omnium mortalium imbecillitate & inconſtantia loquatur; Cum tu (inquam) *recorderis, quoniam puluis ſumus, & homo ſicut fœnum dies eius, tanquam flos agri, ſic efflorebit, quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet, & non cognoſcet amplius locum ſuum*, id eſt, ad leuiſsimã aeris cõcitationem decutiuntur exucti flores, & arida folia, & cùm nõ eiſdẽ ramis neq, eodem loco fuerint, tamen ad radicem arboris ſine vllo diſcrimine concidunt, omnia enim mors æquat. Hanc quoque deciduæ hominum gloriæ rationem & miſerandum caſum cum clamore & admiratione iuſſus eſt Iſai. prædicare, cap. 40. *Vox dicentis clama. & dixi, Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri; exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, quia ſpiritus Domini ſufflauit in eo.* Sed tamen

Pſ. 102. 15. 16.

Iſa. 40. 6.

illam

Eccl.14.18.

illam folij tranſlationem apertiùs Eccleſiaſticus vſurpauit. c. 14. *Omnis caro ſicut fœnum veteraſcit, & ſicut folium fructificans in arbore viridi, alia generantur, & alia deijciuntur. ſic generatio carnis, & ſanguinis alia finitur, & alia naſcitur.* Cõſiderari ergo in homine poteſt, non ſecus atque in folio arboris, ſumma inconſtantia, atque inſtabilitas; ſicut enim ventorum, commotionum aut aliarum temporis varietatum rationes, ex nutantibus arborum cacuminibus & foliorum commotione obſeruare ſolemus, ita ſanè omnis mutationis atque inconſtantiæ materia, & ſymbolum homo eſt; nullum enim eſt vel leuiſsimum incommodum, morbus, aut ærũna, quòd in illo, quaſi ventus in arboris folio, ſuam potentiam non oſtendat. expoſitus eſt.n. omnibus vitæ ærumnis, & temporis viciſsitudinibus. ſicut infirmum folium, pullulat primùm, & gratiſsimo virore blanditur oculis; floret in adoleſcentia; veteraſcit tandem & collabitur exucto humore, & locum alijs folijs pullulantibus denuò concedit viridioribus atq; tenerioribus. ergo ait Iob, Cùm folium ſim, quod vitæ incommodis omnibus obnoxium eſt, quod vẽtos omnes timet, & vel ad leuiſsimam temporis mutationem tremit & commouetur, quòd facilè conuellitur & decutitur ex vitæ arbore, ne tu indignationis tuæ vehementi ſpiritu incutias vim ventis, cadam etiam te non impellente, neque contra me exerente poteſtatis tuæ neruos, atq; vires.

Folij ad hominem trãſlatio.

Folium inconſtantiæ ſymbolum.

5 *Et ſtipulam ſiccam.* Ferè eadem ſententia, quæ præcedentis partis. niſi forte *ſtipula* aliquid inutilius & ignobilius ſignificet. Actum (inquit) agere videris, nam rapior velut arida ſtipula tempore aduerſo, etiam te non perſequente, ſed per contemptum rei vilißimæ atq; ignobiliſsimæ mei oblito. ita ne honorem ducis te te mihi opponere?

Stipula ſymbolũ rei inutilis. & ignobilis.

Tibul.

,,,,,,,,,,, An gloria magna eſt,
Inſidias homini ſuppoſuiſſe Deum!

LXX.

Senſum hunc indicauit lectio Septuagin. *Numquid, quaſi folium, quod mouetur à vento, verebernis? aut quaſi fœno, quod fertur ab ſpiritu, oppoſuiſti te mihi?* Poterit quoq; his verbis ad adoleſcentiæ errata, quorum inferius meminit, reſpicere; Cum ſim ætate & ægritudine aridus, exuctus, propè cõfectus, atque ad ſtipulæ ſiccæ ſimilitudinem redactus, me perſequeris propter præteritæ virorẽ vitæ, & laſciuientis adoleſcentiæ leue aliquod erratum? nam in præſenti hac, quam nunc viuo vitam, nihil inueneris pœna atque ſupplicio puniendum. iam igitur aridus ſum, iã exarui, & quidquid vitioſitatis ex florente ætate prouenire poterat, abſumptum eſt. tum etiam, ſi qua quondam vberrimorum fructuũ fertilitate & copia velut prægnans ſpica florebam, virebam, gloriabar, & florente fœlicitate exultabam, iam exarui, iã letiferi morbi falce exciſus decumbo, conteror, & calcor laborum & ærumnarum grauiſsimarum põdere decuſſis granis, & bonis omnib9 ablatis, nihil remaneo niſi ſtipula ſicca, palea, gluma, puluis, quem proijcit vẽtus à facie terræ; quid ergo nunc à me repetis; quid exigis? quid me perſequeris.

Stipula ſicca ad aridã ſenectam.

Sed ex *Stipulæ* voce non nihil præterea eliciendum eſt. dicitur enim *ſtipula Kas*, à verbo, *Kaſas*, quod eſt colligere, & congregare minutatim ſtipulas, aut ligna arida, quæ vel vento raptari ſolent, vel igne abſumi. quare eſt ſua elegantia & alluſio rerum atque etiam vocũ, Exod.5. *Diſperſus eſt populus in omnem terram Aegypti ad colligendas paleas.* quæ enim diſperſa erant non niſi à diſperſo populo colligi poterant minutatim, ſummoque labore. Inde hoc verbum ſignificat increpare, & reprehendere de erratis etiam minutiſsimis. verba, quibus R. Mardoch. huius vocis proprietatem deſcribit, adſcribenda duxi. *Præter ſtipulam, ſignificatio i. lim eſt inueſtigatio defectus, correptio, increpatio. hoc eſt, Kaſas; ſignificat propriè inueſtigare maculas, ſcrutari defectus, hoc eſt, probris afficere. ſicut enim colligens ligna aut ſtipulas, colligit hinc inde, & pariter congregat, itidem qui probris afficit hominem, colligit maculas eius hinc inde, & illa dicit ipſi.* Igitur poterit Iob nunc ſuorum minutiſsimorum, leuiſsimorumque erratorum veniam deprecari; Quorſum nunc minutatim paleas colligas, ò Deus optimè, quorſum minutiſsima errata, & meæ vitæ quiſquilias ſumma veluti cura, & inueſtigandi ſollicitudine congreges? vel, minutatim colligere paleas, non tam ad leuia peccata, quam ad curam congregandi minutatim peccata referri poterit; Vndique colligis, quæ contra me facere poſſunt, ſicut qui paleas ſiccas quærit, & vndecunque colligit.

Stipula quid 6
קיב
קשש

Exod. 5. 12.

R. Mardoch.

Cùm autem, ait *perſequeris*, duo ſibi impendere mala ſignificat, quæ paleis minantur, aut turbinem & vẽtum, qui paleas & quiſquilias raptãre & impellere ſolet, aut verò ignem. Primùm impijs, tanquam ſtipulis, ſæpè comminantur ſacræ litteræ, ſed Sophonias præcipuè. cap.2. cum ab hac ipſa radice congregandi minutatim paleas, aut ligna minuta, dicitur, *Conuenite, congregamini, gens non amabilis, priùs quàm pariat iuſsio, quaſi puluerem tranſeuntem diem: antequam veniat ſuper vos ira furoris Domini.* id eſt, qui iam ſicut ſiccißimæ & leuiſsimæ paleæ & quiſquiliæ exaruiſtis, & expoſiti eſtis ventorũ ludibrio, ſaltem congregamini in vnum veluti palearum cumulum, & qui varijs ſtudijs vaniſsimiſque cogitationibus diuiſi diſperſique eſtis, nunc communibus ſaltem ſtudijs eademque omnes animorum cõſenſione, corde vno, redite ad verum; vnicumque perfugium, & Deum deprecamini; impendet enim vobis vehementiſsimus turbo, & rapidiſsimus ſpiritus diuinæ indignationis, qui vos veluti leuiſſimum puluerem & glumam agat, atque diſperdat in remotiſsimas regiones. At vero ignem ſæpè comminatur ſtipulis Iſai. c.9. v.24. & c.47. v.14. Ioelis.2. v.5. Nahum.1. v.10. Abdiæ. 1. v.10. Malachiæ.3. v.19. Quare fortè inextinguibilem illum ignem ſibi timet, qui paleam ſe & ſtipulam vocat. ſicut ſcriptum eſt Matth. 3 *Paleas autem comburet igne inextinguibili.* & Eccleſ.21. *Stupa collecta ſynagoga peccantium, & conſummatio eorum flamma ignis.*

Stipulæ, aut ventus, aut ignis minantur. 7

Soph. 2. 1.

Matth.3.12.
Luc.3.17.
Eccl.20.10.

XXVI. Scribis enim contra me amaritudines, & conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ.

1 *Amaritudinis ſignificatio longè patens. ad pœnas, & triſtia atque lugubria refertur.*
2 *Amaritudines peccata ſignificant; & huius ſignificationis ratio quæ. Peccatorum dulcedo in bilem deſinit. Illuſtrat Moyſes, Salomon, Iſaias.*
3 *Amaritudo ad iram & indignationem. Amaritudo apud Ariſtotelem quæ dicatur.*
4 *Amaritudo pro morte. Amara venenoſa, & mortifera exempla plurima. Illuſtratus Moyſes, & Hoſeas.*
5 *Scribere verbum forenſe.*
6 *Conſumere quid in Hebræo. Pœna culpæ filia. Illuſtrati Salomon & Hoſeas.*
7 *Significatio conſumendi, anceps.*
8 *Peccata adoleſcentiæ non referenda ad filios.*
9 *Adoleſcentia quid propriè.*
10 *Adoleſcentia pro ignorantia. Illuſtratus David.*
11 *Cautum ad tēperantiam deliciis pœnam eſt, ubi eque quanta vitæ honeſtas. Deprecatio apud Rhetores quid.*

1 Amaritudinis ſignificatio longè patens. Amaritudo ad pœnam, & acerbitatem.

CVm longè pateat ſignificatio *Amaritudinis* in ſacro ſermone, non eſt huius verſiculi apud omnes vna ſententia. & quidem frequentiſsimè *amaritudo* refertur ad pœnam, & afflictionem, & quidquid poteſt vitam reddere acerbam atque moleſtam, exempla non quæſita occurrunt. ſignificationis autem ratio & analogia illa eſt, quod cum inter ſapores omnes amariſsimus, ſit etiam inimiciſsimus naturæ, atque palato, ita etiam amaror, illa omnia ſignificat, quæ naturæ inimica & permoleſta ſunt. tum etiam cum ea, quæ amara ſunt, ignea & calida ſint, vt medici atque philoſophi docent, inde quinque inflammata bile, inflammantur & æſtuant præcordia; ſic ſane miſer homo ardet, vritur, æſtuat. & ſicut (teſte Gal.) amara exſiccant, exuguntque corpus, ita etiam teſte Sapiente, *Spiritus triſtis exſiccat oſſa.* dicitur autem *amaritudo*, de re quacumque triſti, & lugubri; amara anima; amarus fletus, amaræ lachrimæ. & Zachariæ. 11. *Plangent eum planctu, quaſi ſuper vnigenitum.* Hebr. *Amaricabunt ſe ſuper eum, quaſi amaricare ſuper vnigenitum.* & Ruth. 1. *Veſtra anguſtia magis me premit.* Hebræi, & Septuaginta. *Amaritudo eſt mihi ſuper vos*, vel, *præ vobis.* & inde dicitur, prouocare, irritare, exacerbare aliquem, quod in originali eſt, *amaricare.* in hoc ergo ſenſu, *ſcribere amaritudines*, erit, ſtatuere pœnas grauiſsimas & acerbiſsimas in aliquem, quæ illius animi palatum & ſenſum pungant, & mordeant.

Galenus.
Prov. 17.22.
Amaritudo ad triſtia, & lugubria.
Zach. 11.10.
Ruth. 1.13.
Hebræi.
LXX.

2 Amaritudo pro peccatis.

Alij tamen *amaritudines*, peccata interpretantur, idque dupliciter: aut quia ad amaritudinē Deum prouocent: aut quia ipſi homini amaritudinem pariant, & peracerba tandē ipſi peccatori exiſtat, Hoſeæ. 12. *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis.* Ieremiæ 31. *Pone tibi ſpeculam, conſtitue tibi amaritudines.* id eſt, conſtitue te in loco ſublimi, vnde videre & numerare poſſis colles, & excelſa lucoſque omnes, in quibus idolis immolaſti. Deut. 29. *Ne fortè ſit inter vos vir, aut mulier, cuius cor ſit ſeparatum à Deo, vt vadat & ſeruiat diis, & ſit inter vos radix germinans fel & amaritudinem.* Quæ etiam ratione Petrus dixit Act. 8. ad impium Simonē; *In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe.* Neq; mirum peccata, quæ primum dulcia videntur, *amaritudines* vocari, cùm dulcia omnia in amarorem & bilem facilè commutentur. quare hoc ipſum verbum, *Marar*, vnde noſtrum *amarum* fluxit, non ſolùm amareſcere ſignificat, ſed etiam mutationem & tranſitum in amaritudinē. quò videtur reſpexiſſe Iſaias. capit. 24. *Amara erit potio bibentibus eam.* id eſt, vertetur in amarorem. Et Prou. 5. *Fauus diſtillans labia meretricis.* Et mox ſubditur; *nouiſſima autem amara, quaſi abſynthium.* id eſt, nouiſſimè illa dulcedo amareſcit. in vniuerſum autem Ieremias dixit c. 2. *Vide quoniam malum & amarum eſt*, id eſt, experimēto diſces amaritudinem tandem parere *reliquiſſe te Dominum Deum tuum.* Qua etiam rerum proportione ſeruata angelus Ioanni præcepit Apocal. 10. *Accipe librum, & deuora illum & faciet amaricare ventrem tuū, ſed in ore tuo erit dulce, tanquam mel.* iuxta hoc huius ſententiæ ſenſus eſſe poteſt; *Scribis contra me amaritudines*: notas, obſeruas, euoluis ea, quæ te amaricent, & aduerſum me exacerbent. Sicut è contra Reges aliquando obſeruant, & ſcripto mandari voluit, quæ præmio & honore digna pro Rege quis fecerit vt Eſther 6. cum Aſſuerus noctem traduxit inſomnem, iuſsit ſibi afferri hiſtorias, & annales eorū temporum: cumque ventum eſſet ad illum locum, quomodo Mardochæus nūtiaſſet inſidias, rex ait; *Quid pro hac fide honoris & præmij Mardochæus conſecutus eſt?* dicat igitur Iob; cū ea ſcribi, & in annales referri præcipias, quæ vnquam ego geſſerim, ita ut tantum ſcribi & notari amaritudines & peccata mea iubeas, non etiam fide & charitate obſequia plenißima, præmio fortaſſe atque honore non indigna? hæc frequentiſsima quidem inuenias, ex illis non niſi vnum, aut alterum, atque vix vllum. ita omni præmio atq; honore ſpoliato pœnas & ſupplicia grauiſsima mihi conſtituis; & ita in memoria firma & conſtante conſeruas mea peccata, ac ſi ſcripto, mentive inſculpſiſſes.

Act. 8. 23.
Peccata, vt pote dulcia, in amaritudinem tranſire.
מרר
Iſa. 24. 9.
Prov. 5. 4.
Ierem. 2. 19.
Apoc. 10. 9. 10
Eſther. 6. 1.

3

Sed tertio, qui *amaritudinis* nomine peccata ſignificari minimè intelligamus, certè *amaritudo* pertinet ad conceptam iram, & ardentem biliolamq; indignantis animi cōmotionem. eſt enim inter humores amariſsimus igneus & æſtuas, & natura ſua iraſci & indignari, atq; inflammari paratus, & amara ferè pro bilioſis accipiūt medici: amara enim omnia, cibi præſertim & potus bilem augent. atq; cum etiā dulcia calida ſint, ſed hoc inter dulce & amarum intereſt, vt docuit Galen. quòd *amarum efficitur à caloris exceſſu: verùm dulce omne calidum eſt, nec immodicè calorem noſtrum exuperat, ſed inter limites ſe continet ſcindentis, leniganis, mollientis.* ergo *Scribere amaritudines*, videri poteſt eſſe idem, quod aliquem indignantem & iratum ſcribere, & decernere alicuius mortem, & extremi ſupplicij ſententiam. nos diceremus; *Ea ſennor, que ſon enojos y coleras las que eſtays eſcriuiendo.* Hinc ſæpe *amaritudo* pro iracundia. E-

Hippoc. lib. 4. de morbis.
Gal. de ſimpl. Medic. facul. lib. 4.

Hoſe. 12. 14.
Ierem. 31. 21.
Deut. 29. 18.

Dan.8.7.& cap. 11. 5.

Ezechielis.5. *Ad iracundiam* (Hebraicè ad amaritudinem) *prouocauerunt*. Daniel. 8. *Cum hircus appropinquaſſet propè arietē efferatus* (Hebraice; amaricatus) *eſt in eum*. & c. 11. *Confortabitur* (amaricabit ſe, *entrara en colera*) *Rex auſtri*. 1.Reg.30. *Amara erat anima vniuſcuiuſque viri*. Furens & indignans; qua etiam ratione Prouerbiorum 17. dicitur, *Semper iurgia quærit malus*. Hebraice, *amaritudinem quærit*. Quod Ariſtot. etiam. 4. Ethicorum attigit, dum de manſuetudine, & eius extremis differit; quoddam enim genus bilioſorum vocat *amaros*. amaros autem illos eſſe definit, *qui cum difficultate placantur, & longo tempore ſunt ſub ira*. eiuſmodiq; homines ſcribit eſſe ſibi atque amicis permoleſtos, vtpotè qui ſine vindicta & pœna placari vix poſsint. iuxta hoc quoq; potuit Iob dicere, *ſcribi aduerſum ſe amaritudines*, præbereque ſe Deum amarum, atq; difficilem. Conceptam (inquit) aliquando iram aduerſum me non reddidiſti, neque ceſſaſti, neque ſine ingēti ſupplicio & pœna, vt in tuam gratiā redirem, paſſus es, difficillimum te mihi præbes, mihi inquam, quondam amiciſsimo, & cum grauiſsimas iam de me pœnas ſumpſeris, nondum deliniri te ſinis; iratum te quidem alijs præbere ſoles, ſed iram ſtatim reddis, & deponis, *in momento indignationis auerti faciem*. at verò contra me, non ſolum iratum, ſed, quòd diuturniùs & grauius eſt, *amarum*.

1.Reg. 30.6. — Prou.17.11. — Ariſt. 4. Ethi. cap. 5. — Amari qui dicantur. — Iſa. 54. 8.

4 Amaritudo pro morte, aut mortis ſententia.

Sed quartò tamen, quoniam huius ſententiæ voces ſingulæ forenſes, iudicialesque videntur, videtur quoque vox *amaritudinis* pro morte, aut mortis ſententia lata, ferendave accipi debere; atque id eo libentiùs aſſeram, quòd *amaritudinis* nomē frequenter videam in ſacro ſermone cum morte coniungi. cuius rei illuſtria quædam exempla accipe. 4. Regum 4. cùm filij prophetarum guſtaſſent colochintidas, clamauerunt, dicentes; *Mors in olla, vir Dei*. ſunt autem cucumeres, aut cucurbitæ ſilueſtres amariſsimæ, proptereaque à Perſis appellantur, Fel terræ; atq; ex medicorum ſententia, ſi ſupra quatuor obolos ſumantur, letales ſunt. Hinc *amarum*, mortiferum eſt. Pſ. 63. *Intenderunt arcum, rem amaram* id eſt, mortiferam, letali veneno tinctam ſagittam. Deut.32. *Deuorabunt eos aues morſu amariſsimo*. id eſt, letali atq; mortifero. Iſa. 38. *Ecce in pace amaritudo mea amariſsima*. id eſt, iucundè & pacificè mihi agēti aduenit inopinata mors. Eccleſiaſt. 7. *Inueni amariorem morte mulierem*. id eſt, magis letalem magisque mortiferam. & Num.5. dicuntur *aquæ amariſsimæ*, quæ adulteræ mortem afferebant. Hinc videas perpetuo epiteto mortem dici *amaram*, & diem mortis, *amarum* quoque *diē*. Eccleſiaſt. 41. *O mors, quàm amara eſt memoria tua?* & 1.Reg.15. *Siccine ſeparat amara mors*. Amos. 8. *Ponam nouiſsima eius, quaſi diem amarum*. & Prou. 31. *Date ſiceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo*. id eſt, ijs qui proferuntur ad extremum capitis ſupplicium. Huius ſignificationis analogia & ratio ſumi videtur, ex letalibus quibuſdam venenis, quæ cum ignea & calidiſsima ſint, amariſsima etiam ſunt, iuxta id Deut. 32. *Vua eorū, vua fellis, & botrus amariſsimus; fel draconum, vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile*. & Hoſeæ. 10. *Germinabit, quaſi amaritudo, iudicium ſuper ſulcos agri*. id eſt, iudicium, condēnatio, mors, pullulabunt, atque operi, & culturæ eorum, reſpondebunt. id eſt, mors & dānatio certiſsima veſtris operibus debetur. Igitur *ſcribere amaritudines*, erit mortem decernere, & ſtatuere, & capitis ſententiam pronuntiare.

4.Reg. 4. 40. Perſa. — Pſ.63.4. — Deut.32. 24. — Iſa. 38. 17. — Eccl. 7. 27. — Num.5.18. — Eccl. 41. 1. — 1.Reg. 15. 32. — Amos. 8.10. — Prou.31.6. — Dies amarus quis. — Deut. 32. 33. — Hoſ.10.4.

5 Scribere verbum forenſe

Scribere etiam rectè cum hac interpretandi ratione congruit, nam forenſe videtur & iudiciale, & pertinere videtur ad firmum & irreuocabile iudicis decretum aut ſententiam. ſic Pilatus dixit Ioan.18. *Quod ſcripſi, ſcripſi*. id eſt, quod ſemel decreui, & ſtatui, ratum & irreuocabile eſto. Pſ.149. *Vt faciant in eis iudicium conſcriptum*. id eſt, prædefinitum, ſtatutum. iam exequentur videlicet ſancti ſententiam contra impios, quam Deus tulit, ſtatuit, & definiuit. Sic etiam Danielis. 6. *Rex confirma ſententiam, & ſcribe decretum vt non immutetur, quod ſtatutū eſt à Medis & Perſis*, eandemque ſignificationem in iure obtinet, verbum *Scribendi*, nam *Scribere formulam* dicebatur, qui in iudicio aliquē prouocabat. atque hi ſunt libelli iudiciales, quibus ſcripta actionis formula continetur. igitur hoc loco *ſcribendi* verbum ad iudicium, iudicemque pertinebit; Capitalem mihi litem intendis, aut, capitis ſententiam pronuntias. quod etiam agnouit hoc loco Chryſoſtomus. docet enim *tranſlationem ductam eſſe à regibus ſententiam ſcripto mandantibus*.

Ioan.18. — Pſ.1. 49.9. — Dan.6.8. — Scribere formulam. — Chryſoſt.

6 ירש Conſumere quid ſit propriè in Hebræo. — Vatabl. — Regia. — Caiet. — Pœna, quaſi culpæ filia.

Et conſumere me vis. Verbum *iaras*, poſsidere, aut hæreditare ſignificat. proptereaq; Vatab. & Hebræus apud Caietanum, atq; Regia vertunt, *Hæreditare, aut poſsidere me facis peccata adoleſcentiæ*. id eſt, quaſi iure quodam hæreditario ſuſtinere cogor pœnas debitas peccatis adoleſcentiæ; ſucceſsione enim quadam videntur ad me deuolutæ: nam pœna eſt, quaſi culpæ prognata & filia, atque adeo ipſe homo grandæuus & ſenex ſuccedit ſibi ipſi puero & adoleſcenti: ſuo igitur iure & naturali quadam ſucceſsione, vir atq; ſenex, prioris ætatis peccatorum pœnas luere compellitur, vt meritò dictum ſit; *Oſſa eius replebuntur vitijs adoleſcentiæ*. Ad quam hæreditandi, poſsidendique rationem pertinet id Prouerb. 3. *Gloriam ſapientes** *poſsidebunt* (Septuaginta *Hæreditabunt*. id eſt, hæreditario quaſi iure, ex adoleſcentiæ ſtudijs atque laboribus deuoluitur in viros ſapientes atq; ætate prouectos, tanquam prioris ætatis fructus, & hæreditas, honor, & gloria) *ſtultorum exaltatio, ignominia*. id eſt, exaltant, leuantq; ignominiam, tanquā hęreditatis partem; nihil. n. ex turpi adoleſcentia, ad ſenectutem, aut virilem ætatem deuolui aliud poteſt, tranſlatione ducta à diuiſione hæreditatis inter plures hæredes, portionem enim aut partem ſuam quiſq; ſibi leuat, & aſſumit atq; hāc debitæ hæreditatis rationem explicuiſſe etiā videtur Hoſeas. c. 12. verbo reſtituendi; *ſanguis eius ſuper eum veniet*. (id eſt, hoc illius peccatum deuoluetur ad illum vertente tempore: eſt. n. propria illius hæreditas) *& opprobrium eius, reſtituet el Dominus ſuus*. vbi vides vero *reſtituendi*, ean-

Iob.20.11. — Prou. 3.35.

LXX. * De los eſtudios y trabajos de la mocedad, ſe hereda la hōra en la vejez.

Hoſ.12.14.

di, eandem hæreditatis; debitique rationem indicari.

7 Conſumere accipitur in vtramque partem in Hebræo.

Sed tamen licèt hæc verbi ſignificatio vera atq; congruens ſit, Latinus tamen interpres originale verbum accepit in omnino contraria ſignificatióe: quod ſæpè in Hebraicis verbis inuenimus. quare ſignificat etiam pellere poſſeſsione, & hæreditate ſpoliare, quod vnica voce expreſsit Vulgatus *conſumere*. id eſt, ad extremam conſumptionem, inopiamq; redigere, & bonis omnib. exturbare: ſicut 1.Reg. 2. ab hac ipſa radice dicitur, *Dominus pauperē facit* (ſpoliat, exhæredirat) Ergo inquit Iob, Propter peccata adoleſcentiæ bonis me omnib* ſpolias, & qui me quondam ditaſti, nunc facis pauperem. Ergo vita, ac bonis omnibus * *conſumor*.

1.Regum. 2.7.

* Cōdenays a muerte,) perdimiento de bienes.

8 Peccata adoleſcentiæ, nō pertinere ad filios.

Peccatis adoleſcentiæ. Id eſt, propter adoleſcētiæ peccata Quidam exiſtimant ſuæ *adoleſcentiæ peccata* vocare, quæ à filijs ſuis adoleſcentibus perpetrata fuiſſent, ſibique tribui, quod vel filios ſuos non continuiſſet in officio, vel ſegniùs atque frigidius increpaſſet illorum adoleſcentiæ errata. videri poſſet huic interpretationi fauere lectio Septua. *Impoſuiſti mihi peccata iuuentutis*. ſed alienus eſt commētarius a Iobi mente, planeq; coactus, cùm de ſe omnino loquatur, & ſuam adoleſcentiam forte intelligat, ante quam filios ſuſcepiſſet. Polychron. præterea exiſtimat Iobum non agnoſcere vlla *adoleſcentiæ peccata*, ſed hæc amicorū cauſa dicta eſſe, tribuentium illi aliquod aut præſentis, aut ſuperioris vitæ ſcelus. ſed hæc quoq; ſententia aliena eſt à Iobo, & à cæteris interpretibus, qui hoc ex loco (Philip. præſertim atq. Olympiod.) colligunt, eximiam viri ſanctiſsimi integritatem, qui in ætate iam cōfirmata, atq; matura, nihil ſibi conſciret.

LXX.

Polychr.

Philip.
Olympio.

9 Adoleſcētia quid propriè נער

Adoleſcentia. Eſt in *adoleſcentiæ* voce, & proprietate, quod peccati rationē minuere & extenuare poſsit; dicitur enim à radice *Nagbar*, quod eſt excutere, aut conſurgere facere. atq; inde, *excuſſus*, ſignificat puerū, aut iuuenē eius ætatis, qua iam incipit e molliori parentum cura foras excuti, ad aliquid operis vel miniſterij faciendum; qualis eſſe ſolet à duodecimo, vel decimo quarto anno, vt exēplis patet Gen 37. *Ioſeph paſcebat gregē cum fratrib. ſuis, adhuc iuuenis*. Ier. 32. *Iugiter facientes malum in oculis meis* * *ab adoleſcentia ſua. id eſt, à prima ætate, cùm aliquid agere, aut gerere apti fuerunt*. Quod affine eſt vulgato illi Hiſpanorum prouerbio, *El cardo que a de picar, luego nace con eſpinas*. & ſic Pſ. 126. dicuntur; *Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij excuſſorum*. Hier. *filij iuuentutis*. id eſt, ab adoleſcētia, à prima ætate, qua miniſtrare poſſunt; & aliquid muneris & obſequij parentib. ſuis præſtare. Núc igitur Iob ex tenera illa ætate nondū confirmata ſic veniam errati precàtur; Quid mirū, ſi cum primas illas vitæ actiones obirē, erraui iuuenis adhuc & non ſatis bene in operibus pietatis, neq. in rectæ rationis lege & cōſtitutione perfectæ informatus, & eruditus?

Gen. 37. 2.
Ier. 32. 30.
*Lo primero que hizieron en abriendo los ojos.
Pſal. 126. 4.
Hieron.

10 Adoleſcentiæ peccata leuiora.

Habent igitur hæc verba conqueſtionem; nā *adoleſcentia*, vt quæ ex ignorantia & imbecillitate frequenter labatur, quodcumq; videtur delictum condonandum. quare iuuenis aut puer idem ſonat, quod rudis, & ignorans. & *adoleſcentia*, idem quod ignorantia. Ieremi. 1. *Domine neſcio loqui, quia puer ego ſum*. id eſt, rudis, ignorans pueri inſtar, quem ſenſum habet illa Apoſtoli ſententia. 1. Cor. 14. *Nolite paruuli effici ſenſibus*. 3 Reg. 3. *Ego autem ſum puer paruulus, & ignorās ingreſſum & introitum meum*. & 2. Paral. 13. *Roboam erat rudis & corde pauido*. Hebraicè, *Erat iuuenis*. propterea cum Septuag. Pſal. 24. legiſſent, *Delicta iuuentutis meæ*. ſtatim addiderit, *& ignorantias meas*. cum tamen in Hebræo ſit, *Præuaricationes, aut ſcelera*. vti legit Hier. idemq; in epiſtola ad Cyprianum, qua exponit Pſ. 89. vbi Septuag. legunt, *Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſæculum noſtrum in illuminatione vultus tui*. ipſe pro *ſæculo*, iuxta Hebræum & Symmachum legit, *Negligentias noſtras*. & 5. æditio interpretatur, *adoleſcentiam*: Aquila verò, *errores, ſiue ignorantias*. *Et propterea* (inquit Hier.) *dictum, ſic alio loco, Ab alienis parce ſeruo tuo: nam q; aliena videntur eſſe vitia, quæ ignorantia, aut errore committimus. & tamen* (inquit) *cùm non ſit voluntas in errore, error in culpa eſt*. quare ignorātia ſolet excuſare & minuere culpam atq, pœnā. vt Theologi cū D.Tho. docent. 1. 2. iuriſq; DD. varijs locis, quos indicat Andreas Tiraquellus de pœnis temperandis. Accedit etiam quod antiqua delicta, multò leniùs puniuntur in iure. quare præteritæ adoleſcentiæ errata veniam merētur beneq; obſeruat Olympiod. hoc loco velle Iobum oſtendere ſe ætatis culpa ſontem aliquando fuiſſe, vt ætati veniam facilius impetret, vt ille dixit.

Adoleſcētia pro ignorantia.
Ier. 1. 6. 7.
1. Cor. 14. 20.
3. Reg. 3. 7.
2. Paral. 13. 7.
Pſal. 24. 7.
Hieron. epiſt. ad Cypriana.
Pſal. 89. 8.
LXX.
Tex. Hebra.
Symmach.
Quinta edit.
Aquila.
Pſal. 18. 4.
D.Thom. 1. 2 q. 76. a. 3. 4.
Tiraq. de pœnis temp. c. 8. & 13. l. qui diutiu ff. de pœn.
Olympiod.

,,,,,,,,,,,,,,, *Sed parcimus annis*.
Donamusque nefas, ,,,,,,,,,

In quam rem eleganter diſſerit Lactantius libro de ira Dei. ca. 22. Seneca lib. 3. de ira. Cicero oratione pro Cælio, quem propter ætatem conatur etiam defendere.

Lactan. lib. de ira Dei. ca. 22.
Senec. lib. 3. de ira.
Cicero pro Cæli.

11 Cauſa ad tēperandam pœnam delicti.

Illud etiam præteriti delicti veniam impetrare facilè ſolet, ſi is qui quondam peccauit, poſtea bene honeſteque vixerit; Nam inter præcipuas puniendi cauſas, vt docent Plato in Gorgia, & Seneca lib. 1. de clementia, eſt. vt qui peccauit; corrigatur: quæ in antiquo delicto nullā vim habet, præſertim cum multis ſanctè honeſteq. factis, ſi quæ ſuit præteritæ ætatis macula, deleta & obliterata ſuit. Apud Rhetores autem dicitur hic deprecationis locus. eſt autem *Deprecatio* (vt ait Cicero) *in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur; videlicet cùm petitur, vt propter egregia merita alia delicta condonentur*. Igitur Iob multis pietatis facinoribus clarus conqueritur, nunc *peccatis adoleſcentiæ conſumi*. deprecatur etiam ex poſterioribus obſequijs, vitæ prioris errata. Deprecationis huius illuſtre eſt illud, & præſenti rei perſimile exemplū, quod ſcribit lib. 7. Herodot. de Sandoce quodam, cui ait cuiuſpia veniam propter multa præclara obſequia deprecante, & demum in crucem à Dario ſublato. quod præſtabit in ſuo auctore legere, quam deſcribere.

Plato.
Seneca.
Cicero de inuen.
Deprecatio quid apud Rhetores.
Herod. lib. 7.

XXVII. Poſuiſti in neruo pedem meum & obſeruaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedum meorum conſideraſti.

1 *Neruus ad imbecillitatem, vel robur ab alijs accipi. Neruus vinculi genus quale.*
2 *Neruus in Hebræo quid.*
3 *Quid neruus & vincula ſignificent. ad dolores & calamitates referri.*
4 *Aegritudines, & calamitates, cuſtodia arctiſſima. Deſcriptio carceris teterrimi ex Ieremia.*
5 *Varia lectio. Conſiderare in Hebræo quid. exquiſita ſeueriſsima iudicis diligentia in inquirendo delicto. Illuſtratus locus Iudicum. Defenſio Vulgatæ.*
6 *Veſtigiorum conſideratio, ad diligentem criminis inueſtigationem. illuſtratus Daniel.*
7 *Radix quid in Hebræo, & ad quæ transferatur.*

1 INterim (inquit) dum tu ſcribis extremam mei capitis ſententiam, *pedes meos in neruo poſuiſti*. quod miſeriæ & cruciatus amplificatio eſt. & non deſunt quidem, qui de maxima imbecillitate & tenuitate pedum, totiuſque corporis, dictum eſſe velint, vt nihil præter oſſa & neruos habere videretur; & inſuper (inquit) obſeruas * *ſemitas meas*, cùm vix *pedem* figere firmus præ imbecillitate poſsim. Cæterùm, neque ſenſus hic cohæret, & tum ab Hebræo, tum à Græco & Latino alienus eſt. namque potius Latinus *neruum* pro robore & & viribus ſumit, & imbecillitatem, eneruem, vel eneruatam appellat. conſentiunt igitur omnes *Neruum*, hoc loco eſſe vinculi, aut compedis genus. in qua etiam ſignificatione, licet ab alia radice, interpres *neruo* vſus eſt. Ier. 29. *Vt mittas eum in neruum & in carcerem.* quare ſic legerunt Septuag. *Poſuiſti in impedimento pedem meum.* Symmach. *in anguſtia & miſeria.* Aquila, *Sicut de ligno carceris.* quanquam Catenæ auctor dicat legiſſe Aquilam, *Poſuiſti in cippo pedem meum.* S. Auguſt. *In compede.* Sed cuiuſmodi fuerit hoc vinculi genus, nondū certo cõſtat. Nā Feſtus ait: *Neruum appellari vinculum ferreum, quo pedes vel ceruices impediuntur.* quod ex Feſto iiſdē penè verbis deſcripſit Iſidorus. *Argolla y cadena, o pie de amigo.* atque idem fortè, eſt illa Auguſtini lectio, *compede.* atque *neruum* etiam, per compedes explicat Gellius lib. 11. in lepido illo Catonis dicto, *Priuatorum fures in neruo & compedibus ætatem agunt, publici in auro & purpura viſuntur.* & Hebræus apud Caiet. ait eſſe *ferream catenam, qualis apponitur ſuper pedes ſeruorum, ne liberum ſit eis fugere, quamuis* (inquit) *ex textu tantum colligitur, quod per modum annuli cingebat ſupremam tibiæ partem.*

Aliorum expoſitio.
*Eſtoy tan flaco que no me puedo tener en pie, y eſtays mirando ſi lo aſſiento bien.
Neruus ad vim & robur.
Neruus, vinculi genus.
Ier. 20. 2. 3. & c. 29. 26.
LXX.
Symmach.
Aquila.
Nicetas.
Auguſt.
Feſt. Pomp.
Iſidor.
Auguſti.
Gell. lib. 11. c. vlt.
Caiet.

2 Hebræi verò ferè exiſtimant, vocem, *ſad*, eſſe vinculi genus lignei, *brete, o cepo.* quare alij legunt *cippum*; vt Rab. Dauid, Zamora in dictionario paruo, Complutenſes, qui dicunt eſſe lignum perforatum, quo pedes vinctorū continentur. Rab. Mardochai in ſuis concordantijs. & ait lingua vernacula vocari *cepo.* idem Regia & Tygurin. & idem videntur etiam agnouiſſe Septuaginta, dum hanc ipſam vocem infra cap. 33. vbi hæc eadem ſententia repetitur, *lignum* vertunt.

סד
R. Dauid.
Zamorenſ.
Complut.
R. Mardoch.
Regia.
Tyguri.
LXX.

Sed quid vinculi & compedum tranſlatione velit ſignificare Iob, Diuus Thomas, Lyra, Dionyſ. & Latini alij interpretantur, diuinā videlicet legem, diuinorumque mandatorum vincula, quæ ſunt *alligaturæ ſalutis*, quibus dicat Iob ſuos pedes (id eſt) animi affectiones detentas, & cohibitas fuiſſe, ne liberè per illicita vagarentur, aut aberrarent. atq; ita hac circumloqutione ſignificat ſe innocentem eſſe quaſi dicat; Quaſi aberrantem hominem, & à lege tua diſcedentem me damnas, cum me ſemper tu ipſe continueris intra tuæ legis vincula, & carceres. Sed durè connectitur, & præter rem videtur hæc nunc allegoria, cum manifeſtè per vincula, funes, compedes, carcerem ſoleant cruciatus & dolores intelligi, atque debeant, in quibus detineri ſolent capite damnati. fortè etiam reſpicit ad peculiaré aliquem ſurarum, pedumve morbum, atque tumorem, quo prohiberetur incedere non minus, quam ſi compedibus detineretur. vt ſupra diximus cap. 2. 3

D. Thom.
Lyra.
Dionyſ.
Vincula & neruus quid ſignificent.
Eccleſ. 6. 31.
Vid. c. 2. in enumeratione morborum Iob 4. n. 2.

Et obſeruaſti omnes ſemitas meas. amplificatio eſt arctiſsimæ cuſtodiæ. Præterquam quod in neruo & in vinculis ſum, omnes aditus viaſque præcludis, ne vllum mihi pateat effugiū; vt ſi ex vno expedire mihi contingat, in aliud incidam. ita omnes mihi ſemitas alicuius ſolatij liberè captandi intercludis, cuſtodis, obſeruas. & fortè tranſlatio ducitur, non tam ab hominibus cuſtodientibus reos, quam ab ipſa arctiſsima cuſtodia, in qua quantumuis vincti aſſeruentur, nihilominus tamen in carcerem conijciuntur vndique ſeptum muris firmiſsimis, vt omnes ſint euadendi ſemitæ penitus interclusæ. qua ratione ſimillimus erit locus Threno. 3. *In tenebroſis collocauit me* (in ſubterranea videlicet & obſcuriſsima carceris parte) *quaſi mortuos ſempiternos* (videlicet, non hæc viuorum ſtatio, non damnatorum tantum, ſed iam mortuorum atque ſempiterna obliuione ſepultorū) *& circum ædificauit aduerſum me, vt nō egrediar* (fortiſsimos atq; altiſsimos erexit muros, vt omné fugiendi ſpē mihi adimeret;) *aggrauauit compedē meum* (nouis me quotidie vinculis additis conſtringit) *ſed & cum clamauero & rogauero, excluſit orationem meam. Concluſit vias meas lapidibus quadris, & omnes vias meas ſubuertit.* omnes videlicet meas cogitatiões, atque ſpem libertatis, præcluſis aditibus, interclusit ille. 4

Aegritudines & calamitates, cuſtodia arctiſſima.
Thren. 3. 6.
Deſcriptio carceris teterrimi.

Et veſtigia pedum meorum conſideraſti. Lōgè diſcedunt Hebraizantes ab hac lectione. Nā Pag. cum R. Leui legit, *Super talos pedum meorum imprimetur.* Hebræus apud Caietan. *Super radices pedū meorum ſculpes.* Vatabl. *Super radices pedum meorum excauatum eſt.* Tygu. *Radicibus pedum meorum veſtigia imprimis.* Iſidor. Clar. *Conſtringis talos pedum meorum.* in huius varietatis cauſa eſt verbū *conſiderandi, Chakah*, quod Latinus interpres, non vno modo reddere ſolet. nam Iob 14. vertit, *exarare.* Ezech. 23. *Exprimere imagines.* Ezechiel. 4. *deſcribere ciuitatem.* Iſai. 10. *condere*, vel *ſtatuere leges*, & inde dicitur *legifer.* Deut. 33. *doctor*, Gen. 49. *dux.* Iudic. 5. & quidem propria ſignificatio hęc eſſe videtur, formam alicuius rei, 5

Pag.
R. Leui.
Caiet.
Vatab.
Tygurin.
Clarius.
חקה
חקקים
Iob. 19. 24.
Ezech. 23. 14. & 4. 1. & 33. 22.
Deut. 33. 21.
Geneſ. 49. 10.
Iud. 5. 15.

Imaginem, aut effigiem ſtatuere, vel exarare, impreſſo ſigno aut nota, aut ſculptura, ſcripturave, aut alia quapiam ratione. quare lex ab hac radice dicitur, quaſi *ſcripta*; vel *exarata*, aut *ſculpta* vitæ imago. & Elias Thisbites ait, inde dici *Impreſſores librorum*, *Mehokkim*, deſumiq; ex illo Iſa.10. Væ qui ſcribũt decreta iniqua. Hebraizantes igitur ſuppoſitum huius verbi exarandi, aut imprimendi faciunt *neruum*, aut *cõpedem*. & *veſtigia*, aut radicem *pedum*, inferiorẽve illam cruris partem appoſitum. reddunt itaq; ſententiam hanc * *Neruum*, aut cõpes, aut vinculum ſuper pedes meos imprimetur; ſuã figuram in meis pedibus exarabit, deſcribet, inuret. Sed Vulgatus tamen illam ſignificationem verbi exarandi, aut deſcribendi, & ſtatuendi certam formam, & effigiem alicuius rei, ad attentam conſiderationem retulit, quæ, velut effigies quædam atq; figura imprimitur conſiderationi, & aſpectui, & quaſi notatur, inuritur, inſculpiturq; in mente, aut in oculis; & cum idem verbum pertineat etiam ad iudicem & legiferum, tum etiã ad leges & ſtatuta, videtur hoc loco ea conſideratio debere intelligi, quam ſeueriſsimus aliquis pariterq; ſolertiſsimus iudex adhibere ſolet, in inquirendo & inueſtigando alicuius ſcelere, & cõiecturis faciendis, obſeruandiſque minutiſsimis quibuſcumq; rationibus, verbis, veſtigijs: ita vt reus dicere poſsit, ſeueriſsimum iudicẽ ſuorum etiam *pedum veſtigia conſideraſſe* & obſeruaſſe, notataq; habere. Quo pertinet Auguſtini lectio. *Radices pedum meorum contemplatus es.* nos per amplificationem dicere poſſemus, *quent amos los paſſos y hazeme cabeça de proceſſo de que piſe el Sol.* & quidem hanc ſignificationem *conſiderandi*, & obſeruandi agnoſcit inter præcipuas R. Mardoch. appellatq; *cogitationem cordis*, *& conceptum animæ*. & ad hanc ſignificationem adducere conatur locũ illum Iud.5. *de Machir principes deſcenderunt*. cum enim pro voce, *Principes*, aut legiſlatores, ſit *Mechokekim*, ple vertit, *cogitationes*. *Magnæ cogitatiões cordis. Cor enim* (inquit) *decernebat & cogitabat, quomodo nõ vincerent ad prælium.*

Si velis etiam alluſionem fieri ad illam ſignificationem pingendi, vel deſcribẽdi formam aliquam aut effigiem, poterit quidem cum mentis conſideratione aptè coniungi in hanc ſententiam, Super *veſtigijs pedũ meorũ* imaginaris. id eſt, cùm in loco aliquo vetito conſpicis impreſſa veſtigia, illa ſtatim curas, præcipisq; deſcribi, propriamq; menſuram, atq; figuram depingi, vt melius inquirere poſſis, an illa veſtigij forma meis pedibus cõueniat; atq; ita per exquiſitam hanc *veſtigiorum* obſeruationem me poſſis reum peragere vitæ alicuius prauæ. qua *veſtigiorum obſeruandorum* arte, & occulta facinora perquirendi, ſolertiſsimi aliquando iudices vtuntur; & non ſolum humani veſtigij, ſed etiam vngularum equinarũ formam & figuram deſcribere ſolent, ſi quando impreſſas videant iuxta cadauer hominis interfecti. qua etiam obſeruatione & arte vſus eſt Daniel ad detegẽdam occultam illam ſacerdotum Belis nequitiam; notatis enim in pauimento conſperſo cinere veſtigijs, Regem admonuit, *Animaduerte, cuius veſtigia hæc ſunt. & dixit Rex; Video veſtigia virorum & mulierum, & infantum.* Ergo inquit Iob, Non contentus quòd me in tam arctam cuſtodiam conieceris, vitæ præterea meæ rationes omnes minutiſsimas, ſupra quam dici poteſt, accuratè diſquiris. & ita veſtigia obſeruas, vt cùm videas alicubi malè impreſſa veſtigia in via iniquitatis, formam illicò veſtigiorum tranſcribas, vt cum meis pedibus comparata, alicuius mei criminis teſtimonium eſſe poſsit.

Quod autem de *Pedum radicibus* Hebraizantes legunt, tum etiam Septuag. *ad radices pedum meorum perueniſti*, ſicut certum eſt, *Sores*, ſignificare radicem, ſic etiam dubium non eſt transferri poſſe ad ſignificandam quamcumq; rem aliam infimam, & cuiuſq; rei fundamentum. quare etiam accommodari ad *veſtigia* poteſt, & ſic etiam infra 19. dicitur (vbi tamen videtur durior tranſlatio,) *Radicem verbi inueniamus contra eum*. & quidem eò meliùs huic loco quadrabit, ſi *veſtigium* ſumatur, vt ſæpè apud Latinos ſolet, non tantum pro impreſsione pedis, ſed pro ima parte, id eſt, pro planta pedis, qua ratione illi prouerbialiter dicunt *à veſtigio ad verticem*. Ergo inquit; Non ſolùm veſtigia impreſſa conſideras, ſed etiam attentiſsimè diſpicis, an aliquid pulueris meis pedibus adhæſerit, quem nunc ingenti ſupplicio à me excutias. quamuis ego iam pœnitentiæ lachrymis animi mei maculas eluerim; quamuis ita lotus ſim, vt neq; quidem fortè *indigeam, vt pedes lauem vt ſim mundus totus*, ſed tu tamẽ me reputas, quaſi *pedibus exaratus* ſim. cum quo etiã illa Septuag. lectio conuenit, *Ad radices pedum meorum peruenisti*. id eſt, me exploraſti à vertice ad pedes, vltimaque veſtigia. Quid autem hac dicendi ratione ſignificetur, eleganter expoſuit Polychron. *Nihil* (inquit) *eſt in meis actionibus, quod non curioſius perſcruteris, tum cauſas, tum initia, plura earum, quæ a me in vita aguntur, obijciens, & tenuiſsima itineris mei veſtigia indagas, vt pro ſ. ſpacio conſtringas.*

XXVIII. Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum, quod comeditur à tinea.

1 *Varia lectio.*
2 *Conſumere quid, Abſtractum pro concreto. Varia lectio. Illuſtratus Dauid.*
3 *Humana imbecillitas in putredine, & veſtimento.*

Cvm in Hebræo illius verbi *conſumendi* ſuppoſitum non aliud ſit, quàm relatiuum, quod ad multa referenda indifferẽs eſt, Caietanus ad *pedem* refert, legens; *Et ipſe ſicut putredo conſumetur*. quam lectionẽ alij ferè Hebraizantes retinent. id eſt, propter compedis anguſtias, pes computreſcit, & totus iam manat ſanie & ſanguine. Vatab. multò lõgius cõiungit cũ folio illo arido nuper collapſo, qđ hoc loco aſſeratur vetuſtate conſumendum. ita vt ſententia integra hæc conficiatur; *Mirũ eſt, quod tanto ſis in conterendo homine, qui ſimilis eſt folio, quod vento rapitur, & ſicut putredo cõſumitur.* ſed multò & propinquiùs & elegãtiùs Latinus interpres pronomen illud cũ ipſo Iobo coniunxit,

Margin notes (left): חקה במקקים. — * Los grillos ſe me entran por las carnes, y me deguellã las gargantas de los pies. — Exquiſita diligentia in inquirendo delicto. — *Auguſt. lect.* — *R. Mardoch.*

Margin notes (right): *Dan.14.18.19.* — 7 *Hebraizan.* — LXX. — שרש Radix, quid propriè in Hebræo, & ad quæ trãſferatur. — *Iob.19.28.* — *Ioan.13.10.* — LXX. — *Polychron.* — 1 Varia lectio. — *Caiet.* — *Regia.* — *Vatab.*

Auguſt. *Pagni.* *Tygur.* iunxit. ſic legit Auguſt. *qui veteraſco*. & Pagninus, *ipſe homo vetus pedibus pop…, vt … quaſi putredo veteraſcet*. atque Tygur. *Cum ipſe, ceu putrida res, vetuſtate conſumendus ſim*. neque obeſt, quòd verbum in Hebræo ſit in tertia perſona, cùm non rarò prima de ſe ſub nomine tertiæ loquatur, vt ſupra obſeruauimus ad initium cap.7.

2 רקב Abſtractum pro cõcreto. *Quaſi putredo*. Hoc loco nomen abſtractum manifeſtè pro concreto vſurpatur, nõn enim conſumitur putredo, ſed res putrida. cuiuſmodi autem ea res intelligenda ſit, non nulla

LXX. eſt inter expoſitores varietas: nam Septuagin. ſupponunt, *vtrem Veteraſcit* (inquiunt) *ſicut vter*.

Auguſt. ſimiliter legit Auguſt. & quidem videtur quadrare cum verbo originali conſumendi. *Balah*,

Conſumere quid propriè בלה quod eſt ſeneſcere, aut vetuſtate conſumi, vt

Pſal. 118.83. ſit alluſio ad illum locum Pſal.118. *Factus ſum, ſicut vter in pruina*. nam eiuſmodi coriũ præ frigore & antiquitate rigeſcens, corrugatum, contractum, & ad multam duritiem redactum extendi non poteſt, neq; vlli vſui idoneũ eſt.

Thren. 3. cum quo facit id Threnorum. 3. *Vetuſtam fecit pellem meam*. id eſt, planè conſumptus, corrugatus, contractus ſim, ſicut vetuſtiſsimus quidã vter. non aliter (inquit Iob) conſumptus ſum, & ad incredibilem rugarum contractionem redactus, inſtar vtris. vel etiam in hanc ſententiam, Quamuis nunc morbo & ægritudine inflatus ſim, atque diſtentus, parum abeſt, quin iam aperto orificio expirem animam, atque inſtar vtris exanimati iã atq; conſumpti, atq; propter multam vetuſtatem inutilis foras proijciar. Hebræizantes verò, *quaſi putridum intelligunt* … ſine exemplo … interpretis;

Iob. 41.18. qui infra cap. 41. ſimili modo vocem … verterunt: *… quaſi lignũ putridum eſt*. ſed … putredinis libenter amplectimur, … & quidem vox abſtracta … & ſignificantior eſt, poſſetque in vnam ſententiam omnia conuenire. ait ergo, Cùm mortalis ego ſim; & corpus hoc corruptibile, & carioſum inſitam putredinis & corruptionis originem habens, cumque veteraſcam & conſumar quaſi putredo, quorſum me velis ad ſummam vetuſtatem malorũ

Putredo cuius rei ſymbolum, grauiſsimorum diuturnitate redigere? conſumar ego ipſe atque veteraſcam etiam te non vrgente, neque macerante hoc corruptibile corpus. Aſſert ſine huiuſmodi *putredo* ſummã imbecillitatem rei putreſcentis, cõtemptum etiam, & ingenitum mortis initium in ipſa noſtri corporis conſtitutione. Alia dicemus

Cap. 17.14. inferius cap.17. ad id, *Putredini dixi Pater meus es*.

3 Humana imbecillitas. *Et quaſi veſtimentum, quod comeditur à tinea*. Vel viliſsimus, minutiſsimus vermiculus me comedere & deuorare poteſt. viliſsimo omni iſto animalculo, imbecillior ego, atque inferior, atque eſca vermium. ſententia hæc frequenter vſurpatur in ſacris atque de illa non pauca diximus ſupra cap.4.

CAPUT

BREVIS NOTATIO RERVM INSIGNIORVM,

quæ in commentarijs fuſiùs explicantur.

1 Ecce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi ſingula.

2 Secundùm ſcientiã veſtram ego noui: nec inferior veſtri ſum.

3 Sed tamen ad Omnipotẽtem loquar, & Diſputare cum Deo cupio:

4 Priùs vos oſtendens fabricatores mendacij, & cultores peruerſorum dogmatum.

5 Atque vtinam taceretis, vt putaremini eſſe ſapientes.

6 Audite ergo correptionem meam, & iudicium labiorum meorum attendite.

7 Numquid Deus indiget veſtro mendacio, vt pro illo loquamini dolos?

8 Numquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini?

9 Aut placebit ei, quẽ celare nihil poteſt? aut decipietur, vt homo, veſtris fraudulentijs?

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

IAM igitur ex his, quæ dixi, facilè vos perſpicere poteſtis nulla me diuinæ ſapientiæ atq. potentiæ ignoratione laborare, hæc enim nũc planè video, & cum vos de iiſdem diſſereretis intelligebam; non enim ſunt inaudita, neque à communi ſenſu, & intelligentia remota, neque ego vnquam deſideraui diuinam viſionem & reuelationem, quę de huiuſmodi arcanis me inſtrueret. bene enim hæc mihi perſpecta eſſe, minime vos latere dubito. propterea itaque quòd præclare de Deo ſentiam, & de illius ſapientia, & æquitate, apud illum dicere pro mea innocentia cupio, atque pro veritate aſſerenda, ratione & argumentis vltro citroq; habitis cum illo agere: illius enim ſententiam multò mihi magis ſalutarem, quàm veſtrum iudicium, proculdubio futuram exiſtimo.

Vos quippe compoſitores eſtis, architectíque mendaciorum; qui verborum affluentia pugnantes, falſa mihi crimina affingitis, atque mendacia mendacijs imponitis: nam neq. rectam in admonendo, a conſolandove laborantis hominis animo, rationem tenetis: Nimirum ignoratis commoda, & opportuna remedia ægritudini adhibere, atq. ineptos ſanè & imperitos medicos imitamini, qui cum de morbi, & ægritudinis natura, & grauitate iudicare minimè poſsint, vtilia omnia negligunt pharmaca, & omnia nocíua atq; acerba adhibent, ipſaq; vulnera amplificant, atq; diſcerpunt; non ſecus quam ſi idolum, aut truncum vel ſtipitem curarẽt. ſic ſane nihilo magis ſalutaris eſt veſtra admonitio, neq. plus ego à vobis commodi ſpero, quàm à medico ligneo aut lapideo.

Quare cum nullum meis malis ſolatium afferatis, imò potiùs meam ægritudinem exulceretis, certe in ſtultitiæ notã incidiſtis, a qua vos opportunum ſilentium liberaſſet, ſilentes igitur, atque attentos ad meam orationem vos deſidero, quamuis ex me audiatis, quæ vos pungere, veſtramque orationem abundè refellere, atque erroris & imprudentiæ damnare; tum etiam meam innocentiam tueri & confirmare poſsint.

Dei verò omnia contuentis, præſentia & conſideratio debent ſanè vos à falſa criminatione, temerarioque iudicio deterrere; nõ enim ille delectatur impijs, mendacibusq; miniſtris, neque illius cauſa, & æquitas nunc perecliṫatur, vt veſtro patrocinio atq; defenſione per mendacia, & meæ innocentiæ calumniam quæſita, ille indigeat.

An illius b gratiam inire poſſe vos arbitramini, ſi meæ cauſæ æquitate minimè attenta, audita ve tantum diuini numinis ſplendore & maieſtate, atque ſordido & ſquallido meo conſpectu ducti, me læſæ diuinæ maieſtatis reum pronuntiaueritis? firmiter enim, & conſtanter decernitis fieri non poſſe, quin miſerrimus & ſordidiſsimus homo, æque improbus ſim; neque non potentiſsimus Deus propter improbitatem, me tam acerbe puniat, quaſi ille non ex ratione, & æquitate, ſed tantum ex ſua poteſtate mecum agere velit, neque aliter poſſet ille in mea cauſa victor euadere, quam veſtro iſto temerario contra meam vitæ innocentiam iudicio, quaſi ego Deum vllius iniuſtitiæ accuſarem, aut illius prouidentiæ aliquid iniquitatis affingere conarer. Sed quis nam, obſecro, vos conſtituit iudices? quis Dei patrocinium veſtræ curę, ſolicitudiniq; commiſit? quis illius æquitatis defenſionem veſtrę orationi & diſputationi demandauit?

Nunquid iucundum, gratumque Deo futurum exiſtimatis, ſic cum illo, ſic quoq; mecum agere? atqui minime, illi placebit hoc veſtrũ externum tantum iuſti zeli, & diuini honoris curandi ſpecimen; probè enim ille nouit hæc à vobis dici non ex perfecta in illum charitate, ſed ex contentione atque iudicij temeritate, & præcipitantia. ſcilicet, vti aduocati & patroni ſolent, ita vos Deo

a *Vt amici, conſolatores, & prælati, medici aut chirurgi munus obire debeant pauca quædam.* v. 4. nu. 3. 4. 5.

b *Paulò ſuper* Eleuandæ faciei, *tractatio ad Scripturarum intelligentiam.* v. 8. nu. 1. 2.

tanquam

tanquam clienti, verba dare poteritis, atque perſuadere magnam ex meæ innocentiæ oppreſsione, & vitæ damnatione vtilitatem, laudem ad illum redundaturum.

Vos ſanè ille, qui veritatis & æquitatis amantiſsimus eſt, ſtultitiæ & temeritatis reos peraget, quod de occulta mei animi aut innocentia, aut probitate temere vos iudicare velitis, atque incertis occultisq; meæ vitæ criminationibus, honores vobis quæratis, & ſtulto quodam, ruſticoque pudore præpediti, formidetis liberè coram Deo pronuntiare, me innocentem affligi.

10 Ipſe vos arguet, quoniam in abſcõdito faciem eius accipitis.

Vos itaque ingens Dei ſupplicium formidare iubeo; nam ſtatim vt ſe ille comparauerit ad ſumendam de impijs vindictam, atque ſuæ *c* maieſtatis magnificentiam & celſitatem conſpicuam fecerit, ingentem vobis metum incutiet, & animo & corpore contremiſcetis; cœlitus enim iaculabitur in vos diuinos terrores, & commotiones; cadetque tandem in verticem, quæ iam imminet, ſeueriſſimo vltio.

c Quæ ſit hæc Dei commotio, & vt cùm Deus eleuari dicitur, magnificũ ſui ſpecimen præbeat, quædam ad ſcripturarum intelligentiam. v. 11. nu. 3. 4.

11 Statim vt ſe commouerit, turbabit vos: & terror eius irruet ſuper vos.

Iactis igitur vobis diuini ſupplicij fulmine, nihil priſtinæ gloriæ remanebit, præter puluerem, ac *d* cinerem viliſsimum ac tenuiſsimum, qui ſumpti de vobis ſupplicij æternũ ſit apud mortales, publicumque monumentum. & eorum omnium memoria, quæ honori, & præclare exiſtimationi eſſe poterit, ſempiterna obliuione deſebitur, non ſecus ac illa, quæ ab igne exuſta, & in cineres redacta, omnino euaneſcunt, nihil profecto in aliorum animis, & opinione remanente, præter viliſsima quædam ſupplicij de vobis ſumpti veſtigia, & inutiles quoſdam cineres. Quidquid autem in vobis nunc eminet, & ſublimius effertur, caput, ceruices, videlicet ea omnia, de quibus nunc gloriamini, inſtar viliſsimi luti ab omnibus proculcabitur, tum viuentibus adhuc vobis, tum verò cum infœliciſsimo etiam exitu vitam clauſeritis.

d De Cinere, & cuiuſnam rei ſymbolum ſit, nonnulla verſ. 12. num. 1. 2. 3.

12 Memoria veſtra cõparabitur cineri:

Et redigentur in lutum ceruices veſtrę.

Quare nihil iam mihi ampliùs importunè ſuggeratis, neque aliena curare velitis; vobis enim etiam inuitis & repugnantibus, niſi beneuolas & attentas aures præbere ſtatueritis, dicam ſanè quidquid ex præmeditata diuque ſuppreſſa oratione, mihi nunc in buccam venerit. Neque verò veſtra hoc intereſt, nam ego non veſtro, ſed meo damno loquar. meo enim dolori, medicinam quæro.

13 Tacete pauliſper, vt loquar, quodcumque mihi mens ſuggeſſerit.

Sed quid ego malignæ ſuggeſtionis nunc ſentio, vt ad *e* lacerandum me meis dentibus, & ad mihi ipſi manus afferendas impelli videar? Minime id ego, dolore licet acerbiſsimo torquear. Vos verò profectò ſic exiſtimare videmini, me velle deſperantis inſtar, mortem mihi conſciſcere. ſed id vobis perſuaſum ſit, vita me prius, quam ſpe caſurum. quamuis non immerito nunc inquiram, quam nam ob culpam, ad eos acerbiſsimos cruciatus damner & compellar, vt me propè lacerare velim, & inſtantis iam mortis ſtimulos ſentiam; tamque ſim confectus & tabidus, vt quidquid in meo corpore carnium eſt, dentibus, & vno quaſi bolo attolli, & leuari poſſit, neque de re alia cogitandi atque dicendi, quam de meis ærumnis doloris acerbitas patiatur? Quod ſiquid acerbius dixero, non vobis mortus infligetur, ſed mihi ipſi, nimirum mihi, non alijs iraſcar. Neque vero is ſum ego, qui rabie & furore correptus, crudeliſsima me morte conficere, meq; meis dentibus & vnguibus dilaniare velim, neque vitam ipſam per impatientiam animi, & melioris conditionis deſperationem abijciam, & voluntario diſcrimini, ac morti obijciam. Vnum illud ſemper contendam, me innocentem torqueri; animamque animam, vitamque ipſam pignori opponere ad pœnam meorum verborum libenter ſuſtinendam, niſi vera loquar; non enim aliud dicam, aliud corde ſimulem; perinde enim viuo, ac ſi animam & cor in manu geſtarem omnibus conſpicua.

e De hac duplici phraſ. Lacerandi carnes ſuas & portadi animam in manibus, *paullo fuſior & accuratior tractatio. v. 14. nu. 2. 3. 4.*

14 Quare lacero carnes meas dẽtibus meis, & animam meam porto in manibus meis?

Semper enim ſumma charitate Deum meum complexus ſum; à qua neque mors ipſa me vnquam deijcere poterit. quod cum ita ſit, ſpem ego abijcere me? imo verò ſpes de Dei ope, deque mea ſalute & meæ innocentiæ ſententia, concepta, perſtabo ſanè patiens & longanimis, non enim diuinæ ſapientiæ atque prouidentiæ tempus ego definiam, neque opis ferendæ rationem & opportunita-

f Vt iuſti ſpem firmam de Dei bonitate concipere in ſuis ærumnis ſoleant, pauca quædam ad doctrinam. v. 15. nu. 3. 4.

15 Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo: verum tamen vias meas in conſpectu eius arguam.

tunitatem præſcribam. Interim ſi quid in me peccati, & culpæ inuenero, facti pœnitentia, atque mei ipſius reprehenſione quadam caſtigabo; curaboq; deinceps, quoad fieri poſsit, ſanctè, caſteq; viuere. Ille verò pœnitétiam agenti proculdubio aderit propitius. atque vtinam ſuæ prouidentiæ rationes, quas ego agnoſco, meis aduerſarijs patefaceret, id enim apud meos accuſatores, ſalutare fore mihi non dubito.

16
Et ipſe erit ſaluator meus: non enim veniet in conſpectu eius omnis hypocrita.

Interim mihi ſolatio erit, neque vt ſpero malè cedet, mea hæc coram Deo diſputatio; nam vera pro me dicentem, & iuſta poſtulantem, auditurus ille erit, meq; ſua ſententia innocétem pronuntiaturus. Impij verò & hypocritæ, qui maligno & veteratorio ingenio multa loquûtur, & machinantur, & non tam veritati, quam calumnijs nituntur, nullam poſſunt ſuæ cauſæ fiduciam concipere apud Deum iudicem, in cuius iudicio dolus & impietas ſtare, & comparere minimè audebunt.

17
Audite ſermonem meum, & ænigmata percipite auribus veſtris.

Neq; vero eſt, cur hæc quæ dixi, veſtros animos commoueant, vera enim ſunt; quare vos potiùs benignos; atq; attentos velim, cùm de rebus difficillimis noſtra diſputatio ſit, deq; obſcuriſsimis ænigmatis. ſic enim vos exiſtimatis de meis ærumnis; vt quarum cauſæ vobis ſint obſcuræ, & prorſus ignoratæ, quamuis ego planè, diſerteq; de iuſtorum ærumnis, & mea calamitate philoſophor; non enim ænigmata vobis loquor, ſed ſimplicem & apertam veritaté ſemel, & iterum propoſui: nunc quoq; menté meã exponã.

18
Si fuero iudicatus, ſcio, quòd iuſtus inueniar.

Quod ſi rectè & rite accedere permittar ad meã cauſam dicendam, ſcio ſane me iuſtificatum, & abſolutũ iri. quare iã nunc meã coram Deo cauſam tuendi, certam rationem, modumq; ſeruandum mihi conſtituo, quem à vobis in reſpõdendo quoq; ſeruari velim. fiet enim proculdubio, vt vel hac vna re in mea cauſa obtineam.

19
Quis eſt, qui iudicetur mecum? veniat: quare tacens conſumor?

20
Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abſcõdar.

Iam igitur per me non ſtabit, quin meæ vitæ controuerſia iudicio & ratione peragatur. ſed ne indicta meis accuſatoribus lite me videar defendere, illos expecto atq; prouoco. Eia igitur quare nemo adeſt, qui mihi intendat litẽ criminis alicuius? quiſquis volet, prodeat tandem. ſed quid ego? ſi Deus, cuius amplitudo atque maieſtas ſuprema eſt, mecum certamen initurus ſit? at qui non tacebo tunc tandem. nam qui ſibi mali alicuius conſcij ſunt, hi iudiciariam litem, æquiſsimumq; iudicis ſententiam reformidant, neque habent quid iure pro ſe dicant, quare patronos conducunt, vt illorum oratione & patrocinio iuuari poſsint. at ego quorſum alio patrono, quàm mea ipſa ſimplici & aperta oratiõe vti velim? quorſumve ſinam me tacitum damnari? quod ſi verum aliquod crimẽ mihi aduerſari' obijciat, obmuteſca, ſicq; tacitus cõſumar, & peribo, neq; verò ampli' is me dolor cruciabit, quòd cauſa indicta & falſa criminatione nondũ propulſata damnatus fuerim.

21
Manum tuam longè facà me: & formido tua non me terreat.

22
Voca me, & ego reſpõdebo tibi. aut certè loquar. & tu reſponde mihi.

Illam autem cautionem ante diſputationis congreſſum poſtulabo, duplici hac ratione contentam; primum ne doloris & ægritudinis acerbitatem, quæ me malè habet, & orationis facultatem adimit, exacuat, amplificetve Deus, ſed potiùs nunc remittat, & extenuet. Deinde, vt ſuæ maieſtatis ſplẽdorem terrificum temperet, & diſsimulet, ne mortem mihi tanti numinis terror & cõſpectus afferat. hæc ſi ille mihi concedat, optionem illi ego concedo ſuſtinendi quamcunq; partem volet, ſiue actoris, ſiue rei; vel potiùs expoſtulantis, obijcientiſq;, aut verò reſpondentis, & obiectionibus ſatisfacientis.

23
Quantas habeo iniquitates & peccata, ſcelera mea, & delicta mea oſtende mihi.

Quamuis igitur adhuc vſq; tanquam indignus flagitioſuſq; habitus ſim, & quem Deus ſuo colloquio minimè dignaretur, ſed iã nunc facta venia, inde exordiar, vt meæ cauſæ ſtatus mihi exponatur, quam nam ob cauſam ad tam acerbos cruciatus ego damnatus ſim? licet enim reus merito damner, iure meo poſtulo, damnationis mihi cauſas exponi, vt &, ſi quæ ſunt, lachrymis deprecer, aut verò ſi me omni crimine obiecto purgauero, publicũ habeam de mea innocentia teſtimonium. quod igitur, aut quãta ſint ſcelera, ſemel & iterũ, ter etiã & quater pſpecta mihi eſſe cupio, & poſtulo, nã iſti mei aduerſarij, nihil certi & explorati afferũt.

24
Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuũ?

Atque cùm à me rogatus & poſtulatus, ô ſupreme iudex, nulla mea ſcelera, q̃ apud te ſint delata, proferre velis, ſanè tuo iſto ſilẽtio teſtari videris, nihil vnq̃ in me repertũ, quo te grauiter offenderim.

derim.cur igitur,aut quod nam ob meritum meum,tanquam cum inimico mecum agis?abſcondis enim,auertisq́; faciem, quod vtiq; facere ſoles,cùm vehementer tibi diſplicet impiorum hominum conſpectus.dānor igitur miſer indicta cauſa,& lite iā confecta non permittor meum iudicē videre,neq; deprecari. g Cum igitur tuo conſpectu frui non liceat, timeo, ne iam pro iudicum conſuetudine, in occulto capitis ſententiam contra me ſcribas.at ſcio benigniſsimum iudicem, ſi me incredibiliter laborantem aſpectu ſuo dignaretur,temperaturū mitigarumque tam immanes cruciatus. Sed quid meum ille conſpectum fugiat?quaſi ego hoſtis ſim,quē fugere,& timere ille poſſit. ſcilicet meam imbecillitatem reformidet Deus. An verò auertit ille à me oculos,cùm pro mea innocentia dicere inſtituo,inſtar iudicis, cui reus clamans,impius præſertim,infenſus eſt valdeque moleſtus?

g Quid ſit Faciem abſcondere, quid etiam, cùm ad iudicem, aut ad iudicium refertur in ſacro ſermone, diſſeritur. verſ. 24.nu.1.2.3.

25 Contra foliū,quod vento rapitur,oſtēdis potentiam tuā, & ſtipulam ſiccam perſequeris?

At ſi me audire non vis, neq; reſpicere,iam nunc hominem nihilo pluris facere videris,quam viliſsimas quiſquilias.at tuæ immenſæ poteſtatis nō eſt,contra h folium,cui auellendo,&raptando aura tenuiſsima ſufficit,aut contra leuiſsimam paleam,quæ ſua ipſius leuitate agitur,& trepidat,tuas vires exerere & exercere, atq; te in conterēdo & perdendo potiùs, quàm intuendo & conſeruando virtutem tuam diuinam conteſtari?Iam verò collapſum folium, quid velis confringere,& in minutiſsimos pulueres redigere? ita ne tu inſidias homini ſupponere videaris,& rem vehementer imbecillam inſecteris?Quod ſi vllum humanæ vitæ,florentiſq́; fortunæ virorē auferre decreueris, non ille ego ſum,qui quondam;omnino iam i exarui, & quidquid vitioſitatis ex florente quondam ætate & ſtatu prouenire potuit,abſumptū eſt.florebam quondā velut prægnans ſpica:at nunc bonis omnibus decuſsis,& ne vno quidē grano relicto,inutilis palea iaceo.quid ergo à me repetis?quid perſequeris?quid leuiſsima omnia errata meæ vitæ, velut minutiſsimas paleas minutatim colligis,vt grauiter me propter omniū lapſuum meæ vitæ cumulum reprehendas?Palea ego cū ſim,ne me tuę indignationis ſpiritu tranſuerſum agas:ne me igni committas.

h De folij in ſacro ſermone arcana ſignificatione, tum etiam de humana imbecillitate, ex hac folij & arboris ſimilitudine, ver.25.nu. 4. & vt potiùs Deus ſit protector à turbine.nu.3.

i De ſtipula arcana ſignificatione,pluſcula, ver.35.n.5.6.7.

26 Scribis enim contra me amaritudines, & conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ.

At qui iā k ægritudinis acerbitate & ardore peruror,cōſtitutas enim à te pœnas grauiſsimas ſuſtineo,quaſi ego te exacerbarim vllo ſcelere,& tuo palato acerbus,&amarus vnquam extiterim,ita obſeruas,& repetis ea,quæ te amaricent,& aduerſum me exacerbēt,atq; conceptā iram,biliotamq; indignationem profundere compellant.Scribis tandē,ſententiamq́; tua manu & ſigillo munis,vt acerbiſsima morte plectar nō quidē ob vlla præſentis vitæ ſcelera,ſed ob aliqua fortè prioris vitæ errata,quorū pœnæ atq; ſupplicia in vltimam iſtam miſerāq; ſenectam meā deuoluātur.atq; ſi vel illa prima ætas ſuas culpas & peccata iure ignorantiæ,& innatæ imbecillitatis,quæ multorū lapſuum occaſiones afferūt, veniā deprecetur,æquū profectò eſt,te parcere annis,& errata priſtina recte poſtea & honeſte actis benignū cōpenſare.

k De varia atque multiplici amaritudinis ſignificatione, et vſu in ſacro ſermone, fuſior tractatio. ver.26.n.1.2.3.

l De ſignificatione adoleſcentiæ,& vt cum ignorantia coniuncta ſit, tum etiam vt ex adoleſcentia petatur deprecatio ſupplicij,quædam ex ſacris et prophanis. ver.26.n.9.10.11.

27 Poſuiſti in neruo pedem meum:

Et obſeruaſti omnes ſemitas meas.

Et veſtigia pedum meorum conſideraſti.

Sed me miſerū, interim enim dum ſcribis extremā mei capitis ſententiam,me imbecillum,& præ corporis macie & tenuitate pedibus conſiſtere non valentem, inermem, & elumbem detines arctiſsimis compedibus omnibuſq; vinculorum generibus conſtrictum. ſed quid nunc obſecro,tanq̄ fugitiuum,& erronem ſeruum coērces,& ſupplicijs conſtringis,cū me ſemper continueris intra tuæ legis perſcripta? ſanè iſti mei pedes pluſquam compedibus,& ligneis, ferreiſq; vinculis compediti ſuo morbo atq; dolore ſunt, neq; latum vnguem à loco mihi conſtituto diſcedent.obſeruas præterea aditus omnes, atq; vias præcludis,quibus mihi ſolatij alicuius vel tenuiſsimi effugium patere potuiſſet. cum tamen tam arcte & fortiter me mea vincula conſtringant,ac ſi impreſſa & immerſa eſſent ipſis pedibus. prætereaq́; obſeruas & inueſtigas,vbi vnquam veſtigia fixerim, ne quid ſine ſupplicio prætereat,omniaq́; ſeueriſsimi, & ſolertiſsimi iudicis aduerſus inſignem aliquem impium,in mea cauſa præſtas:omnes enim meas actiones,atque illorum initia, cauſas,fines, & vel tenuiſsimas fibras perſcrutaris,vt inde mihi capitalem criminationem ordiaris.

28 Qui quaſi putredo, cōſumendus ſum: & quaſi veſtimentum, quod comeditur à tinea.

Sed quidquid tādem de me fiat,putreſco iā totus, ſanie ac ſanguine mano,terramq́; ipſam infundo,atq; in ipſis vinculis contabeſco. atqui ad ſummā vitæ vetuſtatē redigerer ſane mihi ego relictus,vt qui inſitum habeā corruptionis,& putreſcentiæ initiū,etiam te non vrgente, neq; meum interitū procurāte.ſeneſcerē itaq; ego,planeq; deficerē & inſtar veſtimenti arroderer,& cōficerer vermiū ipſe,& tinearū eſca.

CAPVT XIIII.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Perſequitur humanæ vitæ ærumnarum enarrationem, ex qua diuinam commiſerationem excitet, & ſuis cruciatibus remedium aliquod atque leuamen quærat.

I. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs.

1. *An Iob de ſe tantum loquatur.*
2. *Hominis, & mulieris nomina appellatiua. Mulier imbecillitatem ſonat. illuſtrati Paulus, & Ioan.*
3. *Mulier iniquitatis radix. Lyciorum lex. Natiuitas ad conceptionem etiam refertur.*
4. *Quid Breue, & Abbreuiare ex Hebræo. explicatus Dauid, & Eccleſiaſticus.*
5. *Repleri & ſatiari ad animi ventriculum tranſlata. Miſeria, & miſer propriè de homine. quid in Hebræo.*
6. *Varia lectio, & miſeriarum ratio.*
7. *Miſeria cibus & potus hominis, & qualem ſomnum, aut inſomnia afferant.*

1 An Iob de ſe nunc loquatur.

QVAE HOC LOCO DE Hominis imbecillitate & ęrumnis, dicuntur, ſicut ad vniuerſos, qui naturæ humanæ participes ſunt, pertinere certũ eſt: ita negandum non eſt, Iobum de ſe potiſſimum loqui, & quæ dicit vniuerſa de ſuæ vitæ miſera conditione velle intelligi. vt ex contextu apertè colligitur, cum ait, *Recede paululum ab eo.* videnda omnino ſunt quæ diximus initio. c. 7. in hanc rem ipſam.

2 אדמ אשה *Gen. 2. 23. Philip.* Nomina hominis & mulieris, an appellatiua.

Homo. Hic eſt *Adam*, appellativè ſumptum, & mulier eſt, *Iſa*, quæ Geneſ. 2. dicitur, *Virago, quia de viro ſumpta eſt*. atque cum emphaſi hoc loco dicitur. & Philipp. quidem vult alluſionem fieri ad *Euam*, quæ quodammodo fuit cauſa peccati, & radix, occaſiove, per quam ſerpens peccatum homini propinauit, & immortalitatem eripuit, atque miſerias innumeras in mortalium genus inuexit. rectè igitur Adami, & Viraginis mentio vſurpatur, cùm de humanis ęrumnis ſermo fit. nam tranſgreſsionis culpam, & omnium ærumnarum cauſam in mulierem reiecit non Adamus ſolùm, ſed Paulus, cùm. 1. ad Timoth. 2. dixit, *Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit*. Sed quidem hoc loco *mulieris* nomine incredibilis quædam imbecillitas, & miſeriarum tum humanæ naturæ & conditionis, tum morum ſignificatur. eandemque indicari exiſtimat Auguſt. & Theoph. cum Ioan. 1. cap. regenerationem ſpiritualem *filiorum Dei*, docet fieri, *Non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis*. id eſt, *mulieris*. ideo enim ſubiungitur, *neque ex voluntate viri*. in cuius ſymbolum videtur accepiſſe Adam mollem, & infirmam carnẽ, pro coſta, quam ſubminiſtrauit formandæ Euæ, quaſi par pari cõpenſaretur. quid enim aliud formata Eua fuit, quam mollis & imbecilla caro? *Repleuit* igitur *Deus carnem pro ea.* atque eò etiam reſpexiſſe videtur Paulus Galat. 4. cum ait *Deus filium factum ex muliere.* nõ ſolum propter myſterium, quod ex ſola virgine ſine viri opera natus fuerit, ſed vt ſignificaret naſci voluiſſe paſsibilem, mortalem, infirmum, vt qui ex muliere naſceretur: & vt in Dei ſapientia, in qua nihil inualidum, & imbecillum per ſe eſt, ex humana carne & muliebri infirmitate, humanas ærumnas & imbecillitatem veriſsimè fuiſſe fateretur: contrario modo atque deluſa antiquitas fabuloſè ſuam ſapientiam fortem, & armatam cõſtituebant;

1. Tim. 2. 14. Mulier imbecillitatis ſymbolum. *Auguſt. Theophil. Ioan. 1. 13. Gen. 2. 21. 22. Gal. 4. 4.*

Hanc de patre ferunt, ſine matris fœdere natam.

Martianus in Palladis hymno.

Hinc quidquid molle & infirmum eſt, *mulieris* compellationem habet in ſacro ſermone. Ier. 51. *Deuoratum eſt robur eorum, facti ſunt quaſi mulieres.* Cùm verò non ſolum ad miſeram naturæ conditionem, ſed etiam ad morum prauitatem locus hic reſpiciat, commode etiam *mulieris* meminit, quę totius iniquitatis, ſcelerum, mendaciorum inuentrix, machinatrix, & typus eſt. vti Zacha. c. 5. oſtenditur. cum enim vidiſſet *mulierem ſediſſe in medio amphoræ* dictum illi ab Angelo eſt, *Hæc eſt impietas* quaſi fœminæ iniquitas omnem ſcelerum modum atq; menſuram, non ſolùm implere, ſed etiam cumulare, atq; excedere videatur. ſed de hoc aliquando plura. Mulieris prætereа, & matris potius, quam viri & parentis meminit, tum quod plus mollioris, infirmioriſq; ſubſtantiæ a matre habeamus, quam a patre: tum quod in materna aluo tanquam in totius imbecillitatis, atque miſeriarum officina formetur homo. atq; hinc forte Lyciorum illi populi, quos Xanthios appellat Plutarch. lege cauerunt, vt à matribus non à patribus filij generis nomen ſortirentur. atque id in vniuerſum Lycijs lege conſtitutum fuiſſe ſcribit Herod. l. 1. *Quod ſi quis* (inquit) *obuiũ percontetur, quis nam ſit, quavè familia ortus, à matribus, auijsque protinus genus ſuum repetet.* atque huius ratio illa eſſe videtur, quòd plurima ſubſtantia eorum quibus conſtamus, materna ſit. quare miſerrimum & ærumnoſiſsimum oportet eſſe mortalium genus, quod hac ratione originem ſuam ad *mulierem* referat, *matrem cunctorum viuentium.* Cum verò *natum* dicit, non ſolum natiuitatem intelligere videtur, ſed etiã quidquid in hominis conceptione & formatione præcedit. eſt enim vox, *jalad*, non ſolum pariẽdi, & naſcendi, ſed etiam concipiendi & generandi. atq; adeò etiam ipſa conceptio & generatio à philoſophis, dicitur natura, quaſi naſcitura. cuiuſmodi igitur eſſe oporteat hominem, cuius principia & cauſæ ſint putridum ſperma, excrementitius ſanguis, turpis & fęda voluptas, iners ſomnus, faſtidia, & ægritudo matris, incredibiles parturiendi dolores. in natiuitate verò nuditas, lachrymæ, vagitus, & impotentia rerum omnium, & nuda duraque tellus, quæ naſcenti ferat opem? de quo ſupra diximus. cap. 3.

Ierem. 51. 30. 3 Mulier initiũ iniquitatis *Zach. 5. 8. Plutarch. li. de Clar. mulie. c. 9.* Liciorum lex & conſuetudo *Herod. lib. 1. Gen. 3. 20.* ילד Naſci ad conceptionem etiam pertinere.

Breui viuens tempore. in originali propriè, Breuis, curctusvè dierum. nã *breue*, hoc loco dicitur, a verbo *Katſar*, qđ ſignificat abreuiare, decurctare, abſcindere; *cortar y acortar*. & aliquando etiã hanc abbreuiationẽ, vel decurctationẽ Vulgatus refert ad anguſtias, vel compreſſionẽ ſpiritus, quos dicimus, parui cordis. & hinc

4 קצר Breue, & abreuiare quid propriè.

Pſal.88.46. *Hieron.* *Pſal.35.6.*

etiam dicitur. Pſal. 88. **Minoraſti* (in Hebræo, *decurtaſti*. Hieronym. *abbreuiaſti*) (*dies temporis* (adoleſcentiæ) *eius*. homo igitur breuis, curtus, præciſus, anguſtus, compreſſuſque dierũ. quas anguſtias, compreſſionemque vitæ, indicat illud Pſal. *Menſurabiles poſuiſti dies meos*. quod ex originali legunt alij, *pugillares*. ea enim menſura intelligenda eſt, quæ pugillo fit; eſt enim pugillus menſura media inter palmum quatuor digitorum & ſpithamen, id eſt pedẽ duodecim digitorum; eſt enim longitudo, quanta manus clauſa porrecto pollice per tranſuerſum, quod nos dicimus, *vn coto* vitam nobis nõ longa manu, ſed compreſſa & anguſta nobis videtur dediſſe Deus, vitam inquam **pugno* cõpreſſam & anguſtam. ex tanta igitur vitæ breuitate & anguſtijs, ſuam mortem ſuoſque dolores deprecatur Iob; hinc enim ad patienter expectandum & commiſerandum excitatur Deus, vt Eccleſiaſt. docuit. c. 18. *Quid eſt homo* (res nimirum vilisſima) *natus de muliere & quæ eſt gratia* (Septuag. *Vſus* id eſt, vtilitas; ad nihilum aptus, & commodus videtur, Deo præſertim, *cuius ſerui inutiles ſumus*) *illius? & quid eſt bonum* (perpaucum videlicet) *aut quid nequam* (multis ſane repletur miſerijs) *illius? Numerus dierum hominum, vt multum, centum anni: quaſi gutta aquæ maris deputati ſunt; & ſicut calculus arenæ ſic exigui* (perpauci) *anni in* (comparatione cum) *die æui* (æternitatis) *propter hoc patiens eſt Deus in illis, & effundit ſuper eos miſericordiam ſuam.*

*Dionos la vida eſtrujada y corta, no a mano abierta, ſino a mano cerrada y apretada.

Eccl.18.7.8.9. LXX. *Luc.17.10.*

5 *Repletur multis miſerijs*. Proprium atque perpetuum hoc eſt hominis epithetum. nunquam enim non a prophanis ſcriptoribus appellantur mortales *miſeri*, vt optima *quæque dies miſeris mortalibus* non poſſit non eſſe miſera. *Repletus* autem ad ventriculum, & appetentiam refertur: & eſt proprie ſatur, a radice *ſabagh*, quod eſt replere, & ſatiare: & frequenter transfertur ad ærumnas, labores, amaritudines, quæ replent ventriculum cordis: & ſi multæ ſint, faciunt ſtomachum, & mouent nauſeam moleſtisſimam. quare illam multitudinem, quam Vulgatus expreſsit, non eſt quidẽ in Hebræo, nec in Græco, ſed tamen latet in verbo *replendi*, quod affert abundatiam, & multitudinem, quæ parit ſatietatem. Pro *miſerijs* autem, eſt vox deducta à radice, *rogez*, quod eſt inquietari, commoueri, conturbari aliquo vehementi doloris affectu, aut triſtitiæ, metusve, aut iræ, ex qua vocis amplitudine aut fœcunditate oritur iucundisſima quædam lectionum atque interpretationum varietas.

Miſer, hominis epithetũ.

Repleri, & ſaturari, ad cordis & animi ventriculum

שבע

רגז

6 Et primo quidem docte Vulgatus ad miſerias retulit, & ærumnas, quibus commouetur humanus animus, & ad dolorem & animi mœrorem concitatur. ſicut ab hac radice dicitur Habac. 3. *Conturbatus eſt venter meus*. id eſt, doluit cor meum, & commota ſunt viſcera. Septuag. *Extimuit*. & Ezech. 12. ponitur pro commotione, & *feſtinatione* perturbari, atque timidisſimi animi. *Aquam tuam in feſtinatione, & mœrore bibes.* non aliter miſerrimus homo primo ipſo ſuæ natiuitatis die **repletur* mœrore, doloribus, ærumnis. *in feſtinatione, & mœrore*, viuit, & in conturbatione cordis.

Habac.3.16. LXX. *Ezech.12.18.*

*Dende que ſupo tomar el pecho biue a hito de miſerias.

Secundò Septuag. illam commotionem retulerunt ad iram, & ita legunt; *Plenus iracundia*. ſimiliter etiam Pagnin. Hebræus apud Caiet. & quidem illam ipſam vocem ſæpe Vulgatus vertit *iram*, Genes. 45. *Ne iraſcamini in via*. Hebr. *Ne commoueamini*. & Pſalm. 4. *Iraſcimini, & nolite peccare*. hanc verò iram Caietan. (id quod etiam indicat Polych.) actiue ſumit, nempe pro malis, & pœnis, quæ inferuntur à diuina ira, & vindicta; vel etiam pro peccatis, quæ Deum ad iracundiam prouocant. Sed commodiùs ſumetur paſsivè, pro indignatione, qua quis excandeſcit, & commouetur aduerſus ſua ipſius mala & vitæ incommoda. præterquam enim, quod ipſa vox ſignificat eum affectũ, quo quis interius animo commouetur, & inflammatur ira: ſed aliquando etiam in illa ſignificatione vſurpatur, cum quis non aduerſus alium, ſed quaſi præ dolore ſibi ipſi iraſcitur, Exodi. 15. *Aſcenderunt populi, & iraſi ſunt: dolores obtinuerunt habitatores Philiſthijm*. & illud; *Conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea & venter meus*; igitur homo dum viuit, multa **iracundia plenus eſt*, & ad iraſcendum ſibi ipſi, ſuæque vitæ compellitur.

LXX. *Pagni.* *Caiet.* *Gen. 45.24.* *Pſal.4.5.* *Polych.* *Exod.15.14.* *Pſal.30.10.*

*Vida enfadoſa y llena de enojos.

Tertio, quoniam eadem vox ſæpe timoris eſt, Regia vertit, *Satur tremore*, quaſi dicat, nunquam non timet miſer homo natus de muliere: ſemper obuerſantur ante illius oculos impendentium malorum triſtisſimæ imagines, vt dixit Eccleſ. cap. 40. *Cogitationes eorum, & timores cordis, adinuentio expectationis, & dies finitionis.* ad alios enim vitæ timores, accedit non vltimus vltimi diei, id eſt, mortis metus grauisſimus: & ſic ſententia hæc non tam erit intelligenda de præſentibus vitæ incommodis, quã de perpetuo illo vitæ comite ærumnarum & diſcriminum timore, quo ſtatim atque in lucem editus eſt infans, corripitur. in quam ſententiam ſupra. c. 3. diẽ ſuæ natiuitatis incuſauit, quod *non abſtuliſſet, ab oculis eius mala*: ſi enim qui naſcitur, rationis tunc atque intelligendi compos eſſet, *arceſcere* profecto deberet, malorum & miſeriarum *expectatione*, quæ euenient vniuerſæ ſuæ vitæ, atque ſuarum omnium actionum orbi & circulo.

Regia. *Eccl.40.1.*

Tandem commotio hæc, poteſt omnẽ tranquilli animi pacem & quietem excludere, ſic legit Aquila: *Plenus commotionis, & turbationis*. Vatab. *Perturbationibus plenus*, alij, *tumultu*. Tygurina; *Affatim habens turbarum*: quæ omnia mirifice noſtræ lectioni ſeruiunt, atque illius ſententiam amplificant. nam *miſeriarum* nomine, miſer ille mœror, dolores miſeri, animi dolentis miſera acerbitas, miſer timor, diſcrimina miſera, turbæ tumultuſque miſerrimi, malorum denique omnium cumulus continentur.

Aquila *Vatab.* *Tygur.*

7 Sed illud tamen, non prætereundum, cum *miſerijs* dicitur, homo *plenus*, & *ſatur*, videri, in cibum & potum illi datas: tùm etiam intime mortalibus ineſſe; nam inſtar cibi, & potus in hominis ſubſtantiam conuertuntur, & intimos omnes viſcerum receſſus peruagatur: atque ſicut ex cibo vapores excitantur, qui efficiunt ſomnum, ita ex humanæ vitæ *miſerijs*, vaporum inſtar, excitantur triſtisſimæ imagines quæ vel ſomnum eripiunt, vel triſtisſima in-

Vt miſeriæ ſint cibus, & potus homini, & qualem ſomnum & inſomnia concilient.

Eccl. 40. 6. 7.

ſomnia efficiunt, vt ex loco ſuperius indicato Eccleſiaſt. 40. (quo ſæpe vſi ſumus) conſtat; *Modicum tanquam nihil in requie; & ab eo in ſomnis, quaſi in die reſpectus conturbatus eſt in viſu cordis ſui.*

Prou. 4. 16.

Sapiens quoque Prouerb. 4. vſurpauit, cùm de improbis hominibus loquitur; *Non dormiunt niſi cùm malefecerint; & non rapitur ſomnus ab eis niſi ſupplantauerint; comedunt panem iniquitatis, & vinum iniquitatis bibunt.* ex prauis igitur operibus, ait excitari vapores, qui ſomnum efficiant, atque inde etiam inſomnia efficiãtur, ex quibus praui cordis coniectura, non omnino mala, neq; incerta, fieri poteſt. vt ſapienter Plutarchus docuit.

Inſomnia vitioſorum.

Plutarch. li. de virtute & vitio.

11. Qui, quaſi flos egreditur, & conteritur: & fugit, velut vmbra: & nunquam in eodem ſtatu permanet.

1. *Flos adoleſcentiæ ſymbolum.*
2. *Flos de vitæ breuitate, & fragilitate.*
3. *Scripturæ regula cum duo verba diuerſa ſignificationis iunguntur. Flores carpit mors. Conterere quid propriè. illuſtrata Sapientia.*
4. *Vmbra, vita breuis. Vmbra noctis imago.*
5. *Deus prima lux; reliqua vmbræ viciſſitudinem habent. humana inconſtantia pertinacia in malo.*
6. *Vmbra fallax. locuſta, vita humana. expli. Salomõ.*

1

Florem ad adoleſcentiã referri.

VItæ breuitatem, atq; miſeram illam conturbationem, & commotionem animi, de qua dixerat, multis nunc coacernatis comparationibus amplificat. Et primam hanc ſimilitudinem ex *flore* deſumptam, quidam referendam exiſtimant, ad adoleſcentum quorundam peracerbam & immaturam mortem, qui cum in iuuentæ flore, & decore iucundiſſimo vernantes eſſent, mortis manu carpuntur, potiùs ferro exciduntur, & truncantur ex arbore vitæ: vt rectè dicas, huiuſmodi humanum florem in Adonidis hortis naſci, in quibus flores omnes Adonidem illum referebant in primò ætatis flore præreptum; nihilque in illis ſerebatur, quod fructum proferret, ſed illa tantũ, quæ oblectationi & delitijs eſſe poſſent. eiuſmodi quoque eſſe ſolent, mulierum horti, *quos*, vt Plutarch. ſcribit, *in feſtis quibuſdam alunt & curant, futilia omnia & caduca, & ad octo tantùm, vt Plato dixit, dies vernantia.*

Adonidis horti.

Plutarch. de ſera numinis vindicta.

Plato

2

Flos de vitæ breuitate, & fragilitate.

Sed quidem potiùs videtur de vitæ breuitate in vniuerſum loqui, & quod in vniuerſos homines conueniat. In *flore* autem cum multa poſsint obſeruari, fragrantia, ſuauitas, color, decor, magnitudo, & teneritas, atque mollities, aut etiã fragilitas; Philip. ſanè vult, ſolam fragilitatem hoc loco notari. à quo ego longè abſum; exiſtimo enim, vt cum ſequentibus conuenire poſsit, vitæ breuitatem ſignificari: breuiſſimo enim tempore conſumitur, & abſumitur flos, neq; multa diuturnitate opus eſt, vt marceſcat, & defloreſcat, etiam ſi, neque aeris violentia decutiatur, neque excidatur ferro, aut decerpatur manu. vltro enim concidit. Quod eleganter Plutarch. ſcribit in ſua illa conuiuiali quæſtione, *An inter pocula vtendum ſit ſertis florum.* Cum enim folia cum floribus comparat, ait; *Folia data eſſe ob conſeruationẽ fructum; at flores dum permanent in planta nullam vtilitatem adferre, niſi quod nobis odoratu, aut viſu ſunt iucundi. itaque folijs auulſis, velut dolent, & mordentur plantæ, & vlceroſum quoddam ijs accidit detrimentum, ac denudatio indecora. At florum detractio vindemiæ cuidam eſt ſimilis; tantumque à nocendo abeſt, vt ij vltro marceſcentes decidant, niſi tempeſtiuè demantur.* non aliter igitur *egreditur flos* humanæ vitæ, id eſt naſcitur, mundo viſendus, atq; in omnium oculos, lucemq; producitur; hæc eſt enim proprietas verbi *egrediendi. Et conteritur*, propriè, præciditur, conſcinditur, concidit, exciſus cadit. id eſt ſtatim atque natus eſt, videtur excidi, & cadere è vita, quod acutè quidam noſtræ ætatis poeta;

Philip.

Plutar. lib. 3. Sympoſ. q. 1.

יצא

Sic roſa vix lætum calathi pandebat honorem
Cùm cadit, & rutilo murice pingit humum.

3

Scripturæ regula.

Frequenter enim in Scriptura, continens duorum verborum collatio, & coniunctio, coniunctionem etiam, & continentem ſubſequutionem in re ſignificata adfert. quam rem eleganter expreſſerunt Septuag. *Tanquam flos, efflo-reſcens decidit.* id eſt, in ipſa effloreſcentia, dum effloreſcit. ſignificanter etiam in Hebræo ex verbo legitur, *Egreſſus eſt, & ſucciſus eſt.* id eſt, ſtatim atq; egreſſus, & natus eſt. nihil enim expectari videtur aliud, dum quis curat & colit plantulam aliquam, quam vt egrediatur flos, qui ſtatim, vt apertus fuerit, decerpi poſsit, ne ſi diutius exſpectetur, defloreſcat & langueat. ſumma enim feſtinatione ex huiuſmodi breuitate *effloreſcendi*, ſe cohortabantur illi, ad voluptates capiendas, & floſculos vitæ carpendos: *Vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, & non prætereat nos flos temporis, coronemus nos roſis, antequam marceſcant.* atque hi ſanè, neque exſpectare volebant, vt egrederetur, & aperiret ſe, atque effloreſceret Roſa, ſed ipſos virides calices carpebant: quòd exiſtimarent, vix poſtquam aperti eſſent, vel momentum duraturos. ſic igitur, ait Iob: *Quaſi flos egreditur, & conteritur.* videtur vigilare & ſummo mane exurgere mors ad carpendos flores: atque expectare etiam, vt ſtatim atque ſe aliquis aperuerit, falce præcidat. tanta itaque eſt humanæ vitæ breuitas, & inſtabilitas, vt *nos nati continuo* deficere videamur. huc illud videtur facere Cantic. cap. 2. *Flores apparuerunt in terra noſtra: tempus putationis aduenit.* id eſt, cum iam apparuerint, egreſsique fuerint flores, nihil immorandũ ampliùs, ſed antequam marceſcant, amputandi, & carpendi ſtatim, atque in faſciculos religandi. ſic putationem illam, interpretatur Gregor. Nyſſen. cum verò noſter verbum, *mol*, quod propriè eſt præcidere, aut ſuccidere, vertit *conterere*, ſapienter fecit, vt ſignificantius poſſet exprimere tenerrimi floris fragilitatem, atq; mollitiem, quem vel inclementia aëris vel caſu prætereũtis pes, vel res aliæ læniſsimæ atterant: vel manus ipſa, eius qui velit decerpere, facilè conterat, & infringat. Nihil verò obſtat cum hac decidui, breuiſsimiq; floris fragilitate, coniunctam atq; ſignificata ſimul eſſe humanæ vitæ pulchritudinem quandam, quæ interdum turgere videtur, atque in

LXX.

Sap. 2. 7. 8.

Sap. 5. 13.

Cant. 2. 12.

Greg. Nyſſe.

ימול

Conterere quid propriè

Flos ad pulchritudinem refertur.

huius

huius vitę conuallibus vernare, & florere, ſed hæc étiam eſt molliſsima gloria, quæ facilè aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate extinguitur.

4 *Et fugit velut vmbra.* Poteſt hæc pars eandem habere ſententiam cum præcedente, vt in vtraque eadem vitæ inconſtantia, & fugacitas ſignificetur. quæ inſtabilitas, *vmbræ* propria & perpetua eſt, vtpote quam ſol nunquam eandem efficiat, ſed nunc maiorem, nunc minorem. Sed is ſenſus particulæ ſequẽtis proprius eſt. Quare illud melius, vt hanc vmbræ fugacitatem nunc in eo conſtituat, quod breui abeat, & euaneſcat in nihilum, nullo veſtigio relicto non aliter vita noſtra, vt 1. Par. 29. dicitur; *Dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram, & nulla eſt mora.* Illud verò etiam in *vmbra* conſiderari poteſt, quòd ſit quædam velut mortis imago; atque quo maior, eò nocturnis tenebris propinquior, & ſimilior fit. non aliter vita hæc noſtra mortis quædam ſimilitudo eſt, & quò magis longæua, eo nocturnis mortis tenebris propinquior. quare ſicut vmbra dici poteſt, imperfecta quædam nox: ita ſanè vita noſtra, mors quędam eſt: ſed id habet peculiare, quod ſicut *vmbra* habet motum quendam, ita etiam viuens homo, quamuis vmbra mortis ſit, mouetur, non item cadauer.

Vmbra vitæ [illegible].
1. Paral. 29. 15.
Sap. 2. 5.
Vmbra noctis & vita mortis imago.

5 *Et nunquam in eodem ſtatu permanet.* Vnica vox in originali; *Non perſiſtit, non ſtat.* Septuag. *Et non ſtabit.* continuo labitur, ſeneſcit: dum viuit, moritur. eleganter a noſtro dictum eſt; *Nunquam in eodem ſtatu permanet.* Notandum verò in hac vmbræ, & vitæ humanæ conſideratione, Deũ eſſe primam ſupremamque lucem, *apud* quam *non eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio.* id eſt, quæ nullam lucis ac tenebrarum mutationem per ſuas vices patitur. obumbratio videlicet viciſsitudinaria hæc eſt, vt nũc luceat, nunc obtenebretur. quidquid vero a prima luce deficit, quandam lucis mutationem & obumbrationis viciſsitudinem habet: nam ſecundo lucida, vt ſol, luna, & ignis, aut extingui & interire, aut obnubilationem, eclypſim, defectum pati poſſunt. ſic etiam in angelorum natura, quæ ſecunda lux appellari ſolet, eſt inuenire ſuam tranſmutationem & viciſsitudinem obumbrationis. deinde vero eſt *vmbra*, quæ nonnihil habet luminis admiſtum, ſiue potius lux quædam immerſa tenebris. hic eſt animus ſpiritualis immerſus corpori. atque etiam homo, quem multo magis oportet eſſe mutationi, & inconſtantiæ obnoxium. Tandem ſunt & ipſæ tenebræ, & mors luci & vitæ oppoſitæ, in qua non eſt lucis mutatio, ſed firmitas quædam, atque conſtantia tenebrarum. Hæc vero hominis inconſtantia, ſi ad corpus & naturalia referatur, manifeſta eſt; ſubiacet enim contrariis impreſsionibus, & viciſsitudini temporis, ætatis, & rerum aliarum, quæ cum ætate, & tempore mutantur. ſi vero de ſpiritualibus agatur, non eſt minùs certa: mirum eſt enim, quam ſit homo inconſtans in bono, *claudicat* enim *in vtramque partem*, & in duos pedes: nã nunc genu flectit Baal, nunc Deo: nunc procumbit pietati, nunc vitio: paſsim igitur ſtudia, & actiones mutat. vti de illis dictum eſt. Pſal. 105. *Crediderunt verbis eius, & laudauerunt laudem eius, citò fecerunt.* id eſt, citò perfecerunt diuinas laudes, atq. pietati & grati animi memoriæ nuntium remittentes, *obliti ſunt operum eius.* ſi verò contingat pertinaces eſſe in ſemel ſuſcepto conſilio, certè illud ad malum pertinet: iuxta id Geneſ. 11. *Ecce vnus eſt Populus, & vnum eſt labium omnibus* (ſummus videlicèt animorum & ſuffragiorum conſenſus in malum) *Cœperuntque hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant.* magna igitur humanæ miſeriæ pars in huiuſmodi incoſtantia poſita eſt.

LXX.
Vmbræ, & vitæ humanæ inconſtantia.
Iaco. 1. 17.
Quæ à prima luce deficiunt, mutationi obnoxia.
Humana inconſtantia.
3. Reg. 18. 21.
Pſal. 17. 46.
Pſal. 105. 12.
Hominis pertinacia in malo.
Gen. 11. 6.

6 Sed illud etiam in vmbra humanæ vitæ miſerum eſt, quòd fallax ſit, & quò breuior eſt, eò longior videatur: ſicut veſpertinæ vmbræ, eo propinquiores ſunt nocti, & minus diuturnæ. nam longiſsimæ propè occaſum ſolis abeunt in nocturnas tenebras; tunc enim cadunt maiores altis de montibus vmbræ. Sic cum vmbris, quas effecit declinans, & occumbens ſol, comparat dies ſuos Dauid. Pſalm. 105. *Dies mei ſicut vmbra declinauerunt.* & 108. *Sicut vmbra, cùm declinat, ablatus ſum* (cùm videlicet viderer mihi duraturis vitam longiſsimam, repente video me totum euaneſcere, & interire.) *& excuſſus ſum, ſicut locuſta.* nam inquietum animalculum eſt, quod nunquam in eodem loco diu conſiſtit, ſed huc illuc ſaltitans, & oculos fallens, donec penitus è conſpectu ſe ſubducat, commodiſsimè vitam humanam refert, quæ *nũquam in eodem ſtatu permanet.* ſenſim igitur creſcens vmbra interitui appropinquat. quod videtur reſpexiſſe ſapiens, cum Eccleſ. 7. dixit: *Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cùm ignoret, quid conducat ſibi, numero dierum peregrinationis ſuæ, & tempore, quod velut vmbra præterit.* Videtur enim homo *maiora ſe quærere*, cum ex vmbræ longitudine, quam ſibi videtur efficere ſua ipſius vita, colligit multum ſibi vitæ ſupereſſe, & plurimos annos ſibi pollicetur. cui ſtatim dicitur: *Stulte, hac nocte repetent animam tuam.* ille etiã maiora ſe quæſiuiſſe videbatur, qui mortifero morbo correptus dicebat: *In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.* & rectè *dimidium* dixit, nam longam ſibi vitam, duploque maiorem, quam par eſſet, pollicebatur, ſeptuaginta, videlicet, aut octoginta annorum. nam cum hæc dicebat, vt ex accurata Regum chronologia & computatione annorum colligi poteſt, habebat. 36. aut. 36. annos: qui duplicati, plures ſeptuaginta efficiunt.

Vmbra fallax.
Pſal. 105. 12.
Pſal. 108. 23.
Locuſta, ſymbolum breuitatis vitæ.
Eccleſ. 7. 1.
Luc. 12. 20.
Iſai. 38. 10.

III. Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?

1. *Dei reſpectus quid indicet, ad prouidentiam ab aliis referri.*
2. *Deum reſpicere ad iudicii ſeueritatem. expenditur Hebraica lectio. Particula, Cur, explicatur Moyſes.*

1 QVid indicet hic Dei reſpectus, non eadem ratione omnes interpretatur: nam

Dei reſpectus quid ſignificet.

Didym.

Didym. exiſtimat Iobum tot, tantarumque vitæ miſeriarum conſideratione mirabundum, non caſui, aut fato, ſed diuinis oculis, & prouidentiæ tribuere, quòd miſerrimus homo à Deo reſpiciatur, id eſt, in vita conſeruetur. Alij ad Dei paternam, & indulgentiſſimam hominum prouidẽtiam pertinere exiſtimant, vt ſit idem, quod Pſal. 143. *Quid eſt homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quia reputas eum?* quod videntur intellexiſſe Septuag. legentes: *Numquid & hominis rationem feciſti?* hunc ſenſum Dionyſ. & Lyra, poſt D. Thom. ſequuntur. qui hunc diuinorum oculorum coniectum in res humanas, in ea nunc potiſsimum prouidentiæ parte conſtituit, quòd viliſsimo & miſerrimo homini vitæ leges, & præcepta præſcripſerit, & attentè cõtempletur, an ex lege & præſcripto rectam teneat viam, tandemque in iudicium vocet, rationeſque exigat. hunc ferè commentarium, ex aliorum interpretatione, Polychr. & Iulia. referunt, in hanc ſententiam: *Cùm tam miſer, & imbecillus homo ſit, tu tamen, ô Deus, illi rationem es impertitus, legemque ac præcepta dediſti, & te facturum iudicium recepiſti; hæc igitur mihi faciunt poteſtatem liberæ orationis, & hac tua bonitate adductus audeo liberè coram te dicere.* non longè abeſt hinc Philip. Igitur quaſi reflectendo mentem ad ſuam diſputationem, dicere potuit: Quis ego ſum, vt mecum in diſputationem deſcendere & in iudicio dicentem audire volueris?

Pſal. 143. 3. LXX. *Lyra. D. Tho. Polychron. Iulian. Philipp.*

2. Cæterum contextus rerum antecedentiũ, & ſubſequentium expoſcit, vt de ſeueritate potiùs diuini iudicij loquatur: Numquid (inquit) ſupremam tui numinis majeſtatem decet, ad minutiſsimas quaſque mortalium actiones, ſummo iure examinandas, & diſcutiẽdas tam accuratè & diligenter ſe demittere, neq; humanis erratis conniuere? atque etiam adducere in iudicium? id eſt, vocare, & diem homini dicere, atque facere, vt veniat. Septuagin. *Et hunc feciſti venire in iudicium coram te?* in diſceptationem ad cauſæ cognitionem vocare, & litẽ homini de quibuſcunque leuiſsimis, & minutiſsimis debitis intendere? atque hunc ſenſum non obſcurè indicauit ipſe noſter interpres, cum dixit, *& dignum ducis.* cum tamen in Originali tantum ſit particula, *& aperuiſti*, vel, *etiam aperuiſti oculos &c.* & poteſt quidem ex proprietate huius vocis is quoque ſenſus elici, à noſtra lectione non alienus, vt ad amplificationem humanæ miſeriæ pertineat. nam *aph*, quæ eſt indeclinabilis particula, peculiarem animi affectum affert: & cum eſt in ſententiæ cõparatione, & ſimilitudine, ſignificat, quantò magis, vel, quantò minus: quando verò ſine comparatione eſt, frequenter interrogationi jungitur cum admiratione, & animi affectu, & valet idem quod, *etiam, adhuc, ampliùs.* Geneſ. 18. *Numquid* (Hebraicè, *Etiam, aph*) *perdes iuſtum cum impio?* quaſi dicat, ita ne fieri poteſt, vt etiam eodem ſupplicio iuſtus cum impio afficiatur? Geneſ. 3. *Cur* (Hebræ. *etiam ne, ita ne?*) admirationem, & amplificationem ſeueriſſimi præcepti affert. Septuag. *Quid, quia dixit* (que es eſto, que tal os aya mandado?) *præcepit vobis Deus, vt non comederetis?* Leuit. 26. *Ego quoque hæc faciam vobis.* amplificationem ſuppliciorum terribiliũ ſignificat. ad hunc ergo ſenſum dixerit Iob: * *Etiam aperuiſti ſuper eum oculos tuos?* & quem ipſæ ſuæ agitant ærumnæ, tu tuo iudicio, & fixis in illum oculis exagitas? Præterea noſter interpres vtramq; partem reddidit in tertia perſona, ſequutus etiam Septuag. cùm tamen in Hebræo ſit, *& adducere me in iudicium?* vt vel hinc clarè pateat hanc humanæ miſeriç deplorationem, potiſſimum ad ſeipſum referri voluiſſe.

LXX. *Acrimonia huius orationis in Hebræo.* אם *Gen. 18. 25. Gen. 3. 1.* LXX. *Leu. 26. 16.*

* Y ſobre ſus duelos eſſo y mas, que os poneys a mi taſſo.

IIII. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nonne tu qui ſolus es?

1. *Munditiæ, aut immunditiæ ad vitia, & virtutes, & ad peccata quotidiana ab alijs referri.*
2. *Germanior expoſitio de peccato originali. Illuſtratur Dauid, & Ioannes.*
3. *Varia lectio & conſenſio cum noſtra. Peccatum ſordidum.*
4. *Verbi natiuitas tum æterna, tum temporalis mundiſsima. explicatur Lucas, & Salomon. Sanctiſsima virginis propoſitum firmiſsimum ſeruandæ virginitatis. Lilia munditiei ſymbolum. mundum de caſtitate dici.*
5. *Conceptio immaculatæ virginis.*

Quorſum me tam accuratè diſpicias, reſque meas omnes obſerues, cum ſit nemo, in quo limpidiſsimi tui oculi aliquid ſordium deprehendere non poſsint? Et quidem cùm certum eſſe videatur, de morum, & animi immunditie & ſordibus præcipuè nunc loqui, ſimul etiam corporis miſerias & pœnas inuoluit. Sed quæ ſit integra horũ verborum ſententia, non eodem modo aſsignatur. Nam D. Thom. quem Nicolaus, & ex parte Caiet. ſequuntur, ad virtutes & peccata in vniuerſum referunt: Niſi virtutibus decoratus, mundiorque, & pulchrior reddar, ſordeſcam profectò peccator ego, & impius in tuis oculis, atq; his pœnis & ſupplicijs nunquam non dignus cenſebor. at poteris pro tua bonitate, ô Deus optimè, virtutes mihi & animi candorem conferre, vt gratus tibi exiſtam, & tantis ſupplicijs abſoluar. ſed longè, & coactè petitur iſte contextus, atque ſenſus. 1

Aliquid nam munditiæ referenda. D. Tho. Lyra. Caiet.

Secundò, Seuerus in catena, & Hieron. ſuper id Ezech. 18. *Patres comederunt vuam acerbam.* ſententiam hanc referre vidẽtur ad peccata quotidiana, quæ in communi conuictu, & politia humanæ vitæ admittuntur, quorum Deus exigit rationem, nõ quidem ab infante, ſed ab illo, qui iam ratione vtatur: nam ante rationis vſum neminem dicitur Deus vocare in iudicium: ſed poſtquam vitam humanam, id eſt, rationis, & libertatis arbitrij conſortem viuere incipit puer. hæc expoſitio leniter cohæret, ſed ſola non ſufficit.

Seuerus, Hier. ſup. Ezech. 18. 2. 2. *Peccata quotidiana.*

Tertiò igitur hoc loco mentionem peculiarem fieri peccati originalis, frequens eſt Patrũ commentarius. Olymp. Philip. hic Orig. homil. 8. in Leuit. Clemens Alex. lib. 3. Strom. ad finem. Cyril. hom. 12. in Leuit. Auguſt. ſuper id Pſal. 50. *In iniquitatibus conceptus ſum.* & li. 5. Hyp- 2

Munditiæ, & immunditiæ, ad [illegible]

pognoſt.c.4.& lib.2.in Iulian.c.2.& lib. 20.de ciuit.c.26. Baſil. ſuper Pſal. 32. *Diligit miſericordiam & iudicium.* & alij patres frequenter, atque ex peccato originis, & ex infectione naturæ aliorum peccatorum grauitatem extenuet, & veniam deprecentur; Nō me, inquit, debes propter peccati ſordes abijcere; nam illas ex ipſa conceptione contraximus; videnturque propterea intimis hærere medullis; cum immundo ſemine, ex quo progeniti ſumus, videntur etiam malorum, & ſordium ſemina & procliuitas ad peccandum nobis congenita. hæc verò vitare in peculiari cuiuſq; noſtrum voluntate poſitum non eſt, tu tantum qui naturæ auctor es, poſſes ab omni peccati ſorde, & infectione naturam mundare. ex radice igitur peccati originis, ſi alia pullulent, nihil mirandum fuerit. Hinc igitur ſua peccata ſapienter extenuat, atq; eodem ſpectare videtur Dauid Pſal. 50 *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum.* cū enim in Hebræo ſit, *In iniquitate:* vt ſingulare illud peccatum originis ſignificaretur. Septuag. tamen *in iniquitatibus*, dixerunt; non ſolum vt plura peccata, quæ in peccato originis originatis in Adamo fuerunt, videlicet ſuperbia, gula, atque inobedientia, ſignificarentur; ſed vt aliorum peccatorum actualium, quorum originale origo, & radix in vnoquoq; noſtrum ſit, ſignificatio nobis daretur. nā concupiſcentia, quę ex peccato originali orta eſt, velut peccatorum mater eſt, & ad peccatum nos abſtrahit, & illicit, vt Iacob. Apoſt. dixit: *Concupiſcentia, cum conceperit parit peccatum.* atq. eadem ratione concupiſcentia appellatur à Paulo, *peccatum:* Rom. 7. *quod habitat in me peccatum.* vt Auguſt. explicat. *Vocatur* (inquit) *peccatum, quia peccatum fit, vincit, facit; ſicut vocatur frigus pigrum, quod pigros facit.* & ſtatim repetit Dauid, *Et in peccatis* (Hieronymus ex Hebræo; *& in peccato concepit me.* prop. ex Hebræo; *calefecit*, aut, *fouit me.* Auguſtin. *in vtero aluit.* quaſi dicat; Iam inde ab vtero peccati ſeminarium in me eſt: peccatis videor altus, & innutritus, vt qui in peccato conceptus, & cōformatus fuerim. ſimilis eſt id Ioā. 1. *Ecce qui tollit peccatum mundi.* hæc eſt enim verior, & correctior lectio Vaticana, & quæ in Græco nunc extat, quamquam Græcos etiam codices aliquos, *peccata*, legiſſe ex Orig. homil. 24. in Num. Cyprian. l. 2. contra Iudæos, Chryſoſtom. hom. 16. in Ioan. *peccata* etiam in plurali legentibus, conſtare poterit. ergo Dauid & Iob non negant peccata, ſed humili & ſpontanea peccati confeſsione, atq; manifeſtatione innatæ ad peccatum procliuitatis, conantur demulcere ſuum iudicem. atq; hanc viam illū placandi, & veniam impetrandi ſibi eſſe à diuina bonitate oſtenſam, ſubdit eodem loco Dauid. *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi:* quaſi diceret; Cum ego ſolicitus, incertuſque eſſem, qua nam potiſsimū re animi ſordes eluere poſſem, tu mihi hanc viam oſtendiſti.

Iob & Dauid ex commemoratione peccati originalis veniā aliorum poſtulant.

Pſal. 50. 7. LXX.

Iacob. 1. 5. *Rom. 7. 17.* *Auguſt. lib. de nuptijs. & concupiſc. c. 23.*

Hieronym. ex Hebræo. *Auguſt.*

Ioan. 1. 29.

Orig. hom. 14. *Cypr. lib. 2. contra Iudæos.* *Chryſo. hom. 16. in Ioan.*

3 Sed Hebræa & Græca ita a noſtra lectione diſſident, vt harmoniam efficiant, & in eadē ſententia iucundiſsimam quandam vocum atque particularum varietatem. nam in Hebrę o propriè eſt, *Quis dabit mundum ex immundo*, aut, ex *immunditia?* aliquid igitur deſiderari videtur, cum quo illud *immundum* coniungatur. nihil autem videbatur commodius ſuppleri poſſe, quam originem, atque principium: illa eſt enim omnium macula, quæ in ipſa origine & initio contracta eſt, ſapienter igitur interpres explicationis gratia addit, *cōceptum ſemine:* nam, vt Theologi definiunt, per ſemen tanquam per vehiculum, & generationis inſtrumentum, dicitur peccatum transfundi per originem in poſteros, quòd videantur in ſemine, quaſi in virtute & radice illius peccati ſordes, & humanæ naturæ infectio contineri. Græci autem legerunt, *Quis enim mundus erit à ſorde?* ſunt autem nomina *mundi*, & *immundi* in originali etiam oppoſita; *mundum* enim propriè eſt, expurgatum à ſordibus, lotum, purū, candidum, nitens, ſerenum, integrum, ſanum. *immundum*, verò his omnibus contrarium, pollutum, contaminatum, ſordidum, prætereaq; indignum diuino conſpectu, quæ omnia rectè vides conuenire in peccati ſordes, & maculam. Cùm verò alijs nominibus peccati fœditas explicari ſoleat, ſed pulchra eſt illius turpitudinis & ſordium hæc appellatio, in quam ſquallor quidā mœrentis animi, & ſordidatus habitus, cruoris, & turpiſsimi ſanguinis maculæ, nubila, craſſa omnia, turbida, immundaque cadunt. nam ea omnia, illa vox comprehendit.

Varia lectio, & conſenſio cum noſtra.

Theologi cum D. Thom. 1. 2. q. 81. art. 1.

Græci

טהור

טמא

Peccatū ſordidum.

4 *Nonne tu qui ſolus es?* In Hebræo propriè. *Non vnus.* & ita Septuaginta legerunt, *aut nemo*, ſupple, mundus erit. ſed noſter interpres partem etiam iſtam ſane illuminauit, dicens, *Nonne tu qui ſolus es?* atque hoc dupliciter. primò, vt dicat neminem eſſe mundum, præter vnum Deū vt diuinam originem verbi Dei, ex patre, qui eſt diuinitatis fons, reſpiciat: in qua nihil eſt immundum, aut ſordidum, ſed puriſsima omnia, atque ſplendida, ſicut Scriptum eſt: *In ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante Luciferum genui te.* tum etiam, vt ad filij Dei temporalem natiuitatem, per prophetiam reſpiciat, *qui natus eſt ſanctus*, vt Lucæ 1. dicitur; *Quod naſcetur ex te ſanctum* (id eſt, quod concipietur, formabitur in vtero) *vocabitur* (erit) *filius Dei.* id eſt, qui puriſsimam naſcendi rationem habet in mente & vtero patris æterni, idem ipſe ſanctus, purus, immaculatus, diuino conſpectu digniſsimus, imo Deus ipſe & homo, in tuo vtero concipietur; nam nihil impuræ & ſordidæ generationis in Dei filij generationem cadere poteſt, ideò virginis omni puritate purior vterus, ab ipſo ſuo filio commendatur odoris ſuauitate, & candore incredibili; *Venter tuus, ſicut aceruus tritici vallatus lilijs.* nam præter fœcunditatem per *triticum*, eximiam virginitatis munditiem, atque candorem per *lilia* ſignificat: & quamuis nullum videatur firmum ſæpimentum ex teneris & mollibus *lilijs* confici poſſe, tamen firmiſsimum fortiſsimumque vallum illud fuit, quod ex *lilijs* conſtructum fuit, videlicet firmiſsimum quoddam ſeruandæ virginitatis propoſitum, quod illa ipſa virgo explicuit, cum dixit: *Virum non cognoſco.* verba enim præſentis temporis conſuetudinem, legem, ſtatutum fixum, firmum, nunquamque violandum

LXX.

Natiuitas verbi ęterna, & temporalis munda.

Luc. 1. 35.

Cant. 7. 2.

Lilia puritatis & munditiei ſymbolum.

Luc. 1. 34.

Scripturæ regulæ.

Orig. in Ioan. cap. 1. ver. 29. Chryſo. hom. in Ioan.

ſignificare ſolent. vt ſapienter Origines, in id Ioan. 1. *Ecce qui tollit peccata mundi*, & Chryſoſt. hom. 17. in Ioan. docent. Nemo verò ignorat, *munditiem*, peculiari ratione ad caſtitatem tum corporis tum cordis pertinere; cùm Dauid precetur poſt impuri amoris ſordes & labem, (Pſal. 50. 12. Matth. 13. 19. Mar. 7. 21.) *Cor mundum crea in me Deus* (nam *de corde*, tanquã ex fonte, *exeunt impudicitiæ, adulteria*) *& ſpiritum rectum* (vel, vt Hieronym. vertit; *ſtabilem*) *innoua in viſceribus meis*. nam maiori firmitate & conſtantia, caſtitas, quàm aliæ virtutes indigere videtur, vt potè quæ grauiores ſuſtineat, magiſq; aſsiduas hoſtium oppugnationes, & certamina. vt Auguſt. (Aug.) pluribus docet. lib. de honeſtate mulierum. c. 2.

5 Secunda expoſitio.

Vel etiam poterit confici ſententia, vt non tam tribuat illam munditiem Deo, aut filio Dei, quam illius potentiæ; Quis (inquam) dabit, vel facere poteſt, *mundum de immundo ſemine, nonne tu?* id eſt, vnica Dei potentia hoc efficere poteſt: quam præter ordinariam legem, in cõceptione immaculatæ virginis exercuit. (Conceptio puriſſima immaculatæ virginis.) mirum eſt enim, quantum in illa ſplenduerit diuina bonitas, atque potentia. de qua re præſtat nihil omninò, quam pauca dicere. Quia verò Septuag. (LXX.) initium verſiculi ſequentis, qui de humanæ vitæ breuitate eſt, cum hac ſententia coniunxerũt, integram, & quam antiquiores Patres frequenter vſurpant ſententiam huiuſmodi reddiderunt: *Quis enim mundus erit à ſorde? Sed nemo, et ſi vnius dies ſit vita eius ſuper terram.* & quamuis non multum referat, ſed in ea etiam lectione nõ nihil varietatis eſt; Nam Clemens Alexandrinus (Clemẽs Alex.), ſic legit lib. 3. Strom. *Nullus eſt à ſorde mundus, nec ſi ſit quidem vna dies vitæ eius.* & idem lib. 4. *Nec ſi ſit quidem vnius diei vita eius.* Ambroſ. (Ambr.) in 1. Luc. *Nemo mundus à ſorde, nec ſi vnius diei vitæ ſit in terra.* Auguſt. (Auguſt.) in Pſal. 50. *Nemo mundus in conſpectu tuo, nec infans cuius eſt vnius diei vita ſuper terram.* ſic etiam Leo Pap. (Leo. Bernar.) ſermo. de natiuit. at D. Bernard ſerm. 70. in Cant. *Nec infans certè vnius diei ſine ſorde eſt ſuper terram.*

V. Breues dies hominis ſunt, numerus menſium eius apud te eſt: conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt.

1. *Argumentatur Iob ex vitæ breuitate ad excitandã diuinam commiſerationem. Breue, & abbreuiari quid, explicatis Iſaias, & Ioel.*
2. *Quid vitæ terminus, quid præterire. Quid ſtatutum & lex apud Paulum, & teſtamentum apud Eccleſiaſticum. Quid, ſemel, apud Paulum.*

1 Conditionalem quãdam argumentationem conficere nunc Iob videtur, cuius antecedens ſit in hoc verſiculo, & conſequens in ſequente. Si *breues dies hominis ſunt, recede*, recedere debes *paululum ab eo, vt quieſcat.* & licet particula conditionalis exprimatur in Hebræo (אם), ſed nõ intenuſtè ſubiicetur à Vulgato. *Breues dies hominis*, propriè, decurtati, præciſi, definiti, nam verbum *Charats* (חרץ), ſignificat abſcindere, præſcindere, definire. vel acutè & præciſè aliquid facere, abſoluere, ſtatuere, vnde dicitur Iſai. 10. (Iſai. 28. 23.) *Conſummationem & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio terræ.* id eſt, conſumet Populum, & præſciſis, amputatiſque inutilibus impijs, abbreuiabit populũ, & ad minutiſsimas iuſtorum reliquias rediget, quam verbi proprietatem retinuit Vulgatus Ioel. 3. (Ioel. 3. 14.) *Populi in valle conciſionis.* id eſt, omnes populi congregandi ſunt in valle abbreuiationis, & præſciſsionis, nimirum in valle Ioſaphat. atque eſt elegans antitheſis inter populorum omnium infinitam multitudinem & conciſionem, ſiue abbreuiationem. amputatis enim, præſciſsis, reiectiſque impijs, quorum *infinitus eſt numerus* (Eccleſ. 1. 15.), eliciet tandem Deus & colliget breuem quandam ſummam iuſtorum & numerum. Hic igitur dicuntur *dies hominis breues*, abbreuiati decurtati, ſtatuti, & præſciſi, definiti, præſcripti ad menſuram certam & anguſtam, & numerum breuiſsimum. hæc autem vitæ humanæ cõſtitutio, & definitio mox exponitur. Si etiam hic *dierum*, aut *menſium numerus, apud te eſt*, id eſt, ſi mihi non oſtendis, (vt eò magis excrucier, quo mihi magis occultũ eſt) *quid mihi deſit.* (Pſal. 38. 4.)

2 (עשה חקה) *Conſtituiſti terminos eius.* Si conſtituiſti, propriè, feciſti, præparaſti, diſpoſuiſti: *Terminos.* propriè, ſtatuta, præcepta, decreta. (Terminus quid propriè.) hæc enim Dei ſtatuta atq; decreta de hominis vita, ſunt velut termini & cancelli, intra quos homo continetur, & ſunt certi fines, quos vltra citroque nequit conſiſtere vita, eadem loquendi forma dicitur infra: *Circumdedi illud terminis meis.* (Iob. 38. 5.) id eſt, meis præceptis, & ſtatutis. quod Prouerb. 8. (Prou. 8. 29.) dicitur: *Legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos.* & Pſalm. 103. (Pſal. 103. 9.) *Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur.* in eodem igitur ſenſu, ſed clarius dixit interpres, *terminos eius.* Septuaginta (LXX.) autem tempus præfixum, & conſtitutum intelligentes, dixerunt: *Ad tempus poſuiſti, & non tranſgredietur.* id enim, *tempus*, abſolutè dictum ſignificare ſolet, videlicèt certum, & determinatum.

Qui præteriri non poterunt. Verbum *prætereundi* (Quid Præterire.) rectè quadrat legi & ſtatuto, ſicut etiam Pſalmo. 148. (Pſal. 148. 6.) *Præceptum poſuit, & non præteribit.* id eſt, non erit vanum, aut irritum, ſed perficietur, & obſeruabitur. & Matth. 5. (Matth. 5. 18.) *Apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* & 24. (24. 35.) *Verba mea non præteribunt.* ergo hoc Dei decretum aut mortis aut vitæ, non erit irritum, neque vanum fiet, ſeruabitur: vel, non poterit homo conſtitutos terminos tranſilire: neque decreta & ſtatuta prætergredi. Hinc Paulus hanc moriendi neceſſitatem nomine legis, & ſtatuti explicat. (Heb. 9. 27.) *Statutum eſt* (inquit) *hominibus ſemel*, id eſt, irreuocabiliter, firmiter, conſtanter. nam *ſemel loquutus Deus* (Pſal. 61. 12.), vt iterato præcepto opus non ſit. Vtraq; vero legis, & præfixi termini ratio coniungitur Actor. 17. (Act. 17. 23.) *Deus fecit ex vno homine omne humanum genus inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum.* & ferè eadem vis eſt Eccleſiaſtici. 14. (Eccleſ. 14. 12.) cum *teſtamentum* dicitur mors, id eſt, lex, ſtatutum, diſpoſitio Dei, & vniuerſalis lex de morte ab omnibus ſubeunda: *Memor eſto, quoniam*

mors

mors non tardat, & teſtamentum inferorum, quod demonſtratum eſt tibi, teſtamentum enim huius mũdi morte morietur. id eſt, hòc eſt Dei ſtatutum & diſpoſitio rerum humanarum, vt homo intra certos terminos vitæ cõſiſteret, & certiſſima pręfinitaque morte tandem deficeret. ſiue igitur *terminos*, ſiue legem, & *ſtatuta*, ſiue *teſtamentum* dicas, ſemper dicis aliquid firmum, & conſtans, quod *Præteriri non poterit.*

VI. Recede paululum ab eo, vt quieſcat, donec optata veniat, ſicut mercenarij dies eius.

1. *Eligitur verior expoſitio. Recedere, quid propriè.*
2. *Quieſcere, pro finire, aut ceſſare.*
3. *Optata dies apud Hebraizantes, dies mortis.*
4. *Dies optata, dies iucundior, verior expoſitio. Particula, Donec in ſacro ſermone conſequutionem afferre ſolet.*

I — *D. Thom.* — ILlius conſequentiæ, quam diximus, vim, & concluſionem ſic conficit D. Thomas; Cùm meæ vitæ à te præfixi dies paucisſimi ſint, age, ne me diutiùs ſuſtentes viuentem, neque tua præſentia conſerues, ſed diſcede, meque morti permitte, vt mortis quiete & tranquillitate tandem fruar, interim dum diem reſurrectionis expecto, quo merces mihi, tanquam mercenario, pro meis laboribus reddetur. Sed quidem cùm mortem ſæpe non tam precetur, quàm deprecetur, non videtur hæc interpretatio cohærere poſſe, neque cum antecedentibus, neque cùm conſequentibus. Communis igitur Græcorum, atque Latinorum commentarius hic eſt; *Recede*. recedere profectò debes. quod c. 10. dixit, *Dimitte ergo me.* à verbo *Sagbah.* quod propriè eſt, reſpicere; & per antiphraſim, excæcari, aut caligare. ne me reſpicias, ne me tam accuratè, & attentè obſerues, ſed inſtar heri permittentis ſeruum aliquandiu ſibi viuere, *recede paululum*, & ſimula te non videre. ita recede, vt videaris *abiiſſe in regionem longinquam*, ac tuos ſeruos aliquandiu permiſiſſe viuere ſuo arbitrio. inde etiam ſignificat diuertere, aut diſcedere: quoniam ſicut qui ſpectatum admittuntur, & videre aliquid cupiunt, accedunt propè & conuertuntur ad videndũ, ita etiam qui videre nolunt, auertunt faciem, & oculos, atque diſcedunt. ſic ſanè etiam dixerunt Septuaginta; *Recede ab eo.* in Hebr. propriè; *deſuper eo.* exactionem quandam, & obſeruationem permoleſtam afferre ſolet, illud *deſuper*. nos dicimus, *no eſteys ſiempre ſobre el.*

Frequentior Latinorum & Græcorũ expoſitio. שעה *Iob.* 10. 20. Recedere in Hebræo quid.

LXX.

2. — חדל — Quieſcere finire aut ceſſare. *Geneſ.* 2. 2. — *Vt quieſcat*; vt quod ſupereſt vitæ poſsit quietus tranſigere. Quoniam verò verbum *Chadal* ſignificat finire, ceſſare, ſeu quieſcere ab actione, ideò *quies* ſumi ſolet pro ipſo fine, & ceſſatione, quando dicitur Deus *quieuiſſe*, id eſt, ceſſaſſe *ab opere* creationis. in hac ergo ſignificatione ſumi poſſet in hoc loco; Tu mihi præfinis vitam. ſit ſanè. ſed me demitte: nam *quieſcam* ego, & ceſſabo, etiam te non vrgente, neque propellente ad finem, & mortem: ego per me conſumar, neque prętergredi vlla ratione potero terminos mihi præfixos. Sed in alia propria *quieſcendi* ſignificatione, & quidem opportuniùs ad antecedentia & conſequentia, à Græcis & Latinis accipitur.

3 — *Complut.* — *Donec optata veniat.* Lectio Complutenſis, & præterea Complutenſes in dictione *chadal*, legerunt in plurali, *Donec optata veniant.* & quamuis ſenſum non mutet, tamen vera & correcta lectio eſt in ſingulari. & Hebraizantes quidem interpretantur hic Iobum petere, vt tandiu permittatur viuere quouſque ipſe ſponte ſua, ſenio iam confectus optet mortem: ſicut mercenarius, poſt peractum diei laborem, ad ſolis occaſum de nocturna quiete ſibi ipſi blãdiri, & gratulari videtur. ſic Pagnin. *Recede ab eo, & deſinet à malo ſuo, donec perficiat, ſicut mercenarius diem ſuum.* Tygurin. *Abſiſte ab eo, vt deſinat, cum iam grato animo excipiet diem fatalem, tanquam mercenarius.* Vatabl. *Donec perueniat ad ſenium, quo tempore tædebit illum viuere.* idemque ex conſenſu omnium Hebræorum placuit etiam Iſidoro Clario, & Eugubino, quaſi dicat: Nunc vitæ deſiderio & mortis metu excrucior: tantiſper igitur mihi viuere permitte: ſcio enim forè, vt non multò poſt, faſtidio mihi vita ſit, & mors in votis. *diem* igitur *optatam*, diem mortis interpretantur. Sed non videtur cohærere cũ eo, quod dixerat, præfixum eſſe cuique tempus vitæ. neque omnes quidem ad vltimam ſenectutem perueniunt: quotus enim quiſque eſt, qui ad nauſeam vſque, & tædium vitæ viuat?

Hebraizantes Optata dies, apud Hebraizantes, dies [illegible]

Pagn. *Tygur.* *Vatab.* *Clarius* *Eugub.*

4. — Optata dies, pro die iucũdiori. — Ergo is videtur proprius, atque germanus huius loci ſenſus; Remitte mihi paululum doloris, & cruciatus acerbitatem, vt aliquo ſaltem ſpatio temporis ſine dolore, ſine gemitu frui, & reſpirare liberè poſsim: quamuis dolores & cruciatus inſtauraturus poſtea ſis *ſicut mercenarium* interponit ſuis interdum otium, & gaudiũ laboribus & curis, videlicèt, aut quiete nocturna, aut aliquo feriato die, repetiturus deinde ſuum laborem: vires enim & animum reſumere oportet, & non habere tandiu cordis cordam intentam, quin aliquando remittat. & quidem particula *donec*, non ſemper ſignificat determinatum aut indeterminatum tempus, quo finito aliquid ampliùs non eſt, ante quo incipere debeat id, quod vſque ad illud nunquam extiterit. quam ſignificationem agnouit Hieronym. contra Eluidium; ſed præterea ſignificat conſequutionem rerum, vel temporum, Pſalm. 70. *Ne derelinquas me, donec annuntiem brachium tuum.* id eſt, ſi me non derelinquas, annuntiabo inuictam tuam potentiam. & illud; *Sede à dextris meis, donec ponam.* id eſt, cùm ſederis ponam; ſimili igitur ratione ait Iob. Si à me flagellando receſſeris, optata mihi, atq; lætior aliqua affulgebit dies, quam velim, quæ mihi placere poſsit. hunc ſenſum videntur quoque Septuagint. ſequuti; *Diſce de ab eo, vt requieſcat, & bene velit vitam, ſicut mercenarium.* quæ eadem ferè lectio eſt, cum illa quã Chryſoſtom. refert; *Recede à me vt requieſcam, & complaceat mihi vita mea, ſicut mercenario.* eadem ratione interpretantur Olympiod. & Polychron. vt inquam ſaltem aſſequar mer-

Particula donec. *Hieron. contra Eluidium.* *Pſal.* 70. 18. *Pſal.* 109. 1. LXX. *Chryſoſt.* *Olymp.* *Polychron.*

cenarij

cenarij relaxationem: nam mali mei calamitas inducias nullas facit. Hæc igitur *optata dies*, non eſt dies mortis, vt Hebraizantes volebát, ſed vita iucundior: & propterea etiam difficultatem redeundi ad vitam mox proponit. neque etiam eſt dies reſurrectionis, & potiundæ beatitudinis: tunc enim non requieſceret paululum; cùm ſempiternis gaudijs potiantur Beati.

VII. Lignum habet ſpem: ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant.

1. *Varia nectendi, & interpretandi ratio. Reſurgentis hominis cum arbore reuireſcente comparatio.*
2. *Nexus, & interpretatio optima. Diſsimilis homo arbori.*
3. *Lignum quid apud Latinos, item & apud Hebræos illuſtratum David.*
4. *Hebraizantes notati. Laudatus Vulgatus.*
5. *Vireſcere quid in Hebræo arborum morbi.*
6. *Pullulare quid.*

1.
Lyra.
Reſurrectionis cũ arbore reuireſcente comparatio.

NOn eadé eſt apud omnes nectendi hunc verſiculum cum alijs ratio; ná Lyranus exiſtimat de reſurrectionis ſpe nunc loqui, & ex arboris comparatione reuiuiſcentis, & vices ſuas mutantis cum tempore probare, hominem, niſi deterioris conditionis futurus ſit, reſurgere debere. nam licet corpus humanum nó repullulet, ſicut arbor, at oportet eſſe in homine partem aliam immortalē, ratione cuius expectanda ſit reſurrectio. ſed, vt hanc philoſophiam Lyrani nunc non omnino ad viuum examinemus, certe Auguſtin. *Auguſt.* hunc ferè ſenſum indicauit; docet enim applicationem huius ſimilitudinis debere accipi per ironiam, quaſi dicat, Scilicet homo nó reſurget, cùm videatur reſurgere arbor. Cæterum hic ſenſus durior eſt, & non omnino facilis ſimilitudo, & ironia difficile agnoſci poteſt. at Olympiod. D. Thom. Caiet. Dionyſius, *Olymp. D. Thom. Caiet. Dionyſ.* exiſtimant redire iterum Iob ad humanæ miſeriæ deplorationem, & amplificationē, quòd videatur eſſe humana vita deterioris conditionis, quam arbores; nam hæ ſiue abſciſſæ, & auulſæ, ſiue ſeneſcentes diuturnitate & tempore, at agriculturæ, & translationis, inſitionis, irrigationis beneficio iuueneſcunt & germinant; homo verò quacumque ratione à vita excindatur, redire iterum non poterit ad ſimilem viuendi conditionem.

2.
Nexus, & expoſitio optima.
Polych.

Sed omnium optime atque ſimplicisſimè Polychron quem recentiores imitantur, exiſtimat deprecationem hanc eſſe illius relaxationis aſſiduorum cruciatuum, ex diſsimilitudine cum arbore; *Nam non ſum* (inquit) *ſicut arbor, quæ abſciſſa licet, atque vetuſtate confecta pullulare iterum, atque vireſcere poteſt, ſed ſi me ſinas vt aeterna penitus nunc abſumi, & interire, non erit deinceps Iob, cui benefacere inter mortales poſsis.* Quæ ſane diſsimilitudo hominis cum rebus alijs, quæ vices cum tempore mutant, cum arboribus & herbis præcipuè, familiaris etiam fuit ſcriptoribus prophanis: nam Lyricus cecinit;

Homo diſsimilis arbori reuireſcenti.
Horat. lib. 4. Carm. Od. 7.

Diffugere niues, redeunt iam gramina campis
Arboribuſque comæ.
Mutat terra vices, ,,,,,,,,,,
Nos vbi decidimus
Quò pius Aeneas, quò Tullus diues, & Ancus,
puluis & vmbra ſumus.
Non Torquate genus, non te facundia, non te
reſtituet pietas.

Huc illud Catulli; *Catull.*

Soles occidere, & redire poſſunt,
Nobis cùm ſemel occidit breuis lux,
Nox eſt perpetua vna dormienda.

& Theocritus in illo Bionis epitaphio, quod *Theocr.*
Latinum reddidit Monſtrolienſis: *Lambin.*

Eheu, cùm ſemel inculto malua aruit horto,
Aut viuax apium, foliumque virentis anethi,
Vere reuiuiſcunt, alium & naſcuntur in annum.
Nos autem magni, & ſapientes, atque potentes,
Vt ſemel occidimus ſub terra lumine caſsi,
Dormimus longum, immenſum, æternumque ſoporem.

3
Lignu apud Latinos, quid item & apud Hebræos.

Nunc de vocibus pauca. *Lignum*, apud Latinos dicitur, quod plantatum non eſt, ſed iam conuulſum, aut exciſum, ſiue aridum, ſiue viride, quod colligatur ex terra: ideo enim *lignum*, à legendo dicitur. quamquam aliquando, raro licet, pro arbore vſurpauit Poeta, 2. Georgicon. *Virg. 2. Georg.*

Quid tibi odorato referam ſudantia ligno
Balſama? ,,,,,,,,,,,,

At in ſacro ſermone cùm alia ſint propria virentium arborum, aut plantarum germinantium nomina, vt *Siach*, Geneſ. 2. *Omne virgultum agri.* & *amir.* Iſaiæ. 17. *In ſummitate rami.* tamen. *Ghetſ*, indiſcriminatim pro ligno arido, aut pro arbore vſurpatur, quare licet Septuag. habeant *arborem*, ſimiliterque reddiderint Pagninus, Vatablus, Caietanus: ſed eleganter Latinus interpres vim originalis vocis retinuit, vt quæ in præſentem locum conueniret. *Lignum* (inquit) etiam *præciſum*, & ſemiaridum, *habet ſpem.* & fortè etiam Pſal. 1. dictum eſt, *Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum: quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* vt indicaret, eum qui areſcere cœpit, poſſe conſeri iterum, & plantari, vireſcere, fructumque ferre, *ſecus decurſus aquarum* diuinæ legis. quare homo non tam ſit arbor, quæ plantata eſt ſemper: ſed *lignum*, quod & aridum eſſe poteſt. *Habere* autem *ſpem* dicitur *lignum*, de quo nos bene ſperare poſſumus, & polliceri nobis fructum vberem, & vitam, viroremque diuturniorem.

שיח אמיר עץ *Gen. 2. 5. Iſa. 17. 6.* LXX. *Pagnin. Vatab. Caiet. Pſal. 1. 3.*

4.
Regia.

Si præciſum fuerit. Ignoro quare Regia cùm *lignum* dixerit, *præciſa* in genere fœminino legerit: niſi forte vt genus fœmininum indicaret vocis Hebrææ, ſed quo redderetur oratio ſolœca, & inconcinna, planeq; obſcura. cùm Latinè igitur loquitur Latinus noſter, & Vulgatus interpres tanquam aberrans ab Hebraico deſeritur ab Hebraizantibus: at cum ad regulas & leges Hebraici ſermonis interpretatur, tanquam parum Latinus peracerbe ab ijſdem carpitur. iniqui profecto iudices.

Notati quidam Hebraizantes, & defenſus Vulgatus.

5.
LXX.
חלם

Rurſum vireſcet. Septuagint. *Adhuc pullulabit*, propriè mutabitur, inſtaurabitur, innouabitur. à verbo, *Chaleph.* à quo etiam inferiùs dici-

Vireſcere quid.
Infrà.ver.14

tur, *Expecto, donec veniat immutatio mea.* quaſi dicat, Abſciſus ramus vel ſurculus, ſecũ vireſcendi & pullulandi ſpem, initiumque defert. licèt exiſtimarem, eſſe ſermonem non tam de ſurculo abſciſo & carpto ex arbore, ſed potiùs de ipſa arbore, quæ propter trunci, aut ramorum aliquem morbum vel ariditatem, ferè tota amputatur relictis tantùm radicibus, & omni ramorum & foliorum honore nudatur. qua ratione elegãtior videtur comparatio, & humanis ærumnis, atque morbis conuenientior: ſunt enim etiam arboribus tum communes, tum priuati morbi, & partium debilitas, dolor membrorum; atq; laborant fame, & cruditate, nimia etiã pinguitudine luxuriæ, alijſque vitijs, quæ eleganter numerat Plin. lib.17. ca. 24. Columela, & Pallad. & alij rei ruſticæ ſcriptores, tum etiam (vt eleganter dixit Plutarch.) *folijs auulſis, veluti dolent & mordentur plantæ, & vlceroſum ijs quoddam accidit detrimentum.*

Arboribus etiam morbi
Plin.l.17.c.4.
Colum.Pallad.
Plutarc. lib.3. ſym.q.1.

Et rami eius pullulant. propriè. & nutriet; vel, lactabit teneros ramos. ſic Septuag. dixerunt; Germen eius non deficit. Tygur. *Tenera propago*; nam *Ianak*, propriè eſt, Lactare, ſeu nutrire. & inde dicitur tener ſurculus, aut germen pullulans, quaſi **lactans*; nam ſicut infans ab vbere ſugit lac, ita ramus humorem à ſua radice.

LXX.
Tygur.
ינק
*El renuevo quando eſta en leche.

VIII. Si ſenuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius.

IX. Ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quaſi cùm primò plantatum eſt.

1. *Quid radix & truncus, & vt hæc duo reſpondeant pulueri, & terræ. Senium & mors in arboribus, cuiuſmodi.*
2. * *Hanc ſententiam peculiariter conuenire in laurũ. Huius radices viuaciores reliquis.*
3. *Odor in ſacro ſermone, quid. De leui cuiuſque rei contactu dictus. Explicatus locus Iudicum, Danielis, & Iſai.*
4. *Plantandi verbum nouitatem quandam affert.*
5. *Varia lectio. Conſumẽdi verbum ad mortẽ referri.*

1\.
Radix quid propriè.
Iob.5.3.

SIue cum ſuperiori ſententia nectatur verſiculus octauus, ſiue cum verſicu.9. ſenſus ſemper idem conſtat. *Radix* autem licèt nõ rarò ſumatur in Scriptura pro trunco, & ea arboris parte, quæ eminet è terra, vt ſupra diximus. cap. 5. tamen hoc loco pro radicibus ipſis, quæ ſub terra ſunt, accipi videtur, nam trunco opponitur. quare eodem modo videntur hoc loco *radix*, & *truncus* diſtingui, quo *puluis*, & *terra*; nã *ghaphar* non eſt, vt putauit Eugubin. terra humida, vbi radices diffunduntur, alteque hærent; ſed eſt *puluis*, ſuperiorque terræ pars, leuiſsima, atque minutiſsima, & quæ facilè in limum tranſit perfuſa aliquo humore, vt dictum eſt Gen. 2. *Formauit Deus hominem de limo* (*Aphar*, puluere) *terræ*. & facilè etiam exareſcit, & in tenuiſsima grana diſſoluitur. vti Num. 23. dicitur; *Quis dinumerare poſsit puluerem Iacob?* & ita truncus cum puluere iungitur: nam eſt proximus primæ illi extimæ portioni terræ. Quare licèt Septuag. legerint pro *puluere*: *In petra interierit truncus eius.* at Polychr. ait, Aquilam dixiſſe, *puluerem*; & in Hebræo haberi, *cinerem*. eſt enim propter ariditatem, tenuitatẽ, leuitatem, cinis *pulueri* ſimilis, *Radix* verò *terræ* tribuitur: nam *erets*, terram abſolutè ſignificat, & eam quidem partem, quæ fructus profert; vt Iob. 28. dicitur *Terra, de qua oriebatur panis.* Radices igitur, ſi vetuſtate & ſenio ſint cõfectæ, &c. Suum ſenium etiam arboribus eſſe (viuunt enim) certum eſt. ſuum etiam *ſenectutis* vitium & morbum. nam omnibus arboribus in ſenecta fit cortex rugoſior, vt ſcribit Plin. & quamuis idem falſum exiſtimet, quod aliqui prodidere, videlicèt Radices arborum vetuſtate minui; ſed tamen *ſeneſcere* nõ negat. neque negare potuit, quod veriſsimè à Theophraſtro ſcriptum eſt lib.1. de hiſtoria plantarum. cap.11. Nouellas & vigentes arbores longius, & altius radices mittere, quàm vetuſtas: & marceſcente arbore radicem quoq; minui, & velut vna contabeſcere. *Moritur* autem in puluere truncus, cùm caudex, & ſtipes arboris exareſcit. non enim eadem ratione hic mortuus *dicitur*, ſicut Ioannis. 12. *Granum frumenti, ſi mortuum fuerit*; nam illa mors putrefactio quædam ſeminis, quæ *multum fructum affert*. hic verò mors *trunci*, eſt ariditas quædam, ex qua neque fructus, neque folia prouenire poſſent, & quæ mille rimas ducat.

Eugub.
עפר
Gen.2.7.
Num.23.10.
LXX.
Polychron.
Aquila.
ארץ
Iob.28.5.
Senium in arboribus.
Plin.16.c.31.
Theoph.lib.1. hiſt plan. c.11.
Ioan.12.24.

2\.
Hanc ſententiam peculiariter conuenire lauro.
Plin.

Sed cùm video hic dici *radicem ſeneſcentem*, & trunco iam emortuo reuiuiſcere poſſe, non poſſum non coniecturam aliquam, neque omnino leuem facere, non loqui in vniuerſum de quacumque arbore, ſed de illa, quæ ſemper ſacratior cæteris habita eſt. de lauro inquam, de qua quod Plinius ſcribit, cum his Iobi verbis mirificè congruit. ſic igitur dum de arboribus, & earum partibus loquitur, ſcribit illic, loco ſuperiùs indicato; *Quarundam radix viuacior ſuperficie, vt lauri. itaque cum truncus inaruit, recißa etiam lætius fructificat.* vt dicere de illa poſſis, ſi ſenuerit in terra radix eius, & mortuus fuerit truncus illius, propter inſitam radicum viuacitatem ad odorem aquæ lætior germinabit.

Lauri radices viuaciores reliquis.

3
Odor quid in ſacro ſermone.

Ad odorem aquæ germinabit. id eſt, leuiter etiam attacto humore; vel. ſtatim atque irrigatæ fuerint radices, refloreſcent, & germinabunt. dicuntur arbores quaſi ad capiẽdum aquæ odorem, & ad humorem contingendum ſe ſuaſq; radices conuertere. tum etiam & folia, & ramos in eam partem, quę humidior ſit, conijcere, atq; in eandem auidius ſe & radices diffundere. *Odor* autem metaphoricè leuem rei alicuius contactum indicat. vt de tribus pueris dicitur Dan. 3. *Quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis in corporibus eorum, & odor ignis non tranſiſſet per eos.* id eſt, neque leuiter illos tetigiſſet, læſiſſetvè. niſi fortè ſignificetur hoc loco per *odorem ignis*, fumus, hunc enim olet ignis. & Iudic. 15. *ſicut ſolent ad odorem ignis ligna conſumi, ita vincula, quibus ligatus erat, diſsipata ſunt.* & iterum Iudic. 16. ad idem. *Rupit vincula, quomodo ſi rumpat quis filum de ſtupa tortum ſputamine, cum odorem ignis acceperit.*

Dan.3.94.
Iud.15.14. & 16.9.

reperit.id eſt contactum ignis. vel, cum ignem ſenſerit. Fortè autem *odoris* nomine, leuis, & facilis cuiuſpiam ſenſus,actio indicatur, & quod de viſu aliquando diximus,videlicèt cõprehendi & intelligi ſub eo aliorum ſenſuum actiones,ita etiam de *odore* intelligendum.qua ratione quidam explicant illum Iſaiæ locum. cap.11.*& replebit eum ſpiritus timoris Domini*. quod ex Hebræo propriè legitur,*Olfaciet in timore Domini*. vel, *olfacere ipſius erit in timore Domini*. vel, *Odorari faciet eum in timore Domini*. id eſt, paruo indicio agnoſcet eum, qui iuſtus fuerit, & pius.facilè ſentiet; ſagax erit in agnoſcendis iuſtis,& Deum timentibus hominibus.igitur *ad odorem*, & contactum *aquæ*,id eſt, irrigationis beneficio *germinabit & faciet comam*. Septuagint.legerunt,*Et faciet meſſem*.Polychron.ex Hebræ.refert;*faciet fructum*.& quidem verbum *Katſar*, ſignificat id quod præciditur, demetitur,decerpitur. quod cùm indifferens ſit, vel ad fructum, qui ex arbore decerpitur; vel ad ramum &palmitem qui ex arbore rapitur;vel ad inutilia virgulta,quæ reſecari ſolent; Vulgatus ſapienter elegit id, quod ad rem facere potiſsimum iudicauit. & *comam*,dixit,vt ſignificaret multitudinem germinum, ramorum, palmitum, ex quibus pulcherrima conſtat arboris coma. Verbo autem *faciendi* affertur ramorum quædam aptiſsima compoſitio, & à natura ipſa ſeries,& ordo diſpoſitus. eſt enim *facere*,apte,& ordinate diſponere.

Odoratus de leui cõtactu cuiuſcumq. ſenſus,

Iſai.11.3.

LXX.

Polych.

קצר

עשה

4 *Sicut cùm primò plantatum eſt*.Eleganter Septuaginta; *Sicut nouella plantatio*. ſimplicius in Hebræo,*ſicut plantatio*.languidè autem accipit Tygurina vocem *plantationis*, nam non aliud reddidit, quàm *plantam*. *At tracto* (inquit) *humore aqueo,iterum germinat exhibetque fructus decerpendos, vt planta ſolent*.nam licet nomen, *Natagh*,à plantando dicatur, tamen vox ipſa *plantandi*, nouitatem quandam affert; & ita ſapienter Iſai.5. Germen reddidit;*Viri Iuda germen eius delectabile*.& Ezech. 34. *Suſcitabo eis germen nominatum*. id eſt,Chriſtum nouum hominem, tenerrimum virginis filium,eadem vox Pſal.143. *Quorum filij ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua*. illuminatur igitur originalis vox dilucida paraphraſi, cùm ait interpres:*Sicut cùm primo plantatum eſt*.

LXX.

Tygur.

נטע

Plantãdi verbum nouitatem affert.

Iſai.7.

Ezech.34.29.

Pſal.143.12.

X. Homo verò cùm mortuus fuerit & nudatus, atq; conſumptus, vbi,quæſo,eſt?

5 HAec eſt altera diſsimilitudinis pars:Lõge(inquit)aliter ſe habet homo; qui ſemel è vita exciſus,& conuulſis radicib. penitus ablatus,non poteſt iterum,in eiuſdem ſtatus & vitæ ratione conſeri, neque vireſcere.*Nudatus*;Complutenſes legerunt;*Vulneratus*; alij,*excidetur*.vel,*incidetur*.à verbo,*Chalas*, quod eſt vulnerare. Regia; *Infirmabitur*. idem enim verbum, debilitare, aut infirmare ſignificat. quæ etiam ſignificatio agnoſcitur à Latino interprete, Ioelis. 3. *Infirmus dicat, Quia ego fortis ſum*.Sed certè videtur noſter interpres legiſſe, *caphas*, quod eſt nudare, aut mutare habitum: eodem tamen recidit:Nam homo,ſiue naturali morte intereat,ſiue, violento vulnere excidatur, ramis, boniſque omnibus deculsis nudatur, & ſpoliatur, atque compellitur alium longè miſerrimum habitum ſumere.

Altera diſsimilitudinis præcedentis pars.

Complut.

חלש

Regia.

Ioel.3.10.

חפש

Conſumptus. Hoc D.Thom. refert ad cadaueris conſumptionem,cùm tota oſsium compages ſoluitur. ſed certè ex vi originalis,*gauagh*, conſumptio hæc,eſt expiratio,& defectus,aut mors.vnde Geneſ.6.dicitur. *Vniuerſa quæ in terra ſunt,conſumentur*, &.c.7. *Conſumpta eſt omnis caro*, &.c.35. *Conſumptus ætate mortuus eſt*. quare rectè Septuaginta dixerunt, *Vir cùm mortuus fuerit*. alij,*obijt*.Hic ergo erit coaceruatio quædam plurium vocum idem ferè ſignificãtium,quæ vim addant orationi, & ſignificent hominem penitus iam mortuum.

D.Thom.

גוע

Gen.6.17.& c.7.21.& c. 35.29.

LXX.

Vbi,quæſo,eſt? id eſt,nullibi eſt,vt inde redire poſsit ad eandem vitam,quam ſemel reliquit, non enim,ſicut arbor tranſplantatur, vt alio in loco renaſci,& germinare poſsit.

XI. Quomodo ſi recedant aquæ de mari, & fluuius vacuè factus areſcat.

XII. Sic homo,cum dormierit, non reſurget:donec atteratur cælum, non euigilabit: nec conſurget de ſomno ſuo.

1. *Prima interpretandi ratio per diſsimilitudinem hominis,cum mari,& fluuio.*
2. *Secunda expoſitio per ſimilitudinem cum eiſdem rebus.Recedere,quid in Hebræo.*
3. *Particulam donec,ad æternitatem referri.*
4. *Donec,aliquando de determinato tempore. Cælorum & mundi ſenectus, & vetuſtas veſtimenti ſimilis.*
5. *Cælorum defectus in die iudicij qualis. Stellas de cælo cadere,quid.Cælorum & mundi alteratio mortis ſimilis.*
6. *Mundus veſtimento conſito ſimilis. explicatis Dauid,& Ezechiel.*

1 QVoniam particula ſimilitudinis in originali & in Septuag.ſubticetur, non eodem modo exponitur ſententia hæc; nã alij per ſimilitudinem, per diſsimilitudinem alij accipiunt. Diſsimilitudo autem hoc videtur modo poſſe confici, vt ſignificetur homo, fugacioris vitæ, & irreuocabilioris quam *mare*,aut *fluuius*. nam licèt *mare* in continua mutatione ſit,perpetuoq; fluxu, nihilominus tamẽ, ſi quam aquæ partem deperdere videtur,recuperat ſtatim:& ſi quid abit in vapores,& à ſole abſumitur iterũ concreſcẽtibus vaporibus, & in pluuiã liqueſcentibus,atq; decidentibus reſarcitur:& ſi quid exugũt fontes & flumina, illud ipſa reſtituunt:nam *omnia flumina intrant in mare,& mare non redundat,ad locum vnde exeunt,flumina reuertuntur*.ſimiliter etiã *fluuius*,aut torrens iã ſiccatur,iã pleno influit alueo,atq; exundat. incrementa igitur, aut decrementa per vices accipit.verũ homo,cætera labentib.aquis ſimilis,in hac vna re diſsimilimus eſt:nã ſemel ex-

LXX.

Duplex interpretandi ratio.

Eccl.1.7.

tinctus & areſactus non redibit iterum, neque vllam habebit in hoc mundo vitæ viciſsitudinem, *donec atteratur cælum*. ita explicat Chryſoſt. & idem ſenſiſſe videntur Septuag. legentes, *Tempore enim rareſcit mare*. & idem clarius ſentit Aug. ſimul explicans atq; legens, *Tempore minuetur mare, nam poſt impletur*. & Polych. huius exemplum ſubiicit, in fluxu Pōti. pro *fluuio* autem. Polychr. ait in Hebræo haberi, *Torrentem*. ſed vtriuſque eadem ratio eſt.

Chryſoſt. LXX. Auguſtinus. Polychron.

2 Latinorum interpretatio.

Vulgatus tamen interpres ſimilitudinem ſubeſſe intellexit, atq; expreſsit, quam plerique Latini ſic interpretantur. vt dicat, reſurrectionem ad ſimilem vitæ ſtatum, eſſe natura impoſsibilem, ſicut mare aut fluuius ad ſummam ſiccitatem redacta reparari & & reſtitui naturæ viribus non poſſent. Et commodè vitam, quæ in humido conſiſtit, cum humore comparat, & mortem cum ſiccitate; nam cadauer exuctum, & confectum, humido vitali deſtituitur. quam ſentētiam recte ex ipſis verbis Hebraicis, elicere potuit Vulgatus. nam verbum *recedendi*, aut abeundi, quod in fonte eſt, *azal*, ſignificat omnino abire, perire, deficere, & aliquando, Vulgatus ad mortem refert, ſiue ad vitam deficientem.

Quid Receſſit. אזל

3 Particula donec, ſignificat æternitatem. עד

Donec atteratur cælum. Dupliciter poteſt ſumi, particula, *donec*. 1. vt ſignificet æternitatē, ſeu perpetuitatē. quare particula, *ghad*. vertitur aliquando, *in æternum*, vel, *in ſeculum ſeculi*, Pſal. 110. & 111. & Iſa. 7. *Excelſus & ſublimis habitans æternitatem*. q. d. vſq; viuens. & propter ea aliquādo vertitur negatiuè, & ita ſimpliciter & proprie hic legi poſſet, *Donec non cælum*. q. d. nunquam non erit cœlum. nam ſecunda vox *atterendi*, etiam in Originali poteſt eſſe particula negatiua. quare ſumit argumentum ab impoſsibili, quod apud poetas frequens eſt, Tum etiam faciunt duo impoſsibilia æqualia, aut ex duobus impoſsibilibus, vnum magis eſſe impoſsibile, quam alterum. huiuſmodi eſt illud; *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt*. quod autem Hebræus apud Caiet. particulam *atterendi* vertit, *niſi*, vt ſit ſenſus, *donec niſi cælum*, id eſt, donec nihil aliud remaneat in mundo niſi cœlum; valdè frigidum efficit ſenſum, & lectio ipſa inelegans eſt.

Pſal 110 9. Pſal. 111. 6. Iſa. 7. 15. Matt. 24. 35. Caiet.

Huic loco poſſet aliquis, quæſtionem obtrudere de incorruptibilitate cœlorum; ſed nō niſi importune. nam ſi argumentum ducatur ab impoſsibili, tantum abeſt, vt *cælum teri*, aut corrumpi poſſe hoc loco aſſeratur, vt potius oppoſitū affirmetur. Quòd ſiquis nimiùm pertinaciter contendat, aliquando cœlorum mutationem colligi hinc poſſe, certè, non erit alia, quam illa, quam Petrus aſſerit in ſua Canonica.

Cœlorum incorruptibilitas. 2. Petr. 3. 10.

4 Particula Donec, de certo tempore.

Poteſt ergo ſecundò particula *donec* ſumi cum certo termino temporis, videlicet, vſq; ad diem reſurrectionis, & vniuerſalis iudicii, cùm *ſigna erunt* in cœlo, *ſole, luna, ſtellis*; quādo tum ſuperiora, tum inferiora corpora mirabilem quandam mutationem & innouationem ſubibūt; propter quam poteſt dici, *cælum atterendum*. Et quidem, *atterere*, in Originali eſſe poteſt à radice *Balah*. quod eſt, ſeneſcere, aut vetuſtate conſumere, vel conſumi, atterere, vel cōterere. & hac ratione ſæpe dicuntur Cœli amiſſuri vetuſtatem priſtinam, & recentiori alia pulchrioriq; forma innouandi. cuiuſmodi eſt illud Apocal. 21. *Vidi cælum nouum & terram nouam, primum enim cælum & prima terra abierunt*. atque huius vetuſtatis aut innouationis cœlorum ratione ſeruata, defectus ille vltimus cum vetuſtate, & attritione veſtimenti comparatur. Iſa. 51. *Cæli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum veteraſcent* id eſt, ſicut veſtimentum vetuſtum & detritū innouatur, & in melius cōmutatur, ſic etiam cœli, ad nouum claritatis & pulchritudinis habitum tranſibunt. quo loco Symmach. dixit, *Omnes ſicut veſtimentum ſeneſcent*. vbi Theodoretus breuiter, æquè ac dilucidè; *Veſtimentorum vetuſtatem imitabuntur*. quaquam, neſcio quid de mortalitate & immortalitate cœlorū cum vera philoſophia non omnino congruentia ſubiungit. Ergo tunc cœli videbuntur deficere, quaſi præ ſenectute, & caligare, vel potiùs moribundi inſtar, lumina claudere; *Virtutes cælorum mouebuntur*. (namq; videbitur illorum virtus languere) *& ſtellæ de cælo* * *cadent*. id eſt, vt colligitur ex Græco, ita flaccida & languida apparebunt ſydera, vt præ debilitate nutare, & caſum minitari videantur; vel obnubilabūtur, & tenebris obducta denſiſsimis extincta & mortua dices, nō aliter quàm ſi de cœlo cecidiſſent. prætereo aliam *cadendi* rationem, cum cœlum cometas ſtellarum inſtar fulgentes, in terras iaculabitur. Tum etiam, illa *attritio*, aut innouatio, quæ in cœlo & mundo futura eſt, quaſi interitui & morti ſimilis erit propter duo. Primò, quia cœli influxus & priſtinæ actiones, præſertim motus, & quę à motu pendent, ceſſabunt; quæ agendi, vitaliumque operationum ceſſatio, cum morte coniuncta eſt. tum etiam ſecundò, quia prima illa diſpoſitio, & ſtatus cum alio commutandus erit; ſicut moribundus homo aliam etiam induit figurā. ſic Paulus tit. 1. Corint. 7. *Præterit* * *figura huius mundi*. donec tandem quaſi expirans, mortuuſq; palleſcat, & lethalibus vmbris obducatur. ſed deinde tamē cum reſurgente homine, quaſi rediuiuū reſurget cœlum, multò pulchrius, multoque ſplendidius; nam pari paſſu cum homine aliæ quoque creaturæ gradiuntur. ſicut enim cum homine nouo, erit *cælum nouum, & terra noua*, ita etiam ſeneſcente natura humana, iamq; deficiente mortalium vita, ipſe etiam mundus *antiquatur, & ſeneſcit, & prope interitum eſt*. Hunc eundem ſenſum indicarunt Septuaginta legentes; *Quoad cælum non ſit conſutum*. & Chryſoſtom. explicat, *Quoadusque cælum inueteraueris & nouum conſtitueris*. in cœlo autem, coagmentatio & harmonia poteſt explicari illa conſuendi tranſlatione. nam-

Matt. 24. 29. Luc. 21. 25. Marc. 13. 24. בלה Atterere.

Mundi vetuſtas & innouatio. Apoc. 21. 1. Iſa. 51. 6.

Symmach. Theodoret.

5 Stellas de cœlo cadere q. d. Matt. 24. 29. * Qui cetaq; de pura flaqueza ſe andan cayendo, y ſe vienen al ſuelo.

Cœlorum & mundi attritio.

1. Cor. 7. 31. * Quæ ſe vas des figurando y muriendo.

Heb. 12. 13. 6 LXX. Chryſo. hom. Mundus veſtimenti cōſuti, aut diſſuti ſimilis.

que videbitur tota mundi machina diſſui, & diſſolui, dum non fuerit vnus, ordinatuſque rerum omniú motus, ſed plures diuerſi, planeq; perturbati. quales neceſſe eſt reperiri in multis corporibus aut partibus diſiunctis, & nullo nexu, vinculoq; obligatis. Orbis igitur, qui nunc ex elementis & cœlis vno ordine, mutuaque dependentia, quaſi ex diuerſis fruſtris compactus, & conſutus eſt, pereunte iam tunc harmonia & ordine, diſſuetur. Indicat præterea Chryſo. verbum illud *conſuendi* ad hominis iuncturas & colligationes membrorum referri poſſe in hâc ſententiam; Donec cœlum durauerit non conſuetur neq; coagmentabitur homo. nam illa oſsium compoſitio, & coagmentatio commiſſurarum, omniumque membrorum medijs neruis, vinculis, tédonibus colligatio, eſt quaſi quædam veſtimenti conſutio. atque eandem translationem indicauit ſu-
Iob.10.11. perius Iob, cum dixit, *oſsibus, & neruis compegiſti me.* quaſi filo & acu ex multis fruſtris me
Pſal.138.15. compegiſti, & coagmentaſti. & Dauid; *Substantia mea in inferioribus terræ.* in Hebræo, *acu pi-*
Ezech. 37. 7. 10. *ctum*, aut, *conſutum*. cum quo facit Ezechi.37. cum prophetare iubetur ad oſſa arida. *Et acceſſerunt oſſa ad oſſa vnumquodque ad iuncturam ſuam*, (*gueſſo con gueſſo y pieça con pieça.*) deinde verò acceſſerunt nerui & caro, & tandem, *Ingreſſus eſt in ea ſpiritus & vixerunt*, non aliter atque homo videtur ſubire ſuam veſtem, cùm illam induit.

Hinc iam videas non eſſe opus ad illorũ interpretationem confugere, qui quòd videretur Iob vniuerſalem reſurrectionẽ negaſſe, exiſtimarunt loqui ex aliena ſententia? nam præterquam quòd dum de reſurrectione loquitur, clariſsimè atque veriſsimè vaticinatur, hoc ſanè loco illud quoque veriſsime aſſerit, mortuum naturæ viribus & ordinaria auctoris naturę lege irreuocabilẽ eſſe ad vitam, vitæq; rationem illam, quam ſemel deſeruerit. res quidem ſæpe à nobis repetita.

XIII. Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me &, abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi tempus, in quo recorderis mei?

1. *Proponuntur quatuor huius loci expoſitiones, eligitur quarta.*
2. *Formula optandi in ſacro ſermone. Protegere quid. Vt dicantur defuncti aſſeruari. Quid ſeſeculum viuentium apud Dauid.*
3. *Vt diuina miſericordia nos abſcondat, & ſubtrahat è conſpectu diuinæ iuſtitiæ. Propitiatorium quale, & quid ſignificabat. Explicatur Moyſes, Dauid, Ezechiel.*
4. *Quid furor. Quid pertranſire. Quid naſus apud Hebræos, & Latinos.*
5. *Qualis ſit diuinus furor & vt cum tranquillitate ſit coniunctus, explicata Sapientia.*
6. *Defunctorum obliuiſcimur. Quando & quorum recordatur Deus meminiſſe.*

NOn eſt facilis, neque vnus apud interpretes, ſententiæ huius nexus cum præcedentibus. & quidem primo Titelmanus *1 Prima expoſitio. Titelm.*
exiſtimat ſermonem hoc loco fieri de extremo iudicio; cùm enim mentionem feciſſet de Iudicio, Reſurrectione, & ſomno, è quo mortui excitabuntur archangeli, & Dei voce terrifica, quaſi iam ſonitus ille formidandus & tubæ tinnitus in ſuis auribus perſonaret, pauens totus atque conterritus, ô vtinam, inquit, latere mihi, atque deliteſcere tunc temporis liceat, ne ante tremendi, ſeueriſsimique iudicis tribunal ſiſterer: iacerem quidem in ſepulchri tenebris lubens, quouſque iudicis ira deferueſceret, & indignatio remitteret; reſurrecturus tamen, in lucemque proditurus aliquando. hæc exponendi ratio vt non multum cum præſenti inſtituto congruere videtur, ita neque aperta ratione poteſt reijci tanquam omnino aliena; præſertim cùm hæc oratio ſit hominis mille cogitationibus exagitati, milleq; triſtiſsimarum rerum imaginibus, atque terroribus perculſi. quare à ſua vita & reſurrectione, ad ea quę ad vniuerſalem omnium reſurrectionem comitabuntur, facile gradum facere potuit.

Secundo, Catenę auctor, ad id quod ſupe- *Secunda*
rius dixerat Iob, mortem videlicet à ſe me- *expoſitio.*
rito expeti, confirmandum, nũc orationem *Nicetas.*
reflectere exiſtimat; Optabilius mihi (inquit) mori, quam in tam luctuoſa vita commorari. ſi optio igitur mihi daretur, eligerem planè ad mortuos recedere, & in ſepulchrum concedere, dum hæc tua indignatio, ô Deus ſeueriſsime, remittit; conſtituto tamen mihi tempore, quo me beneuolus & propitius ad vitam reuoces. namque *incidere* *Hebr.10.31.*
in manus Dei viuentis, quam in mortis falcem, longè magis *horrendum eſt*. hic commentarius longè petitur.

Tertiò, alij dicunt, dum hęc loquitur Iob, *Tertia ex-*
reſpicere ad tartareos cruciatus, propter *poſitio.*
quos declinandos viuere optet; Si moriar (inquit) & in inferorum tenebras ruam, effugere inde non potero. vtinam itaque hoc mihi daretur, vt ſi moriar, protegar à diuina ira, quę aduerſus damnatos in inferno exardeſcit, maneamque in ſepulchro, hac quoq; pacta & cõſtituta lege, vt me iubeat aliquando Deus reſurgere. illud verò *tempus conſtitutum* indicari exiſtimant, quo Chriſtus Ieſus
deſcendit ad inferos, & aſcendens eduxit ſecum *Grego.*
vinctos de lacu. hęc interpretatio eſt Greg. Phil. *Philip.*
Hug. Diony. ſed leniter non cohæret. *Hugo Diony.*

Quartò tandem facile & cohęrenter ſen- *Quarta ex*
ſus aſsignabitur, vt cum de vita irreparabili *poſitio.*
loquutus ſit, nunc ſubiungat, non futuram ſibi mortem tam horrendam, neque tam anxiè illam deprecaturũ, ſi mortuus non multo poſt rediturus eſſet ad vitam, & non potius ſempiterna obliuione conſepeliendus. cõſtituto igitur & præfixo certo aliquo tem-

pore,

pore, quo vitæ huic & corpori reſtituat, fore vt libentius mortem excipiat. In hac exponendi ratione nihil eſt aſperum, aut difficile, nunc ad voces ſingulas.

2 *Quis mihi hoc tribuat.* Si mihi optio datur, hoc opto. Hebraiſmus eſt, & valet idem, quod *vtinam*. quanquam ſimul rei optatę, aut difficultatem, aut impoſsibilitatem affert. exempla occurrunt paſsim.

Hebraiſmus & formula optandi.

In inferno. In *Scheol*, de hoc dixi ſupra. in ſubterranea mortuorum ſtatione, videlicet & animum in limbo, & receptaculo iuſtorum; & corpus in ſepulchro, vel indiſcriminatim, ſtatum mortuorum intelligit. *Protegas.* proprie abſcondas, cuſtodias, aſſerues indicat limbum aut ſepulchrum eſſe velut ſcrinium, aut capſam, in quam reponantur & recondantur corpus, animus ve, educendi, & reſumendi iterum in reſurrectione, cum ad alium ſtatum aſſumi & educi oporteat. nam corpus terrę fidei creditur, & aliquando etiam mari. quare nunc terra inexorabilis eſt, *Fortis enim eſt mors, & durus infernus.* id eſt, nullius precibus adduci poteſt, vt concreditum ſibi pignus & depoſitum reddat, niſi pręcepto compulſa auctoris vitę & mortis. Illo autē iubēte & terra & mare dabūt mortuos ſuos. ſicut enim eſt *faſciculus viuentium*, in quo Deus quorum vitam conſeruat, & protegit, colligatos habet, ne quis pereat; alios autem, quos peculiari cura, non proſequitur, quaſi diſſolutus relinquit, vt facilè perdi, & perire poſsint, ſic ſane etiā habet Deus faſciculum iuſtorum, defunctos nimirum, colligatos, numeratos, aſſeruatos in theſauro, & ſcrinio, ac receptaculo repoſitos, qui etiam *faſciculus viuentium* dici poteſt. Deus enim *non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium.* alios autem impios ſiue viuentes, ſiue mortuos longius a ſe proiicit, indignos enim iudicat, qui aſſeruentur, & protegantur. Vtrumque indicauit Abigail. benè precata Dauid. 1. Reg. 25. *Si ſurrexerit aliquando homo perſequens te, vel quærens animam tuam, erit anima Domini mei cuſtodita, quaſi in faſciculo viuentium, apud dominum Deum tuum. porrò inimicorum tuorum anima rotabitur; quaſi in impetu, & circulo fundæ.* Septua. illam etiam aſſeruandæ, & cuſtodiendæ vitæ, aut animæ rationem in hoc loco indicarunt, quod cum vita, aut anima ſit res, quæ facile amittatur, & abeat, Deus vinculo quodam cōtinet, & deuincit, quos vult; aliorum autem vitam proiicit in apertam cœli terræque planiciem, vt aberrantes pereant. ſic illi legunt. *Erit anima Domini mei illigata in vinculo vitæ.* Ergo aliqua ex his ratione, ſe protegi, & aſſeruari cupit Iob.

אשׁול

Protegere.

צפן

Infernus & ſepulchrum cuſtodia.

Cant. 8. 6.

1. Reg. 25. 29. Faſciculus viuentium quibus.

Marc. 12. 27. Luc. 20. 38.

1. Reg. 25. 29.

LXX.

3 *Et abſcondas me.* Mirum quod non poſtulet aliud perfugiū, aut latibulum, quam illum ipſum, cuius furorem timet, & fugit, & quē latere cupit; nimirū Deum timet, & latere deſiderat, & precatur, vt ipſe Deus illum abſcondat. ſcit enim neminem alium poſſe nos abſcondere, & ſubtrahere diuinæ iræ. non *cœlum*, non *infernum*, non *maris extrema*, non *tenebras* ipſas. ergo quod de diuina charitate, dum nos flagellat, dixit Grego. *Vna manu protegit, & ſuſtentat, altera percutit.* idem nunc dicendum, Vna manu protegit, & abſcondit: alia iraſcitur, & quærit quem percutiat, & proſternat. Igitur miſericordia nos diuina diuinæ iræ ſubtrahit, & occultatos efficit. propterea enim inter Cherubin Deus in propitiatorio ſedebat, quod erat arcæ operculum aureum, in qua lex, & tabulæ, quæ in arca erant, tegebantur, & quaſi occultabuntur; nam Deus altera manu legem proponit omnibus ſeruandam, lumine igneoque vindictę de trāſgreſsionibus ſumendæ coruſcantem, & fulgurantem; *in dextera eius ignea lex.* altera verò manu operit, & occultat legem & illius tranſgreſsiones propitius diſsimulat. quare beatos illos prædicat Dauid, *quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata.* id eſt, qui propitiationem, veniamque peccatorum obtinent à Deo, reſidente in operculo arcæ, quaſi arcam ipſam tegente, & operiente, & legis tranſgreſsionem atque ſeueritatem occultante, atque tranſgreſſores protegente & abſcondente ab ira ſua; licèt enim pro ſua iuſtitia & ſanctitate impietati, & ſceleri fauere aut patrocinari, nulla ratione poſsit, ſed tamen, pro ſua bonitate, & clementia, peccatores à ſua ira & iuſtitiæ ſeueritate abſcondit, & noſtra delicta pro paterna ſua in genus humanum charitate operit, *& diſſimulat peccata hominum.* Eadem hominis à diuina ira & ſeueritate *protectio*, & abſconſio alijs etiam tranſlationibus explicari ſolet. Ezechie. 16. *Expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam.* Iſai. 38. *Proiecisti poſt tergum tuum omnia peccata mea.* & quidem his omnibus rationibus homo abſconditur, & occultatur, ne diuinæ ſeueritati, atque iuſtitiæ pateat, deturque commeritis ſupplicijs.

Pſa. 138. 8.

Grego.

Propitiatorium quale.

Deu. 33. 2.

Pſal. 31. 1.

Sap. 11. 24.

Ezech. 16. 8.

Iſa. 38. 17.

4 *Donec * pertranſeat furor tuus.* Donec deſęuiat. donec deferueat indignatio. Septuagin. *Donec requieſcet ira*, proprie ex fontes *donec reuertatur*; vel *conuertatur.* conuerſio, & reditio verbo *Sub* commutationem quandam affert furoris cum manſuetudine, & lenitate. v. Pſal. 6. * *Conuertere Domine, & eripe animam meam.* id eſt, ne perſiſtas, in ſemel cœpto furore, deſiſte ab ira indignationis tuæ. quod ante dixerat: *Mitigaſti omnem iram tuam.* Hieronym. *Conuerſus es ab ira furoris tui.* ſimiliter etiam Iſai. 12. *Conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me.* Ita etiam hoc loco; *pertranſeat*, redeat, auertatur, conuertatur, reuertatur. *Furor* in originali, *Naſus*, id eſt, indignatio, & ira, quæ tumente & fumante naſo manifeſtari ſolet. diximus de hoc aliquando; neque eſt apud Hebræos eadem, quæ apud Latinos, *naſi* ſignificatio, nam ex magnitudine naſi ſubſannatorium hominis ingenium iſti colligunt, vt Martialis dixit;

Naſutus ſis vſque licèt, ſis denique naſus,
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas.

At Hebræi ex magnitudine naſi, ingenium mite,

* Haſta que [illegible] paſſe el enojo.

שׁוב

Pſal 6. 5.

* No paſſes a delante con el enojo.

Hieronym.

Iſai. 12. 1.

Naſus quid apud Latinos ſignificet.

Martial.

Eccl. 40. 6. 7.

ſomnia efficiunt, vt ex loco ſuperius indicato Eccleſiaſt. 40. (quo ſæpe vſi ſumus) conſtat; *Modicum tanquam nihil in requie; & ab eo in ſomnis, quaſi in die reſpectus conturbatus eſt in viſu cordis ſui.*

Prou. 4. 16.

Sapiens quoque Prouerb. 4. vſurpauit, cùm de improbis hominibus loquitur; *Non dormiunt niſi cùm malefecerint; & non rapitur ſomnus ab eis niſi ſupplantauerint; comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.* ex prauis igitur operibus, ait excitari vapores, qui ſomnum efficiant, atque inde etiam inſomnia efficiãtur, ex quibus praui cordis coniectura, non omnino mala, neq; incerta, fieri poteſt. vt ſapienter Plutarchus docuit.

Inſomnia vitioſorum.

Plutarch. li. de virtute & vitio.

II. Qui, quaſi flos egreditur, & conteritur: & fugit, velut vmbra: & nunquam in eodem ſtatu permanet.

1. *Flos adoleſcentiæ ſymbolum.*
2. *Flos de vitæ breuitate, & fragilitate.*
3. *Scripturæ regula cum duo verba diuerſæ ſignificationis iunguntur. Flores carpit mors. Cõterere quid propriè. illuſtrata Sapientia.*
4. *Vmbra, vita breuis. Vmbra noctis imago.*
5. *Deus primo lux, reliqua vmbræ viciſſitudinem habent. humana inconſtantia pertinacia in malo.*
6. *Vmbra fallax. locuſta, vita humana. expli. Salomõ.*

1 Florem ad adoleſcentiã referri.

VItæ breuitatem, atq; miſeram illam conturbationem, & commotionem animi, de qua dixerat, multis nunc coaceruatis comparationibus amplificat. Et primam hanc ſimilitudinem ex *flore* deſumptam, quidam referendam exiſtimant, ad adoleſcentum quorundam peracerbam & immaturam mortem, qui cum in iuuentæ flore, & decore iucundiſſimo vernantes eſſent, mortis manu carpuntur, potiùs ferro exciduntur, & truncantur ex arbore vitæ: vt rectè dicas, huiuſmodi humanum florem in Adonidis hortis naſci, in quibus flores omnes Adonidem illum referebant in primò ætatis flore præreptum; nihilque in illis ferebatur, quod fructum proferret, ſed illa tantũ, quæ oblectationi & delitijs eſſe poſſent. eiuſmodi quoque eſſe ſolent, mulierum horti, *quos*, vt Plutarch. ſcribit, *in feſtis quibuſdam alunt & curant, futilia omnia & caduca, & ad octo tantùm, vt Plato dixit, dies vernantia.*

Adonidis horti.

Plutarch. de ſera numinis vindicta.

Plato

Sed quidem potiùs videtur de vitæ breuitate in vniuerſum loqui, & quod in vniuerſos homines conueniat. In *flore* autem cum multa poſsint obſeruari, fragrantia, ſuauitas, color, decor, magnitudo, & teneritas, atque mollities, aut etiã fragilitas; Philip. ſanè vult, ſolam fragilitatem hoc loco notari. à quo ego longè abſum; exiſtimo enim, vt cum ſequentibus conuenire poſsit, vitæ breuitatem ſignificari: breuiſſimo enim tempore conſumitur, & abſumitur flos, neq; multa diuturnitate opus eſt, vt marceſcat, & defloreſcat, etiam ſi, neque aëris violentia decutiatur, neque excidatur ferro, aut decerpatur manu. vltro enim concidit. Quod eleganter Plutarch. ſcribit in ſua illa conuiuali quæſtione, *An inter pocula vtendum ſit ſertis florum.* Cum enim folia cum floribus comparat, ait; *Folia data eſſe ob conſeruationem fructuum; at flores dum permanent in planta nullam vtilitatem adferre, niſi quod nobis odoratu, aut viſu ſunt iucundi. itaque folijs auulſis, velut dolent, & mordentur plantæ, & vlceroſum quoddam ijs accidit detrimentum, ac denudatio indecora. At florum detractio vindemiæ cuidam eſt ſimilis; tantumque à nocendo abeſt, vt ij vltro marceſcentes decidant, niſi tempeſtiuè demantur.* non aliter igitur *egreditur flos* humanæ vitæ, id eſt naſcitur, mundo viſendus, atq; in omnium oculos, lucemq; producitur; hæc eſt enim proprietas verbi *egrediendi.* *Et conteritur*, propriè, præciditur, conſcinditur, concidit, exciſus cadit. id eſt ſtatim atque natus eſt, videtur excidi, & cadere è vita, quod acutè quidam noſtræ ætatis poeta;

2 Flos de vitæ breuitate, & fragilitate.

Philip.

Plutar. lib. 3. Sympoſ. q. 1.

יצא

Sic roſa vix lætum calathi pandebat honorem
Cùm cadit, & rutilo murice pingit humum.

Frequenter enim in Scriptura, continens duorum verborum collatio, & coniunctio, coniunctionem etiam, & continentem ſubſequutionem in re ſignificata adfert. quam rem eleganter expreſſerunt Septuag. *Tanquam flos, efflorescens decidit.* id eſt, in ipſa efflorecentia, dum efflorescit. ſignificanter etiam in Hebræo ex verbo legitur, *Egreſſus eſt, & ſucciſus eſt.* id eſt, ſtatim atq; egreſſus, & natus eſt. nihil enim expectari videtur aliud, dum quis curat & colit plantulam aliquam, quam vt egrediatur flos, qui ſtatim, vt apertus fuerit, decerpi poſsit, ne ſi diutius exſpectetur, defloreſcat & langueat. ſumma enim feſtinatione ex huiuſmodi breuitate *efflorescendi*, ſe cohortabantur illi, ad voluptates capiendas, & floſculos vitæ carpendos: *Vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, & non prætereat nos flos temporis, coronemus nos roſis, antequam marceſcant.* atque hi ſanè, neque exſpectare volebant, vt egrederetur, & aperiret ſe, atque efflorefceret Roſa, ſed ipſos virides calices carpebant: quòd exiſtimarent, vix poſtquam aperti eſſent, vel momentum duraturos. ſic igitur, ait Iob: *Quaſi flos egreditur, & conteritur.* videtur vigilare & ſummo mane exurgere mors ad carpendos flores: atque expectare etiam, vt ſtatim atque ſe aliquis aperuerit, falce præcidat. tanta itaque eſt humanæ vitæ breuitas, & inſtabilitas, vt *nos nati continuo* deficere videamur. huc illud videtur facere Cantic. cap. 2. *Flores apparuerunt in terra noſtra: tempus putationis aduenit.* id eſt, cum iam apparuerint, egreſsique fuerint flores, nihil immorandũ ampliùs, ſed antequam marceſcant, amputandi, & carpendi ſtatim, atque in faſciculos religandi. ſic putationem illam, interpretatur Gregor. Nyſſen. cum vero noſter verbum, *mol*, quod proprie eſt præcidere, aut ſuccidere, vertit *conterere*, ſapienter fecit, vt ſignificantius poſſet exprimere tenerrimi floris fragilitatem, atq; mollitiem, quem vel inclementia aëris vel caſu prætereũtis pes, vel res aliæ læniſsimæ atterant: vel manus ipſa, eius qui velit decerpere, facile conterat, & infringat. Nihil verò obſtat cum hac deciduũ, breuiſsimáq; floris fragilitate, coniunctam atq; ſignificata ſimul eſſe humanæ vitæ pulchritudinem quandam, quæ interdum turgere videtur, atque in

3 Scripturæ regula.

LXX.

Sap. 2. 7. 8.

Sap. 5. 13.

Cant. 2. 12.

Greg. Nyſſe.

מול

Conterere quid propriè

Flos ad pulchritudinem refertur.

huius vitę conuallibus vernare, & florere, ſed hæc etiam eſt molliſsima gloria, quæ facilè aut morbo deflореſcit, aut vetuſtate extinguitur.

4 *Et fugit velut vmbra.* Poteſt hæc pars eandem habere ſententiam cum præcedente, vt in vtraque eadem vitæ inconſtantia, & fugacitas ſignificetur. quæ inſtabilitas, *vmbræ* propria & perpetua eſt, vtpote quam ſol nunquam eandem efficiat, ſed nunc maiorem, nunc minorem. Sed is ſenſus particulæ ſequẽtis proprius eſt. Quare illud melius, vt hanc vmbræ fugacitatem nunc in eo conſtituat, quod breui abeat, & euaneſcat in nihilum, nullo veſtigio relicto non aliter vita noſtra, vt 1. Par. 29. dicitur; *Dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram, & nulla eſt mora.* Illud verò etiam in *vmbra* conſiderari poteſt, quod ſit quædam velut mortis imago; atque quo maior, eo nocturnis tenebris propinquior, & ſimilior ſit. non aliter vita hæc noſtra mortis quædam ſimilitudo eſt, & quò magis longæua, eo nocturnis mortis tenebris propinquior. quare ſicut vmbra dici poteſt, imperfecta quædam nox: ita ſane vita noſtra mors quędam eſt: ſed id habet peculiare, quod ſicut *vmbra* habet motum quendam, ita etiam viuens homo, quamuis vmbra mortis ſit, mouetur, non item cadauer.

Vmbra vita breuis.
1. Paral. 29. 15
Sap. 2. 5.
Vmbra noctis & vita mortis imago.

5 *Et nunquam in eodem ſtatu permanet.* Vnica vox in originali; *Non perſiſtit, non ſtat.* Septuag. *Et non ſtabit.* continuo labitur, ſeneſcit: dum viuit, moritur. eleganter a noſtro dictum eſt; *Nunquam in eodem ſtatu permanet.* Notandum verò in hac vmbræ, & vitæ humanæ conſideratione, Deũ eſſe primam ſupremamque lucem, *apud* quam *non eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio.* id eſt, quæ nullam lucis ac tenebrarum mutationem per ſuas vices patitur. obumbratio videlicet viciſsitudinaria hæc eſt, vt nũc luceat, nunc obſcuretur. quidquid verò à prima luce deficit, quandam lucis mutationem & obumbrationis viciſsitudinem habet: nam ſecundo lucida, vt ſol, luna, & ignis, aut extingui & interire, aut obnubilationem, eclypſim, defectum pati poſſunt. ſic etiam in angelorum natura, quæ ſecunda lux appellari ſolet, eſt inuenire ſuam tranſmutationem & viciſsitudinẽ obumbrationis. deinde verò eſt *vmbra*, quæ nonnihil habet luminis admiſſum, ſiue potius lux quædam immerſa tenebris; hic eſt animus ſpiritualis immerſus corpori. atque etiam homo, quem multo magis oportet eſſe mutationi, & inconſtantiæ obnoxium; Tandem ſunt & ipſæ tenebræ, & mors luci & vitæ oppoſitæ, in qua non eſt lucis mutatio, ſed firmitas quædam, atque conſtantia tenebrarum. Hæc verò hominis inconſtantia, ſi ad corpus & naturalia referatur, manifeſta eſt; ſubiacet enim contrariis impreſsionibus, & viciſsitudini temporis, ætatis, & rerum aliarum, quæ cum ætate, & tempore mutantur. ſi verò de ſpiritualibus agatur, non eſt minus certa: mirum eſt enim, quam ſit homo inconſtans in bono, *claudicat enim in vtramque partem;* & in duos pedes: nã nunc genu flectit Baal, nunc Deo: nunc procumbit pietati, nunc vitio: paſsim igitur

LXX.
Vmbræ, & vitæ humanæ inconſtantia
Iaco. 1. 17.
Quæ à prima luce deficiunt, mutationi obnoxia.
Humana inconſtantia.
3. Reg. 18. 21.
Pſal. 17. 46.

ſtudia, & actiones mutat. vti de illis dictum eſt. Pſal. 105. *Crediderunt verbis eius, & laudauerunt laudem eius, citò fecerunt.* id eſt, citò perfecerunt diuinas laudes, atq. pietati & grati animi memoriæ nuntium remittentes, *obliti ſunt operum eius.* ſi vero contingat pertinaces eſſe in ſemel ſuſcepto conſilio, certè illud ad malum pertinet: iuxta id Geneſ. 11. *Ecce vnum eſt Populus, & vnum eſt labium omnibus* (ſummus videlicèt animorum & ſuffragiorum conſenſus in malum) *Cœperuntque hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant.* magna igitur humanæ miſeriæ pars in huiuſmodi incoſtantia poſita eſt.

Pſal. 105. 1. 2.
Hominis pertinacia in malo.
Gen. 11. 6.

6 Sed illud etiam in vmbra humanæ vitæ miſerum eſt, quòd fallax ſit, & quò breuior eſt, eo longior videatur: ſicut veſpertinæ vmbræ, eo propinquiores ſunt nocti, & minus diuturnæ. nam longiſsimæ propè occaſum ſolis abeunt in nocturnas tenebras; tunc enim cadunt maiores altis de montibus vmbræ. Sic cum vmbris, quas efficit declinans, & occumbens ſol, comparat dies ſuos Dauid. Pſalm. 105. *Dies mei ſicut vmbra declinauerunt.* & c. 108. *Sicut vmbra, cum declinat, ablatus ſum* (cùm videlicet viderer mihi daturus vitam longiſsimam, repentè video me totum euaneſcere, & interire.) *& excuſſus ſum, ſicut locuſta.* nam inquietum animalculum eſt, quod nunquam in eodem loco diu conſiſtit, ſed huc illuc ſaltitans, & oculos fallens, donec penitus è conſpectu ſe ſubducat, commodiſsime vitam humanam refert, quæ *nũquam in eodem ſtatu permanet.* ſenſim igitur creſcens vmbra interitui appropinquat. quod videtur reſpexiſſe ſapiens, cum Eccleſ. 7. dixit: *Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cùm ignoret, quid conducat ſibi, numero dierum peregrinationis ſuæ, & tempore, quod velut vmbra præterit.* Videtur enim homo *maiora ſe quærere*, cum ex vmbræ longitudine, quam ſibi videtur efficere ſua ipſius vita, colligit multum ſibi vitæ ſupereſſe, & plurimos annos ſibi pollicetur. cui ſtatim dicitur: *Stulte, hac nocte repetent animam tuam.* ille etiã maiora ſe quæſiuiſſe videbatur, qui mortifero morbo correptus dicebat: *In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.* & rectè *dimidium* dixit, nam longam ſibi vitam, duploque maiorem, quam par eſſet, pollicebatur, ſeptuaginta, videlicet, aut octoginta annorum. nam cum hæc dicebat, vt ex accurata Regum chronologia & computatione annorum colligi poteſt, habebat. 36. aut. 38. annos: qui duplicati, plures ſeptuaginta efficiunt.

Vmbra fallax.
Pſal. 105. 12.
Pſal. 108. 23.
Locuſta, ſymbolum breuitatis vitæ.
Eccleſ. 7. 1.
Luc. 12. 20.
Iſai. 38. 10.

III. Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?

1. *Dei reſpectus quid indicet, ad prouidentiam ab aliis referri.*
2. *Deum reſpicere ad iudicij ſeueritatem. expenditur Hebraica lectio. Particula, Cur. explicatur Moyſes.*

1 QVid indicet hic Dei reſpectus, non eadem ratione omnes interpretatur; nam

Dei reſpectus quid ſignificet.

Didym.

Didym. exiſtimat Iobum tot, tantarumque vitæ miſeriarum conſideratione mirabundum, non caſui, aut fato, ſed diuinis oculis, & prouidentiæ tribuere, quòd miſerrimus homo à Deo reſpiciatur, id eſt, in vita conſeruetur. Alij ad Dei paternam, & indulgentiſſimam hominum prouidētiam pertinere exiſtimant, vt ſit idem, quod Pſal. 143. *Quid eſt homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quia reputas eum?* quod videntur intellexiſſe Septuag legentes: *Numquid & hominis rationem feciſti?* hunc ſenſum Dionyſ. & Lyra, poſt D. Thom. ſequuntur. qui hunc diuinorum oculorum coniectum in res humanas, in ea nunc potiſsimum prouidentiæ parte conſtituit, quòd viliſsimo & miſerrimo homini vitæ leges, & præcepta præſcripſerit, & attentè cōtempletur, an ex lege & præſcripto rectam teneat viam, tandemque in iudicium vocet, rationeſque exigat. hunc ferè commentarium, ex aliorum interpretatione, Polychr. & Iulia. referunt, in hanc ſententiam: *Cùm tam miſer, & imbecillus homo ſit, tu tamen, ô Deus, illi rationem es impertitus, legemque ac præcepta dediſti, & te facturum iudicium recepiſti; hæc igitur mihi faciunt poteſtatem liberæ orationis, & hac tua bonitate adductus audeo liberè coram te dicere.* non longè abeſt hinc Philip. Igitur quaſi reflectendo mentem ad ſuam diſputationem, dicere potuit: Quis ego ſum, vt mecum in diſputationem deſcendere & in iudicio dicentem audire volueris?

Pſal. 143. 3.

LXX.

Lyra.

D. Tho.

Polychron.

Iulian.

Philipp.

2.

Cæterum contextus rerum antecedentiū, & ſubſequentium expoſcit, vt de ſeueritate potiùs diuini iudicij loquatur: Numquid (inquit) ſupremam tui numinis maieſtatem decet, ad minutiſsimas quaſque mortalium actiones, ſummo iure examinandas, & diſcutiēdas tam accurate & diligenter ſe demittere, neq; humanis erratis conniuere? atque etiam adducere in iudicium? id eſt, vocare, & diem homini dicere, atque facere, vt veniat. Septuagin. *Et hunc feciſti venire in iudicium coram te?* in diſceptationem ad cauſæ cognitionem vocare, & litē homini de quibuſcunque leuiſsimis, & minutiſsimis debitis intendere? atque hunc ſenſum non obſcurè indicauit ipſe noſter interpres, cum dixit, *& dignum ducis.* cum tamen in Originali tantum ſit particula, *& aperuiſti*, vel, *etiam aperuiſti oculos &c.* & poteſt quidem ex proprietate huius vocis is quoque ſenſus elici, à noſtra lectione non alienus, vt ad amplificationem humanæ miſeriæ pertineat. nam *aph*, quæ eſt indeclinabilis particula, peculiarem animi affectum affert: & cum eſt in ſententiæ cōparatione, & ſimilitudine, ſignificat, quantò magis, vel, quantò minus: quando verò ſine comparatione eſt, frequenter interrogationi jungitur cum admiratione, & animi affectu, & valet idem quod, *etiam, adhuc, ampliùs.* Geneſ. 18. *Numquid* (Hebraicè, *Etiam, aph*) *perdes iuſtum cum impio?* quaſi dicat, ita ne fieri poteſt, vt etiam eodem ſupplicio iuſtus cum impio afficiatur: Geneſ. 3. *Cur* (Hebræ. *etiam ne, ita ne?*) admirationem, & amplificationem ſeueriſſimi præcepti affert. Septuag. *Quid, quia dixit?* (*que es eſto, que tal os aya mandado?*) *præcepit vobis Deus, vt non comederetis?* Leuit. 26. *Ego quoque hæc faciam vobis.* amplificationem ſuppliciorum terribiliū ſignificat. ad hunc ergo ſenſum dixerit Iob: * *Etiam aperuiſti ſuper eum oculos tuos?* & quem ipſæ ſuæ agitant ærumnæ, tu tuo iudicio, & fixis in illum oculis exagitas? Præterea noſter interpres vtramq; partem reddidit in tertia perſona, ſecutus etiam Septuag. cum tamen in Hebræo ſit, *& adducere me in iudicium?* vt vel hinc clare pateat hanc humanæ miſeriæ deplorationem, potiſſimùm ad ſeipſum referri voluiſſe.

Acrimonia huius orationis in Hebræo.

אף

Gen. 18. 25.

Gen. 3. 1.

LXX.

Leu. 26. 16.

* Y ſobre ſus duelos ello y mas, que os poneys a mi tario.

IIII. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nonne tu qui ſolus es?

1. *Mundities, aut immunditiei ad vitia, & virtutes, & ad peccata quotidiana ab alijs referri.*
2. *Germanior expoſitio de peccato originali. Illuſtratus Dauid, & Ioannes.*
3. *Varia lectio & conſenſio cum noſtra. Peccatum ſordidum.*
4. *Verbi natiuitas tum æterna, tum temporalis mundiſsima. explicatus Lucas, & Salomon. Sanctiſsima virginis propoſitum firmiſsimum ſeruandæ virginitatis. Lilia munditiei ſymbolum. mundum de caſtitate dici.*
5. *Conceptio immaculatæ virginis.*

Qvorſum me tam accuratè diſpicias, reſque meas omnes obſerues, cum ſit nemo, in quo limpidiſsimi tui oculi aliquid ſordium deprehendere non poſsint? Et quidem cùm certum eſſe videatur, de morum, & animi immunditie & ſordibus præcipue nunc loqui, ſimul etiam corporis miſeria, & pœnas inuoluit. Sed quæ ſit integra horū verborum ſententia, non eodem modo aſsignatur. Nam D. Thom. quem Nicolaus, & ex parte Caiet. ſequuntur, ad virtutes & peccata in vniuerſum referunt: Niſi virtutibus decoratus, mundiorque, & pulchrior reddar, ſordeſcam profectò peccator ego, & impius in tuis oculis, atq. his pœnis & ſupplicijs nunquam non dignus cenſebor. at poteris pro tua bonitate, ô Deus optimè, virtutes mihi & animi candorem conferre, vt gratus tibi exiſtam, & tantis ſupplicijs abſoluar. ſed longe, & coacte petitur iſte contextus, atque ſenſus. 1

Adquidnam mundities referenda.

D. Tho.

Lyra.

Caiet.

Secundo, Seuerus in catena, & Hieron. ſuper id Ezech 18. *Patres comederunt vuam acerbam.* ſententiam hanc referre vidētur ad peccata quotidiana, quæ in communi conuictu, & politia humanæ vitæ admittuntur, quorum Deus exigit rationem, nō quidem ab infante, ſed ab illo, qui iam ratione vtatur: nam ante rationis vſum neminem dicitur Deus vocare in iudicium: ſed poſtquam vitam humanam, id eſt, rationis, & libertatis arbitrij conſortem viuere incipit puer. hæc expoſitio leniter cohæret, ſed ſola non ſufficit.

Seuerus, Hier. ſup. Ezech. 18. 2.

Peccata quotidiana.

Tertiò igitur hoc loco mentionem peculiarem fieri peccati originalis, frequens eſt Patrū commentarius. Olymp. Philip. hic Orig. homil. 8. in Leuit. Clemens Alex. lib. 3. Strom. ad finem. Cyril. hom. 12. in Leuit. Auguſt. ſuper id Pſal. 50. *In iniquitatibus conceptus ſum.* & li. 5. Hyp- 2

Mundities, & immunditiei ad [illegible]

pognoſt. c. 4. & lib. 2. in Iulian. c. 2. & lib. 20. de ciuit. c. 26. Baſil. ſuper Pſal. 32. *Diligit miſericordiam & iudicium.* & alij patres frequenter, atque ex peccato originis, & ex infectione naturæ aliorum peccatorum grauitatem extenuet, & veniam deprecetur; Nō me, inquit, debes propter peccati ſordes abijcere; nam illas ex ipſa conceptione contraximus; videnturque propterea intimis hærere medullis; cum immundo ſemine, ex quo progeniti ſumus, videntur etiam malorum, & ſordium ſemina & procliuitas ad peccandum nobis congenita. hæc verò vitare in peculiari cuiuſq. noſtrum voluntate poſitum non eſt, tu tantum qui naturæ auctor es, poſſes ab omni peccati ſorde, & infectione naturam mundare. ex radice igitur peccati originis, ſi alia pullulent, nihil mirandum fuerit. Hinc igitur ſua peccata ſapienter extenuat, atq; eodem ſpectare videtur Dauid Pſal. 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum.* cū enim in Hebræo ſit, *in iniquitate*: vt ſingulare illud peccatum originis ſignificaretur. Septuag. tamen *in iniquitatibus*, dixerunt; non ſolùm vt plura peccata, quæ in peccato originis originantis in Adamo fuerunt, videlicet ſuperbia, gula, atque inobedientia, ſignificarentur; ſed vt aliorum peccatorum actualium, quorum originale origo, & radix in vnoquoq; noſtrum ſit, ſignificatio nobis daretur. nā concupiſcentia, quę ex peccato originali orta eſt, velut peccatorum mater eſt, & ad peccatum nos abſtrahit, & illicit, vt Iacob. Apoſt. dixit: *Concupiſcentia, cum conceperit parit peccatum.* atq; eadem ratione concupiſcentia appellatur à Paulo, *peccatum*. Rom. 7. *quod habitat in me peccatum.* vt Auguſt. explicat. *Vocatur* (inquit) *peccatum, quia peccato facta eſt, & peccatum ſi vicerit, facit; ſicut vocatur frigus pigrum, quod pigros facit.* & ſtatim repetit Dauid, *Et in peccatis* (Hieronymus ex Hebræo; *& in peccato concepit me.* prop. ex Hebræo; *calefecit*, aut, *fouit me.* Auguſtin. *in vtero aluit.* quaſi dicat; Iam inde ab vtero peccati ſeminarium in me eſt: peccatis videor altus, & innutritus, vt qui in peccato conceptus, & cōformatus fuerim. ſimilis eſt id Ioan. 1. *Ecce qui tollit peccatum mundi.* hæc eſt enim verior, & correctior lectio Vaticana; & quæ in Græco nunc extat, quamquam Græcos etiam codices aliquos, *peccata*, legiſſe ex Orig. homil. 14. in Num. Cyprian. l. 2. contra Iudæos, Chryſoſtom. hom. 16. in Ioan. *peccata* etiam in plurali legentibus; conſtare poterit. ergo Dauid & Iob non negant peccata, ſed humili & ſpontanea peccati confeſſione, atq; manifeſtatione innatæ ad peccatum procliuitatis, conantur demulcere ſuum iudicem. atq; hanc viam, illū placandi, & veniam impetrandi ſibi eſſe a diuina bonitate oſtenſam, ſubdit eodem loco Dauid. *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi*: quaſi diceret; Cùm ego ſolicitus, incertuſque eſſem, qua nam potiſsimū re animi ſordes eluere poſſem, tu mihi hanc viam oſtendiſti.

Iob & Dauid ex commemoratione peccati originalis veniā aliorum poſtulant.
Pſal. 50. 7.
LXX.
Iacob. 1. 5.
Rom. 7. 17.
Auguſt. lib. de nuptijs & concupiſc. c. 23.
Hieronym. ex Hebræo.
Auguſt.
Ioan. 1. 29.
Orig. hom. 14.
Cypr. lib. 2. contra Iudæos.
Chryſoſt. hom. 16. in Ioan.

3 Sed Hebræa & Græca ita a noſtra lectione diſsident, vt harmoniam efficiant, & in eadē ſententia iucundiſsimam quandam vocum atque particularum varietatem. nam in Hebręo propriè eſt, *Quis dabit mundum ex immundo*, aut, *ex immunditia?* aliquid igitur deſiderari videtur, cum quo illud *immundum* coniungatur. nihil autem videbatur commodius ſuppleri poſſe, quam originem, atque principium: illa eſt enim omnium macula, quæ in ipſa origine & initio contracta eſt; ſapienter igitur interpres explicationis gratia addit, *cōceptum ſemine*: nam, vt Theologi definiunt, per ſemen tanquam per vehiculum, & generationis inſtrumentum, dicitur peccatum transfundi per originem in poſteros, quòd videantur in ſemine, quaſi in virtute & radice illius peccati ſordes, & humanæ naturæ infectio contineri. Græci autem legerunt, *Quis enim mundus erit à ſorde?* ſunt autem nomina *mundi*, & *immundi* in originali etiam oppoſita; *mundum* enim propriè eſt, expurgatum à ſordibus, lotum, purū, candidum, nitens, ſerenum, integrum, ſanum. *immundum*, verò his omnibus contrarium, pollutum, contaminatum, ſordidum, prætereaq; indignum diuino conſpectu, quæ omnia rectè vides conuenire in peccati ſordes, & maculam. Cum verò alijs nominibus peccati fœditas explicari ſoleat, ſed pulchra eſt illius turpitudinis & ſordium hæc appellatio, in quam ſquallor quidā mœrentis animi, & ſordidatus habitus, cruoris, & turpiſsimi ſanguinis maculæ, nubila, craſſa omnia, turbida, immundaque cadunt. nam ea omnia, illa vox comprehendit.

Varia lectio, & conſentio cum [illegible] noſtra.
Theologi cum D. Thom. 1. 2. q. 81. art. 1.
Græci
טהור
טמא
Peccatū ſordidum.

4 *Nonne tu qui ſolus es?* In Hebræo proprie. *Non vnus.* & ita Septuaginta legerunt, *aut nemo*, ſupple, mundus erit. ſed noſter interpres partem etiam illam ſane illuminauit, dicens, *Nonne tu qui ſolus es?* atque hoc dupliciter. primò, vt dicat neminem eſſe mundum, præter vnum Deū vt diuinam originem verbi Dei, ex patre, qui eſt diuinitatis fons, reſpiciat: in qua nihil eſt immundum, aut ſordidum, ſed puriſsima omnia, atque ſplendida, ſicut Scriptum eſt: *In ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante Luciferum genui te.* tum etiam, vt ad filij Dei temporalem natiuitatem, per prophetiam reſpiciat, *qui natus eſt ſanctus*, vt Lucæ 1. dicitur; *Quod naſcetur ex te ſanctum* (id eſt, quod concipietur, formabitur in vtero) *vocabitur* (erit) *filius Dei.* id eſt, qui puriſſimam naſcendi rationem habet in mente & vtero patris æterni, idem ipſe ſanctus, purus, immaculatus, diuino conſpectu dignifsimus, imo Deus ipſe & homo, in tuo vtero concipietur; nam nihil impuræ & ſordidæ generationis in Dei filij generationem cadere poteſt. ideò virginis omni puritate purior vterus, ab ipſo ſuo filio commendatur odoris ſuauitate, & candore incredibili; *Venter tuus, ſicut aceruus tritici vallatus lilijs.* nam præter fœcunditatem per *triticum*, eximiam virginitatis munditiem, atque candorem per *lilia* ſignificat: & quamuis nullum videatur firmum ſæpimentum ex teneris & mollibus *lilijs* confici poſſe, tamen firmiſsimum fortiſsimumque vallum illud fuit, quod ex *lilijs* conſtructum fuit, videlicet firmiſsimum quoddam ſeruandæ virginitatis propoſitum, quod illa ipſa virgo explicuit, cum dixit: *Virum non cognoſco.* verba enim præſentis temporis conſuetudinem, legem, ſtatutum fixum, firmum, nunquamque violandum

LXX.
Natiuitas verbi ęterna, & temporalis munda.
Luc. 1. 35.
Cant. 7. 2.
Lilia puritatis & munditiei ſymbolum.
Luc. 1. 34.
Scripturæ regulæ.

Orig. in Ioan. cap.1.ver.29. Chryſo.hom.in Ioan.

ſignificare ſolent. vt ſapienter Origines, in id. Ioan.1. *Ecce qui tollit peccata mundi*, & Chryſoſt. hom.17. in Ioan. docent. Nemo verò ignorat, *munditiem*, peculiari ratione ad caſtitatem tum corporis tum cordis pertinere; cùm Dauid precetur poſt impuri amoris ſordes & labem, *Cor mundum crea in me Deus* (nam *de corde*, tanquã ex fonte, *exeunt impudicitiæ, adulteria*) *& ſpiritum rectum* (vel, vt Hieronym. vertit; *ſtabilem*) *innoua in viſceribus meis*. nam maiori firmitate & conſtantia, caſtitas, quàm aliæ virtutes indigere videtur, vt potè quæ grauiores ſuſtineat, magisq; aſsiduas hoſtium oppugnationes, & certamina. vt Auguſt. pluribus docet. lib. de honeſtate mulierum c.2.

Pſal.50.12. Matth.15.19. Mar.7.21. Aug.

5 Secunda expoſitio.

Vel etiam poterit confici ſententia, vt non tam tribuat illam munditiem Deo, aut filio Dei, quàm illius potentiæ; Quis (inquam) dabit, vel facere poteſt, *mundum de immundo ſemine, nonne tu?* id eſt, vnica Dei potentia hoc efficere poteſt: quam præter ordinariam legem, in cóceptione immaculatæ virginis exercuit, mirum eſt enim, quantum in illa ſplenduerit diuina bonitas, atque potentia. de qua re præſtat nihil omninò, quàm pauca dicere. Quia verò Septuag. initium verſiculi ſequentis, qui de humanæ vitæ breuitate eſt, cum hac ſententia coniunxerút, integram, & quam antiquiores Patres frequenter vſurpant ſententiam huiuſmodi reddiderunt: *Quis enim mundus erit à ſorde? nat nemo, et ſi vnus dies ſit vita eius ſuper terram*. & quamuis non multum referat, ſed in ea etiam lectione nó nihil varietatis eſt, Nam Clemens Alexandrinus, ſic legit lib 3. Strom. *Nullus eſt à ſorde mundus, nec ſi ſit quidem vna dies vitæ eius*. & idem lib.4. *Nec ſi ſit quidem vnius diei vita eius*. Ambroſ. in 1. Luc. *Nemo mundus à ſorde, nec ſi vnius diei vitæ ſit in terra*. Auguſt. in Pſal. 50. *Nemo mundus in conſpectu tuo, nec infans cuius eſt vnius diei vita ſuper terram*. ſic etiam Leo Pap. ſermo. de natiuit. at D. Bernard. ſerm. 70. in Cant. *Nec infans certè vnius diei ſine ſorde eſt ſuper terram*.

Conceptio puriſſima immaculatæ virginis.

LXX.

Clemẽs Alex.

Ambr. Auguſt.

Leo. Bernar.

V. Breues dies hominis ſunt, numerus menſium eius apud te eſt: conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt.

1. *Argumentatur Iob ex vitæ breuitate ad excitandã diuinam commiſerationem. Breue, & abbreuiari quid, explicant Iſaias, & Ioel.*
2. *Quid vitæ terminus. quid præterire. Quid ſtatutum & lex apud Paulum, & teſtamentum apud Eccleſiaſticum. Quid, ſemel, apud Paulum.*

1 CОnditionalem quãdam argumentationem conficere nunc Iob videtur, cuius antecedens ſit in hoc verſiculo, & conſequens in ſequente. Si *breues dies hominis ſunt, recede*, recedere debes *paululum ab eo, vt quieſcat*. & licet particula conditionalis exprimatur in Hebræo, ſed nó inuenuſtè ſubticetur à Vulgato. *Breues dies hominis*. propriè, decurtati, præciſi, definiti. nam verbum *Charats*, ſignificat acuere, præſcindere, definire. vel acutè & præciſè aliquid facere, abſoluere, ſtatuere, vnde dicitur Iſai.10. *Conſummationem & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio terræ*. id eſt, conſumet Populum, & præſciſis, amputatisque inutilibus impijs, abbreuiabit populũ, & ad minutiſsimas iuſtorum reliquias rediget, quam verbi proprietatem retinuit Vulgatus Ioel.3. *Populi in valle conciſionis*. id eſt, omnes populi congregandi ſunt in valle abbreuiationis, & præciſsionis, nimirum in valle Ioſaphat. atque eſt elegans antitheſis inter populorum omnium infinitam multitudinem & conciſionem, ſiue abbreuiationem. amputatis enim, præſciſis, reiectiſque impijs, quorum *infinitus eſt numerus*, eliciet tandem Deus & colliget breuem quandam ſummam iuſtorum & numerum. Hic igitur dicuntur *dies hominis breues*, abbreuiati decurtati, ſtatuti, & præciſi, definiti, præſcripti ad menſuram certam & anguſtam, & numerum breuiſsimum. hæc autem vitæ humanæ cóſtitutio, & definitio mox exponitur. Si etiam hic *dierum*, aut *menſium numerus, apud te eſt*, id eſt, ſi mihi non oſtendis, (vt eò magis excrucier, quò mihi magis occultũ eſt) *quid mihi deſit*.

תץ
חרץ

Iſai.28.22.

Ioel.3.14.

Eccleſ.1.15.

Pſal.38.4.

2 *Conſtituiſti terminos eius*. Si conſtituiſti, propriè, feciſti, præparaſti, diſpoſuiſti: *Terminos*. propriè, ſtatuta, præcepta, decreta. hæc enim Dei ſtatuta atq; decreta de hominis vita, ſunt velut termini & cancelli, intra quos homo continetur, & ſunt certi fines, quos vltra citroque nequit conſiſtere vita, eadem loquendi forma dicitur infra: *Circumdedi illud terminis meis*. id eſt, meis præceptis, & ſtatutis. quod Prouerb.8. dicitur: *Legem ponebas aquis, ne tranſirent fines ſuos*. & Pſalm.103. *Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur*. in eodem igitur ſenſu, ſed clariùs dixit interpres, *terminos eius*. Septuaginta autem tempus præfixum, & conſtitutum intelligentes, dixerunt: *Ad tempus poſuiſti, & non tranſgredietur*. id enim, *tempus*, abſolutè dictum ſignificare ſolet, videlicèt certum, & determinatum.

עשה
חקה

Terminus quid propriè.

Iob.38.5.

Prou.8.29.

Pſal.103.9.

LXX.

Qui præteriri non poterunt. Verbum *prætereundi* rectè quadrat legi & ſtatuto. ſicut etiam Pſalmo.148. *Præceptum poſuit, & non præteribit*. id eſt, non erit vanum, aut irritum, ſed perficietur, & obſeruabitur. & Matth.5. *Apex non præteribit à lege, donec omnia fiant*. & c.24. *Verba mea non præteribunt*. ergo hoc Dei decretum aut mortis aut vitæ, non erit irritum, neque vanum fiet, ſeruabitur: vel, non poterit homo conſtitutos terminos tranſilire: neque decreta & ſtatuta prætergredi; Hinc Paulus hanc moriendi neceſſitatem nomine legis, & ſtatuti explicat. *Statutum eſt* (inquit) *hominibus ſemel*, id eſt, irreuocabiliter, firmiter, conſtanter. nam *ſemel loquutus Deus*, vt iterato præcepto opus non ſit. Vtraq; verò legis, & præfixi termini ratio coniungitur Actor.17. *Deus fecit ex vno homine omne humanum genus inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum*. & ferè eadem vis eſt Eccleſiaſtici. 14. cum *teſtamentum* dicitur mors, id eſt, lex, ſtatutum, diſpoſitio Dei, & vniuerſalis lex de morte ab omnibus ſubeunda: *Memor eſto, quoniam*

Quid Præterire.

Pſal.148.6.

Matth 5.18. 24.35.

Heb.9.27.

Pſal.61.12.

Act.17.26.

Eccleſ.14.12.

mort non tardat, & teſtamentum inferorum, quod demonſtratum eſt tibi, teſtamentum enim huius mũdi morte morietur. id eſt, hoc eſt Dei ſtatutum & diſpoſitio rerum humanarum, vt homo intra certos terminos vitæ cõſiſteret, & certiſſima pręfinitaque morte tandem deficeret. ſiue igitur *terminos*, ſiue legem, & *ſtatuta*, ſiue *teſtamentum* dicas, ſemper dicis aliquid firmum, & conſtans, quod *Præteriri non poterit.*

VI. Recede paululum ab eo, vt quieſcat, donec optata veniat, ſicut mercenarij dies eius.

1. *Eligitur verior expoſitio. Recedere, quid propriè.*
2. *Quieſcere, pro finire, aut ceſſare.*
3. *Optata dies apud Hebraizantes, dies mortis.*
4. *Dies optata, dies incundior, verior expoſitio. Particula, Donec in ſacro ſermone conſequutionem afferre ſolet.*

1 *D. Thom.*

ILlius conſequentiæ, quam diximus, vim, & concluſionem ſic conficit D. Thomas; Cùm meæ vitæ à te præfixi dies paucíſsimi ſint, age, ne me diutiùs ſuſtentes viuentem, neque tua præſentia conſerues, ſed diſcede, meque morti permitte, vt mortis quiete & tranquillitate tandem fruar, interim dum diem reſurrectionis expecto, quo merces mihi, tanquam mercenario, pro meis laboribus reddetur. Sed quidem cùm mortem ſæpe non tam precetur, quàm deprecetur, non videtur hæc interpretatio cohærere poſſe, neque cum antecedentibus, neque cùm conſequentibus. Communis igitur Græcorum, atque Latinorum commentarius huc eſt; *Recede*. recedere profectò debes. quod c. 10. dixit, *Dimitte ergo me.* à verbo *Saghah.* quod propriè eſt, reſpicere; & per antiphraſim, excæcari, aut caligare. ne me reſpicias, ne me tam accuratè, & attentè obſerues, ſed inſtar heri permittentis ſeruum aliquandiu ſibi viuere, *recede paululum*, & ſimula te non videre. ita recede, vt videaris *abiſſe in regionem longinquam*, ac tuos ſeruos aliquandiu permiſiſſe viuere ſuo arbitrio. inde etiam ſignificat diuertere, aut diſcedere: quoniam ſicut qui ſpectatum admittuntur, & videre aliquid cupiunt, accedunt propè & conuertuntur ad videndũ, ita etiam qui videre nolunt, auertunt faciem, & oculos, atque diſcedunt. ſic ſanè etiam dixerunt Septuaginta; *Recede ab eo.* in Hebr. propriè; *deſuper eo.* exactionem quandam, & obſeruationem permoleſtam afferre ſolet, illud *deſuper*. nos dicimus, *no eſteys ſiempre ſobre el.*

Frequentior Latinorum & Græcorũ expoſitio. שעה *Iob.10.20.* Recedere in Hebræo quid.

LXX.

2. חדל Quieſcere finire aut ceſſare. *Geneſ.2.2.*

Vt quieſcat; vt quod ſupereſt vitæ poſsit quietus tranſigere. Quoniam verò verbum *Chadal* ſignificat finire, ceſſare, ſeu quieſcere ab actione, ideò *quies* ſumi ſolet pro ipſo fine, & ceſſatione, quando dicitur Deus *quieuiſſe*, id eſt, ceſſaſſe *ab opere* creationis. in hac ergo ſignificatione ſumi poſſet in hoc loco; Tu mihi præfinis vitam. ſit ſanè. ſed me demitte: nam *quieſcam* ego, & ceſſabo, etiam te non vrgente, neque propellente ad finem, & mortem: ego per me conſumar, neque prę tergredi vlla ratione potero terminos mihi præfixos. Sed in alia propria *quieſcendi* ſignificatione, & quidem opportunius ad antecedentia & conſequentia, à Græcis & Latinis accipitur.

3 *Complut.*

Donec optata veniat. Lectio Complutenſis, & præterea Complutenſes in dictione *chadal*, legerunt in plurali, *Donec optata veniam.* & quamuis ſenſum non mutet, tamen vera & correcta lectio eſt in ſingulari. & Hebraizantes quidem interpretantur hic Iobum petere, vt tandiu permittatur viuere quouſque ipſe ſponte ſua, ſenio iam confectus optet mortem: ſicut mercenarius, poſt peractum diei laborem, ad ſolis occaſum de nocturna quiete ſibi ipſi blãdiri, & gratulari videtur. ſic Pagnin. *Recede ab eo, & deſinet à malo ſuo, donec perficiat, ſicut mercenarius diem ſuum.* Tygurin. *Abſiſte ab eo, vt deſinat, cum tam grato animo excipiet diem fatalem, tanquam mercenarius.* Vatabl. *Donec perueniat ad ſenium; quo tempore tædebit illum viuere.* idemque ex conſenſu omnium Hebræorum placuit etiam Iſidoro Clario, & Eugubino, quaſi dicat: Nunc vitæ deſiderio & mortis metu excrucior: tantiſper igitur mihi viuere permitte: ſcio enim forè, vt non multò poſt, faſtidio mihi vita ſit, & mors in votis. *diem* igitur *optatam*, diem mortis interpretantur. Sed non videtur cohærere cũ eo, quod dixerat, præfixum eſſe cuique tempus vitæ. neque omnes quidem ad vltimam ſenectutem perueniunt: quotus enim quiſque eſt, qui ad nauſeam vſque, & tædium vitæ viuat?

Hebraizantes Optata dies, apud Hebraizantes, dies mortis.

Pagn. *Tygur.* *Vatab.* *Clarius* *Eugub.*

4. Optata dies, pro die iucũdiori.

Ergo is videtur proprius, atque germanus huius loci ſenſus; Remitte mihi paululum doloris, & cruciatus acerbitatem, vt aliquo ſaltem ſpatio temporis ſine dolore, ſine gemitu frui, & reſpirare liberè poſsim: quamuis dolores & cruciatus inſtauraturus poſtea ſis *ſicut mercenarius* interponit ſuis interdum otium, & gaudiũ laboribus & curis, videlicèt, aut quiete nocturna, aut aliquo feriato die, repetiturus deinde ſuum laborem: vires enim & animum reſumere oportet, & non habere tandiu cordis cordam intentam, quin aliquando remittat. & quidem particula *donec*, non ſemper ſignificat determinatum aut indeterminatum tempus, quo finito aliquid ampliùs non eſt, aut quo incipere debeat id, quod vſque ad illud nunquam extiterit. quam ſignificationem agnouit Hieronym. contra Eluidium; ſed præterea ſignificat conſequutionem rerum, vel temporum, Pſalm. 70. *Ne derelinquas me, donec annuntiem brachium tuum.* id eſt, ſi me non derelinquas, annuntiabo inuictam tuam potentiam. & illud; *Sede à dextris meis, donec ponam.* id eſt, cum ſederis ponam; ſimili igitur ratione ait Iob. Si a me flagellando receſſeris, optata mihi, atq; lætior aliqua affulgebit diés, quam velim, quæ mihi placere poſsit. hunc ſenſum videntur quoque Septuagint. ſequuti; *Diſce de ab eo, vt requieſcat, & bene velit vitam, ſicut mercenarium.* quæ eadem ferè lectio eſt, cum illa quã Chryſoſtom. refert; *Recede à me vt requieſcam, & complaceat mihi vita mea, ſicut mercenario.* eadem ratione interpretantur Olympiod. & Polychron. vt inquam ſaltem aſſequar mer-

Particula donec.

Hieron. contra Eluidium. *Pſal.70.18.* *Pſal.109.1.*

LXX. *Chryſoſt.* *Olymp.* *Polychron.*

cenarij

cenarij relaxationem: nam mali mei calamitas inducias nullas facit. Hæc igitur *optata dies*, non eſt dies mortis, vt Hebraizantes volebât, ſed vita iucundior: & propterea etiam difficultatem redeundi ad vitam mox proponit. neque etiam eſt dies reſurrectionis, & potiundæ beatitudinis: tunc enim non requieſceret paululum; cùm ſempiternis gaudijs potiantur Beati.

VII. Lignum habet ſpem: ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant.

1. *Varia nectendi, & interpretandi ratio. Reſurgentis hominis cum arbore reuireſcente comparatio.*
2. *Nexus, & interpretatio optima. Diſsimilis homo arbori.*
3. *Lignum quid apud Latinos, item & apud Hebræos illuſtratus Dauid.*
4. *Hebraizantes notati. Laudatus Vulgatus.*
5. *Vireſcere quid in Hebræo arborum morbi.*
6. *Pullulare quid.*

1. *Lyra. Reſurrectionis cũ arbore reuireſcente comparatio.*

NOn eadē eſt apud omnes nectendi hunc verſiculum cum alijs ratio; nã Lyranus exiſtimat de reſurrectionis ſpe nunc loqui, & ex arboris comparatione reuiuiſcentis, & vices ſuas mutantis cum tempore probare, hominem, niſi deterioris conditionis futurus ſit, reſurgere debere. nam licèt corpus humanum nõ repullulet, ſicut arbor, at oportet eſſe in homine partem aliam immortalē, ratione cuius expectanda ſit reſurrectio. ſed, vt hanc philoſophiam Lyrani nunc non omnino ad viuum examinemus, certè Auguſtin. (*Auguſt.*) hunc ferè ſenſum indicauit, docet enim applicationem huius ſimilitudinis debere accipi per ironiam, quaſi dicat, Scilicet homo nõ reſurget, cùm videatur reſurgere arbor. Cæterùm hic ſenſus durior eſt, & non omnino facilis ſimilitudo, & ironia difficilè agnoſci poteſt. at Olympiod. D. Thom. Caiet. Dionyſius, (*Olymp. D. Thom. Caiet. Dionyſ.*) exiſtimant redire iterum Iob ad humanæ miſeriæ deplorationem, & amplificationē, quòd videatur eſſe humana vita deterioris conditionis, quàm arbores; nam hæ ſiue abſciſſæ, & auulſæ, ſiue ſeneſcentes diuturnitate & tempore, at agriculturæ, & tranſlationis, inſitionis, irrigationis beneficio iuueneſcunt & germinant; homo verò quacumque ratione a vita excindatur, redire iterum non poterit ad ſimilem viuendi conditionem.

2. *Nexus, & expoſitio optima. Polych.*

Sed omnium optimè atque ſimplicisſimè Polychron. quem recentiores imitantur, exiſtimat deprecationem hanc eſſe illius relaxationis aſſiduorum cruciatuum, ex diſsimilitudine cum arbore; *Nam non ſum* (inquit) *ſicut arbor, quæ abſciſſa licet, atque vetuſtate confecta pullulare iterum, atque vireſcere poteſt, ſed ſi me ſinas vt dolore penitus nunc abſumi, & interire, non ero deinceps Iob, qui benefacere inter mortales poſſim.* Quæ ſanè diſsimilitudo hominis cum rebus alijs, quæ vices cum tempore mutant, cum arboribus & herbis præcipuè, familiaris etiam fuit ſcriptoribus prophanis: nam Lyricus cecinit; (*Homo diſsimilis arbori reuireſcenti. Horat. lib. 4. Carm. Od. 7.*)

Diffugere niues, redeunt iam gramina campis
Arboribuſque comæ.
Mutat terra vices, ,,,,,,,,,,
Nos vbi decidimus
Quò pius Æneas, quò Tullus diues, & Ancus,
puluis & vmbra ſumus.
Non Torquate genus, non te facundia, non te
reſtituet pietas.

Huc illud Catulli; (*Catull.*)

Soles occidere, & redire poſſunt,
Nobis cùm ſemel occidit breuis lux,
Nox eſt perpetua vna dormienda.

& Theocritus in illo Bionis epitaphio, quod Latinum reddidit Monſtrolienſis: (*Theocr. Lambin.*)

Eheu, cùm ſemel inculto malua aruit horto,
Aut viuax apium, foliumque virentis anethi,
Vere reuiuiſcunt, aliũ & naſcuntur in annum.
Nos autem magni, & ſapientes, atque potentes,
Vt ſemel occidimus ſub terra lumine caſsi,
Dormimus longum, immenſum, æternumque ſoporem.

3. *Lignu apud Latinos, quid item & apud Hebræos.*

Nunc de vocibus pauca. *Lignum*, apud Latinos dicitur, quod plantatum non eſt, ſed iam conuulſum, aut exciſum, ſiue aridum, ſiue viride, quod colligatur ex terra: ideo enim *lignum*, a legendo dicitur. quamquam aliquando, rarò licèt, pro arbore vſurpauit Poëta, 2. Georgicon. (*Virg. 2. Georg.*)

Quid tibi odorato referam ſudantia ligno
Balſama? ,,,,,,,,,,,,

At in ſacro ſermone cùm alia ſint propria virentium arborum, aut plantarum germinantium nomina, vt *Siach*, Geneſ. 2. *Omne virgultum agri.* & *amir.* Iſaiæ. 17. *In ſummitate rami.* tamen. *Ghets*, indiſcriminatim pro ligno arido, aut pro arbore vſurpatur. quare licet Septuag. habeant *arborem*, ſimiliterque reddiderint Pagninus, Vatablus, Caietanus: ſed eleganter Latinus interpres vim originalis vocis retinuit, vt quæ in præſentem locum conueniret. *Lignum* (inquit) etiam *præciſum*, & ſemiaridum, *habet ſpem.* & fortè etiam Pſal. 1. dictum eſt, *Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum; quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* vt indicaret, eum qui areſcere cœpit, poſſe conſeri iterum, & plantari, vireſcere, fructumque ferre, *ſecus decurſus aquarum* diuinæ legis. quare homo non tam ſit arbor, quæ plantata eſt ſemper; ſed *lignum*, quod & aridum eſſe poteſt. *Habere* autem *ſpem.* dicitur *lignum*, de quo nos bene ſperare poſſumus, & polliceri nobis fructum vberem, & vitam, viroremque diuturniorem. (*שיח אמיר עץ Gen. 2. 5. Iſa. 7. 6. LXX. Pagnin. Vatab. Caiet. Pſal. 1. 3.*)

4. *Regia.*

Si præciſum fuerit. Ignoro quare Regia cùm *lignum* dixerit, *præciſa* in genere fœminino legerit: niſi fortè vt genus fœmininum indicaret vocis Hebrææ, ſed quo redderetur oratio ſolœca, & inconcinna, planeq; obſcura. cùm Latinè igitur loquitur Latinus noſter, & Vulgatus interpres tanquam aberrans ab Hebraico deſeritur ab Hebraizantibus: at cum ad regulas & leges Hebraici ſermonis interpretatur, tanquam parùm Latinus peracerbè ab ijſdem carpitur. iniqui profectò iudices. (*Notati quidam Hebraizantes, & defenſus Vulgatus.*)

5. *LXX. חלם*

Rurſum vireſcit. Septuagint. *Adhuc pullulabit*, propriè mutabitur, inſtaurabitur, innouabitur. à verbo, *Chaleph.* à quo etiam inferiùs dici

tur, *Ex-*

Vireſcere quid. *Infrà.ver.14* tur, *Expecto, donec veniat immutatio mea*. quaſi dicat; Abſciſus ramus vel ſurculus, ſecū vireſcendi & pullulandi ſpem, initiumque defert. licèt exiſtimarem, eſſe ſermonem non tam de ſurculo abſciſo & carpto ex arbore, ſed potius de ipſa arbore, quæ propter trunci, aut ramorum aliquem morbum vel ariditatem, ferè tota amputatur relictis tantùm radicibus, & omni ramorum & foliorum honore nudatur. qua ratione elegātior videtur comparatio, & humanis ærumnis, atque morbis cōuenientior: ſunt enim etiam arboribus tum communes, tum priuati morbi, & partium debilitas, dolor membrorum; atq; laborant fame, & cruditate, nimia etiā pinguitudine luxuriæ, alijſque vitijs, quæ eleganter numerat Plin. lib. 17. ca. 24. Columela, & Pallad. & alij rei ruſticæ ſcriptores, tum etiam (vt eleganter dixit Plutarch.) *folijs auulſis, veluti dolent & mordentur plantæ, & vlceroſum ijs quoddam accidit detrimentum.*

Arboribus etiam morbi

Plin. l. 17. c. 4. Colum. Pallad.

Plutarc. lib. 3. Sym. q. 1.

LXX. *Tygur.* יונק *El tenuevo quando eſta en leche.*

Et rami eius pullulant. propriè. & nutriet; vel, lactabit teneros ramos. ſic Septuag. dixerunt; Germen eius non deficit. Tygur. *Tenera propago*; nam *Ianak*, propriè eſt, Lactare, ſeu nutrire. & inde dicitur tener ſurculus, aut germen pullulans, quaſi *lactans*; nam ſicut infans ab vbere ſugit lac, ita ramus humorem à ſua radice.

VIII. Si ſenuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius.

IX. Ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quaſi cùm primò plantatum eſt.

1. *Quid radix & truncus, & vt hæc duo reſpondeant Pulueri, & terræ. Senium & mors in arboribus, cuiuſmodi.*
2. *Hanc ſententiam peculiariter conuenire in laurū. Huius radices viuaciores reliquis.*
3. *Odor in ſacro ſermone, quid. De leui cuiuſque rei contactu dictus. Explicatus locus Iudicum, Danielis, & Iſai.*
4. *Plantandi verbum nouitatem quandam affert.*
5. *Varia lectio. Conſumēdi verbum ad mortē referri.*

1\. Radix quid propriè. *Iob. 5. 3.* SIue cum ſuperiori ſententia nectatur verſiculus octauus, ſiue cum verſicu. 9. ſenſus ſemper idem conſtat. *Radix* autem licèt nō rarò ſumatur in Scriptura pro trunco, & ea arboris parte, quæ eminet e terra, vt ſupra diximus. cap. 5. tamen hoc loco pro radicibus ipſis, quæ ſub terra ſunt, accipi videtur, nam trunco opponitur. quare eodem modo videntur hoc loco *radix*, & *truncus* diſtingui, quo *puluis*, & *terra*; nā *ghaphar* non eſt, vt putauit Eugubin. terra humida, vbi radices diffunduntur, alteque hærent; ſed eſt *puluis*, ſuperiorque terræ pars, leuiſsima, atque minutiſsima, & quæ facilè in limum tranſit perfuſa aliquo humore, vt dictum eſt Gen. 2. *Formauit Deus hominem de limo (Aphar, puluere) terræ*. & facilè etiam exareſcit, & in tenuiſsima grana diſſoluitur. vti Num. 23. dicitur; *Quis dinumerare poſsit puluerem Iacob?* & ita truncus cum puluere iungitur: nam

עפר *Eugub.*

Gen. 2. 7.

Num. 23. 10.

eſt proximus primæ illi extimæ portioni terræ. Quare licèt Septuag. legerint pro *puluere*: *In petra interierit truncus eius*. at Polychr. ait, Aquilam dixiſſe, *puluerem*; & in Hebræo haberi, *cinerem*. eſt enim propter ariditatem, tenuitatē, leuitatem, cinis *pulueri* ſimilis. *Radix* verò *terræ* tribuitur: nam *erets*, terram abſolutè ſignificat, & eam quidem partem, quæ fructus profert; vt Iob. 28. dicitur *Terra, de qua oriebatur panis*. Radices igitur, ſi vetuſtate & ſenio ſint cōfectæ, &c. Suum ſenium etiam arboribus eſſe (viuunt enim) certum eſt. ſuum etiam *ſenectutis* vitium & morbum. nam omnibus arboribus in ſenecta fit cortex rugoſior, vt ſcribit Plin. & quamuis idem falſum exiſtimet, quod aliqui prodidere, videlicèt Radices arborum vetuſtate minui, ſed tamen *ſeneſcere* nō negat. neque negare potuit, quod veriſsimè à Theophraſtro ſcriptum eſt lib. 1. de hiſtoria plantarum. cap. 11. Nouellas & vigentes arbores longius, & altius radices mittere, quàm vetuſtas: & marceſcente arbore radicem quoq; minui, & velut vna contabeſcere. *Moritur* autem in puluere truncus, cùm caudex, & ſtipes arboris exareſcit. non enim eadem ratione hic mortuus *dicitur*, ſicut Ioannis. 12. *Granum frumenti, ſi mortuum fuerit*; nam illa mors putrefactio quædam ſeminis, quæ *multum fructum affert*. hic verò mors *trunci*, eſt ariditas quædam, ex qua neque fructus, neque folia prouenire poſſent, & quæ mille rimas ducat.

LXX. *Polychron. Aquila.* ארץ *Iob. 28. 5.*

Senium in arboribus. *Plin. 16. c. 31.*

Theoph. lib. 1. hiſt. plan. c. 11.

Ioan. 12. 24.

2\. Hanc ſententiam peculiariter conuenire lauro. *Plin.* Sed cùm video hic dici *radicem ſeneſcentem*, & trunco iam emortuo reuiuiſcere poſſe, non poſſum non coniecturam aliquam, neque omnino leuem facere, non loqui in vniuerſum de quacumque arbore, ſed de illa, quæ ſemper ſacratior cæteris habita eſt. de lauro inquam, de qua quod Plinius ſcribit, cum his Iobi verbis mirificè congruit. ſic igitur dum de arboribus, & earum partibus loquitur, ſcribit ille, loco ſuperiùs indicato; *Quarundam radix viuacior ſuperficie, vt lauri. itaque cum truncus inaruit, recißa etiam lætius fructificat*. vt dicere de illa poſſis, ſi ſenuerit in terra radix eius, & mortuus fuerit truncus illius, propter inſitam radicum viuacitatem ad odorem aquæ lætior germinabit.

Lauri radices viuaciores reliquis.

3\. Odor quid in ſacro ſermone. *Ad odorem aquæ germinabit*. id eſt, leuiter etiam attacto humore; vel ſtatim atque irrigatæ fuerint radices, refloreſcent, & germinabunt. dicuntur arbores quaſi ad capiēdum aquæ odorem, & ad humorem contingendum ſe ſuaſq; radices conuertere. tum etiam & folia, & ramos in eam partem, quę humidior ſit, conijcere, atq; in eandem auidius ſe & radices diffundere. *Odor* autem metaphoricè leuem rei alicuius contactum indicat. vt de tribus pueris dicitur Dan. 3. *Quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis in corporibus eorum, & odor ignis non tranſiſſet per eos*. id eſt, neque leuiter illos tetigiſſet, læſiſſetvè. niſi fortè ſignificetur hoc loco per *odorem ignis*, fumus, hunc enim olet ignis. & Iudic. 15. *ſicut ſolent ad odorem ignis ligna conſumi, ita vincula, quibus ligatus erat, diſsipata ſunt*. & iterum Iudic. 16. ad idem. *Rupit vincula, quomodo ſi rumpat quis filum de ſtupa tortum ſputamine, cum odorem ignis acceperit*.

Dan. 3. 94.

Iud. 15. 14. & 16. 9.

ceperit. id eſt contactum ignis. vel, cum ignem ſenſerit. Fortè autem *odoris* nomine, leuis, & facilis cuiuſpiam ſenſus, actio indicatur, & quod de viſu aliquando diximus, videlicèt cóprehendi & intelligi ſub eo aliorum ſenſuum actiones, ita etiam de *odore* intelligendum. qua ratione quidam explicant illum Iſaiæ locum. cap. 11. *& replebit eum ſpiritus timoris Domini.* quod ex Hebræo propriè legitur, *Olfaciet in timore Domini.* vel, *olfacere ipſius erit in timore Domini.* vel, *Odorari faciet eum in timore Dominus.* id eſt, paruo indicio agnoſcet eum, qui iuſtus fuerit, & pius. facilè ſentiet; ſagax erit in agnoſcendis iuſtis, & Deum timentibus hominibus. igitur *ad odorem,* & contactum *aquæ,* id eſt, irrigationis beneficio *germinabit & faciet comam.* Septuagint. legerunt; *Et faciet meſſem.* Polychron. ex Hebræ. refert; *faciet fructum.* & quidem verbum *Katſar,* ſignificat id quod præciditur, demetitur, decerpitur. quod cùm indifferens ſit, vel ad fructum, qui ex arbore decerpitur; vel ad ramum & palmitem qui ex arbore rapitur; vel ad inutilia virgulta, quæ reſecari ſolent; Vulgatus ſapienter elegit id, quod ad rem facere potiſsimum indicauit. & *comam,* dixit, vt ſignificaret multitudinem germinum, ramorum, palmitum, ex quibus pulcherrima conſtat arboris coma. Verbo autem *faciendi* affertur ramorum quædam aptiſsima compoſitio, & à natura ipſa ſeries, & ordo diſpoſitus. eſt enim *facere,* apte, & ordinatè diſponere.

Odoratus de leui cōtactu cuiuſcumq; ſenſus,

Iſai. 11. 3.

LXX.

Polych.

קצר

עשה

4 *Sicut cùm primò plantatum eſt.* Eleganter Septuaginta; *Sicut nouella plantatio.* ſimplicius in Hebræo, *ſicut plantatio.* languidè autem accipit Tygurina vocem *plantationis,* nam non aliud reddidit, quàm *plantam. At tracto* (inquit) *humore aqueo, iterum germinat exhibetque fructus decerpendos, vt planta ſolent.* nam licet nomen, *Natagh,* à plantando dicatur, tamen vox ipſa *plantandi,* nouitatem quandam affert; & ita ſapienter Iſai. 5. Germen reddidit; *Viri Iuda germen eius delectabile.* & Ezech. 34. *Suſcitabo eis germen nominatum.* id eſt, Chriſtum nouum hominem, tenerrimum virginis filium, eadem vox Pſal. 143. *Quorum filij ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua.* illuminatur igitur originalis vox dilucida paraphraſi, cum ait interpres: *Sicut cùm primo plantatum eſt.*

LXX.

Tygur.

נטע

Plantādi verbum nouitatem affert.

Iſai. 7.

Ezech. 34. 29.

Pſal. 143. 12.

X. Homo verò cùm mortuus fuerit & nudatus, atq; conſumptus, vbi, quæſo, eſt?

5 HAec eſt altera diſsimilitudinis pars: Lóge (inquit) aliter ſe habet homo; qui ſemel è vita exciſus, & conuulſis radicib. penitus ablatus, non poteſt iterum, in eiuſdem ſtatus & vitæ ratione conſeri, neque vireſcere. *Nudatus;* Complutenſes legerunt; *Vulneratus;* alij, *excidetur.* vel, *ſuccidetur.* à verbo, *Chalaſ,* quod eſt vulnerare. Regia; *Infirmabitur.* idem enim verbum, debilitare, aut infirmare ſignificat. quæ etiam ſignificatio agnoſcitur à Latino interprete, Ioëlis. 3. *Infirmus dicat, Quia ego fortis ſum.* Sed certè videtur noſter interpres legiſſe, *caphas,* quod eſt nudare, aut mutare habitum: eodem tamen recidit: Nam homo, ſiue naturali morte intereat, ſiue, violento vulnere excidatur, ramis, boniſque omnibus decuſsis nudatur, & ſpoliatur, atque compellitur alium longè miſerrimum habitum ſumere.

Altera diſſimilitudinis præcedentis pars.

Complut.

חליש

Regia.

Ioel. 3. 10.

חפש

Conſumptus. Hoc D. Thom. refert ad cadaueris conſumptionem, cùm tota oſsium compages ſoluitur. ſed certè ex vi originalis, *gangh,* conſumptio hæc, eſt expiratio, & defectus, aut mors. vnde Geneſ. 6. dicitur. *Vniuerſa quæ in terra ſunt, conſumentur,* &c. c. 7. *Conſumpta eſt omnis caro.* &c. c. 35. *Conſumptus ætate mortuus eſt.* quare rectè Septuaginta dixerunt, *Vir cùm mortuus fuerit.* alij, *obijt.* Hic ergo erit coaceruatio quædam plurium vocum idem ferè ſignificantium, quæ vim addant orationi, & ſignificent hominem penitus iam mortuum.

D. Thom.

גוע

Gen. 6. 17. & c. 7. 21. & c. 35. 29.

LXX.

Vbi, quæſo, eſt? id eſt, nullibi eſt, vt inde redire poſsit ad eandem vitam, quam ſemel reliquit, non enim, ſicut arbor tranſplantatur, vt alio in loco renaſci, & germinare poſsit.

XI. Quomodo ſi recedant aquæ de mari, & fluuius vacue factus areſcat.

XII. Sic homo, cum dormierit, non reſurget: donec atteratur cęlum, non euigilabit: nec conſurget de ſomno ſuo.

1. *Prima interpretandi ratio per diſsimilitudinem hominis, cum mari, & fluuio.*
2. *Secunda expoſitio per ſimilitudinem cum iiſdem rebus. Recedere, quid in Hebræo.*
3. *Particulam donec, ad æternitatem referri.*
4. *Donec, aliquando de determinato tempore. Cælorum & mundi ſenectus, & vetuſtas veſtimenti ſimilis.*
5. *Cælorum defectus in die iudicij qualis. Stellas de cælo cadere, quid. Cælorum & mundi attritio mortis ſimilis.*
6. *Mundus veſtimento conſcißo ſimilis. explicat Dauid, & Ezechiel.*

1 QVoniam particula ſimilitudinis in originali & in Septuag. ſubticetur, non eodem modo exponitur ſententia hæc; nā alij per ſimilitudinem, per diſsimilitudinem alij accipiunt. Diſsimilitudo autem hoc videtur modo poſſe confici, vt ſignificetur homo, fugacioris vitæ, & irreuocabilioris quam *mare,* aut *flumen.* nam licèt *mare* in continua mutatione ſit, perpetuoq; fluxu, nihilominus tamē, ſi quam aquæ partem deperdere videtur, recuperat ſtatim: & ſi quid abit in vapores, & à ſole abſumitur iterū concreſcētibus vaporibus, & in pluuiā liqueſcentibus, atq; decidentibus reſarcitur: & ſi quid exugūt fontes & flumina, illud ipſa reſtituunt: nam *omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, ad locum vnde exeunt, flumina reuertuntur.* ſimiliter etiā *flumen,* aut torrens iā ſiccatur, iā pleno influit alueo, atq; exundat. incrementa igitur, aut decrementa per vices accipit. verū homo, cætera labentib. aquis ſimilis, in hac vna re diſsimilimus eſt: nā ſemel ex-

LXX.

Duplex interpretandi ratio.

Eccl. 1. 7.

tinctus

Chryſoſt. *LXX.* *Auguſtinus.* *Polychron.*

tinctus & areſactus non redibit iterum, neque vllam habebit in hoc mundo vitæ viciſsitudinem, *donec atteratur cælum*. ita explicat Chryſoſt. & idem ſenſiſſe videntur Septuag. legentes, *Tempore enim rareſit mare*. & idem clarius ſentit Aug. ſimul explicans atq; legens, *Tempore minuetur mare, nam poſt impletur*. & Polych. huius exemplum ſubiicit, in fluxu Pōti. pro *fluuio* autem. Polychr. ait in Hebræo haberi, *Torrentem*. ſed vtriuſque eadem ratio eſt.

2 Latinorum interpretatio.

Vulgatus tamen interpres ſimilitudinem ſubeſſe intellexit, atq; expreſsit, quam plerique Latini ſic interpretantur. vt dicat, reſurrectionem ad ſimilem vitæ ſtatum, eſſe natura impoſsibilem, ſicut mare aut fluuius ad ſummam ſiccitatem redacta reparari &, & reſtitui naturæ viribus non poſſent. Et commodè vitam, quæ in humido conſiſtit, cum humore comparat, & mortem cum ſiccitate, nam cadauer exuctum, & confectum, humido vitali destituitur. quam ſententiam rectè ex ipſis verbis Hebraicis, elicere potuit Vulgatus. nam verbum *recedendi*, aut abeundi, quod in fonte eſt, *azal*, ſignificat omnino abire, perire, deficere; & aliquando, Vulgatus ad mortem refert, ſiue ad vitam deficientem.

Quid Recedere. אזל

3 Particula donec, ſignificat æternitatem. עד

Donec atteratur cælum. Dupliciter poteſt ſumi particula, *donec*. 1. vt ſignificet æternitatē. ſeu perpetuitatē. quare particula, *ohad*. vertitur aliquando, *in æternum*, vel, *in ſæculum ſæc.*, Pſal. 110. & 111. & Iſa. 7. *Excelſus & ſublimis habitans æternitatem*. q. d. vſq; viuens. & propterea aliquādo vertitur negatiuè, & ita ſimpliciter & proprie hic legi poſſet, *Donec non cælum*. q. d. nunquam non erit cœlum. nam ſecunda vox *atterendi*, etiam in Originali poteſt eſſe particula negatiua. quare ſumit argumentum ab impoſsibili, quod apud poetas frequens eſt; Tum etiam faciunt duo impoſsibilia æqualia, aut ex duobus impoſsibilibus, vnum magis eſſe impoſsibile, quam alterum. huiuſmodi eſt illud; *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt*. quod autem Hebræus apud Caiet. particulam *atterendi* vertit, *niſi*, vt ſit ſenſus, *donec niſi cælum*, id eſt, donec nihil aliud remaneat in mundo niſi cœlum; valdè frigidum efficit ſenſum, & lectio ipſa inelegans eſt.

Pſal. 110. 9. *Pſ. 111. 6.* *Iſa. 7. 15.* *Matt. 24. 35.* *Caiet.*

Cœlorum incorruptibilitas.

Huic loco poſſet aliquis, quæſtionem obtrudere de incorruptibilitate cœlorum; ſed nō niſi importune. nam ſi argumentum ducatur ab impoſsibili, tantum abeſt, vt *cælum teri*, aut corrumpi poſſe hoc loco aſſeratur, vt potius oppoſitū affirmetur. Quòd ſiquis nimium pertinaciter contendat, aliquando cœlorum mutationem colligi hinc poſſe, certe, non erit alia, quam illa, quam Petrus aſſerit in ſua Canonica.

2. Petr. 3. 10.

4 Particula Donec, de certo tempore.

Poteſt ergo ſecundò particula *donec* ſumi cum certo termino temporis, videlicet, vſq; ad diem reſurrectionis, & vniuerſalis iudicij, cùm *ſigna erunt* in cœlo, *ſole, luna, ſtellis*; quādo tum ſuperiora, tum inferiora corpora mirabilem quandam mutationem & innouationem ſubibūt; propter quam poteſt dici, *cælum atterendum*. Et quidem, *atterere*, in Originali eſſe poteſt à radice *Balah*. quod eſt, ſeneſcere, aut vetuſtate conſumere, vel conſumi, atterere, vel cōterere. & hac ratione ſæpe dicuntur Cœli amiſſuri vetuſtatem priſtinam, & recentiori alia pulchrioriq; forma innouandi. cuiuſmodi eſt illud Apocal. 21. *Vidi cælum nouum & terram nouam, primum enim cælum & prima terra abierunt*. atque huius vetuſtatis aut innouationis cœlorum ratione ſeruata, defectus ille vltimus cum vetuſtate, & attritione veſtimenti comparatur. Iſa. 51. *Cæli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum veteraſcent* id eſt, ſicut veſtimentum vetuſtum & detritū innouatur, & in melius cōmutatur; ſic etiam cœli, ad nouum claritatis & pulchritudinis habitum tranſibunt. quo loco Symmach. dixit, *Omnes ſicut veſtimentum ſeneſcent*. vbi Theodoretus breuiter, æquè ac dilucidè; *Veſtimentorum vetuſtatem imitabuntur*. quāquam, neſcio quid de mortalitate & immortalitate cœlorū cum vera philoſophia non omnino congruentia ſubiungit. Ergo tunc cœli videbuntur deficere, quaſi præ ſenectute, & caligare, vel potiùs moribundi inſtar, lumina claudere; *Virtutes cælorum mouebuntur*. (namq; videbitur illorum virtus languere) *& ſtellæ de cælo * cadent*. id eſt, vt colligitur ex Græco, ita flaccida & languida apparebunt ſydera, vt præ debilitate nutare, & caſum minitari videantur; vel obnubilabūtur, & tenebris obducta denſiſsimis extincta & mortua dices, nō aliter quam ſi de cœlo cecidiſſent. prætereo aliam *cadendi* rationem, cùm cœlum cometas ſtellarum inſtar fulgentes, in terras iaculabitur. Tum etiam, illa *attritio*, aut innouatio, quæ in cœlo & mundo futura eſt, quaſi interitui & morti ſimilis erit propter duo. Primò, quia cœli influxus & priſtinæ actiones, præſertim motus, & quę à motu pendent, ceſſabunt; quæ agendi, vitaliumque operationum ceſſatio, cum morte coniuncta eſt. tum etiam ſecundo, quia prima illa diſpoſitio, & ſtatus cum alio commutandus erit; ſicut moribundus homo aliam etiam induit figurā. ſic Paulus ait 1. Corint. 7. *Præterit * figura huius mundi*. donec tandem quaſi exſpirans, mortuuſq; palleſcat, & lethalibus vmbris obducatur. ſed deinde tamē cum reſurgente homine, quaſi redíuiuū reſurget cœlum, multò pulchrius, multoque ſplendidius; nam pari paſſu cum homine aliæ quoque creaturæ gradiuntur. ſicut enim cum homine nouo, erit *cælum nouum, & terra noua*, ita etiam ſeneſcente natura humana, iamq; deficiente mortalium vita, ipſe etiam mundus *antiquatur, & ſeneſcit, & prope interitum eſt*. Hunc eundem ſenſum indicarunt Septuaginta legentes; *Quoad cælum non ſit conſutum*. & Chryſoſtom. explicat, *Quouſque cælum inueteraueris & mundum conſtitueris*. in cœlo autem, coagmentatio & harmonia poteſt explicari illa conſuendi translatione. nam-

Matt. 24. 29. *Luc. 21. 25.* *Marc. 13. 24.*

בלה

Atterere.

Mundi vetuſtas & innouatio.

Apoc. 21. 1.

Iſa. 51. 6.

Symmach. *Theodoret.*

5 Stellas de cœlo cadere q. d.

Matt. 24. 29.

* Que cerca; de pura flaqueza ſe andan cayendo, y ſe vienen al ſuelo.

Cœlorum & mundi attritio.

1. Cor. 7. 31.

* Que ſe va des figurando y muriendo.

Heb. 12. 13.

6 *LXX.* *Chryſo. hom.*

Mundus veſtimenti cōſuti, aut diſſuti ſimilis.

pore, quo vitæ huic & corpori reſtituat, fore vt libentius mortem excipiat. In hac exponendi ratione nihil eſt aſperum, aut difficile, nunc ad voces ſingulas.

2 *Quis mihi hoc tribuat.* Si mihi optio datur, hoc opto. Hebraiſmus eſt, & valet idem, quod *vtinam*. quanquam ſimul rei optatę, aut difficultatem, aut impoſsibilitatem affert. exempla occurrunt paſsim.

Hebraiſmus & formula optandi.

In inferno. In *Sçol.* de hoc dixi ſupra. in ſubterranea mortuorum ſtatione, videlicet & animum in limbo, & receptaculo iuſtorum; & corpus in ſepulchro, vel indiſcriminatim, ſtatum mortuorum intelligit. *Protegas.* propriè abſcondas, cuſtodias, aſſerues indicat limbum aut ſepulchrum eſſe velut ſcrinium, aut capſam, in quam reponantur & recondantur corpus, animus ve, educendi, & reſumendi iterum in reſurrectione, cùm ad alium ſtatum aſſumi & educi oporteat. nam corpus terrę fidei creditur, & aliquando etiam mari. quare nunc terra inexorabilis eſt, *fortis enim eſt mors, & durus infernus.* id eſt, nullius precibus adduci poteſt, vt concreditum ſibi pignus & depoſitum reddat, niſi pręcepto compulſa auctoris vitę & mortis. Illo autē iubēte & terra & mare dabūt mortuos ſuos. ſicut enim eſt *faſciculus viuentium*, in quo Deus quorum vitam conſeruat, & protegit, colligatos habet, ne quis pereat; alios autem, quos peculiari cura, non proſequitur, quaſi diſſolutus relinquit, vt facilè perdi, & perire poſsint, ſic ſane etiā habet Deus faſciculum iuſtorum, defunctos nimirum, colligatos, numeratos, aſſeruatos in theſauro, & ſcrinio, ac receptaculo repoſitos, qui etiam *faſciculus viuentium* dici poteſt. Deus enim *non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium.* alios autem impios ſiue viuentes, ſiue mortuos lōgius à ſe proiicit, indignos enim indicat, qui aſſeruentur, & protegantur. Vtrumque indicauit Abigail. benè precata Dauid. 1. Reg. 25. *Si ſurrexerit aliquando homo perſequens te, vel quærens animam tuam, erit anima Domini mei cuſtodita, quaſi in faſciculo viuentium, apud dominum Deum tuum. porrò inimicorum tuorum anima rotabitur, quaſi in impetu, & circulo fundæ.* Septua. illam etiam aſſeruandæ, & cuſtodiendæ vitæ, aut animæ rationem in hoc loco indicarunt, quòd cum vita, aut anima ſit res, quæ facile amittatur, & abeat, Deus vinculo quodam cōtinet, & deuincit, quos vult; aliorum autem vitam proiicit in apertam cœli terræque planitiem, vt aberrantes pereant. ſic illi legunt. *Erit anima Domini mei illigata in vinculo vitæ.* Ergo aliqua ex his ratione, ſe protegi, & aſſeruari cupit Iob.

אשול
Protegere.
צפן
Infernus & ſepulchrum cuſtodia.
Cant. 8.6.
1. Reg. 25.29.
Faſciculus viuentium quibus.
Marc. 12. 27.
Luc. 20.38.
1. Reg. 25. 29.
LXX.

3 *Et abſcondas me.* Mirum quod non poſtulet aliud perfugiū, aut latibulum, quam illum ipſum, cuius furorem timet, & fugit, & quē latere cupit; nimirū Deum timet, & latere deſiderat, & precatur, vt ipſe De⁹ illum abſcondat. ſcit enim neminem alium poſſe nos abſcondere, & ſubtrahere diuinæ iræ. non *cœlum*, non *infernum*, non *maris extrema*, non *tenebras* ipſas. ergo quod de diuina charitate, dum nos flagellat, dixit Grego. *Vna manu protegit, & ſuſtentat, altera percutit.* idem nunc dicendum, Vna manu protegit, & abſcondit: alia iraſcitur, & quærit quem percutiat, & proſternat. Igitur miſericordia nos diuina diuinæ iræ ſubtrahit, & occultatos efficit. propterea enim inter Cherubin De⁹ in propitiatorio ſedebat, quod erat arcæ operculum aureum, in qua lex, & tabulæ, quæ in arca erant, tegebantur, & quaſi occultabantur; nam Deus altera manu legem proponit omnibus ſeruandam, lumine igneq; vindictę de trāſgreſsionibus ſumendæ coruſcantem, & fulgurantem; *in dextera eius ignea lex.* altera verò manu operit, & occultat legem & illius tranſgreſsiones propitius diſsimulat. quare beatos illos prædicat Dauid, *quorum remiſſæ ſunt iniquitates & quorum tecta ſunt peccata.* id eſt, qui propitiationem, veniamque peccatorum obtinent à Deo, reſidente in operculo arcæ, quaſi arcam ipſam tegente, & operiente, & legis tranſgreſsionem atque ſeueritatem occultante, atque tranſgreſſores protegente & abſcondente ab ira ſua; licèt enim pro ſua iuſtitia & ſanctitate impietati, & ſceleri fauere aut patrocinari, nulla ratione poſsit, ſed tamen, pro ſua bonitate, & clementia, peccatores à ſua ira & iuſtitiæ ſeueritate abſcondit, & noſtra delicta pro paterna ſua in genus humanum charitate operit, *& diſſimulat peccata hominum.* Eadem hominis à diuina ira & ſeueritate protectio, & abſconſio alijs etiam tranſlationibus explicari ſolet. Ezechie. 16. *Expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam.* Iſai. 38. *Proiecisti poſt tergum tuum omnia peccata mea.* & quidem his omnibus rationibus homo abſconditur, & occultatur, ne diuinæ ſeueritati, atque iuſtitiæ pateat, deturque commeritis ſupplicijs.

Pſa. 138.8.
Gregor.
Propitiatorium quale.
Deu. 33.2.
Pſal. 31.1.
Sap. 11.24.
Ezech. 16. 8.
Iſa. 38.17.

*Donec * pertranſeat furor tuus.* Donec deſęuiat. donec deferueat indignatio. Septuagin. *Donec requieſcat ira.* propriè ex fonte, *donec reuertatur;* vel *conuertatur.* conuerſio, & reditio à verbo, *Sub*, commutationem quandam affert furoris cum manſuetudine, & lenitate. vt Pſal. 6. *Conuertere Domine, & eripe animam meam.* id eſt, ne perſiſtas, in ſemel cœpto furore, deſiſte ab ira indignationis tuæ. quod ante dixerat; *Mitigaſti omnem iram tuam.* Hieronym. *conuerſus es ab ira furoris tui.* ſimiliter etiam Iſai. 12. *Conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me.* ita etiam hoc loco; *pertranſeat*, redeat, auertatur, conuertatur, reuertatur. *Furor* in originali, *Naſus.* id eſt, indignatio, & ira, quæ tumente & fumante naſo manifeſtari ſolet. diximus de hoc aliquando; neque eſt apud Hebræos eadem, quæ apud Latinos, *naſi* ſignificatio; nam ex magnitudine naſi ſubſannatorium hominis ingenium iſti colligunt, vt Martialis dixit;

Naſutus ſis vſque licèt, ſis denique naſus,
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas.

At Hebræi ex magnitudine naſi, ingenium

4
* Haſta que ſeos paſſaſſe el enojo.
שׁוּב
Pſal 6.5.
* No paſſes ya a delante con el enojo.
Hieronym.
Iſai. 12. 1.
Naſus quid apud Latinos ſignificet.
Martial.

mite, & quod non facilè exæſtuet cor; ex breuitate autem, animum facilè excandeſcẽtem & pronum in iras, vt qui non habeat ſatis aperta foramina, quibus irati animi ſpiritus inflammatos difflare poſsit; quòd ſi Deus, qui longus latusque naribus dici ſolet, æſtuet, & infletur naſo, magnam vim indignationis conceptæ indicabit. Obſeruandum vero, cum Iob ait libenter ſe exſpectaturum, donec *pertranſeat furor* diuinus, certo apud ſe ſtatuere fore, vt aliquando tranſeat, & remittat. agnoſcit enim diuinum furorem eſſe iram, ira autem furor breuis eſt, ſic-
Pſal. 26. 6. ut ſcriptum eſt; *Ira in indignatione eius.* vel vt
Chald. Chaldęus ait, *momentum.* videlicet inſtar flammæ ſtipulæ; quæ facilè concipitur, & exurgit, facile etiam langueſcit, & remittit.

5 Dei furor cum tranquillitate cõiunctus. Illud etiam obſeruatione digniſsimum eſt, ſecundum externam ſpeciem vindictæ ſe Deum habere, in mortalium ſceleribus puniendis, irati hominis atque furentis inſtar, qui nulla rerum ratione ductus, quæ obuiam habet, omnia proculcat, atque proſternit, quem neque ratione propoſita, neque prece, aut pretio delinire & conuertere poſsis. cum tamen ſi ipſa per ſe Dei viſcera ſpectemus, nunquam videatur à furore, & vt ita dicam, parum attenta, parumque præmeditata ratione agendi minus abhorrens, quam cum hominem ſupplicio afficit. vt Sa-
Sap. 12. 18. pientiæ. 12. præclarè docemur; *Tu autem dominator virtutis* (id eſt, qui compos es tui, tuæque potentiæ ſapientiſsimus moderator) *cum tranquillitate iudicas* (vides animi tranquillitatem in medio furore, & iræ commotione) *& magna cum reuerentia* (quaſi nimium cautus, nimiumque minutiſsimarum omnium circumſtantiarum conſiderator & circumſpector) *diſponis nos.* & infra; *Si inimicos ſeruorum tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciaſti attentio-*
LXX. *ne,* (Septuaginta addunt, *& parſimonia*) *dans tempus & locum, per quæ poſſent mutari à malitia, cum quanta diligentia iudicaſti filios tuos?*

6 *Et conſtituas mihi tempus.* Commodè illuminauit Vulgatus, quod in originali eſt. *& conſtituas mihi legem,* aut *præceptum.* hac inquam lege, hoc pacto. imitatus eſt interpres Septua-
LXX. ginta, vt ſæpe ſolet. *In quo recorderis mei.* obli-
Obliuio defunctorum. uio nos defunctorum capit, & *obliuioni datus ſum*
Pſal. 30. 13. *tanquam mortuus à corde.* & Deus meminiſſe dicitur illorum, quos ad vitam reuocat, & quibus vitæ bonorum beneficia confert; atque re-
Rom. 4. 17. quirit, & *vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt,* vt illis vitæ, & exiſtendi conſortium
D. Thom. impertiatur ſic Diu. Thom. putat diuinam *recordationem* ſumi pro reſurrectione & vi-
Pſal. 87. 6. ta; Ne (inquit) ſim ego, *ſicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor amplius,*
Quando Deus dicatur meminiſſe. *& ipſi de manu tua repulſi ſunt.* Sed quidem quamuis hoc veriſsimum ſit; ſed nunc diuina memoria atque *recordatio*, paulò largius accipi debet, pro diuina beneficentia & miſericordia, iuxta materiam ſubiectam, videlicet iuxta exigentiam miſeri hominis,
1. Reg. 1. 19. cuius recordatur; quare cum. 1. Regum. 1. dicitur Deus *recordatus Annæ ſterilis*; certè illi contulit & fœcunditatem & filium. cum
Geneſ. 8. 1. Geneſ. 8. dicitur *Recordatus Dominus Noe, cunctorumque animantium*: exſiccauit terram, præſtititque commodam ſtationem, ſic enim legimus, *Recordatus Deus adduxit ſpiritum ſuper terram.* & cum Geneſ. 40. dixit Ioſeph pincer-
Gen. 40. 14. næ Pharaonis, *Memento mei, cùm benè tibi fuerit, & facias mecum miſericordiam*; ſtatim ſubiecit pro ſua indigentia & miſeria, *vt ſuggeras Pharaoni, vt educat me de iſto carcere.* ergo cùm mortui recordatur Deus, res ipſa diuinam beneficentiam & miſericordiam, quæ *recordationis* nomine ſignificatur, quaſi ad hanc vnam rem reſtringit, vt vitam conferat. qua enim re alia mortuus, qua ratione mortuus eſt, indigere poſsit, quam vita & reſurrectione?

XIV. Putas ne mortuus homo rurſum viuat? cunctis diebus quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea.

1. *Quatuor exponendi rationes minùs commodæ. Interrogatio aſſerens negat. Negans aſſerit. Scripturæ regula cum res certiſsima ſub dubitatione proponitur.*
2. *Quinta & germanior expoſitio.*
3. *Immutatio reſurrectionis, vel eſt natiuitas, & regeneratio quædam, item & Chriſti Domini reſurrectio ad hanc allegoriam adducta.*
4. *Immutatio reſurrectionis ad meliorem ſtatum. Varia exempla ex rebus naturalibus. illuſtratur Paulus.*
5. *Quanta huius immutationis gloria. Chriſti reſurrectio virtute diuina. Illuſtratur Dauid.*
6. *Mutatio quæ propriè. Reſurrectionis ſpes quam ſit efficax ad confirmandum hominem.*

DIfficultatem huius contextus magna interpretum varietas teſtatur; nam 1
Chaldęus indicat hic eſſe ſermonem de beata vita, quam impii non aſſequentur, vtpote Chald. Prima interpretatio.
filij æternæ mortis. legit enim; *Si mortuus fuit vir impius, iterum poteſt vt viuat?* qua etiam ratione videntur dici *impij, non reſurrecturi in iudicio,* Pſalm. 1. videlicet ad beatam vitam. Sed non leniter cohæret cum præcedentibus & aliena videtur a tota hac Iobi oratione illa vitæ vſurpatio. at Philippus exiſtimat Philipp.
ſermonem eſſe de illa altera reſurgentium vita; atque interrogationem hanc, idem valere quod affirmationem; contra quam Secunda interpretatio.
in aliis Scripturæ locis accipi ſoleat: nam interrogatio aſſerens, negationi ſimilis eſt, Interrogatio aſſerens
ſicut interrogatio negans, aſſertioni, ſed ſimilis negationi et
notat Philipp. eſſe conſuetudinem Scri- rationis et
pturis familiarem, vt quæ certiſsima ſunt, negantis. Scri-
ſub quadam dubitationis ſpecie aliquando pturæ regula.
proponantur. vt. 1. Corinth. 7. *Puto quod & ego ſpiritum Dei habeam.* cum tamen ea de re 1. Cor. 7. 40.

certiſsimus ſibi ipſi Paulus eſſet. & Chriſtus Dominus Lucæ 18. *Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra?* quanquam in illo Pauli loco, Gloſſa dicat, non eſſe illa verba Pauli dubitantis, ſed increpantis.

Luc. 18. 8.

Tertia interpretatio Caiet.

Tertiò tamé Caietan. conditionaliter videtur intelligere, namque in Originali eſt conditionalis particula, & coniungit cum ſequétibus: *Si mortuus homo rurſum viueret*, mortem ego lubens exciperem, atque *cunctis diebus, in quibus* dolens, inuitusque *milito*, expectarem auidus, donec veniret *immutatio mea*. & huic commentario fauere poteſt lectio Septuaginta, nam licet primam partem per affirmationem legant, ſecundam tamen partem per futurùm exprimunt; *Si mortuus fuerit homo, viuet co[n]ſummatis diebus vitæ ſuæ, ſuſtinebo, donec rurſum fiam*. ſed valdè dura, valdeque coacta videtur expoſitio.

LXX.

Quarta interpretatio.

Quarto loco alij interrogationem hanc pèr negationem iuxta communem Scripturæ conſuetudinem interpretantur, ſermonemque fieri de rurſus viuendo vitam mortalem, quam neget vllo pacto reſtituendam. ſenſus hic facilis eſt, beneque conueniens, licèt non omnino ſatisfaciat omnibus huius ſententiæ partibus.

2 Commodior expoſitio.

Quare quinto tàdem illud videtur commodiſsimum, vt in prima quidem parte loquatur, vt ſæpè diximus, de reditu ad vitam mortalem; in ſecunda autem de immortali reſurgentium regeneratione, quaſi dicat; Non poteſt fieri, vt mortuo mihi ſemel, iterum ad hanc vitam redeundi facultas concedatur: quod cùm ita ſit, vitæ alius immortalis ſpes me ſuſtentat, quamuis omnino videam hanc vitam mihi deſerédam eſſe. vel, vt dubitationem ipſe proponat de futura reſurrectione; Dum nimium (inquit) formidare mortem videor, videri nolo de alterius vitæ fide, dubius aut parum firmus, quare ſtatui, ſiniſtræ alicuius ſuſpicioni occurrere, meamque fidem palam profiteri: nihil enim aliud expecto, quàm veriſsimam illam corporum reſurrectionem, & reditum ad vitam immortalem.

3 Symmach. Reſurrectio, vt ſit regeneratio, & natiuitas.

Immutatio mea. Symmachus legit; *Donec veniat ſecunda natiuitas mea*. reſurrectio enim natiuitatis & generationis nomen habere ſolet; renaſcitur enim, qui reſurgit, & ingreditur in vitę nouæ curriculum nunquam omnino abſoluendum. ſic illud Pſalm. 2. *Ego hodie genui te*, quod Paulus de reſurrectione interpretatus eſt, & ſic etiam Matth. 19. *In regeneratione*. & ad Coloſſenſes. 1. Chriſtus dicitur *Primogenitus ex mortuis*, quòd primus fuit reſurgentium. & propterea Ioannis. 16. reſurrectioné ſuam natiuitati infantis ſimilem eſſe dicit Chriſtus Dominus; *Mulier cum parit, triſtitiam habet; & vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem* (videlicet, regeneratus & renatus homo in mundum) *videbo vos, & gaudebit cor veſtrum*. & vt breui huius appellationis, atq; translationis rationem indicemus, Terra quidem eſt mater omnium.

Pſalm. 2. 7. Hebræ. 1. 5. Matt. 19. 28. Coloſ. 1. 18. Ioan. 16. 21. 22.

ſepulchrum, & ſubterranea ſtatio mortuorum aut animarum, eſt terræ aluus, atq; viſcera, ſicut ſcriptum eſt, *Nudus egreſſus ſum ex vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc*. non ſtatim atque concipit Terra mater intra ſe defunctos, illos excludit regeneratos in nouã vitam; nam ſicut certo temporis ſpatio oportet cóceptum matureſcere edendum in vitam mortalem, ita ſane cum ad vitam immortalem excludendus homo eſt ex terræ viſceribus, nullum huius conceptionis, & expectandæ reſurrectionis ſpatium valde longum exiſtimandum eſt. ſicut autem *mulier cum parit, triſtitiam habet*, & doloribus incredibilibus torquetur, ſic ſane gemebunda contremiſcet; dolebitque terra ante reſurrectionem vniuerſalem; *erunt enim terræ motus*. & ſicut non ſemper viuus excluditur fœtus, ſed frequenter *abortiuum, quod non videt lucem*, ita ſane alij reſurgent *in reſurrectionem vitæ*, alij verò *in reſurrectionem iudicij*. Videas hæc omnia in Chriſti Ieſu reſurrectione: nam in ſepulchro terræque viſceribus concipitur primum corpus, matureſcit tempus regenerationis tribus diebus, cõtremiſcit, doletque parturiens terra; *ecce enim terræ motus factus eſt magnus*. & ita illud Actor. 2. *Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni*, Chryſoſt. & Oecume. explicant ipſum infernum, aut ſepulchrum, vel mortem Chriſtum Dominú complexam doluiſſe. *ſolutis* (inquit) *doloribus mortis, quibus ipſa mors tenebatur complexa Chriſtum*. ſed lætatur terra poſtquam natus eſt homo, & quaſi fœliciſsimum partum gratulantes dicunt creaturæ omnes, *Erit ſepulchrum eius glorioſum*, & *beatus venter qui te portauit*. nomen deinde regeneratum, quaſi recens nato imponitur; Nam *Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*. eſt igitur *immutatio* hæc, *natiuitas*, vt Symmachus dixit, & *regeneratio*.

Iob. 1. 21.

Matt. 24. 7. Marc. 13. 8. Luc. 21. 11.

Ioa. 5. 29.

Chriſti Domini reſurrectio velut altera natiuitas.

Matt. 28. 2. Acto. 2. 24. Chryſoſt. Oecume.

Iſa. 11. 10. Luc. 11. 27.

Philip. 2. 9.

Symmach.

Sed certè ipſum *immutationis* nomen, ſignificare videtur commutationem & tranſitum ad meliorem ſtatum, & fœliciorem vitam, qua ratione Paulus dixiſſe videtur. 1. Cor. 15. *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur*. tantum reſurrectionem iuſtorum, quæ ad vitam beatam eſt, *immutationem* appellans, vt Ambroſius eo loco docuit. quod vrget ſtatim Paulus; *Mortui omnes reſurgent incorrupti, & nos (iuſti) immutabimur*. locus quondam antiquorum Patrum varia lectione, variaque interpunctione, atque multiplici expoſitione perplexus & impeditus, ſed qui ad alia properantibus nunc non debeat nobis impedimento eſſe. Quare cùm ad explicandam reſurrectionem exempla ex rebus naturalibus afferuntur, illa certe commodiſsima ſunt, quæ illam commutationem in melius repræſentant, vt *granum*, quod putrefactum viuificatur, viteſcit, atque fructificat, Ioan. 12. & 1. Corint. 15. tum vero nunc, tum verò arború, quibus hyems loco mortis eſt, at ver & flores atque viriditas loco vitæ & reſurrectionis, ſimilitudinem Nyſ-

4 Reſurrectio immutatio ad melioré ſtatum.

1. Cor. 15. 51.

Ambroſius.

Varia huius immutationis exempla e rebus naturalibus.

Ioan. 14. 25

1. Cor. 15. 27. 53.

Ioan.5.28. *Qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei* per quam *vocem*, quidam intelligunt imperium diuinum, atque potentiam ſupremi iudicis, quod ad Theſſalonicenſes dicitur. *Iuſſu Dei*, nam ſimiliter hoc loco, hominis *reſponſum* erit, obedientia & obſequium corporum reſurgentium ad Dei præceptionem.

Vox imperium. ſæpe enim in ſacro ſermone, *vox*, imperium præceptum vé eſt, & *vocare*, præcipere, atque imperare. quò pertinet illud frequens apud Prophetas,

Pſal.104.16. *Vocare famem, gladium, formidinem*, aut quid vis aliud, id eſt præcipere & efficere vt adſint; *& audire vocem* eſt, ſe audientem & auſcultantem præbere.

2 *Vox Dei & Archangeli futura in vltima reſurrectione.* Cæterùm multo conuenientius eſt diuinis litteris, vt hæc Dei vox accipiatur, vt ſonat, futuraque ſit ſenſibilis, & articulata, qua iubeantur mortui reſurgere, & ſiſti ante iudicis tribunal. An verò hæc vox reddenda ſit proxime & immediatè ipſius Chriſti iudicis pectore & lingua, ita ut *vox Archangeli*, dicatur vox ipſius Dei iubentis & præcipientis,

Vox & tuba Archangeli quæ. ut Archangelus diuini iudicij miniſter, vocem præconis inſtar, quantum fieri poteſt, contentam edat, vt mundus vniuerſus exaudiat; nihil certi conſtat. ego certè nihil indignum iudico, ſi ea vox emittatur à ſeueriſſimo iudice, ad tam mirabilem effectum; nemo enim indignum iudicet, quòd ad ſuſcitandum Lazarum,

Ioan.11.33. *infremuerit ſpiritu, & clamauerit; Lazare, veni foras.* atque eius deinde vocis ſonitus quaſi Archangelo perſtrepente & buccinante reddatur, & repetatur in vniuerſas terræ partes.

Suar.3.p.q.56.Diſput.50.ſectio.4. Sed hac de re tota copioſè atque ſapienter multa alia in hanc diſputationem diſſerit Pater Franciſcus Suarez. 3.p.q.56.

3 Is igitur huius diuinæ vocationis ſenſus, atque ſignificatio cùm eleganter conſonet cum alijs locis ex nouo teſtamento adductis, cæteris præferendus videtur; quanquam alij huius loci commentarij ab alijs interpretibus aſsignati omnino prætereundi, aut contemnendi non ſint.

R.Moyſ. nam R.Moyſes exiſtimat *vocationem* hanc referendam ad diem fatalem. Si me (inquit) voces, & ad te accerſas, morique, iubeas paratus ſum, quod in ſpem erigar operi manuum tuarum, & erigendo, & ſuſcitando, & reuocando ad vitam, tuam te dexteram aliquando porrecturum. Minus verò placet, quod Caietan. per quandam conditionalem dicendi formulam, ſententiam

Caieta. hanc accipiat; *Si reſurrectio* (inquit) *futura eſſet poſsibilis, vel tum tam me ad reſurgendum vocares, vel tum tibi vocanti iam ego reſponderem.*

Vatabl. Aliquantò longius, quòd Vatab. ad iudicialem diſputationem refert, vocationem hanc; Si me vocares ad iudicium, & mihi litem denuntiares, vt tibi reſponderem; hoc profectò tibi dicerem; Num opus manuum tuarum deſideras perdere & conterere? Tandem alij argute potiùs, quam ſolide, huiuſmodi futurú, per imperatiuú explicant; cuius frequentia ſunt in ſacris exempla, quaſi dicat, utinam me voces, & ego tibi reſpódeam, vtinam mihi liceret tecum verba vltro citroque facere, dicerem profectò tibi, operi manuum tuarum, *porrige dexteram.* hoc etiam indicat Vatabl.

Et ego reſpondebo tibi. vel ſignificat imperij diuini, vociſque efficacitatem. ideo legunt

4 *LXX. Reſponde re pro obedire.* Septuag. *vocabis, & ego obediam tibi.* id eſt, fieri non poterit quin tibi vocanti præſto adſim, & quàmvis altiſsimo ſepultus ſomno, te clamantem audiam, conſurgamque ſtatim. vel ſignificabit libenter ſe reſponſurum, neque moleſtè excepturum ſonitum Diuinę vocis.

Reſurgentium alacritas. alijs terrificum, iucundiſsimum ſibi, dormiens licet, ſtatim ut audiero, exurgam; non traham in ſepulchro, & lectulo moras; non erit opus iterum me vocare; nam ſemel vocitus adero. poteſt etiam connecti cum ſequente parte, ut ſtatim conſtabit.

Operi manuum tuarum porriges dexteram. in Hæbræo propriè eſt, *Ad opus manuum tuarum deſiderabis*, vel, *concupiſces.*

3 *L.Hebr.* & quidem vox, *caſaph*, eſt

כסף deſiderare, amare, concupiſcere. quod Hebraizantes pleriq. in malum accipiunt, pro deſiderio & voluntate perdendi, & deſtruendi, quare cum interrogatione legunt R.

R.Leui. Pagni. Vatab. Bibl. Guari. Leui in commentarijs, Pagn. Vatab. Bibl. Guarin. *Nunquid perdere deſiderabis?* ſed vocis germanam ſignificationem iſti ex ſuo cerebro perdunt, & deſtruunt, cum in origine tantum ſit, amor, & concupiſcentia. Cæteri enim omnes in bonum accipiunt, & ſine interrogatione, ut R.Moyſes, & R.Abraham a-

R.Moyſ. R.Abr. Tygur. Caieta. pud Pagninú. Tygurina, & Caietan. qui hanc Dei concupiſcientiam ad opus ſuum referunt, & ad vitam, quam in reſurrectione homini conferet, ut indicetur charitatem illam,

Dei Charitas ſuſcitantis mortuos. qua permotus Deus, homini in prima creatione, vitam & ſpiritum contulit, nondum extinctam; nam amiſſum ſpiritum, atque vitam reſtituit tandem.

LXX. rem eandem Septuagint. commoda paraphraſi elucidarút; *Opera manuum tuarum ne repellas.* ſed eleganter Latinus interpres; *porrige dexteram.* quod ſingularis cuiuſdam amoris, atque beneuolentiæ ſignum eſt.

6 Poteſt autem hoc deprecanter ſimul, & per prophetiam dici; Aliquando tandem, poſt multa ſæcula dexteram mihi iacenti in altiſsimo puteo porriges; nam cuius *aſinus aut bos in puteum cadit, & non continuo extrahit illum,*

Luc.14.5. ego autem *ouis ſum paſcuæ tuæ, & vt iumentum factus ſum apud te.* vel ut hæc ſit ipſa reſponſionis reddédæ formula, ſcio me tibi vocanti reſponſurum in hæc verba, Porrexiſti tandem ô Deus, manum; vel, Ad opus manuum tuarum voluiſti, aut deſideraſti. id eſt, Quod

Iuſtorum reſurgentium reſponſio. me vocaueris, ex propenſo in opus manuum tuarum tuendum atque conſeruandum, affectu, profectum eſt. vel, Cum me vocaueris, ad *dexteram* me conſtitue cum agnis, cum electis. licet iam hoc allegoriam ſapiat; nam potiùs videntur verba hominis iacentis, & vt erigere ſe poſſit, alterius opem & manum poſtulantis.

XVI. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis.

1. *Varius nexus. Eligitur optimus.*
2. *Greſſus. Vita actiones. Dinumerare ad libellum rationis pertinere. Explicatur Moyſes & David.*
3. *Varia lectio.*

1
Varij nexus, & interpretationes.

VT hæc cohæreant cum præcedentibus, nihil certi habent interpretes. Primò enim poteſt hæc ſententia confici; Exſpecto ſanè beatam reſurrectionem, & peccatorum veniam mihi præſtandam, quamvis nunc innumerato habeas, atque punias ſingula mea peccata. Secundò poteſt hic ſenſus ſubeſſe; licèt ſpes reſurrectionis omnem mihi mortis acerbitatem & amaritudinem abſtergere poſſet, ſed dum me tam acerbe crucias, tamque diligenter obſeruas, non poſſũ non mortiferos iſtos cruciatus deprecari, vitæq; veniã poſtulare. Tertiò, ſic nectit D. Thomas,

D. Thom.

Ex eo ſanè, quòd me ad vitam alterã ſerves, proficiſci videtur, quod ſingulas meas actiones numeres, & examines, de quibus poſtea rationẽ reddere compellar. immortalitatis igitur animi, vitæq; futuræ, hęc indicia ſunt; nam quem beatum poſtea velis efficere condonando illius errata, nunc numeras, obſeruas, punis, minutiſsima quæq; delicta. hæc enim ideo facis, ut parcere peccatis cõmodiùs æquiusq; videaris. Sed tandem mihi non diſplicet nexus hic. ut cùm dixerit Deum ſuo opificio ſubventurum, nunc ita ſubiungat,

Nectendi ratio.

Tu verò, Deus, tantum abeſſe videris, ut mihi operi tuo benignus favere videaris, ut potius omnia hominis, etiam leviſsima, minutiſsimaq; errata particulatim colligas, & publicè palamq; punire velis. ſed jam tandem age, o ſeueriſsime judex, diſsimula, conniue, parce peccatis tui opificii.

2
Greſſus, vitæ actiones.
Pro. 5. 1.

Greſſus. Opera, ſtudia, actiones ſingulas. quod *vie* etiam ſolet dici, id eſt, viæ vitæque greſſus. Prouerb. 5. *Reſpicit Dominus vias hominis, & omnes greſſus eius conſiderat. Dinumeraſti*, ad ſupputationem minutiſsimarumq; rationum libellum, verbum *numerandi*, pertinet. à verbo ſ *phar*, quod eſt numerare, & ſupputare, & inde deducitur volumẽ aut libellus, quem memoriæ, aut quem ſupputatorium vocamus, ſicut dicitur Geneſ. 5. *Hic eſt liber generationis Adam*, & Exod. 17. *Scribe hoc ob monumentum in libro*, & ibidẽ, * *Dele me de libro tuo*. a qua etiã radice dicitur Pſal. 55. *Vitam meam annuntiaui tibi*. id eſt, Minutatim tibi numeravi, & ſupputavi, quæ in animo meo ſunt. *Los ... o cuenta por menudo e mi vi*... Hieroy. *Secretiora mea* * *numeraſti, pone lacrymam meam in conſpectu tuo*. unde ducatur metaphora ſtatim explicatur; *ſicut in promiſsione tua*, Hebraicè; *non ne in libro tuo*. Hieronym. *in narratione tua*. id eſt, utique etiam meas lachrymas redigis in tuos libellos, & obſignatas tabulas, reponiſque in rationario tuo. quale illud. *poſt illi liber ... in conſpectu eius*, ex Hebræo etiam legitur, *In libro ... legitur. Liber*

Dinumerare, ad libellum ſupputatorium referri.
כפר
Gen. 5. 1.
Exod. 17. 24.
& c. 32.
* Borradme del libro de quentas cõ los biuos.
Pſal. 55. 9.
Hieronym.
* Pues tenes ys quenta cõmis pen ſamientos, recebid ambien en tu cuenta mis lagrimas.
Hieronym.

vel *ſacculo tuo*, id eſt bene memori mente ſeruas, non areſcunt tibi meæ lachrymæ, *omnes greſſus dinumeras* quidquid boni, quidquid mali egerim. *ſcriptus profectò eſt liber monumenti coram te*. Malach. 3. 16.

3
Varia lectio.

Sed parce peccatis meis. Senſum expreſsit Vulgatus, nam in fonte propriè eſt, Non cuſtodias, vel, obſerues peccatum meum. quod per expoſitionem partis prioris acceperunt Septuaginta legentes; *Non præteriſti te vllum peccatorum meorum.* Sed cum verbum *ſamar*, ſignificet etiam cuſtodire, aut ſeruare, alij, vt Pagnin. verbo differendi, aut reſeruandi in poſterum, interpretantur, & *peccatum* accipiunt aut pro culpa, aut verò pro pœna; Pagni. *Non differas punitionem meam* Hebræus apud Caietã. *Non reſpicis ſuper peccato meo*. id eſt, ſtatim a me exigis debiti ſolutionem, inſtar ſeueriſsimi exactoris, & creditoris. Vel etiam vt precanter & optanter dicat, id quod poſtea Auguſtinus dixit. *Domine hic ſeca, hic vre, vt in æternum parcas*. Nihil nunc ſerues, quod à me poſtea exigas: luam ante mortem omnia. Alij ad iram vel indignationem referunt, Non * *cuſtodias*, (non ſerues indignationem; depone iam tandem atque remitte, ſiquid aliquando adverſum me concepiſti.

LXX.
שמר
Pagni.
Cajeta.
Auguſtinus.
* Non guardes ys eno os ni quentas para adelãte, remata mos las luego.

XVII. Signaſti, quaſi in ſacculo delicta mea, ſed curaſti iniquitatem meam.

1. *Theſauri diuinæ iuſtitiæ, qui. quæ item divitiæ diuinæ bonitatis & miſericordiæ. illuſtratur Paulus.*
2. *Quid Sacculus, quid pondera ſacculi, quid aſſeruari in ſacculo delicta. Explicatur Moyſes, & Salomon.*
3. *Varia lectio. Quid curare ex Hebræo.*
4. *Pœnæ & ſupplicia dicuntur vulnera; interdum verò medicina peccatorum. illuſtratur Ieremias, & Hoſeas.*

1

DIcis te obſignaſſe, & obſeruaſſe in tuo rationario, & tabulis *delicta mea*; ſit ſanè: ſed ſatis ſuperque in me animaduertiſti; ſatis a me pœnarum repetitum & exolutum eſt.

Signaſti. Propriè; ſigillo confirmaſti, & muniuiſti. atque obſignaſti, quæ poſtea nunc videlicet proferres, & in caput meum redderès. *Theſaurizaſti* nimirum *iram*. atque peccata; ſic dicitur Deut. 32. *Nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in Theſauris meis. Quaſi in ſacculo*, in faſciculo colligata, ne ullum excidat. Dicuntur autem peccata, quaſi Theſauri diuinæ iuſtitiæ & iræ, quos Deus *ſeruare*, & aſſeruare videtur. at vero homo ipſi Deo theſaurizare. atq; ſeruandos, obſignandoſq; tradere diuinæ iuſtitiæ. nõ enim videretur diuina iuſtitia per ſeſe locuples & abundans; niſi noſtra nos illi peccata tanquã ingentes theſauros traderemus, dicitur enim Deus per ſe ipſum *dives*. ſed *in miſericordia*, illius namque bonis nos ditescimus, at e contrario diuina iuſtitia

Signare.
Deut. 32. 34.
Theſauri diuinæ iuſtitiæ qui.
Epheſ. 2. 4.

Diuitiæ iuſtitiæ & miſericordiæ non eædem
Rom. 2. 5.

videtur diteſcere noſtris peccatis, debitiſque peccatorum pœnis; *An* (inquit Paulus) *diuitias bonitatis eius contemnis? tu autem theſaurizas tibi iram.* ubi obſerua bonitatis diuitias Dei proprias eſſe, nos autem nobis ipſis reponere atque recondere iuſtitiæ & iræ diuitias in illius theſauris. hac etiam ratione Iacobus Apoſtolus dixit; *theſaurizaſtis vobis iram, in nouiſſimis diebus.* tunc enim Deus proferet, effundetq; in vos, quam vobis metipſis theſaurizaſtis, atque recondidiſtis, auaritiæ atque ſcelerum copiam incredibilem.

Iacob. 5. 3.

2 Sed interpres ſane, dum *ſacculum* vertit, videtur reſpexiſſe ad *ſacculum* ſive marſupium, in quo ſolebant pondera ſeruari, quæ quondam erant lapidea, ſicut nunc ferrea aut ærea ſunt; de quibus dicitur Deut. 25. *Non habebis in ſacculo tuo diuerſa pondera*, & Prouerb. 16. *Pondus & ſtatera iudicia Domini, & opera eius omnes lapides ſacculi.* & Mich. 6. *Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam, & ſacculi pondera doloſa?* hoc igitur loco *ſignare in ſacculo delicta*, erit peccata accuratiſsimè expendere, & ſuo pondere uniuscuiuſque grauitatem ponderare.

Deu. 25. 13.
Prou. 16. 11.
Mich. 6. 11.

3 *Sed curaſti* inquit *iniquitatem.* Hebraizantes non legunt eodem modo, nam Tygurina & Vatabl. atque Regia, *conſues*, vel, *aſſues aliquid iniquitati meæ*. at Pagnin. poſt R. Levi. & R. Abraham & Thargum, *addidiſti pœnam pœnæ.* ac ſi diceret, minutatim colligẽdo mea peccata, & vnum alteri adjungendo & addendo, videris effeciſſe ingentem quẽdam cumulum peccatorum. quorum nunc a me pœnas repetas, pœnam ſimiliter penę addendo, & cruciatum cruciatui. quid quòd etiam viderit grauiores à me pœnas exigere, quam debeam? ſic enim legunt Septuag. *& animaduertiſti, ſi quid inuitus erraui.* & quidem verbum Originale *thaphal*, ſignificat adiungere unum alteri, & componere unum ſuper aliud, unde ſupra c. 13. dictum eſt: *Fabricatores mendacii.* id eſt compoſitores, & concinnatores, aut amplificatores mendacii. nam hæc omnia fiunt componẽdo & amplificando, aut addendo unum alteri. & Pſalmo. 118. *Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum.* Hierony. *Applicauerunt mendacium mihi ſuperbi.* quare hoc loco verti etiam poteſt; Applicas, multiplicas, concinnas, componis ſuper iniquitatem meam. Hebræus autem apud Caieta. valde frigidè vſus eſt hoc verbo, vertens, *adhærebis*, vel, *adiunges meis culpis puniendis*. ſed tandem Latinus interpres acute huius verbi ſignificationem retulit ad medicinam & curationem; quia *curatio* alicuius vulneris fit applicatione & impoſitione fomentorum, & emplaſtrorum, quæ frequenter ex glutinoſa materia cõſtant; quare dicit R. Mardochai ſignificationẽ huius verbi eſſe, *cõglutinationem*, & ita in cõmuni, cõglutinare, imponere, adiungere, erit idem, quod *curare*. ait itaque Iob; Quamuis egomet meis manibus me vulneraſſem per ſummum furorem, quamuis totus proſciſſus eſſem & confoſſus *rhomphæa & gladiis bis acutis* ſcelerum, quamuis totus ſanie atque ſanguine peccatorum manarem, ſed jam ſatis pœnarum, tanquam Pharmacum appoſuiſti, uſtiones, & ſectiones adhibuiſti, ne tantum malum ſerperet; circumligaſti vulnera; cum homine igitur tam graviter dolente, tam ſeuerè caſtigato, tam bene curato, mitiùs jam agito; *curaſti iniquitatem*, hæc jam moleſtiſsima tot ærumnarum pharmaca remoue, & integræ ſanitati reſtitutum bene me valere jube.

Vata. Regia.
Pag. R. Leui.
R. Abraham.
LXX.
Iob. 13. 4.
Pſal. 118. 69.
Cajeta.
R. Mardoch.
Eccleſi. 21. 4.

4 Hic vides pœnas atq; calamitates appellari medicamenta, & pharmaca, quibus peccata, quæ ſunt animi vulnera, ulceráue curantur. licet enim aliquando ipſę ærumnæ, vulnera dicantur; atque fœlicitas ſit animi contriti, & languentis ſanitas, ſicut dixit Dauid. Pſalm. 146. *Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum*, & iterum; *Ipſe vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius ſanabunt.* &; *Obducam cicatricem tibi, & à vulneribus tuis ſanabo te.* tamen nunc plagæ & vulnera ad animi morbos & peccata, Pharmaca verò & medicina, ad inflictas pœnas & ſupplicia referuntur. ſicut & apud Ierem. 51. *Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, derelinquamus eam.* & Hoſeæ. 11. *Ego quaſi nutritius Ephraim, & portabam eos in brachiis meis; & neſcierunt, quod curarem eos.* vbi Hieronymus; *Ignorauerunt, quod curarem eos, & vulnus idololatriæ quadraginta annorum ſpatio obducerem, & priſtinæ redderem ſanitati.* propterea additur, cuiuſmodi illa curatio eſſet; *In funiculis A[illegible] trahebam eos.* funiculus autem pœnas, & dolores ſignificat, ut aliquando diximus. & quidem aliqua peccata eiuſmodi ſunt, ut non ſolum commode & breuiter, ſed neceſſariò etiam hac moleſtiſsima pœnarum, & acri ſuppliciorum medicina, non aliter curanda videantur. *Caſtigabo te* (inquit Deus Ieremi. 30.) *& in iudicio, ut non tibi videaris innoxius. quia hæc dicit Dominus, Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua.* quaſi dicat; Non aliter, quam ſeueriſsimo iudicio, grauiſsimoque ſupplicio curari debet, aut poteſt. eſt vero tam efficax remedium hoc, vt deſperatis procul dubio morbis ſubuenire poſsit; non aliter atque fel illud, quod Tobiæ cæcitati curationem, medicinamque attulit. igitur qui non ſolum morbos corporis timet, ſed etiam ſeueriſsimam Chirurgi operam, à vulneribus & morbis animi caueat; nam ſcriptum eſt; *Qui delinquit in conſpectu eius, qui fecit eum, incidet in manus medici.*

Pœnæ, & calamitates interdum vulnera interdũ vulnerum medicina.
Pſ. 146. 3.
Iob. 5. 18.
Ier. 30. 17.
[illegible] 36. 6.
Ierem. 51. 9.
Hoſ. 11. 3.
Hieronym.
Gregor.
Ier. 30. 12.
Tob. 11. 13.

XVIII. Mons cadens defluit: & ſaxum transfertur de loco ſuo.

XIX. Lapides excauant aquæ: & alluuione paulatim terra conſumitur: & hominem ergo ſimiliter perdes?

1. *Varius nexus, & interpretatio.*
2. *Explicatur lectio Græcorum. Terra, & Lapides, quorum ſymbolum.*
3. *Defluere quid.*
4. *Quid excauare & vt ad vulgare prouerbium alluſerit Vulgatus.*
5. *Varia lectio. Terra, pro terra germinibus & plantis. Vulgati interpretis diligentia.*
6. *Homo miſer. Humana vita cum terra, & plantis comparatio.*

1 *Olympiod.* Varius nexus & interpretatio.

MIratur hoc loco Olympiodorus Iobū, qui in mediis ærumnis philoſophatur, mente non diſtracta doloribus; & tanquam ſapiens, promit ænigmata, quod pleraque ænigmatis inuoluta ab amicis audiſſet. Non vno autem tantùm modo necti poteſt hæc ſententia cum præcedentibus. primò, vt deprecetur tam immanes cruciatus, in hanc ſententiam; Fortiſsima quæque, vt montes, ſaxa, vetuſtate exeduntur, & molliſsima aquæ guta excauantur: à fortiori igitur oportet imbecillum hominem validiſsimè percuſſum, concidere, & interire. vel ſit mortis votum; Moriar tandem; nam nihil tam forte, tamque firmum eſt, quod tempore & vetuſtate non labaſcat. Vel tandem, vt de reſurrectione iterum agat; Aliquando montes ingenti terræmotu concuſsi diſsipatiq; ſunt; immania ſaxa è ſuis ſedibus excuſſa, atque aliò tranſlata; & exundantibus aquis nemora, ſylux, ædificia radicitus conuulſa; ſimili igitur ratione videris profectò cum homine agere, vt quamvis fortiſsimus, & conſtantiſsimus à te percuſſus procumbat, & proſternatur; & dolorum morborumque fluctibus agitatus, & impulſus corruat; atque cruciatuum ſævisſimorum æſtu & vorticibus abſorbeatur, nulla ampliùs vitæ & incolumitatis ſpe relicta.

2 *Olympiod.* Græci verò in vltima parte legunt, *Et patientiam hominis perdidiſti.* quod dupliciter ab Olymp. accipitur. primo, vt precetur Deum ne calamitates producat longiùs, *Ne miſereris* (inquit) *Aqua ea retinetur, & abſorpſisti.* quòd quidem ſicut ſenſus, ita etiam patientiæ & tolerantiæ vis remitti videatur. vel, ſi nulla fuerit malorum intermiſsio, in maiorum perpeſsione animum dimittat, nam fortiſsima quæque continenter impulſa, comminuuntur tandem, & abripiuntur. conſonant omnia. Sed paulò durius *Philipp.* quod Philippus metaphoricè hæc dicta exiſtimat, vt per *terram*, infirmiores intelligantur, qui non ſunt tolerandis tentationum diſcriminibus. & per *lapides*, impios illos, qui aquis inundantibus velut lapides & terra conſumpti ſunt. & per *montes*, ſuperbi. per *homines* verò, ſpirituales viri, ſicut ſcriptum eſt, *Homines & iumenta ſalvabis Domine.* miratur igitur, quòd ſe, *hominem* videlicet, eodem ſupplicio cum ſuperbis & impiis afficiat, & inuoluat Deus. Nunc pauca quædam minutiora.

Terra, & lapides quorum ſymbolum. *Pſalm. 35. 8.*

3 *Mons cadens defluit.* Id eſt, defluentibus glebis, aut lapidibus imminuitur. Rectè autem dixit Vulgatus, *defluit*; nam verbum *Nabal* ſignificat propriè, illum defluxum deciduorum foliorum ex arbore, cum marceſcunt, & langueſcunt exucto humore, & omni firmitate. quare rectè etiam Septuag. dixerunt, *& quidem mons cadens, decidet.* q. d. diuturnitate tandem diſsipatur ingens ſaxum, & fruſtratim decidit, collapſumq; marceſcere videtur ſicq; *transfertur de loco ſuo.* propriè, à vellitur, vel ſeneſcit, aut inveteraſcit. ſic etiam Septuag. *Petra veteraſcit de loco ſuo.* id eſt, vetuſtate, exeditur.

Defluere. נבל

LXX.

4 *Lapides excavant aquæ.* Eleganter *excavare*, dictum eſt, ut alluſio fieret ad quotidianum illud.

Gutta cavat lapidem; conſumitur annulus uſu,
Et teritur preſſa vomer aduncus humo. *Ovid. 4. de Pont.*

& iterum;

Quid magis eſt durum ſaxo; quid mollius unda?
Dura tamen molli ſaxa cavantur aqua. *Ovid. lib. 1. de arte aman.*

שחק

Quanquam in origine proprie ſit; lapides conterunt, comminuunt aquæ. hinc enim dictum eſt Exod. 30. *Cùm in tenuiſsimum pulverem vniverſa contuderis.* & eodem tundendi verbo vſus Lucretius rem eandem expreſsit.

Nam leviter quamvis quod crebro tunditur ictu *Lucre. lib. 4.*
Vincitur in longo ſpatio tamen, atque labaſcit.
Nonne vides etiam guttas in ſaxa cadentes
Humoris, longo in ſpatio pertundere ſaxa?

LXX.

Eleganter Septuag. dixerunt, *lævigaverunt aquæ.* Nam quod pertunditur, & comminuitur, lævigatur aut levificatur; & in dies aliquid detrahendo ad minutiſsimum, leviſſimùmque pulverem reducitur.

5 Terra quid ſignificet.

Et alluvione paulatim terra conſumitur. Terræ nomine intelligi quid quid in terrâ germinat, Hebrizantes ferè omnes conſentiunt. ſic Pag. dixit *germina*; Regia, *ſponte naſcentia.* Vatab. *quæ ſponte ſunt è pulvis terræ.* Complutenſes. *Renaſcentia pulveris terræ.* & quidem vox ſ *phiah*, Leui. 25. vertitur, *Quæ ſponte gignit humus.* & R. Dauid. atque Rab. Mardochai dicunt eſſe germen per ſe naſcens ſine ſatione atque ſemente. vt manifeſte colligitur ex. 4. Reg. 19. *Comede hoc anno, quæ reperceris: in ſecundo autem anno* (ſepiach) *quæ ſponte naſcuntur. porrò in tertio anno ſeminate, & metite.* huc etiam reſpexerunt Septuagin. qui hæc *terræ ſponte naſcentia*, dixerunt *tumulos terræ.* Hebræus apud Cajeta. vertit, *germina*, aut *pullulationes aquæ*; vel, *effuſum*, id eſt, aquam deciduam. ſed quidem inter has varietates nemo ſatis mirabitur exquiſitam noſtri interpretis diligentiam; nam cum ex verbo legamus in Hebræo, *Inundabit*, vel *alluet naſcentia terræ pulveremque.* per Naſcentia terræ, atque Pulverem profectò, ut res ipſa exigebat, tum ea quæ e terra naſcuntur, tum terram ipſam unico *terræ* vocabulo comprehendit; & quod inundare, aut diluere eſt, *Alluvionem* reddidit, & additione illius particulæ *paulatim*, rem totam illum inanit, nā paulatim aqua corrodit, & exedit terrā, & quid quid in terra pro minet, ſiue cumulus, aut monticulus ſit, ſiue aliquid

Pagni. *Regia.* *Vata.* *Complut.* ספיח *Leui. 25. 5.* *R. Dauid.* *R. Mardoch.* *4. Reg. 19. 29*

LXX. *Cajeta.*

Latini interpretis diligentia.

nascens abſumit. Eleganter etiam, quanquā paulo ſecus Septuagint. *Demerſerunt aquæ ſupina cumuli terræ.* Rem quoque attigit R. Dauid, *Aqua* (inquit) *venit, & defert ſecum pulverem terræ, & ita illam conſumit.* [LXX. R. David.]

Et hominem ergo ſimiliter perdes? ſiue cum interrogatione legatur, ſiue cum aſſeueratione, ſenſus idem in Hebręo eſt; *Hominis* (enos) *patientiam, aut expectationem perdidiſti.* id eſt, ſicut hæc, quæ ſenſus experta ſunt, omni ſpe amiſſa conſumuntur, ſic profectò videris *hominem, enos,* miſerū, ærumnarum, & miſeriarum alluuione immergere, penitusq; conuellere, & abripere. In quo ſenſu poteſt quædam eſſe humanæ vitæ, hominis ve cum monte & lapidibus comparatio, tum etiam cum iis, quæ ſponte fundit tellus; cum enim homo bene valet, his ſimilis eſt, cum ſeneſcit vero & debilitatur ſicut mons collabitur, & ſicut lapides guttis, ita ipſe capitis deſtillationibus alluitur, & conſumitur; & ſicut terræ germina alluuione, ita ipſe conuellitur & marceſcit. Secundò vt pertineat ad deſiderium mortis, Fortiſsima quæq; leuiſsimis impulſa incommodis diſsipantur; ego vero grauiſsimis agitatus malis, non moriar & conſumar tandem? vel, vt ſibi timeat homini miſerrimo, ne deficiat, & tolerantiam amittat, qui carneus & mollis ſit, non ſaxeus aut ferreus. Vide. c.6. verſ. 12. [6 Homo, ærumnoſus. אנוש] [Humanæ vitæ cum terra, & plātis comparatio.]

XX. Roboraſti eum paulułum, vt in perpetuum tranſiret. immutabis faciem eius, & emittes eum.

1. *Breuitas humanæ vitæ. Perpetuum, aut finis, quid. Illuſtratus Paulus.*
2. *Roborare actiue, aut paſsiue. Quid ex Hebræo. Roborare, ad varia referri. Perpetuum, aut finis ad victoriam, & triumphum. Illuſtratus Samuel.*
3. *Morituris facies altera. Immutari faciem frequenter in malum. illuſtratus Salomon. Facies Hippocratica.*
4. *Emittere quid. Senibus inuiſa ſpecula.*

1 Nihilo melius, aut diuturnius homini accidit, quàm rebus aliis corruptioni, & interitui obnoxiis; nam ſicut cætera, ita etiam homo poſtquam breuiſsimè vixit, ſtatim interit: robur enim aliquod habere videtur, dum floret, dum adoleſcit, dum firma viget ætate; ſed illud quidquid eſt, paululum eſt, atq; breuiſsimū. quod culto illo carmine, quod de vitæ humanę fragilitate & breuitate ſub roſæ ſymbolo Auſonius edidit, eleganter expreſsit. [Breuitas humanæ vitæ.] [Auſonius.]

Mirabar celerem fugitiua ætate rapinam,
Et dum naſcuntur, conſenuiſſe roſas.
Tot ſpecies, tantoſque ortus, varioſq; nouatus
Vna dies aperit, conficit vna dies.
Conquerimur, Natura, breuis quod gratia florū eſt,
Oſtentata oculis illico dona rapis.

Vel, vt de ſe loquatur; Quondam pollebam ego viribus, & dicebam *in abundantia mea, Non mouebor in æternū.* ſed illa meæ vitæ, meirumq; [Pſal.29.7.] fortunarum corroboratio ad ſpeciem tantū fuit, illamq; breviſsimam; ergo ſi tam brevi omni virtute atq; robore ſpoliandus, dejiciendusq; eram, quorſum mihi vires, vitamq; ad momētum duraturam tribuiſti? Quadrat profectò cōqueſtionis hujus forma in juvenem, aut virū, *qui in dimidio dierum* ſuorum rapitur immatura morte, & fit non ſine oratio nis vehementia, cōparatio, oppoſitiovè quędam inter brevìſsimam illam vitæ humanæ corroborationem & quaſi confirmationem, atq; mortis longiſsimam, diuturnamq; imbecillitatem, atq; defectum, quod ad cōtemptum vitæ pertinere videtur, quale namque robur eſt, quod certiſsima, breviſsimaque morte debilitatur? qualis firmitas & cōſtantia, quæ mortis pede pulſata, dicto citiùs proſternitur in perpetuum interitum? qualis in vitam ingreſſus, cui perpetuus tranſitus & abitio ſuccedit? quod eleganter interpres illuſtravit addita ad antitheſim illa particula, *paululum,* quæ ab alia ſequente poſtulari videbatur, *in perpetuū,* Sept. *in finem*; propriè; in ſæculum, vel in æternum. quod enim *in finem* dicitur, eundē ſenſum habere videtur, q ſine fine, ut ex illo Threnor.3. explicatur, *Periit finis meus, & ſpes mea à Domino.* id eſt, periit in finem, vel, ſine fine. ſic 1. ad Theſsalonicenſ. 2. *Pervenit ira Dei in illos uſque in finē.* id eſt, perpetuo, ſine fine; & habet quidem ejuſmodi conqueſtio, expoſtulatiove, neſcio quam futuræ reſurrectionis ſignificationem; non enim voluit Deus hominem viuere, ut hac tātum vita breviſsima defunctus, perpetuo mortis ſomno cōſopiretur. igitur vita hæc, breviſsima licèt, futuræ vitæ nūquam intermoriturę quaſi ſymbolum quoddam, atque præambulum eſt. [Iſa.38.10.] [Perpetuō, aut finis quid. LXX. Thren.3.16. 1.Theſ.2.16.]

Cęterum verbum originale *Thakeph,* quod interpres noſter actiuè uſurpauit, & *robur,* quod propriè ſignificat, tribuit homini à Deo collatum, Septuag. etiam activè acceperūt, ſed Deo robur attribuunt, *Impulisti eum in finē, & abibit.* alii, *Vrgebis eum perpetuò, ut abeat.* Hebraizantes neutraliter; *Prævalebis ei, fortior illo eris.* Hebræus apud Cajeta. *Vicisti.* quāquam idem exiſtimet, non eſſe ullum verbum Latinum, quod plenè reſpondeat voci Hebrææ. & id quidem verbum videtur eſſe Chaldaicum, quod ſæpè in Danielis libro uſurpatur. c.2.3. 4.5. & 1. Eſdræ. 4. ſed his omnibus communis eſt is ſenſus ex ſuperiori pendens; Cum mollisſimæ, & minutiſsimæ guttæ emolliant, atque demoliantur ſaxa, tu tamen, ô Deus fortiſsime, omnes tuas vires colligis ad imbecillum hominem dejiciendum? te roboras, quaſi adverſus potētiſsimum hoſtem, ut illū ſuperare poſsis? illū perpetuò urges & à tergo pungis, atque ſtimulas, ut in fugam conjicias? namque illud, *in finem,* aut *perpetuò,* poteſt conſtrui cum altero ex illis duobus verbis *roborandi,* prævalendi, aut *pertranſeundi*; Perpetuis ærumnis videris hominem vrgere, & impellere, vt ex hac vita iam tandem in perpetuum abeat, nunquam ad eandem [2 Roborare actiue aut paſsiuè. תקף LXX. Hebraizantes. Caieta.] [Dan.2.37. & c.4.27. & c.5.20. 1.Eſd.4.20.] [Varia conſtructio.]

condi-

condiſtionem rediturus. Alij per imperatiuam legi volunt, ut ſit mortis quoddam deſiderium; Roborato, & vince ac ſupera hominem imbecillum; prævale jam tandem: non colluſteris mecum, ſed me, nam potes, proſterne & dejice. vt ſit illa ſententia; *Soluat manum ſuam & ſuccidat me*. Cum quo conſonat illud *in perpetuum*; quod triumphum & victoriam aliquando ſignificat. hic enim eſt finis belli. nam *Naſtah*, quod eſt triumphare, aut vincere, idem eſt quod aliquid ad finem victorioſè, & triumphãter perducere. ut illud. 1. Reg. 15. *Triumphator in Iſrael*. id eſt, qui rem ſemel cœptam perficit (*el que lleva lo que comiença haſta el cabo.*) igitur ait; Vince me, roborate, vt me vincas, vt de me triumphum reportes, vt me penitùs proſternas & proculces, victoris & triumphatoris inſtar. neque ab hoc ſenſu aliena ſunt quæ ſequuntur.

Iob. 6. 9. Perpetuũ, aut finem, ad victoriã & triumphũ referri.

נצח *1. Reg. 15. 29*

Immutabis faciem eius. Olympiod. lectionem Septuaginta, *Ad ſubieciſſe faciem*. interpretatur, minacem, & torvum conſpectum, atque iratum vultum illi exhibuiſti. ſed melius de ipſius hominis facie, & vultu. Hæc autem *immutatio faciei* referri poterit ad varietatem affectuum & perturbationum, quibus obnoxia eſt humana vita: cogitur enim homo ſubinde varios ſumere vultus; namq; tot ſunt mutiones vultus, quot cordis, & affectionum animi. vt Eccleſi. iſti. docet. c. 17. *Cor hominis immutat faciem illius. ſiue in bonã, ſiue in malam*, vt ſcilicet pro varia cordis diſpoſitione, & affectione, vultus ipſe nunc hilaris, nunc triſtis ſit. quanquam ſubiungat Sapiens triſtem vultum, conſtantiorem & frequentiorem eſſe; nam frequentes hujus vitæ ærumnæ non permittunt cordi vllum gaudendi locũ, ſpatiumvé; *Veſtigium* (inquit) *cordis boni, & faciem bonam difficilè invenies, & cum labore*.

3 *Olympiod. LXX.*

Eccleſ. 17. 31. Immutare faciem in bonum aut in malum.

Præterea *Faciei immutatio* ſimpliciter dicta, aliquãdo in malum ſumitur, & deteriorem triſtioremq́, habitũ, ut illud Eccleſ. 25. *Nequitia mulieris immutat faciem eius & obcæcat vultum ſuum, tãquam urſus, & quaſi ſaccum oſtendit*. id eſt mulier, quæ à natura mollem, amicum, blãdum, vultum accepit, tamen propter pravitaté & malitiam, obſcurum, triſtem, torvum, inimicum, immanem ſumit, inſtar urſi torvum intuentis, & ſacri nigri luctum que referentis. nõ enim hic ſervatur diſcrimen illud, quod inter faciem, & vultum Latini conſtituunt nam ſic definit, & diſtinguit Nonnius; *Vultus eſt voluntas, quæ pro motu animi in facie oſtenditur. facies, ipſa oris ſpecies*. ergo facies & vultus in ſacro ſermone pro eodem. Non aliter itaque hęc *mutatio* vultus ad malum & triſtitiam pertinere videtur. Et quidem videtur de habitu defuncti aut moribũdi hominis ſermo eſſe videtur enim tota *faciei immutari*, & ut Hippocrates docuit, in ſuo prænotionum libello redditur ſibi ipſi maxime contraria; acutus enim fit naſus, oculi cavi, tépora collapſa, aures contractæ, & aurium extremitates averſæ, cutis circa frontem dura, & circumtenta, ac arida, & color totius faciei pallidus, aut etiã niger, & lividus, aut plumbeus, labra reſoluta, pendẽtia, albicantia, ita ut nova quædam jam perſona videatur, homini adjecta, ut Septuaginta indicarunt,

Eccle. 25. 24.

Nonnius

Moribundus homo vt faciem nouam ſumere videatur.

Hippocr. Facies Hippocratica.

† *Ad perſonam faciem*. nam ut ille dixit;

> *Res eſt forma fugax, quis ſapiens bono*
> *Confidat fragili?*
> *Momento rapitur, nulla que non dies*
> *Formoſi ſpolium corporis abſtulit.*

LXX † Parece q̃ lo desfiguravs, quitãdole la cara q̃ le diſtes; y poniendole vna maſcara.

Seneca in Hypolito.

Non ſemel igitur in morte, ſed in dies *immutatur* humana facies. Hæc igitur cũm de ſe ipſo dicat Iob, videtur inſtantem mortem deprecari, & intentum extremis mortis anxietatibus omnium aliarum rerum curam, & cogitationem abjeciſſe, ut ſtatim verſiculo ſequente dicet.

Et emittes eum. Olympiodor. ſic interpretatur; *A te illum alienum eſſe declaraſti, & ablegaſti*. ex proprietate Originis nihil amplius affertur quam, dimittere. aliquando etiam abiicere, vel ejicere. ab eadem enim radice dicitur, Num. 5. *Ejiciant de caſtris omnem leproſum*. & Iſai. 27. *Cum abjecta fuerit, judicabit ea. Emittes*. propriè, abjicies, expelles è vita, & quaſi mutata perſona, naturaliq; habitu depoſito, abire jubebis ad ignotam regioné. Hinc ſenes & anus, quaſi dictante natura, ſpecula longè projiciunt; ne ſi ſe in illis contemplari velint, *immutatam faciem* non agnoſcant, & ſe alios eſſe atqua videri lamentari cogantur. ad quod Lyricus reſpexit, dum abverſus Lygurinum cecinit;

4 *Olympiodor.* שׁלח mittere quid.

Num. 5. 2. *Iſa. 27. 8.*

Senes & anus abjiciunt ſpecula.

> *Nunc & qui color eſt puniceæ flore prior roſæ,*
> *Mutatus Lygurinum, in faciem verterit hiſpidam,*
> *Dices, Heu (quoties te in ſpeculo videris alterum)*
> *Quæ mens eſt hodie, cur eadem non puero fuit?*
> *Vel cur his animis incolumes non redeunt genæ?*

Hor. lib. 6. Carm. Od. 10.

Atque in hanc rem fertur illud Platonis diſtichon; *Aevum ſecum omnia; longum tempus novit mutare nomen, & formam, & naturam & fortunam.*

Plato.

XXI. Siue nobiles fuerint filii eius, ſiue ignobiles, non intelliget.

XXII. Attamen caro eius, dum viuet, dolebit: & anima illius, ſuper ſemetipſo lugebit.

1. *Numeroſam ſobolem non numerandam in maximis bonis. Iſtorum enim erratis excruciant ſuos parentes.*
2. *Moribundum hominem ſuorum liberorum oblivisci, ad ſuos dolores attentum. Chriſti I. ſu erga ſuos Caritas.*
3. *Nobilitatem ad diverſa referre. Quid propriè in Hebræo. Ignobiles, quaſi aminutos, & parvulos.*
4. *Caro, ut anima, pro corpore, aut pro toto homine.*

EMiſſus homo, & expulſus ex vita hac atque dimiſſus à Dei manu conſervatrice viuentium omnium, perget ad inferos, vbi neque ſentio, neque ſapientia, neque ſcientia eſt. non enim cognoſcunt, quid apud nos agatur, neque curare poſſunt, quæ ad ſuos pertinét. quæ ignoratio

ratio ingentis cuiuſdam miſeriæ genus eſt. Tum etiam, vt Olympiod. & Polychr. indicant, docerere videtur Iob, nullam miſerū hominem ex iis, quæ poſt eum futura ſunt vtilitatem capere, quæ enim & quanta poſt eius interitum, ſoboles & filiorum progreſſio fuerit, & cuiuſmodi generis propagatio, puſilla, an ampla, ignorat, vt tacitè admoneat, ſpecioſam, numeroſamque ſobolem non magnifieri debere; nam morituro homini, nihil iſtorum fructum aliquem affert. ſimiliter diuitiæ, & nobilitas filiorū, anxium & metu mortis perculſum parentem nihil videtur iuuare. Alij ad ſolatium quoddam, quod in morte eſt, referendum exiſtimant; Non afferunt iam defunctis parentibus moleſtiam vllam filiorum res; nam mirum eſt, quantum parentes excrucient, quantumque dolorem efficiant filiorum errata. vti Iacob grauiſſimum (ſi vnquam vllum) ex Rubeni peccato dolorem accepiſſe, teſtatus eſt illis verbis: *Ruben primogenitus meus, & principium doloris mei.* Præterea vita hęc doloribus & ærumnis plena non amplius erit defunctis moleſta.

Olympiod. Polychr.

Numeroſa ſoboles non numeranda in maximis.

Filiorū erratis excruciantur parētes.

Geneſ. 48. 3.

2 Vel, vt his verbis exprimatur mortis, & doloris acerbiſſimi affectus; Moribundus homo ad ſuum dolorē attentus, & impendentis mortis timore correptus, nihil aliud curare aut cogitare ſinitur, non filios, non familiam, non res alias externas; ſic (inquit Iob) ego nihil aliud nunc ago, quàm meos dolores & cruciatus, meamque mortem, aut deprecari, aut optare, & ærumnas meas omnes mente repetere. Iobi ſententiā hanc non poſſum, non moderatione quadam adhibita reſtringere & temperare, namque moribundus homo, filiorum curam timore mortis perculſus abiicit quidē, niſi tanta ſit erga ſuos charitas, vt omnem mortis, corporiſque dolorem, & cruciatuum ſenſum vincat; qualem Chriſti Ieſu erga hominum genus Apoſtolos præſertim, fuiſſe Ioannes ſcripſit: Nam *ſciens Ieſus, quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem, cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Et non tam ſui, quam ſuorum ſolicitus, ſterculo ſui corporis illos refecit. incredibiliter etiam dolens, & in cruce pendens, matris atque diſcipuli curam geſſit; & crucem baiulans, non ſolum *ſuper ſemetipſo animam ſuam* non *lugebat*, verum & pias illas fœminas ſuam ipſius mortem lugere illis verbis dehortari viſus ſit: *Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete.*

Moribundus homo ad ſuos tantum dolores attentus.

Ioan. 13. 1. Chriſti Ieſu erga ſuos caritas.

Ioā. 19. 26. 27

Luc. 23. 28.

3 *Siue nobiles fuerint.* Nobilitatem hanc Septuag. ad numerum retulerunt, legentes; *Et cùm multi fuerint filij eius, neſcit. ſin autem pauci fuerint, ignorant.* eo reſpexit Vatabl. *Multiplicabuntur* (inquit) *filij eius, eo ignorante: aut diminuentur, & non aduertet ad eos.* Idem fere Hebræus apud Caiet. nam inter ea, quæ parentes deſiderant, illud vel primum eſt, vt numeroſam ſuſcipiant ſobolem. Alij ad diuitias pertinere exiſtimant; ita Pagnin. vertit enim; *Diuites & pauperes*, & Tygurin. *An filij ipſius in ampla fortuna ſint, & quum anguſtia premuntur.* alij ad honorem, vt Regia, vertens, *inclitos, & viles.* & Complut. *honorantur filij eius, & minorantur*, ſiue diminuuntur, ſed ſanè vox originalis, *cabad*, pondus, & grauitatem, quam vulgo dicimus, ſignificat. ſub quo honor, diuitiæ, nobilitas continentur. tum etiam elegāter Latinus interpres *nobilitatem*, reddidit, vt cui honor debeatur, & quam efficere interdum diuitiæ ſoleant, neque hoc loco tam intelligenda eſt generis & ſanguinis *nobilitas*, quam ſtatus & vitæ claritas quædam, atque fœlicitas. Ignobiles verò hoc loco dicuntur à radice, *ſſaghar*, quod eſt diminui, aut minorem & paruulum eſſe, quod ad nobilitatem, & honorem pertinet, & elegāter redditur eadem vox, attenuari, Ierem. 30. *Glorifi. abo eos, & non attenuabuntur*, & Iob 8. *Si priora tua fuerint parua*; de honore, diuitijs, & omnis generis claritate, & excellentia dictum eſt. duriuſculum verò eſt id, quod Philip. *nobilitatem* hanc ad mores, & animum transfert, in hanc ſententiam; Ignoro an mei liberi morum nobilitate clari extiterint. Nam hanc nobilitatē prædicari frequenter in ſacris literis docet, ex Paulo dicente: *Salutate Andronicum & Iuliam, qui ſunt nobiles in Apoſtolis.* Itemque, *Vos nobiles in Chriſto, nos autem ignobiles.* Et Lucas de Beroenſibus ait: *Hi erant nobiliores eorum, qui ſunt Theſſalonicæ, qui ſuſceperunt verbum cum omni auiditate.*

LXX. Nobilitatē ad diuerſa retern.

Vatabl. Caiet. Hebr.

Pagnin. Tygur. Regia. Compl.

כבד

Nobilitas quid in Hebræo.

Ignobiles, in Hebræo qua ſi diminuti.

צער

Iere. 30. 19. Iob 8. 7.

Philip.

Rom. 16. 7. 1. Cor. 5. 10. Act. 17. 11.

4 *Attamen caro eius.* hominis moribundi, corpus; vel, vt ipſe totus homo, & qui in animi doloribus, gemitibuſque ſpiritum ducit, non aliud dum vixerit, aget, quam attētum ad ſuas ærumnas, & cruciatus, dolere corpore & animo, inſtar vulnerati hominis, & grauiſſime perculſi.

Caro pro toto homine.

Et anima. Ipſum dolens corpus, vel ærumnoſa vita, vel totus ipſe homo cū ſuis doloribus aſſiduè colluctabitur; & *lugebit*, mœrebit, ſe moribundum cogetur lugere. *Ilorarafe en vida.* vti de ſe dicebat Dauid: *Quaſi lugens & contriſtatus humiliabar.*

Anima pro corpore, aut pro toto homine.

Pſal. 34. 14.

BREVIS NOTATIO RERVM INSIGNIORVM,

quæ in commentarijs fuſiùs explicantur.

a *Quædam de mulieris in ſacro ſermone appellatione, ſignificatione, imbecillitate, prauitate.* V.1. num.1.2.

b *Vt humanæ miſeria tũ ex proprietate vocabuli, tum ex re ipſa ad multa & varia referri poſſint.* V.1. nu.5.6.7.

c *Vt ſit iſta humanæ vitæ cum flore comparatio accipienda, & quid potiſſimum in flore conſiderari oporteat, explicatur accuratè,* V.2. nu.2.

d *De vmbra, & vt illius ſimilitudo ad vitam referatur, & inconſtantiam humanam.* V.2. nu. 4.5.6.

e *Vt hoc loco reſpiciat Iob ad peccatum originis, & vt ad diuinã verbi, tum etiã & temporalem natiuitatem; paulo accuratiùs explicatur.* V.4. n.2.3.4.5.

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

HOMO ſanè malorum omnium, & ęrumnarũ ſumma & cumulus eſt; vt qui ex muliere, cui ſerpens peccati venenum propinauit naſcatur. quid enim boni habeat, qui ex omnis *a* iniquitatis ſeminario, & mendaciorum, fraudumq; officina prodit, atq. inter ipſas ſordes, quæ neque dici honeſte poſſunt, procreatur? Ad hæc vitæ breuiſſimæ eſt, & incredibiles anguſtias perpetuo ſuſtinet; non enim videtur vitã ab auctore naturæ accepiſſe larga, & porrecta manu, ſed nimiũ arcta, anguſta, compreſſa. Quid aũt miſeriarum & acerbitatũ non cogitur ærumnoſiſſimus homo deuorare? certè ad nauſeam vſq; oppletur *b* malis, quæ & ſtomachum faciunt, & incredibili perturbatione doloriſq; ſenſu animæ ventriculũ, atque ipſum cor afficiunt & mordent. Nulla igitur dicas re alia mortaliũ vitã ſuſtineri atq. nutriri, quàm miſerijs & ęrumnis, multo timore & ſolicitudine, grauiſſimiſque periculis.

Quorum omniũ pulcherrimi quidam *c* flores teſtes ſunt, quos cùm in iuuentute vernarent, immatura mors carpſit, atq; inopinatò ex vitæ arbore præcidit, neq; verò cuiuſquam vita, quantumuis longiſſima, diuturnior cenſeri debet, quam floſculi nimium fragilis; qui ſtatim natus eſt, langueſcit & concidit; aut certè exciſus, carptuſque ſtatim marceſcit & areſcit; vt præpropera mors nihil aliud expectaſſe videatur, quàm vt rupto caliculo exoriretur, decerptura ſtatim quod in lucem, conſpectumque recens prodiret. Neque non fugacior eſt, atque inconſtantior labili *d* vmbra, quæ nullo veſtigio relicto breuiſſimè abit & euaneſcit: atque tũc vel maximè nos fallit, cum productior, longiorq; videtur; interitui enim, & perpetuis tenebris tunc proximior eſt. Senſim præterea labitur, & nunquam eadem conſiſtit. Sic ſanè homo dum viuit, ſeneſcit; imò potiùs moritur, continuiſque decrementis, & mutationibus, tum corporis, tum animi ſubiacet.

Et verò cùm tam miſer & imbecillus homo ſit, tu tamẽ ô Deus, illi rationem es impertitus, legemque ac præcepta dediſti, & te factorum humanarũ actionum iudicium recepiſti; illumq; benignè reſpicis, & rem per ſe caducam conſeruas & ſuſtines? Hæc igitur mihi faciunt poteſtatem liberæ orationis, & hac tua bonitate adductus, audeo liberè coram te dicere. Nunquid ſupremam tui numinis maieſtatem decet, ad minutiſſimas quaſque mortaliũ actiones ſummo iure examinandas & diſcutiendas tam accuratè & diligenter te dimittere? neque humanis erratis tantiſper conniuere? atque diem homini dicere, vt iudicio ſe ſiſtat, & litem de minutiſſimis quibuſcunque erratis, & debitis illi intendere? & ad illius ærumnarum cumulum tuorum oculorum aſſiduum, terrificumq; conſpectum adijcere?

Quorſum vero me tam accuratè diſpicias, meaſq; omnes actiones obſerues, cum ſit mortalium nemo, in quo clariſſimi atq; limpidiſſimi tui oculi aliquid ſordiũ, & labis deprehendere non poſſint? itaq; niſi virtutibus decoratus, mundiorq; reddar, ſordeſcam profectò peccator, & impius ego in tuis oculis, nunquamque his ſupplicijs, in quibus nunc iaceo, dignus non ero. at poteris pro tua bonitate, Deus ſanctiſſime, virtutũ & animi candorem mihi conferre, vt gratus tibi exiſtam, & tantis ſupplicijs abſoluar. Quis verò ſit, qui peccatis & lapſibus quotidianis nõ malè habeat? neque mirum; cùm mortales naſcantur infecti peccato *e* originis, vnde etiam animi ſordes ex ipſa conceptione contraximus, & cum immundo ſemine, ex quo progeniti ſumus, videntur etiã ſemina malorum, & procliuitas ad peccandũ nobis congenita. hęc in ſui cóceptione vitare, in nullius peculiari voluntate, aut poteſtate poſitum eſt. Tu tantum qui naturę auctor & inſtaurator es, poſſes quoque ab omni peccati ſorde, & infectione naturã mundare. ex radice igitur peccati originis nihil profecto mirũ ſi alia pullulent, &

nemo

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

1
Homo natus de muliere, breui viuens tempore: Repletur multis miſerijs.

2
Qui quaſi flos, egreditur & conteritur: & fugit velut vmbra & nũquam in eodẽ ſtatu permanet.

3
Et dignũ ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?

4
Quis poteſt facere mundum de immũdo conceptum ſemine? nónne tu, qui ſolus es?

5
Breues dies hominis ſunt:numerus menſiũ eius apud te eſt: cõſtituiſti terminos eius,qui pręteriri nõ poſſunt.

6
Recede paululũ ab eo vt quieſcat:donec optata veniat, ſicut mercenarij dies eius.

7
Lignum habet ſpem ſi præciſũ fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant.

8
Si ſenuerit in terra radix eius, & in puluere mortuus fuerit truncus illius.

9
Ad odorẽ aquæ germinabit,& faciet comam quaſi cum primò plantatum eſt.

10
Homo verò cũ mortuus fuerit, & nudatus atq; cõſumptus, vbi quæſo eſt?

11
Quomodo ſi recedãt aquæ de mari, & fluuius vacue factus areſcat.

12
Sic homo, cùm dormierit, nõ reſurget: donec atteratur cælum non euigilabit, nec cõſurget de ſomno ſuo.

nemo mundus, incontaminatuſve reperiatur; etiamſi ſit infans, cuius ſit vnius diei vita ſuper terrã. Deo enim, atque diuini verbi æternę generationi, illa ſupra quàm dici poſſit ſanctitas & mũdities propria eſt. omnia enim diuina pura,mundaq; ſunt. Si tot igitur miſerijs ſordibuſque ſit implicatus homo, inſuper eſt vitę breuiſſimæ, & nonniſi decurctato, præciſo, definitoq; dierũ numero conſtantis (quæ tẽporis dierumq; menſura, quã breuiſſima, mihi perſpecta non eſt, vt eo magis excrucier, quo mihi magis occultũ eſt,quod mihi vitæ deſit; tu tantùm apud te retines, minimeq; patefacis homini ſuæ vitæ certam & præfinitam durationem, intra quam, velut intra certos terminos & cancellos ex tuo decreto, & præcepto humana vita continetur,quos non poterit homo tranſilire; ſicut neq; tua mortis,vitæq; decreta & pręcepta prętergredi.

Hæc inquam,cùm ita ſint, age ô Deus, ne me diutiùs viuentem conſerues; ſed me morti & quieti permitte, vt interim quieſcam, dum beatę reſurrectionis tẽpus expecto,cùm merces mihi tanquã mercenario reddetur: vel certè dimitte me,ne me reſpicias, neq; me tam accuratè & attentè obſerues; ſed inſtar heri permittentis ſeruum aliquandiu ſibi viuere, recede à me paululũ, & diſſimula te videre,vt quod vitæ reliquũ eſt, poſſim paulo quietiùs tranſigere. Tu mihi vitam pręfinis: ſit ſane; ſed me dimitte, nam quieſcam ego,atque ceſſabo,etiam te non vrgente, neq; impellente ad interitum. Moriar tandem ego,ſed ſenio confectus; & mortem aduenientem gratus excipiam; conficiamque,ſicut mercenarius, diem meum; is enim de aduentante veſpera, & fine ſui laboris blandiri ſibi,& gratulari ſolet. Interim verò dum firmæ & conſtantis ætatis tempus nondũ peregit, inſitum eſt homini vitæ deſiderium, & mortis formido. Remitte itaque mihi paululum ægritudinum & dolorum acerbitatem, vt aliquanto ſaltem ſpatio temporis ſine cruciatu, & ſine gemitu reſpirare libere poſſim, licet poſtea inſtauraturus, atq; repetiturus ſis flagella; nam & mercenarius etiã ſuis laboribus interponit otium & quietem, aut noctu,aut aliquo feriato die. Sic itaque conſequar mercenarij relaxationem; nam mali mei calamitas, inducias nullas facit.

Scio ſane reſurrecturũ hominem,cùm etiam rebus ſenſus & cogitationis expertibus quædã redditę vitę ſpecies tributa videatur. non enim homo deterioris conditionis,quam arbores futurus eſt; nam hæ ſiue abciſſę & conuulſæ, ſiue diuturnitate & tẽpore ſeneſcentes agriculturæ & tranſlationis,inſitionis, irrigationis beneficio iuueneſcũt,& quaſi rediuiuæ rurſus germinant.ſed illud fortè in homine magis irreuocabile, quod ad eandẽ vitæ conditionem redire nulla ratione poterit. Non fruſtra igitur mortẽ & dolores deprecor; nam non ſum ſicut arbor, quæ abſciſſa & conuulſa, & vetuſtate confecta, pullulare iterum atque vireſcere poteſt. & licèt amputentur rami omnes,ſolę tamen radices,& trũcus relicta, licèt multa vetuſtate cõfecta, vt in lauro perſpicitur, lætiora germina proferunt ſtatim cùm humorem vel leuiter attigerunt. at longè diſſimilis eſt hominis natura & cõditio; nam exciſus & conuulſus ex vita,atq; ramis omnibus, folijſque decuſſis nullas habet radices, neq; virtutem inſitam, vt rurſus in eãdem vitæ rationem, quã ſemel amiſit,ſeri,plantari,creſcere,virere poſſit,neq; eius animus ibi eſt,vnde ad hanc ipſam vitam facilis illi regreſſus pateat.

Et quidẽ humana vita multò inconſtantior, fugaciorque eſt incõſtante mari, flumineve fluente. Nã licèt mare in perpetuo fluxu atque influxu ſit, nihilominus tamen quã aquæ partem deperdere videtur,recuperat ſtatim; & ſi quid in vapores abit,& a ſole abſumitur,iterum cõcreſcentibus vaporibus reſarcitur; & ſi quid fontes ac flumina attrahũt, illud reſtituunt reuertentia in mare; non aliter torrens iam exundat, iam ſiccatur, iterumq́, accipit incremẽta. at homo,cætera labẽtibus aquis ſimilimus ſemel extinctus, & arefactus non redibit ad hanc vitam iterum: non aliter quàm ſi mare, aut fluuius ad ſummã ſiccitatẽ redacta, & omni ſcaturigine obſtructa reparari naturæ viribus minimè poſſent; neq; illud magis erit poſſibile, quã cælũ, quod incorruptibile eſt, atteri & corrumpi. Non enim humana vita ſemel amiſſa, innouabitur priùs, quàm cæli veteraſcentes, vetuſtatem priſtinam deponant, & cùm

pulchriori alia, longæq. latiori ſpecie cõmutent. Id enim fiet, cùm priùs mundi huius cócentus diſſoluetur & huius vniuerſitatis facies, velut *f* veſtimentum quoddam, quod ex multis fruſtris compactum & conſutum erat, perturbato iam rerum omnium ordine diſſuetur. Licèt tandem omnia inſtauráda in melius ſint, tuncque humani corporis compoſitio & oſſium neruorumque colligatio, & commiſſurarum omnium concinnatio, quaſi veſtimentũ quoddam ex multis partibus opere, quaſi ſarturio conficietur.

f Vt creaturæ omnes quandam vetuſtatem patiantur; & vt humani corporis ſtructura veſtimenti cuiuſdam ſimilis ſit, latè explicatur. v.12. nu.6.

Sed cùm hæc dico terrificæ illius tubæ tinnitus videtur, iam in auribus meis perſonare, ita vel ſola iudicij & nouiſſimę illius diei recordatione contremiſco. atq; vtinam tunc temporis latere, atque delitеſcere mihi liceat, non alio me operiente & protegente, quam ipſa diuina *g* miſericordia, quæ me à ſeueritate ſuæ iuſtitiæ quaſi abſcondat & ſubtrahat, ne ante iudicis ſeueriſſimi tribunal ſtare compellar; iacerem quidem in ſepulchri tenebris lubens, quouſque iudicis ira deferueſceret, & indignatio remitteret; in lucem tamen proditurus aliquando. & quidem nunc quoq; mortem impendentem non deprecarer tam anxiè, ſi non multò poſt eſſem ad vitam rediturus; nam conſtituto mihi atque præfixo aliquo tempore, quo vitæ & luci huic reſtituerer, multò libentiùs mortem exciperem, neque tantum auerſarer. quod enim ad hanc ęrumnoſiſſimam vitam attinet, ſi mihi optio daretur, eligerẽ ſanè in ſepulchrum concedere, ibique tanquam in ſcrinio quodam aſſeruari, interim dũ hæc tua indignatio remittit; ea lege & pacto, vt cõſtituatur mihi tempus, quo me beneuolus & propitius ad vitam reuoces; ſcio enim futurum, vt aliquando deferueat tua indignatio, vt qui natura mitiſſimus ſis, non enim diù perſiſtis in ſemel concepta indignatione.

g Vt ſoleat diuina miſericordia ſontes abſcondere, & eripere ex ſeueritate diuinæ iuſtitiæ, quædam ad mores. v.13. nu.3.4.

13 Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcõdas me donec pertrãſeat furor tuus, & conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei?

At quidquid de me ſtatuatur, beatæ illius reſurrectionis ſpes me ſuſtentat; licèt non poſſim nõ timere mortem, quã ſi mortuus homo rurſus ad hanc ipſam vitã rediret, lubens exciperem, atque cunctis diebus quibus nunc dolens inuituſq; milito, expectarem auidus, donec veniret immutatio mea. Tamen cum neque ſemper viuere, neque mortuo ad hanc vitã redire concedatur, in illam futuram immortalemque vitam animo & cogitatione totus feror. Verùm enim verò dum videor nimiũ formidare mortem, nemini videri velim de alterius vitæ fide dubius, parumve firmus; nam nihil aliud auidus, conſtanſq; expecto, quàm cum me *h* conceptum ſuis viſceribus, excludet terra in lucem alteram, noua quadam regenerationis natiuitatiſque ratione; tunc ſanè *i* commutabor in longe meliorem ſtatum, fœliciorémque vitam.

14 Putas ne mortuus homo rurſus viuat? cũctis diebus, quibus nũc milito, exſpecto donec veniat immutatio mea.

h Vt reſurrectio ſit, quædam generatio, & natiuitas, & vt in Christi Domini reſurrectione, terra quaſi parturiens doluerit, & tremuerit, quædam peculiaria. v.14. nu.3.

i Vt ſit iuſtorum reſurrectio commutatio in melius non item reſurrectio impiorum, & varia illius mutationis exempla. v.14. num. 4.5.6.

Porrò quanta fuerit reſurrectionis iuſtorũ gloria, cũ Deus magnificentiſſima *l* voce & tuba archangeli, ſuoq; imperio, & iuſſu oẽs excitabit, audiam profectò, lubenſq; parebo, & meo iudici vocanti lætus occurrã; nunc quoque, ſi me, ò judex, voces, paratus ſum mori, quòd in ſpem erigar certiſſimã fore, vt operi manuum tuarum, erigendo & reuocando ad vitam, tuã dexteram porrecturus ſis. atq; vtinã iam me ad reſurgendũ vocares. vtinam iam tibi vocanti ego reſponderẽ; nunc quoq; ſi me ad iudicium & reſponſionem reddendã voces, hæc tibi ſupplex dicerẽ: Operi manuum tuarũ porrige dexteram; diligis enim quæ feciſti, & propitius indulgenſq; tua opera tueberis. Cum igitur mihi laboranti, certiſſimam opem attuleris, vitamque mortuo reddideris, gratus tibi ſic reſpondebo; operi tuo tandem, ò bone Deus, ſubleuando beneuolus propitiuſque accurriſti, apprehenſaque dextera erexiſti.

15 Vocabis me, & ego reſpondebo tibi, operi manuũ tuarum porriges dexteram.

l De Dei voce & tuba nouiſſima quæ qualiſque futura ſit, ad ſcripturarum intelligentiam fuse diſſeritur. v.15. nu.1.2.3.

Sed nunc ſanè non dolore non poſſum, cum videã te innumerato habere, ſeueriſſimeque punire ſingula mea peccata, accuratiſſimeq; examinare omnes meæ vitæ actiones. & quidem licèt beatæ reſurrectionis ſpes omnẽ mortis acerbitatem, & amaritudinẽ retundere poſſet, ſed dum me viuentẽ tam acerbè crucias, tamq; diligenter obſeruas, non poſſum non mortiferos iſtos cruciatus deprecari, vitæq; veniam poſtulare. Licèt quidẽ non me fugiat, ideo munitiſſima quæq; errata te nunc punire velle, quod parcere peccatis meis, & beatũ me efficere conſtitueris. Niſi fortè tam longè abſis, vt mihi operi tuo benignus fauere velis, vt potius hęc omnia minutatim ſupputes, colligas, palamq. vindices, quòd ia aduerſũ

16 Tu quidem greſſus meos dinumeraſti: ſed parce peccatis meis.

m Qui ſint diuinæ miſericordiæ, qui item diuinæ iuſtitiæ theſauri, pauca quædam ad doctrinam. v.17. nu.1.

me con-

me conceptā iram manifeſtes. Sed iam tandē, ò judex optime, conniue, parceq́; peccatis tui opificij, neque tandiù indignationē retineas. Quòd ſi fortè quippiam pœnarū luiturus ſum, pręſtat ſanè vt in hac vita ſtatim luam, neque differas punitionem meam.

Quòd ſi dicas te ſignaſſe, & obſeruaſſe in tuo rationario, & tabulis delicta mea; eſto ſane. ſed ſatis ſuperq́; in me animaduertiſti & ne quidem erratulū vllum te præterijt; omnia enim ſunt condita apud te, & ſignata in illis tuis theſauris, quibus tua iuſtitia vehementer locupletatur, & tanquā in faſciculo colligata aſſeruas, ne vel vnū poſſit excidere. atque ſingulorū grauitatem accuratiſſimè expendis, & ſuo pōdere, & menſura vnumquodq́; examinās. itaque cū minutatim omnia collegeris ingentem quendā cumulū congeſſiſſe videris, quo nunc ego pœnis atq; ſupplicijs obruar; nā dolorē dolori, & nouos ſemper cruciatus adijcis, atque grauiores etiā, quàm debeā videris à me pœnas exigere; & quaſi ego haberē animum incredibiliū ſcelerū vulneribus perfoſſum & dilaceratum, ita ſupplicia exquiſita, & inaudita remedia ad n curationem adhibes, ſed iam ſatis pœnarum adhibuiſti, ne tantùm malū ſerperet; curata itaque iniquitate, ſi quæ in me eſt, integræ iam ſanitati reſtitutum bene me valere iube.

n Vt ſint ſupplicia & pœnæ peccatorum medicina. V. 17. n. 3. 4.

17 Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea, ſed curaſti iniquitatem meam.

Et quidem firmiſſima quæque, vt montes & ſaxa, vetuſtate exedūtur, & aquæ molliſſimis guttis emollita excauātur; molliſſimus verò ſupra quàm dici poſſit homo, validiſſimo ictu concuſſus, non nutet & concidat? atque vtinā id iam mihi accidat; nam nihil tam firmum, tamq́; conſtās eſt, quod vetuſtate & tēpore non labaſcat. Montes certè maximi, & grauiſſimi maximis quoq; terræ motibus concuſſi diſſipantur, immania ſaxa ſuis ſedibus frequenter mota ſunt, & aliò tranſlata, & exundantium aquarū impetu nemora & ſyluæ, fortiſſimaq́; ædificia radicitus conuulſa. nō aliter ſanè velle videris hominē perdere, conuellereq́, prorſus, quē tot dolorū & cruciatuum motibus, & fluctibus quatis & impellis. in quibus ſanè timendū eſt humanæ imbecillitati, ne, ſi nulla fuerit malorū intermiſſio, animum demittat, & ſuſtinentiam amittat.

18 Mons cadens defluit & ſaxum trāsfertur, de loco ſuo.

19 Lapides excauant aquę, & alluuiōe paulatim terra cōſumitur: & hominem ergo ſimiliter perdes.

20 Roboraſti eum paululū, vt in perpetuū tranſiret: immutabis faciem eius & emittes eum.

21 Siue nobiles fuerint filij eius, ſiue ignobiles non intelliget.

22 Attamen caro eius dum viuet, dolebit, & anima illius ſuper ſemetipſo lugebit.

Verùm enim verò nihilo meliùs in diuturnitate & conſiſtētia homini accidit, quàm cęteris rebus corruptioni obnoxijs; nā poſtquam breuiſſimè vixit, mox euaneſcit; robur enim aliquod habere videtur, dum floret, dum adoleſcit, dum ætate viget: ſed illud quidquid eſt, paululū eſt, longeque breuiſſimū, vt ex meis ipſis rebus didici; nam firmis quondā tum valetudinis, tum fortunarum omniū viribus pollere videbar, ſed ad ſpeciem tantū illud robur fuit. Quorſum igitur vires mihi ad momentū duraturas cōtuliſti, quē vix ingreſſum in vitā tranſire celerrimè & abire in perpetuū iuberes? tu ipſe tuo robore & viribus vſus illū vrges & impellis, & à tergo pungis, reiq́; per ſe euaneſcenti ſtimulos ad interitū incredibiles adhibes? ſed eſto ſanè, iam te robora, vt hominē penitùs ſuperatū tot ſupplicijs, inflicta morte triumphes, & minaci indignanteq́; vultu illum tandē obruas; non iam ampliùs miſer homo cogetur in vita varios ſumere vultus, multiſq́; perturbationibus agitari, perpetuoque mœrore palleſcere, & obſcurari, quæ omnia in extremā illam vultus, facieique ſpeciē triſtiſſimā, quàm cadauer ſumit, deſinent tandē; o ſic immutatum, & quaſi laruatū hominem à te abijcies, & ablegabis, & mutata perſona, naturaliq́; habitu depoſito, abire iubebis ad ignotam regionē. Emiſſus verò homo ex hac vita, atq; dimiſſus de Dei manu viuentium omnium ſuſtentatrice, perget ad inferos, vbi neſcitur, quid apud mortales agatur; neque curare manes poſſunt, quæ ad ſuos pertinent. Quæ ignoratio ingentis cuiuſdam miſeriæ genus eſt, neque vllam vtilitatem capiet ex externa iſta bonorum, & familiæ magnificētia, quàm inter viuos reliquerit. Non dolebit verò deinceps propter filiorum atque familiæ res curandas, ſed iam tunc morti proximus, cæterorum oblitus, cum morte corporiſque doloribus colluctabitur, nam ſic me experientia ipſa docet. eorum enim, quæ ego ſuſtineo, ſenſus & dolor, omnem aliam curam atque moleſtiam longiſſime ſuperat.

o De perſona, & laruata quaſi facie, quam cadauer ſumere videtur, & de forma ſagacitate. V. 20. nu. 3.

IOANNIS DE PINEDA SOCIETATIS IESV COMMENTARIORVM IN IOB,

LIBER SEXTVS.

Qui eſt de ſexto certamine, id eſt, ſecunda IOB cum Eliphaz diſputatione.

CAPVT XV.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Iobi orationem excipit Eliphaz amarulenta plenaque ſtomachi reſponſione, atque illum accuſat impietatis, & inſolentis aduerſus Deum animi. Tandem dum impiorũ ſupplicia proponit, Iobo perſuadere nititur propter ſua peccata flagellari.

I. Reſpondens autem Eliphaz Themanites dixit.

1 *Reſpondere propriè nunc accipiendum. Decorum in diſputatione ſeruandum, ex Paulo & Sapiente.*
2 *Quid ventus ſignificet, varia interpretatio. Symbolum rei inutilis & euaneſcentis.*
3 *Stomachus aut venter, quid in ſacro ſermone, & in Hebræo. Imaginatiua & memoria ventri ſimilis, illuſtratur Salomon.*
4 *Quid ardor in Hebræo, & quid ſit, atque ſignificet Eurus.*
5 *Expenditur lectio Septuaginta.*
6 *Arguere quid. extenuatio.*
7 *Timor quid. Precandi ſtudium.*

1 Reſpondere quomodo accipiendum.

REſpondere, hoc loco ex proprietate Latina accipi debet: nam iam ardet diſputatio, & interrogandi, poſtulandi, obijciendi, reſpondendi, refellendi, redarguendi pugna, & contentio. & quidem rectè Olymp. obſeruat ſeruari decorum in hac diſputatione; nam vno dicente, cæteri tacent, & alter alteri per ſuas vices orationem tradit, quam loquendi tacendive præceptionem, & formulam Paulus Cor. dedit: *Prophetæ autem duo aut tres dicant: & cæteri diiudicent. quòd ſi alij reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat.* Sic etiam Sapiens docet, Sap.8. *In certamine loquelæ illius ſapientia.* Cùm enim loquendum ſit, & in diſputatione concertandum, ſapienter fieri oportet, vt omnia ſecundùm rationem & ordinem fiant, nihilque perturbatũ audiatur.

Olympiod. — 1.Cor.14.29. — Sap.8.18.

II. Nunquid ſapiens reſpondebit, quaſi in ventum loquens, & implebit ardore ſtomachum ſuum?

2 QVi fieri, inquit, poteſt, vt ſapiens ſis, cùm tam multa inſolenter, & iactabundè effutias? non enim in ſapientem cadit ſuperbiæ & multiloquij vitium; qui enim dixerunt *ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt*, perſtrepis itaque, & infremis, inſtar præcipitis & multiſoni vẽti. D.Thom. *ventum* interpretatus eſt, ad captandum ventum & auram, gloriolamve inanem. Hoc quoque indicauit Chryſ. ſed illud potius, quòd inutiles, incommodos ſtultoſque ſermones interpretatur. ſimiliter R.Leui. reſponſiones, argumentationes ſophiſticas & inanes. & videtur ſic exigi ab originali; in quo ex verbo legitur; *Nunquid ſapiens reſpondebit ſcientiam venti?* Septuag. *Nunquid Sapiens reſponſionem dabit, ſcientiæ* * *ſpiritus.* Et ſic *ventus* in ſacro ſermone vanum aliquid & inutile, & quod citò euaneſcat ſignificare ſolet, Ierem.5. *Prophetæ fuerunt in ventum locuti; & reſponſum non fuit in eis.* & Hoſeæ 8. *Ventum ſeminabunt, & turbinem metent.* ſimilis ſententia eſt ſupr. cap.8. verſic.1. & cap. ſequent. verſ.2.

Rom.1.22. — D.Thom. — Veti, varia interpretatio. — Chryſoſt. — R.Leui. — Tex.Hebr. — LXX. — * Mucho de oydeme, y ſabio ſoy y todo ayre. — Ventus res inutilis & euaneſcens. — Ier.5.13. — Hoſe.8.7.

Et implebit ardore ſtomachum ſuum. Venter aut ſtomachus, ſæpè in ſcriptura pro corde ſumitur, aut pro thorace, quod eſt cordis & viſcerum receptaculum, rurſus, cor pro intellectu & mente. & quamuis plura ſint in ſcriptura nomina *ventris*, & *ſtomachi*, ſed hoc loco eſt, *Beten*, quod frequenter *venter* redditur, etiam cum pro corde accipitur, vt Prou.18. *Verba bilinguis, quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad interiora ventris.* quod ijſdem Hebræis vocibus repetitur, & Latinis explicatur, Pro.27. *Verba ſuſurronis, quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima cordis*, id eſt, blanda & adulatoria fraus letale interdum infligit vulnus cordi hominis. Hoc ergo loco plerique intelligunt nomine, *ſtomachi*, mentem, quæ res tranſmiſſas, & quaſi præmanſas à ſenſibus concipit, recipit, concoquit, digerit. qua etiã ratione tres Patres apud Theodoretum accipiunt id, Cant.7. *Venter tuus, ſicut aceruus tritici vallatus lilijs*, id eſt, imaginatiua aut memoria, quæ res inutiles cum inutilibus veluti grana cum paleis continet, donec iudicij & rationis ventilabro ſeparentur. Pro hac tamen analogia ventris, & mentis, vid. D.Gregor.3.p. Paſtor. cap.23. & Nazian. oratione ad ciu. Naz. hinc illud Bernard. ſerm.36. in Cant. quòd multa ſcientia ingeſta ſtomacho animæ, ſi charitate decocta non fuerit, transfuſaque in artus, moreſque animæ, conuertitur in prauos, noxioſq; humores, atque inflationes, mentiſque tormina efficit; nam *ſcientia inflat, charitas verò ædificat.* &, *ſcienti bonum, & non facienti, peccatum eſt ei.* Ergo inquit Eliphaz. Qui ſapiens eſt, non implet ventrem, ſtomachũ, animum, mentem, cor, inflatione.

3 Stomachus aut venter, quid in ſacro ſermone. — בטן — Prou.18.8. — Prou.27.22. — Stomachus pro mente. — Cant.7.2. — Imaginatiua aut memoria ventri ſimilis — Gregor. — Nazian. — Bernard. — 1.Cor.8.1. — Iacob.4.17.

Et *ardore*, in Hebr. *Kadim*, id eſt Euro, Vulturno, aut vento ſubſolano. R.Mardoch. obſeruat hunc vẽtum à Græcis appellari, *Apelioten*, quod à ſole ſpiret; atque eadem ratione à Latinis appellari ſubſolanum. Tum verò de hoc, tum de alijs Orientalibus ventis, & illorum nominibus, vid. Gell. & Non. Marcel. Senec. lib.5. Natur. quæſt.1. Stob. lib.1. eclog. Phyſic. Plin. lib.2. ſic diſtinguit: *ab Oriente æquinoctiali, Subſolanum; ab oriente brumali, vulturnum; illum Apelioten, hũc Eurum Græci appellant.* Rectè autem a noſtro interprete vertitur hic ventus, *ardor*. nam calidus eſt,

4 קדים Ardor quid. — R.Mardoch. — Gell.li.2.c.22 — Pli.li.2.c.46.

dus eſt, & ſiccus, cùm ſub ſole diu immoretur,
Exod.10.13. & ſic ſolet appellari *ventus vrens*, Exod.10. qua-
Colum.lib.5.c.5 re Colum lib.5.c.5. ſcripſit aliquando euro ſic
infeſtari vites, *vt niſi tegminibus opacentur, veluti*
halitu flammeo fructus vratur. additur etiam ſæui-
Exod.14.21. tia, & vehementia ardori Exod. 14. *Flante vento*
vehementi, & vrenti. quare poetę Eurũ appellant
truculentum rapidũ, & præcipitẽ, ani noſum,
tumidum, indomitum, minacem. & huius cum
zephiro pugna in exemplum ſæuæ alicuius
Seneca in Her. tempeſtatis proponitur.
Oeteo. *Illum ſi medio decipiat ratis*
Ponto cùm Boreas expulit Africum,
Aut Eurus Zephirum, cùm mare diuidunt.
Ergo duo poteſt in Iobo reprehẽdere; primũ,
quod tumidus, iactabundus, inflatus, horriſo-
nus, multiloquus ſit, inſtar Euri; plenum Vul-
* Que deue-detener ar-gumento [illegible] por donde le [illegible] la cabeça de viento. turno caput, & * *plenum ardore ſtomachum*; ſecun-
dum (quod videtur arriſiſſe Vulgato) incle-
mentiam quandam, & indignationem cum in-
flãmatione coniunctã; id eſt, iram, animi excan
deſcentiam, & accenſionẽ ſanguinis circa cor,
nimiumq́; ardorem, & inflammatũ ſtudium in
te defendendo, & diſputando cum Deo.
LXX. Quod autem Septuag. legerunt, *Impleuit dolo-*
Chryſoſt. *rẽ ventris*, longè aliò Chryſoſtomus retulit; vi-
delicet vt *implere* ſit, morẽ gerere ægritudini,
& amarulenta, concitataq. oratione indulgere
dolori, & ſenſui cordis, ad cordis ardorem, &
ventris dolorem quaſi explendum, & exſatu-
randum: & ita *implere dolorem ventris*, idem eſt,
quòd implere dolore, id eſt, amaro ſermone
& ardente oratione ventrem; qua ratione le-
Auguſti. git Auguſt. & legiſſe antiquos interpretes, id
Philip. eſt Septuagin. teſtatur Philippus. idemque ipſe
explicat, *Implere dolorem ventris*, eſſe, ea cogita-
re, quę animum diſcruciant. Sed certè facilior
erit ſenſus, atque ſimilior noſtræ lectioni, *vt*
implere dolore ventrem, ſit irasci & ſtomachari,
concepta bile & indignatione; & illam etiam
conari effundere, & euomere. in maxima enim
Ierem. 4.19. afflictione, & animi ægritudine, dixit Ierem.
cap.4. *Ventrem meum doleo.* quod autem per ven-
tum hunc orientalem, vana opinio de ſe con-
cepta ſignificetur, vt Vatablus interpretatur,
non valde placet.

III. Arguis verbis eum, qui non eſt æqualis tibi: & loqueris, quod tibi non expedit.

6 VIdetur eſſe præcedentis ſententiæ expo-
ſitio & amplificatio, vt ſapiẽtiæ opinio-
LXX. nẽ omnino remoueat à Iobo; & ſic Sep-
tuaginta ſententiam vtramq, iungunt, *Nunquid*
ſapiens implebit dolorem ventris, arguens in verbis, qui-
bus non oportet, & in ſermonibus, quibus nulla vtilitas?
quæ lectio valde congruit cum Hebræa; nam
Latinus interpres explicationis gratia addidit
cum qui non eſt æqualis tibi. intelligens obijci ab
Eliphaz, quòd Iob criminaretur atq; reprehen
deret diuinam prouidentiam, & contumelijs
Arguere. opprobrijsq; afficeret, nam hoc loco *arguere*,
eſt propriè reprehendere, & corripere; quam-
יכח quàm poſſet quoq; nõ tam ad Deum, quàm ad
amicos referri, qui acerbiùs tuliſſent, quòd vi-
ſus eſſet Iob illos increpaſſe. niſi fortè dicam⁹
aliter legiſſe interpretem codicem Hebræum,
nam in eo, quem nunc habemus, illa verba de-
ſiderantur; illa autem duo *non eſt æqualis tibi, &* Extenuatio.
nõ expedit; extenuationes ſunt, pro eo, quod eſt,
infinitis te partib⁹ ſuperat, & valde tibi nocet.

IIII. Quantum in te eſt, euacuaſti timorem: & tuliſti preces coram Deo.

PLerique in hanc ſententiam interpretan- 7
tur; Tu tua iſta animi præſumptione &
impudentia, publicè, palamq; propoſita,
efficis, vt ex te alij diſcant inſoleſcere, & oblo-
qui aduerſus Deum, omnemq; diuini numinis
timorem, & religionem cõtemnere. vel, vt R. R. Leui.
Leui explicat, quem videntur ſequi, Caietanus, Caieta.
& Vatabl. Tua iſta doctrina, & aſſertio, quod Vatabl.
mala & ſupplicia eueniant bonis & iuſtis, tol-
lis religionem, & publicũ diuini numinis cul-
tum. quis enim, ſi Deus ſanctos bonoſq́; tam a-
cerbè, tamque indignè vexet, velit illum time-
re & colere, eiq́; religiosè ſupplicare? ſed me-
liùs; *Quantum in te eſt* (in Hebræo, *etiam tu*, Sep- LXX
tua. *Nonne & tu*) *euacuaſti* (in fote ex verbo, *phar*, פרר
labefactaſti, irritũ feciſti, diſſipaſti, diſſoluiſti;
alij etiã dicunt, fregiſti. Septuag. *depuliſti*, Rab. R. Mardoch.
Mardochai, *Prohibuiſti*, impediuiſti) *timorem* (id
eſt, conaris Dei timorẽ repellere, & impuden-
ter, fronteq; perfricta cũ illo de tuis ærumnis
expoſtulare, excidiſti a Dei timore, & reue-
rentia; non revereris tremendam diuini nu- Timor quid.
minis maieſtatem.)
Timor, hoc loco pro reuerentia & tremore,
potius quam pro religione & cultu, licet vtrũ- Olymp. Phili.
que cohæreat. ita Græci, Olympiod. Philip. D. D.Tho. Theo-
Thom. quare Theodotio legit; *Nonne te recuſaſti* dotio. Sym-
timore? Symmach. *nullo pudore loquutus es corã Deo.* mach.
Et tuliſti preces. Abſtuliſti, prohibuiſti; propriè
etiam, diminuiſti & concidiſti, * concidere fe- * As dexado
ciſti. hęc omnia contient verbum *garagh*. & ob- caer el cuy-
ſeruandum quidem taquam ingens piaculum dado de la
proponi, quòd homo afflictus remittat o- oracion.
randi ſtudium. Septuaginta; *Conſummaſti ver-* גרע
ba talia coram Domino. id eſt, finem impoſuiſti o-
rando, & precãdo. niſi fortè ad verba nimiùm
audacia referatur; nam non ſolùm preces, ſed
loquutio aut loquela ſignificari poteſt verbo
originali; quare, *cõſummare verba* erit, aliquid cõ
ſummate, & audacter proferre. ſed melior ſen
ſus noſtræ lectionis, & cũ Hebræo cõgruẽtior.

V. Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blaſphemantium.

1 *Linguam doceri à corde, tanquam à præceptore au-*
ditorem.
2 *Imitari quid in Hebræo. Lingua pro doctrina. in-*
ſtrumenta ſermonis, frequenter pro ipſo ſermone. ex-
plicatus Moyſes.
3 *Blaſphemantes. pro aſtutis. rurſus hi pro ſapiẽtibus.*
4 *Proprio ſermone condemnatus quis.*
5 *Reſpondere, pro teſtificari. Datiuus pro ablatiuo in*
Hebræo.

1

Quid ſit linguam doceri à corde.

DOctrinam hanc tuam à nemine edoctus es,ſed ex tuo illam cerebro confictã deprompſiſti; nihil itaq; mirum,quòd peſſimè loquaris; nã occulta tui animi iniquitas nunc tuis ſeſe verbis prodidit, nimirũ *ex abundantia tui cordis*,loqueris; neq; *ex fonte amaro,dulciorē tu* producere potes. ſimile quid,in illa quę Ciceronis nomine aduerſus Salluſtiũ oratione circumfertur;

Cicero in Sall.

Ea demũ magna voluptas eſt Criſpe Salluſti æqualem ac parem verbis vitã agere,nec quidquam obſcænum dicere, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinorũ ætas tua reſpondeat,& omnis oratio moribus conſonet.neq; enim qui ita viuit, vt tu,aliter ac tu loqui poteſt; neque qui tam illoto ſermone vtitur, vita honeſtior eſt. Durius, quod Vatab.interpretatur;

Vatabl.

Non eſt opus,vt te doceã,in quo pecces,cum ipſe tuus ſermo te doceat iniquum eſſe. Paulò etiam longiùs ab originali,quod Septu.legunt,*Rem verbis oris tui.*

LXX.

Os, cordis auditor & diſcipulus.

Sed illud tamen notandum, quod lingua & os dicantur eſſe, quaſi cordis diſcipulus; inſtruit enim interior affectus non ſolum os, & linguam ad loquendum,ſed manus,cæteraque membra ad operãdum; nam *ex corde exeunt furta,blaſphemiæ,homicidia.*

Matth. 15. 19.
Marc.7.22.

2

בחר

Imitari quid propriè.

Et imitaris (propriè, eligis, vſurpas, aſſumis tanquam tibi imitandam) *linguam blaſphemantiũ*, id eſt doctrinã & errantia dogmata hominum praue de Deo, deq; diuinis iudicantium.

Lingua pro doctrina.

lingua pro doctrina,ſermone,loquendi diſputandiq́, ratione methonymicos, cauſa vel inſtrumentum pro effectu. nam inter reliqua vocis inſtrumenta,potiſſima eſt lingua; quare dicitur

Inſtrumenta ſermonis, pro ipſo ſermone.

lingua erudita Iſaiæ.50.vel iuxta Hebræum *lingua doctrinarum*,id eſt,eruditè,ſapiẽter, ornatè,ſuauiter loquẽdi facultas. ſtatim exponitur, *vt ſciã ſuſtẽtare eum,qui laſſus eſt,verbo.*

Iſai.50.4.

ab alijs etiam inſtrumentis ſolent verba, aut loquendi facultas ſignificari; dicitur enim *labium* Geneſ. 11. *erat terra labij vnius.* Exod. 6. *incircumciſus labijs ſum quomodo audiet me Pharao?* id eſt,barbarè loquor, inſtar ethnicorum barbarorum incircumciſorum,qui quod linguam ſanctã non pollerent, barbaros exiſtimabant dicitur etiam,*os*,Exod. 4.*Quis fecit os hominis?* (id eſt, quis illi ſermonis facultatem tribuit) *aut quis fabricatus eſt mutum & ſurdum; videntem & cæcum? nonne ego? perge igitur; & ego ero in ore tuo,doceboq; te quid loquaris.*

Geneſ.11.1.
Exod.6.30.
Exod.4.11.

Blaſphemantes qui propriè.

ערום

Blaſphemantium. Propriè,verſutorum malignorum,callidorum,a *gharam*,quod eſt vafre,& maligne agere. illos ergo intelligit, qui ſermone,argumentationeue fallaci, & compoſitis, ſimulatisque rationibus ſtudent eludere veritatem, & tenebras illi offundere, & cum in Deum blaſphement,impudentiam & temeritatem celare ſtudent verborum ornatu, aut reſpondendi calliditate, aut iuſtitiæ ſanctitatiſue prætextu; ſimillima profectò hæreticorum ſtultitia,& fraudulentia. Septuagin.verò contrario modo videntur intellexiſſe; videlicèt,per aſtutos,& callidos; ſapientes. nam legunt,*Neque diiudicaſti verba potentum.* id eſt, ſapiẽtum,nobiliumq́; virorum verba,conſilia,monita,non eligis, non probas noſtram exhortationem,quę tibi ſalutaris extiteret. non admiſiſti,planeque contempſiſti priſcorum ſapientiam & traditiones. licèt fortè cùm Septuaginta legiſſent, *Imitaris linguam blaſphemantium*, explicationis gratia addiderunt partem oppoſitam; videlicèt,impios imitaris,ſapienteſque contemnis.

LXX.

VI. Condemnabit te os tuum & non ego, & labia tua reſpondebunt tibi.

CVm ipſa tua verba animi tui iniquitatẽ prodant,ex tuo ore iudicaberis, ſicut ille dicebat; *Quid adhuc egemus teſtibus? vos ipſi audiſtis blaſphemiam.* 4

Matth.26.41.
LXX.

Condemnabit. Septuag. propriè, *Impium te declarabit*, & pronuntiabit ſupplicio dignum, reum peraget. vt Matth.12.*Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio,& condemnabunt generationem iſtam*, nimirum declarabunt illam impijſſimam,damnatione & extremo ſupplicio digniſſimam. Vel,ſi ea,quę tu ipſe loquutus,es expendere velis,tu te ipſe condemnabis, & aduerſus tuam impudentiam pronuntiabis; tam clarè de tua iniquitate, conſtat, vt vel te iudice,non ſis abſoluendus.

Matth.12.41.
Luc.11.32.

Et labia tua. idem per expoſitionem,& expolitionem. *reſpondebunt tibi.* Septuag. ex Hebræo propriè, & eleganter; *Teſtificabuntur contra te.* quaſi ad interrogata, & poſtulata reſpondebunt. non rarò *reſpondere* pro teſtificari,de quo diximus ſupra. *Tibi*, de te; Hebraiſmus eſt, datiuus pro ablatiuo, frequens in ſacro ſermone. cuiuſmodi eſt illud,*Nunquid Sion dicet?* id eſt,de Sione aliquis dicet? & illud; *Tibi dixit cor meũ.* id eſt,de te cor meum firmiter ſtatuit. & Pſal. 91. *Malignantibus* (id eſt, *de malignantibus*) *audiet auris mea.*

5
Expolitio.
LXX.
Reſpondere pro teſtificari.
Hebraiſmus datiuus pro ablatiuo.
Pſal.85.5.
Pſal.26.8.
Pſal.91.12.

VII. Nunquid tu primus homo natus es: & ante colles formatus?

1 *Primus homo ſapientiſſimus. Pater,idem præceptor, & doctor. magis,quod alia etiam ratione fit.*
2 *Adam appellatiue ſumi. Primum, ad dignitatem pertinere. explicatus Ioannes.*
3 *Montes & colles antiquitatis,& diuturnitatis ſymbolum,& quare.*
4 *Vera præcedentis dubitationis ratio. Res eſſe incipiunt,cum apparere incipiunt. explicatus Salomon, & Eccleſiaſticus.*

NOtat illum ſuperbiæ,& arrogãtiæ quòd ſe ſapiẽtia,aut rerum cognitione videatur cum primo Adamo (pro homine enim ſubeſt in Hebræo, *Primus Adam*) comparare. Adami porrò ſapientia apud omnes,& maxima & explorata fuit,vt qui reliquorum hominum ſicut parẽs, ita etiam magiſter futurus eſſet,iuxta id Eccl. 37. cũ de primis parentibus ſermo eſt; *Conſilium & linguam,oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi,& diſciplina intellectus repleuit illos; creauit illis ſcientiam,ſpiritu ſenſus impleuit cor illorum; & mala,& bona oſtendit illis.* ait itaque Eliphaz; Tacere nos iuſſiſti,atque audientes,attentoſque nos tibi præbere, quaſi tui muneris eſſet nos docere, noſtraque intereſſet te audire; Primus videlicèt homo doctoris reliquorum hominum munus habuit, & qui prior alijs eſt, vti pater filijs, doctoris etiam mu-

1
Adam, ſapientiſſimus.
Eccleſ.17.5.

nere fun-

Pater, idem eſt præceptor, & doctor
Geneſ.18.19.
Exod.10.2.
Ioël.1.3.

nere fungitur. hinc illud eſt de Abraham Geneſ.18. *Scio, quod præcepturus ſit filijs, ac domui ſuæ poſt ſe.* Exod.12. *Narres in auribus filij tui & nepotum tuorum &c.* & Ioelis.1. *Super hoc filijs veſtris narrate, & filij veſtri filijs ſuis; & filij eorum generationi alteri* hinc *Patris* nomen pro magiſtro, & rerum diuinarum doctore ſæpe vſurpatur in ſacris. vt illud. 4. Regum. 2. clamantis Eliſei ad Eliam; *Pater mi, pater mi.* & Iudic. 18. *Vt habeamus te patrem, & ſacerdotem.*

4.Reg.2.12.
Iud.18.19.

Philip.

Sed huic interpretationi videtur obijcere Philippus, quòd nòn dicitur hoc loco primus homo *conditus*, ſed *natus*. quod non videtur in Adamum conuenire. & quidem originalis vox propriè ſignificat, parere, aut naſci. ſed tamen non eſt in ea vocis proprietate moroſè nimium immorandum; potuit enim *natus*, pro formato & condito vſurpari, vt exponi videtur in ſecunda parte.

Naſci quid propriè.
ילד

2
Adam appellatiuè.

Vel in hunc ſenſum; *Num quid tu primus homo.* (*Adam* videlicèt, ſumpto non propriè ſed appellatiuè) qui alia ratione quam cæteri homines natus ſis, & tecum non traxeris *colligatam ſtultitiam in corde tuo*, ſicut, reliqui mortales? niſi fortè hæc *primi hominis* appellatio, dignitatem quandam ſignificet; *Primus homo* dignitate, ſapientia, loco, ſuperior cæteris, quem reuereri, colere, audire debeamus; ſicut & de Chriſto Domino Ioannes dixit, *Ante me factus eſt.* id eſt, me prior, mihi prælatus, anteit me dignitate, loco, ſapientia. Græci non omnino incommodè ad antiquitatem retulerunt, Chryſoſtomus, & Polychron; *Numquid ipſe reliquos mortales ætate præcurris, vt ipſa te longinquitas temporis, & multarum rerum vſus erudierit?* neque diſſonat, quod ſequitur.

Prouer.22.15
Primum dignitate.
Ioan.1.15.27.30.
Chryſ. Polych.

3
Montes & colles diuturnitatis ſymbolum.
Geneſ.49.26.
Habac.3.7.
Bar.5.6.

Et ante omnes colles formatus. Quod longè antiquum eſt, aut maximè diuturnum, ęternumuè, *collium*, & montium appellatione aut comparatione indicari ſolet. eſt enim illorũ epitetum, æterni, antiqui, diuturni. Geneſ. 49. *Deſiderium collium æternorum.* & Habacuc.3. *Montes ſæculi, & colles mundi.* id eſt, longiſſimi & antiquiſſimi temporis, Baruc.5. *Conſtituit humiliare omnem montem excelſum, & rupes perennes.* Sed qua ratione per colles & montes antiquitatem, aut perennitatem ſignificetur, non omnes conueniunt. nam plerique exiſtimant per ſinecdochem, rerum primam creationem ſignificari per colles, & montes, videlicèt totum, per partem. quod rerum primò creatarũ non vltima pars, montes, & colles fuerint. vel vt colles, & montes pro terra; terra verò, quæ nobis proxima, & familiariſſima eſt, pro aliarum rerum vniuerſitate. At vero Montanus in apparatu, illam antiquitatis montium rationem excogitat, quòd antequàm terra emergeret, recipientibus ſe aquis in locum vnum, nulla erat collium montiumq́ue diſtinctio; vt montes eſſent fæcundi & fructiferi, colles verò ſteriles & inculti, cum pariter omnes aquis eſſent immerſi.

Synecdoche
Philippus, & poſt illum plerique Latini.
Arias Mont.
Montium & collium deſtinatio.

Ad hanc igitur primæuam collium montiumq́ue diſtinctionem, & conſtitutionem, tanquam ad aliquid primum & antiquiſſimum, alluſionem fieri, cum hoc loco dicitur, *ante omnes colles formatus.* & cum Prouerb.8. Sapientia ait; *Ante omnes colles ego parturiebar.* Sed quidem rationem hanc Montani non ſatis calleo, videlicèt, quare potius illa diſtinctio montium & collium antiquitatis ſymbolum ſit, quàm receptio & confluctus aquarum in locum vnum, aut quam cætera omnia quæ in prima illa rerum creatione, & conſtitutione contigerunt. & locus ille Prouerbiorum quo ſuam Sapientia æternitatem comprobat, nullam ſanè affert maiorem diuturnitatem *collium*, quam aliarum mundi partiũ, cùm omnes pariter enumerentur, cœli, abyſſi, terra, mare, æthera, fontes, flumina, montes, & colles. quare neque, vt quibuſdã viſum eſt, poteſt commodè ille Prouerbiorum locus, cùm hoc noſtro coniungi, quaſi Eliphaz dixiſſet, nunquid iactas te Sapientiam illam eſſe diuinã, quæ ante omnes colles extitiſſe dicitur; neque enim tam ſunt ſententiæ iſtæ inter ſe adeo ſimiles, vt illa Salomonis hinc petita videatur.

Prouerb.8.26

4
Vera ratio cur colles & montes antiquitatis ſymbolum ſint.
Eccleſ.1.4.
Pſal.103.5.
Gen.1.2.9.

Sed redeo ad illam *collium* antiquitatẽ, quæ profecto ex eo ſignificari videtur, quod perennem quandam firmitatem, & perpetuam ſtabilitatem montes polliceantur; quare ſicut terra, firmitatis & ſtabilitatis ſymbolum ſunt, *terra enim in æternum ſtat, & non inclinabitur in ſæculum ſæculi*, ita etiam firmiores illæ & diuturniores terræ partes, illam ipſam ſtabilitatem & antiquitatem repræſentant. Vel, quod alicui arridere fortè poterit, hæc collium antiquitas ad illam primam mundi reſpicit diſtinctionẽ; nam cum *tenebræ eſſent ſuper faciem abyſſi*, & aquis vniuerſa terra eſſet immerſa, iuſſit Deus, vt ſepararentur aquæ ab aquis, & congregarentur in locum vnum, vt appareret arida; diffugientibus igitur, diffluentibuſque aquis in ſua receptacula, montium, colliumq́ue ſumma cacumina eminuerũt, antequam terræ planicies conſpiceretur. prima igitur, & quaſi antiquiſſima mundi inferioris pars, quod ad externam illam quaſi emerſionem ex aquis, & tenebris pertinet, & ad illam faciem, quam modo retinent, colles, & montes fuiſſe videntur; atque planam ipſam terræ ſuperficiem hac ratione præcucurriſſe: quod enim prius apparet, & conſpicuum ſe præbet, prius etiam atque antiquius fuiſſe videtur; frequenter enim in ſacro ſermone res eſſe dicuntur, cùm apparere & conſpici incipiunt. vt illud, *Nunc cognoui, quod timeas Deum* id eſt, nunc tui timoris atque pietatis manifeſtum ſpecimen prębuiſti. & Prouer. 8. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum.* id eſt, in creatione, manifeſta, externaque ſigna ſui diuina Sapientia præbuit; quæ quidem nunquam non ſubſtitit, quippe æterna, ſed tunc videlicet ſapientiam ſuam *effudiſſe* viſus eſt *Deus ſuper omnia opera ſua.* Quòd verò Philippus ſequutus Auguſtinum, contendere videtur, hoc loco, ſicut & Pſal. 89. angelos intelligi *collium* nomine, quaſi dicat Eliphaz; Nunquid exiſtimas te antiquiorem, aut ſapientiorem, ſapientiſſimis ſpiritibus? allegoriam olet.

Scripturę regula, res dici eſſe, cum apparere incipiunt.
Geneſ.22.12.
Prouerb.8.22
Eccleſ.1.10.
Philip.
Auguſt.

VIII. Nunquid

VIII. Nunquid conſilium Dei audiſti? & inferior te erit eius ſapientia?

1 *Diuinæ ſapientiæ deſcriptio quædam. Verior interpretatio eligitur.*

2 *Conſilium, quid in Hebræo. Varia lectio. expeditur Hebræa.*

3 *Magiſtri & ſapientes academiæ Theman, ſenes, pro doctoribus.*

4 *An Iob fuit amicis ſenior.*

1 Diuinæ ſapientiæ deſcriptio. Prouerb.8.39.-12.

ALiqui ſententiam hanc, tanquam deſcriptionē diuinæ ſapientiæ, accipiunt; nam illa de ſe teſtatur in Prouerbijs, *Cum eo eram cuncta componens.* & rurſus; *Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus*. Vis igitur (inquit Eliphaz) diuinæ ſapientiæ munus atq; nomen tibi arrogare? Sed certè tanta ſtultitia non videtur potuiſſe Iobo obijci? quarē ſimplicius interpretabimur;

Simplicior interpretatio

vt cum Iob voluerit amicos docere diuinam prouidentiam; dixeritq; diuinarum rerum doctrinam non eſſe admodum difficilem, nūc irrideatur ab Eliphaz; Ita ne diuinæ ſapientiæ arcana tibi patefacta; vt non ſecus ſupremam illam, quam Deus in humanis rebus rationem ſtatuit, tuorumq; ſuppliciorum, cauſam exploratam habeas, quam ſi diuino conſilio interfuiſſes, & Deum prouidentem, diſponentem, decernentem, pręcipiētem audiuiſſes, planeq; intellexiſſes, & ſua tibi arcana & cōſilia Deus patefeciſſet, & enarraſſet?

2 Conſilium quid in Hebræo. LXX. Aquil. Theodo. Symmach. Iob.19.4. Pſal.24.14. Amos.3.7.

eleganter Septuag. dixerunt; *Conſtitutionem Domini audiſti, & conſiliario te vſus eſt Deus?* Aquila pro *conſilio* dixit, *arcana ineffabilia.* Theodotio, *myſterium.* Symmachus, *colloquium*, vox eadem ſępe *ſecretum* vertitur à noſtro interprete. vt infra cap. 29. *Quando ſecretò Deus erat in tabernaculo meo.* & Pſal. 24. *Firmamentum eſt Dominus timentibus eum.* eſt enim Deus ſuorum magiſter & doctor, atq; illis, quæ decernit & firmiter ſtatuit facienda, reuelat. vt per eandem vocem dicitur Amos. 3. *Non faciet Dominus Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos.* quare ſubditur eo Pſalmi loco; *Et teſtamentum ipſius, vt manifeſtetur illis.*

3 Conſilia ſecreta ſunto. סוד

Eadem autem vox, quæ eſt *ſecretum*, aut *arcanum*, eſt etiam *conſilium*, aut *concilium*, quòd in cōcilijs arcana tractentur, & conſilia non niſi ſecretò, ſummaq; prudentia & fidelitate capi, & iniri debeant. Quod autem aliqui exiſtimant,

Caieta.

vt Caietanus indicat, hoc ad reuelationes pertinere; non quadrat; nam diuinæ reuelationes Iobo atq; eius amicis familiares erant, & illas aliquando Eliphaz protulerat, atque iactauerat, quare illas tanquam aliquid omnino inſolens, & inauditum Iobo non denegaſſet.

4

Et inferior te erit eius ſapientia? id eſt, exiſtimas te Deo eſſe ſuperiorem, & ſapientiorem, vt illum tam audacter ad certamē prouoces? Fortè *ſapientia Dei*, nō erit hoc loco, ea quæ in Deo eſt, ſed quam ille mortalium generi impertitus eſt; quo ſenſu noſtra lectio bene congruit

Varia lectio, Tex. Hebr. & Græc.

cum Hebræa & Græca: nam in Hebræo propriè eſt; *Sapientia minuetur ad te?* vel, prohibebitur ad te? id eſt, ipſam ſapientiam tu intra te continebis, & tibi ſapientiam omnem arrogabis, facileque ſubijcies, vt ipſa te prætergredi vlterius nō poſſit? vt cùm de te, deq; ſapientia ſermo inciderit, oēs fateantur non plus, nō vltra abeundum eſſe? eleganter Tygurina; *Sapientia ſub terminos vltra te nō porrigit?* illud etiam Tygur.

affert Vatabl. *diminuetur.* aut prohibebitur, vel Vatabl.

auferetur, ad te, vel infra te ſapientia; id eſt, te pereunte, exiſtimas ne prohibendam, imminuendam, auferendam, perituram ſapientiam? Septuaginta *In te peruenit ſapientia?* Complutenſes hanc quoque lectionem attulerunt; LXX Complut.

Prohibita, vel *ablata eſt à te*, id eſt, vniuerſam ſapientiam ad te reuocatā eſſe credis, & diuina omnia arcana à tua mēte exhauſta, & comprehenſa? quid ſi; *Inferior te erit ſapientia*, aut minuetur, vel prohibebitur ad te, vel à te, aut in te; ſignificet, eſſe Iobo minimè oſtenſam veram rerum & diuinæ prouidentiæ rationem, & occultatam, prohibitam, ablatam; profundiorem illo eſſe quàm vt ad ipſum aſcendat; altiorem quàm vt contingi & obtineri ab illo poſſit? nihil igitur ſublime, & exquiſitum ſapere. quare rectè ſequitur.

IX. Quid noſti, quod ignoremus? Quid intelligis, quod neſciamus?

X. Et ſenes, & antiqui ſunt in nobis, multò vetuſtiores, quàm patres tui.

FOrtè reſpicit ad id quod Iob dixerat cap. 12. *In antiquis eſt ſapientia.* Non eſt (inquit Eliphaz) cur nos iubeas in tua verba intendere, tanquam nobis incognita, & inaudita; nam à parentibus noſtris, atque magiſtris, qui ſapientia, & ætate maiores extiterunt, cùm hæc, cum præclariora alia & reconditiora dogmata accipimus. noſtra itaque ſapientia & magis antiqua, & magis cana, quàm tua eſt; atque adeo certior & probatior. 3 Iob.12.12.

Forte Eliphaz ſuæ Themaniticæ academię, ſuorumque magiſtrorum ſtudium antiquius, quàm apud Huſitas, commendare voluit, nam *ſeniorum*, & *parentum* appellatio, eadem quæ magiſtrorum eſt, vt nuper dicebamus; ſicut & Paulus dicebat: *In Chriſto Ieſu per euangelium, ego vos genui.* & puero Danieli dixerunt ſenes; *Veni, & ſede in medio noſtrum, & indica nobis, quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis.* Indicat etiam Philippus dicere Eliphaz; Senes, ſapienteſque noſtri, quamuis te, tuiſque ſapientibus multò eſſent ſapientiores, multò tamen de ſe loquebantur, ſentiebantque ſubmiſſius. Magiſtri academiæ Theman. 1.Cor.4.15. Daniel.3.94. Philip.

Chaldęum verò, atque Olympiodorum exiſtimantes ex hoc loco Iobum eſſe ſuis amicis iuniorem, ſupra indicauimus cap. 12. verſ. 12. ſed multò verior eſt illa Didymi interpretatio; Quamuis inter nos ſenior ſis, ætateq; prouectior, nihil tamen quam nos plus ſapis; nam habemus etiam nobiſcum magiſtros te prouectiores, atque ſapientiores. Sed primus ſenſus ſimplicior, & germanior. 4 Chald. Olympiod. An Iob ſenior fuerit ſuis amicis. Didym.

XI. Nunquid

XI. Nunquid grande eſt, vt conſoletur te Deus? Sed verba tua praua hoc prohibent.

1 *Varia lectio; expẽditur Hebræa. Illuſtratur Moyſes.*
2 *Verbum, pro re. Verbum abſconditum pro prauo.*
3 *Diuina miſericordia vltro ad nos propenſa, impedimento eſſe hominum peccata. Quid prohibere in ſacro ſermone. Illuſtratur Ezechiel, & Salomon.*

1 Lectionum varietas & diſſenſio. Latina ſententia.

Mira eſt hoc loco lectionũ Hebrææ, Grææ, Latinæ varietas atque diſſenſio, ſed tentandum illas ad concordiam adducere. Latina hanc videtur habere ſententiam; Deſperare videris, ô Iob, de meliori fortuna, atque reſtitutione in gradum priſtinum, quaſi id ſit Deo, *El*, forti, potentiſſimo difficile, aut operoſum; proptereaq; audes illum verbis & maledictis lacerare, a quo nihil boni expectes. ſed intellige vel ſolo nutu diuino facile tibi ſolamen, & ſalutem ad futuram, niſi viam præcludas tua iſta inſolenti, & ſtulta oratione, & diuinæ prouidentiæ criminatione.

Pagnin. Lect. Heb.

Hebræa; *Nonne paruum à te conſolationes El*? bene ſuppleuit Pagni. verbum, *diſtant*, aut, *abſunt* ſic enim incidis in ſenſum Vulgati; non longè abhorret Deus, vt conſoletur, prope te eſt; non difficile, non magnum, non longiſſimi à te itineris tempus expectandum. Illud verò valde diuerſum ſi ſuppleatur verbum, æſtimandi. Vatabl. *An paruæ ſint tibi conſolationes?* vel, *an minores ſint tibi conſolationes, quam vt te conſolari poſſint?* idem ferè Caietanus. & Tygurina. *Num dedignaris conſolationes diuinas?* exiſtimas ne tuis ærumnis non poſſe Deum parem conſolationem afferre? ita, ne tam *grande*, tam difficile eſt Deum tuis mederi malis? contemnis ne Dei opem. quam ille conferre præſentiſſimam potens eſt? ne illum prouoces, qui te cõſolari poteſt. *Nunquid* (nonne) *grande eſt* (magni habendum eſt) *vt* (ſi) *conſoletur* (conſolari velit) *te Deus?* quorſum igitur omnem vitæ, & temporalis fœlicitatis ſpem abijcis, atque contemnis? ſimilis formula loquendi Num. 6. ad Sacerdotes; *Num paruum vobis eſt* (nonne grande, & permagni æſtimandum) *quòd ſeparauit vos Deus Iſraël, & ab omni populo iunxit ſibi?* Iam ſententia Septuag. *Pauca præ ijs, quæ peccaſti, accepiſti verbera.* ſic connecti poteſt, Diuinas cõſolationes tibi deberi exiſtimas, cùm tamẽ commeritas ſceleribus tuis pœnas nondum exſolueris. nonne igitur* *grande; num quid paruum tibi videtur, vt conſoletur te Deus?* quare neque leue neque facile exiſtimes, quod tibi iuſtiſſimus Deus, quod reliquum pœnarum debes, gratis remittat. Eugub. paulò aliter non ad pœnas, ſed ad præmium refert, *Paruum tibi videntur conſolationes Dei?* id eſt, non ſatis præmij tibi collatum eſſe conquereris, pro ijs, quę aliquando honeſte & piè geſſeris?

Vatabl.

Caieta. Tygurina.

Num. 16. 9.

LXX.

* Teneldo a mucho lo poco q os a caſtigado.

Eugubi.

Sed qui difficilius ad noſtram lectionem adduci poſſunt, ſunt Vatabl. & Biblia Guarini, poſt Rab. Leui, qui verbum *conſolandi*, non referunt ad Deum, ſed ad amicos; *Nunquid parui facis tuorum amicorum conſolationes?* ſic illorum monita contemnis, noſque appellaſti, *Fabricatores mendacij*, & medicos vanos, atque *onerosos conſolatores*. Sed non video vbi iſti amicos viderint, & Deum non viderint.

Vatabl. Guarin. R. Leui.

Iob. 13. 4.

Iob. 16. 2.

2 Lect. Heb.

Sed verba tua praua hoc prohibent. Hebræa tantùm; *Verbum abſconditum* (velatum, inuolutum, latitans, occultum) *tecum; Verbum* autem hoc loco, pro re à quibuſdam accipitur; & illud *occultum*, pro prauitate; Prauum aliquid, quod nos lateat, & Deum minimè lateat, Deum ad te conſolandum, per ſeſe propẽſum prohibet, & detinet. Cæterùm præſtabit, *verbũ*, propriè pro ſermone accipere; nam ſæpe Iobi reprehendũt amici ſtultiloquij, & petulantioris linguæ. quo etiam modo Septuag. legunt; *Valde ſupra modũ locutus es. & verbum abſconditum* erit, prauum, à quo Deus oculos, & aures auertat, Deo inuiſum, quod Deus audire nolit; quod quaſi Deum lateat; alij dicunt, *verbũ abſconditũ*, quod palam non profers, quod tecum muſitas, & immurmuras. alij; Hæc tua dogmata de diuina prouidentia, & præmio, ſupplicióq; mortaliũ, quæ vt pote reconditiora, tibi reuelata, & patefacta prędicas. Huc forte Vatab. *An eſt aliquid ſecreti, quod illapſum ſit in animum tuum?* vide vt noſtri interpretis lectio cæteris illuſtrior, & cohærentior ſit. Quod verò Hebræus apud Caietanum dixit, *Verbum ſuaue tecũ* gratis dixit, cum neque illam vocis ſignificationem, neque ſenſum probare poſſit, quem ille aſſignat, valde à re propoſita alienum.

Verbum pro re.

LXX. Verbum abſconditum pro prauo.

Vatabl.

Caiet. Hebræ.

3 Iobi ſanctitas.

Duo hic obſeruanda; Alterum, Iobi ſingularem animi atque morum integritatem, quem rei nullius accuſare poſſint, præterquam verbi alicuius, eiuſque non quidem praui, ſed praue accepti, & malignè interpretati. Alterum, hoc loco agnoſcere Eliphaz diuinam miſericordiam in nos procliuem; Deo igitur ſponte ad nos venienti atque occurrenti impedimento eſſe noſtra peccata. ſicut Ierem. dixit, *Peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis.* nam verbum illud *prohibendi*; *manah*, motum quendam affert, quo, id quod prohibetur, ſeparatur, & diuertitur ab aliqua re aut loco, vt per aliam viam decurrat liberè. ſicut Ezech. 31. dicitur,* *Prohibui flumina eius, & coercui aquas multas.* & Prouerb. 3. *Noli prohibere benefacere eũ, qui poteſt.* id eſt, pronum ad benefaciendum ne impedias, neque aliò detorqueas eius voluntatem. nõ aliter igitur diuinam miſericordiam decurrentem ad nos, noſtra peccata impediũt, & detorquẽt, ne nobis benefaciat. ſed de hoc aliquando plura.

Diuina miſericordia vltro ad nos propenſa.

Ierem. 5. 25.

Quid propriè prohibere. מנע * Eche el rio por otra parte.

Ezech. 31. 15. Prouerb. 3. 27.

XII. Quid te eleuat cor tuum, & quaſi magna cogitans attonitos habes oculos?

1 *Eleuari, ad ſuperbiam, quid propriè in Hebræo. Cor pro arrogantia, & auſu.*
2 *Attoniti oculi, quid in Hebræo. Oculorũ nictus ſubſannatorius, moleſtiſſimus. Illuſtratur Sapiens Præcepta de audiendo Oculi attoniti ex vi morbi.*

1 לקח Eleuare quid.

PRO, *eleuare*, eſt in Hebræo verbum, *L kach*, quod propriè eſt, capere, ſumere, q Hiſpanus dicere ſolet, *Fulano tomo y hizo eſto.* Iudi. 14. *Dederunt ei ſodales triginta.* Hebraicè,* *Acceperunt ſodales triginta & fuerunt cum eo.* 2. Reg. 18. *Abſalon erexerat ſibi cùm adhuc viueret, titulũ*, Hebraicè,

*Tomaron y fueron con el. Iud. 14. 11.

2.Reg.18.18. *Abſalon accepit, & erexit in v.ta ſua titulum*. hoc itaque modo legunt Complutenſes hunc locum; *Quid te accipit cor tuum? (quo te tollit?)* quid mali te corripit, quis te cordis furor exagitat, quæ te extra te rapit ſapientiæ iactantia, & vætanus rerum omnium diuinarum, atq; humanarum contemptus? noſter autem interpres, hoc tantum loco, vertit *eleuare*, & nunquam iterum, cùm ſemper verterit hoc verbum, *accipere, ſumere, aſſumere, capere, auferre*; fortè reſpiciens ad propoſitam iactabundi, & inſolentis animi ſuperbiam; nam ſpiritus ille quo percitum & correptum Iobum putabat Eliphaz, ſuperbiæ erat, qua ſe homo extollit, & eleuat ſupra alios. illi vero loci, qui Latinis verbis huic ſunt ſimiles, certè in Hebræo ab alia radice dicuntur. Abdiæ.1. *Superbia cordis tui extulit te*. & Iere. 49. *Arrogantia cordis tui decepit te. Cordis* autem nomine aulus, & arrogantia aſſertur. vt Pſal.100. *Superbo oculo, & inſatiabili corde*. Hieronym. *altum corde*. ad extollentiam, & ambitionem vtrumque pertinet; nā ambitioſi ſi inſatiabiles ſunt. prop. ex Hebræo, magnum, vel, latum corde. multa enim per ambitionem molimur, multa machinamur, multa cōplectimur. quare Septuaginta hunc locum reddiderunt; *Quid auſum ſuit cor tuum?* Symmach. fere cum noſtro dilucidè, *Quid, quod exulit te cor tuum?*

Eleuari ad ſuperbiam.

Abdi.v.13.

Ierem.49.16

Cur arrogantia & aulus.

Pſal.100.5.

Hieronym.

LXX.

Symmach.

2 רזם *Et quaſi magna cogitans, attonitos habes oculos*. in Hebræo. *Quid innuunt oculi tui?* eſt enim vox hoc tantùm loco reperta; cuius ſignificationem Rab. Mardochai dicit eſſe inſinuationem, indicationem; in quo Hebræi omnes conueniunt, vertentes, annuere, conniuere, nictare oculis. ſed cuiuſmodi ſit iſte oculorum nictus, aut cuius rei ſymbolum hoc loco non conſtat. aliqui enim ex Hebræis modo Latino accipiunt, pro conniuere & ſubſannare; qua etiam ratione videtur dictum Pſal. 34. *Qui aduerſantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis*. & Prouerb.10. *Qui annuit oculo, dabit dolorem*. nam eiuſmodi ſubſanatorij oculi & geſtus inimicorum moleſtiſſimi eſſe ſolent; ait ergo Eliphaz ita ne nos, noſtraſque orationes derides, & geſtu & oculis nictando, prodas nos noſtraque à te contemni? Et quidem qui dicunt, ægrè ferunt ſe ab auditoribus benignis & attentis oculis non reſpici. nam inter illa communia præcepta, quæ Plutarch. de audiendo tradidit, vel in primis eſt, *Obtutum in ipſum dicentem, & ſpecies vigilantis attentionis, vultus compreſſimo, abdicanjq. non contumeliæ & moroſitatis modò, verùm etiam ſolicitudinum, & occupationum ſuſpicionem aliarum*. Quare in ipſa auditione vitia ſunt, ſupercilium, toruitas, & triſtitia vultus, obtutus vagus, nutus, & alia plura, quæ minutatim loco illo perſequitur Plutarch. Caietanus ad ſuſpicientes in cœlum oculos retulit, quaſi cum Deo familiariter loqueretur, ſuoſque amicos, neque aſpectu quidem dignaretur. Alij ad ſimulatam quandam innocentiæ ſpeciem, & ſanctitatis ſignificationem, quod hypocriſim redoleret; ſic enim ad hypocriſim, & ſimulatas fraudes videtur pertinere id Eccleſ.27. *Annuens oculo, fabricat iniqua*. & Prouerb.6. *Homo apoſtata, vir inutilis graditur ore peruerſo* (id eſt, qui cum veram Dei, hominumque amicitiam deſeruerit, verbis duplicibus vtitur) * *annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum*. id eſt, proditionem machinatur, & eiuſdem proditionis participibus dat occulta ſigna, quò illos ad capiendam conſilij ſui opportunitatem attētos & paratos reddat. illa autem ſigna eleganter numerantur. ſic igitur dicere potuit Eliphaz; Tu nunquam non machinaris malum, etiam cùm oculorum nutibus ſanctitatem ſimulas. Didymus ſic interpretatur; *Quid tantum es facinus auſus, vt in Deum aduerſum torqueres obtutum, & quaſi ſuccenſens Deo loquereris?* Septuaginta; *Quid ſuſtinuerunt oculi tui, quòd furorem erupiſti ante Dominum?* id eſt; quod viſum ad hanc te inſaniam & furorem adegit. Sed tandem hunc oculorum habitum Latinus interpres intellexiſſe ſapiēter videtur, oculos videlicet apertos, alicubi defixos, non nictantes, ſed inſtar ſtupefacti hominis, aut magnum aliquid ſecum cogitantis, vehementiue aliquo interno mentis affectu & ſenſu occupati. Hunc etiam oculorum habitum alij ad ſcrupulos pertinere voluerunt, de quo dixi cap.3. ſed multò veriùs nos ad morbi vim, & letalem vultus, oculorumque compoſitionem. de quo cap.2. in enumeratione morborum.

R. Mardoch.

Attoniti oculi quid in Hebræo.

Pſal.34.19.

Prouer.10.10

Plutarch. lib. de audiendo.

Caieta.

Eccleſ.27.25.

Prou.6.13.

* Proditores his veluti ſymbolis inter ſe vtūtur, *guiñar de los ojos, hablar por los dedos, piſarſe el pie, o darſe del codo*.

Didym.

LXX.

Oculi attoniti ex vi morbi.

XIII. Quid tumet contra Deum ſpiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuſmodi ſermones?

1 *Conſenſio Latinæ lectionis cum Hebræa. Spiritus pro indignatione. Illuſtrati Moyſes, & Iſaias.*

2 *Hominis appellatio ad contemptum. Iuſtificari ad publicam innocentiæ declarationem.*

3 *Qui ſupplicio afficitur peccatum repræſentat. explicatus Moyſes.*

TVm Latina lectio, tum Septuaginta *Furorem erupiſti ante Dominum*, eleganter reſpōdet Hebræo, *ſub*, quod eſt reuertere, aut reducere, quaſi dicat, Quid torua conuertis in cœlum lumina? quid reducis, reuocaſque furorem aduerſus Deum? quid illi per inſaniam & indignationem reſpondes? quid in illum refundis ſtomachum, & euomis conceptam irā? *Spiritus* pro ira, indignatione, furore; Exod. 15. *In ſpiritu furoris tui*. (Hebræ. *Naph tui*) *congregatæ ſunt aquæ*. id eſt, in ſpiritu furente, furentis & indignantis inſtar, diſſlato, & tumente naſo. Iſai.25. *Spiritus robuſtorum* (indignatio, impetuſue, quo impij, & violentiſſimi tyranni feruntur aduerſus iuſtos,) *velut turbo impellens parietem*. Furis itaque indignabundus, ardes oculis, excandeſcis facie, tumes naſo, pectore etiam veluti pleno ardore, & bile promines, & indigna aduerſus Deum profundis.

1 Conſenſio lectionis Latinæ cum Hebræa. שוב

Spiritus, pro indignatione

Exod.15.8.

Iſai.25.4.

Huiuſmodi ſermones? Admirationem habet rei inauditæ paulo clarius. Septuaginta; *Verba tata*. vtrumque additum ab optimis interpretibus explicationis gratia, cùm in Hebræo ſimpliciter ſint, *ſermones*. & pertinere videtur ad innocentiæ aſſeuerationem, quam Iob acriter tuebatur; nam ſequitur.

LXX.

XIV. Quid eſt homo, vt immaculatus ſit, & vt iuſtus appareat, natus de muliere?

1 *Iob.4.17.*

MOleſtiſſimus, & cõtentioſus argumentator Eliphaz, qui rationes, & argumẽta ferè eadẽ, quę c.4. propoſuerat, nunc repetat. *Quid* (inquit) *eſt homo?* ad contemptum pertinet, & naturæ, materię conceptionis, naſcendi, habitandi domos luteas, vniuerſę denique vitæ, & agendi viliſſimam conditionem. *Homo* (*Enos*) miſerrimus, abiectiſſimus, *repletus multis miſerijs. Vt immaculatus* prop. mundus, purus, lucidus, candidus, bene lotus. *Et vt iuſtus appareat*. id eſt, vt ſanctus, iuſtuſque haberi, declarari, pronuntiari debeat. & elegãter vertitur, *appareat*, quod in Hebræo eſt, iuſtificetur; tum quòd iuſtificari, aliquando ſit apparere, declarari, haberi, pronuntiari publicè & in iudicio iuſtum & innocentem; tum vt alluderet ad ipſam Iobi externam faciem, & habitũ miſerrimum, nam homo pœna ſupplicioq́, affectus, peccatũ peccatoreḿq, prę ſe fert; ſic enim Chriſtus aſſertor, quod dolores noſtros, pœnaſque ſuſcepit, *peccatum* dicitur *factus*, & *ſimilitudinem carnis peccati* ſuſcepiſſe. & qui publico ſupplicio afficitur, *cum iniquis reputatur*; atq, adeo iubetur, vt cadauer hominis ſublati in crucẽ, tanquam peccatoris, cuius vel ſola ſpecies poſſit terrã, vniuerſoſq. ſpectatores inficere, eodem die de patibulo deponatur, atque à conſpectu, remoueatur. Deut.21. *Non permanebit cadauer in ligno, ſed in eadem die ſepelietur; quia maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis terram tuam.* ait igitur Eliphaz; Cùm propoſitus ſis extremi ſupplicij exemplum, apparere & haberi iuſtus nulla ratione poteris; præſertim cum ipſa naſcendi de muliere, & humanæ generationis ratio, tum peccatum originale, tum mille alias maculas, quibus hominem pollui neceſſe ſit, afferre videatur: tum etiam quòd qui mulierem dixit, primam peccati radicem & ſeminarium dixit; quomodo ergo ex muliere naſcatur, quod ſanctum atque immaculatum ſit, & quod iuſtum meritò haberi debeat?

Hominis appellatio ad contemptũ.

Iob.14.1.

זכה

Iuſtificari.

3 Qui ſupplicio afficitur, peccatũ afferre & repræſentare videtur.

1.Petr.1.22.
Rom.8.3.
Iſai.53.12.
Marc.15.18.
Deut.21.23.

XV. Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis: & cœli non ſunt mundi in conſpectu eius.

Iob.4.18.

ITerum videtur repetere illam propoſitionem capitis.4 *Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles*, vt argumento à maiori probet hominẽ carneum, & luteum non poſſe meritò ſanctitatis conſtantiam & firmitatem ſibi arrogare. Per *ſanctos* autem Græci intelligũt ſanctiſſimos Patriarchas, Adamum, Abrahamum, Moyſen, *Quibus* (inquit Polychronius) *viſus eſt Deus aliquando traſci.* Communior interpretatio, angelos intelligit, qui vocantur *Sancti Dei.* quaſi illi familiariſſimi, atque illius obſequio addictiſſimi, quod ferè idem eſt cum illa periphraſi capitis.4. *Qui ſeruiunt ei.* Sed fortè meliùs in communi accipietur pro *ſanctis*, ſiue hominibus, ſiue angelis; nam nemo ſit tam inconcuſſę, conſtantiſq; naturæ, atque ſanctitatis, qui mutari non poſſit. Propriè ex Hebræo, & Septuaginta; *Sanctis ſuis non credet*; id eſt, nemo eſt, qui fidelis ſeruus ex naturæ ſuæ merito & ratione haberi vſque quaq, poſſit. à verbo, *Aman*, ꝙ eſt credere tanquam rei fideli, & conſtanti, aut fidele eſſe, & conſtans, cui credi debeat. Auguſt. *In ſanctis eius non eſt fides.* quod ipſe interpretatur; *Propter incerta temporum, quibus plerumq; falluntur, vt multa dicant, & non faciant.* ſed præſtat intelligere* *Fidem*, id eſt, firmitatem, immutabilitatemq́, naturæ. *Et cæli* Chaldæus legit, intelligitque, *Angelos.* tum etiam Auguſtinus, quia propter ſpiritualitatem, incorruptibilitatem, ordinem, ſubordinationem; lucem, gubernationem corporum, ſimiles ſunt cœlis; vel per ſynecdochem, quia ſunt in cœlo, proprio videlicèt habitaculo ſupernarum mentium; vel per metonymiam, quia angeli moderantur, & mouent cœlos. addit Auguſtinus poſſe intelligi *ſanctos*, in quibus, tanquam in cælis, habitare dicitur Deus. quæ allegoria frequentiſſima eſt inter antiquos patres; nam iam, per cælum beatos intelligunt, Vt Ambroſ. ſuper Pſalm. Beati quorum, verſ. 1. iam cælos dicunt Angelos, vt Origenes hom. 1. in Geneſ. & Ambroſ. lib.2. hexameron. iam vniuerſaliter Sãctos, aut animam fidelem, vt idem Origenes tractatu 30. in Matthæum. Auguſt. 2. de ſermo. Domini in monte D. Ambroſ. ſuper Pſalm. citatum, & lib. de Abraham. Gregor. homil. 14. ſuper Ezechiel. Bernardus ſermo. 27. in Cantica. Sed ſimplicior eſt Græcorum, & aliorum Latinorum commentarius de ipſis cæleſtibus corporibus, quæ videntur eſſe maximè limpida, pura, lucida, aliena ab extraneis impreſſionibus; ideoque immutabilia. quare *cælorum* nomine ſignificabitur, quidquid lucidum, purum, mundum in creaturis inueniri poteſt, quod ad conſpectum, & oculos clariſſimos neceſſe ſit tenebreſcere, & offuſcari. Quod autem hoc loco *mundum* dicitur, propriè eſt, lucidum, pellucidum, diaphanum. & colludit ad denſiores cœlorum, ſyderumq́ue partes, quæ ſunt velut maculæ quædam cælorum, & ideo nobis lucent, quòd non ſint tranſparentes, neque luci peruiæ, quaſi dicat; Etiam cæli, qui maximè pellucidi ſunt, ſuas habent maculas, parteſq́ue craſſiores, magiſq́ue opacas, atque materiales; in re igitur clariſſima atque perfectiſſima videt Deus maculas, quæ nos prætereunt. tum etiam quod nobis pulcherrimum, & clariſſimum videtur, cuiuſmodi ſunt Sol, Luna, ſydera, id apud Deum macula eſt; & fortè imperfectiſſima ſui orbis pars; ſic igitur de noſtri animi maculis, exiſtimare oportet; interdum enim in noſtris oculis lucet, quod imperfectum, & minùs purum eſt. & falſo ſplendore, atque ementita pulchritudine nos decipit, quod deforme, & turpe; falſa lucri, & vtilitatis ſpe, quod omnino incommodum atque exitiale. Caietanus verò nunquam prætermittit occaſionem obtrudendi ſuam illam ſentẽtiam de animatione cælorum; exiſtimat enim hoc loco animatos aſſeri ab Eliphaz, & peccatis obnoxios. ſed ſine hoc errore, veriſſimus, ſim-

Sancti qui intelliguntur à Græcis.

Polychr.

Iob.4.18.

LXX.
Hebra.

אמן

Auguſti.

*No ſon de naturaleza, que de ſola ella ſe pueda fiar.

Chald.
Auguſt.

Ambroſ.

Origenes.

Auguſtin.

Gregor.
Bernard.

זכו

Caieta.

mus, ſim-

mus, ſimpliciſſimuſq; ſenſus ex dictis conſtat. Quod autem neq; Philoſophia, neque Theologia, eam ſententiam de animatione cælorum tolerare poſſit, aliàs docuimus.

XVI. Quantò magis abominabilis, & inutilis homo, qui bibit, quaſi aquam, iniquitatem.

1 *Abominabilis, quid, & abominari, quid ex Hebræo. illuſtratus Dauid.*

2 *Peccator ſe ipſum auerſatur, & introſpicere recuſat, quòd crucietur ſuo ipſius aſpectu. Statuere, verbum bellicum. Explicatus Dauid.*

3 *Inutilis, quid propriè ex Hebræo. Reprobum quid ex Græco. Peccator inutilis, ſoli igni opportunus. Illuſtrati Dauid, Ieremias, Paulus.*

4 *Quis dicatur inutilis, aut vanus, & fruſtra. Aquam bibere, vehementem ardorem denotat. Impiorum deprauata conſuetudo, & peccandi ſitis varijs rationibus explicata. Quid auaritia apud Paulum.*

5 *Bibere aquam ad voluptatem. Peccandi promptitudo nunquam retardata.*

6 *Aqua, rei facile parabilis ſymbolum. Explicati Dauid, & Salomon.*

7 *Prauæ conſuetudinis vis. Impius ad omne ſcelus proiectus.*

8 *Aqua, malum intimum. Peccatum aut aquæ, aut vino perſimile.*

1 HAEC eſt altera pars argumentationis propoſitæ. *Quantò magis*, ſupple immundus & indignus erit diuinis luminibus, *homo*; proprie *vir*, hominũ optimus atq; clariſſimus; *abominabilis* propriè, quẽ nemo dignari debeat auditu, viſu, familiaritate, contactu; qui nihil habet boni, aut pulchri, quo vel Dei, vel angelorum oculos allicere poſſit; inſunt verò in illo multa, a quibus tum Dei, tum angeli conſpectus purus abhorreat. Per antitheſim verò videtur hoc dictũ, propter ſanctorũ & cælorũ pulchritudinẽ, quorũ pulcherrima ſpecies eſt, munditiès, lux, ordo, concentus mirabilis, conſpectus multò iucundiſſimus, & *nõ ſunt loquelæ, neq; ſermones, quorum* (de quibus) *non audiantur voces.* & quod de ſole dixit Eccleſiaſticus, non minori iure de integro cælo, cuius ſol pars eſt dici poſſit, *Vas admirabile, opus excelſi.* Cũ enim mirabiliter cõmendetur cælum ex pulchritudine, mirabiliter impius ex deformitate vituperatur. hominẽ vero miſerrimũ, quis ſanè mentis homo non execretur, & *abominetur?* ſibi ipſi, dum ſe agnoſcit homo, viloſcit, & fœtet. vis originalis verbi explicari videtur Pſal. 105. *Infecta eſt terra in ſanguinibus, & contaminata eſt in operibus eorum, & fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis. & iratus eſt furore dominus, & abominatus eſt hæreditatem ſuam* (rem videlicèt perquam immũdam, & turpiſſimo ſanguine fœdatam, atque cruentatam deteſtatus eſt, & execratus) *& tradidit eos in manus gentium, & dominati ſunt &c.* id eſt, turpiſſimis fœdiſſimiſq; dominis, turpiſſima fœdiſſimaq; mancipia commiſit. Propterea abominabilis peccator, & *præuaricatores* nequiſſimi, ne ſe ſuo conſpectu atq; conſideratione excrucient, nunquam *redeunt ad ſuum cor*, neque conuertunt ad ſe oculos. quare ſi ſe aliquando aſpiciant, ſeipſos abominantur, & deteſtãtur, atq; agnoſcere dedignantur; ſicut Scriptum eſt Ierem. 31. *Poſtquam oſtendiſti mihi*, (id eſt, feciſti vt mihi eſſem exploratus & cognitus) *percuſſi femur meum.* id eſt, more gementium & dolentium comploſi manus, turpiſſimæ rei conſpectũ non ferens. Propterea cruciatum hunc minatur Deus impijs Nahum. 3. *Reuelabo pudenda tua in facie tua.* & Pſal. 49. *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* reticet verò quid *ſtatuendũ ante faciem* ſit. videlicet, *tu ipſe* abominabilis, vt tui ipſius conſpectus tibi ipſi ingens cruciatus exiſtat. illud tamen, *ſtatuere*, eſt in Hebræo militare verbum; proprie, ordinare, ordine diſponere, inſtar exercitus, aut aciei ordinatæ, ita vt ſingula peccata ſuo ordine diſpoſita, iuxta tẽpus, grauitatẽ, ſpecies ſuas, atq; iuxta alias patrati ſceleris circunſtantias, ſuo aſpectu terreant, excrucient, oppugnent; ita vt non poſſit impius oculos à re abominanda, & execrando ſcelere auertere, ſed *peccatum* ſuum *contra* illum ſit *ſemper.* Huc retulit Theodoretus id Rom. 2. cum dies iudicij appellatur, *dies reuelationis*; videlicet cum apertis oculis ſe contemplabitur quiſq;, quis ſit, quis fuerit. nunc enim cæco ſui amore proſequitur ſe *Abominabilis homo*, nec ſe horret & auerſatur; tunc verò execrabitur damnatus ſeipſum. De quo ſapienter ſcripſit Baſilius; *Forte grauior, quàm tenebræ, & ignis æternus, hic pudor erit, vt nunquam non ob oculos habeant ſcelerata vitæ veſtigia, tanquam immutabilis alicuius tincturæ.*

Tãdem cùm *abominabilis* dicitur *homo*, quem nemo auditu, viſu, congreſſu dignetur, videtur dici & eſſe excommunicatus, cuius familiaritatem vitare omnes debeant. ſic dixit Paulus. 1. Corinth. 16. *Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema.* nemini videlicèt non abominandus.

Inutilis homo. De propria ſignificatione verbi *Alãch*, nihil certi conſtat. pleriq; enim exiſtimant ſignificare putridum eſſe, aut fœtere, ita Rabbi Mardochai, quem ſequutus Pagninus in Theſauro vertit; *Putreſcet*, aut, *fœtebit.* Hebræus apud Caietanum vertit, *putridum.* Vatabl. *putridum & fœtidum.* Complutenſes *corruptum.* Regia, *grauè olentem*; Chaldæus, & Septuag. *immundum.* Pagninus in verſione, & Biblia Guarini, *contemptibilem.* & exiſtimat Pagninus & alij deduci per metatheſim litterarũ a *chala*, vnde dicitur ſpuma, vel *rubigo olla*, Ezechiel. 24. ſed cum hoc tantum loco inueniatur hæc vox, & Pſal. 13. & 52. vbi etiam vertitur *inutilis. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt*, potiùs fidem adhibebo Vulgato & Septuaginta. quam *inutilis* ſignificationem agnoſcunt etiam Complutenſes, & noſtra Tygurina; præſertim cùm res ipſæ connexæ ſint, nam quæ putrida, inutilia ſunt. & recte in hominem peccatorem cõuenit, qui inutilis eſt. quam rem Paulus etiam cum abominatione coniunxit ad Titum primo. *Cùm ſint* (inquit) *abominati, incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.* id eſt, inutiles, reprobandi, reijciendi, certo experimento minime probati, quorũ inutilitas explorata & comperta ſit, poſt exa-

men &

Pſal. 18. 4.

Eccleſ. 43. 2.

Abominabilis & abominari quid.

תעב

Pſal. 105. 39. 40.

v. 14.

2

Peccator ſibi ipſi abominandus.

Iſai. 46. 8.

Ierem. 31. 19.

Impius cruciatur ſuo ipſius aſpectu.

Nah. 3. 5.

Pſal. 49. 12.

Statuere, verbũ bellicum.

ערך

Pſal. 50. 5.

Theodor. ſuper Rom. 2. 5.

Baſilius Oration. 23. de Iudicio.

1. Cor. 16. 22.

3

Inutilis quid in Hebræo.

אלח

R. Mardoch.

Pagnin.

Caiet.

Vatabl.

Complut.

Regia.

Chald.

LXX.

אלה

Ezech. 24. 6.

Pſalm. 13. 3. & 52. 4.

Tygur.

Ad Tit. 1. 16.

men & probationem minimè fideles, vtileſue inuenti; quæ omnia affert Græca vox *adocimos*, qua etiam voce dicuntur Græcè, adulterium, numiſma, ſicut & Ierem. 6. dicitur; *Argentum* * *reprobum vocate eos.* è contrario verò dicitur. 2. ad Thimotheum. 2. *Si quis emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum.* nam mirum eſt, quàm ſit iuſtus ad omnem opportunitatem, & vtilitatem accommodatus; hæc autem peccatoris *inutilitas*, aut propter immunditiam aut propter cauſas alias ex ſolo infirmitatis nomine exprimitur Ezechiel. 15. *Quid fiet de ligno vitis &c.* & poſtquam nulli vſui accomodatum eſſe dicitur, igni tandem non inutile futurum eſſe, videlicet tanquam æterni ſupplicij, diuinæque iuſtitiæ aptam materiam. Deus ipſe teſtatur; *qui enim ſibi nequam eſt, cui alij vſui bonus erit?* quod amplificatur Pſalmo. 128. cùm neque igni commodus videtur aſſeri peccator, quia neque vri, calamitateſque pati patienter nouit; *Sicut fœnum tectorum, quod priuſquàm euellatur, exaruit, de quo non implebit manum ſuam, qui metet, & ſinum ſuum, qui manipulos colliget.* de huiuſmodi enim ſcriptum eſt, *Vt quid terram occupat?* videlicet arbor adeo inutilis, vt neque folia vmbræ alicuius proficuæ vſum præbeant: cum è contra iuſtus ſit arbor, cuius fructus, folia, flores omnino multas commoditates habeant. quale deſcribitur lignum illud, *quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.* Pſal. 1.

ἀδόκιμοι.
Ierem. 6. 30.
* Plata que no ſe dexa labrar para nada es buena.
2. Thim. 2. 21.
Ezech. 15. 2.
Peccator cætera inutilis, igni opportunus.
Eccleſ. 14. 5.
Pſal. 128. 6.
Luc. 13. 8.
Pſal. 1. 3.

Qui bibit, quaſi aquam, iniquitatem. Fortè hæc eſt *inutilitatis* ratio quædam; nam cùm homo, in eum finem conditus ſit, vt Deum creatorem coleret, qui longius à ſuo fine aberrat, fruſtra creatus videtur, vanus, inutilis; iuxta illam Philoſophi doctrinam, de fine, & vano, nimirum *accepiſſe in vano animam ſuam.* Sed fortè etiam aliam impiorum hominum deprauationem nunc ſignificat; quòd videlicèt ſicut in peccato natus, ita videatur homo peccandi aſſiduitate altus, & educatus. quam deprauatæ conſuetudinis & propenſionis ad malum, rationem, commode, ex *aqua, bibendique* ſimilitudine ducit. Primò enim *bibere*, afferre videtur vehementem quandam appetitionem ſitientis pectoris & ventriculi, & prauæ concupiſcentiæ ardorem, qui vix largiſſimo, & copioſiſſimo potu multorum ſcelerum reſtingui poſſit. neque abs re eſt, quod Empedocles exiſtimauit per ignem, qui res diuidit, litem, per aquam, quæ glutinandi, & continendi vim habet, amicitiam vehementem ſignificari. quæ profectò ardenti illi concupiſcentiæ affinis eſt. Quam peccandi inexplebilem ſitim, indicauit Paulus Epheſ. 4. dum de impijſſimis hominibus dicit, *Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam auaros,* enim appellauit auidos, ſitibundos, inexplebiles peccandi, auarorum inſtar, qui quò plus habent, plura ſitiunt.

Pſal. 23. 4.
Epheſ. 4. 19.
Auaritia ſitis inexplebilis.

5
Bibere aquã ad voluptatem.
Polychron.
Gregor.

Secundò etiam bibendi appellatione voluptas quædam, & ſitis refrigerium ſignificatur. quare Polychronius hoc dici exiſtimat propter eos, qui ſpóte peccant, nulla re aduerſa aut neceſſitate coacti, &, vt Gregorius ait, *qui bibit*, facile tranſmittit potum, nõ enim neceſſe eſt commandere dentibus; ideo *bibere*, affert peccandi promptitudinem, & facilitatem: ſine mora, ſine impedimento. Quæ res ſub impetu quodam, & celeritate equi præcipitis explicatur Ieremiæ. 8. *Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum, ſicut equus impetu vadens ad prælium.* quem in medio curſus incitatiſſimi, nulla vis aut ars retardare poſſit.

Peccandi prõptitudo, nunquam retardata.
Ierem. 6. 8.

Ex ratione autem *aquæ*, quæ facilè parabilis eſt, cùm vinum valde pretioſum ſit, illa etiam peccandi facilitas cõſiderari poteſt, quòd peccator & Deum offendat, atque ſe ipſum diuendat nulla pretioſiſſimæ rei iacturæ conſideratione, & ratione habita, ſicut Prouerb. 10. dicitur, *Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus,* & Pſalm. 49. *Sedens* (quaſi per incuriam, & per otium, quaſi nihil agens,) *aduerſus fratrem tuum loquebaris.* quod Prouerb. 18. dicitur; *Impius, cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit.*

6
Aqua rei facile parabilis ſymbolum.
Prou. 10. 23.
Pſal. 49. 20.
Prouerb. 18. 3.

Sed præterea ſignificatur, praua quædam peccandi conſuetudo, quæ etiam ſine voluptate hominem rapiat, conijciatque in multa ſcelera; nam propter voluptatẽ dictum eſt Prouerb. 4. *vinum iniquitatis bibunt.* cæterum in *aqua* nihil ineſt dulcedinis, ſapor nullus. eò enim improbitatis & corruptiſſimæ conſuetudinis euadit aliquando impius, vt vel ſolo peccati, & impietatis nomine, nulla præterea mercede propoſita, peccato inſeruiat. quod noſter ille breuiter, æquè ac ſignificanter expreſſit;

Que ſi es peccar virtud fuera,
No peccara por peccar.

7
Conſuetudo praua etiam ſine peccuniari voluptate.
Prouer. 4. 17.

Huiuſmodi proiectiſſimis peccatoribus ait Ieremias; *Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à ſiti.* nam in via peccatorum currendi ſtudio, & contentione, ſiti & ardore pene enecabantur, & exulcerabantur pedibus, totiq; manabant ſanguine, reſpondebant verò illi nihilo meliores facti; *Deſperaui, nequaquam faciam; adamaui quippe alienos, & poſt eos ambulabo.*

Impius ad omne ſcelus proiectus.
Iere. 2. 25.

Tandem aquæ potione ſignificari poteſt ingens quoddam & immedicabile malum, quod peccato, velut venenata potione ſuis ipſe viſceribus infert impius, ſicut ſcriptum eſt, *Intrauit ſicut aqua in interiora eius.* cũ igitur ex hac parte aquæ aſſimiletur, at ex eo vini perſimile peccatum eſt, quod primo aſpectu inſtar vini *ſplendeat in vitro, & flaueſcat color eius*; atque odore & dulcedine demulceat ſenſum; poſtea *mordebit vt coluber*; id eſt, velut viperinum venenum, *& ſicut regulus venena diffundet.* Rectè igitur his omnibus de cauſis dictum eſt, *Bibit iniquitatem, ſicut aquam.* & fortè quidem copiam & abundantiã, *bibendi* etiam appellatio affert, cùm ſe homo bibẽdo implet, & ingurgitat peccatis. de quo dicemus iterum inferius cap. 34.

8
Aqua malũ intimum.
Pſalm. 108. 18
Prouerb. 23. 31

XVII. Oſtendam tibi, audi me: quod vidi, narrabo tibi.

1 *Oſtendere quid propriè. Videre ad reuelationem referri.*
2 *Sapientes ſuam ſapientiam non ſibi arrogant, ſed ad alios magiſtros referunt. Pater pro magiſtro, explicatur Moyſes.*

3 *Principes ſua ſapientia & experimentis proſunt ſubditis. explicatis Salomon & Dauid.*

4 *Dari principem à Deo, frequens Scripturæ phraſis. Alienum in ſacro ſermone pro infideli, & ethnico, deinde etiam pro hoſte & inimico. Peregrinus apud ſacros, & prophanos, pro inimico. Illuſtrati. Dauid. Iſai. Salom. Peregrina pro meretrice.*

5 *Tranſire, aut pertranſire habitum eſt, vincentis, & debellantis.*

3 D. Thom.

HInc incipit ſecũda huius capitis pars, in qua, vt Iobum vellicet, de impiorũ ſupplicio diſſerit. *Oſtendam tibi.* Diu. Thom. ſupplendum exiſtimat; ea quæ tu ſcire cupiebas, cùm Deum de cauſis tuarum ęrumnarum, percontareris. Dionyſ. *oſtendam tibi* tuum errorem. ſed proculdubio referendum eſt ad id, quod ſequitur; *Oſtendam*, propriè, annuntiabo, declarabo, illuminabo, cæcutienti tibi, & in maximis tenebris verſanti, veriſſimæ doctrinæ lumen præferam: interim attentum te, & patiẽti animo obiurgationem meritiſſimã audire volo. *Quod vidi*; quod aſſidua contemplatione, & experimento comperi. Caietanus indicare videtur illam eãdem capitis. 4. reuelationem, nunc repetere, aut verò perſequi, ſed mihi non diſplicet aliquam aliam reuelationem nunc proferre. cõtonatq; verbum *videndi*, quod illud ipſum eſt, à quo prophetę dicuntur *vidẽtes*. quamquam Græci & alij ad doctrinam ab alijs ſenioribus ſapientioribuſq; acceptam pertinere exiſtimant, propter ſequentem ſententiam.

Dionyſ. Oſtendere quid propriè חוה

Caietan. חזה Videre ad reuelationem.

XVIII. Sapientes confitentur, & non abſcondunt patres ſuos.

2 Communis expoſitio.

QVod ipſe viderit, multorum ſapientum teſtimonio comprobatum aſſerit, qui etiam parentum ſuorum teſtimonium ad eiuſdem rei confirmationem adducunt. ita ferè omnes Latini, & Græci. Sed fortè hæc de ſeipſo dicit Eliphaz; Ego (inquit) vidi, ab alio doctore accepi, non ego ex meo cerebro fingo; non enim eſt ſapientum nouorum dogmatum ſeipſos auctores inuentoreſq; conſtituere; ſed potiùs ingenuè, & ſubmiſſè quæ ab alijs acceperint, confiteri, & *patres*, magiſtroſq; ſuos, per quos in ſapientia profecerint, libenter producere, & nominare. Cum quo ſenſu non incommodè necti poteſt ſequens ſententia. Ideo nobis, videlicèt, ſubmiſſius, & iuxta ſapientiæ præceptum nos gerentibus, *data eſt terra*, quam poſſidemus nullis prædonum incurſionibus infeſtatam &c.

Sapientes ſuam ſapientiam ad alios magiſtros referunt.

Hic vides iterum *patris* nomẽ, pro magiſtro. quo nomine Ioſeph dixit ſe *Patrem Pharaonis*. vt qui illum de diuinis inſtrueret, atq; in agendo moderaretur, non ſecus ac pater filiũ, Gen. 45.

Pater pro magiſtro. Geneſ. 45. 8.

XIX. Quibus ſolis data eſt terra, & non tranſibit alienus per eos.

3

HAec, inquam, eſt ſapientũ doctrina à clariſſimis illis ſanctiſſimiſq; viris accepta qui res publicas moderabantur, & in ſumma pace atque tranquillitate continebant; proptereaque potuerunt experimentum capere de aliorum tyrannorũ infælici exitu, ſupplicioq; diuino, præſertim cùm ſe viderent Dei beneficio, rerum ſuarum in ſumma ſecuritate atque tranquillitate potitos. quare Regum, & publicorum magiſtratuum experimentũ hoc, vt quod veriſſimum & reliquis valde ſalutare futurum ſit, ſumma veneratione excipiendum eſt. Non aliter profectò Salomon omnia bonorum genera expertus, experimento, ſapientiaq; ſua, tum Regibus alijs, tum vulgo & multitudini conſulere voluit; *Ego Eccleſiaſtes fui rex in Ieruſalem, & propoſui in animo meo, quærere, & inueſtigare ſapienter de omnibus.* & deinde; *Vidi cuncta, quæ fiunt ſub ſole.* id eſt, expertus ſum, nam ſuo experimento & oculis prodeſſe nobis cupiebat; vti dicebat Dauid Pſalm. 31. diuinam prouidentiam & rationem agendi cum mortalibus expertus; *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris;* * *firmabo ſuper te oculos meos.* id eſt commodatò tibi dabo meos ipſos oculos, ne in via offendas.

Principes ſua ſapientia proſunt ſubditis

Eccl. 1. 13. 14.

Pſal. 31. 8.

*Preſtarete mis ojos y mi deſengano, para q veas por donde vas.

Data eſt terra. Permiſſa, conceſſa, tradita tanquam moderatoribus. nam verbum *Nathan*, ſignificat aliquando dare aliquid alicui tanquam præpoſito, aut aliquem in aliqua re conſtituere & ponere, principem & præfectum. vt inde diſcamus principes & magiſtratus optimos dari à Deo, pro ingenti dono, & beneficio. atque adeo *omnem poteſtatem eſſe à Deo.* vnde Geneſ. 41. dicitur ab hac radice; *Præpoſitum eſſe ſuper vniuerſa terra Aegypti.* & Numer. 14. *Conſtituamus* (Hebraicè, *demus*, ponamus) *nobis ducem.* 3. Reg. 16. *Poſui te ducem.* Hebraicè, & Septuaginta, *Dedi.* & 3. Regum. 11. *Et terram delegauit.* Hebraicè, *Terram dedit ei.* id eſt, præfecit cuidam regioni. ſimiliter hoc loco, *quibus terra data eſt*, id eſt, qui præfecti ſunt terræ, populis, regionibus.

4 נתן Dari, ad principes, & magiſtratus refert.

Geneſ. 41. 34.

3. Reg. 16. 2.

3. Reg. 11. 18.

Et non tranſibit alienus per eos. Valde durum, quod Eugubinus contendit, hoc pertinere ad illam ſapientum doctrinam, cui nemo contradicere audebat, nemo illam contemnere, aut conculcare. ſimplex igitur & germanum, vt optimorum principum circumlocutio ſit, quorum optima adminiſtratio reipublicas ſuas tuebatur, omnemque hoſtium iniuriam propulſabat.

5 Eugubi.*

Alienus. Externus, inimicus. Sed vt conſtare poſſit, quòd *alienus* hoſtem ſignificat, obſeruandum eſt, quod Dei quidem populus, & qui ex genere Abraham erant, cæteras alias nationes alienas & peregrinas vocabant, id eſt, ſicut ſui ſanguinis, ita ſuæ religionis exortes Pſalmo. 57. *Alienati ſunt peccatores à vulua.* id eſt, quaſi alieni addicti ſunt alteri religioni, & peregrina numina colunt. Iſaiæ. 1. *Dereliquerunt Sanctum Iſraël,* * *abalienati ſunt retrorſum.* quaſi non eſſet. *Deus de longè*, & à ſuis patribus agnitus, *ſed Deus de prope*, id eſt, cum quo non interceſſiſſet diuturna familiaritas, ſed recens eſſet viſus, recenſque auditus, nunquam antea cognitus.

Alienus pro hoſte & infideli.

Pſal. 57. 4.

Iſai. 1. 4.

*Como q no fuera el Dios conocido de ſus padres, ſe eſtrañaron del, y ſe fuerõ a otros eſtrã nos.

Et quia omnes alieni & exteri inuiſum exoſumque habebant populum Dei, vt qui ab illorum viuendi ratione longe recederet (ſer-

uum enim

uum enim Dei perſequuntur impij omnes) ideo *alienus* aut, *alienigena* pro hoſte vſurpatur (nam bella ciuilia, & quæ contra exteros, & alienos non ſunt, contra naturam eſſe videntur; non enim *domeſtici* hoſtes eſſe debent, ſed externi, alieni, ſicut Scriptum eſt,
Luc. 21. 31.
Surget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum. id eſt, aduerſus aliam exteram nationem.
Iſai. 1. 7.
Iſai. 1. *Terram veſtram coram vobis alieni* (hoſtes) *deuorant.*
Pſal. 35. 5.
Pſalm. 53. *Quoniam alieni* (familiares Saul hoſtili animo & barbarorum more) *inſurrexerunt aduerſum me.*
Pſal. 143. 7.
Pſalm. 143. *Erue me de manu filiorum alienorum.* id eſt, meorum inimicorum, quorum viuendi inſtitutum longe a meis moribus abhorret. ſic etiam Latinus ait, alieno animo eſſe, vel alienũ, alienatumue ab aliquo, pro eo quod eſt, minime amicum.
Varro. de Orig. verb.
& Varro quidem de verborum origine ſcribit,
Peregrinus pro hoſte.
Peregrinum (qui idem eſt cum alieno) dici, quem quondam perduellem dicebant, id eſt, hoſtem, idemque docuit Cicero,
Cicer. lib. 1. offic.
Hoſtis (inquit) *apud maiores noſtros, quem nunc peregrinum dicimus.* Quare cum Salomon Prouerb. 5. meretricem appellat *alienam, alteramue,* fortè veræ amicitiæ, verique amoris rationem meretrici denegare videtur, & veriſſimã potiùs inimicam eſſe docet.
Prouerb. 5. 20
Quare (inquit) *ſeduceris fili mi ab aliena? & foueberis in ſinu alterius?* quã etiam antea inimicam & crudelem dixerat; illis verbis
v. 5.
Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui ſint in domo aliena.
Peregrina pro meretrice.
Latinus certe, *peregrinam* pro meretrice vſurpat, vt obſeruauit Donatus, ad id Terentij in Andria,
Donatus.
Adeon eſt demens ex peregrina ſed huius appellationis alia fortè ratio eſt. Vides igitur abunde confirmatam illam *alieni* pro hoſte & inimico appellationem.

6
Tranſire, hoſtis debellantis eſt.
Tranſire autẽ, aut pertranſire habitus eſt hoſtis incurrentis, excurrentis, proculcantis, depopulantis regioné aliquã
Iſai. 52. 1.
Iſai. 52. *Non adijciet, vt pertranſeat per te incircumciſus.* externus, alienus
Nahum. 1. 15.
& Nahum. 1. *Non adijciet vltra, vt pertranſeat in te Belial.* id eſt, alienus à communi noſtræ religionis iugo, & lege, exlex, alienus; Quare cùm legem dicitur Deus
Prouerb. 8. 29
poſuiſſe aquis, ne tranſirent fines ſuos, hoſtium ſæuiſſimorum inſtar, illas, continuiſſe videtur, ne exundantes, excurſioneſque facientes, terram depopularentur.

XX. Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit: & numerus annorum incertus eſt tyrannidis eius.

HAEC ſunt ſapientiſſima illa dogmata tot præuijs laudibus exſpectata, & celebrata.
Iſai. 57. 20.
Impius, impiè, & inique agẽs, inquietus, ſeditioſus, tum in ſuo corde ſicut *mare feruens, quod quieſcere non poteſt*, tum alios ſeditione tumultuque & tragœdijs excitatis infeſtans, & cõturbans; à verbo,
רשע
Raſagh, quod eſt inquietum, aut ſeditioſum eſſe. Quod autem dicitur, *ſuperbit*, non conſtat an ea ſit propria ſignificatio verbi,
חול
Kul; nam Complutenſes quindecim ſignificationes illi tribuunt, Pagninus ſeptem, Rab. Mardochai, quinque aut ſex. ſed attentis & expenſis omnibus locis in quibus reperitur,
Complut. Pagnin. R. Mardoch.

videtur propriè ſignificare dolorem aut cruciatum, languorem, pauorem, animiuè commotionem aliquam, quæ ex ſubiecta materia moderationem, & ſpeciem peculiarem accipit; vt vel ſignificet dolorem parturientium; vel ementis, & molientis facinus aliquod. vel ſollicitudinem, & moleſtiſſimam anxietatem deſiderantis rem quampiam; aut cruciatum & pœnam hominis excipientis, & ſuſtinentis incurſum, impetumue alterius, timentiſue hoſtem, aut ruinam. quare frequenter vertitur a noſtro interprete *parturire, dolere, contremiſcere, commoueri, expectare, venire, tremere.* Hinc orta eſt iucundiſſima lectionum varietas.
LXX.
Septuaginta; *Omnis vita impij in ſolicitudine.*
Aquil.
Aquilas; *in dolore*
Caiet. Hebræ.
Hebræus apud Caietanũ; *impius dolens.*
Regia.
Regia; *Se excruciat.* alij; *Sibi ipſi dolori, & cruciatui eſt.*
Pagnin.
Pagninus; *dolet, vt parturiens.*
Tygur.
& Tygurina per paraphraſim, *omni tempore ſibi accerſit dolores parturientis fœminæ*: cum quo id facit
Pſal. 10. 5.
Pſalm. 10. quod ab eadem radice dicitur; *Inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore;*
Hieronym.
Hieronymus iuxta fontem; *Parturiunt viæ illius in omni tempore.* id eſt, quicquid agat, & enitatur, ſemper dolet, ſollicitudine conficitur, deſiderijs æſtuat, timoribus cruciatur, denique inter ſpem metumque nunquam non angitur. quare cum impio multa deſideranti, multa expectanti, multa timenti dictum eſt, vt animæ pedes, & affectiones contineat,
Ierem. 2. 25.
Prohibe pedem tuum à nuditate; quid nudis pedibus premere, & calcare cogatur, docet Sapiens
Prouer. 22. 5.
Prouerb. 22. *Arma, & gladij in via peruerſi.*
LXX.
Septuaginta; *Tribuli, & laquei in vijs peruerſis.* vt neceſſe ſit intimis animi affectionibus, & cordis ſenſu pungi, configi, dolere, excruciari. quod idem Sapiens
Prouerb. 15. 19
Prouerb. 15. eleganti alia tranſlatione expreſſerat; *Iter pigrorum, quaſi ſepes ſpinarum.* ſemper enim obuias habent difficultates ſpinis obſitas, quas cum ſummo dolore, atque diſcrimine tranſilire, & pretergredi compelluntur, ſi votorum ſuorum compotes eſſe velint, ergo inquit Eliphaz; Quamuis impius videatur fœlix, ſed illa fœlicitas ementita & fucata eſt, potiùs aſſiduus animi dolor, & cruciatus. Sed Vulgatus interpres videtur hunc dolorem, & animi commotionem accepiſſe actiue pro eo dolore, & cruciatu, quem ſæuus, inſolenſque tyrannus infirmioribus hominibus per ſummam violentiam infert, ideo
Pſal. 9. 23.
ſuperbientem impium hoc loco ad rem totam illuminandam interpres dixit; nam *dum ſuperbit impius* (id eſt, dum ſuperbus viuit, dum inſolenter, & iniquè agit) *incenditur*, (vritur, dolet, cruciatur,) *pauper*, neque ſine exemplo id facit interpres, nam
Chald. Symmach.
Chaldæus, atque Symmachus legunt, *efferetur arrogantia.*
Theodot.
Theodotio autem, quam noſter dixit, *ſuperbiam*, ad vanitatem quandam, & inanem faſtum retulit; *Impius fruſtratur*, euaneſcit; *ſuperbus*, ſed concidunt; deficiunt, pereunt ſtatim illius conatus, quod non poteſt illi nõ ſummum animi dolorem, atq; moleſtiam incredibilem afferre. & hac forte ratione *ſuperbire*, pro dolere, cruciari, & parturire dictum eſt;
Superbire producere, & cruciari.
quòd ſuperbus, & ambitioſus tyrann' magna ſemper ambiat, & difficili deſideriorum multorum ſemper partu laboret, multa moliens, & eni-

tens,nihil verò perficiens, proficienſue.commodè præterea *impius ſuperbire* dicitur,quod ſuperbiæ,omnis generis impietas comes eſſe ſoleat,quare vt ſummam impiorum improbitatém ſignificaret, *ſuperbiam* nominauit: vnde Diabolus,per excellentiam vocari ſolet *peccator*,ſeu,quod idem eſt,*ſuperbus*.Pſalm.35.*Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me. ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem.* *Pes*, inquam *ſuperbiæ*,quod ſuperbia ſit viæ dux,quem cætera vitia ſequuntur, & cuius veſtigijs inſiſtunt; vel, *pes ſuperbiæ*, id eſt, ſuperbiſſimi dæmonis, nam ille me, inquit Dauid, tum pedibus,tum manibus pertrahet in extremum culpæ ſupplicijque æterni præcipitium, *vbi ceciderunt* omnes, *qui operantur iniquitatem*. quaſi omnibus impijs hoc ſit commune vitium *ſuperbire*, & aduerſus Deum, & homines inſoleſcere. Quare illa eſt impiorum, ſero licèt ſapientum, communis, & vna vox; *Quid nobis profuit ſuperbia?*

Pſal.35.12.13.

Sap.5.8.

Et numerus annorum incertus eſt tyrannidis eius in Hebræo ad verbum; *Numerus annorum abſconditus ſunt tyranno. Charits*, quam vocem noſter interpres inferiùs cap.27.reddit *Violentum*, Ezechiel. 35.*Crudeliſſimum*; Iſai.25.*Robuſtum*;at Septuagint. Pſalm.5.*Potentem*, Pſalm.53. *Fortem*, cùm hoc ergo loco redditur *tyrannum*, aut *tyrannus*,de fortitudine,& poteſtate ſermo eſt, quæ in regia dignitate reſidet; nõ enim ſemper *tyranni* appellatio malè audiuit; vt enim Trogus dixit, Reges quondam ob fortitudinẽ *tyranni* dicti ſunt. ſed,quod vero ſimilius eſt,cùm de impijs agat, *tyrannidem* in malum accipit,cum frequentiori huius nominis apud Latinos vſu, pro ſæua & crudeli dominatione,quæ non certis,& æquis legibus, ſed iniqua vi, & libidine dominetur. Intelligit autem Caietanus hanc ſententiam de violenta morte,qua ferè ſemper potentiſſimi,& immaniſſimi quique tyranni male pereunt.Sed non eſt opus ad mortem ipſam referre,cũ ſola mortis memoria, & aſſiduus timor, atque illa ignoratio,& incertitudo vitę annorum, potens ſit fœliciſſimum quemque atque potẽtiſſimum excruciare, vt Eccleſiaſticus indicauit cap.40.*Cogitationes eorum, & timores cordis, adinuentio exſpectationis, & dies finitionis.* & cap.41. *O mors, quàm amara eſt memoria tua* (ſola recordatio & formido omnẽ vitæ dulcedinem diluit & corrumpit) *homini pacem habenti in ſubſtantijs ſuis, viro quieto, & cuius viæ directæ ſunt in omnibus, & adhuc valenti capere cibum?* Fortè etiam non tam de morte, quàm de dominãdi poteſtate ſermo eſt; Neſcit quamdiu duratura ſit eius dominatio &poteſtas; quod indicauit Catenę auctor, exiſtimans his verbis Iobum ab Eliphaz perſtringi, qui breui fælicitate potitus, ad ærumnas poſtea deuolutus eſt.

Tex. Hebr. עריץ

Iob.27.13.
Ezech.31.12.
Iſai.25.3.
Pſal.53.5.

Tyrannus, non ſemper malè audit.

Trogus.

Eccleſ.40.2.

Eccleſ.41.1.

Nicetas.

Cùm autem dicitur, *incertus numerus annorum tyranni*, indicatur eſſe ingentis ſtultitiæ genus *tyrannidem* exercere, cum neſcias quamdiu tibi viuendum ſit; nam ſi ſeruus vigilet, exſpectetque dominum, nihil habet cur timere debeat; at *ſi dixerit malus ſeruus in corde ſuo, Moram facit Dominus meus venire; & cœperit percutere conſeruos ſuos, manducet autem, & bibat cum ebrioſis, veniet dominus ſerui illius,in die qua non ſperat, & hora, qua ignorat, & diuidet eum* &c. Dicuntur præterea *incerti anni*, propriè,celati, & abſconditi,quaſi res pretioſa,& Theſauro digna. quis enim ignoret pretioſum eſſe vitę tempus,& dies ſingulos ex ſuo theſauro Deum proferre,nobiſq́, pro ingenti vnumquemq; beneficio, conferre? nam non annos,& dies ſolùm, ſed horas etiam atque momenta ille *poſuit in ſua poteſtate*.

Matt.24.à 48
Luc.12.38.39.
Marc.13.à.22.

Act.1.7.

XXI. Sonitus terroris ſemper in auribus illius: & cùm pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur.

1 *Perturbatæ conſcientiæ terrores. Sonitus denotat proximo.*
2 *Impius omnia in deteriùs accipit.*
3 *Concentus harmonicus eſt impio, ſonitus terroris. Sonum terrifico iuſſit minime laedi. Illuſtrata Sapiẽtia.*
4 *Mala impiorum ſecuritas & repentinum interitus. Explicata Sapientia.*
5 *Impiorum externa pax,interna formido.*
6 *Impiorum cordis ſtupor. illuſtratus Salomon.*
7 *Impius ſemper hoſtem timet, Tyrannus præſertim.*

PErturbatæ cõſcientię terrores commemorat.in Hebræo, *ſonitum terrorum*, vt numerus multitudinis ſignificationẽ augeat.id eſt, *ſonitum maximè terrificum*, vel portendẽs terribilia mala, & impendentia diſcrimina. nomen autem, *ſonitus*, timorem affert, nam cùm timor de re abſenti ſit, quanto vicinius malum eſt, tantò maiorem timorem inijcit; tunc autem proximum eſt, cùm *ſonitus* aduentantis & perſtrepentis auditur; tunc timor etiam ſummus. ſimilis eſt formidinis amplificatio apud Ieremiam; *Non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea.* & cum Nahum magnam illam aduentantium hoſtium formidinem deſcribit, & valde vicinam ſuorum ciuium ſtragem prædicit; *Vox flagelli, & vox impetus rotæ*; ſimile eſt illud.

1
Perturbatæ conſcientiæ terrores.

Sonitus,malum proximum ſignificat.

Ierem.4.19.

Nahum.3.2.

Fallor,an arma ſonant,non fallor,arma ſonabant.

Vicinum malum ſignificat, & vim timoris ingentem.ſimiliter itaque, *ſonitus terroris*, terrificus, ſemper *in auribus impij*; id eſt,ſemper timet, exſpectatque timidus vicinum, imminenſque malum.

Præterea etiam impius timorem habet aſſiduum in auribus commorantem; nam quidquid audit, malignè & in perniciem ſuam interpretatur; & quæ ſunt veriſſima amicorum monita,& ſalutaria conſilia,exiſtimat eſſe machinaméta, & dolos, ad ſuum interitum comparata; & cùm ipſe omnes decipere ſtudeat, ab omnibus ſibi verba dari credit. ſic ille habet pauidas & formidoloſas aures.

2
Impius omnia in deteriùs interpretatur.

Tum etiam quod alijs concentus muſicus, & murmur ſuauiſſimum eſſe ſolet,quod aures, animumque demulceat, impijs tamen terror & formido eſt. nam quem non recreet leuis auræ commotio, & per ſtrepitum foliorum mollis illa, quam lenior ventus efficit, colliſio, murmurue præterlabentis riuuli? at impios *terrebit ſonitus folij volantis*, & ita fugient, quaſi gladium.Sic Sapien.17.de Aegyptijs; *Siue ſpiritus ſibilans, aut inter ſpiſſos arborum ramos auium*

3
Harmonicus ſonitus fit impio ſonitus terroris.

Leui.26.

Sap.17.19.20

ſonus ſua-

LXX.

ſonus ſuauis, aut vis aquæ decurrentis nimium (Septua. *aut vehemens aqua*) *aut ſonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludentium animalium curſus inuiſus, aut mugientium valida beſtiarum vox, aut reſonans de altiſsimis montibus echo: deficientes faciebāt illos præ timore.* Semper igitur in illorum *auribus terroris ſonitus.*

Abac.3.2.

Iuſtis vero etiam ſubditus *de cælo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis*, non ſolùm timorem non facit, verùm incredibilem lætitiam affert. exemplum videas in Madianitis, Iudic. 7. cum ad buccinarum clangorem; & lagenarũ complosionem Madianitarum caſtra turbata ſunt, & in Syris 4.Reg.7. *Dominus ſonitum audiri fecerat in caſtris, &c.*

Iud.7.a.v.20

4.Reg.7.6.

4

Et cùm pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur. Præcedentis partis expoſitio videtur, ſiue potiùs amplificatio cuiuſdam malæ impiorum ſecuritatis. In Hebræo, *In pace prædo, aut vaſtator veniet ei*, id eſt, ſi contingat impiũ nihil timere, ſeu ſecurè agere, illud tunc peius, quòd ſubitò tunc & inopinatò opprimetur. Paulò clarius legerũt Septuag. *Cum putauerit ſe eſſe iam in pace, veniet eius ſubuerſio*, id eſt, cùm aduerſius ea quæ timebat, multa ſolicitudine ſe præmunierit & comparauerit, atque certò exiſtimet res iam ſuas omnes in tuto eſſe, audiet terrificam vocem; *Stulte hac nocte.* Res quidẽ multis ſacris oraculis confirmata; *Dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet. cùm enim dixerint, pax & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, & non effugient.* Huius rei imago fuit ſtrages illa primogenitorum in ſumma noctis ſecuritate & ſilentio, Sap.18. *Cùm enim quietum ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet omnipotens ſermo tuus* (iuſſio, verbum vindicans & puniens) *de cælo à regalibus ſedibus* * *durus debellator, in mediam exterminij terram proſiliuit, gladius acutus inſimulatum imperium portans* (ſermo inquã ille iam non amplius viurus diſſimulatione, & tarditate, ſed ſupplicium præſentiſſimum inflicturus) *& ſtans repleuit omnia morte.*

Text.Hebr.
Mala impiorũ ſecuritas.
LXX.

Luc.12.20.

1.Theſ.5.2.
1.Pet.3.10.
Apoc. 3. 3. & c.16. v.15.

Sap.18.14.15.

* Afuer de buen capitã dio à media noche ſobre ſus enemigos al hilo del mayor deſcuydo.

5

Quæ impiorum pax, quę itẽ formido.

Sed rogas, quanam ratione cohæreat, vt improbus in pace ſit, cùm terroris & hoſtium ſonitus ſemper ad illius aures perſonet, & cùm *impijs non ſit pax?* Iſa.48. & 57. Reſponderi poteſt, quod ad externa attinet, *in pace ſunt, ea quæ poſſident*, nemine illi, aut inſidiante, aut contradicente, & vt Eccleſiaſt. ait: *pacem habet in ſubſtantijs*, etiam à forenſi tumultu ſecurus, & liber. Quis enim potentiſſimis iſtis hominibus, quamuis raptores & prædones ſint, litẽ intendere, & diem dicere audeat? atque hanc incredibilem rerum omnium abundantiam, & pacem mirabatur aliquando Regius vates, Pſal. 72. *Pacem peccatorum videns.* Cæterùm, quod ad internum animi ſenſum attinet, ſemper illi inſidias ſuſpicantur.

Iſa.48.22.& 57. v.1.
Luc.11.21.
Eccleſ.41.1.

Pſ.72.a.v.1. vſque ad 13.

6

Impiorum cordis ſtupor

Adde etiam aliquando impios eò ſtupiditatis deuenire, & tam graui veterno ſopitos eſſe, vt neque has cordis pulſationes animaduertere velint; moribundis hominibus ſimiles; quos cum pleuritis, aut acerbiſſimus alius dolor vexarit, ſed iam rupto apoſtemate, aut ſtupente corpore, ſenſum amittunt, atque putant, ſe in ſumma pace & ſecuritate valetudinis iam eſſe; cum tamen remittente ſenſu, vitam quoque deficere neceſſe ſit. Eleganti ſane comparatione rem hanc ex Prou.23. intelligere poſſumus: nam ebrius homo ſi gubernator nauis ſit, cum in ſummo periculo verſetur, & ipſe ſuaq; omnia pedum eant, altiſſimo tamen ſomno, & rerum obliuione immerſus iacet; impius itaque *erit, ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo, & dicet; Verberauerunt me, ſed non dolui, traxerunt me, & ego non ſenſi; quando euigilabo, & rurſus vina reperiam?* Impios aliquando quietos & tranquillos appellari in ſacris alias diximus, ſed corripit tamen illos ſubitus *terroris ſonitus.*

Pro.23.34.35.

7.

Impius ſemper noſtem timet

Vulgatus tamen interpres ſapienter ſententiam hanc & metum prædonis, aut vaſtatoris retulit ad illos cõſcientiæ terrores, & inſidiarũ ſuſpicionem, de quibus antea dixerat, quod tum, cum *perturbata conſcientia*, tum etiam cum alijs ſcripturę locis conuenire videret, hac ratione; *In pace*, id eſt, cum nemo illi malum moliatur, *prædo veniet ei*, id eſt, prædonũ aduentum & impetum timet, & *inſidias*, vaſtatoris *ſuſpicatur*, & *fugit*, vt Sapiens ait: *nemine perſequente; iuſtus autem quaſi leo confidens, abſque terrore erit.* Quã iuſti firmam, impauidamq́ue conſtantis animi faciem multis teſtimonijs ſacræ literæ confirmant, Prouer 2. verſ.21. Pſal.1. v.3. Iſa. 11. v.7. Baruch 3. v.3. Hinc illud; *Arma & gladij in via peruerſi.* nam *cum in pace ſit*, armatos hoſtes, & bellicas *inſidias ſuſpicatur.* Hos malæ conſcientiæ terrores pulchre deſcripſit Cicero, & pro Roſcio eleganter ait: *Reges, atque tyrannos, qui alijs legibus & iudicijs non tenentur, naturæ tamen lege & conſcientiæ iudicio vexari & torqueri.* Nam & alius dixit: *Nemo ſe iudice nocens abſoluitur.* Sapienter hac de re ſcripſit Seneca. *Tutum* (inquit) *aliqua res in mala conſcientia præſtat; nulla ſecurum. nocens habuit aliquando latendi fortunam: nunquam fiduciam. inter ſomnos mouetur; & quoties alienum ſcelus loquitur, de ſe cogitat. dat pœnas, quiſquis exſpectat.* Quæ præſertim res in eos conuenit, qui alijs nocuerunt. nam vt idem Seneca dixit: *Impius tantum metuit, quantum nocet.* Hac de re vide in Plutarcho de ſera numinis vindicta Beſſi exemplum, cui hirundines illius ſcelus prodere videbantur & audiebantur. Et quidem Vulgatum illud prouerbium eſt, *Fures clamore.* Solus Chaldæus aliter locum hunc accepit de pace ſanctorum, & æternis impiorum cruciatibus; *Quando* (inquit) *iuſti habitabunt in pace in vita æterna, vaſtatio veniet ei.*

Sap.17.11.

Prou.28.1.

Prou.26.5.

Cic.lib.1.& 2. de finibus, & pro Roſcio.

Senec. epiſtol. 97.& 105.

Plutar. de ſera numinis vindicta.

Chalda.

XXII. Nõ credit, quod reuerti poſſit de tenebris ad lucem; circumſpectans vndique gladium.

1 *Impius in aduerſis non habet ſubleuantem ſe. Iuſtus fidens de diuina ope. illuſtrati Dauid, & Salomon.*

2 *Impius abijcit ſpem melioris conditionis, & mutandæ mentis.*

3 *Quid circumſpectare in Hebræo. Gladius hoſtiles inſidiæ. Quid gladium videre, vel à gladio prævidere.*

1 Gregor. QVod ad lectionem attinet, in Hebræo & Græco, non eſt *lux*, neque in pleriſque Vulgatis. Gregor. tamen, & alij codices, atq; Vaticanus nouiſſime illam habent: & videtur addita claritatis gratia, cùm ſenſum nihil mutet, ſed tantù illuminet. Hebræus autem apud Caietan. ſic legit: *Non credet plus ab obſcuritate*, id eſt, cum iam ſe exiſtimauerit tutum, atque liberum à tenebris diſcriminum, in mortem, & in gladium incurret. Neſcio itaq; cur verbum *reuertendi*, quod in Hebræo & Græco eſt, expunxerit; nam ſic ex verbo legitur; *Non credit reuerti de tenebris*, id eſt, cùm omni & Dei, & amicorũ præſidio deſtitutum ſe videat, ſi forte ruat in tenebras, ſibi ſuiſque rebus adeo diffidit, vt de reditu ad lucem, melioremque ſtatum deſperet. ideo valde ſollicitus, anxiuſque viuit, & curat, ne vnquam alicuius ope ſibi opus habeat. Propterea Dauid Pſal. 54. pium iuſtumq; virum ſecurè agere, omni ſui cura & ſolicitudine depoſita iubet; *Iacta ſuper dominum* (id eſt, poteris tanquam infantulus, qui neque ſe, neque ſua curat, vni ſuorum parentũ curæ commiſſus, ſecurè & tranquille viuere) *& non dabit in æternum fluctuationem iuſto*, id eſt, trade etiam tuæ puppis clauũ gubernatori Deo; ille enim è maris, procellarumq; omniũ diſcriminibus, incolumem te perducet in littus; nam illius *Sapientia, per contemptibile lignum, iuſtum gubernat*, vt Sapiẽtia ipſa, cap. 10. teſtatur. & iterum cap. 14. *Tua autem, pater, prouidentia ab initio cuncta gubernat: quoniam dediſti & in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam; oſtendens quoniam potens es ex omnibus ſaluare, etiamſi ſine rate quis adeat mare.* impij verò, quibus neque humana, neque diuina beneuolentia auxilio ſit, *in miſerijs non ſubſiſtunt*; nam cùm cadunt, *non habent ſubleuantem ſe*. ſuis ipſi curis obruti, & fluctibus immerſi, pereunt, & ideo ibi ſubdit Dauid; *Tu verò, Deus, deduces eos in puteum interitus*, ex quo neque emergere, neque ad lucem redire poſſint. Vide quę ſupra diximus, cum diſſereremus de ſpe, quã iuſtis afflictis ipſæ tribulationes efficiunt.

Caiet. Hebræ.

שוב

Impius non habet ſubleuantem ſe.

Pſal. 54. 23.

Sap. 10. 4.

Sap. 14. 3.

Pſal. 133. 11.

Eccl. 4. 10.

Cap. 5. v. 16. nu. 1.

2 Sicut autem huius loci hic ſenſus lenis, & bene cohærens eſt, ita etiam non omnino videtur ille alienus, vt ad ſpirituales cõſcientię terrores & tenebras hic locus pertineat; ita ſe impius detentum & cõſtrictum in tenebris, & carcere malæ conſcientiæ ſentiet, vt ad illuſtriorem & meliorem mentis ſtatum redeundi, nulla erigatur ſpe. huic proximũ eſt, quod Philip. affert de reditu & cõuerſione ad pœnitentiam peccatorum; Non agit de mutanda mente propter obſtinationem, & prauã conſuetudinem; *Non enim eſt illis*, vt ait Dauid; *commutatio*, id eſt, *auertuntur auerſione contentioſa*, vt Ierem. dixit, *& noluerunt reuerti.* ideo ſubijcitur; * *Extendit* Deus *manum ſuam in retribuendo*, id eſt, illos de ſua manu dimittit; quod ingens ſupplicium, & retributio eſt. Quod enim aliud grauius ſuppliciũ immitti impijs poſſit, quàm vt fracto conſcientiæ ergaſtulo, liberè & impunè volitare permittatur, minùs Deo de illis ſollicito, quaſi illorum ſalute deſperata? *Dimiſit* enim *eos, quaſi agnos in latitudine.*

Interna impiorũ vincula & tenebrę.

Philip.

Obſtinatio impiorum.

Pſal. 54. 21.

Iere. 8. 5.

*Aiça ſu mano dellos, para caſtigallos

Hoſ. 4. 16.

3 *Circumſpectans vndique gladium.* Propriè, ſpeculans, contemplans, & reſpiciens quaſi ex ſpecula, gladium, rectè, *circumſpectans*, vt ſpeculatores ſolent, *gladium*, inferendæ mortis inſtrumentum aptiſſimum, aut per Metalepſim, hoſtiles inimicitias, damna & detrimenta omnia. Rectè verò addidit interpres, particulam *vndique*, vt indicaret impium ab omnibus ſibi cauere, & ſemper metu excruciari; nam contemplari ſemper cogitur impendentẽ ceruicibus gladium, vt Syracuſanus ille tyrannus, Symmachus actiue accepit, *præuiſus ad gladium*, diſpoſitus & paratus diſcrimini & morti. ſic etiam Regia, & Hebræus apud Caietanum; * *Conſpectus ipſe ad gladium.* Vatabl. *aſpectus gladio*, qui videtur eſſe Hebraiſmus, vt *videri a gladio*, ſit, ab hoſtibus obſeruari per occultas inſidias quas ipſe neque videat, neque declinare poſſit, non enim minùs gladius, cæteraque diſcrimina vitæ exitialia ſunt, ſi hominem priora videant, quam *ſi quem lupi videre priores*, vt in Prouer. eſt. Et obſeruandum quidem, cùm ſupplicium dicitur, & non dicitur à quo inferendum ſit, ſignificari ſubitũ, & ineuitabile ſupplicium. huiuſmodi fuit ille *lapis ſine manibus*, qui comminuit ſtatuam. ſimilis ſane eſt hoc loco *gladius* ſine manibus; non enim dicitur cuius gladius, aut à quo ſtringendus ſit, quare erit ſimilis comminatio, Iſa. 47. *Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius, & irruet ſuper te calamitas, quàm non poteris expiare. veniet ſuper te repentè miſeria, quam neſcies.* Septuag. dixerunt, *Decretus in manus ferri*, quod videtur, ad ſupplicium & interitum eſſe dicatum, aut deuotum, vel Deũ è celciſſima cælorum ſpecula contemplatum eſſe impios, vt illis merita ſupplicia conſtitueret. nam ab hac ipſa radice *circumſpectandi*, & ſpeculandi dicitur, Pſalm. 65. *Oculi eius ſuper gentes reſpiciunt.* & Geneſ. 31. *Intueatur* (ſpeculetur, & contempletur de cælo) *& iudicet Dominus inter nos.*

Quid circumſpectare.

צפה

Gladius hoſtiles inſidię.

Symmach.

Regia.

Caietan.

Vatabl.

* Que ya le tro ne echado el ojo para el cuchillo.

Dan. 2. 34.

Iſa. 47. 11.

LXX.

Pſal. 65. 7.

Gen. 31. 49.

XXIII. Cùm ſe mouerit ad quærendum panem, nouit quod paratus ſit in manu eius tenebrarum dies.

1 *Quærere panem pro furari, non probatur Caietano.*
2 *Panis pro neceſſario victu. Impius etiam inter epulas cruciatur. econtrà iuſtus. Explicat Dauid & Eccleſiaſtes.*
3 *Quærere panem mendicantis eſſe. Panis de viliſſimo quocunque cibo. Monere quid propriè ex Hebræo.*
4 *Impius præſumens ſana.*
5 *Tenebrarum dies, quis. Manus pro labore.*
6 *Tenebras in manu habere, pro periculis præſentiſſimis. Illuſtratur Moyſes.*

1 CAietanus exiſtimat hic deſcribi tyrãnorum furta & rapinas, quaſi dicat; impius tunc *mouet ſe ad quærendum panem*, id eſt, ad diripiẽda aliena bona, cũ nouit fore, vt ſibi noctis tenebræ faueant, ad occultè tutoq; furandum. huiuſmodi ſunt impij illi, quos Cicero 1. de legibus eleganter deſcribit, quos non natura,

Caietan.

Quęrere panem, furari aut deprędari.

Cicer. lib. 1. de legibus.

neque

Tenebræ fauent furibus

neque ratio arcetur ab iniuria, ſed pœnæ; *Nam quid faciet (inquit) vt homo in tenebris, qui nihil timet, niſi teſtem vel iudicem? quid deſerto loco noctu, quem multo auro ſpoliare poſſit imbecillum atque ſolum?* Verùm is Caietani ſenſus non cohæret; nam hic non tam de peccatis impiorum, quam de pœnis ſermo eſt. idque verbum ipſum *mouendi* indicat, vt ſtatim dicemus.

2 Panis pro neceſſario victu

* No come bocado que le entre en prouecho temiẽdo no le dẽ algũ bocado.

Dan. 5. a. v. 5.

Eccleſ. 5. 16.

Impius inter comedẽdum angitur.

Pſal. 22. 5.

Luc. 14. 1.

Secundus ergo commentarius aliorum eſt, vt *quærere panem*, idem ſit, quod quærere humanæ vitæ neceſſaria, quaſi dicat, ſiue dormiat, ſiue comedat * *panem*, mortis ſuſpicione cruciatur. Res in Baltaſaris cœna perſpecta, Dan. 5. qui inter medias epulas viſa manu mortis ſententiã ſcribente, *conturbatus eſt*. quare in impium rectè quadrat illud Eccleſ. 5. *Cunctis diebus vitæ ſuæ, comedit in tenebris, & in curis multis, & in ærumnas atque triſtitia.* Cùm tamen econtrariò iuſtus dicat: *Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos qui tribulant me*, id eſt, e regione atque conſpectu hoſtium ſecurus, atque tutus menſæ accumbam, & per otium, atque trãquillitatem, me reficiam. expreſſum quoque hoc videas, Luc. 14. in Chriſto domino, *cùm intraret in domũ cuiuſdam principis Phariſæorum Sabbatho manducare panem, & ipſi obſeruabant eum.* nam corã ipſis ſuis hoſtibus machinamenta & dolos fabricãtibus ſumma animi tranquillitate manducabat.

3 Quærere panem de mendicitate.

Pſal. 36. 25.

Tertiò, ad eundem ferè ſenſum, ſed paulò preſſius, *mouere ſe ad quærendũ panem*, videtur ſignificare extremam inopiam, & indigentiam hominis quotidianum victum quæritantis, & ſtipem cogentis. Nam eiuſdem loquutionis & ſignificationis vſus eſt, Pſal. 36. *Non vidi iuſtum dereliſtum, nec ſemen eius quærens panem.* Panem autem quærere, eſt, multo cum labore quæſitum non inuenire. In hoc autem noſtro loco, licèt non ſit in Hebræo verbum *quærendi*, nam tantum eſt, *Mouetur pro pane*, rectè tamen explicationis gratia additum eſt ab interprete. *Et panis* hoc loco, non ſignificat, vt alias ſæpè, quodcunque eſculentum; ſed viliſſimum quemque cibum, quo poſſit vita ſuſtentari, vt Pſalm. 36. citato, & 1 Regum 2. *Repleti prius,* pro panibus ſe locauerunt.* Hi enim reſpondent famelicis; *& famelici ſaturati ſunt. Motio* autem illa eſt à verbo *Nadad*, quod ſignificat fugam, aut vagum aliquem & celerem motum, & citum & feſtinabundum diſceſſum, inſtar vagabundi hominis, & nullo certo loco potentis diu & tuto conſiſtere, aut inſtar formidantis auiculæ deiectæ è ſuo nido. quare ab iſta radice dicitur, Prouerb. 27. *Sicut auis tranſmigrans de nidulo, ſic vir qui derelinquit locum ſuum*, vagatur enim vterque & Iſa. 16. *Sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes, ſic erunt filiæ Moab.* vagæ videlicet, & profugæ. & eodem capite Vulgatus hanc vagandi ſignificationem agnoſcit, dum ait: *Abſconde fugientes, & vagos ne prodas.*

Panis, pro viliſſimo quocunq; cibo.

1. Reg. 2. 5.

*Los mas ricos y regalados vinieron a cogerſe para trabajar por ſola la comida.

נדד Moueri in Hebræo q^d.

Prou. 27. 8.

Iſa. 16. 2.

Vatabl. Regia.

Pagnin.

R. Dauid.

R. Mardoch.

Non incommodè igitur Hebraizantes dixerunt, *Vagatur pro pane*, vel Vagus, aut vagans ad panem. & illud peculiariter ex Rab. Dauid obſeruat, Rab. Mardochai, hoc verbum ſignificare elõgationem, ſiue motum, aut euagationem ad diſtantiora loca. Hæc igitur eſt impiorum pœna, mendicitas, euagatio, vagus diſcurſus ad remotiores, diſtantioreſque regiones, vt victum comparare poſſint, & cum fructu aliquo mendicare. ſed vix tamen mucidum panis fruſtulum inuenire poſſe ſibi perſuadebunt. tanta eſt malæ conſcientiæ vis præſumentis ſæua.

4 Impius præſumẽs ſæua. LXX.

Nouit. Certò ſibi ſuadet, atq; rei huius præſagium, & coniecturam ex ſui cordis ſenſu facit ſic legunt Septuag. *Nouit in ſeipſo, quòd maneat in ruinam.* atque hæc eſt pœnæ impij pars non modica, quòd cogatur ipſe ſibi prædicere, & ominari malum.

5 Tenebrarum dies quis.

Gen. 4. 12. 14.

Manus pro labore.

Deu. 28. 30. 33

Quòd paratus ſit in manu eius tenebrarum dies. Pro die mortis quidam accipiunt, ex frequenti ſacri ſermonis vſu, quaſi dicat, Suſpicatur fore, vt fame pereat, & vt vagus, & profugus, nullum perfugiũ inueniat, ſicut ſibi timebat Cain; *Ero vagus & profugus in terra: omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me.* & vt, deſudet licèt, & aſſidue laboret (id enim *manus* ſignificare ſolet) pro comparando victu, illum tamen inſtar ſtipendij, laboris & ſudoris fructum, *tenebras*, famem, ærumnas, exſpectet. Vti illud Deut. 28. *Plantes, & nõ vindemies eã. Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat populus, quem ignoras*, & pro ſuo agricolendi labore, nihil aliud, quàm famem, & laſſitudinem reportet.

6

Vatabl.

Manus impiorũ ſcelera.

Tygur.

Alij *tenebrarum diem*, pro ærumnoſiſſimo, & periculoſiſſimo tempore accipiunt, quaſi dicat; Extremam cladem, & inopiam ſibi pollicetur, & cùm benefecerit nemini, à nemine ſe acceptũrum beneficium arbitratur. Poſſunt quidem cadere hæc omnia in *tenebroſum diem*, & in *tenebrarum* appellationem. *Paratum* verò eſſe *in manu eius*, exiſtimat Vatablus perinde eſſe, atque illum miſerrimum diem imminere iam, & in propinquo eſſe, nos diceremus, *que ya eſta en la mano.* atque illud ſignificare videtur illa *preparatio diei.* At Tygurina per *manum* intelligere videtur ipſa impiorum ſcelera, & malefacta; nam per paraphraſim ſic ſententiam elucidat; *Scit, quod ſuis factis periculoſa tẽpora accerſierit.* quòd mihi non diſplicet; nam non ſemel dicuntur impij ſuis ipſi manibus ærumnas, diſcrimina mortẽ aſciſcere; id quod vel ipſi agnoſcũt, vt Antioch. ille, torquẽte morbo falſus eſt, 1. Mac. 6. *Reminiſcor malorũ, quæ feci in Ieruſalem; propterea inuenerunt me mala iſta; & ecce pereo triſtitia magna in terra aliena.* Quare Sapientiæ cap. 1. ſic impios cohortatur: *Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum veſtrarum. Impij vero manibus & verbis accerſierunt illam, quoniam digni ſunt, qui ſunt ex parte illius.* Hæc eſt nimirum operum impiorum commerita merces. niſi forte ſignificetur ſummum vitæ diſcrimen, vt ſit eadem fere ſententia, & phraſis, quæ ſupra: *Portare animam in manibus.* ſic hoc loco, *Tenebras* habere *in manu*, erit diſcrimina, mortem, malorum omnium ſuſpicionem, mala omnia verſari ante oculos, & aſſidua omnium horum cogitatione ſe ipſum excruciare. quo ingẽti ſupplicio claudi videtur caput illud, Deut. 28. plenum minis, atque terroribus; *Erit vita tua quaſi pendens ante te*, (id eſt, obuerſabuntur aſſiduè ante oculos tuos tuæ vitæ diſcrimina; videbiſque illam tremulam

1. Mach. 6. 12.

Sap. 1. 12. 16.

Iob 13. 14.

Deu. 28. 66.

& nutan-

& nutantem, ac ſi ante oculos tuos pendula eſſet, quolibet vento agitari, & commoueri, caſumque atque interitum exſpectare) *timebis nocte & die, & nõ credes vitæ tuæ*, (id eſt, tu primus ipſe actum eſſe de te dices) *manè dices, quis mihi det veſperam? & veſpere, quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, qua terreberis; & propter ea, quæ tuis videbis oculis.*

XXIV. Terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum, ſicut regem, qui præparatur ad prœlium.

1 *Varia lectio. Vallare quid.*
2 *Hebraizantium varia lectio. Vulgati defenſio, & illuminatio.*
3 *Prælium in Hebræo quid. Vox Hebræa accuratè examinata. Supplicij genus, Globus quale. Orantium geſtus. Pueri in vtero matris ſitus. Illuſtratus locus Regum, & David.*
4 *Quid Globus apud Latinos. Vulgati defenſio. Illuſtratus Iſaias. Impij cum rege in prælium prodeunte comparatio.*

1
Varia lectio.

Hebraizantes non parum hoc loco diſſentiunt à vulgato: nam in prima parte ſuppoſitum verbi *vallandi* faciunt ipſum impium; pro *vallare* autem, quod eſt in Hebræo, *thakaph*. & ſignificat præualere, roborari, fortem fieri, legunt, roborabitur, aut præualebit, quod Hebræus apud Caiet. ſic videtur accipere; *Roborabitur impius contra ſuas tribulationes & anguſtias*, nec illas à ſe repellet. Sed Septuag. Vatabl. Tygur. tribulationem, & anguſtiam ſupponunt illi verbo. Septuag. *Anguſtia & tribulatio ipſum comprimet.* Alij: *roborantur contra impiũ, & præualebunt ei*, potentes erunt impium aſſidua & periculoſiſſima obſidione cingere, & ad extremas anguſtias redigere. quare ſicut ſequentes voces, ita etiam *terror, tribulatio, & anguſtia*, bellica ſunt. eſt enim *terror*, quẽ ſecum affert hoſtiũ exercitus, & *tribulatio, & anguſtia*, quã affert importuna atq; diuturna obſidio. ſic igitur calamitates ipſę roborant ſeſe aduerſus impios, vires colligũt, aculeos omnes exerunt, & exacuunt; &, vt Sapien. ait: *exardeſcunt in tormentũ aduerſus iniuſtos.* præualent igitur mala impijs.

Vallare quid תקף
Caietan.
Vatabl.
Tygur.
LXX.

2
Varia lectio.

In ſecunda etiam parte varietas eſt; nam *regem* faciunt etiam ſuppoſitum, non appoſitum verbi, & legunt; *Vallabit eum anguſtia, ſicut rex, qui præparatur ad prælium*, id eſt, anguſtia ingenti omnium malorum manu coacta, vti regem decet procedentem ad bellum, quem omnes ſequuntur, impium obſidebit. ſic nullũ malum erit, quod non oppugnet impium. At Vulgatus impium cum *rege* comparare videtur, quem potiſſimum hoſtes in bello petunt, & cunei militum cingunt; ſiue vt illum in vrbe obſeſſum teneant, ne vllus commeatus, vllumve auxiliũ deferri poſſit, ſiue vt illo capto victoriam, & triumphũ de reliquo populo canant. Propterea Vulgatus vſus eſt verbo *vallandi*, quod rei præſenti videtur quadrare. Et in *Regem* quidem, cùm in bello eſt, totum belli, & militum pondus incumbere videtur, vt quondam, 3. Reg. 22. Rex Syriæ præceperat principibus curruum triginta duobus, dicens: *Non pugnabitis contra minorem & maiorem quempiam, niſi contra regem Iſraël ſolum.* & 1. Machab. 6. cum Eleazarus videret *vnam ex beſtijs loricatam loricis regis, viſum eſt ei, quod in ea eſſet rex, & cucurrit ad eam audaciter, &c.* Et quidem hic ſenſus cum ſubiecta materia egregiè conuenit; nam de regibus, & tyrannis ſermo eſt; & ad ipſum Iob reſpicit, qui rex erat, quaſi dicat. Si impius rex extiterit, calamitates in illum irruent potiſſimùm, non in alios minoris notę homines, *Potentes* namque *potenter tormenta patientur.* Et verò quamuis Septuaginta non *regem*, ſed *rex* legant, hunc ipſum ſenſum amplexi ſunt; *Sicut* (inquiunt) *dux in prima acie decidens.* nam vt dux aliquando ſuis viribus fretus primos hoſtes excipit, primaque diſcrimina ſubit, non aliter impij reges, primis maximiſque periculis, & luculentiſſimis plagis, atque ærumnis expoſiti ſunt. ſed hæc iterum in ſequentibus examinanda.

Paguin.
Regia.
Caietan.
Vatabl.
Ioan. Forſter.
R. Mardoch.
In regem incumbit belli pondus.
3. Reg. 22. 31.
1. Mach. 6. 43.
Sap. 6. 7.
LXX.

Qui præparatur ad prælium. Vox Originalis *Cadur*, vel, *Cidor*, videtur ſignificare globum, aut pilam, vel ſpheram, vel rotam, ex Iſa. 22. *Quaſi pilam mittet te in terram latam.* & Iſa. 29. verſic. 3. *Quaſi ſpheram*, quod Vatablus ſic explicat: Sicut qui ligatur manibus & pedibus, vt quaſi in globum redigatur, vt ita facilius proijci & demergi poſſit, ſic erit impius. at Rab. Sahadi apud Pagninum explicat: *Sicut ille, qui præparatur ad rotam*, id eſt, ad perpetuam quandam circumuolutionem, & aſſiduitatem recurrentiũ pœnarum. quod Ioannes Mercerus Spheram cœleſtem intellexit, quæ aſſiduè circumagitur, & perpetuitatem quandam ſecum affert. Sed illud peculiarius, quod R. Leui exiſtimat ſignificari homines damnatos ad orbem, quibus & caput inter genua, & manus atque pedes ita ligantur, vt efficiant orbem. qua ſupplicij forma nunc ſerui ad verbera præparantur; quod dici ſolet, *Pueſto a la ley de Vayona.* & quòd ea corporis circumuolutio, & in orbem aut globum reductio, ſit nimiũ moleſta, ex illo etiam colligi poteſt, quòd orantes ad eam ſe formã componebant, vt vel ipſo corporis habitu moleſtiſſimo peccati veniam, & impetrationem votorum à numine obtinerent. hoc illud eſt Eliæ orantis, 3. Reg. 18. *Aſcendit in verticem carmeli, & pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua.* Eſt obſeruatione quidem dignũ, hãc ipſam eſſe compoſitionem pueri in vtero exiſtentis, de quo ſic ſcribit Ariſt. 7. de hiſt. animal, ca. 8. *Homo in ſemet conglobatus ſic geſtatur, vt naſum inter genua, oculos ſuper genua, aures extra genua habeat*, atque eadem eſt medicorum optimorum hac de re ſententia. Nam & Hippocrates de natura pueri diſſerens; *Puer* (inquit) *vt eſt in vtero collocatus, manus habet ad genua, caputque pedibus proximũ.* de qua re eleganter, æquè ac ſapienter ſcripſit nobilis medicus Petrus de Peramato Hiſpalenſis noſter, ſuo illo opere de hominis procreatione. ergo orantes quaſi damnati, & ad flagella parati, atque ad eam miſerrimã rationem compoſiti, qua puer miſerrimus in peccato conceptus in vtero exiſtit, ſupplicabant, & diuinam cõmiſerationem excitabant. quo

3
כדור
כידור
Iſa. 22. 18. & 29. v. 3.
Vatabl.
R. Sahad.
Pagnin.
Mercerus.
R. Leui.
Seruorũ ſupplicium.
Geſtus orantium.
3. Reg. 18. 42.
Situs pueri in vtero.
Ariſtot.
Hippocrates.
Petr. Peramat. lib. de homine procreatione à cõceptu in partum. c. 7.

geſtu

geſtu ſi fortè orarit Dauid, rem ipſam, quam dicebat opportunè repræſentabat: *Ecce* (inquit) *in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.*

Pſal.50.7.

Globus qd.

Sed (vt ad noſtram lectionẽ illuminandam redeamus) proculdubio rem ipſam tetigit Latinus interpres, cùm *Prælii* dixit: nam apud Latinos *globus*, eſt hoſtium aut armatorũ militum cuneus, vel caterua, vt cū de inſidiis Numitori à Remo Romuloq; ſtructis, Liu. loquitur, 1 Annalium; *Itaque vndique regi dolus nectitur, Romulus cum globo iuuenum, neque enim erat ad vim apertam par*, &c. quid, quod etiam in prœlio pulueris excitati cõglomeratur nubes, vt illud Aene. 9.

Tit. Liu. lib. 1. Annal.

Virgil.

Quis globus, ô ciues, caligine voluitur atra?
Ferte citi ferrum, date tela, ſcandite muros.

Adde etiam caſtra in orbicularem formā diſponi, vt fortiora ſint, atque ipſum nomen caſtrorum à rotunditate appellationem in Hebræo, *Maghelah*, habere.

מעגלה

Sed hoc loco Sphæra hęc, vel globus, eſt aliquid ad obſidionē bellicam pertinens, vt manifeſte colligitur ex locis, Iſa. cap. 22. *Coronans coronabit te tribulatione, & quaſi pilam*, &c. id eſt, obſidebit primum, deinde obteſlam, & quaſi funibus circundatam, aliò aſportabunt, ſicut dixit ille, 2. Reg. 17. *Si vrbem aliquam fuerit ingreſſus, circundabit omnis Iſrael ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem* vtrunque igitur ad obſidionem pertinet, & Iſa. 29. *Circundabo quaſi ſphæram in circuitu tuo, & faciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obſidionem tuam.* quare *cadur*, propriè eſt obſidio, vel globus aut ſphæra militũ obſidentium; & quidem cùm poſſit accipi, pro ipſo prœlio, vel regio apparatu, qui in prœlio eſt, nam præliaturum regem circundare ſolebat globus vel ſphæra militum, vt Complut. dicunt, & Tygurin. lectiò indicauit, *Anguſtia & circumuallatio eum circumſtãt, vt regem confertus globus præliaturum*. Sed ego tamen ſuſpicor, non debere accipi actiuè pro prœlio, quod ipſe ſuis militibus ſtipatus gerit aduerſus hoſtes, ſed potiùs paſſiuè, pro cuneo, & globo obſidentium, hoſtium, qui regem oppugnant, & capere conantur, vt paulo ante dicebamus. quare *rex* dicetur *præparari ad prælium*, globum, obſidionem id eſt, præparari in illũ prœlium, globus, obſidio; nam ſermo eſt de vallo & anguſtiis, in quas potentiſſimus tyrannus redigitur. Illud verò, quod Regia vertit vocem illam non globum, aut obſidionem, ſed *haſtiludium*, quod videtur ex Vatablo deſumptum, dicente, vocem originalē ſignificare poſſe illud militaris exercitamenti genus, quod *torneo*, vocamus, non video qua ratione cum illis duobus Iſa. locis, in quibus tantùm illa vox reperitur conuenire poſſit.

Iſa.22.18.

2. Reg.17.13.

Iſa.29.3.

Complut.
Tygurin.

Regia.
Vatabl.

Illud etiam non incommodè in hac *regis* ſimilitudine obſeruari poſſet, quòd ſicut rex, qui comparatur ad prœlium, multo militum comitatu cingitur, ita qui bellũ indicit cælo, multo cum labore & animi cruciatu, tribulatione & anguſtia hoſtē ſe Deo præbet. & in eo etiā diſſimilitudo quędā ponatur, quòd regem cuſtodiunt milites, qui illum cingunt, at impium ipſa pericula & terrores obſident.

XXV. Tetendit enim aduerſus Deum manum ſuam, & contra Omnipotentem roboratus eſt.

1 *Tendere quid propriè. Extendere brachium, aut manum, cuius habitus. illuſtratus Moyſes.*
2 *Saddai. Roborare quid.*
3 *Peccata vt aduerſus Deum pugnent, & vt Deus ſe aduerſus illa muniat.*
4 *Varia lectio. illuſtratus Vulgatus. Erectum aut rigidum collum, quid ſignificet. Quid obtorquere collum apud Romanos.*
5 *Erectum collum cuius proprium ſit.*
6 *Impius ſola ſuperbia armatur aduerſus Deum.*
7 *Ex abundantia & diuitiis, inſolētia & temeritas.*

TAnto ſupplicio ſcelus digniſſimum nũc explicat, quòd impudenter & temerè *aduerſus Deum*, fortiſſimum, quem nulla vis lædere poteſt, cui nemo repugnare & contradicere debet, aduerſus Dei legem & præcepta, religionemque omnem. 1

Tendere.

בטה

Tetendit. Extendit protendit, intendit, Sept. * *leuauit*, manum, potētiam, vires; viribus ſuis, facultatibus, potentia abuſus. *Fecit potentiam in brachio ſuo*, vibrauit manum & brachium habitus eſt temerè & furenter cælo indicentis bellum. *Extendere* autem *brachium*, & manum eſt, omnem adhibere conatum ad percutiendum hoſtem, vel aliquid aliud aggrediendum, aut efficiendum; ab eadem enim radice dicitur, Exod. 6. *Redimam in brachio excelſo*, (vel extenſo) *& iudiciis magnis*. & 14. ca. *Extende manum tuam ſuper mare*, habitus confidentis, & potentiam, viresque oſtentantis. & cùm aduerſus Deum dicitur, impudentiam & ſuperbiam affert; Vt Numero. 15. indicatur, *Anima, quæ per ſuperbiam* (elata, aut, excelſa manu) *aliquid commiſerit*. Eleganter Septuag. *Anima, quæ in manu ſuperbiæ*, &c.

*Alço el braço, levato la mano, y amago al cielo.

Extendere brachium, cuius habitus

Exod.6.6.
Exod.14.16.

Num.15.30.

LXX.

Et contra omnipotentem roboratus eſt. Expoſitio & amplificatio partis præcedentis; contra *Saddai*, qui omnia poteſt, qui ſibi ſufficit, aut qui nullius ope indiget, nullis externis armis aut munimentis, qui ſeipſo inuictus eſt, homuncio *roboratus eſt*, fortem bellatorem conatur præbere ſe, virum atque maſculum, *indurauit cor ſuum*, vt Deo repugnaret, & diuinam maieſtatem oppugnaret. Hæc omnia ſuppeditat vox originalis, *Roborandi*. Peccata igitur & ſcelera ſunt arma, quibus aduerſus Deum ſe comparat impius, & cùm inimicitiæ inter Deum & hominem, initium ſumant ex hominis auerſione, & rebellione; certè cùm ſe Omnipotens aduerſus impium roborat, cùm *ſumit armaturam zelum illum*, cùm *vibrat gladium*, cùm *tendit arcum, paratque ſagittas*, prouocatur priùs ab impudentiſſimo hoſte; & mirum eſt, quòd ad peccatorum odium, & prauam vim declarandam (nam ſi Deus lædi poſſet, non alio quàm peccato & ſcelere ſuarum creaturarum læderetur) dicatur Deus ad bellum procedere, non armis tantum, quæ offenſiua dicuntur, ſed etiam illis munitus, quibus ſe tueatur, & defendat ab ictibus ſcelerũ. nam vt dicitur, Sapient. 5. *Induet pro thorace iuſtitiam;*

2

עירך

גבר

3

Sap 5.18.
Pſal.7.13.

Peccati praua vis.

Sap.5.19.

accipiet

accipiet pro galea iudicium certum, ſumet ſcutum inexpugnabile, æquitatem. Vbi nota Deum ſua propria virtute inuictum eſſe, non externo aliquo munimento.

XXVI. Cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt.

4 [*Varia lectio.*]
SVppoſitum huius verbi, *currendi*, Deũ eſſe, & relatiuum *eum*, ad impiũ referri nõnulli exiſtimãt, vt dicatur Deus tãquam *bellator fortis* incurrere in impium ſumma potentia, & impetu incredibili, vt illum proſternat; id indicant pleræque Hebraizantiũ lectiones; nam quod in Hebræo eſt, *Cucurrit aduerſus eum in collo in denſitate altitudinum*, vel, *vmbonum ſcutorum eius*; ſic Vatablus accipit, vt Deus inuolaturus dicatur in collũ impij, & incurſurus in laminas, denſiſſimaſque partes ſcutorum eius, ita vt nullis armis poſſit Deo reſiſtere; & eò etiam pertinet Tygurina; *Cùm eo concurrens, collum inuadet, ac denſiſſimos clypeos conuellet.* Sed multò aptior eſt noſtri interpretis ſenſus, vt deſcribatur adhuc ille impiorũ conatus aduerſus Deum. Qua etiam ratione Septuag. intellexerũt, & Græci, fereque Latini omnes; nam *Currere erecto collo* in malum accipitur, & indomitam quandam ſuperbiam notat; eadem ratione, qua oculorum elatio ſolet eſſe arrogantis habitus, Iſa. 3. *Ambulauerunt filiæ Iſraël extento collo*, & cap. 37. *Super quem exaltaſti vocem, & leuaſti altitudinem oculorum tuorum?* tum etiam contumaciæ & inobedientiæ cuiuſdam indomitæ, erectum & rigidum collum ſymbolum eſt; ſicut ſcriptum eſt, Iſa. 48. *Neruus ferreus ceruix tua, & populus iſte duræ ceruicis.* Exod. 32. Hiere. 7. Actor. 7. Vnde illud erat pœnæ genus, vt magiſtratus, ſi quem ſuo imperio parum obedientem viderent, in collum inuaderent, atque intorquerẽt. meminit rei huius Liui. lib. 4. & lib. 4. Plin. de viris illuſtribus ſcribens de M. Liuio Druſo Cic. 6. in Verrem. & pro Cluent. id vſurpans aliquem *obtorto collo ad ſubſellia reducere.*

[*Hebraizantes Lect. Hebra. Regia. Vatabl.* — *Tygurin.* — *Illuſtratus Vulgatus.* — *LXX. Græci, Latini.* — *Collum erectũ quid ſignificet.* — *Iſa. 3. 16. & 37. 23. & cap. 48. 4. Exod. 32. 9. Iere. 7. 26. Actor. 7. 51.* — *Liui. lib. 4. Plin. de viris illuſtribus.*]

5
Rectè autem expreſſit Vulgatus hunc arrogantiæ, & contumaciæ habitum; nam in Originali tãtùm eſt *in collo*, vt ſit metaphora ducta à fortiſſimo & inſolentiſſimo hoſte impetum faciente omni animi fortitudine, & conſternatione procul ablegata. *Erectio* enim *colli*, illa omnia affert, quæ contraria ſunt humiliationi capitis & ceruicis, atque animi conſternationi. vel ducetur tranſlatio à laſciuiente, & procaci vitulo, qui cum iugũ excuſſerit, aut nũquam admiſerit, aduerſus herũ recalcitrat & currit aduerſus eũ, petitq́, cornibus. Quod cum ſequentibus videtur cohærere; nam *pinguis ceruix* vitulorum propria eſt. quod etiam agnouit Olympio. nam illam *colli erectionem* ad vitulam refert, quæ petulanter repugnat admittere iugi annulum in collum.

[*Tranſlatio ducta a laſciuiẽte vitula.* — *Olympiod.*]

6
Et pingui ceruice. Quaſi diceret, Nulla alia arma habet, quàm ſuperbiam, temeritatem, & animum. Sententia in Hebræo valde obſcura: *In denſitate altitudinis ſcutorum eius.* Pro *denſitate*, autem, Vulgatus dixit *pinguedinem*, aut, *craſſitudinem*, nam eadem eſt vtriuſque radix. & pro *altitudine*, interpres dixit *ceruicem*, vel dorſum, quaſi hoc ſit ſcutum, & arma impij, ſua ipſius pinguedo, qua & munitum ſe exiſtimat, & potentem cum Deo congredi, ſic Septuaginta; *Cucurrit contra eum iniuria, in craſſitudine dorſi ſcuti ſui.* Nihil igitur aliud habet, quo aduerſus Deum armatus incedat, quàm ſuperbiam & temeritatem; ſicut de illo Iſaias ait: *Superbia tantum eſt*, ſine alijs armis, aut viribus. & illud: *Ego ſcio iactantiam eius: & quod non ſit iuxta eam virtus eius.* & illud etiam; *Superbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius, plus quam fortitudo eius.*

[חלב — *LXX.* — *Iſa. 30. 7. Iere. 48. 30. Iſa. 16. 6.*]

Poteſt etiam hæc *pinguedo*, ſymbolum eſſe 7
diuitiarum, abundantiæque bonorum omnium, quæ impijs ſolent addere animos, ad quiduis aggrediendum, ſicut dictum eſt; *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit; incraſſatus, impinguatus, dilatatus; dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.* Quare Eccleſ. cap. 31. commendat diuitem, *Qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunia theſauris; qui potuit trãſgredi*, (diuites enim omnia ſibi licere credunt) *& non eſt tranſgreſſus.* quare Baruch 3. *aurum* dicitur eſſe, *in quo confidunt homines.* vnde illis confidentia & auſus, non diſſimilem certè habet rationem *facultatum* nomen apud Latinos; nam facultas, quaſi facilitas dicitur, quòd diuitiæ facultatem videantur præbere quiduis aggrediendi, atque perficiendi; nam vt dicitur Eccleſiaſt. 10. *Pecuniæ obediunt omnia.* obediunt enim diuitibus ad nutum omnia, ſicut ille dixit:

‹‹‹‹‹‹‹‹‹‹ *Omnis enim res*
Diuitijs paret, quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam rex.

Propterea Pſalm. 72. dictum eſt: *Prodijt quaſi ex adipe* (diuitijs, & bonorum omnium abundantia) *iniquitas eorum, tranſierunt in affectum cordis.* Sed de hoc non ſemel dicendi locus & opportunitas erit. Dicemus quoque de pinguedine verſiculo ſequente.

[*Ex abundantia & diuitijs inſolentia.* — *Deut. 32. 15.* — *Eccl. 31. 8.* — *Baruch 3. 18.* — *Eccleſ. 3. 19.* — *Hor. lib. ſerm. Satyr. 3.* — *Pſal. 72. 7.*]

XXVII. Operuit faciem eius craſſitudo: & de lateribus eius aruina dependet.

1. *Voluptuarij homines dicuntur pingues, ijdem aduerſus alios immites. illuſtrati Dauid, & Ieremias.*
2. *Pinguedo, terræ vbertas & diuitiæ. Macies paupertas. explicatus Iſaias.*
3. *Impios excæcat pinguedo.*
4. *Varia lectio. Quid propriè Latera in Hebræo. quid aruina.*
5. *Pinguibus minatur mors. Explicati Iſaias, & Sophonias.*
6. *Aruina, amici, & familiares.*

PRæpinguis eſt bonorum omnium abundantia, & nulla rerum externarum exer- 1
citatione; ſed ſumma tranquillitate & otio obeſus atque diſtentus; namq́, qui ſemel perfricta fronte numen diuinum contempſit, totum ſe deinde tradit voluptatibus, & curandę cuticulæ, atque infarciendo & onerando aqualiculo. Neque verò Caiet placet, qui hæc [*Caietan.*]

non tam ad voluptates, & bonorum copiam, quam ad auaritiam refert. Peculiari autẽ ratione delitioſi & voluptuarij homines appellantur in ſacro ſermone *pingues*, Pſ. 77. *Occidit pingues eorum, & electos Iſrael impediuit*. id eſt, qui cupedias & cibos exquiſitos expetiuerant in deſerto, vt ſcribitur Num. 11. ſic etiam Ieremiæ.46. de illis *qui paſcebant concupiſcentias*, dicitur; *Mercenarij quoque eius, quaſi vituli ſaginati, verſi ſunt*. & c.50. hæc voluptuariorum, & vitulorũ pinguium petulantia deſcribitur; *Effuſi eſtis, ſicut vituli ſuper herbam, & mugiſtis ſicut tauri*. & fortè etiam idem notatur Pſ. 21. *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me*. nempe pontifices, & ſacerdotes illi nequã, *ventres pigri*, & pingues, propterea q; ſæui & efferati cõtra mitiſsimum agnum Chriſtum, nam hęc *pinguedo* tum in ſe ipſa molliſsima, tum aduerſus alios ſæuiſsima eſſe ſolet, ſicut de illis dicitur Amos. 6. *Qui opulenti erant in Sion, & nihil patiebantur ſuper contritionem Ioſeph*. & Amos. 4. *Vaccæ pingues, quæ calumniam facitis egenis*. quibus comminatur Iſaias. ca. 10. *Mittet Dominus in pinguibus eius tenuitatem, & ſubtus gloriam eius, ſuccenſa ardebit, quaſi combuſtio ignis*. atq; ijdem ij ſi profectò videntur eſſe, de quibus cum Pſal. 16. dixiſſet Dauid, *Adipem ſuum concluſerunt*, (videlicet ſibi ſolis mollitudinem, & lenitatem adhibentes, & alijs omnibus viſcera miſericordiæ præcludentes) ſubdit ſtatim, *Saturati ſunt filijs*. quem locum Pſalterium Romanum, & Arabicum, Arnobius, Paulinus in epiſtol. vltima ad Auguſt. & ipſe Auguſtin. legunt, *Saturati ſunt porcina*.

Pſal. 77. 31.
Pingues, voluptuarij homines.
Num. 11. 33.
Ier. 46. 21.
Ier. 50. 11.
Pſal. 21. 13.
Tuel. 1. 12.
Delitioſi homines aduerſus alios immites.
Amos. 6. 1. & cap. 4. 1.
Iſa. 10. 6.
Pſal. 16.

2 Hinc eſt, vt non ſolùm diuitiæ, sed terræ vbertas, ex quibus illæ naſcuntur, *pinguedinis*, & craſſitudinis nomine ſignificetur, Gen. 27. *Ros cæli, & pinguedo terræ*. & 45. *Ego dabo vobis omnia bona Aegypti, vt comedatis medullam terræ*, Hebraicè, *Pinguedinem* id eſt diuitias, & bona vberrimæ regionis. Iſaiæ 5. *Deſerta in vbertatem verſa, aduenæ comedent*, Hebraicè; *Deſerta pinguium*. id eſt vberrima quæque paſcua ablata diuitibus, tribuentur peregrinis. ſic etiam Gen. 41. *Septem boues pulchræ, & pingues, & ſeptem ſpicæ plenæ, ſeptem annos vbertatis ſignificant; & ſeptem macilentæ ſeptem annos ſterilitatis*. atque adeo macies & extenuatio, paupertatis & ignobilitatis ſymbolum eſt. Iſaiæ. 17. *Attenuabitur gloria Iacob; & pinguedo carnis eius marceſcet*. ſed de alia pinguium ſignificatione ſtatim.

Gen. 27. 28.
Gen. 45. 18.
Iſa. 5. 17.
Gen. 41. 26.
Macies, paupertas.
Iſa. 17. 4.

3 *Operuit faciem*. Sepulti nimirum videntur illius oculi (qui *faciei* nomine ſignificari ſolent) nimia pinguedine, & eo ſpectare videtur verſio illius loci Pſalm. 72. *Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum*. Tygurina, *præ pinguedine oculi eorum exeunt*. contraria enim ratione, tamen incredibilis pinguedo ſignificatur, qua dicendi ratione fortè ſignificatur impius voluptatibus excæcatus, & *auertens faciem ſuam ne videat cœlũ*. ſic etiam videtur intelligere Auguſtinus explicans, *Per exaltationem ſuperbiæ ſuæ, abſcondit a ſe Deum*. in quam rem Olympiodorus ait, in Hebræo haberi, *Abſcondit cor*; ac ſi diceret, propter delitias, mentis aſpectum amiſit. mirum eſt enim quam reddantur ſtupidi & obtuſi ſuis voluptatibus atque diuitijs diuites nonnulli.

Imp.ij pręp pinguedine, cæci.
Pſal. 72. 2.
Tygur.
Olympiod.

4 *Et de lateribus eius arvina dependet*. Pro lateribus Hebraizantes vertunt, ſic Septuaginta, *De femore*. Symmachus, *lumbos*. alij *inguen*. Rabbi Mardochai ait eſſe partem dorſi, quæ coniungitur renibus. ſed propriiſsima ſignificatio *Cacel*, eſt vertebra, *el juego o gueſſo de la çia*. nam dicitur à radice *caçal*, quod inconſtantiam, mutabilitatem, & vertibilitatem affert, ſed rectè hoc loco pro adiunctis accipitur ilijs & lateribus. Pro *arvina*, autem, Septuaginta habent *Periſomium*, quam vocem Olympiodorus ait, ſignificare geminatã & circumfuſam carnem circa fæmina. præterea ipſe Olympiodorus explicat *diploidem*, ſed in idem recidunt hæc omnia, ſignificant enim pinguedinem, axungiam, aut omentum. & certè vox ipſa originalis, *Pimah* ſignificat opimum, conſonante voce Latina cum Hebræa. Quod verò Pagninus dixit *lumbricos*, non video quomodo conueniat voci originali, niſi fortè intelligat, ex nimia cibi abundantia, lumbrices in diuitibus generari, qui plerumque generantur ex cruditatibus. Regia pro lumbricis, *lubricos* indicauit in margine, & ipſa legit *lubricum* hoc etiam non ſatis aſſequor; niſi idem intelligat, quod Pagninus, nam lumbricus, quaſi lubricus à lubricitate dicitur. Hebræus apud Caietanum legit, *Fecit rugas ſuper ilia*. & cum vox hoc tantum loco reperiatur, quiſq; pro libitu illam vertit, atque obeſitatem omnes exprimũt hominis delitioſiſsimi, cui bonorum abundantia vitiorum omnium materiam ſubminiſtret.

Hebraizantes.
LXX.
Symmach.
R. Mardoch.
כסל
כסל
Arvina quid.
LXX.
Olympiod.
פימה
Pagni.
Regia.
Hebræ.
Caieta.

5 Sed ſolo tamen *pinguedinis* nomine peccatores malè audiunt, vt qui internecioni & gladio reſeruentur, cum benè ſaginati fuerint. Iſaiæ. 34. *Gladius Domini repletus eſt ſanguine, incraſſatus eſt adipe, de ſanguine agnorum, & hircorum, de ſanguine medullatorum arietum. victima enim Domini in Boſra, & interfectio magna in terra Edom*. id eſt, Deus ipſe iuſtitiæ ſuæ ſacrificium offert, pinguiſsimis, opulentiſsimiſque Idumæorum mactatis. idem expreſsit Amos cap. 6. *Væ, qui opulenti eſtis &c. qui ſeparati eſtis in diem malum*. & Ieremiæ 12. *Congrega eos, quaſi gregem ad victimam & ſanctifica eos in die occiſionis*. & Sophonias cap. 1. *Præparauit Dominus hoſtiam, ſanctificauit vocatos ſuos, & erit in die hoſtiæ Domini; viſitabo ſuper principes & cæt*. id eſt, Deus permittit impios pingueſcere, vt illuſtrior tandem ſit de illis triumphus, atque diuinæ iuſtitiæ gloria ex illorum mactatione & ſupplicio.

Pinguibus imminet mors.
Iſa. 34. 6.
Amos. 6. 1.
Ier. 12. 3.
Sopho. 1. 7.

Sed Auguſtini lectio prætereunda non eſt, *Fecit* (inquit) *capiſtrum ſuper femora*. quod ad impiorum laſciuiam refert, *vt libidinibus* (inquit) *colligaretur, quo vinculo duceretur ad mortem*. & quidem Scriptura illo *capiſtri* aut vinculi nomine, quo ſolent beſtiæ trahi & alligari, turpem libidinis affectum, aliquando notauit, cùm Prouerbiorum 7. dixit *vecordem iuuenẽ* meretricijs verbis irretiri, & trahi ad vincula, quib' deinde vinculis ad extremum

Auguſtinus.
Prou. 7. 7.

mum exitium, & quaſi ad carnificinam ſtolidus agniculus pertrahatur. neq; mirum vinculis & capiſtro turpem & voluptuariũ hominem conſtringi, videlicèt mancipium viliſsimum belluinæ voluptatis. & res quidem ipſa in proximo eſt; nam omentum, & abdomé, quod in illis lumbisq; & ventre eſt, cum ijs, quę ſub ventre ſunt, coniunctum eſt. rem autem turpem indicatam eſſe à Paulo, *ventris*
Philip. 3.19. nomine, cum dixit, *Quorum Deus vẽter eſt, & gloria in confuſione* (re pudenda) *ipſorum*, Hier. intel-
Hierr. epiſt. ad Fabiol. 128. lexit, epiſt. 128. ad Fabiolam.

6 Gregorius tandem, quem nonnulli Latini
Greg. ſequuntur, per *aruinam dependentem ex lateribus*,
Aruina, amici & familiares. intelligit, non tam opulentiam, atque voluptates, quàm quoſdam, vt ita dicam diuitiũ collaterales, & adminiſtros, qui adhęrent principibus, & illorum latus claudunt, qui ſuis patronis fiſi, illorum tyrannidem atque ſæuitiam imitantur, ex pauperum rapinis & ſanguine diteſcunt, atque pingueſcunt, qui vt Amos cap. 4. ait, dicunt *Dominis ſuis, Afferte & bibemus*.

XXVIII. Habitauit in ciuitatibus deſolatis, & in domibus deſertis: quæ in tumulos ſunt redactæ.

1 *Tres expoſitiones minus commodæ.*
2. *Quarta commodior. Conſcientiæ impiorum terrores. Tyrãni frequẽter exulant cõpulſi. illuſtratur Iſaias.*
3 *Commodiſsima interpretatio.*
4 *Impiorum gloria non perſeueratura.*
5 *Radix quid propriè. Varia lectio.*

1 SEententia quidem plana videtur, ſed de illa valde diſſentiunt interpretes, quibuſdam ad ſupplicium, alijs ad improbitaté impij referentibus. Primò ergo indicat Steuch[*]
Prima expoſitio. *Eugubinus.* habitaturum impium in deſertis locis, vt impunè graſſari poſſit, & excurſiones facere. Se-
2. Expoſitio. *Vatab.* *Clarius.* cundò Vatablus, & Iſidorus Clarius, quos nonnulli recentiores imitantur, de ſuperbiſſimis tyrannis accipiunt, qui cùm diuitijs abundẽt, expenſas inutiles faciunt, animumq; adijciunt inſtaurandis ruinis & ciuitatibus euerſis, atq; fulciendis collabentibus arcibus, & domibus regijs, ad nullum aliũ vſum, opportunitatemve, quàm comparandi nominis immortalitatem, tum ex euerſione quarundã vrbium, tum ex euerſarum inſtauratione. atq;
Iob. 3.14. ſimile videtur id ca. 3. *Qui ædificãt ſibi ſolitudines*. Sed quia, cùm hæc dicebantur, non admodũ frequentes vrbes erant, non videtur in hanc ſententiam commodè potuiſſe dici. neque locus ille ca. 3. fauet, qui de ſepulchris accipiendus eſt: vt eo loco docuimus.

3. Interpretatio. *Caiet.* Præterea Caietanus, ad rapinam, & auaritiam tyrannorum refert; nam diripiunt non communes tãtùm rerum publicarum, & priuatarum etiam domorum facultates; quæ expilatio ſpoliatioq; bonorum, deſolatio, & vaſtatio dicenda eſt: adde etiam, quòd per ſummam violentiam eiectis proprijs dominis è ſuis ſedibus, illas tyranni occupant, acceſsionemque faciunt ſuis arcibus, & viridarijs; vti fecit Achab de vinea Naboth. 3. Reg. 21. Hos I- *4. Reg. 21.2.16.*
ſaias c. 5. notare videtur, *Væ qui coniungitis domũ ad domum, & agrum agro copulatis, vſq; ad terminum* *Iſa. 5.8.*
loci, num quid habitabitis vos ſoli in medio terræ? In auribus meis ſunt hæc, dicit Dominus exercituum. (ſunt enim ingentia ſcelera, quorum clamor auditur, in excelſo) *Niſi domus multæ & deſertæ fuerint, grandes & pulchræ abſq; habitatore*: comminatur ipſas ſuas domos ampliſſimas deſtructas & vaſtatas iri ab hoſtibus, ipſis eiectis, qui illàs ædificarunt, vt ſupplicium ſceleri, & iniquitati reſpondeat.

Sed quarto tamen loco de pœna impiorũ 2
Diuus Thomas & alij Latini accipiunt, vel 4. Expoſitio commodior. *D. Thom.* *Latini.*
quòd illi conſcientiæ terrores, de quibus nuper dictum eſt, non patiantur impium vno in loco conſiſtere, neq; in familiari hominum conuictu & ſocietate viuere; ideoque in ſolitudinem concedat, & deſolatarum vrbium ruinas, & latibula quærat, ſi fortè ibi inter *lamias* & *piloſos* ſecurus agere, atque latere poſ- Conſcientiæ impiorum terrores. *Iſa. 34.14.*
ſit. vel, quòd tandem huiuſmodi impijſſimi tyranni eijciantur in exilium, non potentibus ſubditis diutius ferre tam iniquam dominationis petulantiſſimæ libidinem. vti conti- Tyranni exules.
git Nabuchodonoſor Dan. 4. *Eijcient te ab hominibus, & cum beſtijs, feriſque erit habitatio tua.* & *Dan. 4.22.29.*
idem indicatur Iſa. 22. cum ad Sobnam templi præpoſitum dicitur: *Dominus aſportari te faciet,* *Iſa. 22.17.18.*
ſicut aſportatur gallus gallinaceus (is enim vinctis pedibus facilè quouis aſportatur) *quaſi pilam mittet te in terram latã & ſpatioſam* (id eſt in exiliũ ad remotiſsimas regiones, vnde redire facilè non poſſis. pro *gallo* autem, in Heb. eſt, *ſicut vir*, nimirum ſicut princeps aliquis, aut potentiſſimus tyrannus, qui cum ab hoſtibus capitur, exulare cogitur in remotiſſima regione, vt omnem illi ad ſuum regnum redeundi aditum, & ſpem præcludant, proptereaque cogitur habitare in ciuitatibus deſolatis. & ita
Septuaginta hunc Iſaiæ locum legerunt, *Conteret virum, & projciet te in regionem magnam, & immenſam.* *LXX.*

Huic præterea commentario affinis eſt illa aliorum interpretatio, vt de extrema inopia accipiatur, ad quam redactus impius tecto careat, & niſi in ciuitatibus deſolatis, deſertisque & ruinoſis domibus commorandi, ſeque protegendi locum, aut facultatem non habeat.

Tãdem quod videtur optimè quadrare, & 3
cum conſequentibus cohærere, ex Græcorum Græcorum interpretatio commodiſſima.
interpretatione, illud eſt, vt impio comminetur euerſionem ſuæ ciuitatis, & ſuæ domus: & quoniam quæ comparauerat bona, ex rapinis erant, direptioni quoq; expoſita erunt. iuxta quod accipiendum eſt, quod dicitur, *in tumulos ſunt redactæ*; nam in Hebreo effertur per futurũ, *in tumulos*, aut, in cumulos *redigentur*. atque hunc ſenſum indicaſſe videntur Septuag. qui *LXX.*
imprecanter legunt: *Habitet ciuitates deſertas, & ingrediatur in domos non habitatas: quæ autem illi parauerunt, alij auferent.*

XXIX. Non ditabitur, neque perſeuerabit ſubſtantia eius: neque mittet in terra radicem ſuam.

4
Non ditabitur. Non ſemper diteſcet. neque ſemper ex quocumque iactu & quocumque piſcatu euadet ditior. & quoniam ſummis negatum eſt ſtare diu, non *perſeuerabit*. Proprie, non ſurget, non ſtabit, non

Perſeuerare.

5
confirmabitur, non erunt illius opes ſtabiles, & firmæ, non ſemper augebuntur.

Radix quid proprie. בלה *Pagni. R. Dauid. Hebra. Caieta. Regia. R. Mardoch. Tygur. Vatab. Luc. 14. 30.*

Nec mittet in terra radicem ſuam. Radix hoc loco eſt à radice, *calah*, quod eſt perficere, aut conſummare, quare Pagninus ſequutus Rab. Dauid, legit, *Conſummationem*. Hebræus apud Caietanum, *Finem*, Regia, *Complementum*. Rab. Mardochai, *Neque extendetur in terra perfectio eorum*. Tygurina, *Neque ad perennem creſcet in terra*. Vatab. *Neque tradet terræ conſummationem eorum*. ſubaudit ipſe ædificia, quæ cum impius *cœperit ædificare, non poßit conſummare, vt omnes qui viderent, illudant ei*. Sed conſummationem hanc ad arboris perfectionem pertinere, tū Septuaginta, & Græci, tum Latinus interpres ſapienter ex ſequentibus eliciuerunt, vbi *ramorum* mentio fit. ſed in

LXX. Latini. Græci.

hac eadem re extremas perfectæ arboris rationes conſiderarunt Græci atque Latinus; nā Græci cacumen, comam, folia arboris, legunt enim; *Non immittet ſuper terram vmbram*. id eſt, in ipſo flore exareſcet, primisq́; germinibus deficiet, non efficiet perfectam comam, non tegmen patulum, neq; latam vmbram. at noſter interpres in radicibus totam arboris cōſummationem conſtituens, firmitatem, & profunditatem illarum impiorum florenti ſtatui denegauit, viſusque profectò eſt hunc locum cum illo Prou. 12. coniunxiſſe, *Non roborabitur homo ex impietate, & radix iuſtorum non commouebitur*. quaſi diceret, Quidquid peccato & ſceleri innititur, non firmis radicibus nititur; Vermem enim corrodentem habet. at pietas, & integritas, firmæ ſunt ad honorem, diuitias & bona omnia, radices. ideo *iuſti florebunt in æternum ante dominum*; & tranſplantatis ad vitam alteram radix eorum *non commouebitur*. vide quæ ſupra diximus cap. 5. v. 3.

Prou. 12. 3. Pſ. 91. 13. 14.

XXX. Non recedet de tenebris, ramos eius areſaciet flamma, & auferetur ſpiritu oris ſui.

1 *Tenebræ quid. Rami quos ſignificent. Hoſtes igne & flamma vtuntur in regionis alicuius denaſtatione.*
2 *Varia lectio. Affixum apud Hebræos pro pronomine reciproco, aut non reciproco.*
3 *Tyrannorum mors inopinata. Explicatus Dauid.*
4 *Latinorum expoſitio. Spiritus pro indignatione.*
5 *Impij leuiſsimis occaſionibus ſublati. Illuſtrati Dauid, & Iſaias.*

1
Tenebræ quid.

ALlegoria miſta eſt, & ideo nunc *tenebras* dicit, quæ arbori non conueniunt, ſed homini. Caietanus verò ignorantiam intelligit, quæ comes impiorum erit. ſed præſtat afflictiones, diſcrimina, animi mærorem, & anxietatem intelligere. *Ramos*, germina, teneros ſurculos, Septuag. *ſtirpem*. ſunt enim etiam *ſtirpes*, virgulta, quæ de radicibus pullulant. ſiue vt allegoriam diſſoluant, & per ramos, & germina filiorum ſobolem & impiorum poſteritatem ſignificatam explicent; nam hoc loco *rami* dicuntur à radice, *ianak*, quod eſt ſugere, aut lactare, aut nutrire, quaſi qui adhuc exugant ſuccum à radice. ſic in Sapientia de liberorum interitu dictum eſt, *Confringentur rami eius*. vide etiam quæ ſuperius ca. 5. diximus. Alij *ramorum* nomine intelligunt affectatores & aſſentatores, qui ex tyranni opibus victum trahunt, & illum comitantur & ornant, quos vna cum ſua radice exuret Deus. Alij rerum omnium fœlicitatem, vigorem, opulentiam. Pro *flamma* autem Septuaginta *ventum* dixerunt, nempe vrentem, qui ſolet vi ſua etia omnia vrere, & decoquere, ſed in originali *flamma* exurens eſt, vehementiſsimi ſupplicij, atque adeo æterni ſymbolum. Duci autem videtur trāſlatio à more hoſtium vaſtantium regionem aliquā, qui ſegetes & arbores ſuccendunt. vt in illa ingenti, quam Chaldæi ediderant, ſtrage conqueritur Ioel, *Ad te, Domine, clamabo, quia ignis comedit ſpecioſa deſerti, & flamma ſuccendit omnia ligna regionis*. & Zachar. cap. 11. hoſtium copias iam aduentantes prædicit, *Aperi, Libane, portas tuas, & comedat ignis cedros tuas*.

Caiet. Rami quos ſignificent. LXX. יבק *Sap. 4. 5.* קהבת *Metaphora ducta a vaſtatione hoſtili. Ioel. 1. 19. 10. Zach. 11. 1.*

2
Et auferetur ſpiritu oris ſui. Quidam vulgati codices habent, *Spiritu oris eius*. & eam lectionem retinent Hebraizantes, Pagninus, Vatablus, Regia, Eugubinus. intelligunt autem Dei ſpiritum indignantis, atq; vi incredibili perflantis & incumbentis in impij gloriam, opes, familiam, ramos, folia, & omnem fœlicitatis florem, quæ omnia tabeſcent & decutientur, cum *Spiritus Domini inſufflauerit in* illa. eundem ſenſum expreſsit Chaldæus, neq; mihi diſplicet, nam conſentire poteſt cum correctiori lectione Vaticana, quæ habet *oris ſui*. eſt enim apud Hebræos eadē particula, quæ vice pronominis *eius*, aut *ſui*, alijs nominibus affigitur. & frequens etiam eſt apud Latinum interpretem permutatio aliorum pronominum cum reciprocis.

Pagnin. Regia. Vatab. Eugubinus. Iſa. 40. 7. Chald. Vaticana lectio. Affixū quod apud Hebræos valet reciprocum.

3
Sed tamen alij alios quoque huius *ſpiritus* commentarios adhibent, nam *ſpiritum ſui oris*, ipſi^9 impij, interpretantur, diuerſis rationib^9. Primo Vatablus refert ad illius pinguedinis conſumptionem, de qua nuper dixerat; Veniat ad eam tenuitatem carnis, qui pinguiſſimus erat, vt vel ſolo fletu, loco ſuo moueri poſsit, proprio inq̄ ſuo flatu. ſenſus videtur paulò humilior. Aliquātò erectior, & acutior Caietani, *Auferetur*, proprie etiam iuxta Hebræum, *recedet in ſpiritu oris ſui*, videlicet, abſque ægritudine valens adhuc reſpirare, & ſanus lætusque fruens vitali aura. plerumq́; enim non morbo, ſed occultis inſidijs petiti diem ſuum obeunt impij; vti Cæſar, cùm admoneretur, vt deparatis inſidijs ſibi caueret, reſpondiſſe fertur, Mortē inexſpectatā optimā,

Vatabl. Caiet. Tyranni ſubitò de medio ſublati. Plutarch.

Pſal. 81.7. nam aliam tyranni potentiſsimi exſpectant. Idem indicari videtur Pſalmo. 81. *Vos autem, ſicut homines moriemini* (id eſt, ſicut plebeij, quorum nulla in morte ratio ducitur, qui neque lugentur, neque extremis honoribus afficiuntur) *& ſicut vnus de principibus* (qui repente, & ex inſidijs petuntur) *cadetis.*

4 *Gregor. Philip. D. Thom. Hugo. Tygur.* Spiritus, pro indignatione. *Iob. 5.2.* Sed tertiò nonnihil durior, frequentiſsima tamen Latinorum interpretatio eſt Gregorij, Philippi, D. Thomę, Hugonis, indicat etiam Tygurina, *Auferetur*, & perdetur impius propter indignationem irati & impatientis animi, quam concitatioribus verbis efflat in Deum. ex ore itaque ſuo iudicabitur; *ſtultum interficit iracundia. in ſpiritu* itaque, id eſt, propter ſpiritum, & indignationem *auferetur*, miſeranda morte plectetur.

3 Impij leuibus incommodis abiati. Tandem illud non contemnendum, vt hoc pertineat ad facilitatem quandam, qua impius, paratus licèt & munitus ab omnibus bonis, concidit & interit pinguiſsimus, ſi vel ſolo impellatur * *Spiritu* & tenuiſsimo flatu, facile, breuiter deficiet; qua ratione dictum eſt Pſalmo. 14. *Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorũ:* in extremo halitu, & ſpiritu diſsipantur omnia. & Iſaiæ. 5. *Quieſcite ab homine, cuius ſpiritus in naribus eſt, quoniam excelſus reputatus eſt ipſe.* ſi de potentiſsimo ſuperbiſsimoque tyranno accipias; Quantumuis vaniſsima ſui reputatione infletur, viliſsimus re ipſa eſt, vt qui vitam ſpiritu, & halitu ducat. meliùs de Chriſto Domino, Cauete ab eo, qui quamuis homo ſit, atque ea ratione, qua homo eſt, habeat vitæ ſpiritum in naribus, id eſt in reſpirandi facultate, at non tãtum homo, ſed excelſus Deus eſt.

* Desharaſe en vn ſoplo.
Pſal. 145.4.
Iſa. 2.22.

LXX. Quoniam verò flores ſolent vehementiori vento decuti, Septuaginta perſtãtes in eadem florentis arboris tranſlatione, legerunt, *Et decidat flos eius.*

XXXI. Non credit fruſtra, errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus ſit.

1 *Impiorum mala ſecuritas. Aliquando etiam, vitæ, & ſpei omnis abiectio.*
2 *Varia lectio. Illuminatio Vulgatæ. Credere quid propriè.*
3 *Errare quid propriè. illuſtrati Ezechiel, & David. Qui Deo non adhæret, aberrat.*

1 Impiorum mala ſecuritas. CVm (inquit) repentinus & miſerandus interitus impium maneat, fallitur miſer male ſecurus, neq; in animum ſuum inducere poteſt, ſe indigere prece & pretio, id eſt, aliena ope, vt à tam certis diſcriminibus liberari poſsit. hæc eſt breuis & facilis ſententiæ elucidatio. Impiorum vitæ & remedij omnis abiectio. Niſi forte illa præſtantior ſit; Omnino deſperabit tot malis tandem agitatus, fore vt aliqua ratione mortis periculũ effugiat, aut iudicẽ ſuum placare poſsit, aliorũve opem & miſericordiam allicere. Sicut ad opulentos quondam dictum eſt Pſ. 48. *Frater non redimet, redimet homo* (id eſt, neq; frater, neq; homo quiuis alius redimere poterit, *nõ dabit Deo placationem ſuam, & pretium redemptionis animæ ſuæ.* *Pſal. 48.8.* vt enim dicitur. 2. Paral 19. *Non eſt apud Dominũ Deum noſtrum iniquitas, neq; perſonarum acceptio, nec cupido munerum.* ſic etiã Eccl. 7. *Ne dicas in multitudine munerum meorum reſpiciet Deus. & offerente me Deo altiſsimo, munera mea ſuſcipiet.* In hanc ferè ſententiam dixerunt hoc loco Septuaginta; *Non credat, quia ſuſtinebit, vana enim euadent ei*, nullo enim modo par erit, perferendis incredibilibus his Dei indignantis ictibus atque vulneribus.

2. Paral. 19.7.
Eccl. 7. 11.
LXX.

2 Varia lectio Hebraizantes Pagnin. Tygur. Sed Hebraizantes valde diſcedũt à Latino, ſic enim ex verbo legunt, *Non credet aquo*, aut valido, aut recto, *ut qui errat, ſed mendacium erit locò eius.* vel, vanitas, aut temeritas erit permutatio eius. Tygurina, *nõ credet Deo.* quaſi dicat, deſperabit de diuina ope, vel non nitetur Deo. alij, *non credit iuſto & ſapienti homini erudienti, &c.* Vt notetur Iob, qui parere nolit amicorum monitis. *Vatab.* Vatab *Non credit fore, vt eius fælicitas permutetur, & ad meram vanitatem deueniat*, ſed Vulgatus rectè vertit *fruſtra*, vel vanum, nõ enim legit *Sava*, quod eſt æquum eſſe, ſed *ſo*, quod eſt ſonus, clamor, vanum, fruſtra, quaſi dicat, ſua vanitate, & rerum externarum ſtrepitu ſeductus ſine vllo firmo fælicitatis fundamento, *non credet*, non ſtabit, non perſiſtet, non erit firmus, non permanebit; nam hæc omnia verbũ *credendi, Aman*, complectitur. quare non incommodè vertit, & legit Regia, *Non credet in mendacio errans.* Secunda autẽ pars à verbo *mir*, quod eſt mutare, aut permutare, propriè vertitur, *Non credet; quod permutatio*, ſed pro pretio commutationis rectè accipitur à Vulgato: quare illuminauit ſententiam lucida paraphraſi; *Non credit, quod aliquo pretio redimendus ſit.*

שוה
שוא

Credere quid.

אמן
מיר

3 Errare quid propriè. Sed impius tamen ſic iudicat de rebus, *errore deceptus*, propriè, errat. verbũ Originale affert mentis commotionem, videbitur malorũ turbine exagitatus mente moueri, nullumq; verum, aut certum iudicium de rebus capere ab eadem radice dicitur Pſ. 118. *Erraui ſicut ouis, quæ periit*, id eſt, nullum ſalutis certum remedium vagus aberrans que quærebam, meorum pios, & ingentis in quo verſabar diſcrimine, pene ignarus. & Ezech. 44. *Cum errarẽt filij Iſrael à me.* Alij ſic legunt, & diſpungunt; *Non credet, fruſtra* igitur; *errore deceptus* erit. Nam qui Deo non credit, oportet illum aberrare, & ad inniterandos exitus, certiſsimaq; præcipitia perire, ſicut à ſapiente dictum eſt *Væ diſſolutis corde, qui non credunt Deo, & ideo non protegentur ab eo.* Nã diſſoluti, & ſine anchoræ præſidio, quam in diuinam opem iacere deberent, agitantur rapidiſsimis malorum fluctibus, & ad immanes ſcopulos alliduntur.

תעה
Pſ. 118. 176.
Ezech. 44.15.
Qui Deo nõ adhæret errat.
Eccl. 2. 15.

XXXII. Antequam dies eius impleantur, peribit: & manus eius areſcent.

1 *Implere quid. Implere dies & Plenus dierum quid.*
2 *Immatura mors impiorum. Nemo iuſtus immaturè decedit. explicatus Salomon. Illuſtratus Iſaias.*
3. *Vitæ ſpatium concedi homini, vt matureſcat velut fructus quidam. Iuuenis cordatus maturus, ſenex improbus acerbus. Explicata Sapientia, & Hoſeas.*
4 *Ramus & manus pro eodẽ. rurſus vtrumq; pro filijs.*

1 SI perſtet in eadem arboris metaphora, hic erit ſenſus; Ante perfectionem, & debitã fructuum maturitatem, quos daturus erat

LXX.

in ſuo tempore, *peribit.* ſuccidetur. Septuaginta; *Præciſio eius ante horam corrumpetur.* id eſt, incidetur, & putreſcet, & ab inciſione & ferro nõ ducet opes, neq; noua germina, ſed rami, *manumq́;* & brachia *areſcent.* licet autem in Originali tantùm ſit vnica vox, *male*, quæ complere,

מלא

& perficere ſignificat, rectè Vulgatus duobus alijs reddidit, *implere*, & *perire*, vt vitæ immaturæ, & rerum omnium ſuo fine & perfectione carentium, interitum & finem ſignificaret. & quidem, Quod in Originali eſt, *In non die ſuo complebitur.* non videtur commodiùs, neq; illuſtriùs reddi potuiſſe; nam compleri ante ſuũ diem & tempus conſtitutum, eſt potiùs perire, & deficere, quàm vllum complemẽtum, & perfectionem accipere. *Implere*, aũt *dies* ad fælicem, longamq́ue ſenectam pertinet, vt Iſa. 65. *Nõ erit ibi ſenex, qui nõ impleat dies ſuos.* Sed obſeruandum non eſſe eandem dicendi formulam, cum quis dicitur *plenus*, id eſt ſatur, *dierũ*, & cum quis dicitur *implere dies*, id eſt menſurã vitæ bene cumulatam referramq́; annis reportare, licet vtrumque ad ſenectam pertineat.

Iſa.65.20.

Gen. 25. 8. & 53. 29. 1. Par. 23.1. et 29.28. Ierem. 6.11. Gen. 9.29. & 29. 14.1. Par. 17.11. Eccl. 26.2.

Huiuſmodi verò acerbam mortem, aut potiùs acerbæ & immaturæ vitæ ſucciſionem

2 Immatura mors impiorum.

ſæpè comminantur impijs ſacræ literæ, vt Eccleſiaſt. 7. *Ne impie agas multum: & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo.* id eſt, ne moriaris, cùm nondum maturueris, ſed acerbis adhuc, & auſteris, atq; crudis moribus ſis, & minime moriendo præparatus. Quare nihil mirum, quod impij quamuis inueterati dierum, atq; malorum, ſemper conquerantur mortem ſibi importunam & ante ſuum tempus accidere: nam cum nunquam ſe ad mortem comparauerint, numquamq; ſenſu atq; moribus maturuerint, ſed ſemper vitiorum & laſciuientis, luxuriantisq́; animi virore & obſtinatiõe recrudeſcẽtes, mitẽ operum fructum ſuo tempore non ferunt; iuſti verò, vt qui diuinæ charitatis calore, ſenſu atque moribus matureſcere miteſcereq́;, omni duritie & acerbitate decocta, iam inde ab adoleſcentia cæperunt, nunquam non amplectũtur opportunam mortẽ, numquamque non decedunt ſuo tempore, & ſuæ vitæ diebus impletis. cum enim licèt ætatate iuuenes, at ſenes ſint moribus, morti parati, & maturi proculdubio cẽſeri debent. Hæc eſt.n. illa Eccleſiæ propter ſuorum iuuenum pietatem, facta promiſsio, *Nõ erit ampliùs infans dierum, neq; ſenex, qui non impleat dies ſuos; quoniam puer centũ annorum morietur, & peccator centũ annorũ maledict9 erit.* id eſt, nemini in medio ętatis curſu importuna mors accidet, nã peruenięt oẽs ad illam operum, atq; ætatis maturitatem, & vitæ complementum, quod non dierum, *& annorũ numero*, ſed pietatis perfectione & morũ integritate definitur. at impius ſenex licèt, & centũ annorum, infans cenſendus erit, vt qui morum & ſenſus maturitatem numquam aſſequutus fuerit, neq; ſuum illud expectatum ſenectutis, prudentiæq; tempus impleuerit. Is igitur maledictus erit, fructus videlicèt inutilis & acerbus. Iuxta Heb. parui pendetur, proijcietur.

Eccl. 7.18.

Iſa.65.20.

Sap.3.17.

Quare obſeruandũ quidem humanam vitã concedi homini, vt in eo temporis ſpatio pietatis atq; iuſtitiæ incrementa accipiat atq; ad perfectã quandam vitæ morumq́; perfectionem atq; maturitatem peruenire poſsit; quare qui eiuſmodi euaſit morib. videlicèt, atque ſenſu maturus, ſuã perfectionem ſuumq; temporis complementum atque menſuram accepiſſe videtur; in eum.n. finem conſummationis atq; perfectionis, vitæ humanæ ſpatium mortalibus conceſſum eſt, vt Sap. 4. dicitur; *Conſummatus* (id eſt, iuxta proprietatem verbi Græci *teleo*, qui ad complementũ peruenit, & cõſummationẽ) *in breui expleuit tẽpora multa.* id eſt, cẽſetur ſuam menſuram perfectæ ætatis cõpleuiſſe. ergo ſi quis matureſcat, & ſẽſu moribuſque caneſcat in iuuentute, iucundiſsimum & ſuauiſsimũ is præbebit Deo fructũ matureſcẽtis ætatis, Dei palato gratiſsimũ, vt ipſe teſtatur Hoſ. 9. *Quaſi vuas in deſerto inueni Iſrael, quaſi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorũ*, id eſt, inter alias ſylueſcentes gentium barbararum arbores, quorũ fructus acerbiſsim9 erat, minimeq; gratus diuino guſtatui, illi iuſti Abraham Iſaac, Iacob, qui Deo gratiſsimi fuerunt, anteq̃ veniret plenitudo tẽporis, & gẽtium conuerſio, & tẽpeſtiua animorũ, morumq́; maturitas nondum ventura, Deo extiterunt velut prima, præcociaque poma, quib. licèt non admodum multis reficere ſe ſolet homo, interim dum expectatur plenitudo fructuum. Idem de ſe ipſo teſtatur Salomon Eccl. 51. nam Sapientiæ, prudentięq; maturitatem re ipſa potiùs, quàm ſpe, atq; expectatiõe habuit in ipſa prima ætate; *Cùm adhuc* (inquit) *iunior eſſem, priùs quã oberrarẽ, quæſiui ſapientiã palã in oratione mea, ante tẽpl* (ſic pleriq; codices, quãuis correctior lectio Vaticana, *ante templũ* habeat) *poſtulabã pro illa, & vſq; in nouiſsimis inquiram eã, & efflorebit tanquã præcox vua.* Quid igitur mirũ, ſi cum Deus videt cordatum iuuenem, beneq; maturum, nihil expectans amplius, illũ decerpat è vita? nã *impleuit tempora multa*; nemo enim iuſtus moritur, antequam dies eius impleantur. ſed ingens tamẽ ſuppliciũ; cum impius nondum maturus euellitur è vita, non enim ille in cæleſti beatorum menſa apponẽdus erit, quippe fructus inutilis, & immatur9.

3 Vitam concedi homini vt matureſcat, diuino palato.

Sap.4.13.

Hoſ.5.10.

Eccl.15.18.19.

Vaticana.

Sap. 4.13.

Et manum eius areſcẽt. Eadem vox originalis ſignificat & manum, & ramũ, à radice *caphaph*, quod eſt, incuruare. non ſolum enim manus & vola curuitatem habẽt, ſed etiã inflectitur ramus ingraueſcẽs fructu, quare Septuag. dixerunt; *Ramus eius non condenſabitur.* Symmach. *Non florebit*, aut *non vireſcet.* vt metaphora arboris continuata ſit. atq; eundem habet ſenſum noſtra lectio, nam rami, ſunt velut brachia aut manus arboris. Si igitur rurſus hoc loco filiorũ mentio fiat, hæc erit huius loci ſententia, Peribit impius antequã honeſtam filiorũ ſobolem ſuſcipiat; quòd ſi quos habuerit filios, non permanebunt diu, ſed ſtatim areſcent, & extinguẽtur. quod propter filiorũ Iobi interitũ dictum videtur ab Eliphaz. atq; ex hoc lo-

4 Manus & ramus idem.

כפף

LXX.

Symmach.

Iob.1.19.

Sap.4.à v.3. vſque ad 6.

co per imitationem dictum ſane videtur Sap. 4. *Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas; & ſi in ramis in tempore germinauerint, infirmiter poſita, à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur confringentur enim rami inconſummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandũ, & ad nihilum apti. ex iniquis enim omnes filij, qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes.*

XXXIII. Lædetur, quaſi vinea in primo flore botrus eius : & quaſi oliua proijciens florem ſuum.

1 *Vinea quid. Illuſtrati Moyſes, Dauid, Salomon.*
2 *Botrus quid in Hebræo.*
3 *Proijcere, quid. Vitis & olea, quando floreant, quid florentibus noceat. Explicatus Iſaias.*

1 גפן Vinea quid propriè. *Gen.40.9. Pſal.127.5.*

PRo vinea eſt, *gephen*, quę vox propriè ſignificat *vitem, cepa, o parra*, ſic enim *vitem* ſæpè vertit Vulgatus, Gen.40. *Videbam coram me vitē.* & Pſalm.127. *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ*, id eſt, quæ cum externis non pateat, neque in publico conſpiciatur, domeſticis omnibus valde fructifera ſit. & ipſum *vineæ* nomen, vitem ſignificat Geneſ. 49. *Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem*, (id eſt ad alterius generis vitem aliam) *Aſinam ſuam.* id eſt, ex quacumque cuiusq; generis vite copioſiſſimus fructus colligetur; *ligans*, id eſt, *onerans*; nam cum iumenta onerantur, ligantur etiam. ſic etiam Cant.2. *Vineæ* (id eſt vites) *florentes, dederunt odorem ſuum.* ſic igitur hoc loco *vinea* in primo flore, eſt vitis florens, dansque odorem ſuum. cùm autem in Hebræo tantùm ſit, *ſine flore botrus* (rectè interpres addidit, *in primo flore*, explicationis gratia, *eſtando en cierne*) Eſt autem *botrus*, propriè labruſca, aut vua immatura. Septuaginta; *Vindemietur ſicut acreſta, ante horā. Lædetur*; grandine vehementi, aut vrenti pruina decoquetur. propriè, diſsipabitur, opprimetur, perdetur à radice, *chamaç*, quod eſt, inique agere contra aliquem, vi opprimere, diſſipare, rapere. quare vt perſtemus in eadem allegoria; Diripietur fructus immaturus.

Gen.49.11. Cant.2.13.

2 בסר Botrus quid. LXX. El granizo la vẽdimiara en agraz. חמס

3 Quid proijcere. שלל *Iſa.6.13.*

Et quaſi oliua proijciens florem ſuum. Proijcere hoc loco, non eſt germinare, aut protrudere floré, ſed potiùs eijcere, dimittere, vt cadat. nam *ſalac*, eſt proijcere in terram, aut in inferiorem locum; & ſic etiam dicitur ab hac radice; *Erit in oſtenſionem, ſicut quercus, quæ expandit* (longè à ſe proijcit, *ramos ſuos.* licet vtraque res coniuncta ſit; nam cùm floreſcit oliua, facilè flores amittit. & quidem ſicut oliuæ flos delicatiſsimus, quamcumque cæli iniuriam non ſine damno ſentit, ita etiam florentem fortunam quęcumque temporis iniuria, & viciſsitudo vrere, & deijcere poteſt. Dixit autem hoc loco *proijcere florem*, eſſe potiùs defloreſcere, & amittere florem, quàm emittere, nam tunc olea, ac reliquæ etiam arbores detrimenta ſentiunt potiſsimum. nam ſic etiam de arboribus in vniuerſum loquens Plinius tradit lib. 17.c.2. *Si cū defloruere, protinus ſequantur imbres, in totum poma depereunt. Circa vergilias quidem pluere, inimiciſſimū vitis & oleæ.* Non fruſtra autem tum vitis, tum oleæ ſimul meminit, nam ferè eodem tempore floreſcunt, vti ſcribit Plinius lib.16. cap.25. *Flores ſolſtitio vitis, & quæ paulo ſeriùs incipit olea.* & aliquando vites maritantur oleis, vt idem Plinius auctor eſt lib.17.cap.4.

Plin.lib.17. cap.2.

XXXIV. Congregatio enim hypocritæ ſterilis: & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.

1 *Congregatio, quid. principes qui Hypocritæ.*
2 *Sterile quid. Impij mors teſtificatur contra illum.*
3 *Ignis diuina vltio. Igni os tributum. Munus quid propriè. explicatus Dauid. Repetundæ.*
4 *Vterus mentis. Quid præparare. Diuitiæ fallaces.*

1 *D. Thom.* Congregatio quid.

MEritò (inquit Eliphaz) hæc dixerim. eſt enim dignus hypocrita grauiſsimo ſupplicio. *Congregatio* D.Thom. opes, *congregata*, bene, ſed præterea etiam familia, amici, ſocij, & quæcumque alia neceſsitudine, aut fœdere deuincta, *ellos y todos ſus allegados.* nam *jaghad*, non ſolum congregari, ſed in fœdus & pactũ, aut amicitiam conuenire, ſignificat. *Hypocritæ.* impij, principis præſertim aut tyranni, qui cũ pro ſuo munere tueri deberet Rempublicam, & infirmiores iuuare, debilesq; fouere, ipſe, contra quam ſui numeris ratio & ſpecies externa præſeferebat, iuſtitiæ, & æquitatis euerſor fuit. hi ſanè principes, qui non ſunt quales eſſe videntur, *hypocritæ* ſunt. quos notat Daniel. c. 13. *Egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.* Videbantur quidem externa facie, ſed tamen re ipſa minimè regebant, ſed potiùs perturbabant euerſa omnis iuris, æquitatis, & honeſtatis ratione & lege.

יעד Hypocrita. Cur iniqui principes hypocritæ. *Dan.13.5.*

Sterilis. Vox eadem quæ cap. 3. redditur *ſolitarium.* igitur *congregatio ſterilis*, ſolitaria, ad ſummam ſolitudinem redigetur ſine filijs, ſine famulis, qui rem promoueant & curent; vaſtabitur illius domus. & quoniam verbum *congregandi*, & conueniendi, ſignificare etiam ſolet conuenire ad teſtificationem alicuius rei, ideò Septuag. dixerunt; *Teſtimonium impij mors.* Cuius multas interpretationes affert Chryſoſtomus; ſed illa eſt optima, quòd mors, exitusque miſerandus impiorum abunde probabit, cuiuſmodi illorum fuerint vita, atque conditio. adde etiam mortem impij teſtimonium habituram, id eſt fore omnibus conteſtatam, & ignoratam nemini.

2 Sterile quid. *Iob.3.7.* LXX. *Chryſoſt.* Su mala muerte dara teſtimonio de ſu mala vida.

Et ignis. Diuina vltio, & ineuitabile ſupplicium. *deuorabit.* abſumet, & perdet; os & lingua tribui ſolent igni; nam dicitur *lambere, mordere, deuorare, & depaſci.* augetur nimirum & nutritur ſubiecta materia, ſicut animal ſuſcepto alimento. ſed de hoc poſtea plura. *Tabernacula eorum.* per paraphraſim Vulgatus ſententiam elucidauit, imitatus Septuag. qui legunt; *Ignis comburet domos eorum. Qui munera accipiunt*, in Hebræo tantùm eſt; *Tabernacula munerū*,

3 Ignis. *Nah 3.15. Ioel.1.19. Zach.11.1. Pſal.20.10. Deut.5.25. 4.Reg.1.12. Iob.20.26.* LXX.

i deſt

id eſt principum, & iudicum iniquiſsimorũ, qui ſe ſinunt muneribus corrumpi. quod cùm ſit iudice & principe indignißimum, ex hoc cætera principum peccata ſignificabuntur. nã qui æquitatem munere accepto corrumpit, quid non iſte venale habeat? adde etiam *tabernacula munerum* eſſe quæ ex vſura, & rapinis extructa, & locupletata ſunt. Caieta. intelligit, *munera, quæ offeruntur a redimentibus vexationem ſuam*. auctor Catenæ exiſtimat hanc eſſe periphraſim auari hominis, & in munera turpiaq; lucra inhiantis. rectè omnia; non enim inter ſe pugnant; neque aliena ſunt à voce originali, *ſochad*, quod munus eſt, illud præſertim, quòd iniquè accipitur à principe, vel magiſtratu, quod dicimus, *cohecho o ſoborno*, tum etiam munus, pretium vel acceptum, vt alicui noceas. de quo loquitur Pſalm. 14. *Et munera ſuper innocentem non accepit*. his ergo verbis videtur Eliphaz latenter accuſare Iobum repetundarum; ſic enim dixerũt Romani, cùm ex priuatis legibus pecunias repetebat à magiſtratibus malè ablatas, captas, coactas, conciliatas, auerſas, vt Cicero loquitur accuſans Verrem.

Caiet. *Nicetas.* Munus quid propriè. שוחד *Pſalm. 14. 5.* Repetundæ *Cicero in Verr.*

XXXV. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem: & vterus eius præparat dolos.

4 TAnto (inquit) ſupplicio dignus eſt, qui ſemper machinatur, quomodo alijs dolorem afferat, & quauis occaſione nacta, tandem opere perficit iniquitatem, violentiam, rapinam, egenorum oppreſsionem, & imbecillorum expilationem.

Et vterus eius. Mens, pectus, præcordia, vis cogitandi & concipiendi. ſic dicitur Prouer. 22. Sapientia *conſeruari in ventre*. ſed videtur metaphora duci ab vtero fæcundiſsimæ alicuius mulieris, quæ vix cum peperit, denuo concipit fœtum alium. ſic impij *vterus*, & cogitatio numquam ceſſat ab iniquitate, nam cùm *concupiſcentia* poſtquam vnum aliquod facinus *cõceptum peperit*, & excluſit, aliud denuò *præparat*, propriè, format, fingit, fraudem aliam. nam ab eodem verbo dicitur cap. 31. *Formauit me in vulua*. Denotatur etiam improbum ingenium, non alia re valens, quàm dolo & fraude. de hac re diximus ſuperiùs nonnulla. Vide auctorem Catenæ, qui dolos hos ad ipſum impium refert, qui cùm deuorauit alienas opes, concepiſſe profectò videtur, quod poſtea cũ dolore euomat, *& vterus præparat* ſibi ipſi *dolos*: nam inflatur *fallacibus diuitijs*, quæ ſuum poſſeſſorem fallunt, cùm neque veræ, neque ſtabiles ſint, Scriptum eſt enim, *Diuitias quas deuorauit, euomet: & de ventre illius, extrahet eas Deus*. neque hic ſenſus incommodè videtur claudere totam Eliphazi orationem. quę verò in hãc ſententiam conferri poſſent, petenda ſunt ex cap. 4. verſ. 8. vide etiam inferiùs. c. 20. v. 15.

Vterus mens *Prou. 22. 18.* *Iacob. 1. 15.* כון *Iob. 31. 15.* *Nicetas.* Seipſum fallit impius. *Matth. 15. 22.* *Iob. 20. 15.*

BREVIS NOTATIO RERVM INSIGNIORVM,

quæ in commentarijs fuſiùs explicantur.

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

IObi orationem neruis & acrimonia plenâ, iniquè ferens Eliphaz, ſeq; ac ſuos amicos contemni arbitratus, illam amarulenta plenaq; ſtomachi reſpõſione excepit, ſed non ita perturbata, vt diſputandi decorum, rectumq; ordinem non ſeruet; nam ab altero alteri, ſibiq; nunc per vicem traditam orationem ab indignante interrogatione ſic exorſus eſt.

Qui fieri, ô Iob, poteſt, vt inter ſapiẽtes numerandus ſis, cùm tam multa ad rem parum attinentia inſolenter & arroganter effutias? non.n.in ſapientem facile cadit ſuperbiæ, & ſtultiloquij peccatum; perſtrepis enim tu, atq; inſanè infremis, inſtar præcipitis cuiuſdam & horriſoni venti; & inanem conaris auram captare inutilibus, incommodisque ſermonibus, atque ſophiſticis, captioſisq; argumentandi rationibus. Impletus ſane, diſtentusq; videris inutili quadam ſcientiæ opinione, quæ mentem inflat; & inſtar vrentis alicuius & & inflammati ſpiritus, minacis videlicèt a Euri, aut tumidi, præcipitisve Vulturni, tua præcordia inflammat excandeſcentis ſanguinis atq; iræ ardor, & plus nimio te defendendi, & cum Deo diſputandi ardens ſtudium, & incitata contentio. Quaſi verò ea ratione mentis & ſenſus dolor exſaturari expleriq; poſſet, atque miteſcere. Quin potiùs dum amarulenta oratione vteris, imples mentem ingenti quodam ſenſu, & aſsidua tuarum ærumnarum cogitatione, quæ vehementi dolore animum tuum diſcruciet.

a De huius venti tum ex ſacris, tum ex prophanis nomine, & ſignificatione, atq; natura, quædam v.2.nu.4.5.

Et verò inutili tu oratione diuinam prouidentiam laceſſere & reprehendere videris, cuius celſitudo infinitis partibus tuum captũ ſuperat. nec non tuos amicos importunis reprehẽſionibus proſcindis; res videlicet ad tuam ipſius perniciem opportune comparata.

Tu ſanè iſta animi præſumptione, & impudentia publice palamque propoſita, efficis, vt ex te alij inſoleſcere diſcãt, & obloqui aduerſus Deum, atq; omnem diuini numinis timorem, religionemque abijcere: nam qui doceat ſanctos iuſtosque homines non affici præmijs, ſed ſupplicijs, is ſane ſua iſta aſſertione a Dei cultu homines deterrebit: quis enim velit, vt ſi ſanctus probusque ſit, tam acerbè, tamque ſeuerè à Deo accipiatur, illi ſe ſupplicem præbere? Tum etiam conaris Dei à te timorem repellere, vt qui perfricta fronte cũ tremenda diuini numinis maieſtate de tuis ærumnis expoſtulare non dubites. Sed quid non audeat, qui precandi ſtudium dimiſerit, & pro oratione, inaudita nunc quædam verba aduerſus Deum iactata ſubſtituerit.

Hanc de Deo loquendi, ſentiendique rationem à nemine accepiſti, ſed ex tuo illam cerebro confictam deprompſiſti; nunc tandem occulta tui animi improbitas ſe ſe tuis verbis prodidit. neque verò opus eſt, vt tibi indicem, in quo pecces; nam ipſe tuus ſermo, tacentibus cæteris, facilè te docere poterit, te iniquum, & Deo iniurium eſſe. Verùm enim verò errantia hominum prauè de Deo deque diuinis ſentientium dogmata, conſiliaque tuo animo imbuiſti; illaque tanquam optima & probatiſsima tibi ſemper ſectãda propoſuiſti, & verſutiſsimorum hominum more fucatis, compoſitisq; rationibus tenebras offundere veritati niteris, ornata potiùs oratione, quàm re ipſa, te nobis iuſtitiæ & ſanctitatis nomine probatũ cupiens. interim ſalutaria atq; veriſsima tuorum amicorum monita contemnis.

Ad te obſecro parumper redi; fieri enim non poterit, quin tu ipſe mentis compos aduerſus tuam impudentiam & temeritatem pronunties, ſi tuorum prauorum verborum teſtimonium aduerſum te attendere volueris, &, vel te iudice, minimè abſolueris.

Porrò, quod ad nos attinet, tacere nos nuper iuſſiſti, attentosq; nos tibi præbere. ſcilicet tu antiquiſsimus perinde ac ſapientiſsimus, cuius teſtimonium atque doctrina, ſine vlla probatione alia, pro-

bati

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

1 Reſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit,

2 Numquid ſapiens reſpondebit, quaſi in ventum loquens: & implebit ardore ſtomachum ſuum?

3 Arguis verbis eum qui non eſt æqualis tibi: & loqueris quod tibi non expedit.

4 Quantùm in te eſt, euacuaſti timorẽ: & tuliſti preces coram Deo.

5 Docuit enim iniquitas tua os tuum: & imitaris linguã blaſphemantium.

6 Condemnabit te os tuum, & labia tua reſpondebunt tibi.

7 Numquid primus homo natus es?

bata cæteris eſſe debeant. Adam nimirum ille primus humani generis parens, pariter atque doctor, cuius interfuit docere hominum genus, & veriſsima dogmata in omnem poſteritatem tranſmittere. An non tu ſicut cæteri hominum, colligatam in corde tuo ſtultitiam, cum in lucem editus es, traxiſti tecum vt te nunc [illegible] ſapientia iudicioq; præferas? at valeo (inquis) rerum [illegible] experientia. ſcilicet, ante omnes b colles & montes, parteſq; [illegible] terræ primigenias tu conditus es, mundumq; ipſum ætate [illegible] quitate præceſsiſti; primusq; deinde conſtituiſti, firmiſsimas ipſas terræ partes, non ſolum diuturnitate, ſed conſtantia etiam [illegible] bilitate ſuperans. videberis itaque tibi ipſi, vnum primumque ex illis ſummis, celſiſsimisque montium cacuminibus, quæ confugientibus aquis in locum vnum, vt appareret arida, Dei præcepto, ex abyſſo emerſerunt, ita quoq; tu mundo innotuiſti, & conſpicuus, propoſitusque fuiſti antequam ipſa terræ facies potuiſſet conſpici. ſed hæc minora profecto ſunt tui animi inſolentia; nam diuinæ tibi ſapientiæ munus atque nomen fortitan arrogaueris, cui perſpecta ſint diuinæ prouidentiæ arcana omnia conſilia, atq; cum Deo fueris cuncta componens; illumque prouidentem, diſponentem, decernentem, præcipientem audieris, & nihil ille ſecretioris habeat conſilij, de quo tecum vna non communicet: niſi forte omnem tibi ſapientiæ rationem perſpectam, ſubiectamque eſſe contendas, vt & quam Deus mortalibus impertitus eſt, & quam ſua ille mente continet infinitam, præ tua iſta contemnas, ac tecum morientem abituram etiam è mortalium conſpectu arbitreris. atqui ego profundiſsimam eſſe veritatem ſatis ſcio, teque eò ſuperbiæ elatum eſſe credo, vnde illam contingere, aut videre in altiſsimo puteo demerſam nulla ratione poſſis.

& ante omnes colles formatus?

8 Numquid cõſilium Dei audiſti,

& inferior te erit eius ſapientia?

b [illegible] examinatur, v.7.n.3.4.

Parcius itaque iſta viris, ò Iob, non enim quæ ſapis, loquerisve, incognita aut inaudita nobis ſunt, nam ſi nos noſtra induſtria & ſtudio nihil horum conſequuti fuiſſemus, at potuiſſemus quidem a parentibus noſtris atque magiſtris qui vt ætate, ita & ſapientia nos præceſſerunt, tum hæc quæ tu iactas, tum veriora alia reconditioraque dogmata accipere. Proptereaque quamuis inter nos tu ſenior ſis, ætateque prouectior, at noſtra parentumque noſtrorum ſapientia, multo quam tua magis antiqua & cana eſt, atque adeo minus de falſitate ſuſpecta.

9 Quid noſti, quod ignoremus: quid intelligis, quod neſciamus?

10 Et ſenes, & antiqui ſunt in nobis, multò vetuſtiores, quàm patres tui.

Sed vt hæc omittam, & ad rem tuam iam curandam amico beneuoloque animo accedam, deſperare, o amice, videris de meliori fortuna, quaſi Deo potentiſsimo tua in gradum priſtinum reſtitutio difficilis aut operoſa exiſtere poſsit: proptereaque audes illum verbis, & maledictis laceſſere, à quo nihil tibi ſperandum eſſe arbitreris. Ad illud tibi perſuaſum velim, vel ſolo illius nutu præſentiſsimam opem & incolumitatem tibi ad futuram, niſi illius benignitati & clementiæ, tua iſta inſolenti & ſtulta oratione & criminatione, viam præcludas. non longè à te illius conſolationes abſunt: adeſt ille prope, aderitque reſipiſcenti & ſupplicanti. neque vero Dei ſolamen in aduerſis paruì æſtimandum eſt; nam poteſt ille parem tuis iſtis incredibilibus calamitatibus medicinam, & incolumitatem afferre, quam cum ille effecerit, ingentis beneficij loco æſtimare te oportebit. nam tum leuiora ſint tuis ſceleribus, hæc quæ pateris, cum quippiam de ſupplicio ille remiſerit, gratuitò ſane ille condonabit remittetque debitum. Sed Deum ad miſerandum parcendumq; procliuem, & ſpõtè ad te conſolandum accurrentem, aliquid ſane latentis tuo pectore ſceleris, aut aliquod prauum dogma, quod intimo cordi inſedit, aut aliqua alia ratio, quæ nos lateat, detinet, & impedit.

11 Nunquid grande eſt vt conſoletur te Deus? Sed verba tua praua hoc prohibent.

Hæc dum loquor, aliò contorques oculos & c nictas dum audis veriſsima conſilia, vereor itaq; ne percitus aliquo prauo ſpiritu, id facias. Hoc ergo tuis peccatis adiunxiſti, vt moroſus, vagus, toruus, ſuperciliosus, nutibusque petulans auditor ſis; neque hoc ſolum, ſed ſimulato quodam oculorum habitu, & extollentia ſanctitatem ſimulas, & interdum pro tua mentis inconſtantia, non iam nictantes & vagos, ſed inſtar ſtupefacti hominis apertos nunc in cælum oculos, nunc in terram defigas; nunc illos vultumque totum in æthera contorqueas, quaſi erumpentem ſtomachum at-

12 Quid te eleuat cor tuum, & quaſi magna cogitans attonitos habes oculos?

c Vt ſunt huiuſmodi oculorum nutus, cùm ab hoſtibus fiunt, moleſtiſsimi, & quæ ſunt impiorum inter ſe ſymbola, quædam ad mores, & Scripturarum intelligentiam. v.12. num.2.

que ſu-

13 Quid tumet contra Deum ſpiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuſmodi ſermones?

14 Quid eſt homo, vt immaculatus ſit, & vt iuſtus appareat natus de muliere?

15 Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis, & cœli non ſunt mũdi in conſpectu eius.

16 Quanto magis abominabilis, & inutilis homo: qui bibit, quaſi aquã iniquitatem?

17 Oſtendam tibi, audi me: Quod vidi, narrabo tibi.

que furorem conceptum in Deum refundens, & tumens indignatione pectus indigniſsima aduerſus Deum verborum impudentia exoneres Cæcus ipſe tuiq́. oblitus, nó te vides, ſentiſve tumere pectore ardere oculis, excandeſcere facie, fumare naſo, & toto corde diſtendi, atque efferri aduerſus numen.

Apage tantam viliſsimi homuncionis ſuperbiam Quid enim miſerrimus homo ſit, aut cuius materiæ & conditionis, dũ concipitur, dum naſcitur, dũ domos luteas habitat, dum quicquid aliud agit, vt mundus, purus, candidus vita atq; moribus haberi meritò debeat, ſanctusve, atq. iuſtus diuino iudicio atq; ſentẽtia pronuntiari? ſcilicet homo extremis prope ſupplicijs affectus, videbitur ſanctus & innocens, qui imaginem præ ſe ferat ſceleratiſsimi hominis, meritiſsimas pœnas luentis: ſed quid, ipſa profecto concipiendi, & naſcẽdi de muliere conditio, ſordes affert humanæ originis, & alias plures maculas, quibus hominem pollui neceſſe ſit, nam qui mulierem dixit, peccati radicem, & ſeminarium dixit. qualis igitur ſis, qui de muliere natus ſis, tu ipſe iudica.

Illud verò, quòd ſemel dixerim, & à te minimè obſeruatũ fuit, nunc iterum tibi inſtillabo, etiam ſanctiſsimos illos Patriarchas, Adamum, Noe, Abrahamum, imo & ipſos angelos beatos, qui diuino obſequio dicati ſunt, mutabilis & inconſtantis naturæ omnes fuiſſe: atq. ipſos orbes cæleſtes, quorum lux, ſplendor, mundicies omnem creaturarum aliarum pulchritudinem & elegãtiam vincit, ad Dei conſpectum & clariſsimos oculos tenebreſcere & offuſcari: ſunt enim etiam in his corporibus ſupremis ſuæ partes lucidæ, opacæ, & craſsiores aliæ & partes quidem illæ, quæ nobis fulgentiſsimæ videntur, fortè ſunt aliarum ſui orbis imperfectiſsimæ.

Quid igitur luteus & carneus homo impuritatis & mundiciei ſupremæ ſibi laudem vendicet, cùm contingere poſſit, vt quod pulcherrimum & fulgentiſſimum in humana vita appareat, id apud Deum macula & nebula craſſiſſima cenſeatur, & qui optimus, & viri nomine digniſsimus inter reliquos mortales appareet, idem re ipſa abominabilis ſit? qui *d* nihil profectò pulchri nihil boni habeat, quo, vel Dei, vel angelorum oculos allicere poſſit; quẽ nemo familiaritate congreſſuve vllo dignari debeat? Fœteres profectò atque vileſceres tibi ipſi, ô Iob, ſi te agnoſceres: quòd ſi te intus, & in cute perſpiceres, tuam ipſe faciem præ deformitate & lutulentis ſordibus aſpicere dedignareris; & a te ipſo faciẽ auerteres, ne tam turpis, fœdusq́. conſpectus te incredibiliter perterrefaceret, & exagitaret. *e* Putrida ſanè res homo, putidaque, graue olens, immunda, corrupta, & ad omne opus bonũ reproba & inutilis; & cuius certiſſimis experimentis inutilitas conteſtata ſit. ad illum tantùm vſum commoda & opportuna, vt diuinæ iuſtitiæ materia ſit, atque æterni ignis ſempiternum pabulum. nam cùm in hunc finem homo conditus ſit, vt creatorem ſuum agnoſceret, & pius coleret, qui longius ab illo diuagatur & errat, in vanum inutiliterq; accepiſſe videtur animam ſuam. *f* ſitit, quod mirum eſt, non virtutes, quarum quædam quaſi ſemina inſita habet a natura humana mens, ſed peccata & vitia; & incredibili ad ea auiditate & animi propenſione fertur, neque aliter prauæ concupiſcentiæ ardorem & implacabilem ſitim mitigare & exſaturare poteſt, quam copioſo quodam, quaſi potu multorum ſcelerum, & improbitatis ingurgitatione, ſic ſe tandem ſitibuudum & anhelantem reficit ſumma cum voluptate, nec cogitans, nec videns rẽ eſſe diuinis oculis execrandam, quam ipſe facilè & leuiter, neque minùs inconſideranter, quam ſi os hauſtu aquæ proluerct, aut biberet aquam, facilè & ſine vllo pretio parabilem, & aggreditur & perficit.

Sed quæ, ac quanta huiuſmodi proiectiſſimos ad omnia ſcelera impios maneant ſupplicia, vt illorum periculo & interitu ſapias, tibi, ô amice Iob, nunc exponam; cæcutientique, & in maximis errorum tenebris verſanti veriſſimæ doctrinæ facem præferam. interim te attentum cupio, & reprehenſionem hanc meam tuæ inſolentiæ, peropportunam patiente animo excipere. Quod enim aſſidua meditatione, aſſiduiſque experimentis colligere

d *Vt ſibi ipſi, ſi ſe impius agnoſcat, abominationi & execrationi ſit, atque ſuo conſpectu ſeipſum excruciet, quadam ad mores. v.16. num. 2.3.*

e *Vt impius inutilis ſit, & quæ huius inutilitatis ratio in ſacris Litteris, accuratè expendatur. v.16. num. 4.*

f *Quæ ſit huius prouerbialis locutionis, bibendi iniquitatem, vis; & vt facilè, & ex praua cõſuetudine impius peccet, interdũ etiam ſine percitati aliqua voluptate, fusè exponitur v. 16. num. 5.6.*

potui,comperique veriſſimum, tibi proponam, atque illud ſanè multorum teſtimonio cõfirmatum, qui pro eadem veritate antiquiſſima ſuorum parentum teſtimonia & auctoritates producebant;ſapientis enim eſt, minime ſe nouorum dogmatum auctorẽ conſtituere,ſed eos, per quos in ſapiẽtia profecerit, magiſtros atque doctores ingenue conſiteri,atq; nominare. Neq; obſcuros (inquam) neque ignobiles tibi viros proponam, ſed eos clariſſimos principes,& magiſtratus integerrimos, qui ſumma pace & tranquillitate ſibi commiſſas Reſp. moderabantur,& in officio cõtinebant;nemoq;barbarus,aut peregrinus g hoſtis à vera ſide,veriq; numinis religione alienus, auſus eſt illorum ditiones, aut fines infeſtare. hi ſanè pro ſua poteſtate & rerum peritia, tum de omnium priuatorum hominum, tum de aliorum Tyrannorum vita, moribus,exitu,experimentum capere potuerunt, quo nobis ſuis admonitionibus prodeſſent.

Sic igitur de improborum ingenio illi pronuntiabant; Omnes impie & inique agentes,ſeditioſos & inquietos eſſe, aſſiduiſque ſolicitudinum fluctibus agitari;h inutilibus æſtuare deſiderijs,excruciari timoribus,& ipſos ſibi,quicquid agant,quicquid enitantur,dolores quaſi parturientis fœminæ aſciſcere; nam ſua illorũ ſuperbia, & ambitio,in incredibiles difficultates illos conijcit, quibus tandem preſſa illorum ſuperbia,& inanis faſtus diſflatur & euaneſcit.Et inter alios ille non vltimus ſuperbiſſimis principibus cruciatus exiſtere ſolet, quod perpetuo mortis metu, atque ſui ſupplicij quaſi præſagio quodam examinantur; & quandiu illis viuendum ſit, cùm ignorent, tyrannidem tamen exercere non dubitant,quod ſtultiſſimum eſt.

Semper ad illorum aures maximè terrificus ſonitus perſonat, ingentium,impendentiumq; malorum nuntius,atq; eo magis formidandus,quò magis vicinæ cladis iam iam perſtrepentis,aut hoſtium clamor irruentium excipitur.accedit quod cum præſumat ſæua perturbata conſcientia, timorem habet impius aſsiduum in ſuis auribus commorantem,quòd quidquid audiat, maligne & in ſuam perniciem interpretatur,& quæ à ſuis vel amicis, vel magiſtris accepit veriſſima & ſalutaria conſilia, credit eſſe machinamenta,& dolos ad ſuum ipſius interitum comparata; & cùm omnibus imponere ipſe ſtudeat,ſibi ab omnibus verba dari ſuo animo perſuadet;cumque res clariſſimas obliuiſcatur; nemo eſt, de quo non nefarias temerè ſuſpicetur.ſic illi incredibilis cruciatus exultit, quod bene conſtituto & pacato animo dulciter ſonaret; nam in ſumma rerum pace & tranquillitate, nemine moliẽte inſidias aut ſtruente dolos,ille inſidias ſuſpicatur. i Quòd ſi fortè vana mentis perſuaſione deluſus, pacem ſibi atque ſecuritatem adeſſe,exiſtimet, reſque ſuas omnes in tuto eſſe, ſubitò & inopinato opprimetur ab hoſtibus ſæuiſſimis, malæque ſecuritatis pœnas dabit.Fallax igitur omnino eſt illa,quam præ ſe ferunt impij mentis tranquillitatem, & pacatæ vitæ fælicitatem, cùm plena ſit occultis animi ægritudinibus, atque incredibilibus cruciatibus. Sed eò interdum veſaniæ & ſtuporis deueniunt miſeri, vt quaſi peccati veterno, & altiſſimo ſomno conſepulti, ſua ipſi mala acerbitateſque non ſentiant.

Aut igitur ad l conſcientię clamores exterrentur,& conſternantur;aut quod miſerrimum eſt, ſtupent & ſurdeſcunt. Illud etiam impij infælicitatem atq; ſupplicium amplificat, quòd cum in diſcrimine aliquo verſatur,tam ſibi ſuiſq; rebus diffidit,vt de meliori ſtatu continuò deſperet;cum ſe Dei omnique hominum auxilio & beneuolentia deſtitutum videat;non enim habet ſuper quem curam ſuam iactare poſſit,vt iuſti ſolent,qui quidem in maximis difficultatibus verſantes, ſe ſuaque omnia, de ſua ſalute bene ſecuri, Deo committunt. Hi nimirum in bello pace iucundiſſima fruuntur: illi in pace circumſpectant, & velut ſoliciti atque peruigiles ſpeculatores contemplantur, videreque ſibi videntur armatos hoſtes aduentantes, & gladiorum armorumque fulgores quoſdam,tum aliorum diſcriminum,tum certiſſimæ mortis prænuntios.

Illud verò maturè animaduertiſſe illos oporteret, Deum ex

ſubli-

g De alieni in ſacro ſermone ſignificatione, ad Scripturarum intelligentiã nõ pauca. v.19.n.5.

h Vt impius, dicatur ſuperbire, & nunquam nõ internis crucietur concupiſcẽtijs, multa ad mores, & de arcana ſuperbiendi ſignificatione plura. v.20. n.1.

i Vt falſa ſit impiorum pax & tranquillitas, & vt quæ iuſtum delectare ſolent, impium perterrefaciant, multa ad mores, v.21. nu.1.2.3.4.5.

l Vt impius præſumat ſeua, & mirabiles ſint terrores praue conſcientia, quadam. v.21. & 22.nu.2.& 3.

18
Sapientes confitentur & non abſcondunt patres ſuos.
19
Quibus ſolis data eſt terra:
& non tranſiuit alienus per eos.
20
Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit:
& numerus annorũ incertus eſt tyrannidis illius.
21
Sonitus terroris ſemper in auribus illius,
& cum pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur.
22
Non credit, quòd reuerti poſsit de tenebris ad lucem:
Circumſpectans vndique gladium.

23 Cum ſe mouerit ad quęrendum panem, nouit, quòd paratus ſit in manu eius tenebrarum dies.

24 Terrebit eum tribulatio: & anguſtia vallabit eum: ſicut regem, qui præparatur ad prælium.

25 Tetendit enim aduerſus Deum manum ſuam, & contra Omnipotentem roboratus eſt.

26 Cucurrit aduerſus eum erecto collo: & pingui ceruice armatus eſt.

27 Operuit faciem eius craſſitudo, & de lateribus eius aruina dependet.

28 Habitauit in ciuitatibus deſolatis, & in domibus deſertis, quę in tumulos ſunt redactæ.

ſublimi cælorum ſpecula contemplari, decernereque impios omnes ad gladium atque necem miſerandam.

Interim vero dum viuere ſinuntur, ad extremā *m* inopiam deuoluentur, vt & panem victumque neceſſarium ſtipe coacta quęritare cogantur, per ignotas longeq; remotas regiones vagi & exules, & cum quidpiam cibi comparauerint, vix audebunt ori admouere, veriti ne letali aliquo veneno infectus, ſibi ab aliquo inimico per inſidias paratus ſit. quod cum ſibi certo perſuaſerint, incertum eſt, fame ne, an mortis formidine acerbius torqueatur. Sic nunquam non vitam ærumnoſiſsimam, extremamque cladem ad manus iam paratam ſibi riment, quam profectò ſuis ipſi manibus, ſuiſque operibus ſibi comparauerint.

Tot itaque malis circumcepti, conabuntur interdum vires colligere, animumq; reſumere ad repugnandum, ſed fruſtra: nam ſupplicia omnia importuna obſidione, & incredibili pertinacitate omnium ærumnarum, quaſi coacto agmine, illum cingent, omnibuſq; contra illum viribus pugnabit anguſtia, & tribulatio inſtar potentiſſimi cuiuſdam regis, qui cum aduerſus hoſtes ſuos in prælium procedit, ingentem exercitum conflat fortiſſimorū militum, & non ſecus in impium irruet, quam hoſtes ſolent in regem potiſſimùm, & imperatorem aduerſi exercitus, aciem dirigere; illo enim ſuperato & interfecto victoriam & triumphū ſibi pollicentur. Non aliter profectò in impium præparatur prælium, obſidioque calamitatum omnium, perpetua quaſi circumuolutione recurrentium, & quaſi conglobatis cuneis impios in ſummas anguſtias compellentium. videbitur igitur impius ad globum, exquiſitum videlicet illud viliſſimorum mancipiorum ſupplicium, nunquam non diſpoſitus, & paratus.

Tanto *n* ſupplicio atq; vindicta digniſſimum profectò ſcelus hominis ſe ſe impudenter & temere efferentis aduerſus potentiſsimum Deum, quem nulla vis, aut lædere, aut repellere poteſt. protenditq; viliſſimus homuncio, atque intendit (quod vel dictu indigniſſimum eſt) manum ſuam, viribus ſuis omnibus, facultatibus, potentia abutens, in cælum minitans, & nefarium bellum ſuperis indicens, roburque iactans & brachium vibrans; & contra illum, qui ſibi ſufficientiſsimus, nulliſque externis armis, aut munimentis, ſed ſe ipſo inuictus & inſuperabilis eſt, miſer, infimus terrigena conatur ſe virum, ſtrenuumq; in bellando præbere, & primus ipſe pacis cum ſuperis fœdera rumpere, vniuerſamque cæleſtem militiam prouocare.

Sic erigit iniquus *o* criſtas, collum ſubrigit, ceruicem obfirmat, ſuaq; pinguedine, copiaq; diuitiarum, & bonorum omnium, quæ terra profert, vbertate quaſi fortiſsimis armis munitum ſe aduerſus diuinos ictus arbitratur; ſed tamen inſtar ſtrenuiſsimi imperatoris incurret in eum Deus, inuolabitq; in illius collum, & ſcutum, laminaſq; omnes æreas atque caſſideas, quibus ſe ille protegit, primo ictu diſijciet: Interim ſane ille mollibus voluptatibus ſe fulciat, & adipe atq; omento ſe infarciat, atque corroboret. Et, ſi libeat, tantum *p* pingueſcat, vt oculi introrſus retracti, eminente totius faciei pinguedine conſepeliantur; atque propter voluptates turpiſsimas mentis aſpectum amittat, latera illiq; habeat multa pinguedine conferta, atque in fœdiſsimas voluptates opportune comparata, demq; ab amicis, ſeruis, adulatoribus, qui illius latus claudant, bene munitus ſit. Deus certe pinguiſsimam pecudem mactationi & gladio ſeruat, igni demq; , quē ſua ipſe pinguedine liqueſcente, tanquā oleo nutriet, & accendet.

Ad ſummam itaq; ſolitudinem, & egeſtatem bonorum omniū redigetur, vt neque domum in vrbe habeat, neque in orbe locum. nam qui alios ſuis domibus, vrbibuſque eiectos exulare fecit, exulare ipſe in ſolitudinib. cogetur, & in vrbibus ruinoſis, deſertiſq; domib. pernoctare; & qui ſolitudines etiā infeſtauit, cū rapinis & prædis inhiabat, in ſolitudine ille feris & prædonibus prę da certiſsima exponetur. Atq; adeo eiuſmodi conſcientiæ terroribus exagitabitur, vt vel neminē cogēte ipſe ſe exulem conſtituat, atq; mortalium aſpectu familiaritateq; lōgiſsime fugiat. Quid enim? ſemper ne diteſceret ille, & bonorum omnium atq

m *Quæ ſit huius prouerbialis locutionis, Quærendi panem, ſignificatio, & de impiorum ſupplicijs, quædam. v. 23. n. 1. 2. 3. ſiā etiam & de ſignificatione diei tenebroſi. n. 5. 6.*

n *Quæ ſit huius ſententiæ ex Heb. vi, & quale ſit illud ſupplicij genus, quod, Globum dicunt, peculiaria quædam. v. 24. n. 2. 3. 4.*

o *Cuius habitus, & ſymbolum ſit collum erectū, aliqua ad ſcripturarum intelligentiam. v. 26. num. 4.*

p *Vt Pingues, & Pinguedo malè audiant in ſacro ſermone, nonnulla tum ad Scripturarum intelligentiam, tum ad doctrinam opportuna. v. 27. n. 1. 2. 3. 4.*

fœlicitatis acceſsionem facere? ita ne ex inſtabili fortuna ſtabilitaté perſeuerantis voluptatis ille conſequeretur? minime ſanè; nó enim ad ſummum, perfectumq; perueniet; ſed inchoatam fœlicitatis voluptatem exitus luctuoſiſsimus excipiet. & antequam fructus optatos proferat, radicitùs euelletur: Viri enim iuſti altæ ſunt, æquè ac firmæ perennesque radices.

At infauſtam & infœlicem arboré mala omnia infeſtabunt; vrens vétus, & exitialis flamma decoquet omné germinum atq; ramorum honorem; familiam inquã vniuerſam, omnemq; amicorum apparatũ exitio dabit; incumbent deniq; incredibili impetu in illum indignantis Dei vehementiſsimus ſpiritus; & qui pinguiſsimus erat ita conficietur, vt ad extremam tenuitaté & maciem redactus, vel leuiſsimo flatu impelli, & deiici poſsit; atque adeo ſua ipſius reſpiratione & halitu præ ſumma imbecillitate commoueatur, atque è ſumma fœlicitate concidat. dignum profectò ſupplicium improbo homine, qui iratus aduerſus Deum verborum inſolentia pugnare auſus eſt.

Hæc cùm impium maneát mala incredibilia, fallitur tamen miſer malè ſecurus, neq; in animũ ſuũ inducere poteſt, ſe iudigere aut prece, aut pretio alienaue ope, vt ab extremo diſcrimine atq; dimicatione fortunę incolumis euadere poſsit. Cum vero iam cũ ipſis ęrumnis colluctabitur, deſperabit vtiq; fieri poſſe, vt miſerãdę mortis periculũ effugiat aut iratũ iudicé placare, & aliorũ opé & miſericordiã allicere poſsit: imparem igitur ſe iam grauibus malis ſuſtinẽdis, vel inuit⁹ fatebitur; & ſero licet, gnoſcet tãdem veriſsima eſſe, quæ illi inſtillabantur ſapiẽtum hominum monita, quibus auré accommodare noluit, errore nimirum & mentis cómotione, à vera ſalute vagus, aberransque; vti illũ eſſe oportet, qui a Deo vnico ſalutis fonte lógi⁹ recedat.

Ante q perfectioné itaq;, & ante expectatam fructuum maturitaté, ſucciſusq; putreſcet, & rami eius, & qui ad illum pertinent vniuerſi, areſcent, conuulſi atq; dilacerati: nó permittetur enim diutius viuere, neq; ad læta fœlicemq; ſenectã peruenire. Quod ſi impius aliquis incanuit, diuturna ętate, nę ille puer immaturę ętatis eſt, qui neq; ſenſu, neq; moribus maturuit, nullũq; mitẽ aut ſuauẽ bonorũ operũ fructũ protulit. & cẽtum licet annorũ ſit, maledictus puer omniũ execrationibus congetur; nam qui ſanctis moribus eſt, in primo licet ætatis flore, non ille florens tãtum, ſed vberi fructuũ optimorũ prouentu onuſtus cenſendus eſt, ſancteq; & legitimè vſus tempore illo, quod homini, vt fructus honeſtiſsimarũ actionũ afferat, conceſſum a Deo eſt.

Sed qui tempore, atq; ætate abutitur, expectãdus diutius nó eſt, vitis nimirũ quæ nunquã feret vuas, lædatur decoquaturq;, cũ adhuc in flore ſit acerbiſsimis labruſcis onuſta, & grãdo atq; ventus vehemẽs vindemiatoris inſtar, botros omnes præcidant atq; cóculcent. Quòd ſi aliquando propter vbertaté viſus eſt impius, vberé, pinguéq; oliuã referre, in eo etiã illi ſimillimus erit, quòd ſicut flos oliuæ delicatiſsimus eſt & quæcunq; cœli iniuria nó ſine ingẽti damno accipit, ita etiã florenté fortunã, quæcunq; tẽporis iniuria & viciſsitudo vrere, atq; deiicere poteſt. proiiciet itaq; & amittet ſuos flores, cũ inclementia tẽporis, diuinęq; vindictæ ſeueritate & iuſtitia ſpoliabitur. Quid plura? vniuerſa, quæ ad impiũ pertinent, ad miſerãdam vaſtitaté, ſolitudinemq; redigẽtur; quid enim non mereatur hypocrita, princeps (inquã) cuius & muneris ratio, & externa facies, bona omnia, bonorũq; defenſioné pollicebatur, at re ipſa, hoſtis atq; inimicus Reip. cẽſeri debeat? Diuina ſane vltio & ineuitabile ſupplicũ abſumet, inſtar voraciſsimæ flãmæ, domos Tyrannorũ, qui rapinis & iniquis muneribus corrupti, turpibus lucris inhiant; proptereaq; ſemper corde machinantur, quomodo aliis doloré inferant, & quauis opportunitate nacta, opere perficiũt cóceptã iniquitaté, alienorũ rapinam, atq; pauperũ oppreſsionem: vix itaq; ingens aliquod facinus excluſit, ediditq; impius, cum denuò mente ſua concipit, & fingit nouas fraudes, nouaſq; fallendi artes. ſed miſer, ipſe ſibi potius, quam aliis, dolos inſidiaſque molitur.

q Vt iuſti dicantur maturè auferri, & implere dies ſuos, et impij acerbi, & immaturi ſemper prætidantur, & de felici iuſtorum iuuentute, uſque ad veteranorum ſenecta, non pauca Pſ. 37. n. 1. 2. 3.

29
Non ditabitur, neq; perſeuerabit ſubſtãtia eius.

30
Non recedet de tenebris: ramos eius areſaciet flamma:

& auferetur ſpiritu oris ſui.

31
Non credet fruſtra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus ſit.

32
Antequã dies eius impleantur, peribit,

& rami eius areſcẽt.

33
Lædetur quaſi vinea in primo flore botrus eius:

& quaſi oliua proiiciens florem ſuum

34
Congregatio enim hypocritæ ſterilis.

& ignis deuorabit tabernacula corũ, qui munera libenter accipiunt.

35
Cõcepit dolorẽ, & peperit iniquitatẽ, & vterus eius præparat dolos.

CAPVT XVI.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Carpit, neque immeritò immiſericordes amicos & conſolandi imperitos, qui tam acerbis malis vllam vel leuem verborum medelam adhibere neſciant; illa vero dum enumerat iterum, atque exaggerat, ſuæ vitæ puritatem vindicat, atque pro extremo ſolatio ad Deum vindicem, & iudicem appellat.

I. Reſpondens autem Iob dixit.

Reſpondere nunc vehementius.

IAm nunc ardente diſputatione, & contortis vtrinque rationibus verbum *reſpondendi* non eſt ita leniter vt quondam, accipiendum, ſed cum quadam puncti, per motique animi acrimonia, & ſenſu, atque occurrendi celeritate, & ſtudio ſe tuendi, cum geſtu etiam conſentaneo his, quæ dicuntur.

II. Audiui frequenter talia: conſolatores oneroſi omnes vos eſtis.

1. *Varia lectio.*
2. *Iuſtus, ſurdus, & mutus in contumeliis. Reſpondere, & audire idem verbum in Hebræo.*
3. *Varia lectio. Conſolatio longior, importuna.*
4. *Cuiuſmodi futura ſit conſolatio. Illuſtratus Salomon.*

1 QVæ dixit Eliphaz inter diſputandum, ſibi eſſe valde perſpecta Iob aſſerit, & minimè inaudita. à quo ſenſu non abhorrēt Græci in Catena; *Communia* (inquiūt) *ſunt iſthæc omnia verba.* Philip. non accipit de ſola hac diſputatione; nam ait fieri potuiſſe, vt ab aliis alio etiam tempore ſimiles contumelias frequenter excepiſſet. Sed multo meliùs, ſi ad amicorum rationes ſæpè, & cum tædio repetitas, & importunam in reprehendendo battologiam referatur. Propterea namque *oneroſos conſolatores* appellat, finemque exoptat huiuſcemodi diſputandi formæ, cum ſubdit; *Nunquid habebunt finem verba ventoſa?* [Græci. / Philippus.]

2 *Audiui frequenter talia.* Quod in fonte eſt, *multa*, Vulgatus doctè vertit, & illuſtrauit aduerbio, *frequenter*, tum vt obloquentis importunitas apertiùs ſignificaretur, tum etiam vt aſſereretur Iobi reſponſum ab omni impatientis animi nota, vtpote qui patientiſsimis auribus *frequenter talia audierit.* Solet enim vir iuſtus, quod naturæ vitium eſſe ſolet, id in animo ſuo ad virtutem transferre. Quare ſicut, quem natura omnino ſurdum creauit, eundem fecit mutum: ſic ſanè vt nihil impatientius loquatur, ſurdum ſe atque mutum præbet conuiciis & contumeliis, illius exemplo, qui *Ego* (inquit) *tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. factus ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.* id eſt, propoſitarum rationum ſolutiones, aut cōfutationes criminum falſo obiectorum; vel rationes alias aduerſariis reſpondendi, & ſuam dignitatem tuendi. Hinc illud, *Cum conſiſteret peccator, aduerſum me* (id eſt, cum me verbis impeteret & oppugnaret conuiciis) *obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis.* id eſt, cùm abundè haberem iuſta & bona, quibus me defenderem, ſilui tamen. In quam rem myſterio carere non videtur, quod Hebraicum verbum audiendi, *Ghana*, audire, & reſpondere ſignificet, quod ille reſpondere ſoleat loquenti, qui audit; ille minime reſpondeat, qui ſurdus eſt. propterea ſubiecit Dauid, *Quoniam in te Domine ſperaui, tu exaudies me, Domine Deus meus.* quod alij legunt, *tu reſpondebis pro me*; vtpote qui exaudias, me perſiſtente ſurdo, atque muto. ſed *beatus* tamen *Iob* (vt ſapienter obſeruat Gregor.) *iam nunc per patientiam ſuam typum ſeruat eccleſiæ, quæ nouit talia audiendo tolerare, & cum eius ſermo non admittitur, ratiocinando deſtruere.* [Iuſtus ſurdus & mutus in conuitiis. / Pſalm.37.14. / Pſal. 38.2.3. / Audire & reſpondere idem in Hebræo. עָנָה / Pſalm.37.16. / Gregor.]

3 *Conſolatores oneroſi.* Rectè Hebraiſmum diſſoluit interpres; quod enim eſt in originali, *conſolatores laboris*, aut *moleſtiæ*, in adiectiuum vertit, oneroſos, laborioſos, moleſtos. eodemque ſenſu Septuaginta dixerunt, *conſolatores malorum*, Aquila *laborum*. Theodotio, *moleſtiarum*: nam quod Auguſt. explicat *conſolatores malorum*. id eſt, *malos poteſtis conſolari*; alienum eſt ab Hebrææ linguæ phraſi conſueta. Sed in quo nam id onus atque moleſtia ſita ſit, non conſentiunt interpretes. nam Caiet. quidem refert ad laborem reſpondendi, quaſi dicat; Eximium ſcilicet conſolandi officium, atque egregium beneficium, quod nō niſi cum graui reſpondendi onere, atque labore longa oratione ſe defendendi accipi poſsit. ſenſus humilior atque languidior, quàm petat diſputationis ardor. Auctor Catenæ fatigationem quandam & moleſtiam audiendi intelligit, fatigatis iam & oppletis auribus longiori ſermone, & pleno conuitiis minime breuibus. non enim poteſt vlla longior conſolationis ratio, aut oratio, attentam aut beneuolam reddere afflicti hominis mentem: cùm enim mœrori atque lachrymis totum ſe deberi exiſtimet, quicquid illum aliò auocat, vel omnino reſpuit, vel non niſi ad breue ſpatium excipit, & feſtināter; Propterea enim ſapiens præcipit Eccleſ. *Inclina aurem tuam & ſuſcipe verba intellectus, & ne feſtines in tempore obductionis.* Surdeſcunt nimirum miſerorum aures, atque aliorum potius attentas exigunt ad ſuas querimonias, atque ſuſpiria. vt audiant vero, nō tam ſunt onerandæ, & fatigandæ, quàm irritandæ, vt argutè admonuit Seneca. *Solent* (inquit) *ad breuem aliquam occupationem prohibente ſolatio tranſire, ſubrepere ergo debet conſolatio, & fucum facere afflictibus.* [Hebraiſmus. / LXX. / Aquila. / Theodotio. / Auguſt. / Cajeta. / Nicetas. / Conſolatio non debet eſſe lōgior. / Eccl.2.2. / Seneca.]

4 Sed illud potius, vt ad ipſas conſolandi rationes, & materiam referatur importunè repetitam, nam qui illum criminabantur, ſuadebantque præſentes ærumnas eſſe præteritorum pœnas ſcelerum, vexabat potius, atque opprimebant iniecto, peccati onere grauiſsimo, quàm ſubleuabant. Nam quod virum bonum (quicquid illi accidat) maxime lædit, eſt, culpæ ſuſpicio, aliæ enim ærumnæ, etiam mors ipſa, vel ſanguinem non

eliciunt, [Cuiuſmodi futura ſit conſolatio.]

1.Cor.15.59.

eliciunt, vel leniter pungunt, ſi peccati ſtimulo armatæ ad nos non accedant; *ſtimulus* enim *mortis peccatum eſt*. Ergo ſi quis admonendus ſit, aut corripiendus, & multò magis ſi conſolandus, neque admonitio neque conſolatio, importuna aut grauis futura ſit; ſed quæ benignas, & audientes aures demulceat, atque conciliet, ex Sapientis præcepto

Prou. 25. 12.

Prou. 25. *Inauris aurea & margaritum fulgens, qui arguit ſapientem, & aurem obedientem.* Quaſi dicat,

Simile.

Quod appenditur ex aure, precioſum ſanè eſt, ſed ponderis exigui: nam qui vellet maſſam quandam auri grauiſsimam auribus innectere, aurem minimè ornaret, ſed potiùs oneraret, & fœde diſcerperet: ſimilis eſto correptio, non leuis precij, ſed leuis tamen pôderis. Propterea ſubiecit ſtatim Sapiens,

Acetum in nitro ad aures purulentas.

Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi peſsimo. qua ſententia ſimilitudinem contineri exiſtimo. Similitudo verò in eo eſt, quòd ſicut acetum nitro admiſtum, ſaliuè aut alumini, valet ex medicorũ ſententia ad curationem aurium purulentarum, & tergẽdas illarum ſordes, ſic ſanè decantata carmina ad curandas & leniendas ægritudines mœſti cordis. Diſsimilitudo verò in eo, quòd non ſit eadem aurium atque animi curatio, neque eadem malè affectis auribus aut exulcerato cordi inſtillanda. auribus quidem acetum cum nitro, quorum vtrumque acriter mordet, & à parte corporis exulcerata, non niſi

Conſolationes numeroſæ, & harmonicæ.

moleſtiſsimè accipitur; ſed cordi tamen ægro ſuauiſsima carmina occinenda, quibus nihil inſit acrimoniæ, nihil mordacitatis. Et quidem *carmen* Latinus appellat, quod ritualibus verbis conceptum eſt. neque verò ſolutis verbis loquaris; ſed * *carmine*, id eſt numeroſa oratione, ſuis certis pedibus, ſyllabiſq; & verbis ſelectiſsimis conſtante, quod dici ſolet, vt concentum efficias, non opleas, non fatiges. cuiuſmodi ſunt incantationes illæ, quas animæ medelas eſſe, & præclaris rationibus contineri docet in Charmide apud Platonem Socrates.

* Que ſean palabras medidas y contadas, las que le dixeren a un affligido,

Plato.

III. Nunquid habebunt finem verba ventoſa? aut aliquid tibi moleſtum eſt, ſi loquaris?

1. *Ventoſum quid in Hebræo, & apud Latinos. Spiritus pro indignatione.*
2. *Varia lectio. Moleſtum eſſe, quid in Hebræo. impij moleſti aduerſus ſanctos. Illuſtrati Dauid, & Eccleſiaſticus.*
3. *Aliorum interpretationes minùs commodæ.*
4. *Germanior intelligentia. Animam pro anima eſſe, quid.*

1 Quid propriè Ventoſum.

Verba ventoſa. In Originali, verba ſpiritus. Quidam explicant, verba leuiſsima, parum ſolidas, rationes, vagas, neq; certò ſibi conſtantes. vel, plurimas, & præter rem iactatas. poſſunt enim *verboſi* dici etiam ventoſi. qua ratione poetæ ventos dicunt loquaces multiſonos. vti etiam ille dixit;

Horatius in arte poetica.

Proiicit ampullas, & ſeſquipedalia verba.

Ampullæ enim vêti plenæ ſunt. Sed meliùs, *verba ventoſa*, inflata, turgida, plena ſpiritu, ſuperbiæ videlicet, vt Auguſtinus ait, quibus te extollis, aduerſum me tumes, meque deiicis: quo ſenſu ventoſum hominem, & ventoſum imperium, aliquando dixit Cicero. Vel, irata verba, frementis inſtar & furentis venti prolata, inſano quodam & rapido ſpiritu, quibus in me ſæuis. Non infrequens *ſpiritus*, pro animo indignabundo, & commotiore, iactante multa, multa effutiente, irato; vt illud apud Hoſeam. 9. *Scitote Iſrael ſtultum prophetam, inſanum, virum ſpiritualem* propriè, virum ſpiritus, ira & furore correptum, agitatum ſpiritu; non ineptè Pag. *virum ventoſum.*

Auguſti.

Cicero.

Spiritus non pro iracundia.

Hoſ. 9.2.

Pagni.

2 Hebraiz.

Aut aliquid tibi moleſtum eſt, ſi loquaris. Hebraizantes, vt ſibi non conſentiunt in genuina ſignificatione radicis, *Marats*, ita quiſque vertit ſuam mentem. Pleriq; poſt Rabbi Moyſ. *Quid roborabit te, ſi loquaris? aut ſi reſponderis?* id eſt, quis te ita confirmabit, vt vel meis dictis repugnare valeas, aut me de mea ſententia deiicere? *Alij; Quid te iuuabit*, aut *quid tibi proderit, ſi mihi reſpondeas?* nam plures ſunt, qui ſuam fortunam ſtabilitam putãt, cùm alios deiiciũt. quid ergo (inquit) te meliorem putas, cum aculeata oratione confoderis? Sed certè in ſignificatione vocis originalis, cum conſentiam cum Vulgato Septuaginta, ille tandem melius legiſſe, intellexiſſeq; cenſendus eſt. Hæc tua dicta, faſtu atque ampullis pleniſsima mihi moleſtiſsima ſunt; ſed à te facilè iactantur, cùm non egeant vllo cogitandi, aut præmeditandi labore, atq; difficultate. nam *qui valent, facile recta conſilia dant ægrotantibus.* qui ægrotãt verò, vix ſunt audiendo recta atque opportuna conſilia. Eo reſpexit Eccleſiaſtic. c.9. cùm poſt damnatam *correptionem mendacem*, quæ ſcilicet falſum crimen imponit; & iratã atque *contumelioſam*, quæ non tam ex caritate, quam ex irato animo & contumelioſo proficiſcitur, ſubiecit; *Eſt tacens, & ipſe eſt prudens.* non eſt ſemper enim quiuis audiendo. Vel certè, quod acutè indicauit Gregorius; Te, ô Eliphaz, (inquit Iob) retrahere deberet à me vexando lenitas meorũ verborum; nam cùm me oneres conuitiis moleſtiſsimis, ſed ego tamen conuitia non reddo. nam quid tu audis moleſtum, cùm moleſta loquaris? ſimile illud, *Habitaui cum habitantibus Cedar.* (cum filiis Iſmaelis, qui à parente fratris inſectatore, & perſequutore edocti ſunt, fratres inſectari & laceſſere. *qui* (vt ait Theodoretus) *infeſtam inimicam vitam ducebant*) *cum his qui oderunt pacem, eram pacificus* (propriè; *Ego pax*, totus ipſe corde, verbis, opere. neminem læſi.) *Cùm loquebar illis* (pacifice) *impugnabant me gratis.* meam pacem in bellum ipſi infeſtiſsimum conuertebant. *Eò* (inquit Grego.) *plus loqueris, quò à me moleſtum aliquid de tua actione non audis.*

Heb. מרץ

R. Moyſ.

Moleſtum eſſe quid.

LXX.

Eccle. 29. 28.

Gregor.

Impiorum ingenium aduerſus ſanctos.

Pſalm. 119. 5.

Theodor.

Grego.

IV. Poteram, & ego ſimilia veſtri loqui: atque vtinam eſſet anima veſtra pro anima mea.

3 Græci. GRæci intelligunt Iobum velle rependere vicem. quandoquidem vos ſic ſtatuiſtis mecum agere, vt pro veſtra libidine loqueremini, veſtram quoque ipſe orationem imitabor, voſque refutabò. Sed videtur
Latini. paulò acerbius reſponſum. Plerique Latini cõditionalem accipiunt, & iungunt vtramque huius ſententiæ partem; Si fieret noſtri ſtatus commutatio, vt vos tantiſper meo loco ſederetis, atq; ego ſuſtinerem perſonam conſolatoris, profectò vos verbis ſimilibus alloquerer, turgidis atque ventoſis, vt experiremini re ipſa, quàm ſit acerbum & iniquũ hiſce verbis agere cum homine miſero. In
LXX. D.Thom. hunc ferè ſenſum incidunt Septuaginta, atq Diuus Thom. adducendi verſu ſequenti. ſed neque hoc ſua acerbitate caret. Illud lenius niſi longius videretur petitum, quod affert
Caiet. Caietan. Maiori iure poſſem ego veſtram orationem inſolentiæ & vanæ gloriæ arguere, atq; conuincere, quam vos meam. Neque
Greg. ab hoc videtur Gregor. abeſſe, cum ſcribit *Narrat iuſtus, quæ facere poteſt, ſed ne iuſtitiam deſerat, quod facere potuit, declinat*; atq; Auguſtin
Auguſt. etiam dum explicat; *ſimilia veſtri, quomodo dicitis.*

4 German. or expoſitio. Sed videtur quidem potius, vt duæ iſtæ ſententiæ diſſoluantur, & prima dicat, fruſtra ſibi tot verba ingeri, homini præſertim ſapienti, qui de iiſdem illis rebus, non ſimilem modo, ſed multo magnificentiorem atque luculentiorem orationem poſſet habere. & quidem illiberalem notat, neque valde exquiſitam amicorum diſputationẽ nam
Plutarch. in commentario de Audiendo. veriſsimum eſt illud Plutarchi: *Pugnare contra ſententiam, non perdifficile eſt, cum abſit exoratione.* Cæterum aliam ex oppoſito illi edere meliorem, hoc difficile eſt. ſicut Lacedemonius ille nũtiato, exciſum à Philippo Olynthum; *At qui non valeat ille* (inquit) *talem excitare vrbem.* Deinde verò ſecunda pars coniungatur cum
Anima. ſequentibus; *Vtinam anima*, (ego ipſe, vitaque mea, atq; vitæ rationes & conditio. vel, corpſum, cordiſque ſenſus; &, vt ita loquar guſtus rerum, & eorum quæ dicuntur, vel audiuntur, ſiue etiam, corpus miſerrimum, & mille morbis cruciatum. nam hæc omnia poteſt, & ſolet complecti, *animæ* nomen.) Tunc certè *conſolarer vos &c. Animam* vero v-
Animam pro anima eſſe, quid. nius eſſe *pro anima* alterius, ſignificat vnum ſubſtitui loco alterius, ſiue ad mortem, ſiue ad cruciatum, & pœnam, aut quid ſimile. vt.
3.Reg.20.39.42. 3.Regum.20.& 4.Reg.10. & illud Deuteron.
4.Reg.10.24 Deut.19.21. Ioſue.2.10. 19. *Animam pro anima* (id eſt) vitam exiges pro vita. clarius exprimitur huius loquutionis vis Ioſue. 2. *Anima noſtra ſit pro vobis in mortem.* non eſt enim iurandi forma, velut cum quis dicit, *aſſeuero per &c.* nam ea ratione vnius vita non ſubit alterius locum. eſt vero firma aſſertio; Si de vitæ diſcrimine agatur, prius nos moriemur, atque noſtra morte veſtræ ſaluti conſultum erit.

V. Conſolarer & ego vos ſermonibus: & mouerem caput meum ſuper vos.

1. *Aliorum expoſitio. Mouere caput, ſubſannantis eſſe.*
2. *Conſolari, quid ex Hebræo, & vt præſtare oportet. Oratorie, & conſolatorie vis, incantatorie.*
3. *Mouere caput, non vna ratione dici. Caput membrum diuiniſsimum, & varii motus capitis, quid ſignificent.*
4. *Varij ex motione capitis affectus, & vſus in ſacro ſermone.*

QVod Diuus Thomas explicauit, *Conſolarer vos*, quaſi fictis, & ſimulatis verbis, atque oneroſis conſiliis. ſumptum videtur ex Septuaginta, qui legunt, *Inſiliam in vos verbis, & mouebo contra vos caput.* Cum quo facere poſſet, quod in fonte propriè eſt, *Cumularem*, vel congererem ſuper vos ſermones, aut rationes, id eſt, multa vobis ego etiam importunè obtruderem, & commotione capitis vobis illuderem (ſolet enim is geſtus irriſioni ſeruire) ſic Matth. 27. *Blaſphemabant eum, mouentes capita ſua.* atque quidem docti ſic debere accipi contendunt, cùm capitis commotio dicitur a radice, *Nuagh* quæ hoc loco ſubeſt. ſed hic ſenſus diſplicuit omnino Gregorio, qui propterea obſeruat non dixiſſe Iobum, *Vtinam eſſet anima veſtra, ſed è contra, anima veſtra pro anima mea, quia profectò ſibi male eueniret ſi ſe illis ſorte ſimiles quæreret.* Ergo magis pium magiſq verum, vt dicat multo melius ſe conſolatoris munus præſtiturum, ſi tempus & occaſio poſtularent. qui ſane fuit Vulgati ſenſus. 1 D.Thom. LXX. Caput mouere ſubſannantium. Matt. 27. 39. נוע Gregor.

Conſolarer vos] Sumitur a radice, *Habar*, quod eſt accumulare, adiungere, ſocium ſe alteri præbere, accumularem dicta ſuper vos. id eſt, mille excogitarem rationes, quibus vos lenirem; eadem vobis minime repeterem cum tædio, adiũgerem, & adhiberem vobis opportunam, & aptam verborum conſolationem; ſociũ me vobis præberem, comem atque benignum; non repugnarem, ſed contentirem vobis; nõ refellerem veſtra dicta, ſed probarem potiùs, & ſi opus eſſet, interpretarer benignius. Nam eſt illud in primis vtile conſolandi præceptum: ſi primum *flea cum flente*, doleas cum dolente, id ipſum mutuò ſentias, vt lugentem atque dolentem poſsis deinde *lætificare*. Idem verò originale verbum incantare ſignificat, eò quod incantator ſocium ſe præbeat. & adiungat, vel Dæmoni, cum quo pactum init, vel quia iũgit & congregat ſerpentes, quos incantat. dicere itaque poſsis; Incantarem vos meis verbis, & excantarem dolores, & cruciatus veſtros mea oratione, atque ita demulcerẽ, vt cogerem depoſito, aut euomito veneno intericere. Ea ipſa loquendi ratione vſus eſt in Euthydemo Plato, atq; in hanc ipſam rem, cum orationum componendarum auctores 2 חבר Quid conſolari. Rom. 12. 15. Plato in Eut.

ſutora

ſupra mortales cæteros cenſet ſapientes, ipſamq; eorum artem diuinam penitus atque excelſam; *Neque* (inquit) *mirum. Eſt enim incantatoriæ illius pars. Incantandi porro facultas viperarum, araneatum, ſcorpionum, cæterarumque ferarum atque morborum mitigatio eſt; Oratoria vero, iudicum, concionatorum, aliarumque turbarum* (addo ego, animi ægritudinum, atque ſenſus) *oblectamentum quoddam, & delinitio.*

Ars conſolandi, incantatoria.

3 Mouere caput, non vna ratione dici.

Et mouerem caput meum ſuper vos. Quod interpres ſæpè vertit *mouere caput*, in fonte non vno verbo, ſed duobus dicitur eam commotionem ſignificantibus, quorũ exempla ſubiiciemus ſtatim. ſed illud præmittendum, quod Phyſiognomi dicunt, totum hominem in oculis eſſe, & totum animum in facie, nõ immerito de capite etiam dici poſſe, cuius verſatio, variiſque motus internos animi motus produnt atque ſignificant. adeò vt Plato diuiniſsimum membrum appellet, & totum ferè hominem cui reliqua membra ſubſeruiant; & nullum capitis motum vult leuem eſſe, aut ſuo myſterio vacare; ſternutationem etiam. *Eſt* (inquit) *caput membrum corporis diuiniſsimum, reliquorumque membrorum princeps; cui totum corpus connexum dii ſubeſſe, & parere iuſſerunt. Excogitauerunt enim motuum omnium, quotcunque eſſe queant, compotem fore.*

Caput mẽbrum diuiniſsimum. Plat. in Timæo.

Certè Quintilianus lib. 11. de Pronuntiatione differens nõ longè ab hoc diſcedit; *Præcipuum* (inquit) *in actione ſicut in corpore ipſo caput eſt: nam & deiectio humilitas, & ſupino arrogantia, & in latus inclinato languor, & prædurio ac rigente barbaria quædam mentis oſtenditur.*

Quintilia. lib. 11. c. 3.

Ergo cum affectu quopiam mouemur corde, commouemur etiam capite; ſi vehementer aliquid placuiſſe ſignificare volumus, annuimus toto capite, aut in vtramque aurem clauſis oculis, ſublata facie molliter verſamus. renuimus, verſando caput, comprimendo labia, contrahendo ſupercilia. admiramur, agitando & erigendo ſubinde caput, apertis oculis. ſubſannamus, oculis, labiis barba, & toto capite malignè agitato: cõmiſeremur & compatimur, contorto capite, atq; demiſſo.

Varii motus capitis, & quid ſignificent.

4 נוד

Hos geſtus omnes duo illa verba exprimũt: alterum *Nud*, quod motum & agitationem ſignificat, & frequẽter nõ habet expreſſum accuſatiuum caput, ſed datiuum rei aut perſonæ, & tunc condolentis eſt, vt Nahum. 3. *Quis mouebit ſuper te caput?* propriè; *quis mouebit tibi?* Iob. 2. *vt pariter venientes viſitarent.* propriè; *Vt venientes mouerent illi!* & infra cap. 42. *& mouerunt ſuper eum caput.* propriè, *mouerunt illi.* idem verbum eſt Ierem. 15. *Quis mouebitur tui!* & 16. *Nec conſoleris eos.* & 48. *conſolamini eum.* & abſolutè Pſal. 68. *Suſtinui, qui conſolaretur.* quia commiſeratio atq; conſolatio fit certa quadam commotione, & geſtu capitis. eſt etiam admirantis Ierem. 18. *Omnis, qui præterierit per eam, obſtupeſcet, & mouebit caput ſuum.* ſemel deriſoriè Pſalmo. 43. *Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus.*

Nahum. 3. 7.
Iob. 2. 11.
Iob. 42. 11.
Ier. 15. 5.
& c. 16. 5.
& c. 48. 17.
Pſalm. 68. 21.
Ierem. 18. 16.
Pſal. 43. 15.

נוע
4. Reg. 19. 21.
Iſa. 37. 22.

Alterum verò verbum eſt, *Nua*, quod hoc loco ſubeſt, eſtque condolentis, irridentis verò, 4. Reg. 19. Iſa. 37. Threnor. 2. Sophon. 2. & frequenter habet adiunctum accuſatiuum *capitis*. Ergo ait Iob; Mouerem caput, demitterem; conciderem facie, atque omnia conſolantis, atque dolentis ſigna præberem.

Thren. 2. 15.
Soph. 2. 15.

VI. Roborarem vos ore meo: & mouerem labia mea, quaſi parcens vobis.

1. *Aegritudo, imbecilla, & languens, confortatione, & roboratione indigens, illuſtratur Dauid. Pia cogitatio, & opportuna conſolatio, ſunt arma aduerſus ærumnas.*
2. *Mouere labia, quid, illuſtratur Salomon. ad conſolationem referri. Parcere quid.*
3. *Quieſcere quid, quid recedere.*

1 Aegritudo, languens.

DEiectos vos erigerem, & languentes confirmarem mea oratione, nimirum eſt hoc medicinę genus, quo qui ęgro animo ſunt, multũ indigent. languent enim & concidunt animo. quapropter dictum eſt; *Confortamini puſillanimes*; & iterum; *Confortentur mihi habitatores Ieruſalem, in Domino* exercituum Deo eorum. Eſt ſanè triſtitia frigida, exanguis, languida, tremula.

Iſa. 35. 4.
Zach. 12. 5.

Quid ſit, ægrum roborari, aut cõfortari.

Hæc autem languoris & imbecillitatis, aut etiam confortationis & *roborationis* ratio ſumitur, vel à rebus mollibus, quas diſiicit, & diſsipat quicunq; ictus, aut quæcunque vis etiam leuiſsima; nihil enim reſpuunt, quod lædere poteſt. eiuſmodi eſt ærumnoſum, & mæſtum cor, ſicut ſcriptũ eſt; *Factum eſt cor meum, tanquam cera liqueſcens, in medio ventris mei.* & Iob ipſe; *Deus molliuit cor meum*; ergo cùm alicuius ſolatii beneficio *roboratur*, & confortatur, indureſcit aduerſus ictus, & iacula malorum.

Pſal. 21. 15.
Iob. 23. 16.

Quid Roborare.
אמץ
Deut. 2. 30.

in qua ſignificatione Vulgatus accepit vocem originalem, *Amats*, cùm vertit verbo obfirmandi Deut. 2. *Noluit Sehon Rex Heſebon dare nobis tranſitum, quia indurauerat Dominus Deus ſpiritum eius, & obfirmauerat cor illius*, id eſt, permiſerat vt omnẽ miſericordiæ affectũ mollem & tenerum exueret, indureſcente, & lapideſcente corde. Eò reſpicit illa Dauidis precatio Pſalm. 79. *Viſita ſuper filium hominis* (id eſt, gere curam ſedulam de tuo populo, aut de Eccleſia, vel de me Rege, aut de Meſsia promiſſo) *quem confirmaſti tibi*, propriè, *quem roboraſti*, confortaſti, induraſti, & veluti duriſsimum ſilicem effeciſti, ne vlli cederet ictui hoſtium.

Pſal. 79. 16.

vel ſumetur metaphora à rebus, quæ parum firmiter conſiſtunt, & leuiter impulſæ nutant & vacillant: qua ratione ſupra dictum eſt, *Genua trementia confortaſti, & vacillantes confirmauerunt ſermonis tui*: & iterum; *Genua debilia roborate, & confortate manus remiſſas.* & iterum; *Confortetur cor tuum.* quæ omnia ſignificant conſtantiam, & perſiſtentiam, vel in greſsibus. id eſt, in vitæ inſtituto; aut in manibus. id eſt, in operibus, aut in cordis cogitationibus, id eſt, in ſemel ſuſcepto conſilio; nam his modis omnibus, qui miſer eſt nutat, & vacillat, & vt firmiter conſiſtat, conſolationis, ope & beneficio indiget. Fortè etiam ea *roboratio* & confortatio

Iob. 4. 4.
Iſai. 35. 3.
Pſal. 26. 14.

Pia cogitatio, & opportuna conſolatio, ſunt arma aduerſus ærumnas. 2. Mach. 15. 11.

pertinet ad conſiderationes pias, quibus qui aliquem ſolatur, velut armis munit ærumnoſum animum, vt poſsit cum ærumnis confligere, atque eas etiam ſuperare. ſicut Iudas Macabbæus feciſſe ſcribitur. 2. Mach. 15. cum ſuorum animos erigeret, *Singulos armauit, non clypei & haſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis & exhortationibus.*

2 Mouere labia.

Et mouerem labia, quaſi parcens vobis. id eſt, labiorum motu teſtarer conceptum dolorem ex veſtra calamitate. Sed quidem non conſtat, quæ nam ſit ea labiorum motio; an ea, quæ verbis fit: an verò geſtu aliquo, cùm labia vel comprimuntur, vel diducuntur, alicuius affectus ſignificandi gratia. Quod obſeruauit Sapiens Prouerbior. 16. *Mordens labia ſua, perficiet malum.* quod alij legunt, *Contrahens labia ſua.* alij magis propriè, *Innuens labijs ſuis,* videlicet peculiari aliquo labiorum geſtu aliquid ſignificans. Sic etiam Homer. lib. Odyſſ. 20.

Prou. 16. 30. Tygur. Home. Odyſ. lib. 20.

Obſtupuere illi mordẽtes labia. vtrouis certe modo fiat, ad conſolandum valet. Sed ea tamen potiſsimum, quæ verbis & oratione fit, quare frequenter capitis motus cum ſermone coniungitur Pſalmo. 21. *Loquuti ſunt labijs, & mouerunt caput.* Licet autem capitis atque labiorum motus irriſoriè aliquando fiat, per malignam imitationem; qua ratione hic etiam accipiunt Chryſoſtom. D. Tho. in hanc ſententiam; Nam vos ita me conſolamini, vt altera manu (quod aiunt) panem, altera lapidem oſtentetis. & inſtar canum ita adulari videmini; vt deinde rabidos dentes infigatis, poſſem etiam ego vos ſubſannare, ſi mei loco eſſetis. Sed certè in bonum Vulgatus accepiſſe videtur, cùm ait; *Quaſi parcens vobis.* Id eſt, quaſi qui veſtri doloris commiſeratione tangerer, aut qui aſperioribus verbis & geſtu parùm benigno, nollem dolorẽ renouare. Idem eſt ſenſus in fonte, *Et motus,* vel *conſolatio labiorum meorum, prohiberet.* aut, ceſſaret, aut ceſſare faceret ſubaudi veſtrum dolorem, ne exarderet, ſed potiùs frangeretur, aut deſineret omnino. Sed quia radix *Hhaçac,* non ſolum prohibere ſignificat, ſed ceſſare, aut quieſcere, vel etiam moderari, cuſtodire, ſeruare, (quæ enim prohibentur, ſolent interdum retineri, cuſtodiri, aſſeruari) is ſenſus poſſet elici; Oratio aut conſolatio labiorum ceſſaret, & prohiberetur à me; id eſt, miſeratus vtique veſtræ conditionis, tantum abeſſem à moleſta oratione, & oneroſa conſolatione, vt mutum cõſolatorem, non ventoſum, non importunum, me vobis præberem. vel, mea oratio * *cuſtodiret* ſe, aut *ſeruaretur* in tẽpus opportunius, quo exaggerat grauitatem, atque indignitatem ſuarum iniuriarum. Nam ſicut crudelitas & immiſericordia crudeles & immiſericordes reddere ſolet aliorum erga ſe animos; ſic ſanè miſericordia & lenitas, aliorum lenitatem & miſericordiam ſuo iure repetit.

Pſal. 21. 8. Chryſoſt. Theodore.

חשך Parcere quid ex Hebræo.

* Yo me guardara de daros peſadũbre, guardãdo mis razones para meior occaſion.

VII. Sed quid agam? ſi loquutus fuero, non quieſcet dolor meus: & ſi tacuero non diſcedet a me.

3

VT lenius decurreret oratio, & animũ in ancipiti verſantem ſignificaret, rectè, explicationis gratia interpres addidit, *Sed quid agam? ſi loquutus fuero.* Sed cum hæc (inquit) ſtatuum atque perſonarum commutatio fieri non poſsit, non video ſanè, qua ratione meæ calamitatis acerbitas leniri poſſit: neq; enim ſermone, neque vero ſilentio medebor meis malis. nam ſi pro me loquar, aut veſtra dicta refellam. non quieſcet, non prohibebitur, nõ cohibebitur dolor meus, nullam moderationem accipiet: eſt enim idem verbum, de quo paulò antea diximus *Dolor* autem propriè eſt, ingens quidam cruciatus, & acerbus dolor, non ſolum externus corporis, vt D. Thomas voluit, ſed cum corporis, tũ animi, & grauiſsimus quidam triſtitiæ ſenſus. Eſt verò (inquit Iob) maior, quam vt verbis explicare poſsim, nedum lenire. præſertim cum materia ipſa dicendi, grauiſsima per ſe ſit, atque moleſtiſsima, *Quod ſi tacuero,* premere volens acerbiſsimum animi, & corporis ſenſum, dum attẽtum me præbeo veſtræ orationi, *non recedet,* non abibit, non miteſcet, obſtructis faucibus, quaſi aditu negato, non diffiabitur; ſed incrudeſcet potiùs dolor; & retro actæ vitæ ſuſpicionem, quæ veſtris animis inſedit, ego ipſe augebo meo ſilentio. Vrbanè profecto, & comiter dictum à Iobo; nihil mirũ nullam me ex veſtris dictis conſolationem capere, nam neque ego aut ſilentio, aut verbis tantam doloris vim ſubleuare, vel ſcio, vel poſſum.

Quieſcere. כאב D. Thom. ילך

VIII. Nunc autem oppreſsit me dolor meus: & in nihilum redacti ſunt omnes artus mei.

1. *Opprimere quid. Expenditur lectio Græcorum. illuſtratur Iſaias.*
2. *Mutatio perſonæ. Verbum Hebræum. explicatur Ieremias.*
3. *Artus & membra ſimilia ædificio. Laceratus, aut æger homo ſimilis vrbi deſolatæ.*
4. *Cur Chriſtus ſuum corpus appellet templum. Deſolatio, & deſtructio de vno tantum dicta. illuſtratur Ieremias.*

1 D. Thom.

D. Tho. ſic intelligit, & connectit, vt dicat ſe dolore oppreſſum, oratione aut ratiocinatione vti non poſſe. ſed certe qui nullã conſolationẽ, vel ex ſuis, vel ex alienis verbis ſibi pollicebatur, nunc potiùs videtur exaggerare vim cruciatuũ, ſibiq; laboranti inter duo extrema, & ancipites cogitationes ſatius videri, ſi dolorẽ ſuum, doloris

que cauſas explicet, ex quibus aliquod ſuæ innocentiæ præſidium comparare poſsit. Quoniam autem in Originali, & apud Sept. oratio eſt ſine ſuppoſito, *nunc autem oppreſsit me*, quidam ſuppoſitum intelligunt, *Deum*; ſed Vulgatus, atque ex Græcis, Chryſoſtom. Olympiodor. *dolorem* ſupponunt, *oppreſsit*, laſſum me reddidit, laborare me fecit. verbum *laah*, non ſolum affert laborem, & fatigationem, ſed faſtidium etiam moleſtiſsimum tũ animi, tum corporis. quaſi dicat, Nihil iuuat nulla re ſubleuor. familiare id, atq; proprium animi ægritudinibus, atque etiam morbis corporis laborantis. Hoc eodem verbo vſus eſt Eliphaz. cap. 4. cùm dixit. *Si cæperimus loqui tibi, forſitan moleſtè accipies*: & propriæ ſignificationis vim paraphraſticè videntur explicare Septuagint. *Nunc autem laſſatum me fecit, ſtultum, putrem.* non enim ſolùm laſſari, aut fatigari ſignificat, ſed etiam deficere quacunque ratione, videlicet aut viribus, aut mẽte. qua ratione Vulgatus ſupra cap. 4. *Venit ſuper te plaga, & defecisti*. & Iſai. 47. **Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum*. id eſt, in capiendis petendisque ab impiis auguribus tuæ ſalutis conſiliis laboraſti vehementer; nihil ex illis aliud tibi comparaſti, quàm laſsitudinem virium, atque tuarum opum defectum. tum etiam; Vaniſsima ea conſilia te ad mentis rationisque defectum adduxerunt. ſtulta cœpiſti conſilia. ſimiliter ergo Septuaginta hunc locum retulerunt ad defectum rationis, Vix præ dolore ſum mei compos, neque ſtultum ſolum me reddidit, ſed etiam putrẽ, vermibus ſcatentem. quod contextui, & præſenti inſtituto quadrare germanius videtur, quàm quod Chryſoſtomus & Olympiodor. indicarunt, *ſtultum* hic accipi pro fatuo, ſtupido, nihil ſentiente, a communi naturæ ſenſu abalienato, & qui amicis ſuis videretur non tangi, neq; percelli ærumnis, proptereaque putrem ad fecisse; nam putres corporis partes ſenſum amiterunt. Quod ſi verum eſſet, incredibiles quos perferret corporis, animiq; dolores non retractaret.

LXX.

Chry. Olymp.

Opprime-re.

לאה

Iob.4.2.

LXX.

Iob.47.13.

* Peraiſte el ... con ſus embaymiento.

LXX

Chryſoſt. Olympiod.

3 *Et in nihilum redacti ſunt omnes artus mei.* Quæ ſequuntur in originali frequẽter mutant perſonas, & iam cum ſecunda, iam cum tertia loquitur, quare propriè, *In nihilum redegiſti omnes artus meos.* Græci intelligunt cum Deo loqui. Interpres noſter adhuc de dolore. rectè verò dixit, *in nihilum redigere.* nam verbum, *Sanam*, ſignificat perdere, vaſtare, diſsipare, in deſertum & deſolationem adducere, devaſtationem ſtupendam efficere: quare nomen deductum frequenter ponitur pro ſtupore, ſed eo tamen, qui ex re vaſtata, & deſolata concipiatur. ſic Leuit. *Diſperdam terram veſtram & ſtupebunt ſuper ea inimici veſtri, cùm habitatores illius fuerint.* & Ierem. 5. poſt vaſtationem prædictam; *Stupor & mirabilia facta ſunt in terra*, & Ierem. 51. *Erit Babylon in tumulos, habitatio draconum, ſtupor & ſibilus, eò quod non ſit habitator.* Simili nunc ratione Iob, *Stupor & mirabilia facta ſunt in me*, ad ſtuporem vſque deſolatus, deſertus, deſtructus, redactus in nihilum. Sed quàm appoſité hoc verbum cum ſequẽti nomine coniungatur, mox patebit.

Mutatio perſonæ.

Græci.

שמם

Leu.26.32.

Ier.50.30.

I.rem.51.37.

Pro, *artubus*, quidem eſt nomen, quod propriè congregationem, cœtum, conuentum ſignificat, conſtantem certis legibus aut conuocandi ritibus ad tempus ſtatutum & condictum, ab ea radice, à qua dicitur Pſalmo. 47. *Reges terræ congregati ſunt*, intellige certis legibus, inito fœdere ad tempus conſtitutum. & id Amos. 3. *Numquid ambulabunt duo pariter, niſi conuenerit eis?* inde dicitur *Congregatio iuſtorum*, inter quos omnia fiunt cum ordine, iuxta legem ſuo tempore. Pſalmo. 110. *& examen*, ſiue congregatio *apum* ſub rege vno, conſtans certis legibus, atque mirabili ordine agendorum. Iudic. 14. atque eo nomine commodiſsimè tota corporis humani ſtructura, & compages membrorum ſignificatur, in qua *ſingula membra non eumdem actum habent*: ſub vno rege, vno magiſtratu, vno capite, ex quibus reſp. quædam optimis legibus conſtituta, atque temperata cõſurgit, & veluti vrbs quædam, pulcherrimis ædificiis, privatisq; domibus, & cellulis, atque officinis, & tabernis diſtincta, & conſpicua. huic ergo membrorum congregationi quadrat optimé verbum, quod deſolationem & vaſtationem affert. Numeroſam (inquit) illam membrorum colligationem diſſoluiſti, diſsipaſti, diſperdidiſti. non aliter atque cum ab hoſte vaſtatur vrbs quædam, quæ partim tormentorum vi laceratur, pars igne abſumitur, partem deiicit violenta militum manus, tota verò cæde, ſanguine, clamore completur. Huius ſane ſpeciem præfert calamitoſiſsimus ægrotus aliquis tabe confectus, aut maiori etiam deiectus infortunio: iacet is deſtitutus viribus, proſtratus humi, laceratis membris, manans ſanie: artus omnes ita ſinguli ſuo carent munere, vt ſuo quemlibet loco motum iudices, ſingulosque à ſe inuicem longe poſitos, diuiſosque potiùs, quàm aliquo nexu aut vinculo inter ſe colligatos. Vix tunc apparent miferandæ quædam deſtructi & abſumpti corporis ruinæ: cauum ſtat macie caput, conditi introrſum oculi, inanes faucium ſinus, oris imago quædam lurida, tabifica, corpus planè deſtructum.

ערה

Artus quid.

Pſ.47.5.

יעד

Amos.

Congregatio iuſtorũ qualis.

Pſal.110.

Iudic.14.

Rom.12.14.

Corporis humani ſtructura ſimilis vrbi.

4 Ad eandem ſanè rationem, cum Chriſtus Dominus de ſua morte, & de templo corporis ſui loqueretur Ioan. 2. dixit: *Soluite templum hoc, & tribus diebus excitabo illud.* Solui autem ſacerrimum illud ſui corporis ædificium dicebat, partes humanitatis, corpus videlicet & animam disiungi; cum etiam ipſius corporis compagem ita diſſolui, ut licet os non eſſet *confringendum*, ſed numerari tamen oſſa poſſent, propter diſtractionem; & diſtenſionem omnium artuum in cruce pẽdentis. quaſi iam tunc illud ædificium deſtrueretur. cùm dixerit. Pſalmo. 21. *Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea.* Hanc itaque membrorum, confectique corporis maciem, cùm Vulgatus ſolitudinis, vaſti-

Cur Chriſtus ſuum corpus appellet templum.

Ioh.2.19.

Exod.12.46.

Num.9.12.

Ioan.19.36.

Pſal.21.18.

vaſtitatiſque nomine ſignificari acutè intelligeret, dilucide dixit, *In nihilum redacti ſunt omnes artus mei.* Quare quod alii deſolationem, aut diſsipationem huius congregationis, ac familiam diſsipatam referunt, ad camelos boueſque direptos, non videtur commodè cohærere, neque cum dolore proximè præcedenti, neque cum ſequentibus rugis; hæc enim petunt, vt de ſe in tota hac oratione loquatur. ſed liceret tamen deſtructionem illam & totius corporis reſolutionem, extédere ad ſolitudinem, & deſertionem, quòd ſolus deſolatuſque relictus fuerit, amiſsis filiis, abeuntibus domeſticis, fugiétibus ſeruis, diſcedentibus propinquis. qua loquutione Latini aliquando dixerunt, deſolatum

Deſſolandi, & deſtruendi verbum de vno tantum dictũ. hominem. & cùm Poeta ſignificare vellet, ſigniferos deſertos, abeuntibus cunctis, dixit ſanè;

Diſi ſtique duces, deſolatique manipli:

Virg. Aen. 11. Neque verò eſt id deſolationis, aut ſolitudinis nomen, cum ad perſonam refertur, alienum ab Scriptura, cum illo ipſo originali deſolendi verbo, vel obſtupeſcendi in deſolatione ingéti, vtatur, & angelos deſolari, aut obſtupeſcere quaſi in deſolatione ſignificet.

Iere. 2. 12. Ieremi. cap. 2. *Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer, me dereliquerunt, &c.* cælites (inquit) qui ſemper aſsiſtitis ante dominatorem vniuerſæ terræ, nunc tanquam in deſolatione quadam ſtupenda, obſtupeſcite vehementer, namq; videbitis optimum maximumq; Deum, cui *millia millium miniſtrant, &*

Dan. 7. 10. *decies millies centena millia aſsiſtunt ei*, cuius *delitiæ*

Apoc. 5. 11. *eſſe cum filiis hominum*, nunc deſertum ab homi-

Prou. 8. 31. nibus, ſolum, relictum, deſolatum, ad ſtuporem vſque, abeũt enim ad idola cuncti; nunc ergo *Portæ cæli*, in quibus maxima eſt angelorum frequentia, quos habetis, huc mittite omnes, angeli (inquam) qui cæli portas frequétatis deſertas illas & deſolatas relinquite, & Deum in terris comitamini, à quo diſceſsit Iſraeliticus populus. & cùm cap. 5. pœnam huic ſceleri debitam cóminaretur, vt per quæ quis peccat, per eadẽ puniatur, ſub-

Iere. 9. 19. iicit; *Quod ſi dixeritis, quare fecit nobis Dominus Deus noſter hæc omnia? dices ad eos: ſicut dereliquiſtis me, & ſeruiſtis Deo alieno in terra veſtra, ſic ſeruietis alienis in terra non veſtra.*

IX. Rugæ meæ teſtimonium dicũt contra me, & ſuſcitatur falſiloquus aduerſus faciem meam contradicens mihi.

1. *Quod dicatur teſtimonium contra Iob, Varia expoſitio.*
2. *Varia lectio. Illuſtratus David.*
3. *Suſcitare & contradicere, quid ex Hebræo.*
4. *Quis intelligatur hoc loco falſiloquus.*
5. *Iob modeſtiſsimus litigator. Iudex pronuntiat ſecundùm allegata & probata. Explicatus Ioannes.*
6. *Falſum teſtimonium grauiſsimum. Illuſtratus Eccleſiaſticus.*

Pleriqueque poſt Rab. Leui, tum ex antiquioribus, inter quos Philippus, tum ex recétioribus, in quibus Vatabl. ſic explicant; *Rugæ*, quas ex contractione pellis areſcentis, & ſaniæ concreſcente cõtraxi, etiam me tacente, teſtatam faciũt mei doloris acerbitatem. ſed hoc potius pro illo, quàm contra illum, teſtimonium eſt. ergo ſi non ab Originali, in quo *teſtimonii* vox indifferens, & ſine addito eſt, certè à Vulgato, qui *teſtimonium* contrarium ipſi Iobo intellexit, ſenſus hic alienus eſt. niſi fortè aliquid ſubaudiretur, hac ratione; ſi ego vellem cælare, aut verbis extenuare dolorem meum, *Rugæ meæ teſtimonium dicerent contra me.* Quare accommodatiùs ad Latinum interpretem & ad rem ipſam, Græci, & ex Latinis Diuus Thomas, *teſtimonium contra* Iobum intelligunt, contra illius innocentiam & ſanctitatem, quaſi diceret; Corpore vehementer doleo, ſed illud animo vehementius, quod ex mea calamitate, rugis, tabe, argumentum petatur ſceleratæ vitæ, & mea ipſa imbecillitas in falſam mihi criminationem redundet. 1 R. Leui. Philip. Vatabl. Quid ſit teſtimonium contra Iob. Græci. D. Thom.

Et ſuſcitatur falſiloquus aduerſus faciem meam, Et nemo non ſit, qui oblatam ſibi in meis malis occaſionem mei accuſandi, non arbitretur. In ea voce *falſiloqui* Latinus interpres nó placuit Hebraizantibus; ſed placeret profectò Septuaginta interpretibus legentibus. 2 Varia lectio. Hebraizantes. LXX.

כחש
כחש

Surrexit ſuper me mendacium meum. Lis verò tota eſt de ſignificatione verbi *Cahhas*, quod ſignificare dicunt, attenuare, aut marceſcere, & nominis *Cahhas*, quod dicut ſignificare maciem, aut tabem. quare accommodatè ad præcedentia vertunt, *Iſurrexit cõtra me macies mea*, vt maciei & tabi videatur dâre perſonam, ſicut paulò antè *rugis*. Sed eam verbi atq; nominis ſignificationem, neque probare poſſunt, neque verò ad probationem alium locum proferre, quam ex Pſalmo. 108. *Caro mea immutata eſt, propter oleum.* quod ita vertunt, *Caro mea marcuit*, vel, *emarcuit abſque oleo*, vel, *propter* olei defectum. Sed Vulgatus tamen perpetuò dedit illi ſignificatum mentiendi, aut negandi, & hoc Pſalmi loco, *mutandi*, vt ſenſum illuminaret: nam propriè legere deberet: *Caro mea abnegata eſt, propter oleum.* vel, mentita eſt abſque oleo. id verò nihil aliud eſt, quàm, Caro mea negat formam & ſplédorem priſtinum, & cùm nunc non niteſcat, neque vngatur, certè facies mentiri videtur, vtpote quę nunc aliam formam oſtendat, quã quondam verè habuerit. nã detracta pinguedine alium eſſe oportet corporis habitum. quod cum nihil aliud ſit, quam corporis pulchritudinem, & oris venuſtatem eſſe mutatam, eleganter dixerunt Septuaginta, *Caro mea immutata eſt.* Ergo quod hoc loco nomen ſubeſt, non tabem, ſed falſitatem, aut mendacium ſignificat: abſtractum vero in concretum vertere ſuo iure potuit interpres. ſicut & Symmachus legit: *Surrexit in me* Pſal. 108. 24. Symmach.

mentiens. quare idem erit hoc loco mendacium, ac mẽdax; falſitas, ac *falſiloquus.* cùm enim mendacium id ſit, non quod ipſe protulerit, ſed quod illi alii affinxerunt, rectè mẽdaces & *falſiloquos* nominauit, nimirum, teſtes iratos, coniuratos, falſos, voluntarios, à religione alienos, qui leuibus coniecturis, & non niſi externis argumentis ſubnixi, falſum dicerent teſtimonium.

3 סום Suſcitare quid.

Suſcitatur. Propriè, inſurgit, & concitatur aduerſum me. excandeſcentem animum, & inimici habitum denotat, ſe ſe erigentis & confortantis non ſolum ad reſiſtendum & oppugnandum, & quacumq; poſſit arte nocendum. quam reſiſtendi & oppugnãdi vim exprimit eleganter id quod ſequitur, *Aduerſus faciem meam, contradicens mihi.* Propriè, reſpõdens, aut teſtificans, nimirum contradicens in iudicio, meæ innocentiæ defenſionem refellens, atq; eneruans, meam accuſationem inſtaurans. *aduerſus faciem meam,* palam, impudenter, nulla meæ dignitatis habita ratione, nulla mei ſtatus commiſeratione tactus.

Contradicere. ענה

4 *Hebraizan.* Quis intelligatur hoc loco falſiloquus.

Sed quis tamen ſit is *falſiloquus,* non vna ratione explicatur. quidam enim, vt cùm Hebraizantibus conueniant, dicunt eſſe morbũ aut dolorem, quem falſum teſtem propterea appellet, quod videatur illum peccati inſimulare. neque hoc diſſonet à prima parte ſententiæ, vbi etiam teſtimonium rugarum aduerſum ſe commemorat. Alii intelligunt ſatanam huius litis actorem, & totius criminationis auctorem, qui dolores, rugas, tabẽ. teſte, adhibebat aduerſus Iobum, pœnas videlicet, vt culpam teſtarẽtur. certè veriſsimi dolores, ſed falſi teſtes à Dæmone procurati, & ſua illius voluntate effecti. Sed cum maximè Dæmon id efficere conaretur, quod ita fore confirmauerat iuramento, *Niſi in faciem benedixerit tibi,* ad eam rem probandã, non erãt teſtes valde apti dolores; ſed aptiores multo amici, qui illius vitæ innocentiam criminabantur, & impatientis animi, & aduerſus Deum inſoleſcentis accuſabant. quare tum de aliis, tum præcipuè de Eliphaz (qui cum illi nunc negotium eſt) Olympiodor. & Polychr. hoc dictum accipiunt, qui non ex re ipſa & veritate, ſed ex morbo, & rerum externa facie pronuntiaret contra Iobum teſtimonium.

Germanior expoſitio.

Iob.1.12.

Olympiod. Polychr.

5 Optimi & moderatiſsimi litigatoris partes explet Iob. Iudex iudicat ſecundũ allegata & probata.

Obſerua, quod ad litigatorem optimum, atque iudicis obſeruantiſsimum pertinet, id præſtare Iobum; nam qui teſtes infirmat, contra ſe dicta teſtimonia eleuat, nihil iudici detrahit, ſed potius illius auctoritatem egregiè tuetur, qui ſecudùm allegata & probata iudicat. ſupremus verò iudex, tum externa, tum verò internum conſcientiæ teſtimonium, audit, & explorat. quam forenſis iudicii formulam à patre Deo ſe accepiſſe, ipſe Dei filius dicit Ioannis. 5. dum de iudiciaria poteſtate loquitur; *Non poſſum ego à me ipſo facere quicquam; ſicut audio, iudico: & iudicium meum iuſtum eſt.* quæ ſententia exponitur a Gregorio Nyſſeno orat. 7. in Cant. his verbis; *Ne-*

Ioan.5.30.

Nyſſen.orat. 7.in cant.

que veritas iudicium peruertere; hæc verò iuſti iudicii ſumma finitio eſt, ut quis non ex ſe ipſo ob quandam animi affectionem quicquam altercantibus concedat, ſed vt res primum audiantur, deinde ſententia feratur. Egregium ſane diuinæ æquitatis argumentum, egregium bonæ conſcientiæ, firmumque ſolatium.

6 Falſi teſtimonii grauitas.

Deinde verò quàm ſit miſerum falſorum teſtium criminationẽ ſuſtinere, & ſuæ conſcientiæ innocentiæque conſcium fictis conductisque mendaciis in iudicio opprimi, hinc perſpicere licet, cùm hanc ſuæ calamitatis, aut exaggerandæ, aut explicandæ rationem commodiſsimam Iob exiſtimauit. Sanè hunc Suſannæ cruciatum acerbiſsimum ad illius animam emolliendum, comminati ſunt ſenes, *Dicemus contra te teſtimonium;* cui vtpote apud homines grauiſsimo, & locupletiſsimo, cùm miſera & imbecilla fœmina depellendo par non eſſet, rei indignitatem iam antè præſentiens *ingemuit; Anguſtiæ ſunt mihi undique;* Non tam mortem, quàm falſam teſtium criminationem reformidans. cui conſonat Sapiens Eccleſ. 26. *A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit; Delaturam ciuitatis: & collectionem populi; & calumniam mendacem ſuper mortem omnia grauia.* Sed in huius tamen ſuſtinentiæ exemplum, ille nobis *recogitandus eſt, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſum ſemet ipſum contradictionem, vt ne defatigemini animis veſtris deficientes.*

Dan.13.21.22.

Eccl.ſ.26.5.

Heb.12.3.

X. Collegit furorem ſuum in me, & comminans mihi infremuit contra me dentibus: hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt.

1. *Quæritur huius ſententiæ ſuppoſitum.*
2. *Orationes imperſonales acriores, & propriæ ægrarum mentium.*
3. *Variæ tranſlationis explicatio.*
4. *Colligere furorem, quid. illuſtratus Dauid.*
5. *Comminari quid. explicatus Moyſes.*
6. *Infremere quid. frendere dentibus ſæuum, & belluinum.*
7. *Nouæ tranſlationis ratio. Venatorum proprium, obſeruere, & contemplari. Illuſtratus Dauid & Samuel.*

1 Huius ſententiæ ſuppoſitum quod ſit.

Huius etiam ſententiæ, & aliarum ſequẽtium, quibus vim calamitatum incredibilem explicare conatur, ſuppoſitum quærunt interpretes, nam planè deſideratur. niſi fortè ſubaudiendum quis velit, *falſiloquum* illum, qui paulò ante præceſſit. ſed illi ſoli tantam immanitatem tribuere, non eſt conſentaneum. Ex Hebræis verò & Græcis; & Latinis plerique ſubintelligunt *Deum,* qui dæmonis opera tot mala Iobo inflixerit, cuius ardentem furorem nunc deſcribit, eo tamen affectu, quo ſæpe diximus. & certè huic intelligentiæ fauet, ſemel aut iterum facta de Deo mentio, præſertim cum ait, *Conclusit*

Hebræi. Græci. Latini.

Infr. ver. 12.

me Deus apud iniquum. ſed quidem acerbiora hic dicuntur quam vt videantur Deo tribui. Latinis quibuſdam magis placuit ſupponi his omnibus ſententiis *dæmonem* ſæuiſsimum nó frendentem modo, ſed immaniter etiam

1. Petr. 5.8.

rugientem, quærentem deuorare Iobum & *terribilibus oculis* obſeruantem prædam, atque apertis faucibus inhiātem. ſed obſtare videtur, tum interiecta paulò poſt de Deo mentio; tum etiam quòd non conſtet, an iam nunc facta fuerit Iobo reuelatio artis & procurationis Satanicæ; ea enim multùm valeret ad leniēdum dolorem. Alij *dolori* & *morbo* exiſtimant dari perſonam immanis hoſtis. Alij tandem, *Eliphaz* & cæteros amicos his ſententiis perſtringi volunt; Denique alij non in amicos, ſed in petulantes alios homines hæc referunt. Nullus certè ex his non veriſimilis ſenſus.

2 Afflicti orationibus impersonalibus vtrumque.

Sed exiſtimo tamen, ſicut oratio Latina ſine ſuppoſito eſt, ita etiam debere accipi imperſonaliter. nam eiuſmodi querimoniæ in neminé certò iactatæ, afflicti hominis propriæ ſunt, vt furentem aliquem & frementem contra ſe dicat, & quis ille ſit prorſus ignoret; & *hoſtem* commemoret, hoſtem verò minimè agnoſcat. non ſecus atque ſi in mediis tenebris cōſtitutus quis, vim, impetumque inimicorum ſuſtineret, ictus, vulnera acciperet hoſtium ſtrepitum, confuſumque clamorem audiret, neminem autem videret, aut agnoſceret. vti euenit Aegyptiis, de

Sap. 17.16.

quibus Sapient. 17. dicitur, *Timore percuſsi illis, quæ non videbatur facies, æſtimabant deteriora eſſe, quæ videbantur*. miſer (inquam) ille conqueri poſſet his verbis, dolorem potiùs ſuum, quàm hoſtem prodens; *Collegit hoſtis meus furorem ſuum in me, infremuit dentibus, conuulnerauit lumbos, circumdedit lanceis*. Sic ab hoſtibus certis & incognitis præoccupati, aut à laruatis inimicis appetiti, & percuſsi dicere imperſonaliter ſolēt; *que me metan, que me roban*. Rem propè ſimilem appoſita comparatione expreſsit

Homer. 20. Odyſ.

Homer. lib. Od. 20.

Ceu canis immanis, teneros cùm luſtrat in antro
Acta pedum ſonitu catulos, in limine latrat.
Illa licèt virum ignoret, latratibus aſtat,
Atque ardet pugnare animis. ſic pectus Vlyſsi
Intus latrabat, dum cauſis æſtuat ira.

Senec. in Her. Oet. Act. 4.

Et Hercules Oethæus latente malo, & occulta tabe exeſus, ſic loquitur;

Quæcumque peſtis viſcere in noſtro lates,
Procede; quid me vulnere occulto petis?
Omne es malum, nullumque; quis vultus tibi eſt?
Concede ſaltem ſcire quo peream malo
Quæcumque peſtis ſæua, quæcumque efferaes
Palam timeres, , , , , , , , , , , , ,

Et quidem ad quādam inuicti animi laudem pertinet, ſi doleat, ſi vulneretur, incertú eſſe hoſtem, à quo vulnus accipiat, vti Virgil. in illa Turni cum Aenea monachia lib. 12. vulnus deſcribit Aeneæ: Nec pudet ad orationem ſacram, ſed poeticam illuſtrādam, prophanos quoq; ſed illuſtriſsimos poetas arceſſere.

Verg. 12. Aeneid.

Ecce viro ſtridens alis allapſa ſagitta eſt,
Incertum qua pulſa manu, quo turbine adacta,
Quis tantam Rutulis laudem, caſuſné, Deuſné
Attulerit? preſſa eſt inſignis gloria facti.
Nec ſeſe Aeneæ iactauit vulnere quiſquam.

Quid, quod ſolent etiam vulnera incerti hoſtis, & à tergo, in tenebris, per inſidias inflicta, ſæuiora, & maiora eſſe?

3 Vnde ducta meta- phora & ratio huius ſententiæ.

Sed rurſus tamen, quam in hac re explicanda rationem teneat Iob, non conſtat apud interpretes. quidam enim volunt ſub hypotypoſi venatoris acerrimi hoſtē ſuum, quicunque ille ſit, deſcribere. qui cùm ſe ad venationem comparat. indignationem quādam, & iram videtur animo concipere aduerſus belluas, quas venari cupit. deinde explorat diligenter, quibus in locis nemoris feræ diſcurrant. exerit arma, iaculis inſequitur & laceſsit. ſi aſſequantur belluam, circumſiſtunt canes, apertoque rictu minantur, mordent, lacerant. Nō aliter ergo Iobus dicat hoſtem *aduerſum ſe furorem collegiſſe, terribilibus oculis* obſeruaſſe, canibus deinde venaticis poteſtatem feciſſe irruendi in prædam ſtrictis dentibus, confoſſum tandem ſe mille dolorum iaculis atque ſagittis, & mille proſciſſum vulneribus iacere ſemianimem.

Alij explicant dolores & morbos deſcribi inflictos à crudeli aliquo Tyranno, qui truculenta facie, ardentibus & minacibus oculis, dentibus ſtridētibus ſæuiat in quempiam; deinde mittat ſatellites, qui comprehenſum cædant in faciem ignominiosè, & cuſtodibus petulantiſsimis committat; tandem iam extrema ſententia damnatum, atque extremo ſupplicio afficiendum, & carcere eductum collidat in terram, præfigat que carnificibus pro ſcopo, quem ſagittis configant. Rectè profectò hæc omnia, ſi alia ab aliis non ſeparentur; nam nullum vnius metaphoræ filum ſemper tenet: abrumpitur enim ſæpè vi dolorum, & impetu orationis abripitur in multiplices ſuæ calamitatis explicandæ rationes, & translationes, quas dolor illi conglobatas miniſtrat; & vt ille dixit;

Senec. in Her. Oethe. act 2. Dolor multipliciter ſe prodens.

, , , , , , , , , , Formas dolor
Errat per omnes, queritur, implorat gemit

Vt ex iam dicendis notius fiet.

4

Collegit furorem ſuum in me. Omnes ſuas vires in me conuertit, & incredibili furore in me exarſit. Belluina quædam rabies notatur, vt ſe velut infirmā ouiculam, aut imbecillem & mutum agnum dicat; hoſtem verò ſuum, lupum rabidum, inhiantem prædæ. nam in

Colligere furorē quid. טרף

originali eſt verbum *tareph*, quod ſignificat rapere, deuorare; diſcerpere, lupino more, aut leonino. Inde dicitur Geneſis. 49. *Beniamin lupus rapax*. & Pſalmo. 7. *Ne fortè rapiat vt leo animam meam*. quare iuxta proprietatem Hebraicæ lectionis dicere poſsis; Indignatio eius tanquam rapere volentis, & iam iam in prædam inſilientis. Et quod pro *indignatione*. Hebraicè eſt naſus,

Gen. 49.27. Pſal. 7.3.

deno-

denotat hominis indignantis, & iraſcentis, habitum, & conceptum animo furorem difflatis, & patentibus naſi orificiis fumantem, atque oculis, & toto ore crudelitatem emicantem. de quo non ſemel diximus. Sed in præſenti re & translatione certe miſeranda, & truculenta prędæ alicuius dilaceratio, & vènatio bellina deſcribi graphicè ſolet à terrifica, & ardente immanis famelicæ belluæ ſpecie, quæ poſtquam ſemel concepta eſt, & diu collecta, ſubito atque immodice ſe le effundit. quod ille deſcripſit.

Martial. [left margin]

Sollicitant pavidi dum Rhinocerota magiſtri,
Seque diu magnæ colligit ira feræ.
Deſperabantur promiſſi prælia Martis,
Sed tamen is rediit cognitus ante furor.

Apoc. 12. 12. [left margin] Ergo *collecta* rabies atq; furor ingentem ſtragem minitatur, ſicut & Apocalyp. 12. *Væ terræ & mari, quia deſcendit diabolus ad vos, habens iram magnam.*

שטן [left margin]

Comminari quid. [left margin] *Et comminans mihi.* propriè, ad verſans mihi, odio me habés. ſunt quidem illæ minæ plenæ odio, invidia, inimicitiis, aut eſt odium, & inimicitiæ cum minis coniunctæ nam ab eadem radice dictum eſt Gene. 27 *Oderat Eſau Iacob*, nimirum ita ut comminaretur illi mortem, namque ſubiungitur; *Dixitque in corde ſuo, venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum.* adde etiam huiuſmodi odium & minas ex invidia proficiſci. quare eſt hoc verbo uſus Genet. 49. de Ioſeph loquens Iacob; *Inviderunt que illi habentes iacula*; nimirum & invidia & odio ardentes; atque iaculis & mucronibus minitantes mortem, ut deſcribitur Genel. 37. Ergo quas Iob ait ſibi intendi minas, odio plenę erant, inimicitiis, & invidia, nullo ſuo peccato, ſed potius propter eximiam vitæ innocentiam ab invido hoſte illi propoſitæ.

Gene. 27. [left margin]

Gene. 49. 23. [left margin]

Gene. 37. [left margin]

6 Quid infremere. [left margin] *Infremuit contra me dentibus.* Frenduit, & ſimul concuſsis ſtrictiſque dentibus immaniter inſonuit. Perſtat in deſcribenda bellina immanitate; cum enim bellua ſimul concutit, & ſtringit dentes, videtur iam acuere inſtrumenta iugulandæ, & dilacerandæ prædæ, atque ſono terrifico immanem mortem denuntiare. & quidem quod alibi vertitur a Latino interprete, Frendere. Pſalm. 34. *Frenduerunt ſuper me dentibus ſuis*. & ſtridere. Pſal. 36. *Stridebit ſuper eum dentibus ſuis.* & fremere. Pſal. 112. *Dentibus ſuis fremet, & tabeſcet.* Nunc reddidit *Fremere*, ſicut & Threnor. 2. *Fremuerunt dentibus ſuis*, ut vehementiam, & magnitudinem terrifici ſonitus ſignificaret. nam ſic Nonius Marcellus, fremere, & frendere diſtinguit, ut *Fremere, ſit magnum ſonare; at Frendere cum gemitu vel iracundia miſerum, aut minax ſonare.*

Pſal. 34. 16. [left margin]
Pſal. 36. 12. [left margin]
Pſal. 112. 10. [left margin]
Non. Marcel. [left margin]

7 *Hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt*. priori dimiſſa, nunc aliam venatoris deſcriptionem & translationem aggreditur. & quod eſt in originali inflammatorum oculorum acumen, interpres clare dixit, *terribilibus*, nimirum acrem & vehementem oculorum conſpectum, trucem & immanem aſpectum, ſcintillantem, vibrantemq; radios, inſtar diſtricti & radiantis gladii; quaſi dicat; Priuſquam me ferro, aut vulnere peteret, iam *terribilibus oculis* confixerat, & traiecerat. Ergo acutiſsime prius diſpexit, qua potiſsimum parte feriendus eſſem, ut ingentem dolorem efficeret, & primo me ictu deiiceret. Refricat fortè tum aliorum malorum, tum verò cladis filiorum memoriam. Solent vero venatores vel ex antris, vel ex ſpecula obſervare, qua potiſsimum nemoris parte feræ diſcurrant, ſicut ſcriptum eſt. Pſalmo 36. *Obſervabit peccator iuſtum* (videlicet, ut velut agreſtem quandam feram degentem in ſolitudine, abſtinentem ſe à convictu impiorum, & peccatorum viis, inſectetur.) *Et ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.* & iterum Pſalmo. 9. *Sedet in inſidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem; oculi eius in pauperem reſpiciunt, inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua, inſidiatur, ut rapiat pauperem, rapere pauperem, dum attrahit eum*: ſicut dicitur etiam Eccleſiaſtici. 13. *Venatio leonis, Onager in eremo; ſic paſcua divitum ſunt pauperes.* Huius terribilis aſpectus, exempla videre licet in Saule, cum *non rectis oculis aſpiciebat Davidem*; quod in originali eſt, *Oculabat Saul Davidem*, quod Hiſpanus dicit *Trayalo entre ojos, ò moravalo de mal*. Ex quo ſequitur, quod deinde lancea illum configere tentaverit. Quid ſi etiam, ut ſuſpicatur Philippus, reſpiciat ad umbras aliquas horrificas & tetras imagines, quas, cum ſe ad ſomnum componeret, obiiciebat Dæmon? Nam ſupra cap. 7. in hęc ferè rem cóqueſtus eſt, quod territaretur *per ſomnia*, atque *per viſiones horrore concuteretur*.

Venatores obſervant & contemplantur. [right margin]
Pſal. 36. 12. [right margin]
Pſa. 9. 8. [right margin]
Eccleſ. 13. 23. [right margin]
4. Reg. 18. 9. [right margin]
Philip. [right margin]
Iob. 7. 14. [right margin]

XI. Aperuerunt ſuper me ora ſua & exprobrantes percuſſerunt maxillam meam: ſatiati ſunt pœnis meis.

1. *Ducta à venatoribus translatio. Aperire os ad famem, & aviditatem, illuſtratus David.*
2. *Apertio oris, id contumeliae.*
3. *Percutere, ad opprobria pertinere. lingua peſtilens, fuſtis, & gladius. Quis percuſſor apud Paulum, illuſtratum Salamone, & Eccleſiaſtico.*
4. *Satietas abundantiam, & copiam affert. ad calamitates refertur.*
5. *Morbus & ærumnæ carcer.*
6. *Iniquus quis hoc loco. Iuſtitias ſentire debet de Deo in bonitate.*

1 Translatio ducta à venatoribus. [right margin]

Circumſiſtentium canum immanes rictus & latratus videtur deſcribere; aut confuſam illam vociferationem & clamores venatorum capta iam præda, ſicut & ad Thre. 2. *Aperuerunt ſuper te os ſuum omnes inimici tui. ſibilaverunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt, devorabimus, en iſta eſt dies, quam expectabamus, invenimus, vidimus.* niſi fortè *apertione oris*, inexplebilis aviditas & fames capiendæ, devorandæq; prædæ ſignificetur, nam eiſdem verbis dictum eſt Pſalmo. 118. *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum.* id eſt, præ fame, & ſiti, & præ deſiderio cæleſtis ſapientiæ, quo ardebam, ſpiritum hauſi hiante ore. qui geſtus eſt famem patientis, ardenter deſiderantis, avide expectantis, na

Thren. 2. 16 [right margin]
Apertio oris quid indicat. [right margin]
Pſal. 118. 131 [right margin]

internus affectus inflammatus, ardétem ſpiritum intus conceptum emittit, & frigidiorem alium aperto ore inſpirādo capit & attrahit. quare Latinus vocat *[illegible] capiditates*. & cùm Seneca epiſtola.73. eum animi intemperantis habitum, ex geſtu corporis externo depingere vult, ex Attali ſententia hæc non minùs grauiter, quam ſapienter ſcribit; *Solebat Attalus hac imagine uti; vidiſti aliquando canem, miſſa à Domino fruſta panis aut carnis aperto ore captantem; quicquid excipit, protinus integrum deuorat, & ſemper ad ſpem futuri hiat: idem euenit nobis; quicquid expectātibus natura proiecit, id ſine vlla voluptate demittimus ſtatim, ad rapinam alterius erecti & attenti.* (Senec. Epiſt. 73.)

2 Si verò hæc *oris apertio* coniūgatur cum ſequentibus opprobriis & contumeliis, impudentior quædam cōtumeliarum iactatio, & obloquēdi libertas ſignificabitur: nam cum liberam ſibi prædicationem precaretur Paulus Epheſ.6. hac ipſa *apertione* loquutione utitur, *Vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere myſterium euangelii, ita ut in ipſo audeam, prout oportet me loqui.* (Aperire os, ad contumelias iactatas. Epheſ.6.19.)

3 *Exprobrantes percuſſerunt maxillam meam.* perſtare in re venatoria videri poteſt, nimirum cùm canes in feræ aures & maxillas irruunt præcipites. ſed verba ipſa plane indicant tranſiiſſe iam à re venatoria, ad contumelias & conuitia hominum, vel etiam Dæmonum, qui forte cateruatim viſi, illud cum ingenti conuitio ſæpius obtraderent, *Vbi ſunt iuſtitia tua &c.* *Percuſſio* autem *maxillæ* ingentis dedecoris, & extremæ ignominiæ eſt, non tam ex grauitate ictus aut vulneris, quàm ex dignitate & præſtantia partis, quæ percutitur, videlicet humanæ faciei. Sed loquitur percuſsio non re ipſa, aut manu, vel colapho inflicta eſt, ſed verbis & opprobriis, ſicut dicebat Apoſtolus.2. Corinth. 11. *Si quis vos in faciem cædit*, quod ſtatim explicat, qua ratione fieret, cum ſubiicit, *Secundum ignobilitatem dico*: id eſt, ſi quis vos contemnit & deſpicit velut ignobiles. neq; vero minus grauis eſt cōtumelia, aut opprobrium, quàm colaphus, aut fuſtis, gladiusve, aut vulnus. & quidē de colapho, clare locus hic loquitur. ſed de fuſte, ille Proverb.14. *In ore ſtulti virga ſuperbiæ*. nam ſtultus, ſuperbus, & contumelioſus, in ore ſaltem habet, id eſt, linguam, qua alios cædit, & diuerberat: quod percutientis linguæ vitium longe ab Epiſcopo abeſſe voluit Paulus, cum 1. ad Timoth.3. inter alia præcipit, oportere eſſe *non percuſſorem*: idemq; repetit ad Titum. 1. Quod Hieronymus ad maledicētiam hoc loco pertinere exiſtimat, & ad immitem quandam, & improbam ſubditorum obiurgationem. Percuſſorem autem deſcripſit Chriſtus Dominus, Matth. 24. ſub parabola mali ſerui, *Si autem* (inquit) *dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, moram facit Dominus meus venire; & cœperit percutere conſeruos ſuos, manducet autem & bibat cum ebrioſis &c.* Quibus verbis, garrulitatis & maledicentiæ cauſam adiungit, ſicut & Paul. cum ait, *Non vinolentum, non percuſſorem*, vinolentia videlicet, & ebrietas, & garrulum, & contumelioſum, atque effrænem in loquendo reddunt. & clarius flagellum, aut fuſtis, quo percuſſio fiat, explicat Ierem. 18. qui aduerſus Ieremiam dicebāt, *Venite, percutiamus eum lingua*. neque ab hac ratione omninò abludit verborum & verberum cognatæ appellationes: quare quod in prouerbio eſt, Non opus eſſe verbis, ſed fuſtibus, hic cóvertere poſsis, non opus eſſe fuſtibus, & verberibus, cum adſunt verba cótumelioſa. Sed quantum vero vulnus efficiat tactus linguæ, aut verbi ictus, abunde illa declarant, quæ aut gladium ancipitem, aut ſagittam acutam linguam eſſe teſtantur. ſed omni gladio crudeliorē, & acutiorem Eccleſiaſticus eſſe confirmat cap.22. *Ad amicum, etſi produxeris gladium, non deſperes: eſt enim regreſſus, excepto conuitio.*

(Percutere, exprobrationis eſſe. 2.Cor.11.21. Opprobriū iuſtis eſt gladius. Prov.14.3. 1.Tim.3.3. Ad Tit.1.7. Percuſſor. Matt.24.48 Iere.18.18. Pſal.56.5. Prov.5.4. Eccle.22.26.17.)

4 *Satiati ſunt pœnis meis.* Repleti videlicet meis doloribus & cruciatibus, hanc exiſtimant prædam pinguiſsimam, qua ſe impleant, & infarciant, cùm me innumeris vulneribus dilacerauerint, atque confecerint. Ea *ſatietas* abundantiam & copiam affert eius rei, cuius eſt ſatietas, & in malis quidem & ærumnis, ſine is ſatiatus dicatur, qui iniuriam facit, & contumeliam infert, ut hoc loco, quaſi dicat, Abunde, ſatis ſuperque, vltra modum, atque menſuram, alter pœnas infert, perpetitur alter. (Repleri, & ſatiari, ad ærumnas. Satietas abūdantiam, & copiam affert)

XII. Concluſit me Deus apud iniquum: & manibus impiorum me tradidit.

5 DEus, El, fortis, vt potentiæ, roborisque diuini ſpecimen præberet in me debilitando; non acu punctum, quod patior, ſed gladiatoris ictus, ſed vulnera fortiſsima potentis Dei virtute inflicta. *Concluſit.* Tradidit veluti in carcerē, aut anguſtias, *apud iniquum*, iniurium, ſuperbum & ſæuum dominum cuſtodem inhumanum, qui arctiſsima & indigniſsima cuſtodia omnem mihi libertatis ſpem adimat. Dolorem forte intelligit, & morbum improbum, qui nunquam non illum in extremis anguſtiis conſtitutum cruciaret. (Deus. Morbus, & ærumnæ carcer.)

6 *Et manibus impiorum.* Quaſi dicat prædonibus, qui mihi innocenter & ſecure gradienti moliti ſunt inſidias: in fonte eſt, *Ad manus impiorum fecit me * declinare*, aut diuertere, ab ductum videlicet & abſtractum de via recta redegit me in cæca, & ignota diuerticula. Iniquos autem, vel afflictorum more imperionaliter nominat, vt ſupra obſeruauimus; vel vt quidam Latini, Dæmones intelligit, quos plures ſimul in ſuas fortunas & bona irruiſſe deplorat; vel, vt Græci volunt, prædones illos Chaldæos, minime vero amicos ſuos quibus cum agit. (Lect. Hebra. * Yo ſeguro me yva por mi camino, y el me guio por veredas y ſendas de ſalteadores. Latini. Græci.)

Sed obſeruā tamen, vti decet ſapiētem & religioſum virum de ſuis calamitatibus loquutum; cum illarum enim grauitate coniungit de diuina benignitate fiduciam conceptam, *Concluſit*, coniecit me in tetriſsimum & teterrimum carcerem, ſed conclu- (Iob affirmat ſe ſtetit de Deo in bonitate.)

ſit me benigniſsimus Deus *& clauſit à foris oſtium Dominus*, potẽs, fortis, vt quod ille clauſit nulla vi, nullo aſtu recludere poſsim, nõ ſeras, non fores effringere. Samſon nimirum Gazæ concluſus eludere quidem poteſt Philiſtinorum cuſtodias, atq; *ambas portæ fores cum poſtibus ſuis, & ſera* conuellere; ſed tamen, quem Deus concludit. & quæ idem *clauſit, nemo aperit*, ibi hominem vult *in ſilentio & ſpe* agere *vſque dum dicat mihi*; non fugam, nõ exitum meditari. namque piiſsimus perinde atque potentiſsimus Deus clauem etiam vitæ habet, neque obliuiſcetur in finem *vincti ſui*. ideo enim coniectum in lacum leonum clauſit, ſignauitque potentiæ ſuæ ſigillo, nõ quo deuorarer & perirem, nullo ſuppetias ferente: ſed ne mihi noceret *inimicus homo*. is accurret diluculo, atque opportuno tempore dicet mihi, Serue mi, *putas ne, quod liberare poſsit te Deus tuus, quem colis*: cui reſpondebo lætus & alacer; Concluſiſti, ò *Deus ora leonum*, & clauſo licet, vinctoque mihi *non nocuerunt, quia coram te iuſtitia inuenta eſt in me*.

Iob. 16. 13.
Apoc. 3. 7.
Matt. 2. 13.
Iſa. 22. 22.
Iſa. 30. 15.
Dan. 6. 16.

XIII. Ego ille quondam opulentus, repentè contritus ſum. Tenuit ceruicem meam, confregit me: & poſuit me ſibi quaſi ſignum.

1. *Opulentus quid. propriè illuſtrati Ieremi. & Zachari.*
2. *Conterere quid in Hebræo.*
3. *Confringere quid propriè. Comæ & capilli ſignificant externa bona. ſunt etiam ſymbolum imbecillitatis, illuſtratur Paulus.*
4. *Renes configi quid. Iuſtum proponi pro ſcopo, ad quem tum Deus, tum homines iaculentur, explicati Paulus, & Lucas.*
5. *Signum & ſcopus quid ſignificent. Iuſtos nunc collimari, impios poſtea vltimo ſupplicio configendos. illuſtrata Sapientia.*

1 LAtinus interpres ſententiam hanc reddidit incitatiorem, additione duorum aduerbiorum *quondam*, & *repente*; nimirum vt præſentia mala cum priſtina fœlicitate cõparata exaggeraret.

Tex. Heb. שלו

In Originali, *Pacificus eram.* tranquillus, quietus, rectè etiam, *opulentus*, & abundans. quod Hiſpanus eadem etiã oratione, & voce exprimit. *Reco y deſcanſado.* tum quòd cum pace & tranquillitate videantur bona omnia coniuncta; tum etiam, quoniam cum diuitiis & opulentia quędam ſecuræ mentis pax, & tranquillitas expers formidinis atq; curarum coniuncta videatur, ſicut dicebat quondam in *abundantia* ſua quietus & opulentus Rex, *Non mouebor in æternum.*

Pſalm. 29. 7.

atque quò maior eſt præſens fœlicitas, omnem mali ſuſpicionem, & metum obliuione quadam obruit, atque efficit, beatam illam vacuitatem ægritudinis atque curarum. Hinc in ſacri ſermonis vſu, quietus & opulentus, cùm eiuſdem radicis ſunt, ſignificant, curis & ſuſpicione impendentis mali vacuum, & omninò ſecurum.

Opulentus & quietus, quid.

Sic illud Ierem. 49. aduerſus Cedarenos Arabes; *Aſcendite ad gentem quietam & habitantem confidenter, ait Dominus; non oſtia, neque vectes ei: ſoli habitant.*

Ier. 49. 31.

De opulento autem illud Zachar. 7. *Cum adhuc Ieruſalem habitaretur, & eſſet opulenta, ipſa & vrbes in circuitu eius, & ad auſtrum, & in campeſtribus habitaretur.*

Zach. 7. 7.

id eſt, cùm ita ſecuræ eſſent Ieruſalem, atque cæteræ vrbes, vt neque ipſa campeſtria & vrbes in plano poſitæ vllas timerent incurſiones hoſtium. Ergo Iob tum priſtinam opulentiam & fœlicitatem commemorat, tum animum ab omni ſuſpicione & metu liberum cuiuſpiam commeritæ pœnæ, vtpotè conſcium nullius criminis.

Contritus ſum. Propriè, confractus & calcatus, velut vuæ, aut oliuæ in torculari. 2

2 Contritus quid propriè.

diceret Hiſpanus, *eſtruxado*, omni fœlicitate & bonorũ opulentia exucta, & extracta vi, & pondere grauiſsimarum calamitatum. tum etiam labefactatus, & deturbatus ab illo primo ſtatu, abiit in nihilum, & veluti irrita facta eſt priſtina fœlicitas, amiſsis viribus omnibus. nã hæc omnia amplectitur *Fur.*

פור

Tenuit ceruicem meam. Inſtaurat luctatoris metaphoram; ſolent enim qui luctantur, manu iniecta ceruici, aut collo ad terrã allidere, & reſupinum proſternere hoſtem; alliſum vero atq; proſtratum, *Confregit me*, propriè, contriuit cum diſperſione, ſicut confringitur teſta, cuius partes alliſæ ad lapidem, diſsiliũt, & diſperguntur. 3

3 Quid Confringere. פוץ

vnde ab hac radice dicitur Iere. 23. *Malleus conterens* (confringens atque vehementi ictu diſsilire faciens in partes minutiſsimas) *petras.*

Ier. 23. 29.

Significatur itaque maxima quędam ſtrages, vix, ac ne vix quidem reſarciri valens, ſicut illud Pſalmi. 2. *Tanquam vas figuli confringes* (diſperges, diſiicies) *eos*, ita vt bona illorum omnia diſsiliant; nihil maneat integrum; in minutiſsimas partes abeant omnia, & ad multos hæredes, longeque diſsitos deueniant.

Pſal. 2. 9.

Septuagint. vero dum legunt; *Tenens me, comã deuulſit*, ſic explicantur à Græcis, vt per comam intelligatur externorum bonorum ornatus & copia; neque incongrua ſanè ratione & analogia; nam ſicut coma capillis conſtat, quos procreant ſuperfluitates & excrementa, ſed ornant tamen hominem, efficiuntq; honeſtam ſpeciem: ſic ſanè diuitiæ plerumque ſuperfluæ ſunt vtpote quibus natura, quæ paucis contenta eſt, minime indigeat, ſed ornant tamen hominem, & dignitatem efficiunt, atque honeſtatem illam, iuſtumq; honorem, de quo loquitur ſapiens Eccle. 11. *Paupertas & honeſtas à Deo ſunt*, & 31. *Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet ſomnum.*

LXX Coma, & capilli externa bona. Græc. expoſitio.

Ecleſ. 11. 14. & c. 31. 1.

Ergo manibus auulſi & lacerati capilli, ſignificant hominem facultatibus vi ereptis, & cum ingenti dolore amiſsis, atque valde deformem, caluaſtrum, & depilatum. Nam quod Philippus contendit ea loquutione ſignificari virium debilitationem, propterea quòd *capillis* virtus ſignificetur,

Philip.

Sagittarii vnde dicantur. רבים

quæ propriè multitudo dicitur; ſed hoc tamen loco potiùs eſt diſcreta accipienda; à multitudine enim ſagittarii dicuntur, *Rabim*, ſiue quia multis ſagittis inſtructas geſtent pharetras, ſiue quia frequentibus iactibus ſagittarum aduerſus hoſtem vtantur; non enim ſicut vno gladio, aut vna lancea, ita vna ſagitta cótentus miles eſt. ſiue quia in ſagittariorum multitudine & copia ſit poſitum maximum exercitus robur, magna etiam victoriæ pars; ſiue quòd multæ ſimul ſagittæ ex vno torméto bellico excuterentur. Hinc

Multitudo ſagittis tributa. Ier. 50. 29.

videas multitudiné & copiam, veluti propriam ſagittariis ſolere tribui. Iere. 50. *Annunciate in Babylone plurimis, omnibus, qui tendunt arcum.* quo loco ſecúda pars per expoſitionem adiicitur; qui enim tendunt, contenduntque neruos & arcus, ii ſagittarii ſunt, & plurimi eſſe ſolent, plurimiſque & frequentiſsimis ſagittis, atque iaculationibus vti. quare fortè quod ab hac radice dicitur Pſalmo. 3. *Multi inſurgunt aduerſum me.* idem ſignificat, quod milites ſagittarii, iaculatores, lancearii, qui me circundant, & obſident, vt me configant vndiq., ne vlla mihi ex parte pateat effugium.

Pſal. 3. 2.

ſimilis obſidio ſagittariis & iaculatoribus tribuitur Iere. 50. *Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes qui intenditis arcum, debellate eã, non parcatis iaculis* (ad multitudinem pertinet, de qua nuper dicebamus, *quia ſagittas ſine numero*) *quia Domino peccauit.* Ergo inquit Iob, Obſident me iaculatores, vndique configor iaculis, collimat ſagittæ vniuerſæ, cœlum iaculatur ignem, æther ventum rapidiſsimum, terra, vermes; vxor, domeſtici, contumelias, Dæmon, truces oculos, minas ac terrores, & miſera hæc mea conditio aliorum impendentium malorum, ſuſpicionem ac metum.

Ier. 50. 14.

2 Renes vnde dicti. כליות כלה

Conuluerauit lumbos meos. Concidit, proſcidit lumbos, renes, intima vulnera & planè letalia accepi, non ſolum cute diſſecor, aut vulneror, ſed intimis viſceribus. *Renum* nomen in ſacro ſermone, à deſiderando ducitur, & ſicut renes ſedes ſunt affectus libidinis vehementiſsimi, & nunquam ſatis benè edomiti, ita teneriores, atq. magis intimos affectus indicare ſolet. Quare *vulnerari renes*, erit ardétiora deſideria, teneriores affectus, meliores ſpes fruſtrari, diſsipari. Ierem. 12. *Prope es tu ori eorum, & longe à renibus eorum.* id eſt, citò annuis illorum poſtulatis, & permittis illos ſuis deſideriis. Ait ergo; In lumbos meos, in omnes meas cogitationes & minutiſsima quæque mentis atque cordis arcana penetrauit ira diuina. Tum etiam vires, robur, omne exſorbuit; elumbem me reddidit. fortè etiam indicat renum vulnera letalia eſſe. proindeque ſua mala immedicabilia. Plerumque autem lumborum dolores diuturnos, & ſæpe recurrentes coniunctos eſſe cum malignis morbis, & grauiſsimis ſymptomatis medici docent.

Renes vulnerari, quid Iere. 12. 2.

Hippocr. In Coacis prænotio.

3 Viſcera qd.

Non pepercit. Sæua vulnera, & ſine vlla commiſeratione inflicta: vel, primis vulneribus, alia etiam adiecit, quibus *effudit in terram viſcera mea*, fellis vaſculum diſrupit. proſcindente ſagitta, vt nihil mihi ad vitam reliquũ ſit viſceribus omnibus diſruptis. quod nos *viſcera*, in fonte eſt, *fel*, quod eſt pars viſcerum, & quidem hyperbolicè dictum videtur, *viſcera*, pro ſanie & tabe ex intimis manante. vel dyſenteriam intelligit, quam ex felle & ardente bile valdè malignam effici, medici docent. quæ omnia videntur, nó poſſe non conuenire Iobo extremè laboránti. quamuis Gregor. in ſolam allegoriam reſpexit cum dixit hanc *viſcerum effuſionem*, nó competere Iobo, proptereaq. neceſſarium eſſe vt non iuxta litteram, ſeu hiſtoriam, ſed iuxta ſpiritum eccleſiæ membris accommodetur, quæ vndequaque ab hoſtibus circumuenitur, & quidam in ipſa etiam viſcera ſæuiunt, cum illos, qui in ocultis, ac ſpiritalibus actibus latebant, in terram fundunt, & ad ſæcularia negotia protrahunt &c.

מרורה

Gregor.

XV. Concidit me vulnere ſuper vulnus: irruit in me quaſi gigas.

1. *Concidere quid. Baal. Pharaſim quid. Ratio nominis Pharès illuſtratur Samuel.*
2. *Diſruptio muri, cuius rei ſymbolum. illuſtrati Dauid, & Ieremias.*
3. *Irruere quid ex Hebræo. Quid Gigas. illuſtratur Moyſes.*

1 QVod ſuperiùs dixit, *non pepercisse*, nunc explicat, ſine miſeratione ſibi inflicta mille vulnera; quod ſi de primò acceptis plagis loquatur, dicet, tot cladium grauiſsimarum nuntia continenter ad ſe perlata: ſi verò de præſenti dolore, dicet illum aſsiduum, nunquamque intermiſſum, niſi acerbiori alio ſubeunte: tum etiam intelliget mille morborum genera complicatorum, vti diximus. c. 2.

Concidit. Propriè, diſrũpet me ruptura ſuper ruptura. Sunt hæ voces omnes à radice, *Parats*, quod ſignificat, aliquid erumpere vi quadam, & in obuia quæque irrumpere, quę propter externam vim concindantur, abrumpantur, & diſsipentur. huius ſignificationis & ratio & exemplum eſt locus ille. 2. Reg. 5. *Venit Dauid in Baal Pharaſim* (eſt autem *Baal* quaſi Dominus; aut habens; *& Pharaſim*, rupturæ, aut eruptiones, quaſi dicas, locus rupturarum, aut eruptionum) *& percuſsit eos ibi & dixit; Diuiſit Dominus inimicos meos coram me, ſicut diuiduntur aquæ.* quod propriè etiam dixerunt Septuagint. *Diſrupit Dominus inimicos meos coram me, ſicut diſrumpuntur aquæ.* aquas verò diſrumpi, non tam ſignificat ipſarum, vt ita dicam diſruptionem paſsiuam, qua diſsipentur, ſed actiuam, qua erumpentes conuellunt & perdunt obuia quæque. Ergo ſignificat vim diuinæ iræ maximam quæ Philiſthæorum exercitum, quaſi inundatione quadam diſiiceret, atque labefactaret, & quaſi mille rupturis milleque conciſionibus dilaceraret. Non aliter Iob irrumpentibus hoſtibus conqueritur, nihil ſibi manſiſſe in-

Concindere quid. פרץ

2. Reg. 5. 10. Baal Pharaſim quid.

LXX.

tegrum, diſsipata omnia bona, ſubuerſam domum, diſcerptos filios, corpus etiam diſruptum doloribus, & procuum ulceribus. neque non erit vehementior ſenſus, ſi eo referatur vox originalis, cuius eſt frequens vſus in ſcriptura, nimirum ad muri diſruptionem, quæ fit aut tormentorum vi, aut impetu exercitus vndique inſilientis, quomodo dicitur *diſsipatum murus* Nehemiæ 1. & 2. & Geneſ.38. quo loco redditur etiam ratio nominis, cùm obſtetrix puero adducenti manum dixit, *Quare diviſa eſt propter te maceria?* nimirum quia ſecundinam, quæ velut maceria & murus interiectus illum ab altero diuidebat, iam abruperat, neque tamen egrediebatur primus. *& ob hanc cauſam vocatum eſt nomen eius Phares.* Ergo cùm ait Iob ſe conciſum vulneribus, vel diruptum diſruptionibus, planè ſignificat, ſe ſuaq; omnia quondam munita fuiſſe diuinæ prouidentiæ vallo, muroque firmiſſimo, iam nunc verò deiecto muro patuiſſe hoſtium inſultibus, undique oppugnante Dæmone, vndique etiam ſæuiſsimis ſpiritibus aſsilientibus; nihil igitur illi manſiſſe incolume aut integrum; nam funeſtam cladem, atque certiſsimum interitum, vel iam ſignificat, vel minitatur labefactatio & ruptura muri, ſicut Threno.2. ſcriptum eſt. *Cogitauit Dominus diſsipare murum filiæ Sion; tetendit funiculum ſuum, & non auertit manum ſuam a perditione; luxitque ante murale, & murus pariter diſsipatus eſt.* quo etiam illud Pſalm.105. *Dixit, vt diſperderet eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius, vt auerteret iram eius.* id eſt, iam iam diuina ira murum, quo muniebatur, labefactarat & deiecerat, iam iam inſiliebat ad rupturam, qua ad illos tranſiliret. ſed in ea tamen muri parte labefactata oppoſuit ſe firmum fortiſsimus dux Moyſes, qui orationis, & precum armis iam iam impetum facientem Deum compeſcuit. ſed Deum vero aut ſæuiſsimos hoſtes irruentes in me (inquit Iob) nemo compeſcit, nemo ſtat in confractione; addit enim.

Irruit in me quaſi gigas. Propriè, data occaſione, conceſſo aditu accurrit celeriter: aſſert enim vox originalis celeritatem quandam, & pronum in currendo affectum; qui autem hic dicitur *Gigas*, alibi vertitur ab interprete fortis, potens, robuſtus; aliquando etiam Dominus, vt Geneſ.27. cum ait Iſaac ad Eſau; *Dominum tuum illum conſtitui.* (id eſt) viribus, potentiaque maiorem. ſicut & cum ſeruus dicitur, inferior viribus ſignificatur. propterea enim ſubiunctum eſt, *Viues in gladio, & fratri tuo ſeruies.* id eſt, cum alios armis expugnare & ſuperare potens fueris, illam ipſam victoriæ laudem, armorumque vim atque potentiam ad fratris tui, vtpote potentioris, pedes abiicies. De appellatione autem Gigantis, alias dicemus.

XVI. Saccum conſui ſuper cutem meam: & operui cinere carnem meam.

1. *Conſuere quid propriè. Saccus, quid, & qualis fuerit. Cilicium quid, & cuius rei ſymbolum, & vnde habeat appellationem.*
2. *Operire, quid. Caro externum ſiue cutem, Cornu quid ſignificet.*

DIvus Thomas cum Latinis exiſtimat, his duabus ſententiis Iobum exponere, quanam ratione exceperit tot vulnera, nimirum humili atq; demiſſo animo, non reluctanti, neque contumaci, tum etiam habitu ſupplici atque miſerabili, proſtratus etiam lachrymis tot mala deprecaretur. Sed illud melius, quod Græci exiſtimant, perſtare adhuc in commemoratione ſuarum ærumnarum, cum ſtatim ſubdat, *Venter meus* &c. Hæc igitur erit ſententia, Pro ſplendida & regali veſte, quam ſubtilior alia, itque mollior interula excipiebat, nunc vnico atque eo viliſsimo amictu contegor, quem **conſui ſuper cutem meam:* propriè concinnaui, cõiunxi carni meæ. vt hac ratione extremam inopiam ſignificet. Septuaginta dixerunt; *Cilicium conſuerunt corio meo.* eſt autem pro Latina voce *Sacci*, Hebræis *Sak*, a qua procul dubio Latina traxit originem, certum autem eſt, fuiſſe telam duriorem & craſsiorem, ex aſperioribus vilibus contextam, vehendo frumento aptam, vt conſtat ex Ioſue.9. & Geneſ.42. vnde etiam Latini *ſaccarios* dixerunt, a vehendis ſaccis. aliquando etiam vertitur *cilicium*, & recte, nam apud Latinos *ſacci* affinia ſunt cilicia, aut ferè eiuſdem materiæ & rationis. Nam Cicero orat.3. in Verrem, ait, *Cùm iſte frumentariis [illegible] ſaccos imperaret.* forte enim ea regio habuit, quod Varro 2. de re ruſt. cap.11. & Columella lib.12. cap.46. de ciliciis prodiderunt, hircos, aut capellas ibi nutriri magnis villis, propterea tonderi, ex iis quæ texerentur appellari a Cilicibus, cilicia: quorum vſum tum in caſtris, tum in naufragiis ſaltem, ſcribit Asconius: & indicat illud Virgil.3. Georg.

Nec minus interea barbas, inceſque [illegible]
Ciniphii tondent hirci, ſetaſque comantes
Vſum in caſtrorum, & miſeris velamina nautis.

Quo loco Seruius obſeruauit, cilicijs ſoritas poliri ſolitas, atque tegi tabulata turrium, ne iactis facibus ignis adhærere poſſet. Oportebat igitur eſſe telam craſsiſsimam, proptereaque ægrotanti homini grauiterq; exulcerato moleſtiſsimam. Quod igitur Septuaginta dixerunt, *conſuerunt*, mala ab aliis ſibi illata videtur ſignificare: at in originali per primam perſonam dicitur, *Conſui.* Ergo vel ſignificat miſerabilem ſuum habitum; nam quondam ſaccum & cilicium lugentes aſſumebant; vel ſuæ fortunæ, & ſtatus commutationem ad extremam inopiæ, & viliſsimæ ſeruitutis rationem deuolutam, huius enim ſymbolum eſt, commutatio melioris veſtis cum cilicio. Iſaiæ 3. *Erit pro faſcia pectorali cilicium.* Amos.8. *Inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum, & ſuper omne caput caluitium*, nam lugentes accipiebant viliſsimum & craſsiſsimum amictum, & caput atque barbam radebant.

Marginalia: 2.Eſd.2.3. & c.2.13. Gen.38.29. — Ratio nominis Phares. — 2 Diſruptio muri, quid ſignificet. — Thr.2.8. — Pſal.105.23. — 3 ירוץ Irruere. — גבור Gigas quid. — Gen.27.37. — 1 D.Thom. — Græcorum expoſitio commodior. — תפר *Non mea quãdo hũo un de pedaço de xerga a rayz de las carnes. — שק Saccus cuiuſmodi fuerit. — Ioſ.9.4. Gene.42.25. — Cice. in Ver 3. — Varr. lib. 2. de re ruſt. cap.11. Columel. lib 12. cap.46. — Virg.3.Georg. — Seruius. — LXX — Cilicium, ſymbolum commutationis fortunæ. — Iſ.3.24. Amos.8.10.

R.David. R.Levi. Caro, pro toto corpore.

Et operui cinere carnem meam. Pleriq; poſt Rab. Dauid in lib. radicum, & Rab. Leui in commentariis, totam pro parte accipiunt, *carnem* videlicet, pro corpore, deinde corpus pro capite: in ſignum (inquit) pænitentiæ & luctus, operui, involui cinere, conieci in puluerẽ & cinerẽ, deieci in terrã. Sed præſtat commentarius, quem Septuaginta lectio nobis præbet,

LXX

Extinctum eſt in terra robur meum. id eſt, priſtina omnis fœlicitas prorſus extincta atque deleta. nam illa vox *operiendi*, in Hebræo, occiſionem interdum affert, deuaſtationem, vindemiationem.

עלל Operire quid propriè.

pro *carne* autẽ, aut pro robore, quæ inter ſe contraria videntur, propriè eſt in Hebræo, *cornu meum*; quo ſignificari ſolet quicquid eſt potentiæ, atque ſplendoris:

Cornu quid

Nam quod in potentioribus animalibus eminet, & quo aut ſe defendunt, aut alia animantia impetunt, cornu eſt: non rarò etiam pro Regia potentia, aut pro regno vſurpatur, de quo plura aliquãdo dicemus. Nunc Iob ait, ſuum cornu deiectum in terram. id eſt, ſe regem in ſtercore ſedere: ſuam potentiam ſuaſque vires omnes extinctas, nihil ſibi, quo ſe tueatur, præſidii reliquum eſſe. hæc enim omnia complectitur vſurpatio *cornu*,

Caro externus ſplendor.

quæ omnia *carnis* nomine ſapienter ſignificauit interpres; *caro* enim externũ ſplendorẽ, blandientemq; felicis fortunæ faciem ſignificare ſolet, vt illud *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius. &c.* Cùm autem ait, *operuiſſe ſe cinere & puluere*, ſe penè mortuum iam & humatum deplorat, non in extremis maius dicere ſolemus (*elloy enterre vao en via*:) De illa autem ceremonia conſpergendi cinerem ſuper caput, nonnulla diximus. cap. 1. & plura inferius.

Iſa.40.6.

XVII. Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.

1. *Intumeſcere quid. Varia lectio. Facies pro oculis.*
2. *Oculus, ſimilis fonti. Oculorum natura, & diſpoſitio optima. Similitudines Moyſis, Salomon, & Dauid.*
4. *Varia lectio. Vmbra, & vmbra mortis. Caligare, & caligineſi qui dicantur. Oculorum vitia, & morbi.*

1 Intumeſcere. חמר

INcredibiles atque implacabiles dolores cogũt me lachrymarum vim profundere, quarum non oculi modo, ſed tota facies teſtis eſt, quæ *intumuit*, & exulcerata eſt ferventibus lachrymis. vox *intumeſcendi*, ſignificat turbationem aquæ, atque ſubſidentis luti commotionem, qui turbidam illam & lutulentam efficit. unde Pagnin. dixit; *Facies mea fœdata eſt luto propter fletum*: Regia; *Facies meæ lutificatæ ſunt*. Vatabl. *Lutulenta facta eſt, quaſi ſi luto infecta eſſet*. & quidem ab illa radice dicitur Pſalmo. 45. *Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum*. propriè Intumuerunt. vel, æſtuaverunt aquæ. id eſt, tyrannorum potentia, inſtar æſtuantis maris & intumeſcentis, propter ingentem copiam & commotionem, ſic tranſtulit Hieronym. *Sonantibus & intumeſcentibus gurgitibus eius*. ſic igitur hoc loco, *Facies mea intumuit*, excreuit, æſtuauit, commota & turbata eſt, imbibito ardentium lachrymarum humore aſsiduè decidenti. neque ſolum facies, ſed pectus etiam, quod imbrem calidæ aquæ decidentem excipit. ſic legunt Septuaginta,

Pagni. Regia. Vatab. Pſal.45.4. Hierony.

Venter meus combuſtus eſt à fletu. quamquã Catenæ auctor, *Ventrem* intelligat animam, quæ dolore uratur, neque decidentes lachrymæ quidquam remittant.

LXX. Nicetas.

ſed fortè illud germanum eſt, ut *facies* pro oculis accipiatur; facies enim ſæpè aſpectum ſignificat, & pro oculis uſurpatur. ſic facies cum oculis per expoſitionem iungitur Iſa. 5. *Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobis metipſis prudentes*. Hebraicè, *& coram facie prudentes*. & clariùs Pſalmo. 30. *Proiectus ſum à facie oculorum tuorum*;

Facies pro oculis. Iſa.5.21. Pſal.30.23.

2 Oculus fontis perſimilis.

Et opportunè illa intumeſcentia atq; conturbatio oculis tribuitur, tanquam fonti clariſsimo & limpidiſsimo, quem ſi quis commoueat, & ſubſidentem limum excitet, lutulentum & inquinatum efficiet. Oculorum autem nomen eſſe idem, quod fontis, apertè conſtat ex Deut. 33. *Oculus Iacob in terra frumenti & vini*. vbi Septuagint. Complutenſes legunt, *Fons Iacob*. nam Iacobæi & Iſraelitæ ex Iacob, tanquam riuus ex fonte profluxerunt copioſa & ſobole, & valde numeroſa poſteritate, quaſi impetu quodam ſcaturientis aquæ, ut Iſai. cap. 27. dixit, *Qui egredientur impetu à Iacob*.

עין Deut.33.19. Iſa.27.6.

Atque illa ſolet eſſe Phyſiognomorum de oculis doctrina, ut humidi ſint, non ſicci, & natare videantur in ſuo orbe, tanquam aqua in vaſe. ea videlicet eſt optima illorum diſpoſitio; nã ut Ariſtoteles docuit libr. de ſenſu & ſenſibili, ad aquam referuntur, & pupilla aquea eſt. tum etiam oculus frigidus & humidus eſt, vt idem docuit. 2. de Generatione Animalium cap. 4. quare Medici malum dicunt, cum *Oculus marceſcens velut ſpuma, atque etiam obſcuratus*.

Oculi optimi aut ſecus. Ariſt. Hippocra. li. 6. de morb. popul. ſect. 1.

Certè ab ſplendore, & ab humiditate illa humoris triplicis, Aquei, Vitrei Criſtallini comendantur oculi ſponſi; *Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſsima*, non rigent duritie, nec ſquallent ſiccitate, ſed liquidum, & limpidum, cernunt. Oculi igitur qui ſplendidi, limpidique fontes ſunt, ſi vim humoris ex internis partibus expreſsi, & ab animi ægritudine & perturbatione concitati concipiant, turgent, turbantur, tument, & æſtuant inſtar turbidi & æſtuantis maris. quare peropportunè de oculis dictum fuerit; *Facies mea intumuit à fletu*. Similiſque eſt illa ſuæ ægritudinis amplificatio Dauidis Pſalmo. 6. *Turbatus eſt à furore oculus meus*. quod Hieronymus dixit, *Caligauit præ amaritudine oculus meus*. id eſt, præ copia, aut riuulis defluentium lachrymarum, & Pſalmo. 30. *Conturbatus eſt in ira oculus meus*, quæ *conturbatio* iuxta Hebræum propriè eſt, attritio, hebetatio, conſumptio, tabes, corroſio, velut à tinea: Poeticum ſanè ſicut & id Catulli ad Mallium.

Cant.5. Pſ.6.8. Hieronym. Pſal.30.20. Catul.

quit) *eſt præcipuum. Non admittere in animum mala conſilia, puras ad cœlum manus tollere.* Certè ſiue idem, ſiue Seneca alter repetit non ſemel idem. nam in Oedip.

Senec. in Oed. act. Sc. 1.

Licet iam tollere ad cœlum piè,
Puras nec vlla ſcelera metuentes manus.

In Herc. Fur. Sc. vlt.

& idem iterum de ingenti piaculo:
Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis Perſica
Violentus vnda Tigris, aut Rhenus ferox,
Tagus vè Ibera turbidus Gaza fluens
Abluere dextram poterit?

3 Denique ad ſacra peragenda, & preces offerendas, puras manus, puram veſtem, puram aquam, pura etiam vina & libamina requirebant. id eſt, nihil omnino admiſſum iniquum. Eſt ſanè quod magnam noſtris precibus efficacitatem adfert, concordia & beneuolentia erga proximum atque nunquam illum læſiſſe. quod fortè indicatur Matth. 18. *Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re, quam petierint, fiet illis à Patre meo.* & è contrario preces irritas efficit illata iniuria, ſicut ſcriptum eſt Matthæ. 5. *Si offeres munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, vade priùs, reconciliari fratri tuo.* Non enim priùs oraturos, aut ſacrificaturos ad ſe accedere iubet Deus, quàm poſt rectè & integrè optimi & iuſti viri officium proximo exhibitum. *Diſcite* (inquit) *benè facere, quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite & arguite me dicit Dominus.* Neque verò ſolum mundicies manuum ad orationem confert, ſed ſplendor quidam & nitor, quem efficit miſericordia & beneficentia. Propterea enim *ſi lotæ ſint manus* ſuas dixit Iob ſuperius. cap. 9. ſunt enim orationis comites eleemoſyna, quæ omne beneficentiæ genus, comprehendit, atque ieiunium, quod carnis motus & impetus frangit, ne vlla praua cupiditate commotus, aduerſus Deum aut proximum efferatur; & ſe potius læſum, quam proximum velit. Quod tamen in bonum conuertet Deus, vt detrimenta propter proximum ſuſcepta in multò vberiora lucra cedant, & bona quæ orans poſtulauerit, facilius & cumulatius referat, quam ipſe poſtulare auderet.

Matth. 17.19.
Matth. 5.23.
Iſa. 1.18.
4 Orationis comites eleemoſina, & ieiunium.
Iob. 9. 30.

At Græci *munditiem* hanc orationis, ſic interpretantur, quòd nullis perturbationis, aut mentis fluctibus admiſta fuerit, ac nullis curis diſtracta: quod in illo Pauli loco ad Timothe. per *diſceptationem* intellexit Ambroſius lib. 5. de ſacramentis. capite quinto. *Plerunque* (inquit) *negotiator venit ad orationem, aut auarus de pecunia cogitat, alter de lucro, alter de honore, alter de cupiditate, & putat, quòd eum Deus poſſit audire. & ideo quando oras, diuina humanis præferre te conuenit.* Hanc ille *diſceptationem* eſſe intelligit: ſunt enim dialogiſmi quidam & ſoliloquia, quæ mentem, & cogitationem à Deo auertunt, & ad alias res prophanas conuertunt. & ſicut creata omnia reſpectu diuinorum tenebræ ſunt: ita etiam ſordes & immundities ſunt reſpectu illius ſummæ puritatis, atque superni candoris. ergo qui cogitationes terrenas admiſcet cogitationi diuinorum, non habebit *mundas preces*; qui autem defixa in Deum mente orat, *mundas ad Deum habet preces.*

Græci.
Ambroſ. li. 5. ſacr. c. 5.
Inter orandum attentio animi.

Sed illud notandum, quod ſupra indicauimus, orationis & *precum* nomine vniuerſum religionis & pietatis cultum circa Deum ſignificari. eſt enim totius religionis quaſi fundamentum quoddam. Quare cùm prima Chriſtianæ religionis initia ponebantur, diuino ſpiritu permoti Apoſtoli, dixerunt, *Domine doce nos orare, ſicut & docuit Ioannes diſcipulos ſuos.* Hinc vel ex ſolo orationis ſtudio ablato vniuerſam Danielis religionem & pietatem ablatum iri, verumque Deum contemptui habendum principes illi & ſatrapæ, qui Danieli inuidebant, ſibi perſuadentes, dixerunt; *Non inueniemus Danieli huic aliquam occaſionem, niſi forte in lege Dei ſui.* neque aliam violandæ legis rationem excogitarunt, quàm illam, vt omnis qui peteret aliquam petitionem à quocunque Deo, & homine, niſi à Dario, mitteretur in lacum leonum: at Daniel aduerſus illarum machinamenta, non alio remedio, quam ipſa oratione vſus eſt; nam *feneſtris apertis in cœnaculo tribus temporibus contra Ieruſalem in die flectebat genua ſua, & adorabat.* Hoc orandi remedio ad tot ærumnas ſibi relicto, conſolari ſe poterat Iob, atque in hanc ſententiam dicere, *& licet ſunt tantummodo labia circa dentes meos.* dum orare & precari poſſum, non omnino perij, nam ad extremum interitum deueniſſe, qui precandi ſtudium intermiſit, ipſe quoque Eliphaz docuiſſe videtur ſuperius dicens, *Euacuaſti timorem: & tuliſti preces coram Deo.*

Orationis nomé quid ſignificet.
Luc. 11. 1.
Dan. 6. 5. 10.
Precandi remedium vnicum.
Iob. 19. 20.
Iob. 15. 4.

XIX. Terra ne operias ſanguinem meum, neque habeat locum in te latendi clamor meus.

1. *Varia imprecationis ratio, & formula. Commodior interpretatio.*
2. *Quæ dicantur clamare. Chriſti patientiæ figura.*
3. *Rerum mortuarum compellatio ad ſignificationem doloris. Vt Prophetæ cælum, & terram inuocent.*
4. *Operire quid.*
5. *Sanguis, quid. Vt ſcelera clament. explicatur Moyſ. 1.*

1 Caietan. poſt Aben Eſra exiſtimat hanc eſſe iuramenti deprecatorij formam, quo aſſeueret nullius ſibi iniquitatis conſcium eſſe; Niſi vera (inquit) loquor, inhumatus abiiciar, neq; me defunctum parens tellus ſinu excipiat: *& non locus clamori meo* (vt in Hebræo eſt) id eſt, meæ preces non exaudiantur. vel, clament mea ſcelera, ſi quæ habeo, in cœlum, publicoque iudicio illa vindicet ſupremus iudex, neque patiatur inulta latere: ſi quæ (inquit) terra nouit mea

Aben Eſra Caietanus.
Imprecatorii formula.

flagitia, ipſa, quæ lucem fugiunt, in medium atque in lucem profero. Sic Tygurina. *O cœlum, ne celes mea ſcelera capitalia.* Sed frequentior & rei præſenti opportunior ſenſus eſt, vt hęc dicantur ad commouendam miſericordiam: Opto (inquit) vt omnibus explorata, atque probata ſit mea innocentia, & tacentibus hominibus, aut ſuo deprauato iudicio me condemnantibus, ipſæ res inanimes loquãtur & prædicent extremo me ſupplicio affici, nulla mea culpa; meum hunc clamorem atque querimonias ſurdis auribus excipiunt mei amici; audiat terra, auditumq; multiplicet & reddat, reſonãte Echo, meoſque gemitus atque ſuſpiria numeroſiori repercuſſu referant montes, ſeptieſque aſſonent valles;

Tygur. Commodior expoſitio.

Atis reſponſent ſyluæ, & vaga certat imago.

2 Acerbiſſima clamare dicuntur.

Tum etiam is *clamor*, quem edũt mei dolores (nam quæ acerbiſſima ſunt, clamare dicuntur. id eſt, vehemẽti aliquo affectu homines percellunt, & clamare cogunt) minimè cõtineatur intra terram, ſed vniuerſam aeris regionem pervagatus cõſcendat in cœlum. Perſpicitur hoc loco, non valde latens neq; obſcura Chriſti patientis imago, cuius ſanguinem ab impiiſſimis deicidis immaniter profuſum, minimè occuluit terra, ſed qua potuit ratione contremiſcens atque commota ſignificauit; prædicarunt *petræ, & ſaxa* mutuis colliſionibus, ingentiq; fragore diſrupta, neque non ſua ora *aperuerunt monumenta*. Eſt verò propriũ eorũ qui in extremis malis verſantur (vt Chryſoſt. ait) vt nolint ſua mala celari, atq. illorum neminem non fieri ſpectatorem.

Chriſti patientis figura. Matt. 27. 52. Chryſoſt.

Terra. Poeticum ſanè atque Patheticum in dolore, aut re alia grauiſſima, res mutas, mortuaſue, omni ſenſu audituque carentes, teſtes & auditores compellare. alius cum auibus loquitur, cum feris alius, ſurda littora mareque compellat alius, nemora, ſyluas, quercus, ſaxa. ſic ille dixit,

3 Res mutas & mortuas compellare ad ſignificationem doloris. Propertius.

Et quodcunque meæ poſſunt narrare querelæ,
Cogor ad argutas dicere ſolus aues.

Scriptores ſacri, *cœlum* & *terram* compellant incorruptiſſimos veritatis teſtes, & quorũ teſtimoniũ ad multa ſæcula diuturnum ſit, & longe lateque pateat per vniuerſas regiones; ſi quid enim prædicent & conteſtentur cœli, *in omnem terram exibit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* & ſi quid terra loquatur, id certè melius generationibus narrare poterit, nam *generatio præterit & generatio aduenit, terra autem in æternũ ſtat.* vid. Iſa. & Moyſen in cantico; non ſolum enim cœlum & terram compellat, ſed *imbrem* & rorem atque *pluuiam*, vt ſua verba accepta & ſimul cũ guttis aquæ permixta inſtillent in capita, aureſque mortalium. Atque vbicunque iis rebus inanimatis ſenſus, auditus ve tribuitur, indicatur res eſſe eiuſmodi, quæ rerum omnium naturam & ordinem ab auctore naturę præſcriptum euertat: atque ideò omnium creaturarum interſit id curare,

Vt Prophetæ cœlum & terram inuocent. Pſal. 18. 6. Eccleſ. 1. 4. Iſa. 1. 2. Deut. 32. 1. 2.

quaſi dicerent, *Eſta ſia razon à todos toca.*

4 כסה Prouer. 12. 16. Eccle. 6. 4. Operire, quid.

Ne operias. Idem verbum, quod Prouer. 12. vertitur *diſſimulare.* & Eccleſiaſtæ. 6. *obliuione. delere.* Operire igitur hoc loco etiã erit obliuione delere, atque diſſimulare. Quantũuis (inquit) me contegas, contineaſque ſepulchro, ſed ne ſepelias obliuione iſtam meam incredibilem ſuppliciorum fine vllo meo ſcelere ſuſtinentiam; quantumuis ſurda ſis, ſed vinci te patere his meis clamoribus; mihi aurem benignam præbe. ſimile id Iſai. 1. *Auribus percipe terra.* Propriè, Inclina aurem, quemadmodum ſurdi facere ſolent, vt audire poſſint.

Iſa. 1. 2.

5 Olympiod. Polychr. Auguſt. Vaticana.

Sanguinem. Olympiodor. & Polychron. intelligunt *ſanguinem* ex illius corpore fluentem. quaſi diceret, Neque exſorbeas meum ſanguinem, vt mei ſupplicii veſtigium, atq; memoria omnibus conſpicua manere poſſit. Auguſtin. legit; *Terra ne operiar ſuper ſanguinem carnis meæ.* quod eundem fere habet ſenſum cum lectione Vaticana, *Terra ne operias:* ſed præſtat vt per *ſanguinem*, intelligamus letales cruciatus, peneque iam inflictã mortẽ.

Clamor meus. Non ſolum iſti mei gemitus, ſed etiam vlcerum, & morbi incredibilis, & cruenti ſanioſiq; cadaueris clamor, quãtumuis in ſepulchro lateat cadauer, ſed erumpet foras clamor. ſicut ad Cain dictum eſt, *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*; fugerat fratricida teſtes egreſſus in agrum, occiſum fratrem abdiderat (vt ait Ioſephus) putans clam fore homicidium; rogatus à Deo. vbi nam frater ſit, negat ſe ſcire; atqui vox profuſi ſanguinis, & abditi cadaueris ex ipſis terræ viſceribus erupit, prædicauitque homicidium, atque homicidam prodidit; neque inuenit locum latendi in terra, cum de terra clamaret; quæ enim *aperuit os ſuum vt exciperet ſanguinem*, eadem ipſo aperto ore cauſam profuſi ſanguinis, atque profuſorem, locũ, tempus, & reliqua omnia, quæ coram illa geſta ſunt, ingenuè & ſyncerè conteſtata eſt.

Gen. ſ. 4. Ioſeph. 1. lib. antiquit.

Quod autem Septuagint. dixerunt, *neque ſit locus clamori meo.* quamuis videatur contrarium habere ſenſum, ſed re ipſa idem eſt, quaſi dicat nullus ſit clamori meo definitus locus, quò gemitus mei atque lamenta conſiſtant, ſed per vniuerſum aeris ſpatium liberè ad cœlum vſque perferantur, & ad omnium mortalium aures deueniant.

LXX.

XX. Ecce enim in cælo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis.

1. *An teſtimonium cœli, an vero Dei nunc proponatur à Iob. Iurandi formula.*
2. *Conſcius quis dicatur ex Hebræo, & Syro. illuſtratus Moyſes. Deus iudex ſimul, & teſtis.*
3. *In diuino iudicio duo teſtes, Deus ipſe, & conſcientia. Teſtis ſupremus in cælo, tanquam in ſpecula.*

1 Eugubinus. An cœli teſtimonium nunc proponatur.

EVgubinus exiſtimat velle nunc Iobũ vti teſtificatione cœli, poſtquã terræ teſtimonium produxit: ſed ægrè quadrat; nam non tam cœlum, quam alium, qui in *cælo*

reſideat

Iſa.66.1. *Caiet.* Iuramenti formula.

reſideat *teſtem*, & ſpectatorem habere ſe dicit. Deum igitur cuius *ſedes cælum*, ſignificat. Caietanus vero rurſum, hoc loco iuramenti formam agnoſcit, quo Deũ inuocet ſuæ innocentiæ teſtem, atq; conſcientiæ ſpectatorem, & conſcium. Sicq; erigitur in ſpem, vt qui ab iniquis teſtibus, & parum fidis amicis, nunc [illegible] affectatur, commendetur poſtea a Deo *coram angelis*. Ideo (inquit) clamorem meum latere, aut contineri inferis his regionibus nolo, quoniam appello iudicem, teſtemq; meum cõſcium [illegible] in cælo, qui meæ [illegible] conſcius, meis calumniatoribus, falſiſque teſtibus damnatis me innocentem abſoluet. Vel, ſi terra diſſimulet, & comprimat clamorem meum, non ideo cadam mea cauſa, nam iudicem appello, quẽ nihil latere poteſt. Vel, licet nunc in terra humanis iudiciis opprimi videar, ſcio in cœlis aliter de me iudicium fieri; ſcio aliam fieri meæ innocentiæ teſtificationem. Hoc illi bona mens ſolatium ſuggerit, Deum videlicet, qui illum ſemel & iterũ ſuis angelis magnificẽtiſsimo præconio commendauit.

2 Conſcius eius dicatur. *Gen.31.47.*

Conſcium [illegible] vox ſynonyma cum *teſte*, ſed alterius linguæ, nempe Syriacæ, quarũ duarum vocum diſcrimen in hoc loco, eſt idem, q; Gen. 31. cũ Laban atq; Iacob fecerũt tumulũ, comederũtq; ſuper eũ, *quẽ vocauit Laban tumulum teſtis, & Iacob aceruum teſtimonij*. ſapiẽter autẽ reddidit Vulgatus, *vterq; iuxta proprietatẽ linguæ ſuæ*. Nã cũ vterq; eandẽ rẽ ſignificaſſet, Iacob tamen vſus eſt dictione Hebræa, at Laban Syriaca, vt docet Hieron. in traditionibus, & Auguſt.q.97. [illegible] *teſtis* eſt, aut teſtimonium in Hebræis; at vero, *ſahad* teſtis apud Syros, & hoc loco *conſcium*. Neque vero quod Deus teſtis ſit, iudex eſſe non poterit, cum iterũ, tum ſit Iere.29. *Ego ſum iudex, & teſtis dicit Dominus*. neq; [illegible] vllius ſceleris, quantumuis in imo cordis receſſu perpetrati impunitatem promittat nomo, non enim aliis externis teſtibus indiget Deus. Et quidem in diuino iudicio non deerunt duo veriſsimi teſtes videlicet & Deus ipſe, & noſtra cõſcientia. propterea q; dicitur Deus *teſtis in cælo*, in excelſis ve eſſe, non tam propter loci præſtantiam & amplitudinẽ, numinis maieſtate dignam, quam propter locum aptiſsimum ad contemplandum, tanquam ex ſublimi ſpecula, quidquid in terris geratur: *de cælo* enim *reſpexit ſuper omnes filios hominum*. & iterum; *Dominus in cælo ſedes eius, oculi eius in pauperem reſpiciunt*. & Micheæ.1. *Sit Dominus Deus vobis in teſtẽ, Dominus de templo ſancto ſuo* (id eſt, de cœlo in quo velut in templo habitat. & cũ hoc *teſtis* munere ſtatim coniungit iudicis ſeueritatem) *Egredietur Dominus de loco ſuo, & deſcendet & calcabit ſuper excelſa terræ*.

Hieron. *Auguſt.q.97.* עד שהד

Deus iudex ſimul & teſtis. *Iere.29.23.*

In diuino iudicio duo teſtes, Deus ipſe, & conſcientia. *Pſal.8.38.* Cur teſtis ſupremus dicatur eſſe in cœlo. *Pſal.32.13.* *Pſal.10.4.* *Micheæ.1.2.*

XXI. Verboſi amici mei, ad Deum ſtillat oculus meus.

1. *Varia lectio Verboſus quid ex Hebræo. Quis deriſor, aut illuſor. [illegible] Salomon. Verboſi omnia deteriora reddunt.*
2. *Oculum ſtillare per tranſlationem dici. Cur lachrymæ dicantur non deſcendere, ſed aſcendere in cælum. Illuſtratum Eccleſiaſticum.*
3. *Notatum Hebræum apud Caietanum.*
4. *Varia lectio, & interpretandi ratio.*
5. *Breuitatem vitæ circumlocutio, variis [illegible].*

Cum illi (inquit) qui amicos ſe præſtare debuiſſent, veræ amicitiæ officium deſerant, neq; mihi conſolatores, ſed verborũ profluentia moleſtiſsimi criminatores exiſtant, lachrymans & eiulans ad Deum me conuertam, cuius fidei meam cauſam committam: cum fleuero, illum mea infortunia tanget; nam ſi ſiem, mihi non adſunt humani [illegible]. 1

Non eodem modo redditur, nam Vatabl. non accipit in malum, ſed ſimpliciter vertit, & interpretatur; *Colloquutores mei*, qui loquimini & diſſeritis mecum. ad Deum lachrymis fundo, qui teſtis eſt meæ innocentiæ, non ad vos qui cupitis eam labefactare. Complutenſes cum Burgenſ. legunt, *interpretes*, quod Iobi verba ſiniſtrè acciperent, & in deteriorem partẽ interpretarentur. Pagninus, *Rhetores*, ſimiliterq; Tygurina; *Cum amici mei rhetorica oratione contra me agunt, manantibus lachrymis Dei opem imploro*. Hebræus apud Caietanum; *Patroni mei, ſocij mei*, ironicos, qui mihi exhibere ſe deberent patronos, aduerſarios experior. Sed huic varietati locum ſanè præbuit verbũ *Lits*, quod propriè ſignificat illudere, aut deridere. Quia vero, qui illudit exquiſitis interdum verbis, & aliis ridiculis verbis reddere ſolet, & imitari alterius dicta, ideo ſignificat interpretari, aut exquiſitè loqui, Rhetorem agere. hinc Prouerb.19. *Teſtis iniquus, deridet iudicium*: nam cõmutat verba, & ſiniſtrè interpretatur, quæ audit, aut videt rem verboſa oratione exaggerat, vti deriſores ſolent. & Prouer.9. *Qui erudit deriſorem, ipſe iniuriam ſibi facit*. nam in deterioré partẽ rem deriſor interpretatur, & vitio atq; cõcepto odio tribuit, quod ex amicitia & beneuolẽtia fit. & ca.21. *Superbus arrogans, vocatur indoctus*. proprie, illuſor, aut deriſor. Nam ſtultitiæ atq; ſuperbiæ ſignum eſt alios irridere. Hæc omnia complexus eſt illo vocabulo, *verboſi*, Latinus interpres; nam illuſores, interpretes, Rhetores, multis verbis vti ſolent, & illud præterea habẽt *verboſi*, quod moleſtiſsimi præſertim ægrotantibus exiſtunt, inepte garriunt veritatẽ lædũt, & denique importuna loquacitate omnia reddunt deteriora.

Varia lectio *Vatabl.*

Complut. *Burgenſ.*

Pagni. *Tygur.*

Caiet. *Hebræ.* Quod verbum in Hebræo. ולץ

Quis dicatur deriſor aut illuſor *Prou.19.28.* *Prou.9.7.*

Prou.21.24.

Verboſus omnia reddit deteriora.

Oculum vero *diſtillare* guttatim lachrymas, tranſlatio eſt, ab ſtillicidiis, & pluuia ſumpta, non inaudita prophanis etiã poetis. ſed præterea Pſal. 118. *Dormitauit anima mea præ tædio*. Hieron. ex Hebræo cum Origen & Ambroſ. *Stillauit anima mea*. perſpicue, lacrymata eſt ad Deum iudicem. Mirum, quòd quæ in ſinum deſcendere, & in terram cadere videntur lachrymæ, non deſcendant tamèn, ſed aſcendant ad Deum, & retro contrario motu, quàm imber & ſtillicidia, in cœlum ſtillent. ſed mirabilis huius rei illa 2

Oculum diſtillare per tranſlationem dici *Pſal.118.28.* *Hieronym.* *Origen.* *Ambroſ.* Cur lachrymæ non dicatur deſcẽdere, ſed aſcendere.

eſt cau-

eſt cauſa occultior humanis oculis; quod
ſicut ſol terræ vapores ſuo calore tepefa-
ctos ſurſum euehit, ita piorum ferventes la
chrymas benignißimus Deus excitat, & e-
Eccl.36.18. leuat ad ſe. ſic Sapiens docuit Eccleſiaſt.33.
Nam (inquit) *lachryma viduæ ad maxillam de-
ſcendunt à maxilla aſcendunt vſque ad cælum; & Do-
minus exauditor non delectabitur in illis.* eſt igitur
Lachrymæ ſimiles imbri. huiuſmodi lachrymarú imber, non qui de-
fluat ex nubibus, ſed qui *nubes penetret.* Atque
eſt in eo etiam lachrymarum cum pluuia ſi-
militudo, quòd ſicut vapores excitati à ter-
ra, concreſcentes coguntur in nubes, atque
in pluuiam, iterumque decidunt in terram:
ſic ſanè lachrymæ, quæ ſurſum aſcendunt,
recidunt, non ſuper plorantem, ſed in illius
caput, qui iuſtum contriſtauit, & lachrymas
illi excuſsit, propterea enim eodé loco ad-
iunxit Eccleſiaſticus; *Et exclamatio eius ſuper de-
ducentem eas.* Hæc ſunt illæ *lachrymæ innocentum,*
Eccl.4.1. quas Salomon commemorat Eccleſiaſt. 4. (v-
bi propr. iuxta Hebræum, *lachrymæ calumniam
patientium.*) & *neminem conſolatorem.* Quod in-
gens eſſe malum, nunc Iob in ſe ipſo experi-
tur, atque deplorat: qui enim ſolum Deum
videat ſibi aſtantem, ad illum ſolum ſtilla-
re, & lachrymari compellitur.

3
Caieta. Sed hoc loco non eſt prætereundum mi-
raculum quoddam naturæ, quod Caietanus
exiſtimat ex hac Iobi ſentétia colligi, vide-
licet vt cùm Iob dicat, *ad Deum ſtillat oculus
meus*, non ambobus ſimul oculis lachryma
tus fuerit, ſed propter exſiccatum humorem
cerebri, nunc ex vno oculo, núc ex alio ma-
nabat lachryma. interpretatio ſanè aut de-
ploranda, aut (ſi mauis) deridenda. quam
Hebræus ille procul dubio Caietano ingeſsit.

XXII. Atque vtinam ſic iudicare-tur vir cum Deo, quomodo iudi-catur filius hominis cum col-lega ſuo.

PRecaſtigationem eſſe eius, quod dixerat,
4 quidam arbitrantur; Teſtem inuocaui
Deum. Sed quid ego miſer? nam ſi cum ho-
mine agerem mihi æquali, pariſque condi-
tionis, nemo me peccati conuinceret. ad di-
uinum iudicium reformidandum mihi eſt.
LXX. Septuag. contrario fere modo, optat enim,
vt cum hominibus & Deo liberè liceat illi
cauſam ſuam tractare & probare. *Sit redargu-
tio viro coram Domino, & filij hominis ad proximum
Auguſt. ſuum.* Auguſti. ferè eodem modo ſicut noſtra
lectio; *Diiudicetur vir cum Deo, ſicut filius hominis
Lenior interpretatio. ad proximum ſuum.* Sed hoc videtur leniter de-
currere; cum appellauerim ſupremum iu-
dicem, & ad illius tribunal prouocauerim,
optaré ſanè, vt illius ſententiá nemo igno-
raret ſed publice omnibus mortalibus au-
dientibus atq; videntibus pronuntiaretur;
vt in iudicio humano fieri ſolet; ſic enim fie-
ret, vt de mea innocentia nemo dubitaret.
Quam interpretationé indicauit profecto
Nicetas. Nicetas; *Ipſum* (inquit) *iudicium, vſque eo illuſtre
tore cerbrat, vt nemini deeſtet eſſe obſcurum, nec ſecus
quam ſi de homine, inter quæ homines facti i fiet.* Quod
etiam vaticinando dixiſſe videtur, vt cóſtat
ex capite vltimo. Niſi forte optare ſe dicat,
ne controuerſiæ huius diiudicatio & abſo-
lutio in extremum iudicii diem differatur;
ne eò vſque dubium & ſub lite maneat ſuæ
innocentiæ & exiſtimationis teſtimonium;
Vtiná (inquit) poſſet ſupremus iudex com-
pelli, vti in humano iudicio fieri ſolet, vt
conteſtata lite & perfecta tota cauſa, acce-
ptiſque teſtimoniis rem ille pro ſua rei to-
tius cognitione & iudicio, abſolueret pro-
nuntiata ſententia. Cum hac interpretandi
ratione cohærent optimè ſequentia.

XXIII. Ecce enim breues anni tranſeunt: & ſemitam, per quam non reuertar, ambulo.

BReues annos, annos tranſire, aut, *annos numeri ab-
ire*, vt in Hebræo eſt; ſiue *annos dinumera- 5
tos venire*, vt Septuagint. habent, id eſt, annos Lect. Hebræ.
qui numerati & præfiniti ſunt a Deo, & bre- LXX.
uiſsima periodo circunſcripti, venire & re- Vitæ breuitatis circú-
cedere, ſibiq; ſine vlla mora ſuccedere. tum loquutio.
etiam *viam vniuerſæ carnis ingredi*, & peragere, 3.Reg.2.2.
quam, qui ſemel pertranſierit, repetere non
poſsit, certum eſt, ad vitæ breuitatem, inſtá-
tis mortis diſcrimé pertinere. Sed quorſum
nunc inculcet hanc rem Iob, aut quomodo
hęc ſententia cum aliis cohæreat, incertum. Varii nexus huius ſenté-
Caieta. facile ſe expedit ab hac difficultate tiæ cum pręcedentibus.
dicens, hinc incipere ſequés caput. at nemo Caiet.
cum Caieta. ſentit; Alij ideo dictum putant,
vt deprecetur Iob dolores, in eo, quod ſibi
vitæ reliquum eſt. ſicut. c.14. dixit; *Breues dies Iob.14.5.
hominis ſunt, numerus menſium eius apud te eſt, recede
paululum ab eo, vt quieſcat.* ſed non cohæret. A-
ptiùs neſtitur vt dicat ſibi nullius peccati
conſciú de diuino iudicio ſpem concepiſſe,
id quod, non ficto, & ſimulato animo pro-
uocat, ſed veriſsima & maxime ſincera ſuæ
conſcientiæ & veritatis fiducia, vti decet cú
loqui, qui morti proximus ſit *. Eſt enim illa * Para el paſſo en que eſtoy que digo la verdad.
aſſeuerandæ veritatis formula vulgaris Ca-
tenæ auctor, illum orationis contextum nó
incommodum etiam aſsignat, vt ex eo, quòd
mors ſibi impendeat, cupiat & poſtulet, vt Nicetas.
ante mortem, de hac ſua cauſa tranſigatur,
vt ſaltem viuenti breuiſsimú hoc ſolatium
eſſe poſsit, in ſua lite obtinuiſſe, & veritaté
demonſtrata omnibus fuiſſe. eſt enim ingés
in mora periculum, vel tandem, vt rationem
reddat eius, quod proxime dixerat, cú Deus
non ſoleat proferre ciò contra malos pro
innocentibus ſententiam, obnixe poſtulet,
vt in hac ſua lite, non procraſtinet iudex, ſed
breui rem totá abſoluat: iná, ipſe deficit, abit-
que in mortem celerius quam vt expectare
diutius poſsit. Præſertim cum aduerſarii tá-
diu inſultaturi ſint, quamdiu aſſertur
diſceptationi huius li-
tis mora.

CAPVT DECIMVM SEXtum.

1
Reſpondens autem Iob dixit:

2
Audiui frequenter talia.

Conſolatores onerosi omnes vos eſtis.

3
Nunquid habebunt finem verba ventoſa?

aut aliquid tibi moleſtum eſt, ſi loquaris?

4
Poteram & ego ſimilia veſtri loqui: atque vtinam eſſet anima veſtra, pro anima mea,

5
Conſolarer & ego vos ſermonibus: & mouerem caput meum ſuper vos.

6
Roborarem vos ore meo, & mouerē labia mea, quaſi parcens vobis.

7
Sed quid agam? ſi loquutus fuero, non

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

BREVIS NOTATIO RERVM inſigniorum, quę in commentariis fuſius explicantur.

PRæterita oratione Eliphaz, atque reliquorum multo acerbiori, quam æger & miſerrimus homo æquis auribus accipere poſſet, punctus Iob, in hæc verba reſpondit; Quæ hactenus à vobis audiui, minime ſunt inaudita; valde enim nō mihi ſolum, ſed lippis etiam perſpecta eſſe arbitror: nam eandem ſemper non ſine a tędio & moleſtia cantilenam canitis: quam ego ſæpe ſapientiſſimis auribus excepi, contumeliis licèt conuitiiſque pleniſſimam, vt & ſurdus, & elinguis videri iure potuerim. At ſanè eiuſmodi conſolationem meis malis adhibetis, vt multò grauiorem reſpondendi, meque ab obiectis criminibus purgandi, laborem & moleſtiam afferatis; tum etiam audiendi longiores & importuniores ſermones non leuem defatigationem.

Præſtaret ſanè finem à vobis imponi his veſtris ſermonibus plurimis, & præter rem iactatis, neque certò ſibi conſtantibus, inflatis, turgidis & aduerſum me furentibus. Porrò quid te, ô amice Eliphaz, confirmabit, vt meis dictis repugnare valeas, aut me de mea ſententia deiicere? quidve vtilitatis capies ex tuis reſponſionibus? mihi ſanè hæ tuæ ampullæ, & ſeſquipedalia verba moleſtiſſima ſunt. & quæ ego grauiter audio, à te facile & leuiter iactantur, cum nullo cogitandi, aut præmeditandi labore indigeant. & quidem te, o Eliphaz, à meis contumeliis retrahere deberet mearum reſponſionum lenitas; nam tuis ego conuitiis oneratus, conuitia non reddo. quid enim tu audis moleſtum, cùm multa moleſtiſſima loquutus fueris?

Niſi velitis o amici, vt ego veſtram orationem imiter, atque refutem, pari dicendi libidine & contentione. Atqui ſi fieret inter nos noſtri ſtatus commutatio, vt vos tantiſper meo loco ſederetis, & ego conſolatoris perſonam ſuſtinerem, profectò vos ſimilibus verbis onerarem, vt re ipſa experiremini, quam ſit acerbum, atque indignum ſic cum ægro homine agere. Sed quorſum, obſecro, tam multas rationes obtruditis ſapienti homini, & minime tot verbis indigenti? nam de eadem materia, de qua vos ad nauſeam vſq; diſſeritis, multo luculentiorem orationē ego habebo. atq; vtina anima veſtra & animi ſenſus, corporiſq;, & veſtrarū rerum omniū conditio eiuſmodi eſſet, quæ apud me; tunc ſanè liberum mihi eſſet importunis conſiliis, & verborum turba vos onerare, geſtu etiam, & commotione b capitis vobis illudere. quanquam id ego minimè facerem; ſed multò quidem meliùs, quam vos, conſolatoris munus obirem, milleque rationes excogitarem, quibus veſtram animi ægritudinem lenire aliqua ratione valerem, neque ſemper eandem rem vobis ingererem, ſed me ſocium vobis præberem comem, atque benignū; neq; vobis repugnans, ſed potius leniter, & amicè conſentiens, mea oratione veſtros cruciatus excantare conarer, capitis motu meam commiſerationem ad veſtras ærumnas conteſtatus. deiectos vos erigerem, & c languentes confirmarem, labiorumque motu conceptum de veſtra calamitate dolorem teſtarer, verbis videlicet leniſſimis, vt qui veſtri doloris commiſeratione & ſenſu neceſſario tangerer. atque geſtu parum benigno veſtrum dolorem refricare nollem, ſed potius, quoad fieri poſſet, delinire.

Sed cum in ancipiti verſer, quid agam, aut quò me vertam neſcio. hæc enim ſtatuū, & perſonarū cōmutatio fieri nunc non poteſt, neque video, qua ratione doloris mei acerbitas poſſit remittere; nam neque verbis, neque ſilentio meis ma-

lis gra-

a De conſolatoris officio, & qualis eſſe debeat conſolatio, nonnulla. v.16.n.3.4.

b De capitis motu, & mouendi varietate, & ſignificatione, ad ſcripturarum intelligentiam peculiaria quædam. v.5.n.3.4.

c Vt ſint ægritudines languidæ; at vero conſolationes ſint aduerſus illas robur, & arma. v.6.n.1.

lis grauiſsimis medebor; nam ſi pro me loquar, veſtraque dicta refellam, neque reuelabitur ſenſus, neque ſi verba ſupprimam, & gemitus comprimam, vlla ex parte miteſcet. Nihil igitur mirum, ſi nullum veſtra oratione ægritudinis alleuamentum capiam.

quieſcet dolor meus, & ſi tacuero, nō diſcedet à me.

Neque verò ego præ doloris magnitudine, qua opprimor, oratione aut ratiocinatione vlla vti poſſum, ſed qua poſſum ratione tum cruciatus, tum meam innocentiam explicare conabor, vt aliquod innocentiæ afflictæ præſidium & ſolatium comparare queam. Opprimor igitur ita, vt nulla re ſubleuer; elangui, concidi, peneque mente & corpore ſtupidus redditus ſum, atque ſtupenda quædam ſtrages, in hac mei corporis *d* ſtructura viſitur; ipſa enim oſſa, ſuis ſedibus mota, & perturbata videntur, potiuſque cumulus oſsium, quam corpus humanum concinnatum oſsibus, inſtar cuiuſdam ciuitatis miſerabili clade vaſtatæ.

8 Nūc autem oppreſſit me dolor meus, & in nihilum redacti ſunt omnes artus mei.

d *Vt humanum corpus ſit ædificio, aut vrbi ſimile, & illius deiectio, deſtructioni ad ſcripturarum intelligentiam, accuratè tractatur. verſ. 8. n. 2. 3. 4.*

Et quidem rugæ, quas ex contractione areſcentis cutis, & ſanie concreſcente contraxi, etiam me tacente mei doloris acerbitatem teſtantur. quam ſi ego celare conarer, illæ me profectò mendacii conuincerent. Cum enim vehementer doleam, ſed illud multo acerbius, quod ex meis rugis & calamitate argumentum petitur, ſceleratæ vitæ, & ipſa corporis ægritudo in falſam meæ innocentiæ criminationem redundet; nemoque non ſit, qui oblatam ſibi occaſionem meis malis, mei accuſandi non arbitretur. Inſurgunt namque plures falſi, & coniurati teſtes, qui leuibus coniecturis, & non niſi externis argumentis ſubnixi, teſtimonium aduerſum me dicunt; non enim vlla in incorruptiſsimo iudice culpa eſt, ſed in mendacibus omnino falſisque teſtibus.

9 Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me:

& ſuſcitatur falſiloquus aduerſus faciē meam, contradicēs mihi.

Sed quem appellem, aut verò de quo non conquerar, nam aduerſariis multis, dæmone, doloribus ſæuiſsimis, ſeueriſsimoque etiam Deo vndique obſideor? *e* quiſquis verò ille ſit, velut acerbiſsimum hoſtem experior, qui quaſi ſe ad venationem comparet, ita aduerſum me, quaſi bellua ſim, indignationem concepit, explorat diligenter vbi ſim, meque clamore & iaculis inſequitur, atque laceſsit, & venaticis canibus poteſtatem fecit irruendi in prædam ſtrictis dentibus. Aut vero ſicut fortiſsimus, ſæuiſsimuſque aliquis tyrannus truculenta facie, ardentibus & minacibus oculis, ſtridentibus dentibus in me ſæuiit, miſitque ſuos ſatellites, qui comprehenſum, in faciem cedant, tandemque ſententia extrema afficiendum colliſit in terram, & ſcopum carnificibus conſtituit, quem multis ſagittis iaculiſque confi gant; ſic ille omnes ſuas vires aduerſum me conuertit, & incredibili in me furore exarſit; & me, quaſi ferino more rapere, & diſcerpere tentat, ita minas adiicit odio, & infenſione plenas, terrificum conſpectum, quo me acutiſsimè transfixit; idemque vrgere videtur canum rictus, atque latratus; omneſque tandem inclamant nunc, & exultant capta iam præda, incredibili auiditate & fame mearum ærumnarum; omnes in faciem meam, & maxillas inuolant, & indigniſsimis *f* contumeliis, ſæuiſsimiſque alapis afficiunt; neque aliam ſibi promittunt ſuæ famis ſaturitatem, quàm ſi incredibilibus vulneribus me dilacerent atque conficiant.

10 Collegit furorem ſuum in me: & comminans mihi infremuit contra me dētibus: hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt.

e *Vt ſoleant afflicti, & ægri querelas iactare in incertum, & nullo hoſte indicato, peculiaris quædam. verſ. 10. num. 2.*

f *Vt probra, & contumeliæ ſint velut alapæ fuſtis, verbera, gladius, quædam ad mores, & ſcripturarum intelligentiam. v. 11. nu. 3.*

Fortiſsimus profectò Deus potentiæ roboriſque ſui in me debilitando atque frangendo, ſpecimen præbere volens, in extremas me anguſtias coniecit; inhumanum & immitem cuſtodem adiecit, qui arctiſsima cuſtodia omnem mihi libertatis ſpem adimat, permiſitque poteſtatem prædonibus, qui mihi innocenter & ſecurè gradienti moliti ſunt inſidias, atque de via facili, planaque priſtinæ fælicitatis abſtractum, abduxerunt ad cæca quædam, & ignota diuerticula, ex quibus miſer ego explicari non poſſum.

11 Concluſit me Deus apud iniquum: & manibus impiorū me tradidit.

Eram ſanè quondam ego tranquillus, & quietus in ſumma rerum omnium abundantia, & pace iucundiſsima; at nunc repentè me video confractum, & inſtar vuę proculcatum, omni bonorum ſucco expreſſo, vi & pondere grauiſsimæ calamitatis. Tum etiam ille inſtar fortiſsimi colluctatoris, manu ceruici & collo iniecta, apprehenſaque & conuulſa coma, alliſit ad terram, & reſupinum me proſtrauit, confregitq; diſiectis mei corporis membris, vt tam horrendæ ſtragis reſarciendæ nulla iam commoda ratio iniri poſſe videatur. Conſtituit præterea me g ſcopum, vt omnia malorum omnium iacula & ſagittas exciperem; nam quæ liberi, familiares, ſerui paſsi ſunt, ad me redundarunt vniuerſa; ita ſagittarijs & lancearijs mille obſideor.

g *Vt ſuos iuſtos Deus pro ſcopo conſtituat, ad quem collimet: vt verò raro nunc configat impios, quamuis minetur ſæpe, perpetuis ſupplicijs poſtea confi[g]ēdos. nonnulla ad mores. v. 13. nu. 4. 5.*

Ego verò mille iaculis atque ſagittis infixis hiſpidus totus horreſco; neque tantum extima cute diſſecor, intimis enim vulneribus proſcindor, nam transfixos habeo renes, omnesque molliſsimas atque tenerrimas, tum animi, tum corporis partes grauiſsimè affectas. Sæuiſsima heu vulnera, & ſine vlla commiſeratione inflicta. & his quidem alia adiecit, quibus & fellis folliculum diſrupit, & omnia viſcera diſcerpſit. ita totus tabe & ſanie mano, intimiſque viſceribus, morbiſque fœdiſsimis putreſco.

Neq. verò vnius vulneris dolorisvè remiſsionem accipio, niſi alio acerbiori ſubeunte; ita mille complicatis malis afficior, iam inde, ex quo primarum grauiſsimarum cladium nuntia, nullo reſpirandi ſpatio conceſſo, ad me perlata ſunt; ita nihil in me integrum relinquitur, ſed mille conciſionibus diſcerpta omnia, & dilacerata, non ſolum ab hoſtibus ſæuiſsimis, ſed ab ipſo Deo, qui potentiſsimi, atque robuſtiſsimi gigantis inſtar, incredibili impetu irruptionem in me fecit.

Sed ego tamen tot mala, tot vulnera grauiſsima omnino humili demiſſoque animo ſuſcepi. habitu ſupplici, & miſerabili, profuſis etiam lachrymis, vt ingentem calamitatem deprecari poſſem. Pro ſplendida igitur & regali veſte, quam ſubtilior alia, molliorque interula excipiebat, nunc vnica, eaque viliſsima, atque craſſiſsima veſte, atque homini grauiſsime ægrotanti, & exulcerato moleſtiſsima contegor. quam conſui ſuper cutem meam, & meo corpori pre ſumma inopia, qua potui ratione, adaptaui; iam enim nihil melius mihi reliquum eſſe video, in tanta rerum omnium commutatione. Propterea carnem, corpuſq; totum; ſed caput præſertim cinere, & puluere, conſperſi; in ipſamque terram abieci, vt vel hac ratione teſtarer priſtinam omnem fœlicitatem prorſus extinctam, conſepultam, regiumque ſplendorem, regnique potentiam ad ſummā rerum omnium abiectionem, & inopiam redactā.

Nunc verò incredibiles, & implacabiles dolores cogunt me perennem lachrymarum vim profundere, quarum nō oculi modo turgentes, & exulcerati, ſed tota facies tumens, & exulcerata, atque præ lachrymis aſsiduè fluentibus, h turbida, & ſordida teſtis eſt, ſed oculi præſertim, qui inſtar limpidiſsimi fontis eſſe ſolent, nūc ab animi ægritudine & perturbatione concitatis lachrymis perturbati, inſtar commoti maris tument, & æſtuant: proptereaque caligant: & hebeſcente acie, deficientibuſque luminibus ia iam morior.

h *De oculorum natura, & cum fonte comparatione, tum etiam de lachrymarum æſtu, & commotione, peculiaria quædam ad ſcripturarum intelligentiam. v. 17. nu. 1. 2.*

Nihil tamen horum, quæ ſuſtineo, commerui, cum erga Deum atque homines innocens vixerim, ab omni iniquitate, & rapina mundus; omneque iuſti hominis officium accuratè perſoluerim, vniuerſumque religionis & pietatis cultum pius religioſuſq; ſemper obierim, atque præclaris alijs operibus pietatis precandi ſtudium aſsiduum, magna cura, & mentis puritate & attentione adiunxerim.

Quòd ſi vera non loquor, inhumatus abijciar, neque me defunctum parens tellus ſinu excipiat; nunc quoque meę preces non exaudiantur: atque mea ſcelera, ſi quæ habeo, clament in cœlum. publicoque iudicio illa vindicet ſupremus iudex, inultaque latere minimè patiatur. Quòd ſi tu, i ò terra, noſti aliqua mea flagitia, quibus alios lacerauerim, & innocentum ſanguinem fuderim, tu ipſa, quæ illum exſorbuiſti, ne celes, ſed prode, clama, & quæ lucem fugiunt peccata, in medium atque in lucem proferto. Atque

i *Vt ſoleant ſcriptores ſacri res mortuas compellare, & quid illarum teſtimonium ſignificet, ad mores, & ad ſcripturarum intelligentiam fuſiùs explicatur. ver. 19. nu. 1. 2. 3.*

13
Ego ille quondam opulentus, repentè contritus ſum.
Tenuit ceruicē meā,
Confregit me,
Et poſuit me ſibi, quaſi in ſignum.

14
Circundedit me lanceis ſuis: conuulnerauit lumbos meos: non pepercit: & effudit in terram viſcera mea.

15
Concidit me vulnere ſuper vulnus.
Irruit in me quaſi gigas.

16
Saccum cōſui ſuper cutem meam,
Et operui cinere carnem meam.

17
Facies mea intūuit à fletu: & palpebræ meæ caligauerunt.

18
Hæc paſſus ſum abſque iniquitate manus meæ, cùm haberem mundas ad Deū preces.

19
Terra, ne operias ſanguinem meum: neq; habeat locum in te latēdi clamor meus.

CAPVT XVII.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Nihil iam ſibi amplius præter mortem ſperandum, ex ſui morbi grauitate ſtatuit; & dum amicos inſipientia arguit, ſapere ipſe videtur, ſi ex morte ſibi tranquillitatem poſt tempeſtatem turbulentiſſimæ vitæ ſibi pollicetur.

I. Spiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum.

1. *Spiritus varia acceptio. Calamitas mentem perturbare ſolet.*
2. *Attenuari quid ex Hebræo. Variè redditur à Vulgato. Iob ſuſpirioſus aſthmaticus.*
3. *Breuiari quid. Iob non valde ſenex.*
4. *Reticentia, & qua ratione ſupplenda.*

I
Spiritus variè acceptus.

HAEC COHAERENT CVM fine præcedentis capitis, vbi ſe iam peragere dixit mortalitatis huius ſemitam, in mortemq; contendere incitatiſſimo curſu, ſignum verò impendẽtis mortis affert; *ſpiritum attenuatum.* Græci intelligunt animum commotum, & perturbatum, id quod Septuagint. dixerunt, *Pereo ſpiritu agitatus.*

Græci. LXX.

Vt verò vehementior aliqua calamitas hominis mentem perturbet, & ſua quaſi ſede emoueat, vide Gregor. Nyſſenum ſuper Pſal. 6. ad id, *Turbatus eſt à furore oculus meus.* Vatabl. Eugub. & alij vires corporis, vitæ vigorem, & robur, vitamq́ue ipſam attritam, & fractam. Caiet. & alij Latini cum D. Thom. ſpiritus vitales, qui animæ inſtrumentũ ſunt ad vitæ functiones. Sed præſtat, vt ſimpliciſſime accipiatur, pro ſpiritu, qui reſpiratione trahitur.

Nyſſen. Vatab. Eugub. Caiet. D. Thom.

2
Attenuari quid.
חבל

Attenuabitur. propriè, *attenuatus eſt.* ſed congruè vertitur per futurum, *attenuabitur*, vt indicetur per momenta magis attenuari, ſoreq; vt breui deficiat. Sed de proprietate vocis Originalis *Chabal*, quæ hoc loco vertitur *attenuare*, nihil certi cõſtat. neq; apud ipſos Hebræos, neque apud noſtrum interpretem. is enim non vno tantùm modo, ſed varijs atque diuerſis vertere ſolet. *diſſipare*, Eccl. 4. v. 5. *diſperdere*, Iſai. 13. v. 5. *demoliri*, Cant. 2. ver. 15. *Corrumpere*, Mich. 2. v. 10. *computreſcere*, Iſaiæ. 10. v. 27. *obligare*, Prou. 13. ver. 13. Dan. 6. v. 22. *Parturire*, Pſal. 7. v. 25. Inde nomen deductum, ad dolorem, famem, pedicam vel laqueum, partum, rugitum, & ad quædam alia accommodatur. Sed quidem ex omnibus locis, in qua ea vox reperitur, colligere licet afferre violentiam quandam atque doloré rei, quæ diſperditur, obligatur, & corrumpitur. quare erit idem, quod cum violentia quadam, anguſtia, obligatione, atq; dolore rumpi, vti contigit parturienti. quare attenuatio aut corruptio hoc loco nihil omnino pertinet ad putrefactionem ſpiritus graueolẽtis, quam ipſe poſtea teſtatur, cum ait, *Halitum meum horruit vxor mea.* quamuis illam aliqui hoc loco ſuboltecerint; nam Pagni. & Regia legerunt, *Spiritus meus corruptus eſt.* Sed pertinet ad ſpiritum, qui cum ingenti niſu & dolore emittitur, & cum magna difficultate trahitur; & reciprocatur non niſi cum corruptione, id eſt cum diſruptione pectoris, & pulmonis, totiuſque corporis labore, vt totus ipſe homo corrumpi, diſsipari, diſſoluique videatur. Et forte difficultate illa reſpirandi laborabat, quam medici dysphnæam, aut aſthma vocant, aut quæ ex inflammatione pleuritidis oritur, de quo diximus. c. 2. Iob itaque tanquam ſuſpirioſus aſthmaticus difficilem illum, tenuem, & anheloſum reſpirationis ſibilum vocare videtur, *attenuatum ſpiritum*, & vt Septuag. dicunt, *agitatum*, id eſt crebrum. (nam cùm æger non debita magnitudine reſpirat, frequẽtia & crebritate ſupplere id conatur) vel vt Aug. legit, *deficientem.* & quia Aſthmaticus ſuffocari videtur, non omnino incommodè dixit Tygur. *Iam quidem ago animam.*

Iob. 19. 17. Pagn. Regia. Iob aſthmaticus. LXX. Auguſt. Tygur.

3
צער
R. Mardoch. Pagn. Regia. Tygur. Breuiari quid.

Dies mei breuiabuntur. Vox hoc tantũ loco reperta; quæ, vt Rab. Mardochai ait, propriè ſignificat, excidere, præcidere, amputare, ideo alij vertunt, *Dies mei ſucciſi ſunt.* quibuſdam verò idem ſignificat, quod extingui; eò fortè reſpexit Tygur. reddens per paraphraſim, *Dies mei ritu lucernæ deficiunt.* Sed cùm ex alijs locis coniectura fieri non poſsit, præſumendum eſt, noſtrum interpretẽ germanè reddidiſſe; præſertim cùm eadem vox *breuiandi*, vel *abbreuiandi*, ab alia tamen radice, pro præcindere & decurctare ſumatur. & quidem conuenit huic loco, vt qui breui ſpiritu anhelat, dicatur vita ipſa abbreuiari, id eſt præcindi. nos in eadem præcindẽdi ſignificatione & alluſione ad Hebraiſmum diceremus, *acortaſeme el reſuello, que me corta el hilo de la vida.* Cum verò *breuiatos dies* conqueritur, in dimidio ſuorum annorum conſtitutum ſe fuiſſe indicat, ætate vegeta, & minimè ſenili. tantum abeſt, vt de ſenectute loquatur, vt exiſtimauit Lyranus.

Iob in vegeta ætate. Lyra.

4
Reticentia, qua ratione ſupplenda.

Et ſolum mihi supereſt ſepulchrum. in Heb. *aut ſepulchra mihi*, cùm mutila ſit oratio, indifferens eſt, vt varijs modis perfici poſsit. noſter interpres ſuppleuit, *& ſolum ſupereſt*, ſic enim videbatur exigi ab antecedẽtibus; Nihil reliquum eſt, quam vt de mea morte cogitem, aut de mea ſepultura, & funere agatur; iam iam morior; iam me exſpectat ſepulchrum immorantem in vita diutiùs, qui penè mortuus ſim, atque corruptus. Septuagint. paulò vehementiùs, cum deprecatione. *Oro ſepulchrum, & non contingit mihi.* Catenæ auctor, ſepulchrum pro morte; *Exopto interitum. & angor vehementer, quòd non conſequar: quin etiam exſpectatione ipſa deludor.* Cùm ſimplici nomine res aliqua compellatur, præſertim ab æſtuante, & ægrotante homine, affectus eſt vocantis, & optantis, aut ſecum aſſidua meditatione cogitantis. eſt enim reticentia illa plena dolore, & animi ſenſu. ſic hoc loco; Sepulchra mihi ſupple, Opto, quæro, cogito, aut quid ſimile.

LXX. Nicetas.

II. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.

1. *Varia lectio. Hebraizantium diſſenſio, & conciliatio cum Vulgato.*
2. *Interpretis Latini illuſtratio, & defenſio expeditur lectio, & vox Hebraica. Qui dicantur illuſores. explicatus Moyſes, & Iſaias.*
3. *Diuites impij ſibi ipſis illudunt. Mundus, Caro, Dæmon illuſores. illuſtratus Salomon.*
4. *Conciliatio Latinæ lectionis cum Hebræa.*
5. *Morari, quid propriè. Quæ dicantur oculorum amaritudines. Precandi ſtudiũ. Oculus ſymbolũ orantis.*

1 INnocens heu morior, & amariſsimas mihi lachrymas excutit, non vllo ſcelere puncta conſcientia, ſed falſi criminis obiectio, & immeriti ſupplicij acerbitas. In Hebræo autẽ
Expenditur lectio Hebr. eſt, valde imperfecta ſententia; *Si non illuſores mecum;* vel *illuſiones*, aut *deceptiones*. à verbo *Hathal*, quod eſt illudere, decipere, mentiri, falſa
התל
etiam promittere. quas omnes ſignificationes varijs locis, interpres noſter agnoſcit, & vſurpat; quare tantum videtur in hoc loco ab hac
Pagnin. Hieron. Burgen.
ſignificatione abeſſe verbum *peccaui*, vt Pagn. valde miretur, planeque fateatur, ſe ignorare, quare Hierony. verterit *peccaui*: atque Burgenſis nihil inuenerit in hoc capite additione dignum, pręter quàm hanc longiſsimam (vt ipſe ait) diſtantiam lectionis Latinæ ab Hebræa.
Caiet. Sed de Vulgato ſtatim. Certè Caiet. lectionem illam ex Hebræo eò refert, vt Iob vocet amicos illuſores, quòd iuberent ſperare temporalem aliquam fœlicitatem, cuius plerumque fallit ſpes. ſenſus eſt coactus. Frequentior eſt, magis ad rem, quòd decipere illum conarentur, mentirentur, atq; illuderẽt, conantes perſuadere, illum eſſe peccatorem, neq; fieri poſſe, vt innocens puniretur. Sed quid nam in hac ipſa lectione imperfecta ſuppleri oporteat, i-
Hebraizantiũ diſſenſio. terum diſſentiunt Hebraizantes. Pagn. poſt Hebræos alios; *Nec cum Deo diſputare optarẽ, niſi eſſent*
Pagnin. *illuſores mecum.* id eſt, niſi me mei aduerſarij reũ agerent, probriſq; afficerent, non appellaſſem
Guar. Bibl. ad Deum iudicem. Bib. Guar. *Iſtud non dicerẽ, niſi* &c. id eſt. non me tam acriter tuerer, niſi tam
Vatab. vehementi calumnia accuſarer. Vatab. imprecatoriè; *Dypeream, niſi amici mei ſtudeant mihi impo-*
Iſid. Clar. *nere.* Iſid. Clar. cũ aſſertione; *Reuera peruerſi mecum.* Sed quis iam non videat hęc omnia verbis tantum, non re, neq; ſentẽtia aliena eſſe à Vulgato? nam cum aſſerit veriſsimam ſuę vitæ innocentiam, quam falſis criminationibus ſui amici nitebatur eludere, certè quod ad ſenſum attinet, tantũdem refert dicere, ſe non peccaſſe, quam ſuos accuſatores appellare mẽdaces & illuſores. quod abundè ſufficeret pro conciliatione Latinæ lectionis cũ Hebræa, & pro interpretis defenſione aduerſus Hebraizant.

2
Vulgati interpretis illuſtratio & defenſio.
Sed ne tam videatur incuriæ alicuius, aut licentiæ quæſita excuſatio, qua res ipſa; premenda ſunt verba exemplaris; Certe verbum illud illudendi, aut decipiendi, vt eruditi aliqui obſeruarunt, ſignificare videtur illud illuſionis, aut deceptionis genus, quod cum falſis promiſ-
Qui falſa promittunt, illuſores. ſis coniunctum eſt; nam illa falſitas contingere ſolet non ſine illuſione, & cõtemptu illius, cui promiſsio fit: propterea qui falſis promiſſis plebem decipiant, non deceptores ſolum, aut mẽdaces vulgo appellamus, ſed peculiari nomine illuſores, *burladores*. rem illuſtrabunt
Gen. 31. 7. exempla, in quibus inuenitur illa vox. Gen. 31.
Aquil. Symmach. *Pater veſter circumuenit me* (Aquil. & Symmach. *decepit. à me burlado*) *& mutauit mercedem meam decem vicibus.* videlicet nunquam ſoluta fide, mer-
Exod. 8. 29. cedeq; promiſſa. Exod. 8. Pharaoni promittenti ſæpe, implenti nunquam dixit Moyſes. *Noli vltra fallere, vt nõ dimittas populum.* hinc illud Iſai.
Iſai. 30. 9. 30. *Filij mendaces qui dicunt, videte nobis errores.* id
3 eſt, deceptiones, illuſiones, falſa promiſſa, fœ-
Diuites ſibi ipſis illudunt licitatem nunquam euenturam, *burleria*. Illi ergo peccatores, diuites præſertim, atq; potentiores, qui falſam ſibi impunitatẽ, ſtabilemq; fœlicitatem promittunt, qui ſibi ipſis illudũt, ſeque fallunt ipſos, mendacio atq; inani ſpe. quare huiuſmodi diuitum impiorum propria, peculiariaque peccata, illuſiones ſunt, ſpes fallaces, & promiſsiones mendaces; cum enim
Mundus Caro Dæmon illuſores. mundus ſit, qui bene confertam & cumulatã menſuram bonis omnibus præbere illis in ſinum videatur, mirum eſt, quam illos decipiat, & ludificetur, inſtar illius, de quo ſcriptũ eſt,
Hoſ. 12. 7. *Chanaan in manu eius ſtatera doloſa.* tum etiam cum Caro, prauaq; voluptas, huiuſmodi voluptuarios homines ad ſplendidum conuiuium inuitet, miſere illos decipit, nam cum proponat *pa-*
Prou. 9. 17. *nem abſconditum ſuauiorem* eſſe, & *furtiuas aquas dulciores*, tum etiam victimæ partem, quæ offerenti cedebat. Prou. 7. tamen mentitur; nam nihil omnino veri boni illa habet, quo animum re-
ver. 13. LXX. ficiat. quare vbi nos legimus, *Mulier ſtulta & clamoſa, plenaq; illecebris*, Sept. legunt, *Mulier inſipiens,*
Prou. 11. 18. *et audax, indiga buccella fit.* De dæmone quid dica, cum pater mendacij ſit, & ſeductor mortaliũ? ſed & ipſi ſibi impij imponunt, *faciunt* enim *opus inſtabile*. ex Hebr. *opus fallax*, quod votis, &
Prou. 20. 17. ſpei non reſpondet. & Prou. 20. *Suauis eſt homini panis mendacij, & poſtea implebitur os eius calculo.* ad
Senec. deluſos igitur diuites illud ſapienter à Seneca dictum pertinet; *Miramur parietes tenui marmore inductos, cùm ſciamus, quale ſit, quod abſconditur. Cum auro tecta perfundimus, quid aliud, quam mendacio gaudemus? ſcimus enim ſub illo auro fœda ligna latitare, nec tantũ parietibus aut lacunaribus, ornamentũ tenue prætenditur. Omnium iſtorum, quos incedere altos vides, bracteata fœlicitas eſt, inſpice, & vide ſub iſta tenui mẽbrana dignitatis, quantum mali lateat.*

4 Redeo his poſitis ad noſtram lectionem nomen
התלים
quidem originale indifferens eſt ex propria forma, vt illuſionẽ, aut illuſorẽ ſignificet
עם
& aduerbium, *ghim*, non eodem modo ſemper vertitur; valet enim, *ſi, an, quãdo, ecce, etiam ſi*: eſtq; non rarò particula affirmantis; ergo adverbũ dicere poſſumus; Ecce, certè nõ illuſiones mecum. ſi obſcurior videatur oratio, dicas: Non peccata mecũ, illa videlicèt, quæ ſunt diuitum hominum peculiaria, qui ſibi multa, vanaque promittunt. ſi incócinnior aut longior videatur, dixeris breuiter, ac dilucidè: *Non peccaui.* cũ enim tyrannidem & diuitiarum abuſum illi obijciant aduerſarij, opportunè reſpondet: Nõ ego falſa ſpe mihi ipſi blanditus ſum: non mihi* *illuſit* vana fęlicitas. quem ſenſum imitatus profectò eſt noſter interpres, ex lectione Septuag. legentium, *Quid feci?* Ergo qui tantam claritatem Latinæ lectionis nõ videat, cæcus erit.

* No e ſido yo deios enganna dos. que de ſengannado e viudo.

Et in

LXX.
5
מרר
מרה

Et in amaritudinibus. Cum, inquit, veritatem, & pietatem ſemper coluerim, peccatorum tamen cum ingenti ſupplicio reus agor. ſiue autem vocem *amaritudinum*, deducas, cum Vulgato à *Marar*, quod eſt amarũ eſſe, ſiue à *marah*, quod eſt irritare, aut exacerbare ſenſus idem eſt; His amicorum ſermonibus amarioribus irritatus, aut exacerbatus animo, noctes duco inſomnes;

Morari quid
לרן

moratur, propriè, *pernoctat, peruigilat*; noctu enim, qui interdiu vagantur, aut negotiantur, ſub tectum perfugiunt, in quo manent & commorantur, vſq; ad lucem; *oculi* igitur pernoctant. id eſt, In mearum contumeliarum cogitatione, & ſenſu defixis quaſi oculis hæreo, peruigilo: hæret infixus contumeliarum animo dolor.

Latini.
Quæ dicãtur oculorum amaritudines.

Ferè Latini omnes *oculorum amaritudines*, lachrymas interpretantur; ſunt enim ſalſæ, & amaræ. ſed nihil in hanc interpretationem nos cogit, ſicut nihil etiam repugnat. Alij, Me vidente in faciem meam cogor probra & contumelias accipere, & aſsiduũ eſſe perpetuumque ſpectatorem meorum malorum,

Lachrymę amaræ, & ſalſæ.
Vatab.

ſic indicat Vatabl. Cogor præſentes illuſores intueri, qui mihi amariſsimi & moleſtiſsimi exiſtunt; Septuag. hunc oculorum habitum, ad orationem retuliſſe videntur;

LXX.
Precandi ſtudium aduerſus calũnias.

Preces (inquit) *adhibeo cum labore*. id eſt, dum iſti me exacerbãt, & ad amaritudinem adducunt, ego mentis oculos in Deum profuſis etiam lachrymis intendo. ſimile id Dauidis, Pſal. 34.

Pſal. 34. 13.

Cum mihi moleſti eſſent, induebar cilic. & oratio mea in ſinu conuertetur, id eſt, tunc me ad orationem conuerto in ſinu meo. id eſt non tam voce & clamore, quã eleuata in Deum mente, & oculis; & Pſal. 108.

Pſal. 108. 4.

Detrahebant mihi, ego autem orabam, vt vnicò precandi remedio aduerſus hoſtium calumnias me communirem. *Oculo* frequenter, orationis ſtudium & intentio ſignificatur. ſurſum enim aſpicere, habitus eſt cælitus opem implorantis, & expectantis.

Oculus ſymbolum orantis.

III. Libera me, & pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me.

1. *Apoſtrophe. Varia lectio.*
2. *Deus vas & ſponſor. tuta apud illum fides, illuſtratur Moyſes, Dauid, Iſai.*
3. *Hebraizantium lis cum Vulgato. Pugnare quid ex Hebræo. vades, & paciſcentes defigebant manus. illuſtratus Salomon.*
4. *Interpretis diligentia.*
5. *Latrones vnde dicti, & quod illorum munus. Hyperaſpiſtes apud Græcos; In bello Deus à Dextris aſtit, claudit illius latus. Hoſtis à dextris quid ſignificet. illuſtrat Dauid, & Zachar. expeditur lectio, & interpretatio Græcorum.*

1
Apoſtrophe ad Deum.
Caiet.

APoſtrophen eſſe ad Deum, non verò ad Eliphaz, vt exiſtimauit Caie. certius eſt, quam vt probatione indigeat. *Libera me.* hoc addidit Vulgatus, vt viam ad id quod ſequitur patefaceret; liberum (inquit) me redditо ab his aduerſarijs moleſtiſsimis, acerbiſsimiſque doloribus. *& pone me iuxta te*, prop. ex Hebræ.

Tex. Hebr.
Vatab.

Pone nunc, & pignora mihi tecum. Vatab. *Pone, appone cor tuum*, id eſt. *aduerte quæſo animum meis verbis*. ſed meliùs Tygur. *Depoſito, quæſo, pignus, & da fidei iuſſorem in cauſa, quæ mihi tecum eſt*. Pagn.

Pagnin.

Pone pignus, vadem aut fidei iuſſorem mihi tecum. id eſt, huius libertatis, & ſecuritatis, quam poſtulo, illud erit mihi pignus, ſi tecum ſim; ſi te meæ vitæ fidei iuſſorem & vadem habeam; ſic ſanè ſignificabis, te mihi eſſe propitium. Et ſicut, qui vades dederit, vadere ei, & diſcedere licet, ita ait Iob, Obſtringar ego nũc vadimonio, vt fide tua, ex hoc calamitatum carcere exire mihi liceat. **Libera me*, dum ſpondes pro me, clare rem totam dixit interpres, *Pone me iuxta te*. illud enim in tuto eſt, quod *habitat in adiutorio altiſsimi, & in protectione Dei cæli commorabitur.*

*Sacadme en fiado deſta carcel de mis males.
Pſal. 90. 1.

2
Tuta apud Deum fides vt apud vadẽ & ſpõſorem.

Hinc ſanè perſpicere licèt, vt vir pius nullibi agnoſcat tutam fidem, niſi in Deo; neminem, qui in re capitali velit pro illo ſponſorẽ ſe præbere; Inter tot enim fratres, qui veriſſimæ fraternitatis officio fungeretur, ille tantum extitit Iudas, qui vadem ſe pro puero Béiamin Iacob parenti obtulit; dignus propterea principatu, & regno, atque illa verborum forma vſus eſt. Geneſ. 43. quæ exprimeret, tum ſignificationem verbi Originalis, *gharab*, quod hoc loco ſubeſt, tum etiam rationem vadimonij;

ערב

Ego ſuſcipio puerum; de manu mea require illum niſi reduxero, & reddidero, ero peccati reus in omni tempore. illud enim *ſuſcipere*, eſt in fidem recipere, aut ſpondere.

Gen. 43. 9.
Suſcipere quid.

Id cùm agnoſceret Dauid, eodem ſenſu, quo Iob, atque eadem voce dicebat: *Feci iudicium & iuſtitiam, non tradas me calumniantibus me, ſuſcipe ſeruum tuum in bonum.* Aquil. Theod. Hieronym *ſponde pro me, vt meliùs habeam*; & Ezech. *Domine reſponde pro me.* id eſt, *ſponde pro me*, compoſitum pro ſimplici. rapior ad mortem, tua me fide, & vadimonio promiſſo libera.

Pſal. 118. 121.
Aquila.
Theodot.
Hieron.
Iſai. 38. 14.

Non aliter Iob; *libera me, & pone me iuxta te*, nuſquam tutum niſi iuxta te perfugium. Atque illud etiam vadis, & ſponſoris proprium, reperiri in Dei filio licet, quod Sapiens indicat Prou. 6.

Prou. 6. 1.

Si ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam. nam vades apprehendendam manum alteri dabant, & manum manui adfigebant; at qui pro nobis promiſit vadimonium, defigendas manus, & pedes cruci tradidit. non enim refugijt, quo minus pro nobis *quæ non rapuit exolueret.*

Pſal. 68. 5.

ergo Latinus interpres in obſcuris omnibus ſentẽtijs vnus ipſe alijs omnibus interpretibus prælucet.

3

Et cuiuſvis manus pugnet contra me. Nullum aduerſariorum impetum timebo, ſi ex æquo & iure coram te iudice, de mea cauſa agatur; *Flagellum* enim *non appropinquat tabernaculo tuo*. id eſt, nulla iniquitas, calumniave familiæ tuæ, quæ tuo tabernaculo tegitur, nocere poteſt.

Pſal. 90. 10.

Lis Hebraizantium cum Vulgato.

Rurſus hoc loco Hebraizantium expoſtulatio cum Vulgato, nam in fonte ad verbum eſt; *Quis iſte? manus meæ infigatur*. Heb. apud Caiet. *manus meæ tãgetur*. quod illi ſic explicant: Quis erit, qui mihi ſtipuletur, aut polliceatur aut ſpondeat? ſpondendi enim circumlocutio, & cæremonia eſt, manum tangere. id eſt, quis erit, qui audeat & ſpondeat pro Deo fore, vt mecum diſceptet; aut me ſuſcipiat in ſuam fidẽ, vel quid

Caiet. Hebr.

Pugnare, quid in Hebræ.

תקע Vades defi- gebant ma- num.

ſimile;nam verbum *thakagh*.ſignificat defigere, aut infigere,cóplodere,percutere.& ſi de contractibus dicatur, percutere aut defigere manum,ſignificat,polliceri,aut præſtare vadimonium,vel ſponſionem,quòd hæc fierent alteri manu data, vel percuſſa,aut defixa ad alterius manum. quod ex Vulgato ipſo pluribus teſtimonijs confirmari poteſt. Prou. 6. loco nuper indicato, & c.22. *Noli eſſe cum his,qui defigunt manus ſuas*.& qui vades ſe offerunt pro debitis.ergo defigere, aut imprimere vel apprimere manum alterius manui, erit vadem ſe præbere, atque adeo cùm hæc locutio ſit in Hebręo.eodem modo reddenda videbatur,idemq; ſponſionis ſenſus retinendus.

Prou.6.1.

4. Mirabilis Latini interpretis diligētia.

Sed eſt ſanè mirabilis diligētia noſtri interpretis; obſeruat enim ille vbicumq; cum hoc verbo *defigendi*,aut tangendi iungitur, *caph*,id eſt vola,vel palma, aut manus, ſignificari vadimonium, & ſponſionem.at hoc loco quia cum alio nomine iungitur, videlicet cum, *jad*, quod etiam *manum* ſignificat,& hoc tantum loco reperitur; ſingularem etiam interpretationem adhibuit, & rei pręſenti opportuniorem,videlicet manú percutere. quod Latinè dicitur,manus conſerere, pugnare,diſceptare,*aduerſus electos Dei?*

כף

יד

Rom.8.33.

5 Latrones vnde dicti & quod illorũ munus.

Quare videtur interpres totá hanc ſententiam retuliſſe ad id officium, quod quõdam habuere latrones,qui ſic dicti ſunt à cingendo latere, & à Græcis dicuntur *hyperaſpiſtes*, quaſi ſatellites, propugnatores,qui clypeo protegunt. vnde Iſai. 43. *Seruire me feciſti in iniquitatibus*. 70. apud Hieron. *Hyperaſpiſtes tuus egi*. annigerum, latronem.& Gen.15.*Ego protector tuus ſum*,propriè, *ſcutum tuum*.70. *Hyperaſpiſtes*.qui te protego ſcuto.atq; huc pertinet,cum Deus dicitur aut nos protegere, aut ſcuto ſuo nos tueri. de qua voce vid.Hieron.

ὑπερασπιστής Iſa.43.24. LXX. Gen.15.1. LXX. Hieron.y.prol. Bibl. & epiſt. ad Suni. & Fretellam.

6 In bello conſtituitur Deus ad dextrã iuſti.

Et illud quidem ſemper obſeruandũ,cum res bellica agitur,aut diuina protectio,ſemper conſtitui Deum à dextris hominis; eſt enim latus dextrum commodius propugnanti,& defendenti,ſicut & ſiniſtrũ,quod infirmius eſt à manu & brachio dextro protegitur, iuxta id *Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam,&;Dominus à dextris tuis confregit in die iræ ſuæ reges*. & iterum;*Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear*. &; *Aſtitit à dextris pauperis, vt ſaluam faceret à perſequentibus animam meam*.

Pſal.129.5. Pſal. 5.8. Pſal.108.32. Pſal.109. 5.

Eſt igitur Deus ſtipator, & qui iuxta ſe habet imbecillũ hominem,quem ſcuto protegit,& vibrato gladio manu dextra, propulſatoq; hoſtium impetu,tutum & ſecurum reddit.

Hoſtis conſtitutus à dextris,quid ſignificet.

Hinc ſi non ſtipator Deus, ſed hoſtis aliquis dicatur eſſe à dextris hominis,ſubiectionem quandam hominis affert,&permiſſam hoſti poteſtatem nocendi, nam homo tunc inermis eſt, & intectus:ſic enim vocabant, qui nullum haberet protęctorem,aut lateronem; vt Pſal.108,*Conſtitue ſuper eũ* (ſuperat enim & eminet loco,&opportunitate vel nocendi, vel defendendi,qui ſtat à dextris, eum qui eſt ad ſiniſtram *peccatore* (eadem locutio quæ ſupra *Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam*) *& Diabolus, ſtet à dextris eius*. eumque locum tanquam opportunum ad nocendum occupare nitebatur Satan Zach. 3. *Satan ſtabat à dextris eius,vt aduerſaretur ei*.

Pſal.108.6.

Zach.3.1.

Igitur cũ Iob petit *iuxta Deum conſiſtui*, ad illius læuã collocari exoptat, vt Deus ipſe ſit ad dexteram hominis,quòd ille in bello ſecurior & tutior homini locus ſit. Quæ quidem res in illa quæſtione de primatu honoris inter dextram & ſiniſtram ab alijs prætermiſſa, valdè obſeruari debet.

Sed non eſt prætereunda lectio Septuagint. præterquam enim quod illam vadimonij rationem Hebraizantium nó agnoſcunt, neſcio quid ad bellum etiam & pugnam, ſicut noſter interpres,indicarunt; *Quis eſt* (inquit)*ille? manu mea ligetur*.cuius duplex interpretatio aſsignatur à Polych. Si quis mecũ diſceptare velit, ad manum meam alligetur, vt vna ad diuinum tribunal deducamur, *Vamonos mano à mano*.ſed languidus eſt ſenſus, paulò acrior alter; vt imprecetur ſuorum bonorum raptoribus, vt in poteſtatem ſuam vincti & ligati tradantur, &omnis eorum arrogantia comprimatur.ſed neque valdè cohæret.Fortè germanior ſenſus eſt,Quicumque aduerſarius,aut diſceptator,ſi iure & ex rectæ rationis lege agere velit, reuincietur quidem meis rationib.&mea manu.

7 Expenditur lectio & interpretatio.

Polychron.

IV. Cor eorum longè feciſti à diſciplina: propterea non exaltabuntur.

1. *Varia expoſitio.D.Thomæ commodior.Cor pro mente, & iudicio.*
2. *Gratiæ noſtræ incertitudo. Quæ ſint occulta & incerta diuinæ ſapientiæ reuelata Dauid. illuſtratus Salomon.*
3. *Hypallage in ſcriptura. Quod Deo permittente fit, Deo tribui ſolet.*
4. *Exaltari quid.Explicatus Dauid.Prophetat Iob.*

DE Chaldæis,Sabæiſq; latrũculis hæc dicta interpretatur Polychron.Philip.ad Diabolum refert,eiuſque ſatellites.ſed præſtat D.Thom.& frequens aliorum Latinorum interpretatio, vt hæc de ſuis amicis Iob intelligi velit:Non timeo (inquit)coram Deo iudice cum iſtis decertare, qui ſtulti ſunt, & longè à rerum diuinarum ſenſu alieni. *Cor eorum*,mẽtem illorum,qui me lacerant, eò quòd ærumnoſus ſim, *longe feciſti*, excluſiſti,*à diſciplina*,ab intelligentia, ſapientia enim tua me innocentem pro tua gloria, & conſtantiam bonæ conſcientiæ, qua non ſolùm illis paratus ſum rationẽ reddere;ſed etiam potens veritate ipſa reuincere:at humana ſapientia pollentes,ſecundùm faciẽ iudicant,& culpas ex pœnis metiuntur;cùm tamen ipſi etiam ſapientes de ſe & de ſua animi iuſtitia, & ſanctitate vix ac ne vix quidem,certam coniecturam facere poſsint.

1. Polych. Philipp. D. Tho.

Cor pro mente.

hanc enim valdè ab humanis oculis abſconditam ſapientiam inueſtigare conatus Salomon, (ſic exponente Hieron.) dixit, ca.9. Eccl.*Omnia hæc tractaui in corde meo, vt* ***ventilarem* (propriè,vt examinarẽ,probarem,ventilarem, puram & mundam elicerem ſapientiam)*ſunt iuſti atq; ſapientes, & opera eorum in manu Dei;& tamen neſcit homo,vtrum amore,an odio dignus ſit*.Inueni (inquit Hieron.) *iuſtorum quidem opera*

2. Gratiæ noſtræ incertitudo.

Eccl.9.1.

*Para venir a ſacar eſta verdad en limpio y ahechada.

Hieron.

in manu

Quæ ſint incerta ſapientiæ reuelata.

in manu Dei eſſe, et tamen verum conatur à Deo, an non ante eos ſcire non poſſe, & in ambiguo fluctuare, an ad probationem ſuſtineant, quæ ſuſtinent, an ad ſupplicium. Ideo acutè obſeruauit Auguſt. in Pſal. 50. Dauidem agere gratias, quòd *incerta & occulta ſapientiæ ſuæ manifeſtaſſet illi.* videlicèt quòd ad peccati remiſsionem, & gratiæ condonationem pertinebat. nam cum hæc nobis incerta, & occulta, propriaque diuinæ ſapientiæ ſint, illi Deus manifeſtauit, cum 2. Reg. 12. clarè dixit illi Nathan, *Dominus tranſtulit peccatum tuum.* Propterea Salomon ſubiungit; *Omnia in futurum ſeruantur incerta, eò quòd vniuerſa æquè eueniant iuſto, & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & ſacrificia contemnenti.* Hanc igitur occultam ſapientiam ignorabant aduerſarij Iobi, planeque deſipiebant, cùm ex externa calamitatis facie, certam coniecturam facere ſe arbitrabantur alicuius occulti ſceleris. *Cor* igitur illorum *longè à diſciplina* fecerat Deus.

Auguſt. ſup. Pſal. 50. v. 8.

2. Reg. 12. 13.

Eccl. 9. 2.

3 Hypallage.

LXX.

Longè fecisti. Quod ad loquutionis formam pertinet, videtur eſſe hypallage, pro eo quod eſt, remouiſti, & excluſiſti ab illis diſciplinã. & ex Hebræo propriè legunt Septuag. *Cor eorum abſcondiſti à prudentia;* pro, abſcondiſti prudentiam ab illorum corde. id eſt, priuaſti communi veroq; ſenſu atq; iudicio illorum mentem. Simile id. 4. Reg. 5. *Miſi ad te ſeruum meũ Naaman, vt cures eum à lepra.* propriè ex Hebræo, *vt colligas eum à lepra.* per hypallagem, id eſt, vt colligas lepram ab illo. Quod autem Deo permittenti, & non reuelanti tribuitur, eleganter lectio Græcorum in Catena, illorum ipſorum culpæ & vitio tribuit; nam legunt; *Cor ſuum abſconderunt à prudẽtia.* Fortè verò in ipſa proprietate Hebraiſmi illa hypallage non eſt, nam frequenter Scriptura dicit, aliquid abſcondere, id eſt, tegere, & operire. cor autem opertũ & tectum, & quaſi ignorantiæ tenebris obuolutum, ſæpè dici ſolet, inſtar rei, quæ aliquo velo, vel operculo iniecto clauditur; qua ratione, dicitur *cor aperiri,* cùm exuit ignorantiæ tenebras, & operculum; & dicitur *cor circumcidi,* cùm præputiũ ignorationis ſpiritualis, quaſi quoddam operculum præcinditur & remouetur. & illud etiam eſt, *aggrauatum cor,* quaſi re aliqua craſſa & graui quodam operimento ſuper iniecto opertum, & abſconditum eſſe.

Græci in Catena.

4. Reg. 5. 6.

Scripturæ regula, Quod Deo permittente fit, Deo tribui ſolet.

4 רוש

Propterea non exaltabuntur. Verbum exaltandi ad honorem, & glorificationem pertinet; Non habebunt de quo gloriari poſsint, non reportabunt magnam victoriæ laudem. Si verò ad iudicium referatur, eadem erit locutio, atque illa Pſal. 1. *Non reſurgunt impij in iudicio.* Si mecum depugnent, re & ratione inferiores euadent, neq; magnam laudem ex diſputatione referẽt imò potiùs pudorem, & ignominiam; nã proculdubio audient à iudice, *Non eſtis loquuti rectum, ſicut ſeruus meus Iob.* Prophetaſſe videtur.

Iob Propheta.

Pſal. 18. 6.

V. Prædam pollicetur ſocijs, & oculi filiorum eius deficient.

1. *Partiri, aut diſpertiri, quid ex Hebræo ad linguæ volubilitatem tranſlata. Illuſtratur David, & Lucas ex Græco.*
2. *Quid Socius. Quid polliceri. Diuitiæ frequenter ex rapina. Tumultus quid.*
3. *Græcorum lectio.*
4. *Oculos deficere, quid. Filij poſteritas. Mimeſis illuſtratur Ieremiæ.*

SEntentiam hanc difficilem & impeditam reddidit vox, *præda,* quam Hebraizantes omnes reddunt, *blanditiam,* aut blandimenta, adulationem molliorem, aut rationem cõpoſitam, & blandam, vel quid ſimile. Et quidem verbũ *Chalak,* vnde dicitur *præda,* aut pars, eſt idem quod diuidere, partiri, aut diſpertiri; & ad mollia transfertur, quæ facilè diuiduntur, & per lubricitatẽ, abeunt in diuerſas partes; & hinc de lubricis dicitur, quæ ſolent eſſe inſtar mollium, ſic Ioſue. 11. *Partem montis quæ aſcendit Seir.* Hebraicé, *montem* partitum,* vel *diuiſum,* q. d. montem glabrum, lubricum, ſerratũ. Iſaiæ. 57. *In partibus torrentis pars tua.* manifeſtè *partes* eo loco vocat, torrentis lapides partitos, diuiſos, glabros, lubricos, leues, *guijas liſas.* Hinc ad linguæ lubricitatem, & volubilitatẽ ſæpè transfertur, & Hiſpanus eadem ſanè ratione dicendi diſpartiendi, aut diuidendi vtitur, pro eloquẽter, celeriter, molliter, aut ſuauiter loqui, *hablar limpio, y liſo, y deſpartidamente, y departir bien.* & præter manifeſtos locos vbi Vulgatus reddit, molliter aut ſuauiter loqui, vt Prou. 2. v. 16. 5. v. 3. 7. v. 5. & 21. 29. v. 5. Pſal. 5. v. 10. &. 35. v. 3. & Iſai. 30. v. 10. ſubijciemus clara exempla, vbi retenta eadem voce diuidendi, retinenda eſt etiam illa molliter loquendi ſignificatio; Pſal. 54. *Diuiſi ſunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius.* Hieron. *Nitidius butyro os eius: pugnat autem cor illius.* id eſt, Vultus eius, atque verba ſuauia ſunt, mollia, diuiſa, diſpertita, lubrica; cum tamen corde occultet iram & inimicitias; ira intus concepta, & diſsimulata efficit, vt molliter, & opportunè ad decipiendum loquatur. quod ſtatim exponit; *Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula.* idem intelligo in eo loco Actor. 2. *Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ.* ; id eſt, linguæ celeres, expeditæ, volubiles, acutæ, molles, ſubtiles, flammeæ. nã eodem verbo. *Diamerizo,* quo in illo Pſal. 70. vtuntur, vſus eſt D. Lucas in Actis. Hinc videas idem ferè nomen quod partem, aut diuiſionẽ ſignificat, ſignificare etiam linguæ lubricitatem, mollitiem, blandimentum; dolos; Vnde quod noſter *partem,* aut *prædam* dixit, alij *blandimenta,* aut *verba mollia,* dicere potuerunt. ita vt annuntiare, aut *polliceri ſocijs* verba mollia, aut compoſitam orationem, ſignificet amicos ſtultè loqui, & alterum alteri vicem ſtultè loquẽdi, & obloquendi, ſine intermiſsione tradere.

1 *Hebraizantes Caiet. Regia. Pagnin. Vatab.*

חלק Partiri, aut pars, quid.

Ioſue. 11. 17.

*Vna penna tajada, o vna ſierra pelada, y tres baladiza.

Iſa. 57. 6.

Partiri aut pars, de linguæ volubilitate.

Pſal. 54. 22.

Hieron.

Act. 2. 3.

διαμερίζω LXX.

Secunda etiam vox quę vertitur amicus, vel *ſocius,* cogitationem ſignificare poteſt; quare alij vertunt, ad blandiendum vel adulandum annuntiat cogitationes. id eſt, cogitat quomodo adulatorijs, & fictis rationib. me decipiant, aut quomodo adulari Deo videantur, dum illius ſe patronos contra me exhibent. ſed certè cum, *Ragha,* cogitare ſignificat, potius Chaldæũ eſt, quare legitur Danielis. 5. ver. 2. at cum amicum aut *ſociũ* ſignificat, Hebræum eſt, multoq; frequentius. ſapienter itaq; & accõmodate ad

2 Socius quid.

רעה

Polliceri.

יגיד

ſabitur, quàm tuæ ærumnæ & clades. & Pſal. 68. *Factus ſum illis in parabolam.* quod ad amplificationem ęrumnarum profectò dictum eſt,& non ſolùm ad ludibrium, vt alij interpretantur. Ego hoc loco proponi tanquam *Vulgi proverbium*, non ſolum eſt ludibrio haberi, & proponi pro ſcopo, quem omnes probris & dicteriys conſigant, ſed frequenti hominum ſermone vſurpari ad miſeriarum amplificationem, pro homine miſerorum omnium miſerrimo, cum quo vulgus, vel, vt in Hebræo eſt, *populi*, turbæ, hominum aggregationes ſiue conuétus (*juntas, y corrillos*) ſceleratos homines extremis ſupplicijs affectos comparent. Porro hæc ſententia impersonalis eſt, *poſuit*, pro, poſitus ſum; vel, vt de hoſte & aduerſario in communi loquatur, qui cum illi res eſt.

Vulgus, quid ex Hebræo. עמים

2\. Prouerbium patiétiæ Iob in bonum.

Eſt verò obſeruandú, illud, quod Iobo moleſtiſsimum erat, videlicet factum eſſe *Vulgi proverbium*, Deum vertiſſe in bonum. Nam in maximam Iobi & patientiæ illius gloriam redundauit, quòd in prouerbium abierit, *Patientia Iob*, & qui grauiſsimos cruciatus patienti animo perferat, Iob appelletur, honoris & clariſsimi præconij ergo.

3 תופת Quid exemplum. 4. Reg. 25. 10. 2. Par. 2. 8. 3.

Exemplum ſum coram eis. De voce *Tophteh*, quam Latinus interpres, hoc tantum loco reddit *exemplum*, magna eſt diſſenſio. nam proprium videtur eſſe nomé loci. 4. Reg. 25. In valle filiorum Ennon, vnde dicitur *Gehenna*, in quo loco luſtrabant filios, transferentes eos per ignem, coram idolo Moloc, & inde tartarum, aut ignem inferni ſignificat. ſic accipiunt Targum, R. Dauid, Pagn. Regia, Hebræus apud Caiet. illi legunt, *In igne Gehennæ*, vel, *in inferno prius ero.* quaſi dicat; Etiam me viuum adiudicant Gehennæ, & igni inferni, vel miſerandæ alicuius mortis generi. Sed res hæc quadrare non poteſt; nam ignis illius vallis Gehennæ multo poſterior fuit, quam Iob. Alij exiſtimant eſſe vocem Chaldaicam, quæ ſignificat *Dominú*, aut Principem, quaſi dicat; Qui dominus, & princeps eram, factus ſum in prouerbium, & fabulã. ita R. Leui, & Vatab. videtur enim illa vox vſurpari Dan. 3. vbi vertitur, *Præfectum regni.* Sed neq; hoc placet, nam illa vocum Chaldaicarú, cum Hebræis permiſtio quædam, & quaſi confuſio, longè poſterior eſt, vt quæ poſt captiuitatem fuerit. atq; ita in lib. Danielis reperitur.

Targum. Regia. R. Dauid. Pagn. Caiet. Hebræ. Dan. 3. 2.

4\. Illuſtratus & defenſus Vulgatus.

Ergo proculdubio illa vox hoc loco, non eſt propria, ſed appellatiua, quare & rectè vertiſſe Vulgatum, & duo poſſe ſignificari nomine *exempli*, ſtatuendum eſt; Primum id, quod ad grauiſsimum ſupplicium, &, quod dicunt, exéplare pertinet, quod cæteris mortalibus documento, terrori, admirationi eſſe poſsit. & hac ratione Latini dicút, exempla, aut cruciatus in aliquem edere: quæ ſignificatio bene cohæret cum *Proverbio*, quod proxime præceſsit, ſicut enim *Proverbium* affert illam cóparationem cum extrema & maxima calamitate; ſic etiam *Exemplum*. Num. 5. *Erit mulier in maledictionem, & in exemplum.* Hebraicè, *in iuramentum*; videlicet, imprecatorium; ſic enim *Iuramentum* legunt Septuag. Compl. & Vaticani cum Aug. qu. 11. *Exectramentum*. quaſi diceret, Erit in imprecationem prouerbialem; *Tal de veas, como ſulano.* huc reſpiciút, qui hoc ipſo Iobi loco permoti vocem *Thophteh* coniungunt cú *Mophteh*, quod prodigium, & portentum ſignificat, quaſi diceret, Exemplum quoddam, prodigioſum aſpectu, & viſu triſte & horrendum. ſic hunc locum legit Ioan. Forſter. *Ponet me in parabolam, & portentum in oculis eram.* quod cum alijs, quæ tum ad hanc rem, tum ad alias Hebraicæ linguæ annotationes & obſeruationes pertinét, Franciſcus Forerius ex illo ad verbum frequenter deſcribit.

Num. 5. 27. LXX. Complut. Vatican. Aug. q. 11.

מופת Foſteri Theſaurus in radice. יפה Forerius ſuper Iſai. 30. v. 33.

5 Exemplum ad irriſioné, & ſubſannationem.

Secundum ſignificari poteſt, irriſio, contumelia, contemptus, quæ cum huiuſmodi miſerando exéplo frequenter coniuncta ſunt. quare erit *exemplum* ridiculum, vel exemplum irriſionis, quod irridendum proponitur; vel cú quo ridicula quæq;, & irriſione digna comparamus. ſic videas hæc coniuncta Ierem. 48. *Erit Moab in deriſum, & in exemplum omnibus.* Ezech. *Eris opprobrium, & blaſphemia, exemplum, & ſtupor in gentibus.* Nahum. 3. *contumelijs te afficiam, & ponam te in exemplum.* atq; ipſe etiam Paul. cum 1. Corin. 4. ſe *ſpectaculum factum* diceret, *mundo, angelis, & hominibus*, adiunxit, quod ad contumelias & irriſionem pertinet, *tanquam purgamenta huius mundi, facti ſumus omnium peripſema.* ſic ſane legunt Septuag. *Poſuiſti me fabulam in nationibus, & riſum inter demens.* ſic etiam accipit poſt R. Moyſem, & R. Abraham, Lyran. & alij, qui eam vocem *Thophteh*, deducunt a *thoph*, ita vt vltimú theth ſit additiuum. eſt autem *toph*, tympanum, fietque huiuſmodi ſententia: ſicut ſolent ad Tympanum lætari aut ludere, ita ſane cunctis ſum ludibrium, irriſio, & de mea calamitate gaudendi, lætandiq; materia: pulſor, percutiorque ab omnibus, atq; in meis reſponſionibus, mœrſq; ſuſpirijs, atque gemitibus, tanquam in tympani ſonitu, exultant, gaudent, rident, & irrident. Grauiſsimum profecto mali genus, videre alios in tuis malis gaudentes, & ad tuos gemitus, exultantes, cantantes, digitis concrepantes, manibuſq; plaudentes. ſicut Thre. 2. ſcriptum eſt, *Plauſerunt, ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam, ſibilauerunt, & mouerunt caput ſuum, ſuper filiam Ieruſalem, hæccine eſt vrbs, dicentes, perfecti decoris?* Pœna profectò, quæ propter acerbitatem, ſimilitudinem quandam habere videtur æterni ſupplicij: dictum eſt enim Eccleſ. 6. *Anima nequam diſperdet qui ſe habet, & in gaudium inimicis dat illum* (quid ſit autem dari inimicis in gaudium, mox exponitur) *& deducet in ſortem impiorum.* eſt enim illa *ſors*, extrema *impiorum* retributio, quam hæreditaria quaſi ſorte poſt mortem accipient. atq; illud contingere etiam in aliorum peccatorum pœnam, idem Sapiens docet. c. 23. *Ne adincreſcant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, et peccata mea abundent, & incidam in conſpectu aduerſariorum, & gaudeat ſuper me inimicus meus*, atque illud ſibi pro diuinæ beneuolentiæ argumento datum canebat lętus Dauid Pſal. 40. *In hoc cognoui, quoniam voluiſti me, quoniam non gaudebit* (propriè, Non vociferabitur, non iubilabit. Hieron. *Non inſultabit*) *inimicus meus ſuper me.* quod non me propones irridendum, irriſionis & hoſtilis lętitiæ materiam.

Ier. 48. 39. Ezech. 5. 15. Nah. 3. 6. 1. Cor. 4. 13.

LXX. R. Moyſ. R. Abrah. Lyranus. תפ

Thren. 2. 15. Eccleſ. 6. 4. Eccleſ. 23. 3. Pſal. 40. 12. Hieronym.

VII. Cali-

VII. Caligauit ab indignatione oculus meus: & membra mea, quaſi in nihilum redacta ſunt.

1. *Indignatio actiuè, aut paſſiuè ſumpta. Oculorum caligo in triſtitia. illuſtrat id Dauid.*
2. *Varia lectio. Membra quid ex Hebræo.*
3. *Iobi forma immutata, & membra deformata.*

1 Indignatio paſſiuè ſumpta.

Caligauit ab indignatione. Præ indignatione, vel propter indignationem, dolorem, mœſtitiam. Non tam actiuè cum Græcis propter iram, indignationem Dei aduerſum me, quam è contrario paſſiuè, propter ſenſum & commotionem mei animi, non quidē propterea quòd excandeſcam aduerſus moleſtiſſimos meos cōſolatores, ſed quod diſcrucior, contabeſco, deficio, mœrore occupante totum animum, atq; tenebras & ingentem vim lachrymarum offundente meis oculis: exacerbor intimis viſceribus. Simile id Pſalm. 37. *Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum.* palpitante nimirum, & commoto corde, vires deficiunt, deficitque oculorum lumen. eleganter eo loco Theodore. *Duo ſibi accidiſſe per hæc ſignificat, & mœroris immenſitatem, per quam lux, non videtur eſſe lux; & deſtitutionem diuinæ prouidentiæ, quam lumen oculorum ſuorum meritò nuncupauit.* vide quæ ſupra diximus, cùm cap. 3. de tenebris diſputaremus, tenebreſcunt enim afflictis omnia. ſic Plinius ſcripſit de oculis atque lachrymis loquens lib. 11. ca. 37. *Magna cogitatio obcæcat, abducto intus viſu, ſic in morbo comitiali, aperti nihil cernunt animo caligante.*

Pſal.37.1. — Oculi in mœrore caligantes. — *Theodo.* — *Plin.lib.11.ca.37.*

2. *Iob.16.7.* Quid membra. יצרי

Et membra mea. longè aliud, aliæque voces, quàm quæ ſupra, *In nihilum redacti ſunt omnes artus mei.* nam hoc loco eſt proprie, formationes vel figmenta mea. quod vocabulum quadrat in ea omnia, quę externa figura, aut interna cogitatione formantur, effigiantur, imaginantur. vt ſunt mentis propriæ conceptus, & cogitationes, vt Geneſ. 6. *Cuncta cogitatio hominum*, & ca. 8. 21. & 1. Paralip. 28. hinc poſt R. Leui. Pagni. Regia, Vatab. legunt *cogitationes*, vel *phantaſias*, quaſi dicat, præ dolore vix quicquam cogitare, aut animo fingere & concipere valeo. vel vt propriè in Hebræo eſt. *Cogitationes meæ ſimiles ſunt vmbræ.* Sed multò elegantiùs noſter interpres, figmenta illa intellexit, eſſe ipſas corporis partes, aut partium, & membrorum formationes, quod acutè R. Dauid, accepit de ipſis membrorum lineamentis. Chald. dixit. *Formā.* nos vocamus, *faciones*, quaſi formationes.

Gen.6.5.& 8.21. — *1.Paral.28.9.* — *R.Leui.* — *Pagn.* — *Regia. Vatab.* — *Tex.Hebr.* — *R. Dauid* — *Chald.*

3 (Eſtoy deshecho,) desfigurado. — Iobi forma immutata.

In nihilum redacta ſunt. Immutata figura, & habitu, conſumpta carne, prominentibus oſſibus, ſubalbeſcentibus iam chartilaginibus, & euaneſcente totius corporis, membrorumque vigore, ſine quo nihil poſſunt membra efficere, neque munia ſua exercere. nam quæ mihi reliqua ſunt, nemo dicat mēbra humani corporis eſſe; propriè; Membra ſicut vmbra; nemo agnoſcat quis ſim; vmbram Iobi potiùs, quam Iobum eſſe credat, qui me viderit; tam ſum deformatus. Vide quæ ſupra ca. diximus de elephantiaſi, quæ faciem immutat. Lectionis autem Septuagin. rationem reddere nemo poterit commodè; illi ſic legunt; *Expugnatus ſum valde ab omnibus.*

VIII. Stupebunt iuſti ſuper hoc, & innocens contra hypocritam ſuſcitabitur.

1. *Iuſtus, quid propriè. Iuſtorum ærumnæ ipſis iuſtis mirabiles, & ſtupenda.*
2. *Non eodem modo iuſti, & impij de iuſtorum ærumnis iudicant. Quondam illarum cauſa ignota, nunc poſt filium Dei patientem, perſpecta. illuſtrat id Dauid, & Salomon.*
3. *Suſcitare quid, quis Hypocrita.*

1. Iuſtus quid propriè. ישר

Clades hæc mea vniuerſis quidem eſt ſtupenda, ſed iuſtis præſertim, æqui, rectiq; iudicij hominibus, qui temere de mea vita & innocentia non iudicent, qui non ſint ſæui & inhumani ingenij, ſed mites, lenes, blādi, iucundi, atque grati, hæc enim omnia claudit nomen & res *iuſti.* hi (inquam) non ſinent ſe duci falſis ſuſpicionibus, & incertis coniecturis de mea vita; ſed, vt res ipſa exigit, referent meam cladem in admirabilem, & nunquam ſatis ab homine comprehēſam Dei prouidentiam, qui ſic cum iuſtis agat, vt pro præmio atque mercede illis donet, vt pro illo *patiantur.* & hæc videtur fuiſſe, vt Nicetas exponit, lectio atque ſententia Septuag. *Admiratio tenuit veraces ſuper hoc.* quaſi diceret; Veriſsima mearum calamitatum cauſa, non ſunt peccata, quæ veſtris vos mendacijs confingitis, ſed ſuperior humana cogitatione, & ſenſu prouidentia. Scriptum eſt ſanè; *Neque hic peccauit, neque parentes eius, ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo.* Cæterum *mendaces*, id eſt, ſecundum externam faciem de me iudicantes, nihil mirum ſi ex ſupplicio colligant ſubeſſe ſcelus, cui pœna reſpondeat.

Nicetas. — LXX. Mirabiles iuſtorū ærumnæ ipſis iuſtis — *Ioan.9.2.3.*

2

Sic ſanè, non eodem modo *iuſti* iudicant de innocentium ærumnis, ſicut impij. iſti enim vel innocentes afflictos contemnunt, & tanquam peccatores execrantur, & innocentiam afflictam, miſerrimam eſſe credunt; aut Deum arguunt iniquitatis: at *iuſti ſtupentes*, illas ſtuporis & admirationis voces edunt, *Quare taces, conculcante impio iuſtiorem ſe? Quare oſtēdiſti mihi iniquitatem, & laborem?* ſed poſtquam Dei filius noſtras ærumnas cum natura noſtra ſuſcepit, nihil profectò iam mirandum, ſi iuſti affligantur, & innocentes morte immerita damnentur; ſicut ſcriptum eſt; *Nolite mirari, ſi odit vos mundus. &; ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit.* &, Hæc *loquutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini.* ideo Paulus Theſſal. monet; *Nemo moueatur in tribulationibus, ipſi enim ſcitis, quod in hoc poſiti ſumus.* q. d. tribulationum iuſtorum. iam nobis cauſa & ratio explorata eſt. At quondam, vt pote ignota multam admirandi, & philoſophandi materiam ipſis iuſtis præbebant. vti Dauid dicebat Pſal. 72. *Ad nihilum redactus ſum, & neſciui.* nimirum, quorſum affligerer, quamuis in mearum calamitatum cauſa, vt *iumentum* & vt bel-

Hab.1.3. — Filius Dei patiens. — *Ioan.15.18.& c.16.1.* — *1.Theſſ.3.4.* — Quondam ærumnæ, iuſtorum mirabiles. — *Pſal.72.22.*

lua, cra-

ſua, craſſiſsima ignorantia tenerer. ſed illud tamen apud me ſtatui, quacumque id de cauſa fieret, mihi à te non recedendum, *& ego ſemper tecum*. Huc fortè illud Salomo. Eccleſ. 7. *Calumnia conturbat ſapientem, & perdit robur cordis illius.* videtur enim ſapiens commoueri animo, &, vt Septuag. dixerunt, *Circumferri*, cum ſe videt immeritò affligi, & calũniam pati. cuius exẽplum in Ierem. ca. 15. & 20. videre licet. *Stupent* igitur *iuſti ſuper hoc*. quare à nimia rei huiuſce perſcrutatione deterret Salomon; *Iuſtus perit in iuſtitia ſua, & impius multo viuit tempore in malitia ſua.* Cum rem igitur, omni admiratione, ſtuporeque dignißimam propoſuiſſet, ſubiungit; *Noli eſſe iuſtus multum, ne q; plus ſapias, quam neceſſe eſt, ne obſtupeſcas.* ne fortè crimineris diuinam prouidentiam, & dum plus ſcire vis, quàm oportet, præ admiratione rei humanum captũ vincentis, ad mentis ſtuporem deuenias.

Eccle. 7. 8.
LXX.
Ier. 15. 18.
Eccl. 7. 16.
*No preſumays tanto de ſanto, y de ſaber el tratamiẽto que ſe le deve al juſto.

3 *Et innocens contra hypocritam ſuſcitatur.* Septuagint. depræcanter; *Iuſtus ſuper inimicum conſurgat.* Olymp. vt optet ſe innocentem maiorem, ſuperiorem, & viribus potentiorem impio fieri, vt iuſti imperio coërceant facinoroſos, & ſanæ doctrinæ ſubijciant: Sed fortè meliùs, & cohærentiùs, vt ſit quaſi partis præcedẽtis expoſitio; Cum iuſtus affligitur, iuſtus ipſe afflictus, aut alius iuſtus videns, *ſuſcitabitur*, conſurget, commouebitur, incitabitur. animi commotionem & ardentiorem zelum affert; *Contra hypocritam*, contra impium, qui falſa fœlicitatis imagine velit internam animi iuſtitiam ementiri, & probatam reddere. Caiet. Indignabitur aduerſus hypocritam, quòd ille calamitates tribuat peccatis: alij, cõtra impium florentem, atque fœlicem, quòd videat illum nõ recipere digna peccatis; ſe verò ſuis honeſtis operibus indigna perpeti. Innocenti enim afflicto dictum eſt; *Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem.* Sed fortè ille erit ſimplicißimus ſenſus, vt de ſe loquatur: & ſuam orationem paulo incitatiorem excuſet; quid mirũ me ita loqui, cum res ipſa tam indigna ſit, vt iuſtum quemvis meritò conturbare poſsit. atque in ingentem ſtuporem conijcere, nec nõn illius animum aduerſus hypocritas, calumniatores, & oblatratores commouere.

LXX.
Olymp.
Quid Suſcitare.
עור
Caiet.
Pſal. 36. 1.

IX. Et tenebit iuſtus viam ſuam & mundis manibus addet fortitudinem.

1. *Tenere quid ex Hebræo. A fidelibus ſuſtinentia requiritur. illuſtratus Paulus.*
2. *Iuſti in ærumnis conſtantiores, & coniunctiores Deo. Explicatus Eccleſiaſticus, & Dauid. illuſtratus Habacuc.*
3. *Iuſtus fortior ex tribulatione. explicatus Iſaias.*
4. *Conuerti quid.*
5. *Conuertendi verbum cum alio iunctũ duplicat verbum, cui iungitur.*

1 Licet iuſtus afflictus excandeſcat aduerſus impium proſperè agentem, non ideo (inquit Iob) illius fœlicitati caducæ inuidere debet, aut ſuas ærumnas ita faſtidire, vt illas non accipiat libẽter de manu Dei, aut impietate & religione nutet, ex eo quod ſeueriorem erga ſe diuinam prouidentiam experiatur; ſed ob id tantùm aduerſus impium inſurgit & excandeſcit, quòd iniquè de rebus iudicet, & Dei beneuolentiam aut indignationem metiri velit ex temporali fœlicitate, aut miſeria. & maximam innocentiæ afflictæ laudẽ & gloriam extenuare, aut verò prorſus tollere, ſuo prauo iudicio conetur. nam, quòd ad ipſum iuſtum pertinet, potius ex ipſis ęrumnis, & tribulationibus in pietate & caritate confirmatur. *Tenebit* (inquit) *iuſtus viam ſuam.* prop. Apprehenſam tenebit firmiter, non diſcedet nec latum quidem vnguem, ſed hærebit firmior in ſuo viuendi inſtituto & conſuetudine; & pietatem, cui aſſueuit, ardentiùs colet. Theodotio, *Inhærebit iuſtus viæ ſuæ.* Septuag. *Teneat autem fidelis viam ſuam* quo *fidelitatis* nomine ſuſtinentiam videtur ab homine exigere, vt ſe ſuaque omnia Deo committat. Nam, vt Paulus ait. *In hoc laboramus, & maledicimur, quia ſperamus in Deum illum, qui eſt ſaluator omnium hominum maximè fidelium.* id eſt, ideo patienti animo maximos labores, & probra ſuſtinemus, quòd Deus, eos qui in laboribus *fidem ſuam non mutant erga eo*, tunc in hoc mundo, tum verò in alio ſaluare ſoleat. Igitur in ærumnis ardentiori charitate iuſtus adhæret Deo, non aliter atq; cùm paruulus verberatur a matre, non fugit, ſed potiùs confugit ad ipſius verberantis complexum, & arctiùs illius ſe vberibus apprimit. ſic monet Eccleſiaſt. c. 2. *Coniungere Deo, & ſuſtine.* id eſt, dum ſuſtines aduerſa, tene Deum, ne dimitte, ſed adhæreſce illi firmiter; propriè ex Græco *Conglutinare illi*, quaſi cola, & glutino, adhærebat profectò arctiſsimè, qui dicebat, *Quis me ſeparabit à caritate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an gladius? an nuditas? an perſequutio?* nulla enim ratione de via ſua iuſtus Paulus dimoueri poterat. Iuſtus etiam Dauid, rectamque inſiſtens viam, cùm dicebat, *vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum*, oneratus, licèt grauiſsimis ærumnis, & crebrò virga tonſus, non ideo à recto tramite diſcedebam; ſed viam meam alacris tenebam. Verùm aliquando, ingenue fatetur tribulationum impetu impulſum nutaſſe in via pietatis; *Mei* (inquit) *pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei.* quaſi dicat; penè iam de diſcedendo à recta via cogitabam, lapſui vicinus, & in tenenda pietatis ſemita languidus, parumque firmus. Iuſtus etiam Habacuc, qui cum ca. 1. quæſijſſet à Deo cauſam ſuarum atque totius populi ærumnarum grauiſſimarum, ſtatuit; Non ideo ſibi diſcedendum a recto pietatis tramite, ſed patienter expectandum Dei reſponſum. *Super cuſtodiam* (inquit) *meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem, & contemplabor, vt videam, quid dicat mihi.* ſic interpretatur in hanc rem Theodoretus. Theodotio autem & Aquila legunt, **Figam gradum ſuper circuitum*, id eſt immotus perſiſtam, quaſi linea, & carcere incluſus, quem trãſgredi non poſsim. ſed ijs iuſtis omnibus præluxit ſanctiſſimi Iobi exemplum, qui & grauiſsimè affectus *viam tenuit*, afflictoſq; omnes in ſua via cõfirmauit.

Tenere quid
אחז
Theodo.
LXX.
1. Tim. 3. 10.
Iob 2. 12.
Iuſtus afflictus arctius adhęret Deo
Simile.
Eccl. 2. 3.
Rom. 8. 35.
Pſal. 72. 22.
ver. 2.
Hab. 2. 1.
Theodor.
Theodotio
Aquila
*Eſperar à Dios a pie quedo, y ſin ſalir de compas.

Et mun-

3 *Cor.2.19.*

Et mundis manibus addet fortitudinem. Qui iuſtus eſt, non ſolùm non deficit, ſed tribulationibus redditur fortior. bona conſcientia corroborat hominem, vt aduerſis reſiſtere poſsit: at peccati conſcientia eneruat potius, atque debilitat; *perficitur* enim *virtus in infirmitate.* vt Exo. 1. deſcriptum eſt; *Quantò magis opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur, & creſcebant.* atque huc pertinet illa non ſemel repetita adhortatio, *Confortamini puſillanimes.* vt non ſolum in ærumnis non deficere, ſed contra ardentiores ire aduerſus aduerſa afflicti iubeantur. Septuag. *Puris manibus ſumat audaciam.*

Exod.1.12. *Iſai.35. 4.* LXX.

X. Igitur omnes vos conuertimini, & venite, & non inueniam in vobis vllum ſapientem.

4 Quid Conuerti. שוב

EX doctrina conſtituta de iuſtorum ærumnis, inuitat ſuos amicos, ad mutandã ſententiam, & ad pœnitentiam ſuæ illorum aſſertionis, qua ſe læſum exiſtimabat. Porrò verbum originale ſignificat conuerti in quãuis partem, aut etiam in contrariam. propterea aliquando eſt rei præſentis, & pœnitentiam agentis. ſic interpretantur Philippus, & Caiet. Alij exiſtimant præcipere Iob ſuis amicis attentionem, vt doceri poſsint veram de diuina Prouidentia Theologiam. Alij, illos prouocare ad inſtaurandum diſputationem, quaſi iam illis obmuteſcentibus inſultet, aut illos laceſſat; * *Conuertimini, & venite &c.* ſed illud eleganter & acutè à Niceta indicatur, nimiùm his Iobi dictis illius amicos viſos fuiſſe ſtomachari, atque ad illum refellendum ſe comparare, & alterum alteri ſuppetias ferre, atq; iam iam in aciem progredi; ait ergo, confirmatis animis, & collectis viribus, & quaſi facta teſtitudine, vna omnes concurrite; non enim vos me, ſed vos ego mendacij conuincam ſic indicant Septuag. legentes: *Veruntamen omnes incumbite, & venite, quæſo; non enim inuenio in vobis veritatem.* Cum verò ait, *conuertimini & venite*, Hebraiſmus eſt; * *Conuerſio* enim cum quocumque alio verbo iuncta, idẽ ſignificat, quod rurſus, aut altera vice aliquid facere, ſic illud Pſalm. 84. cùm priſtinis beneficijs alia vel ſimilia, vel præſtantiora petit Dauid, ait; *Deus, tu conuerſus viuificabis nos.* &, quod non ſemel feciſti, mortis periculum auertes. Ioſue. 5. vbi habemus, *Circumcide ſecundò filios Iſrael*; Hebraicè habetur, *Reuerte, & circumcide*, id eſt, iterum, & ſecundò inſtaura circumciſionem. ſic etiam hoc loco, *Conuertimini, & venite.* id eſt, rurſus venite; neque enim quicquam amplius à me nũc extorquebitis; neque vero à vobis ego præclariorem aliam doctrinam exſpecto.

Philipp. *Caiet.*

* Venid y bolued ſi ſoys hõbres que preſumis de ſaber.

Nicetas.

LXX.

3 * Dad otra buelta, bolveos allegar. Conuertẽdi verbum duplicat verbũ cui iungitur.

Pſal.84.7.

Ioſ.5.2.

XI. Dies mei tranſierunt: cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum.

1. *Nexus cum præcedentibus.*
2. *Tranſire,*
3. *Morbus vigilia vnde proueniat. Cogitationum diſſipatarum, multiplex expoſitio. Diſsipare quid.*
4. *Acerbiſſimus mortis ſenſus. Cogitatio quid propriè.*
5. *Morientibus dicitur ſol meridianus occidere. Hypallage Vertere quid.*
6. *Varia lectio. Particula poſt, conſecutionem affert. Vulgatæ lectionis illuſtratio, & defenſio.*

NIhil mirum, ſi nunc Iob vrgente dolore ſermonẽ abrumpat, & recurrat ad conſuetas lamẽtationes; nam acerbiſsimus aliquis dolor non patitur aſsiduam aliquam orationem, ſeu cogitationem ſibi perpetuò conſtantem: morbi enim vis diſsipat cogitationes, atque ſententias, præſertim cum initio eius diſputationis ſibi propoſuerit probandũ, ſuas querimonias non eſſe impatientiæ tribuendas, ſed acerbitati dolorum; neque cruciatus ſuos alicui ſceleri: ſed potiùs aut Dei beneuolentiæ, aut occultę illius prouidentiæ. quare dum conqueritur, ſuam iuſtitiam ex vtraque parte tuetur. 1. Nexus.

Tranſierunt. conſtitutum temporis ſpatium iam emenſi ſunt, ad præſtitutum finem peruenerunt. non tam prætergrediendi, aut tranſgrediendi vim hoc loco habet, quam progrediendi, & decurrendi vſque ad certum terminum. *Dies mei*, non ſolùm tempus vitæ, ſed, vt Philip. ait, *vitæ ſeruitus.* vtrumque Hiſpanus eadem voce ſignificat, *Ya ſe paſſaron mis dias.* Septuag. addunt, *Dies mei tranſierunt in ſtrepitu.* Polychron. interpretatur, *in mœrore, atque ægritudine animi.* 2 Tranſire. *Philip.* LXX. *Polych.*

Cogitationes meæ diſſipatæ ſunt. Caiet. & Latini alij poſt Olympiod. hoc referunt ad vigilias & inſomniam, qua laborabat; nam confuſæ, & perturbatæ ſpecies, & imaginationis ſimulachra ſomnum auertunt, & moleſtiſsimas vigilias adducunt, quæ tum ſanos infeſtant, cùm mœrore vel aliqua animi ægritudine laborant; tum ex febribus, aut morbo aliquo acutiori proueniunt, vt medici docent. de quo ſuperiùs cap. 2. diximus. Alij hæc dicta intelligũt de multiplicibus animi motibus, & perturbationibus: iam enim dolebat, iam timebat: nunc ſe erigebat in ſpem meliorem, nunc iterum concidebat. nam qui in vno affectu nunquam conſiſtit animus, non poteſt vna cogitatione intentus perpetuò ſibi conſtare Polychron. ad mentis quandam commotionem reducit; *Vis* (inquit) *doloris atque triſtitiæ ad inſaniam me pene perduxit.* Philip. *quod non poterat iugi contemplationi rerum diuinarum, vt quondam ſolebat, intendere, propter vim doloris.* ſed cùm verbum *diſſipandi* ex ſua proprietate afferat violentiam quandam, qua aliquid conuellitur, eradicatur abrumpitur, hoc loco dicere poſſumus, *Cogitationes meæ.* propriè, cordis mei; *conuulſæ ſunt*, potiùs dicerem hæc pertinere ad violentiã mortis, vitæ filum abrumpentis, & humani cordis cogitationes impetu quodam conuellẽtis, atque longioris vitæ, quæ altè inſidet cordi, ſpem eradicantis, & reliqua rerum agendarũ conſilia, & cogitationes diſsipantis, & diſperdentis: Quantum verò dolorem & ſenſum efficiat hæc auulſio, non dentis ex gingiva, maxillavè, ſed ſpei, cogitationum, conſiliorum

3 *Caiet. Latin.* *Olympiod.* Vigilia morbus vnde. Aliorum interpretatio. *Polych.* *Philip.* Quid Diſſipare. 4 Acerbiſſimus mortis ſenſus.

omnium,& reliquarum omnium voluptatum innatæ cupiditatis ex moribūdi hominis corde,cum impetu,& diſruptione,ſignificare poteſt lectio Septuag. *Rupti ſunt articuli cordis mei.* Auguſtin.*Conuulſæ ſunt compages cordis mei.*cùm enim intimæ huiuſmodi cogitationes, & affectiones ſint velut cordis articuli, & cōpages, & velut partes & membra ipſius cordis; cùm cogitationes iſtæ conuelluntur,& diſſipantur cum ingenti violentia, oportet cor ipſum diſcerpi,& dilaniari, cum ſummo ſenſu atq; dolore:& in eum cordis cruciatū reſpexiſſe videtur Vulgatus,cùm dixit, *Torquentes cor meum.* nā propriè eſt; *Poſſeſſiones cordis mei.* dicuntur enim *cogitationes*,poſſideri à corde; quid enim magis proprium, peculiareve cordi, aut quid magis inſitum,& innatū, quàm ſuæ ipſius cogitationes? ſed quia verbum *poſſidendi* ex illis, eſt quæ duo contraria ſignificare ſolent, ideo verbum hoc aliquando ſignificat,extrudi, expelliq; hæreditate, & poſſeſſione; quare in ipſo nomine latebit anthitheſis quædam ſignificationum, *Cogitationes cordis mei*,poſſeſſiones,& hæreditas; imo conuulſiones,expulſionesq;: Alij poſſeſſionem ſumūt actiue,eò quod cogitatio cor poſſideat & occupet. Has igitur *cogitationes*, atque conſilia cùm mors & dolor diſijciant, & *diſſipent*, vacuum videtur & conſilij expers remanere cor. Chaldæus aūt,hoc loco vertens, *Tabulas cordis*, videtur dicere, deletum eſſe quicquid in corde ſcriptum fuerat; ſunt enim *cogitationes*,velut characteres, & ſcriptura inſculpta cordi. neq; diſſonat nomen poſſeſſionis, nā eadem radix, non ſolùm poſſidere, ſed etiam aliquando delere ſignificat,eritque etiam non inelegans anthitheſis; Scriptura cordis, nunc litura eſt.

LXX.

Auguſt.

Quid cogitatio ex Hebræo.

ירשי

Anthitheſis.

* De mis pēſamientos y traças,he venido à tanta neceſſidad y falta de cōſejo.

Chaldæus.

XII. Noctem verterunt in diem, & rurſus poſt tenebras ſpero lucem.

5 OLympiodor. & Polychro. morbum vigiliarum intelligunt, aut id, quod ſæpè diximus, mærentibus videri lucem obſcuriorem,quam nec iam iucunde aſpiciunt,nec clarè contueri poſſunt,ijs enim dicitur *ſol occūbere in meridie*,quòd ipſis oculis caligantibus teneſcere videatur meridianus ſol. non enim *poſſunt* caligantibus oculis *lucernam Dei aſpicere; antequam extinguatur*, tum etiam quod ægrotātibus,quos morbus cogit vigilias agere, vſu venit,vt diem exoptent,lucem & ipſe Iob auidus exſpectabat; ſed non minùs acerbè appetente die dolebat, quam in nocturno ſilentio. ſed ſenſus ſublimior, & acrior querimonia erit, ſi noctem calamitatum,& priſtinæ fælicitatis diem intelligamus. Suppoſitū verò verbi *vertendi*,ſunt cogitationes illæ diſſipatæ, & ruptì cordis articuli,intimiq; dolores, *Verterunt noctem in diem*,per hypall.*diē,in noctem*, vel potius, *verterunt*,propriè.poſuerunt,fecerunt,immiſerunt noctem & tenebras *in diem* meæ proſperitatis,offuderunt tenebras ſplendori meæ fortunæ,in die agēs,nil niſi tenebras video. Tū etiā,lucis mihi vſurā adimūt morbi, & dolores.

Olymp.
Polychron.

Quibus occidat ſol in meridie.

Amos.8.9.

1.Reg.3.3.

Senſus ſublimior.

Hypallage.
Vertere quid.

שום

Et rurſus poſt tenebras ſpero lucē. paulò aliter in Heb.iuxta quod legunt Sept. *Lumen propè à facie tenebrarum.* Quod Caiet.accipiendum exiſtimat de pauidis cogitationibus, quæ illum cogebāt in tenebris, & nocte vti lucerna ſibi proxima, ne pervigil in tenebris, & nihil videns, territaretur horrore nocturno; eſt enim nox timida. Mirum,vt interdum Caietan. permiſerit ſe ab Hebræo illo,cuius opera in his commentarijs vtebatur, ad ſenſus humiliores demitti, quam rei & materiæ dignitas poſtularet. multo conſultiùs & elegantiùs Olympio. *Etiam lux ipſa præ animi angore atq; mæſtitia, haud procul mihi à tenebris videbatur.* Sed is videtur eſſe noſtri interpretis ſenſus;Nulla iam mihi lux deinceps affulgebit;quæcumq; lux orietur, ſerò tandem illuceſcet,nam totum me occuparūt tenebræ; quidquid ſperare poſſem ſplendoris atq; lætitiæ,moribundo homini, & iam iam in tenebris & caligine mortis verſanti, minimè proderit,quæcumq; enim conſequuta poſt has teterrimas & craſſiſſimas tenebras lux, gaudiū, lætitia, non poterit me illuminare. Hæc ſanè videtur eſſe germana huius loci ſententia,nā licèt Latinæ orationi non videatur omnino leniter quadrare,tamen non aliam profectò poſtulat Hebraiſmus ille, *à facie tenebrarum*, nam affert præſentiam miſeriarum, & mortis,quæ vincit omnem vitæ ſpem. & idem omnino eſt *à facie*, vel, *ante tenebras*.quod noſter dixit, *poſt tenebras*;nam particula illa *poſt*,conſequutionem & coniunctionem vnius cum alio afferre videtur.quod idem eſt, quod eſſe *ante faciem* alterius. vel quidem dicet,ſe erigi in ſpem, fore vt poſt huius vitæ,& ærumnarum tenebras, alterius beatæ diei lux illi affulgeat; nam mortis tenebræ,& nox lucem illam præcedere debēt. At ſi interroganter legas,leniſſimus ſenſus, & tum Hebræis,& Græcis, tum etiam rei præſenti valde congruus efficietur; nam iubebant illum amici,bene ſperare de fælicitate temporali iterum recuperanda; nunc oſtendit vanā eſſe ſpem;Lux propè tenebras, & vita morti proxima:ſperare ne debeam fæliciorem conditionem,& poſt tantas tenebras, iterum vitæ lumen recuperandum? hunc autem ſenſum in Hebræo eſſe, & in Latina lectione deſiderari, Eugu.affirmat. ſed non deſiderabit, qui paulò accuratius expenderit.

Pagnin.
Regia.
Caieta.

Olympiod.

Particula poſt.

Illuſtratus Vulgatus
Eugub.

XIII. Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt: & in tenebris ſtraui lectulum meum.

1 *Philippi expoſitio non probatur. Mortis, & ſepulchri cum propria domo comparatio.*
2 *Aliorum lectio. Nihil mortali proprium præter ſepulchrum. illuſtratus Paulus.*
3 *Mortis nomina pia, & honorifica.*
4 *Putredinis filium eſſe quid ſit, varia expoſitio. Vermium quoque, de quibus nunc agit.*
5 *Dicere, pro appellare. Putredo quid propriè.*
6 *Sororis appellatio amoris eſt, Vxorē etiam ſignificat. Vxorum miniſteria Explicatus Samuel, & Sapiētia.*

PHilippus ſic interpretatur, quòd ſuos cruciatus dicat eſſe ſimiles cruciatibus infer- 1

Philip.

ni,& quaſi iam ſit in domo tartarea, lectum in illarum pœnarum tenebris, in quibus iacere perpetuò debeat, conſtitutum habeat. non aliter videtur Gregorius Nyſſenus explicare id

Nyſſen. ſup. Pſal.6.2.

Pſal.6. *Domine ne in furore tuo arguas me. Ab ijs* (inquit) *qui acerba caſtigatione acerbiſsimi ſupplicij condemnati ſunt, furoris eſſe opus, & iræ iudicium illud exiſtimatur, atq; idcirco quaſi iam in doloribus atq; cruciatibus conſtitutus, dolentium voces imitatur.* Sed non cohæret ſenſus hic cum reliqua Iobi oratione.

Plana,& germana expoſitio.

Sententia igitur plana eſt, & lenis; Quid aliud moribundus homo ſperare poſſit, quam ſepulchrum, & domicilium commune, cum alijs defunctis in inferorum ſubterranea illa ſtatione? Vbi nam gentium quietam mihi ſedem fore pollicebor, quàm meæ domi? Quæ foris geruntur, ad vitæ actiones, labores, ſollicitudines pertinent; & frequenter aliena ſunt: at quę noſtræ domi fiunt, ea propiùs nos tangũt; propria namq; ſunt. foris itaq; agitamur, & vagamur, domi quieſcimus. nõ aliter in ſepulchro, quod eſt mortalium omnium domicilium, quod nos ex longo itinere, & moleſtiſſima peregrinatione defatigatos recipit, & opportuno ad quieſcendum lecto excipit, humi ũ *ſtrato in tenebris*, clauſis foribus ac feneſtris, vt tenebræ ipſæ pacatiſsimum ſomnum conciliaturæ videantur. Eleganter ſanè à ſepulchri ſqualore, & tenebris, ad tenebras quieti & ſomno dicatas tranſitum facit, cum venuſta quadam rerum colluſione. niſi forte tenebras ſepulchri, & ſqualidi, ſordidiq; lectuli ſordes, in quo iacet defunctus, opponat regali ſui cubiculi, & & lectuli ſplendori, & magnificentiæ. erant videlicet quondam lecti regum aurei, & argẽtei, & opulentiorum hominũ eburnei, aut preciosæ alterius materiæ. Vt ex illo Amos. 6. clarè conſtat, *Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris. Laſciuire*, ſuperfluentem luxuriẽ in materia & arte lectorum indicat.

Mortis & ſepulchri cum proprio domicilio comparatio.

Amos.6.4.

R.Dauid.

קוה

קו

At priorem partem ſic legit R. Dauid; *Si ædificauero, infernum domus mea.* nam cum verbo expectandi, *Kava*, affinitatem habet, *Kav*, quod eſt perpendiculum, aut funiculus vel regula ſtructoria, ſenſus igitur erit; Non me tangit rei alterius cura, quam meæ domus ædificandæ, & parandi mihi ſepulchri. ſenſus idem ferè cùm præcedenti, atq; ad rem noſtram valdè vtilis. Non. n. alicuius ædificij ius proprium comparandum eſſet mortalibus, quàm ius ſepulchri, quamuis in aliena, & locata domo viuerent. *Quid* enim *aduena, & peregrinus* Abraham aliud quærat in terra hac, *quàm ſpeluncam, in qua ſepeliat mortuum ſuum? Fide* (vt ait Paul.) *demoratus eſt* (Syriacè, aduena fuit) *in terra promiſsionis tãquam in aliena, in caſulis* (in tabernaculis, ſub pellibus, nõ in extructa domo) *habitando.* ergo ſi aliquid ædificauit, ſepulchrum fuit

Heb.11.9.

XIV. Putredini dixi: pater meus es: mater mea & ſoror mea vermibus.

3 Mortis appellationes honorificæ.

VT oſtendat mortem ſibi in votis eſſe, cũctis illã amicitiæ, & neceſſitudinis nominibus compellat; illis præſertim, quę pietatis cultum, & reuerentiam afferunt, qualia ſunt parentum, quos cariſſimos nobis natura dedit; vt ſignificet ſe non ſolum amare mortem, verum etiam venerari, & colere, & & velut rem ſacram exorare, & aduocare in ſuum patrocinium. Nihil verò dulcius peregrinanti homini, quàm poſt liminio reuerſum parentum complexu & ſinu excipi. ſed de hoc ſtatim. Cum verò priùs domum ſuam dixerit eſſe ſepulchrum, nunc autem *patris, matrisq;* meminerit, certè videtur ſe filium familias dicere, nondum paterna domo emãcipatũ, ſed addictum parẽtum imperio; non licere itaq; ſibi diu extra domum vagari, ſed cõmoratum parumper in vita, oportere propediem domum reuerti, atq; mortis imperio ſubiacere. Sed vniuerſam domus ſuæ, id eſt, ſepulchri familiam eleganter deſcribit.

4 Putredinis filius, quid.

Putredini. Niſi *ſororis* & *matris* meminiſſet, dicerem hac loquendi formula, qua ſe *putredinis* filium nominat, nihil aliud ſignificari, quàm quod dici ſolet, ſe eſſe *filium mortis*, id eſt certiſſimę morti addictũ. ſed cum non ſolum *patrem*, ſed *matrem* atq; *ſororem* nominet, blandũ aliqd ſignificare videtur. quod etiam Origenes indicauit, ſic explicans, *Vt pueri cõſolatores parentes habent, ſic ego mortem, & putredinẽ.* de quib. verò *putredine ac vermibus* loquatur, non conſtat, an de illis, qui ex cadauere creabuntur; an verò de ijs, quibus ſcatet viuens adhuc? certè Gloſſa ad noſtræ generationis initium reſpexiſſe videtur. Aut ad vitiatam naturam, & morti ac corruptioni obnoxiam. ex putri enim materia, & obſcæno ſpermate ſumpſimus initium; atque ex mortali & corruptibili parente. illud igitur generationis noſtræ inſtrumentum commodè videtur ſignificari poſſe *patris* nomine, atq; *matris* etiam cùm ſit *vermium* materia. Sed durior, longiuſq; petita videtur hæc interpretatio. Lenius, & propinquius, quod Olymp. *matrem* interpretatur, corporis tabẽ atq; putredinem, qua manabat totus, & quæ, veluti parẽs, illum reddebat ſepulchro aptum, ſicut pater filium in lucem generat; *Putredo* (inquit) *quam in me ipſo cerno, non vitæ, ſed mortis certiſsima initium eſt.* hæc cùm mihi pro vita ſit, *patrẽ* appello *putredinẽ*, corruptionem, tabem, *matrem* verò vermes. ſicut vero partus nõ editi in ſordib. ſunt, & fecib. vteri, ſic ſanè ſordidum & fæculentũ continent me iſti vermes, quibus plenus ſum, & enituntur ingẽti vi, atq; doloribus, quos in me efficiunt, vt me dedant ſepulchro, & edãt in meliorem vitam. eundem ſenſum ferè ſequutus Philippus, rationem aliam ſimilitudinis excogitauit, *Tam longo* (inquit) *Tempore cõputreſco, vt ipſam putredinem, & ſanioſos vermes, parẽtes appellem: & quemadmodum exiſtere ſine parẽtibus, nemo poteſt, ita neq; ego, ſine putredine & vermibus, qui ita in me ſunt, quaſi ex eis ipſe ſubſiſterem.* Alij, quos Lyranus, & frequenter Latini, ideo *putredinẽ* & *vermes* futuri cadaueris patrem aut matrẽ appellari exiſtimant, quòd ſicut pueri cùm parẽtibus, ita cadauer cum vermibus propinquitatem habeant. ſed in hac conſideratione potiùs *putredinem* & *vermes*, filios, qui ex cadauere generẽtur, q̃ parentes nominare debuiſſent.

Origenes.

Quos vermes intelligat.

Gloſſa.

Olymp.

Philipp.

Nicolaus.

5 Illud tamen videtur leniſsimum atq; optimum,

Vniuerſa ſepulchri familia.

mum, vt domus ſuæ, id eſt, ſepulchri familiam recenſeat, & non tam ſuos vermes, aut ſuam putredinem commemoret, quam putredini & vermibus, communem quãdam perſonam tribuat, quæ in ſepulchro, nunquam non habitare, & eo confugientes mortuos, excipere ſolẽt, velut parentes, Iobi igitur ſententia hæc erit, Licet viuus ſim, non eſt tamen cur me putredo, & vermes, quaſi ignotum hominem, & nihil cum mortuis habentem, non agnoſcant, neq; recipere velint, nã *putredini dixi*, propriè, appello *patrem*, & *vermes* blande compello, *matrẽ*. agnoſcent illi proculdubio me tanquã filium mortis, potius quam vitæ, omnino deformatum, & vix tenuiſſima vitę veſtigia habentem. certè pueros dolentes, & flentes conſolãtur parentes; vtinam ergo parẽtum vice mors ac vermes me complectantur, abſtergant lachrymas, & ſomnum conciliaturi, hanc mihi cantillenam occinant; *Non erit luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quæ prima abierunt.* Neque vero ſolùm illos appello parentes, ſed etiam, cum clamore aduoco. id enim etiam ſignificat aliquando verbum, *Kara.* quaſi dicat, paternam opem inclamans, inuoco, & putredinem ac vermes, mortemq; ipſam adeſſe mihi in tantis cruciatibus opto. Tũ etiam idem verbum, occurrere alicui ſignificat, nam occurrentẽ ſolemus vel ſalutatione, vel interrogatiõe aliqua proprio nomine compellare. ſic igitur ait Iob; iã iam aduẽtantem video ſepulchri putredinem, ac vermes; propero in illorum occurſum, atq; illos pie & blande ſaluto, prope iam accedentes, blandè compello patrẽ, & matrem. *Putredo* autẽ perditionem etiam, interitum, ſepulchrũ aut foueam, & quidquid ad mortem pertinet, vt corruptionẽ, debilitatem, maciẽ, ſignificat, atq; ſi premere velis etiam vocem originalẽ, huiuſmodi etiam interitũ importat, qui quaſi per dolos & fraudem fit; quare ſumitur pro *deceptione*, Daniel. 2. v. 9. & pro *laqueo*, vel *pedica* Ier. 5. v. 26. & pro *Fouea*, quæ peccatori per inſidias, & inopinato paratur. Pſ. 9. v. 13. Poſſet igitur hæc eſſe huius loci ſententia, Foueã, id eſt, quemcumq; interitum; etiã per inſidias, & inopinato mihi paratum, lętus exciperẽ, & parẽtum vice haberem. Neq; omnino ab hoc loco aliena eſt illa allegoria, quam de terræ vtero, quo concipimur edendi & regenerãdi in alteram vitã, ſuperius indicauimus; vt ex hac etiã ratiõe ſolatium ſibi comparare velit; Quantũvis (inquit) moriar, ſed patrem & matrem nanciſcar, qui me iterum elaborabunt, vt rediuiuus edar in meliorem vitam.

Dicere, quid propriè.

Apoc. 21. 4.

קרא

Putredo quid.

שחה

Vid. c. 2.

6 Sororis appellatio amoris eſt.

2. Reg. 13. 5.

Et ſoror mea. Pertinere hoc loco *Sororis* nomẽ ad amoris ſignificationem, non dubito, nã ſolent ſorores indulgentiores eſſe, & beneuolẽtiùs adeſſe, & aſſidere fratri ægrotanti, vt ex illo 2. Reg. 13. colligi poteſt; *Veniat, oro, Thamar, ſoror mea, & faciat pulmentum, vt comedam de manu eius.* Ergo Iob & dolens, *ſororẽ*, aduocat, *vermes* nimirum, non vt comedat, ſed vt ab illis comedatur, & arrodatur. Fortè tamen *ſororis* nomẽ, hoc loco ſignificat vxorem amantiſsimam; nã in Canticis, Sponſa *ſororis* nomen habet, quod proculdubio amantiũ eſt; ſimiliterq; Sapientiæ 7. quaſi vxoria quædam cõpellatio, & dilectio eſt. *Dic ſapientiæ, ſoror mea es, & prudentiam voca amicam tuam, vt cuſtodiat te, à muliere extranea.* q; quidem idem eſt, cum illo Sap. 8 *Hanc amaui, & exquiſiui eam a iuuentute mea, & quæſiui ſponſam mihi eam aſſumere.* ſic etiam Phedra væſano amore correpta. Hyppol. ait;

Sororis nomen.

Prou. 7. 4.

Sap. 8. 2.

Senec. in Hyppol. act. 2.

Me vel ſororẽ Hippolyte, vel famulam voca. Vtrũque enim nomen vxorum erat, famulæ enim, vel ancillæ dicebantur, qui ſecundariæ vxores erant, vt in vxoribus Iacob. & Abraham clarè conſtat. ſic etiam videas Aſſuerũ Eſther. 15. his verbis blandientem deficienti vxori. *Quid habes, Eſther? Ego ſum frater tuus, noli metuere.* Fratris autẽ & ſororis appellationem, nunquam pro vero marito, aut caſta vxore, ſed pro concubino, & impuro ſcorto ſumi apud prophanos ſcriptores Iuſtus Lipſius contendit oſtendere li. 3. variarum lectionum. c. 1. Ego non aſſentiar eã appellationem, ſi impura eſſet, tam crebrò vſurpatam in ſacris. Prima poſt Adamũ coniugia inter fratres extiterunt, inter patriarchas poſtea cognatos, qui fratres etiam vocabantur. hinc forte puræ nuptiæ ſororiæ dici potuerũt. Igitur rectè in hunc locum conueniet, vt parentes, tum etiam vxor, intelligantur; nam hi ſolent virum redeuntem lætiſſimè excipere, vxor præſertim, quę lectum parari iubet molliſſimum; qualem hoſpiti & peregrino, ipſi nimirũ Vlyſſi, ſterni præcipiebat Penelope;

Iuſtus Lipſius

Vxorum miniſteria.

Hæc iuſſit famulas molles ſubſternere lectos.

Homerus. Odyſſ. 20.

Deinde vero aduenturis procis vniuerſa domus parari iubetur.

Vos agite, O Nymphæ, celeres properate Laertis
Hinc ornare domus, facere & purgare palati.
Excelſos thalamos, altaq; aſpergite lymphas,
Atque tronis nitidas properate inferre tapetas.
Purpureas.

Etiam verò vxores miniſteria alia obibant & maritos lauabant apud Thraces. vt ait in Politicis Hercalides; atq; de eadem re Donatus intelligendum vult illum Ennij verſiculum;

Donat. in Hecyr.

Exin Tarquinium bona fœmina lauit, & vnxit. Atque eò videtur reſpexiſſe Abigail 1. Reg. 25. cũ ait ad Dauid; *Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei:* quaſi diceret, indignã ſe eſſe, non ſolum, quæ regi, ſed quæ aulico alicui viro, & nobili nubat. Tum etiã vxor parat cibos, *ficut velle* maritũ *n ai*, Gen. 27. Ergo à ſorore, id eſt, ab vxore, cum ſumma indulgentia & amoris ſignificatione paratis omnibus quæ ad requiẽ, ſpectare poſſunt, Iob excipi ſe poſtulat, videlicet à morte & ſepulchri vermibus.

Teren. act. 1. ſce. 2.

2. Reg. 52. 14.

Gen. 27. 51.

XV. Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea, & patientiam meam quis conſiderat?

1. *Afflicti hominis ſolatium. Patientia quid. Iuſtorũ ſpes concepta erigit hominem afflictum. Iuſtorum ſpes in morte, è contra impiorum in vita.*
2. *Deſcendere quid propriè. Repetitio eiuſdem rei ad amplificationem.*
3. *Varia lectio. Illuſtratur Vulgata. Quæ dicantur inferni radices. explicatur Moyſes.*
4. *Mortis votum. Philippi expoſitio non probata.*

NOTATIO RERVM INSIGNIORVM, quæ in commentarijs fuſiùs explicantur.

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

QVis iam non videat me in mortem incitatiſsimo curſu contendere, cùm me videat ita exili tenuiq; inſpirare ſpiritu, fore q́. vt breui deficiam? Præterquam enim, quòd commotiori, & perturbatiori animo ſim fractis & atteritis viribus, & ſpiritibus illis, qui animæ & vitæ inſtrumentum ſunt, languentibus iam, ac propè extinctis, certè vix reſpirare ſine ingenti totius corporis niſu, pectoriſq; & pulmonum dolore valeo. Accidit quòd velut ſuſpirioſus aſthmaticus, difficilem illum, tenuem, & anheloſum reſpirationis ſibilum vix traho, neq; mirum, breuiſsimum concedi homini vitę ſpatium, qui tam breui, & anguſto ſpiritu viuere cogatur. Succidor itaq; ex trunco vitæ miſer ego. Nihil igitur mihi reliquum eſt, quàm vt de mea morte & ſepulturæ ratione cogitem, iam enim morior; iam me exſpectat ſepulchrum, exſpecto etiam illud, & quidem nulla mea culpa, ſed magno tamen cruciatu, tanti boni poſſeſsio differtur. quin etiam exſpectatione ipſa deludor.

a De varia ex Hebræo lectione, ex qua indicatur, quæ nā ſit propria quædam deceptio & illuſio diuitum, quæ ſibi ipſis blandiuntur, ad mores, & ſcripturarum intelligentiam annotatur. v. 2. nu. 1. 2. 3. 4.

Sed ſi ad vitam me conuerto, dolere etiam cogar, quòd innocẽs, heu moriar; & amariſsimas mihi lachrimas excutit, nō vllo ſcelere puncta conſcientia, ſed falſi criminis obiectio, & immeriti ſupplicij acerbitas. Neq; me quidem tāta contentione tuerer, niſi tam indignè ab aduerſarijs accuſarer; qui dum me ad criminis cōfeſſionem adducere conantur, illudere mihi volunt, planeq; perſuadere, me improbè vixiſſe, fieriq́; non poſſe, vt innocens aliquādo puniatur. Sed a illuſores illi ſunt, planeq; mendaces, & calumniatores; neque enim ego inſtar diuitum aliorum, plenam illuſionibus, mendacibuſq; perſuaſionibus atq; promiſſis vitam egi; promittūt enim ſibi fortunæ ſtabilitatem, & rerum caducarum conſtantiam & firmitatem, quibus mundus iſte, & vaniſsima rerum externarū facies imponit, at nunquam iſtæ illuſiones me dementarunt. Cum igitur veritatem atq; pietatem nunquam non coluerim, peccatorum tamen cum ingenti ſupplicio reus agor. propterea que his amarioribrs amicorum meorum ſermonibus irritatus, & ſtimulatus animo, dies ac noctes inſomnes duco, peruigilq; pernocto vſq; ad lucem, atque in mearum contumeliarum cogitatione, & ſenſu defixis quaſi luminibus hæreo. manāt interim illa amariſsimis lachrymis; nam cogor in faciem iactatas contumelias, & probra accipere, & aſsiduum atq; perpetuum eſſe meorum malorum ſpectatorem. quamuis ego pro mea pietatis cura, dolens licèt, precandi ſtudium nunquam intermittam, ſed lachrymis manātes oculos in Deum optimum intendam, hocq́ue remedio & munimento aduerſus hoſtium calumnias me confirmem.

b De Vade, & Fidei iuſſore, tū etiam de Hypeaſpiſta, & Protectoris officio, & de protectione & aſſiſtentia à dextris, plura accuratè obſeruantur. verſ. 3. nu. 2. 3. 4. 5. 6.

Sed, o Deus optimè, liberum me reddito ab ijs moleſtiſsimis aduerſariorum impugnationibus, acerbiſsimiſq́; cruciatibus, atque huius incolumitatis, quam precor, pignus, atq; vadem mihi conſtitue. Neque b verò aliud vadimonium poſtulo, quàm vt tecum ſim, tuoq; iudicio æquiſſimo ſiſtar; te enim habeo meæ vitæ fideiuſſorem, atq; innocentiæ defenſorem. tuæ itaq; beneuolentiæ, non obſcuram mihi ſignificationem præbebis, ſi te adeſſe mihi cognoſcā. Interim mihi nunc hoc fidei tuę vadimonio obſtricto ex hoc calamitatum carcere exire, & reſpirare tantiſper liceat, atq; prope te conſidere; Nullibi enim tuta, niſi apud te fides. In tuam igitur fidem me recipe. Tunc nullum aduerſariorum impetum pertimeſcam, ſi ex æquo & iure coram te iudice de mea innocentia, & vniuerſa controuerſia diſceptemus. Sed quis erit, qui mihi præſtita fide, dataq́; dextera, polliceri audeat, fore vt potentiſsimus Deus in ſuum me patrocinium recipiat? ſed quid ego? iā iam diuini numinis bonitate, atq, meę conſcientiæ teſtimonio erectus audeo ſanè & prouocare aduerſarios, & intrepidè manus cùm hoſtibus conſerere, nam quid timeat, pro quo Deus pugnat, & cuius ſatellitem clypeatum, & lateronem ille agit, à dextris conſiſtens, & clypeo protegens, omnemq́ue aduerſariorum vim, ictuſq́; repellens.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

1 Spiritus meus attenuabitur,

Dies mei breuiabuntur,

& ſolū mihi ſupereſt ſepulchrum.

2 Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus,

3 Libera me:

& pone me iuxta te:

& cuiuſuis manus pugnet contra me.

4 Cor eorum longè feciſti à diſciplina:

5 Prædam pollicetur ſocijs.

& oculi filiorum eius deficient.

6 Poſuit me quaſi in prouerbium Vulgi:

& exemplum ſum coram eis.

Fiet igitur, vt diuina æquitate mihi patrocinante, eos qui mecū diſceptant facilè vincere, & reuincire poſsim: longè enim à vera ſapientia, ſynceroque rerum diuinarum iudicio illi abſunt, qui quòd ærumnoſus ſim, me lacerant, & inſectantur, ijs enim tuæ (o Deus) ſapientiæ arcana minime pateferiſti, quæ mihi paruulo & abiectiſsimo, pro tua bonitate reuelaſti. Nam inter tuæ prouidentiæ primas, ſupremasque rationes ponendum eſt, quòd innocentem flagellis, & ærumnis afficias. at huius ſæculi ſapientes tum ſcelera ex ærumnis, tum ſanctitatem ex bonorum affluentia metiuntur. & cùm obtuſiſsimi ſunt, & mentis oculos quaſi velamine quodam ignorantiæ craſſiſsimos opertos habeant, occultas hominum mentes, exploratas atque apertas ſibi eſſe gloriantur. Ideò qui tam apertè deſipiant, ſi mecum re & ratione diſceptare velint, non magnam laudem ex diſputatione referent, imò potiùs pudorem & ignominiam, cùm inferiores euaſuri ſint. Quamuis illi compoſita, & ad perſuadendum bene comparata ratione vtantur, & alter alteri orationis & diſputationis partem, & vicem tradat, atque interdum c blanda, & ad decipiendum appoſita verba mihi dare conentur, & in illa cogitatione hæreant, quomodo Deo videantur patrocinari. quaſi ille mortalium adulationibus capi, aut delectari poſſet. Sed vt rem meam agam, & ad meæ innocentiæ defenſionē redeam, rapinam illi mihi obijciunt; meque ſolitum meis liberis, famulis, atque aſſectatoribus prædæ, quam vi auferremus ab imbecillioribus, partem polliceri, atque illos omnes bonorum ſpe, blandè & amicè ad rapiendum, & deprædandum cohortari. Scilicet ego raptor: Alij profectò, non ego, præda inuigilant, & bona temporalia, quæ frequēter cum rapina, & iniquitate coniuncta ſunt, conſectantur, & lactant ſuos aſſeclas, atque ſpe lucri ad iniquitatem alliciunt, quò multò magis impunè, quò plures fuerint, graſſari illis liceat. At cum impius princeps, duxque prædonum ſupplicio inſigni fuerit à Deo affectus, cæteros, minoris certæ notæ homines illius nequitiæ imitatores, ſuo exemplo ad reſipiſcendum erudiet. tum enim impius, tum illius liberi & familiares omnes, atque vniuerſa illorum poſteritas redigentur ad extremam inopiam, & qui ad prædandum occulatiſsimi erant, iam tunc petent, cogentque ſtipem, & opem implorabunt, defixis oculis in alios, ſed fruſtrà tamen; nam nemo illis aderit nulliuſque oculos, miſericordiamvé allicient. Sed heu, me miſerum, qui nunc huiuſmodi habear, quaſi propter meam impietatem diuino ſupplicio affectus ſim, ſic ſum omnibus ludibrio propoſitus, pro ſcopo, quem maledictis & probris contigant, d & cum quo miſerrimos quoſque, & extremo ſupplicio affectos improbos componant: nulluſque hominum conuentus ſit, in quo Iobi ſupplicia cū deteſtatione & maledictus nō vſurpētur, Sed in ſpem adducor fore vt hoc prouerbium vertat Deus in bonum, & Iobi patientia atque incolumitas prouerbio locum, ad omnem poſteritatis memoriam, datura ſit. Interim nunc mei accuſatores me viuum inferno adiudicare pergant, & me ſtatuant pro exemplo horrendi ſupplicij, quod reliquis mortalibus terrori, & admirationi ſit; interdum etiam me habeant irriſioni, & contemptui, vt de mea calamitate lætandi atque gaudendi materiam præbeam omnibus, qui ad meorum ſuſpiriorum & gemituum ſonitum, tanquam ad lyram & timpanum cantent, & tripudient. quo quid acerbius dolenti, & ægro animo?

7 Caligauit ab indignatione oculus meus,

& membra mea, quaſi in nihilum, redacta ſunt.

Sic ſanè mærore & ægritudine contabeſco, & intimis viſceribus diſcrucior, neq; non oculis ipſis propter cordis tenebras, vimque ingentem lachrymarum penè jam exſtincto lumine, deficio. Membra verò ipſa, atque corporis partes deformatas habeo, vt immutata jam figura, & totius corporis habitus euanuiſſe totus videar; & non tam Iobum, quam vmbratilem Iobi quandam imaginem dicat, qui me viderit.

8 Stupebunt iuſti ſuper hoc.

Verum enim vero tantam cladem vniuerſis mortalibus, e juſtis prætertim, incredibilem ſtuporem afferre oportet, qui non temerè, neque inhumaniter de meis rebus, meaq; vita ſtatuere velint, ſed vt homines decet, blande atque humaniter, hi nimirum referent meas res in admirandam, & nunquam ſatis ab homine

compre-

c De ſignificatione partiū, partiendi, diſpertiendi in ſacro ſermone, & vt hac ad ſermonis ſuauitatem, & celeritatem referri debeat, peculiaris quædam ad ſcripturarum intelligentiam. v. 5. nu. 2. 3.

d De Exempli & Prouerbij ſignificatione, accuratè diſſeritur. v. 6. n. 3. 4. 5. 6.

e Vt de iuſtorum ærumnis non eodem modo iuſti, & impij iudicent; Vt iuſti admirationem concipiant, præſertim ante Chriſtum paſſum, obſeruatur. v. 8. n. 1. 2.

comprehenſam Dei prouidentiam, qui ſic cum iuſtis agat, vt præmij ampliſsimi loco, cruciatus, & calamitates iuſtis tribuat, ſed impij, & iniqui rerum æſtimatores, admirationem omnem abijciunt, & ſapere ſe putant, dum externas ærumnas in certa aliqua & occulta ſcelera reijciunt. Ex quo profectò neceſſe eſt iuſtos afflictos, aut iuſtitiæ afflictæ minimè contemptores, neque calumniatores, commoueri vehementiùs aduerſus hypocritas. hoc enim nomine illos appello, qui falſa fælicitatis ſpecie, & externo ſplendore internam animi ſanctitatem, & morum candorem ementiri, probareque conantur, res profectò indigna, quam æquis oculis, aut pacato animo nemo videat. Hinc nimirum meæ querelæ, & lamentationes concitatiores. Sed iam, o Deus æquiſsime, erigantur ſancti, qui nunc in humili iacent, & ſuo imperio coerceat improbos, atque ſanæ doctrinæ ſubijciant.

f Vt iuſti in ipſis ærumnis conſtantiores, & firmiores reddantur, & propius Deo inhæreant. v.9. num.1.2.

Interim tamen nemo veræ pietatis cultor impiorum, fælicitati & viuendi inſtituto inuidere debet; aut ita dolere animo propter ſuas ærumnas vt in pietate & relligione vacillet; *f* imò potiùs ex ſua calamitate firmior, & conſtantior euadere debet, & pietati, cui ſemel aſſueuit, pertinacius adhærere. atque ſemel cœptam ſanctitatis ſemitam inſiſtere audaciùs, nam eum, qui ardenter Deum amet, nihil poterit à charitate dimouere, fixit enim firmiter gradum in ſtatione ſua; & non ſolùm non nutat; ſed ſuo exemplo & ſuſtinentia nutantes omnes, atque afflictos confirmare potens eſt, nam manuum, operumque mundities, & puritas, non ſolum vires non debilitat in medijs ærumnis, verùm ita corroborat hominis animum, vt aduerſus aduerſa omnia audentior ire, & ingentibus difficultatibus occurrere velit.

Hæc cùm ita ſint, vt melius & æquius de meis ærumnis ſtatuere velitis, vos, ô amici, admonitos volo; ſapientis enim eſt conſilium atque ſententiam, cum res & ratio exigit, mutare. Neque verò his dictis vobis viam ad diſputationem præcludo. non enim cum hæc à me ſyncerè dicantur, iniquè à vobis accipi velim, videmini enim iam ſtomachari & diſceſſum parare. Redite igitur lubentes, & æqui ad inſtaurandam diſputationem; & redintegratis ſanè iunctiſque viribus vna vos omnes in me concurrere licet; cum enim neque veritas, neque ſapientia exquiſitæ pro vobis ſint, certamen detrectare minimè debeo. Sed heu, corripiunt me dolores acerbiſſimi, alioque mentem, & ſermonem auertunt. Iam profectò, iam conſtitutum mihi vitæ ſpatium emenſus ſum; atq. omnis fælicitatis ſpes ad extremum recidit, vnde erigi non poſsit. Varijs agor mentis commotionibus; & moleſtiſsimæ vigiliæ, quas & morbus, & ægritudo mihi afferunt, non patiuntur in vnica me cogitatione placidè conſiſtere. Mortis heu, vis, cum ingenti animi ſenſu vitæ omnes rationes, atque conſilia, quæ intimo cordi inſidebant, per ſummam violentiam conuulſit, & extraxit: & illud, quod ſolum mihi proprium ac peculiare videbatur, videlicèt cordis cogitationes, doloris vis à me extorquet, ac velut in ſtuporē cõuertit.

Mærenti itaq. mihi lux ipſa obſcura eſt; cum vigilias agere præ dolore cogar, lucem auidus exſpecto. ſed non minùs acerbè doleo appetente die, quam in nocturno ſilentio. Sic incredibilium ærumnarum cumulus vniuerſæ meæ fælicitatis diei, & ſplendori tenebras teterrimas offundit, atque lucis etiam viuram mihi adimit; ideoque homini, quem totum occuparunt tenebræ, ſerò lux aliqua tandem oborietur: moribundus enim quid iam ſplendoris atque lætitiæ ſperare poſsit? ſed illa tamen me ſpes ſuſtentat, quòd opportunè mortis & incredibilium ærumnarum tenebræ præcedēt alterius beatæ vitæ lucem clariſsimam; quæ enim in hac vita fulgent, vmbræ potiùs ac tenebris ſimillima ſunt.

Nihil igitur ex hac vita magnum aut præclarum exſpecto, pter vnicum ſepulchrum, vbi mihi quietam ſedem fata pollicentur. illa me domus, quaſi ex longa & moleſtiſsima peregrinatione defatigatum excipiet, quod eſt mortalium omnium domicilium; & opportuno ad quieſcendum lecto decumbam, videlicet in medijs tenebris ad ſomnum pacatiſsimum conciliandum ſtrato. ſcilicet is mihi erit pro regali & magnificentiſsimo lecto.

& innocens contra
hypocritam ſuſcitabitur.

9
& tenebit iuſtus viā
ſuam:

& mundis manibus
addet fortitudinem.

10
Igitur omnes vos cõ
uertimini, & venite:

Et non inueniam in
vobis vllũ ſapientē.

11
Dies mei tranſierũt.
Cogitationes meæ
diſſipatæ ſunt, torquentes
cor meum.

12
Noctem verterunt
in diem:
& rurſus poſt tenebras
ſpero lucem.

13
Si ſuſtinuero, infernus
domus mea eſt,
& in tenebris ſtraui
lectulum meum.

14
Putredini dixi,pater
meus es:
mater mea ,
& ſoror mea vermi-
bus.

Nam tam ardenter mortem exopto, vt cunctis amicitiæ & neceſsitudinis nominibus compellare illam non dubitem. parentis enim loco habebo, quam colam & amem, adeoq; illam velut rem ſacram in meam opem exoro, & inuoco. & quidem cùm me illa excipiet,perinde mihi grata exiſtet,atque cùm quis ex longa peregrinatione poſtliminio reuerſus, parentum complexu & ſinu accipitur.Quis enim ignoret mortales omnes mortis filios eſſe,mortis imperio addictos, quibus non liceat diu extra mortis domum, & limina vagari? Verùm enim verò homo, qui ex putri materia ſuæ generationis initium ſumpſit, atque aſsiduæ corruptioni obnoxius eſt,qui propter fœdiſsimum, & ſordidiſsimum morbũ tabe,ſanie,ac vermibus ſcatet,& tandem in putredinem, & vermes poſt mortem abiturus eſt, non eſt cur hæc omnia non appellet parentes,quorum cum ſepulchrum propria domus ſit,eò me confugientem agnoſcent illi proculdubio,mortis potiùs, quàm vitæ filium,planè iam deformatum, & vix tenuiſsima vitæ veſtigia præferentem. lachrymabundum igitur dolentemque filium cóſolabuntur atque demulcebunt iſti mei indulgentiſsimi parentes. Video iam illos, mortemq; ipſam aduentantem, vt me excipiant;occurram lætus,& amanter illos complectar, blandisque matris & patris nominibus mihi atque illis blandiar,& congratulabor.Neque deerunt etiam mihi *h* ſororiæ delitiæ; vermes enim,vermiumque ſordes ſorores habeo, quæ ægrotanti mihi cibos ſuauiſsimos parent,dum meum cadauer ab illis corroditur, & exeditur. Et, vt voluptatis, atque lætitiæ nihil deſit,ſaniem ipſam; & tabem dulciſsimæ ſponſę,quam etiam ſororis nomine ad ardentiſsimi amoris ſignificationem, compellem,habiturum me profiteor.

15
Vbi eſt ergo nunc
præſtolatio mea,&
patientiam meam.
quis conſiderat ?

16
In profundiſſimum
infernum deſcen-
dent omnia mea.

Putáſne , ſaltem ibi
erit requies mihi?

Quorſum igitur,O ãmice Eliphaz, aut vbi nam moribundum hominẽ ſpes ſuas collocare iubes?an in hac ipſa mortali vita, quæ nulla iam mihi reliqua eſt? Quòd ſi quidquã boni ego ſperare auderem,quis obſecro erit,qui aut ſibi aut mihi polliceri audeat,fore aliquando,vt boni alicuius expectatione minimè fruſtrer? aut quis nam teſtis eſſe poterit futuræ alicuius meæ felicitatis? Interim vos,O amici,moneo,vt non tam in vita caduca,quam in morte certiſsima ſpes veſtras collocare velitis. Nec verò putetis illud mihi eſſe in optatis,vt his rebus deſperatis, quæ apud nos ſunt, in inferorum regione fortunis locupleter;ſcio enim hominem,cùm interierit,nihil ex ſuis bonis ſecum exportaturum.

Illud tandem,mihi ſatis perſuaſum eſt, actum eſſe iam de meis rebus omnibus. terramque iam iam hiſcere atque geſtire, vt me degluriat;nam quæ ad me pertinent vniuerſa, in altiſsimum baratrum detrudet,atque in extremos,reconditiſsimosq; inferni ſinus & cauitates abdet;eò tãdem concident robur,vireſq; omnes, præteritæque ſpes,ac cogitationes,vnde emergere ad meliorem fortunam nunquam poſsint.Sed cùm ibi tandem iis malis,quæ patior, grauiſsimis,liber futurus ſim, hæc tandiu exoptata quies deſideranti, & dolenti vnquam ne homini continget?

g *Vt hæc nomina ſignificent, aliquid carum,& amicum, & qua ratione ſimilitudo peti,& conſtitui debeat inter mortem & parentes,fusè explicatur. verſ.14. num.4.5.*

h *De ſororis appellatione, & vt ad ſponſam referatur, tum apud ſacros,tum apud prophanos, ad amoris ſignificationẽ. v.14. n.6.*

SEd hoc iam mihi loco paululum ſuſtinere liceat, ne & liber iuſti voluminis menſuram, & labor noſtrarùm virium modulos excedat. Cùm enim in nobis cætera tenuia & imbecilla ſunt: tum ante omnia tenuis ac præimportuna valetudo. cuius ex perturbatione cùm reſpirare, & emergere liceat, alteram huius operis partem, quam ferè abſolutam habemus, multis ſanè rebus neque inutilibus, neque iniucundis refertam, emittendam curabimus. Interim laboris noſtri partem, qualiſcumque ſit, ita ab omnibus ſuſcipi velim, vt ſi quid in ea aut pulchrum, aut vtile eluceat, totum id patri luminum acceptum referant: ignoſcant, ſi quid minùs ſit politum, aut limatum: multa enim huiuſmodi non defutura, vel etiam nullo indicante, ſat video. Neque verò in tanta varietate, obſcuritateque rerum, ſemel & iterum peccaſſe mirum eſt. Certè tamen neque voluntati diligentia, neque ſtudium labori defuit: adeſtq; nobis ſemper illa, in qua nunquam non voluntate fuimus, vt & læti veriora, melioraque doceri, & ad rectam (ſicubi deflexerimus) viam à quouis adduci non ingrati velimus.

F I N I S.

* *Pagina. 469. Cap. XIII. verſ. 24. num. 3. in fine paginæ poſt illa verba* (quam te iam) *hæc ſequentia, caſu omiſſa fuerunt, quæ ſupple.*

Clem. Rom. lib. 2. conſt. cap. 52. D. Baſil. in ep. Theod. & Iuſtin. Cod. Capite damnatis obuelabatur caput. *Heſter 7. 8.*

* in occulto extremam capitis ſententiam contra me ſcrib... re? huc facere poteſt illa quorumdam iudicum antiqua conſuetudo, cuius meminit Clemens Romanus lib. 2. conſtit. Apoſt. & Diuus Baſil. epiſt. 79. fit etiam aliquando mentio in Theodoſij & Iuſtiniani codice, cum enim capitis ſententiam laturi erant, obducebant cortinam, & interiecto velo ſe continebant; abſconditi ergo mortis reos damnabant. opportunè tunc ſi quis innocens damnaretur, dicere ad iudicem æquiſſimum poſſet, *Cur faciem tuam abſcondis?* Adde etiam quod capite damnatis, ne iudicem, Regemve videre poſſent obuelabatur facies, & caput, vt Heſter. 7. ſcribitur; *Operuerunt faciem Aman.* Perinde igitur (ait Iob) ac ſi iam operto ſim capite, & obuelata facie, meum iudicem, meumq; Regem videre mihi non licèt, *abſcondit* enim ille *faciem* ſuam a me. ſcio benigniſſimum iudicem, ſi me ille incredibiliter affectum laborantemque aſpiceret, non amplificaturum ſupplicia, ſed temperaturum atque mitigaturum. ſed heu me ſupra mortales omnes miſerrimum, quem ille aſpectu non dignatur.

Et arbitraris me inimicum tuum? Tum hanc, tum precedentem partem retuliſſe Polychronius videtur

4 ad illum timorem quem de ſuo hoſte cócipere aliquis ſolèt, à quo ſibi timet & cauet, & à quo ſe abſcondit. Polychron. ſententia hæc eſt, *Quomodo potes in animum inducere, vt me à ſolio nihil diſtantem hoſtem tibi eſſe ſuſpicere? quaſi vero ab homine perinfirmo vllus tibi metus poſſit impendere.* id quod etiam indicauit Chryſoſt. cum per ironiam ſententiam hanc reddit; *Scilicet meam, quam ignoras contemptam atq; humilem naturæ conditionem, reformidas, cùm ſolum ſim; &c.* id quod etiam lectio Septuag. indicat verſiculo ſequenti; *Numquid quaſi folium, quod mouetur à vento, vereberis?* & fauere poteſt verbum *arbitrandi*, quod eſt, *Chaſab*, exiſtimare, reputare, & ſicut apud Latinos, ita etiam in ſacro ſermone ſignificat in pretio habere. ſicut Gen. 15. *Reputatum eſt ei ad iuſtitiam.* & Gen. 13. *Nonne ſicut alienos reputauit nos.* id eſt, non pluris facit nos, quàm ſi exteræ, & peregrinæ eſſemus. ait itaque; *me arbitraris inimicum.* me æſtimas, quem cauere & cæt.

Polychron. *Chryſoſt.* *LXX.* Verbũ arbitrandi quid proprіè. חשב *Gen. 14. 16.* *Gen. 31. 1.*

HVIVS OPERIS INDICES SEPTEM.

I. Simplicium vocum Hebraicarum, atque Græcarum, quarum vis & proprietas ad Scripturarum intelligentiam diligentiùs examinatur: indicata primùm Vulgati interpretis verſione, deinde etiam varia aut ipſius Vulgati, aut aliorum interpretum lectione.

II. Simplicium dictionum Latinarum, quæ frequenter occurrunt in ſacro ſermone, quarum vſus & ſignificatio accuratè traditur.

III. Peculiarium quorundam Hebraiſmorum, Phraſium, & quarundam etiam Scripturæ intelligendæ regularum, quæ tum in hoc opere, tum in alijs libris obſeruantur, & explanantur.

IV. Quæſtionum, quæ tum ad aliarum rerum, quæ inter interpretandum occurrunt, tum ad huius libri intelligentiam, proponuntur, & explicentur.

V. Aliorum Scripturæ locorum, qui in hoc opere, explicantur, aut illuſtrantur: & interdum vbi peculiaris difficultas, vel vtilitas exigit, cùm breui notatione interpretationis.

VI. Earum rerum, quæ pro concione vſui eſſe poſſunt ad ſingula euangelia totius anni.

VII. Rerum & verborum generalis & alphabeticus.



COLONIAE AGRIPPINAE,

ANNO IVBILEO

M. D C.

INDEX VOCVM HAEBRAICARVM, QVAE IN HOC OPERE explicantur.

In quo minutioribus characteribus primùm indicatur verſio Vulgata, qua Latinus Interpres in hoc libro vtitur; deinde verò vel ipſius Vulgati aliis in locis, vel aliorum interpretum varia lectio.

A

אב אבו אביב AB, Pater. Ibbo virgultum. lignum virens. Abib, Mēſis novorum, Aprilis. c. 8. v. 12. n. 1.

אבד Abád, *Perire*, deſtrui, perdi. ca. 8 v. 13. n. 2.

אבה Abāh, Egere, deſiderare. cap. 5. v. 15. nu. 2. & cap. 9 verſ. 26. nu. 2.

אבה Ebéh, *Poma portans*, deſideriū, voluntas, cap. 9. verſ. 26. nu. 2.

אדוני צדק Adoni-tſedec, Dominus meus juſtitiæ c. 1. v. 1. nu. 17.

אדמה אדם Adamà, Terra rubra, argilla. Adam, homo, Rubeus, argilloſus ca. 10. v. 11. n. 5. & cap. 14. verſ. 1. n. 2.

אזן Ozen, *Statera*, auris. c. 6. v. 1. nu. 4. *Auris*, c. 12. verſ. 12. n 4.

אויל Evil, *Stultus*, inſipiens, impatiens, ca. 5. verſ. 2. num. 3. & v. 3. nu. 1.

אולם Vlam, *Quamobrem*, verumtamen, certè. c. 5. v. 8. nu. 2. *Nimirum*, eja age, quæſo. c. 12. v. 7. n. 2. *Sed tamē*, propterea, ſane, c. 13. v. 3. nu. [illegible]

און Áven, *Dolor*, ca 5. verſ. 6. nu. 2. *Iniquitas*. concupiſcentia. c. 11. verſ. 11. num. 3. & verſ. 14. nu 1.

אופל Óphel, *Tenebræ*, cap. 10. verſ. 22. nu. 15.

אות Avath. *Supplantare*, pervertere, detorquere à recto cap. 8. v. 3. n. 1.

אזל Azal, *Recedere*, abire, perire, deficere. c. 14. v. 11. nu. 2.

אחו Ahhu, *Loca paluſtria*, palus, viriditas, c. 8. v. 11. n. 3.

אחז Áhhaz, *Tenere*, firmiter apprehendere, inhærere ca. 17. v. 9. nu. 1.

איב Ájáb, Inimicari, inimicitias exercere. c. 9. v. 26. n. 1.

איוב Iob, cap. 1. v. 1. nu 33. Dolens, aut gemens, n. 46.

איש Is, *Vir*, homo. cap. 1. verſ. 1. [illegible]

איתן Ethán, *Saxoſum*, ſalebroſum, aſperum. cap. 5 verſ. 20. nu. 1. *Optimates*, robuſtus, fortis. c. 12. v. 19. n. 4.

אך Ach, forſitan, cap. 1. verſ. 1. num. 73.

אל El, *Deus*, fortis. ca 4. verſ. 1. nu. 2. & cap. 8. verſ. 3. num. 1. Iudex cap. 13. verſ. 3. num. 2.

אלוה Elóah, *Deus*, judex. cap. 5. verſ. 17. num. 3. & cap. 11. v. 7. num. 1.

אללי Allai, *Væ*, cap. 10. v. 15. nu. 6.

אלח Aláhh, *Inutile*, putridum, fœtere cap. 12. verſ. 12. nu. 7. & cap. 15. v. 16 n. 3.

אם Im, particula conditionalis. c. 14. verſ. 14 nu. 1.

אמיר Amir. Ramus, arbor. c. 14. verſ. 7. nu 3.

אמן Ámán, Fidelem eſſe, nutritiū, cap 1. verſ 1. nu. 76 & cap 4. verſ. 18. n. 3. *Veracem* eſſe, & cōſtantem in dictis, & promiſsis. cap 9. verſ. 9. num. 2. Immutabile cap. 15. verſ. 15. nu. 3.

אמנם Amnam, *Ergo*, verè, profectò, c. 12. v. 2. n. 2.

אמץ Amáts, *Fortis*, Ruffus, cap 9 v. 4. n. 3. *Robuſtus*, ſuperior, prævalens. v. 19. nu. 1. *Roborare*, obdurare, obfirmare. ca. 16. v. 6. n. 1.

אמר Amár, *Loqui*, dicere. cap. 3. verſ. 2. n. 1. & ca. 4. verſ. 1. num. 1. & ca. 9 verſ. 22. num 3. & cap. 11. verſ. 20 nu. 1. Præcipere. c. 9. v 7 n. 1.

אנא Aná, *Ergo*, obſecro, eja, ergo. c. 5. verſ. 1. n. 3.

אנש אנוש Anás, *Deſperatum eſſe*, deſperatè ægrotare. Enós, *Homo*, miſerrimus; deploratus æger, cap. 7. verſ. 1. num. 11. & verſ. 16. num. 7. & ca. 9 verſ. 2. num. 3. & cap. 10.

verſ.4. nu. 7. & cap. 14. verſ. 19.n.6.

אַף Aph, *Et dignum ducit*, etiam, adhuc, quantò magis, quantò minus, c. 14. v 3. nu. 2.

אפיס אפס Aphic, Impetus, aqua fluẽs rapidè. Aphac, cum impetu & rapiditate decurrere. cap 6. verſ. 15. nu. 2.

אפר Epher *Sterquilinium*, cinis pulvis, ca 2. in enumerat. morb. Sect 11. nu 2.

ארג Ereg. Tela, radius textoris, liciatorium texentium ca. 7. v 6 n. 1.

ארח Aráhh, Terere, calcare, *Via*, quæ teritur, & calcatur. c 8. v. 13 n. 2.

ארנה Arjehh, *Leo*, ca. 4. verſ. 10 nu. 3.

ארך אפים Erec apájim, *Longanimus*, patiẽs longus, latuſque naribus. c. 10. v. 8. n. 18.

אַרֵךְ Arác, *Patienter agere*, prolongare, in longum differre. ca. 6. v. 11. n. 3.

ארץ Erets. *Terra*, ca 14. verſ. 8 nu. 1.

אִשָּׁה Iſſa *Mulier*, Virago. c. 4. verſ 1. nu. 2.

אשרי Aſrè, *Beatus*, Beatitudines, bene, divitiæ, c. 5. v. 17 n. 1.

אתה Athan, Fortiter & pertinaciter reſiſtere. c 12. v. 19 nu. 4.

ב

בגד Bagád, *Preterire*, prævaricari, contemnere. cap. 6. verſ. 15. nu. 2.

ברא בד Bada, Facere aliquid ſeorſum, mẽtiri, machinari. Bad, *Solus* Ramus, Magiſtratus, qui per ſe aliquid fingit, aut molitur. ca. 11. v. 3. num. 2. *Profundiſsimum*, vectes, fulcra, noviſsima, cap. 17. verſ. 15.

בדד nu. 3. Badad, ſolitarius. ibidem.

בהמות Behemóth, *Iumenta*, beſtiæ, feræ, pecora campi. ca. 12. v. 7. nu 2.

בוז Buz, *Contemnere*, rei viliſsimæ, & inutili detrahere, cap. 12. verſ. 5. n. 2.

בור Bor, *Mundum*, purum, lucidũ, c 9 v. 30. n. 6.

בחן Bahhán, Dijudicare, probare, explorare, cap 12. verſ. 12. num. 4.

בחר Bahhár. *Loqui*, eligere, dicere ſelectis verbis. ca 9. v. 14 n 2. *Imitari*, ſumere, & eligere ad imitandum. cap. 15. verſ. 15. nu. 2.

בטן Beten, *Stomachus*, venter, ca. 15. v. 2. n. 3.

בין Bin, *Conſiderare*, diſcernere, ca. 11. v. 11 n. 4.

בית Beth *Telæ* araneæ domus. cap. 8. v 14. n 4.

בלג Balag, *Torquere*, Cõfortari, roborari, ca. 9. verſ 27. num. 4. *Plangere*, refrigerari, cap. 10. verſ. 20 n 7.

בלה Baláh, *Conſumere*, veteraſcere, ſeneſcere, cap. 13. v. 28 num. 2. *Atterere*, vetuſtate conſumi, c. 14. v. 11. n. 4.

בליל Belíl, *Præſepe*, pabulum, migma, c 6. v 5. n. 5.

בלע Balágh, *Affligere*, præcipitare, deglutire, perdere, c. 2. verſ. 3. nu. 8.

בעבור Baghabúr, *Pro*, propter, cap. 2. v. 1. n. 3.

בעד Beghád, Pro, ſubter, propter. c. 2. v 4 n. 3.

בעת Bagháth, *Terrere*, exagitare ca. 9. v. 34. nu. 5. *Turbare*, obſtupefacere, cap. 13. verſ. 11. num. 5.

בצע Baſagh, *Succidere*, avarè calumniari, implere opus, cap. 6. verſ 8 num 4.

בקש Bices, *Quærere*, diligenter inquirere. c 10. v. 6. n. 1.

ג

גאה Gaáh, *Vrere*, elevari, creſcere, c. 8. v. 11 n. 3. *Superbire*, ſuperbia, augeri. ca. 10. v. 16. nu 1.

גאל Gaál, *Obſcurare*, polluere, jure, aut pretio redimere, cap 3. verſ. 5. num. 1.

גב Gab, *Cervices*, corpus, dorſum, c. 13. v. 12. n. 6.

גבור Gibbor, *Gigas*. c. 16. v. 15. num. 3.

גבר Gaber, *Homo*, ca. 3. verſ. 3. nu. 7. *Fortis*, prævalens, ca. 12. verſ. 13. nu. 9. *Roborari*, c. 15. verſ. 25. nu 2.

גדול Gadôl, *Magnus*, dives, ſapiens, honoratus. c. 1. v. 3. num 17. 18. 19.

גדיש Gadis, *Acervus tritici*, frugũ cumulus, fruges, c. 5. v. 26. n. 4.

גומה גמה Gômeh, *Scirpus*, Iuncus bibẽs, exſorbens. Gamá, Bibere, exſorbere. c 8 v. 11. n. 2.

גור Gur, *Leunculus*, cap. 4. verſ. 10. nu. 3.

גיש Gus, *Sordes*, Gleba. c. 7. v. 5. n. 2.

Gal,

גל Gal, *Acervus*, Fons, puteus, irriguũ, hortus.c.8.v.17.n.3.

גלל Galal, involvi, revolvi, cõfundi.c.8.v.17.n.3.

גן Gan, *Ortus*, hortus, paradyſus.c.8.v.16.n.1.

גנן Ganàn, *Reſpondere*, expoſtulare c.9.v.14.n.2.3.

גנה Ganàh, *Exaudire*, reſpondere, adeſſe.c.15.v.4.nu.4.

גפן Gephen, *Vinea*, vitis, c.15.verſ. 33.nu.1.

גרע Garag. *Ferre*, auferre prohibere, diminuere. cap. 15. v. 4. nu.7.

ד

דום Dom, ſilere. Dumáh, ſilentiũ,
דומה ſepulchrum ca.3.v.13.nu.2. & cap.4.verſ.16.n.4.

דור Dur, *Generatio*, ætas, duratio, tempus.c.8.v.8.n.2.

דהה Dahhah, *Recedere*, impellere, expellere, evertere.c.6.ver. 12.nu.3.

דכא Dacá, *Conteri*, humiliari, cap.5. verſ.4 n.2.

דל Dal, *Egenus*, attenuatus, exhauſtus, c.5.v.16.n.1.

דרך Darác. *Gradi*, calcare, conculcare, cap. 9. v.8.nu.3.& cap. 1.v 7.nu.4.

דרש Darás, *Requirere*, quærere, interrogare, efflagitare.c.3.v. 4.num.3.4.5. *Deprecari*, c.5. verſ.8 n.1.& ca 11.verſ. 19. nu.3. *Scrutari*. ca. 10. verſ.6. nu 2.

ה

הבל Habál, evaneſcere; vanum eſ-
הבל ſe aut fore Hebel, Abel, Nihil, vanum, vanitas, ca.7.v. 16 nu.4.

הוה Havàh, *Calamitas*, Dolor, contritio, afflictio, infortuniũ, c.6 v.3.nu.3. *Iniquitas*, videlicet digna ſupplicio, & calamitate.c.6.v.3 n 6.

הנה Hineh, *Ecce*, ca.5 verſ.17.nu.1.

הלל Halál, Gloriari, attollere vocem, inlanire.cap 4. verſ 18. nu. 4. Stupere, *Stupor*, ca. 12. verſ.17.n 5.

הלך Halác, *Perambulare*, egredi, incedere, tranſire.cap. 1. v. 7. nu.4.

הפך Haphác, *Subvertere*, obruere.c. 12.v.15.nu.3.

הרה Haráh, Concipere, gravidare. c.3.v.3.n.7.

השה Haçac, *Parcere*, Ceſſare, prohibere, cap.16.v.6.n.2.

התל Hathal, Peccare, illudere, decipere. cap. 17. v.2.nu. 1. Ha-
התלים thulim, illuſio, illuſor, cap. 17.v.2.n.4.

ז

זכה Zacàh, *Fulgere*, mundare, purificare c 9.verſ.30.n.6. *Apparere*, declarari, juſtificari, ca. 15.v. 14.nu.1.

זכן Zacàn, *Mundum*, ſyncerum, ſine labe, & vitio, ca 8.verſ. 6. nu.3.

זכך Zacac, *Mundum*, lucidum, diaphanum.c.15. verſ. 16.nu.3.

זער Zaghàc, *Breviari*, amputare, præcidere, c.17. v.1.nu.3.

זרח Zaràh, *Oriri*, manè videlicet. c.9.v.7.n.1.

ח

חבל Hhabàl, *Attenuare*, diſsipare, demoliri, computreſcere. obligare, parturire, c.17.v. 1.nu.2.

חבר Hhabâr, *Conſolari*, adjungere, accumulare, cap. 16.verſ.5. nu.2.

חבש Hhabàs, *Mederi*, faſciare, alligare, circumligare vulnera. c. 5.v.18.n.1.

חגר Hhagàr, Cingere, accingere.c. 12.verſ.18.n.2.

חדל Hhadál, *Parcere*, ceſſare, c.7.v. 16.n.2. *Quieſcere*, ca.14.verſ. 6 n.2. *Finire*, deſinere, c. 10. nu.5.

חדש Hhadás, *Inſtaurare*, conquirere, conducere, c.10.verſ.17. nu.1.

חוה Hhaváh, Eva.ca.2 verſ.9.nu.3.

חול Hhul, *Dolere*, eniti, & parturire cum dolore.cap.6.v.1. nu. 2. *Superbire*, commoveri. ca. 15.v.20.n.1.

חוץ Hhuts, *Universa*, Plateæ, foras. c.5.v.10.n.3.

חזה Hhazáh, *Videre*, diſcere, accipere c.15.v.17.n.1.

חוה Hhazàhh, *Oſtendere*, annuntiare, declarare.c.15.v. 17.n.1.

חזק Hhazaç, *Confortare*, invaleſcere, cap. 4.v.nu. 2. *Violentum* eſſe, fortem, prævalentem, conſtringentem, ca.5.v.15. nu.4. *Capere*, fortiter apprehendere, ſuffulcire, robora re.c.8.v.nu.5.& v.20. nu.2. *Retinere*, ca.1. v.3.n.1.

חטא Hháta, *Peccare*, errare, declinare à recto, & lege. cap. 1. v. 5. n. 21 & c. 8. verſ. 4. nu. 1. & c. 13. verſ. 23. n. 2.

חיה Hhajáh, *Vivere*, vivens, animans, animal, c. 5. v. 22. nu. 3. ſerpens, beſtia, cap. 2. verſ. 9. nu. 3.

חיל Hhajil, *Fortis*, ſapiens, aliqua animi, aut corporis virtute valens c. 12. v. 12. n. 9.

חיים Hhájim, *Vita*, vita, cap. 10, ver. 12. n. 2.

חכה Hhacáh, *Exſpectare*, inhiare, hamus, c. 3. verſ. 22. n. 2.

חלא Hhalà, contemptibile eſſe, Rubigo, ſpuma ollæ, c. 15. verſ. 26.

חלב Hhalab, *Pingue* eſſe, craſſum, altum c. 15. v. 26. n. 6.

חלד Hhèled, *Veſpera*, ſubſtantia, vita, c. 11. v. 17. n. 1.

חלה Hhaláh, *Deprecari*, opem ſuppliciter implorare, ca. 11. v. 19. n. 5.

חלם Hhalám, incraſſari, denſari. חלמות ſomniare. Hhalamoth, Craſſum, Denſum, ſaliva, albumẽ ovi, *quod affert mortem*, ca. 6. v. 5. n. 8.

חלף Hhálaph, *Pertranſire*, recedere, abire, ca. 9. verſ. 26. nu. 1. *Pœna*, contritio, ſuccisio, perforatio, c. 10. verſ. 17. nu. 1. & מחלף Mahhalaph, Gladius perforans, ibidem. *Subvertere*, ſuccidere. cap. 11. verſ. 10. nu. 6. *Vireſcere*, inſtaurari, cap. 14. verſ. 7. n. 5. *Immutari*, tranſire, v. 6.

חלף Hheleph, *Pro*, c. 2. ver. 4 n. 5.

חלס Hhalác, Prædari, *Præda*, partiri, diſpertiri, dividere, c. 17. v. 5. nu. 1.

חלש Hhalàs, *Nudari*, vulnerari, excidi, infirmari, cap. 14. verſ. 10. nu. 5.

חמם Hhamam, *Indignari*, incaleſcere, fervere, æſtuare. c. 6. ver. 4. nu. 4.

חמס Hhamàç, *Inique agere*, contemnere. cap. 18. verſ. 18 n. 1. *Lædere*, diſsipari, rapere ca. 1. v. 33. n. 2.

חמר Hhemàr, Bitumen, cęmẽtum, lutum, c. 4. v. 19. n. 2.

חמר Hhamàr, Rubeſcere, Hhemer, vinum rubeum, ca. 6. ver. 4. num. 6. *Intumeſcere*, conturbari. cap. 16. verſ. 17. num. 1.

חנן Hhanàn, *Deprecari*, Gratuitò, & ex miſericordia petere, cap. 8. v. 5. nu. 2. & cap. 9. ver. 15. nu. 3.

חנף Hhanèph, *Hypocrita*, pollutus, contaminatus, alieno colore infectus, acceptor perſonarum, c. 8. v. 13. n. 4. & cap. 13. v. 16. nu. 1.

חפר Hhaphar, *Fodere*, explorare, contemplari. cap. 11. verſ. 18. num 2.

חפץ Hhapháts. *velle*, eligere, amare præ aliis, cap. 11. v. 15. num. 1. *Accipere*, cap. 13. v. 3. nu. 3.

חפש Hhaphás, *Nudare*, mutare habitum. c 14. v. 10. n. 5.

חקה HhaKáh, *Conſiderare*, exarare, exprimere imaginem, מחקקים Mecacim, Impreſſores librorũ cap. 13. v. 27. n. 5.

חקה Hhucáh, lex vitæ imago. ibidem. *Termini*, ſtatuta, præcepta. c. 14. v. 5. n. 2.

חקר Hhacar, *Celare non poſſe*, quęrere, inveſtigare. capit. 13. v. 9. nu. 1.

חרם Hharam, *Deſtruere*, delere, diſſipare, c. 12. v. 14. n. 1.

חרץ Hharáts, *Breve* eſſe, acuere, definire, præſcindere, ca. 14. v. 1. n. 1.

חרש Hharás, *Operari*, arare, cap. 4. v. 8. num. 2. *Tacere*, cap. 6. v 24. nu. 5.

חרש Hheres, *Teſta*, tegula, coctus later. cap. 2. in enumerat. morb. ſect. 17. n. 3.

חשב Hhaſáb, *Cominare*, cogitare, excogitare, cap. 6. v. 26. n. 4. *Arbitrari*, æſtimare, cap 13. v. 24. n. 4.

חשך Hhaçác, *Parcere*, continere, detinere, prohibere, cap. 7. v. 11. n 1.

התל Hhathàl, *Decipere*, illudere. ca. 13. v. 9. n. 4.

חתף Hhathaph. *Interrogare*, rapere, abducere, cap. 9. v. 12. n. 1.

ט

טבל Tabal, *Tingere*, demergere, volutare, cap. 9. v. 31. n. 1.

טוב Tob. *Bonum*, utile, jucundum, cap. 10. v. 3. n. 3.

טהור Táhor, *Mundum*, candidum, integrum. c. 14. v. 4. n. 3.

טמא Tame, *Immundum*, ſordidum, conta-

contaminatum,cap.14.v.4.
nu.3.

טעם Thagàm, *Doctrina*, Guſtare, cognoſcere,experiri,ſapor guſtus,c.12.v.20.n.2.

טפל Taphál. *Fabricari*, cõponere, concinnare,cap.13.v.4.n.1. *Curare*,adjungere, applicare,c.14.v.17.n.3.

טרף Taràph,*Colligere furorem*,capere,diſcerpere,cap.16.v.10. nu.4.

י

יאל Iaſl, *Incipere*, velle, cap.6.v.8. nu.2.

יאש Iaás,*Proferre verba*, deſperare. c.6.v.26.n.5.

יבב Iabab,ululare c.1.v.1.n.46.

יגד Iagád, *Polliceri*,annuntiare, ca. 17.v.5.n.2.

יגר Iagàr,*Oſtendere*,docere,explicare,cap.11.v.6.n.1. Vereri, timere,contremiſcere.c.9.v. 28.n.2.

יד Iad,manus.c.1.v.3.n.4.

ידע Iadágh, *Scire*, intelligere, experiri.c.8.v.9.n 2.

יובב Iobáb,c.1.v.1.n.33.

יחל Iahhál,*Suſtinere*, exſpectare, c. 6.v.11.n.2.*Sperare*,lõganimiter ſuſtinere.c.13.v.15.n.2.

יין Iajin,*Vinum*,cap.1.v.13.n.3.

יכח Iacahh,*Corripere*, ſeverius reprehẽdere, & inſtituere, c. 5.v.17.n.2.Arguere.ca.9.v. 32.nu.2. *Corripere*, erudire, diſputare,c.13.v.6.n.1, *Arguere*,reprehendere.c.15.v. 13.nu.6.

ילד Ialad,*Naſci*,parere,c.3.v.3.n.7. *Natus*,genitus,conceptus.c. 4.v.1.n.3 *Gignere*, Parturire c.14.v.14.n.5.*Naſci*,formari,condi.c.15.v.7 n.1.

ילך Ialác,*Recedere*,abire,cap.16. v. 7.nu.3.

ימים Iamim,dextra,dextrum. ca.1. v.1.nu.28.

ינק Ianák,*Pullulare*,nutrire,lactare c.14.v.7.n.5.*Ramus*, ſugens. lactans,c.15.v.30. n.1.

יסר Iaçár, *Baltheus*, Conſtringere, diſciplina,c.12.v.18.n.1.

יעד Iaghád.*Cõvenire*,videlicet inito fœdere, & certo loco, & tempore,cap.2.v.11. nu.3. *Teſtificari*,ſtatuere fœdus,cõdicere tempus, & locum,c. 9.v.19.n.3.*Tempus ſtatutum*, c.12.v.5.n.2.*Congregatio*, amici,familia,opes,cap.15.v. 34.n.1. *Artus*, membrorum congregatio,c.16.v.8.n.3.

יגע Iaghát, *Opus*, operari cum labore,& laſsitudine.c.10.v. 3.num.8.

יועץ Iagáts, *Conſul*, Conſiliarius, Iudex,Magiſtratus,ca.3.v. 14.n.2.& cap.5.v.13.n.8.*Conſilium*,Concilium,c.10.v.3. n.11.*Conſiliari*, Conſilium inire.c.12.v.17.n 3.

יפע Iapház,*Adiuvare*,Illuſtrare,inclareſcere.c.10.v.3 n 9.

יצא Iatſá,*Egredi*,naſci.cap.14.v.2. nu.3.

יצע Iatſágh,*Laborare*,vexare, deficere.c.9.v.29.n.2.

יצורי Iatſuré, *Membra*, formationes,figmenta,c.17.v.7. n.2.

יצר Iatſár, *Formare*, fingere ex luto.c.10.v.9.n.4 & 6.

ירד Iarád, *Deſcendere*, devolvi ad conditionem,& ſtatum infimum,c.17.v.16.n.2.

ירה Iarahh,*Docere*, fæcundare auditoris animum pluvia doctrinæ,c.6.v.24.n.1.

ירח Iareáhh,Luna,c.1.v.6.n.3.

ירש Iarás, *Conſumere*, poſsidere, hæreditare,c.13.v.27. nu.6. *Cogitatio*,poſſeſsio,ca.17.v. 11.n.4.

יש Ies, eſſe, ſubſiſtere,cap.5.verſ. 12.n.5.

ישע Ieſágh *Soſpitas*,ſalus, ca.1.v.11. n.1.*Salvator*,ca.13.verſ.16. n.1.

ישר Iaſár, *Rectum* eſſe, jucundum. c.1.v.1.n.57.*Optimum* ca.10. v.3.nu.5. *Iuſtus*,ca.17.verſ. 8.num.1.

יושר Ióſer, *Veritas*, Rectitudo, planities,ibidem.

ישיש Iáſes,Prudentia,intelligentia, ſolers cognitio,ca.12.v.12. num.8.

יתר Iathar,ſupereſſe,reliquum eſſe,ſuperare,excellere, ca.4. verſ.21.n.2.

כ

כאב Caáb,*Vulnerare*,dolore afficere,dolere facere,cap.5.ver. 18.n.1.*Dolor*,cruciatus, cap. 16.v.7.n.3.

כבד Cabád,*Multiplex* eſſe,abũdãs, copioſum, graue,ca.8. verſ. 2.nu.

…2.nu.1.*Nobile*, honorari.c.12.v.22.n.3.

כדר כידר Cadir, vel, Cidor, Prælium, globus, ſpæra.ca.15. verſ.24. num.3.

כחד Cahád, *Delere*, Tollere, ſuccidere.c.4.v.7.n.2.

כהן Cahan, Miniſtrare in ſacris, *Sacerdos*, c.12.verſ.19.nu.1. Decoratum eſſe.n.3.

כון Cun, *Firmare*, confirmare, perficere, ca.11.v.13.n.4. *Paratum* eſſe, parare, c.12.ver.5. nu.4. *Præparare*, formare, fingere, c.15.v.35.n.4.

כוסת Cóçer, *Botrus*, labruſca, cap.15. v.33.n.2.

כחד Cahhád, *Contradicere*, negare, abſcondere, c 6.verſ 10. n.4. *Falſiloquus*, mendacium, macies, mentiri, immutare, cap. 16.verſ.9 n.2.

כי Ci, *Vere*, etenim, juſtè, quidem, ca.5. verſ.2.nu.1. *Quia*, ut, ca. 7.verſ.17.n.1.

כלה Caláh, *Cõſumere*, abſumere, diſperdere, finire, cap.7. verſ.5. n.3.& cap.9.verſ.22.n.3. Deſiderare, *Lumbi*, renes, cócupiſcentia, ca.16.verſ.14.n.2.

כלה Caláhh, *abundantia*, vita, ſenecta, cap.5.v.46.n.1.

כימה Cimàh, *Hyades*, plauſtrum, Vergiliæ, ſucculæ.cap.9. verſ.9. nu.4.

כסם Calam, *Confutare*, pudefacere. confundere.cap. 11. verſ. 13. num.4.

כמה Cammah, *Quanta*, quot, cap.13. verſ.23.nu.2.

כמר Camar, Incendere, incaleſcere, *Amaritudo*.c.3.v.5.n.3.

כסה Caçah, *Operire*, celare, diſsimulare.c.16.verſ.19.n.4.

כסל Caçal, *Vacordia*, ſtultitia.ca. 8.v. 14.n.2.& c.9.verſ.9.n.3. כסל Ceſil, *Orion*, Arcturus, ibidem. *Latera*, vertebra.c.15.ver.27. num.4.

כסף Caçáph, *Porrigere dexteram*, cócupiſcere, deſiderare. ca. 14. verſ.15.nu.5.

כעס Caghaç, *Indignari*, Iraſci, provocare, provocari ad iram, & indignationem.ca.5.v.2.n.5.

כפף Caphaph, Curvari, ingraveſcere, *Ramus*, vola.c.15. verſ. 32. כף nu.4. Caph, Palma manus.c. 37.verſ.3.nu.4.

כפירים Cephirim. *Catuli Leonum*, Leones.c.4.verſ.10.n.3.

כשדים Caſdím, *Equites*, Chaldæi.ca.1. verſ.17.n.1.2.

כתת Cathàt, *Succidere*, hoſtiliter deſtruere.c.4.verſ.20.n.8.

ל

לוא Lo, *Non*, ei.c.13.verſ.15.nu.1.

לאה Laàh, *Opprimere*.c.16.verſ.8.n.1. &, *Opprimere*, cum faſtidio & laſsitudine.c.16.verſ.8.nu.1.

לבא Labi, *Catulus Leonis*, Leo. cap.4. verſ.10.n.13.

להבת Lahèbeth, *Flamma*, ventus, ignis c.15.verſ.30.nu.1.

לו Lu, ei, non.c.13.verſ.15.num.1.

לוה Lavah, adhærere.c.3.v. 8. nu 4.

לויתן Liviathan, *Leviathan*, copulatio eorum, luctus ſuus.c.3.ver. 8.nu.4.

לון Lun, *Morari*, pernoctare, pervigilare.cap.17.verſ.1.nu.5.

לוע Luagh, *Dolore impleri*, abſorbere, devorare, corrumpere.c. 6.v.3.num.8.

לוץ Luts, *Verboſum* eſſe, illudere, deridere, *Verboſus*, illuſor. c. 16.verſ.21.nu.1.

ליש Laís, *Tygris*.Leo.cap.4.verſ. 10. nu.3.

לכד Lacàd, *Apprehendere*, capere.

לעג Laghag, *Ridere*, ſubſannare.cap. 9.verſ.23.num.5. *Irridere*.cap. 11.v.3.n.4.

לפד Laphid, *Lampas*, pruna, carbo, accenſus. c. 12. verſ.5.n.1. coruſcatio, lux, ibidem.

לקח Lakàhh, Doctrina, accipere, acceptum, donum.ca.11.verſ. 4.num.1. *Elevare*, capere. ca. 15.verſ.12.n.1.

לתע Latház *Conterere*, avellere, eradicare.cap.4.verſ.10.n.7.

מ

מאס Maáç, *Reprobare*, abiicere, faſtidire, repellere, cap.5.verſ.17. nu.4. *Contrahi*, diſſolvi. ca.7. verſ.5.nu.4. *Deſperare*.cap. 7. verſ.16.n.1. *Opprimere*.c. 10. verſ.3.n.7.

מאזנים Moznáiim, *Statera*, bilances, aures, c.6. v.3. n.4.

מדד Madád, *Expectare*, Metiri. Midda, *Menſura*, c.7. verſ.4.nu.2. & Statura.c.11.verſ.9.n.4.

מדורה Meduràh, *Nutrimenta*, ſtrues, ſeries, lignorum.ca.10. ver. 22.nu.21.

Medo-

מדורה Medoráh, *Viſcera*, ſel, Vaſculũ fellis.cap.16.verſ.14.num.3.

מהר Mahàr, *Diſſipare*, diſturbare, accelerare, feſtinare.cap.5.verſ. 13.nu.10.

מול Mol, *Concorrere*, præcidere.cap. 14.verſ.2.nu.3.

מועד Moghèd, Tempus, ſolennitas, teſtamentum.c.3. verſ.4.n 5.

מופת Mophèth, *Exemplum*, prodigiũ, portentum.c.17.verſ.6.n.4.

מות Muth, Mori, mortalis, *Homo*.c. 11.verſ. 3.n.2.

מזיח Meziahh, *Oppreſſio*, cingulum, fortitudo. cap. 12.v.24.nu.5.

מחץ Mahháts, Percutere, contundere, ictu & percuſsione, cõquaſſare.cap.5.verſ. 18.nu.5.

מים Majim, *Aqua*, turbo, procella.c. 11.v.16.nu.3.

מישור Miſor, Directio, planities. cap. 1.verſ.1.nu.57.

מעט Maghat, Ad *Paucitatem* redigere, & ad anguſtias, imminuere.cap.10.verſ.26.nu.4.

מלא Malè, *Implere*, perficere. cap. 15. verſ.32.n.1.

מלכיצדק Melci-tſedeK, *Melchiſedech*, Rex meus juſtitiæ.c.1.verſ.1.n 17

מנה Manàh, *Numerare*, in ſummam redigere. cap.7.verſ.3.nu.3.

מנע Manàgh, *prohibere*, divertere.c. 15 verſ.11.n.3.

מסס Maçàç, *Tollere*, liquefacere, diſſolvere.c.6.verſ.14.n.1.

מכת Maçàth, *Pœna*, quod elevatur, elevatio.cap.9.verſ.23.n.3.

מקנה MiKnèh, *Poſſeſſio*, Pecora, armenta, peculium. cap. 1.verſ.3. nu.1.2.

מעד Maghàg, Nutare, vacillare. cap. 12.verſ.5.nu 2.

מעל Maghàl, Prævaricari, cap.4.v.8. nu.4.

מעלת Maghelàh, Caſta, rotundum, cap.5.verſ.24.n.4.

מרה Maràh irritare, exacerbare, cap. 17.verſ.2.nu.5.

מרץ Maràts, *Detrahere*, roborare, fortificare, cap.6. verſ.25. nu.1. *Moleſtum eſſe*, confirmare, juvare, prodeſſe, cap.16.verſ.3. nu.2.

מרר Marar, *Amarum* eſſe, *amaritudo*, cap.3. verſ.5.nu.3.& cap.17. verſ.2.n.5.

משל Masàl *Proverbũ*, Dominari, poteſtatem habere, parabola, dignitas, cap.17.verſ.6.nu.1.

משפט Miſphat, *Iudicium*, recta & ordinaria cauſarũ cognitio, c. 8. verſ.3.n.1.contentio, lis, diſputatio, cap. 13. verſ. 6. n.2.

נ

נא Na, *Ergo*, obſecro, eia, age, cap.5. verſ.1.num.3.

נבוב Nabub, *Vanus*, Vacuus, concàvus, inflatus, cap.11.verſ.12. nu.1.

נבל Nabal, *Stultũ* eſſe, vita. humore ſapientia deſtitui.cap.2.verſ. 10.nu 3. *Defluere*, imminui.c. 14.verſ.19.nu.3.

נגע Nagagh, *Tangere*, lepra percutere, cap. 2. in enumeratione morb.lect 4.nu.1.

נגש Nagas, *Exigere*. Noges, *Exactor*, præpoſitus, vel præfectus operum, cap.3.verſ.18.nu.2.

נדב Nadas, *Princeps*, liberalis, gratuitò benefaciens, cap. 12.v. 21.num.3.

נדד Nadad, *Dolere, dolor*, commoveri, jactari, cap.7.verſ.4. nu 3. *Movere*, fugere, diſcedere feſtinanter, cap.15.verſ.23.n.3.

נוד Nud, *Viſitare*, venire, moveri ad conſolandum, conſolari, cã. 2.verſ.11.nu.4. *Movere*, miſereri.cap.16.verſ.5.nu.4.

נוה Navè, *Pulchritudo*, habitaculum, requies, ſpecioſa paſtorum, cap.5.verſ.3.n.6. *Species*, verſ. 24.num.3.

נכח Nócahh, *Pro*, coram, in conſpectu, è regione, c.2. v.4. n.3.

נחה Nahhah, *Reſtituere*, ducere, ducẽ itineris eſſe, c.12.verſ.23.n.3.

נחל Nahhal, *Vallis*, Hæreditare, cap. 6.verſ.15.num.3. *Habere*, cap. 7.verſ.3.n.2.

נחש Nahhas, *Serpẽs*, callidè, & curioſè inſidians, cap.1.v.14 n.1.

נטה Natah, *Tendere*, extendere, cap. 15.verſ.25.num.1.

נטע Natagh, Quod *primò plantatum* eſt, novella plantatio, germen, c 14.verſ.9.num.3.

נלה Nalah, Perficere, conſummare, *Radix*, conſummatio, cõplementum, cap.13.verſ.29. n.1.

נסה Naçah, *Incipere*, tentare, cap. 4. verſ.2.num.1.

נסע Naçag, *Auferri*, transferri, proficiſci, c.4.v.21.num.3.

נער Naghar, adoleſcere, *Adoleſcẽtia*, adoleſcens, excuſſus, ca. 15. verſ.26.num.9.

נפח Naphahh, Abominari, *Abominatio*, inſufflare, exſufflare, c.11.v.20.num.4.

נפל Naphal, cadere, Nèphel, *Abortivum*, deciduum, c.6.v.16.n.3. *Irruere*, cap.6.verſ.27.nu.1.& c.13.v.11.nu.6.

נפק Naphak, *Ignorare*, eructare.ca.12.v.25.n.2.

נצח Natſahh, *In perpetuum*, vincere, triumphare, ad finem perducere, cap.14.v.20.num.2.

נצר Natſar, *Cuſtodire*, ſervare diligenter, cuſtodem, & ſpeculatorem agere, cap.7.v.20.num.1.

נשא Naça, Tollere, extollere, elevare, numerare, c.7.v.12.n.2. *Suſcipere*, n.3. *Commovere*, c.13.v.10.n.3. *Lacerare*. c.13.v.14.n.3.

נקה Naçah, *Parcere*, mundificare, declarare, aut ſinere innocentem, c.9.v.28.n.3.

נשה Naſah, *Exigere*, oblivilci, differre.c.11.v.6.nu.3.

נשיאים Neſiim, *Nubes*, elevatæ, ca.13.v.11.n.4.

נשף Naſaph, *Inſidiari*, conterere, ca.9.v.17.n.1. *Calumniari*, obtinere, per violentiá, & fraudem, c.9.v.3.nu.1.

נשף Neſeph, *Tenebra*, nox, crepuſculum, matutinum, aut veſpertinum c.7.v.4.n.4.

נתך Nathac, *Mulgere*, ſtillare, fundere, conflare, rigare, cap.10.v.10.n.3.

נתן Nathan, *Dare*, conſtituere, pręficere principem, c.15.verſ.19.nu.4.

נתש Nathaç, *Diſsipare*, convellere, abrumpere, c.17.v.11.nu.3.

נתר Nathar, *Solvere*, diſſolvere, exilire facere, ca.6.verſ.8.nu.3.

ס

סבא Cebá, *Saba*, Aethiopiæ regio, filius Clius, c.1.ve.15.n 6.

סבל çabal, *Portare*, exportare, extra ejicere, ca.7.verſ.21.num.2.

סגר çagar, *Includere*, præcludi, cogi in anguſtias cap.12.verſ.14.nu.3.

סד çad, *Nervus*, Cippus, lignum, c.13.verſ.27.num.2.

סדרים Cedarim, *Ordo*, ordines, ca.10.verſ.22.num.18.

סוד çod, *Conſilium*, concilium, ſecretum, ca.15.v.8.nu.3.

סור çur, *Declinare*, abire, recedere. ca.12.v.20.n.6. *Commutare*, auferre, cap.12.verſ.20.nu.1.& verſ.24.nu.2.

סית Cith, *Commovere*, concitare, perſuadere, cap.3.v.23.nu.2.

סכך çacac, *Circundare*, tegere, abſcódere, c.3.v.23.num 2.

סלד çalad, *Affligere*, urere, incendere, c.6.v.10.nu.1.

סלה Celá, ſella, ſignum, quo cantores admonebantur.c.3.ver.2.in Conſideratione Lament.Sect.6.nu.4.

סלף çalaph, *Supplantare*, flectere, inflectere, c.12.v.20.nu.5.

סעף çaghaph, *Horror*, cogitatio, ramuſculus, cacumen. ca 4.v.13 nu.1.

ספר çaphar, *Dinumerare*, ſupputare, c.14.v.16.n.2.

ספיח Cephiahh, *Terra*, naſcétia terræ, Germen, c.14.v.19.n.5.

סרח çarahh, *Laſcivire*, delitiis affluere, c.1.v.4.n.10.

ע

עבד Ghabad, *Familia*, famulari ſervire, colere terram.ca.1.v.3.nu 13. Ghebed. *ſervus*, famulus, puer, c.7.verſ.2.n.2.

עבר Ghabar, *Avertere*, tranſire, pertranſire, tranſgredi, ca.10.v.4.nu.3. *Suggerere*, accidere, c.13.v.13.nu.1.

עד Ghad, *Donec*, uſque, ca.14.verſ.12.nu.3.

Ghed *Conſcius*, teſtis. teſtimonium c.16.v.20.num.2.

עדה Ghedàh, *Artus*, congregatio, conventus, c.16.v.8.nu.3.

עוץ Ghuts, *Hus*, c.1 v.1.nu 36.

עוה Ghavah, *Peccatum*, incurvatio, perverſio, ca.7.v.1.n.4. *Iniquitas*, ca 13.v 23.num.4.

עוד Ghavad, *Teſtificari*, diripere, prædari, c.10.v.17.num.2.

עול Ghaval. *Iniquum* eſſe, contra legem agere, cap.5.v.16.nu.2.

עולה Ghaveláh, *Iniuſtitia*, peccatum contra proximú corde primo conceptum, cap.11.v.14.nu.3.

עול Ghaval, lactare, ex corde & pectore, tanquam ex mamma venenum promere, ibidem.

עוף Ghuph, *Miſeria*, Laſsitudo, deliquium, c.10.verſ.22.num.13. *Conſumi*, tenebreſcere, illuſtrari, c.11.v.17.num.2.

Ghur,

עור Chur, *Suſcitare*, orbare, ſpoliare, c.3.v.8.n.4. *Suſcitari*, cõſurgere, commoveri. c. 17. verſ.8.n.3.

עוני Ghoni, *Miſeria*, humiliatio, oppreſsio, anguſtia, humilitas, c. 10. v 15.n.9.

עוה Ghavath, *Iniquitas*, peccatum. c. 1.v.6.nu.3.

עזב Ghazab, *Commutare*, relinquere, c. 9.v.27.n.2. *Dimittere*, c. 10.v.1 n.3.

עזר Ghazar, *Portare*, auxiliari, adjuvare, c.9.verſ.13.n.6.

עין Ghajan. *Non recte oculo aſpicere*, oculare, malo oculo obſervare, c. 10.v.4.nu.6.

עין Ghajin, *Facies*, oculi, fons, ca. 16.verſ.17.n.2.

עיר Ghir, *Pullus*, filius, cap. 11. ver. 12.nu.3.

עיר צדק Gir-tſédek, Civitas *Iuſti*, vel juſtitiæ, c.1.v.1.n.7.

על Ghál, *Coram*, ſuper, cap. 1.v.6. n.7. *Pro*, ſupra, ca. 2.ve.4.n. 3. *Adverſum*, ſuper. c. 10.v.1. nu.4.

עלה Ghalah, *Offerre*, ſacrificare, cap. 1.v.5.nu.13. *Aſcendere*, verſ. 6.nu.5. *Ingredi*, elevari, ca.5. verſ.26 nu.4.

על־מה Ghal-mah, *Cur*, ſuper quo, ca. 10.verſ.2.n.2.

עלל Ghalal, *Operire*, devaſtare, vindemiare, c.16. verſ.17.nu.2.

עלם Ghalam, *Tenere*, abſcondere, occultare, c.6.v.18. num 2.

עם Gham, *Homines*, populus, populares, c. 12.v.2.nu. 2.

עם Ghim, *Cum*, juxta, contra, adverſus, ca 9.v.2.nu.3. *Si*, an, quando, *ecce*, cap.17.verſ.2. nu.4.

עמד Ghamad, *ſtare*, *Columna*, ſtans. c.9.v.6 n.3.

עמים Ghammim, *Vulgus*, populi, cõventus hominum, ca. 17.v. 6.nu. 1.

עמל Ghamál, laborare, dolere.

עמלים Ghamelim laboratores, operarii. c.4.v. 8. nu.4.& c.5, v.6 nu.1 2. *Laborioſitas*, cum anxietate, & laſsitudine corporis, & animi. ca 7.v. 3.n.4.& cum *Miſeria*, ca. 11. verſ. 16.nu. 1.

ענה Ghanah, *Reſpondere*, cap.4.verſ. 1.nu. 1. & cap. 13.v.22.num. 1. *Audire*. cap.11.verſ 2.nu.4 & cap. 16.v.2.num. 2. *Contra dicere*, teſtificari, cap.16.ver. 9.n.3.

ענן Ghanan, *Caligo*, nubes, ca. 3. v. 5.nu.3.

עפר Ghaphar, *Terrenum*, limus. ca. 4.v. 19.nu.4. *Lutum*, cap. 10. verſ.9.n.4.&.8. *Pulvis*, c.14. verſ.8.n.1.

עץ Ghets, *Lignum*, arbor, cap.14. verſ.7.n.3.

עצב Ghatſab, *Opus*, operari cum dolore, & mærore cordis, c.9. v.28.nu.2. *Facere*, laborare, cap. 10.v.8.nu.3.

עצר Ghatſar, *Continere*, prohibere, ceſſare, c.12.v.15.n.1.

עקש Ghacas, Pravum comprobare, deprauare, perverſificare. c.9.verſ.20.n.4.

ערב Gharab, *Ponere*, ſuſcipere, vadimonium præſtare. ca. 17. ver.3.nu.2.

ערך Gharac, *Militare*, ordinare, diſponere, c.6.v.4. nu. 8. *Iudicare*, certo ordine, & ratione litigare, ca. 13.v.17.nu.3. ſtatuere, c.15.v.16.n.2.

ערם Gharam, *Malignari*, Involutũ, aſtutum eſſe, cap. 5. verſ. 12. nu.1. *Blaſphemare*. ca. 15.ver. 15.nu.3.

ערץ Gharats, *Robuſtus*, Terribilis, percutere terribiliter, ca. 6. v.23.n.2. *Oſtendere potentiam*, contringere, conterere, ca. 13.v.25.num.2.

עריץ Gharits, *Tyrannis*, Tyrannus, violentus, crudeliſsimus. cap. 15.v. 20.n.3.

עש Ghas, *Arcturus*, Congregatio ſtellarum, Vrſa, Plauſtrum, Pleiades, cap. 9. verſ. 9. num. 1. Ghus, congregare, ibidem.

עשב Gheseb, *Fœnũ*, herba mollior. c.5.v.25.nu 2.

עשה Ghaſah, *Facere* acquirere, congregare. ca. 1.verſ. 1.nu.76. & verſ.5 1.numero.26. *Conſtituere*, preparare, diſponere, c.14.v.5. n.2. *Plaſmare*. expolire, perficere, c.10.v.8.n. 3. *Facere*. c.14.v.9.n.3.

עשת Ghaſath, Cogitare, *Cogitationes*. purum eſſe, nitere, cap. 12.v.5.nu.3.

עתק Ghathac, *Transferre*, convellere cap.9.v.5.nu.7.

Pagagh

פ

פגע Pagagh, *Contrarium* eſſe, obviare, occurrere, contravenire, c.7.v 20.n.3.

פדה Phadáh, *Eruere*. redimere, c.6. verſ 23.nu.3.

פור Phur, *Evacuare*, Labefactare, irritum facere, c. 15.v.4.nu.7. Conteri, exprimi velut extracto ſucco, ca. 16.v.13. nu. 3. *Diſsipare*, cóuertere retrorſum ca 5.v.12.nu.3.

פוץ Phuts', *Confringere*, diſpergere conterere, c.16.v.13.n.3.

פז פזז פזר Paz, Aurum. Pazaz, Fortificari, Conari. Pazar, diſpergere, diſsipare. c.4.v 1. n.2.

פימה Pimáh, *Aruina*, lumbrici, opimum. c.15.v.27.n.4.

פלץ Palats, *Concuti* tremere, formidare c.9.v.6.n 3.

פעל Paghál, *Operari*, cum affectu, & energia agere. *Opus*. c.7.v.2. n.4 *Facere*, nocere. v.20.n.2.

פקד Pacad. *Viſitare*, recéſere, requirere quid geratur. c. 5.v.24. n.4.&c.7.v.18.n.1.

פקודה Pecudáh, *Viſitatio*, inſpectio, auxilium. c. 10.v.12.n 8.

פרא Phere, *Onager*, fera, jumentum ſilveſtre. c.6 v.5.n.2.& ca.11. v.12.n.3.

פרץ Pharáts, *Concidere*, rumpere, dividere. c. 16. verſ. 15.nu.1.

פשט Paſat, *Invadere*, irruere, ſpoliare, prędá agere. c.1. v.17.n.4.

פשע Peſagh, *Auferre*, facere tráſire. c.7.v.21.n.3. *Scelus*, rebellio, tranſgreſsio, cap 3. verſ.23.

פתה Pathah, *Parvulum*, eſſe, pellicore verbis, lactare, perſuadere. c.5.v.2.n 6.

פתי Pethí, *Parvulus*, Stultus, innocens, ibid. inconſideratè & temerè agens. ca.9.v.23.n.3.

פתל פתלתול פתיל Pathal, *Pravum* eſſe, pervertere, luctari, obliquè agere, c. 5.v.13.n.9.& Pethalthól, luctator vafer, & aſtutus, & Pethil, vitta ex filis retortis, & duplicatis. ibidem.

צ

צבא Tſaba, *Militia*, exercitus. militare, militem agere, ſtationem ſervare, cap. 7. verſ. 1. num.2.3.4.

צדק Tſadac, *Iuſtificare*, innocentem declarare, vel abſolvere. ca. 4.v.17.nu.3.

צור צר Tſur, Obſidere, oppugnare more hoſtili. Tſar, *Hoſtis*, anguſtia, tribulatio, ca. 6. v. 23. nu.1.

צלם צלמות Tſelèm, *Vmbra*, ſimilitudo, ca. 3.v.5.n.2. *Vmbra*, nox, tenebræ, ca.7.v.2.nu.2. Tſalmáveth, *Vmbra mortis*, cap.3. ſupra.

צמא Tſamá, ſitire, *Sitientes*, latrones c.5.v.5.n.5.

צמים Tſamam, Capillus, Cæſaries, ſupra.

צנת Tſanath, Defigere, perforare, *Armari*, ſpinæ. cap.5.verſ. 5. nu.4.

צער Tſaghar, *Ignobile* eſſe, diminui, parvulum eſſe, cap. 14. verſ:nu.3.

צפה Tſaphah, *Circũſpectare*, ſpeculari, cap.15.v.23.n.3.

צפן Tſaphan, *Celare*, abſcondere, moliri c.10.v.11.n.3. *Protegere*, cuſtodire, aſſervare, ca. 14.v.13.n.2.

צקט Sacat, *Quieſcere*, cap.3.v.13. n.5.

ק

סבב Kabàb, *Maledicere*, malè precari, male ominari, cap.5.verſ. 3.nu.6.

רגג Kagag, *Solennitatem* celebrare, Gyrare, in orbem devolvi. c.1.v.5.n.1.

סדם Kidèm, *Excipere*, pervenire, præcedere, ca.3.v. 12.n.1.

סדים Kadím, *Ardor*, Eurus, Vulturnus, ſubſolanus. ca.15.verſ. 11.nu.4.

סדר Kadár, *Timere*, nigreſcere, mœrere. c.6.v.18.n.2.

קדוש Kadós, *Sanctum*, purum, in cótaminatum. c.6.v.10.n.5.

קו Kav, Perpendiculum, ca. 17. v. 13.nu.2.

קוה Kavah, *Patientiam* habere, exſpectare. ca. 4. v.6.n. 3. *Prædari*, avidè intendere, & exſpectare, c.7.v.2.n.3. *Suſtinere*. c.17.v.13.n.2.

קול Kol, *Vox*, ſonitus, ca.4.verſ.10. nu.6.

קוט Kut, *Non placere*, abominari, tabeſcere. c.8.verſ.14 num. 1. *Tadere*, litigare, excidere, ſuccidere. c.10.v.1.n.2.

קום Kum, *Suſcitari*, inſurgere, concitari. c.16.verſ.9.n.3.

קטב Keteb, *Incurſus*, morſus. ca. 5.v. 7.nu.10.

קלה Kaláh, *Affligere*, torrere. ca. 10. v. 15 nu 8.
קלל Kalál, *Maledicere*, deſpicere, vilem fieri. c 3. v 1. n 7.
קבא Capha, *Coagulare*, congregare, defigere, c 10. v. 10. n. 4.
קצר Katſar, *Breve*, breviari, decurtare abſcindere, ca. 14. verſ. 1. n. 4 *Coma*, meſsis, fructus, c 14 v. 9 n. 3.
קרא Kará, *Vocare*, c. 5. v. 1 nu. 1. *Invocare*, implorare judicis officiũ. c. 12. v. 4. n. 4. *Dicere*, cõpellare c. 17. v. 15. n. 5.
קש Kas. *Stipula*, Kaſás, colligere,
קשש congregare, c. 15. v. 25. n. 6.
קשה Kaſah. *Reſiſtere*, indurare, obdureſcere c. 9. v. 4. n. 4.

ר

ראה Raáh, *Videre*, deſpicere, cap 10. v 4. n. 7.
רבב Rabáb, Multiplicere, magnificare. Rabim, *Sagittarii*, magni, multi. c 16. v. 14. n. 1.
רבים
רבה Rabáh, *Multiplicare*, magnificare c 9. v. 17. nu. 2.
רגז Rigaz, *Tumultuari*, turbari, furere, c. 3. verſ. 17 nu. 1. C *ommovere*, c 9. v. 6. n. 2. *Miſerum* eſſe, *Miſeria*, conturbatio, ira c. 14. v. 1. n. 5.
רגע Ragagh, *Arere*, congregare, cõturbare, quieſcere, cubare. c. 7. v. 5 n. 3.
רגעים Regughí n. *Subito*, a [illegible] idue, cap. 7 verſ. 18 n. 4.
רהב Rahab, *Orbu*, ſuperbire, cap. 9. verſ 13. n. 6.
רוב Rob, *Contendere*, Rixare, litigare c. 9 v. 3 n. 1. *Induare*, c. 13. verſ. 2. n. 2.
ריב Rub, *Corripere*, in judicio contendere, litigare. ca 15. verſ. 6. n. 2 *Iudicare*, litem tractare, verſ. 8 nu 3.
רום Rum. *Exaltari*, Gloriari, Honorari. c. 17. v. 4 n 4.
רוץ Ruts, *Irruere*, Accurrere celeriter, c. 16 verſ. 15. n 3.
רוע Róag, *Iubilare*, Viulare, conclamare, vociferari, c 8. verſ 21. nu. 3.
רזם Razam, *Attonitum* eſſe, innuere, inſinuare
רחק Kihhac, *Auferre* elongare, longè recedere, ca. 11. v. 14. n. 2.
רטב Ratab, *Humectus*, humidus, viridis, vireſcens, cap. 28. v. 16. n 6.
ריר Rir, *Guſtare*, Spuere. cap. 6. verſ. 5. nu. 8.
רנן Ranan, *Laudare*, decantare laudem, exultare, c. 3. v. 7. nu. 1.
רעה Regheh, *Amicus*, Socius, conſors. c. 2. v. 11. nu. 2. *Socius*, cogitatio, c. 17. v. 5. n. 2.
רפה Raphah, *Dimittere*, Solvere, laxare, c 7. v. 19. n. 1.
רק Rac, *Forſitan*, Tantùm, verè, ca. 1. v. 1. n. 73.
רקב Raçab, *Putredo*, Putreſcere, lignum putridũ, ca. 15. v. 28. n. 2.
רשע Raſag, *Impium* eſſe, Impiè agere, Inquietum eſſe, tumultuari, c. 3. v. 17 n. 1, & c. 9. verſ. 22 n. 5. & c. 15. v. 20 n. 1.
רשף Réſeph, *Avis*, Pruna, ſcintilla, Dæmon, ca. 5. v. 7. nu. 5. Diabolus, volatile, ca. 1. v. 12. n 5.

ש

שאל Saal, Petere, mutuò accipere.
שאול Seól, *Inferi*, *Infernus*, ſepulchrum, ſtatio mortuorum. c. 7. verſ. 9. num. 2. ca. 14. ve. 13. nu 2.
שאן Saan, *Dives*, in pace eſſe, quietũ, pacatum, ca. 12. verſ. 5. nu. 3.
שבא Sabá, Saba, Sabai, c. 1. v. 15 n. 6.
שבע Sabágh, *Replere*, ſatiare cap. 14. verſ. 1 n. 5.
שגב Sagáb, *Erigere*, exaltare, firmũ, & inſuperabilem reddi. c. 5. verſ. n. num 4.
שגה Sagah, Ignorare, per ignorantiam, aut incogitantiã errare, aut peccare, c. 6 v. 24. n. 5. *Errare*, c. 12 v. 16. nu. 1.
שדה Sadé, *Regio*, Campus, ager frumentitius, paſcua, ca. 5. v. 23. nu. 5.
שדי Saddai, *Omnipotens*, Robuſtus, ſufficiens ad agendum, cap. 8. verſ. 3. nu. 4: & cap. 11. v. 7. nu. 2 & cap 13. v. 3. num. 2 & c. 15. verſ 25. n. 2.
שהד Sahád, *Teſtis*, cap. 16 v. 10. nu. 2.
שוא So, *Vacuum*, Vanum, fruſtraneum mendax, falſum, ca. 7. v. 3. nu. 1. *Fruſtra*, ca 15. verſi. 31. nu. 2. *Vanitas*, mendacium, fraus contra proximum. c. 11 v. 11. n. 2.
שוב Sub, *Reſpondere*, Reverti, reducere, c 9. verſ. 12. nu. 1. & ca. 13. verſ. 22. num. 2. *Pertranſire*, Converti, redire cap. 14. v. 13 nu. 4. *Contradicere*, converti ad reſpõdendum, vel

contradicendum. cap. 11. v. 10. nu. 8. *Contra*, converti. c. 15. verſ. 13. nu. 2. *Reverti*, cap. 15. verſ. 22. nu. 1. *Converti*, redire. c. 17. verſ. 10. n. 4.

שוח שיח Sóahh, vel Siahh, *Confabulari*, meditari, ex meditatione loqui. ca 7. verſ. 11. nu. 3. *Loqui* ca. 12. verſ. 9. nu. 4. *Eloquium* c. 10. v. 1. nu. 5.

שוט Sot, *Flagellum*, Flagellare, circũdare, circumcingere, cap. 9. v. 23. n. 2. *Circumire*, perſcrutari, perluſtrare, cap. 1. verſ. 7. nu. 5.

שום Sum, *Vertere*, ponere, mittere. c. 17. v. 12. nu. 5.

שוף Suph, *Conterere*, conculcare, operire, inſidiari. cap. 9. verſ. 17 nu. 1.

שור Sur, *Videre*, Viſus, oculos intẽdere, conſiderare, expectare, cap. 7. v. 8 n. 2.

שור Sor, *Bos*, Taurus, cap. 6. verſ. 5. nu. 5.

שורק Sorcç, *Vinea electa*, Vva, vitis. c. 6. v. 4. num. 6.

שורש Sorec, *Veſtigia*, radices, radix. c. 13. v. 27 n 7.

שות Soth, *Ponere*, diſponere cap. 9. verſ. 32. nu. 5. *Dimittere*, deponere cap. 10. verſ. 20. n. 6. *Componere*. verſ. 22 nu. 21.

שחה Sahháh, *adorare*, incurvare. ca. 1. v. 20. n. 16.

שחין Sehhín, *Vlcus peſſimum*, apoſtema, inflatio, cap. 2. in Enum. Morb. Sect. 3. n. 2.

שחל Sahhál, *Leæna*, Leo. c. 4. verſ. 10. num 3. & ca. 10. v 16. num. 2.

שחק Sahhaç, *Ridere*, irridere, illudere, c. 5. v. 22. nu. 1.

שחק Sahhaç, *Excavare*, contundere, c. 14. v. 19. n. 4.

שחר Sahhár, *Mane quærere*, Vigilare, diluculo exurgere. cap. 7. v. 21. nu. 4.

שחת Sahháth, *Curvari*, proſterni, dejici, c. 9. verſ. 13. nu. 2. *Sordes*, locus interitus, & corruptionis. c. 9 v. 31. nu. 1. *Putredo*, interitus, ſepulchrũ. c. 17. v 15 nu. 5.

שטה Sattah adverſari, obſiſtere, c. 1. v 6 nu 8.

שטן Satan, diverſere, declinare inimicitias exercere ca. 1. v. 6. n. 2 *Cõminari*, adverſari, odio habere. c. 16. verſ. 10. n. 5.

שטנה Sitnáh, *accuſatio*, impedimentum. c. 1. v. 6. n 8.

שטף Seteph, *Diluvium*, exundatio. c. 11. v. 16. nu. 3.

שיבה Satath, *Subvertere*, reſtituere, exſiccare. c. 12 v. 93. num. 4.

שיח Siahh, *Virgultum*, planta germinans. c. 14. v. 7. n. 5.

שכב Sácab, *Dormire*, jacere, cubare ad dormiendum, poſterni. c. 7. verſ. 3. n. 1.

שכם Sacám, *Conſurgere*, cap. 1. verſ. 5. nu. 10.

שכן Sacan, *Manere*, habitare, morari, c. 11. v. 14. nu. 3.

שלו Salan, *Emittere*, dimittere, abjicere, cap. 4. v. 20. nu. 4. *Quieſcere*, pace & divitiis *abundare*, c. 3. v. 26 nu. 1. ca. 12. verſ. 6 num. 2. *Opulentia*, ca. 16. v. 13. nu. 1.

שלח Saláhh *Emittere*, mittere nuntiũ c. 12. v. 15 nu. 2. *Dimittere*, ejicere. c. 8 v. 4 nu 2.

שלך Salac, Projicere, dejiccere, & dimittere in terram, cap. 15. v. 35. num. 3.

שלל Salal, *Stultum fieri*, ſpoliare, cap. 12. verſ. 17. nu. 3. *Inglorium*, v. 19. nu. 1.

שמם Samám, *in nihilum redigere*, vaſtare, perdere, c. 16 v. 8. n. 2.

שמר Samár, Parcere, reſervare, cap. 14. v. 16. nu 3. *Cuſtodire*, aſſervare in carcere. c 6. verſ. 12. num. 6.

שעה Sagháh, *Dimittere*, reſpicere, excœcari, cap. 14. v. 10. n. 1. *Parcere*, recedere, ca. 7. v. 19. nu. 1.

שפט Saphát, *Iudicare*, Iudíces, legũ periti, ca. 12. v 17. nu. 5.

שק Sac, *Saccus*, cilicium, ca 16 ver. 17. num. 1.

שרף Saraph, Exurere, ſuccendere. c 5. verſ. 7. nu. 9.

שתה Sathah, Bibere, convivari. cap. 1. v. 4. n. 8.

ת

תוהו Thohú, *Vacuum*, aer, nihilum, inane, c. 6. v. 18. nu. 3.

תוף Thoph. Timpanum, irriſio. ca. 17. verſ. 6. n 5.

תופת Thophét, *Exemplum*; proverbium, dominus, præfectus, timpanum, c. 17. v. 6 num. 3. 4. 5.

תור Thor, *Bos*, taurus, cap. 6. verſ. 5. num. 5.

Thuſiah,

תושיה Thuſiah, *Corpeum*, lex, ſapientia, ſtatutum, veritas, c.5. v. 12.n.5. *Neceſſarii*, ca. 6. ver. 13. *Lex*, c.11. verſ.6.n.1.

תחמס Thahhmá, Avis rapax, noctua, nicticorax, c.16. verſ. 18.nu 1.

תחת Thahhàth, *Pro*, ſubter, deorſum, ca.2.verſ.4.nu.3.

תימן Themán, *Meridies*, dextrum, ca 1.verſ.1.num.28.

תמים Thammám, *Simplex*, innocẽs, perfectus, ſanus, integer, immaculatus, c.1. verſ.1.n. 15.& ca.9.verſ.20.nu.4.

תנין Thanín, *Cetus*, Tnunus, c.5.v. 12.nu.5.

תעב Thagáb, *abominari*, Execrari rem immundam, c.15.v.16. num.11.

תעה Thaghah, *Decipere* errare, ca. 12.v.24. nu.4. *Errore decepi*.cap.15.v.31.nu.3.

תפל Taphál, Inſulſum, inconditũ, ſine temperamento, ca. 6. v.5. num. 6. Stultum eſſe, *Stultitia*, ca.1.verſ.22.nu. 3.

תפר Thaphár, *Conſuere*, conjungere, concinnare.c.16. ver. 17.num.1.

תקע Thakágh, *Pugnare*, defigere, configere, complodere.ca. 17.verſi.3.nu.3.

תקף Thahháph, *Vallare*, prævalere, roborari, cap.15.ver.24. num.1.

INDEX PEculiarium quarundam Græcarum vocum, quarum proprietas & vſus inveſtigatur ad Sacri ſermonis intelligentiam.

A

ἀναζητέω Anazetèo, vendicare, percõtari, cap.3.

ἀνὴρ Anèr, *Vir*, cap.1.verſ.1. nu.1.

ἄνθρωπος Antropos, *Homo*, ibidem.

ἀφανίζω Aphanizo, exterminare, evaneſcere, ca.7.verſ 9.nu.1.

ἀρχηγὸν Archégon, *Auctor*, dux, anteſignanus.in præfat.c.6.n.5.

ἀδόκιμος Adocimos. *Reprobum*, inutile, adulterum, cujus inutilitas explorata ſit.c.15. v.16.n.5.

ἀθυμία Athymía, *Ira*, animi anxietas & quaſi deſpatio.c.3.v.6.n.2.

ἀλαλαγμός Alalagmos, *iubilũ*, acclamatio, victorialis hymnus, c.8. v. 21.nu.3.

ἀναλαμβάνω Analambáno, *Accipere*, aſſumere cap 7.verſ.21.nu.3.

B

βασιλεῖον Baſileion, *Regnum*, regia, palatium, c.8.v.6.nu.4.

βασιλεὺς Baſilevs, Rex, ca.9.v.13. nu. 5.

βαστάζω Baſtáſo *Portare*, inſtar bajulorum.ca.8.verſ.11.nu.3.

βούταμος Bútamos, *Pratum*, pabulum boum c.8.v.11.nu.3.

Γ

γενεὰ Geneá, Generatio, intervallũ ſeptem annorum, cap. 8.v. 8.num.2.

Δ

δέω δεσμὸς Deó, *Alligare*, in carcerem cõjicere, Déſmos, vinculum, capitulo 7. verſiculo 11. numero.6.

διαβάλλειν Diaballín, Criminari, calumniari. c.1.verſ.6.nu.9.

διαμερίζω Diamerízo, Mollire, diſpertiri, cap.7.verſ.5.nu.1.

διαπρίω Diaprio, *Diſſecari*, frendere, furere, cap.10.verſ.1.nu.2.

διώκω Dióco, Sectari, cap.5. verſ.7. nu.7.

δράττω Dratto, *comprehendere*, fugiẽtem inſequi, & apprehendere.c.5. verſ.6.n.6.

δύσφορος Diſphoros, Abhorrens à voluptate, cap.1.verſ.4. n.10.

E

ἔλεγχον Elenchon, *Correptio*, redargutio, cap.23.verſ.6.nu.1.

ἐμβατεύω Embatèvo, *Venire*, pedem inferre, aut pedem ponere; c.1.verſ.7.nu.4.

ἐξάρξατε ἐξᾴδετε Exarxate, *Præcinite*. Exadete, Excantate, c.5.v.8. nu.1.

ἐπισκεπτῶ Epiſcheptó. Viſitare, cum cẽleritate, & feſtinatione, ca. 2.verſ.11.nu 4.

ἐπισκήνω Epiſcheró. *Inhabitare*, morari tanquam in tentorio, cap. 11.v.18.nu. 1.

εὔφρων Euphron, Delitioſus, *Epulo*, ca.1.v.4.num.10.

εὐχάριστοι Euchariſti, *Grati*, gratioſi, amabiles, c.1.v.1.nu.58.

Θ

θεάομαι Theáome, ſpectare, diſpicere, c.10.v.4.nu.4.

θευβία Theubia, vis major, cap. 9. v. 9. nu. 2.

K

κακία Cachía, *Simplicitas* innocentia, c. 4. v. 6. nu. 3.

καλέω Caleo, *Vocare*, invitare, c. 1. v. 4. nu. 13.

καλῶς Calós, *Bene*, honeſtè, honorificè. cap. 5. v. 11. nu. 2.

καταπίνω Catapino, *Abſorbere*, deſtruere, comedere, cap. 10. verſ. 8. n. 12.

καταρτίζω Catartizo, *Inſtruere*, reponere in propria ſede, cap. 3. ver. 4. nu. 13.

κλῆσις Cleſis, Vocatio, invitatio, c. 1. v. 4. nu. 13.

κνάω Cenáo, *Dormio*, cap. 3. verſ. 13. nu. 1.

κνυς Cnus, *Lanugo*, pulvis leviſsimus, c. 9. verſ. 23. n. 5.

κολαβρίζειν Colabrizin, *Catellare*, c. 25. verſ. 4. nu 3.

κολαβρός Colabros, Porcellus, ibidem.

κονία Conía, *Pulvis*, calx, opus tectorium, cap. 10. verſ. 10. numero. 5.

κομίζω Comizo, *Referre* ferre, portare, cap. 9. v. 20. nu. 4.

Λ

λαμπρῶς Lamprós, *Splendidè* largè, lautè, c. 1. v. 4 nu. 10.

λαμπρός Lampros, Album, candidum, c. 9. v. 30. nu. 6.

λευκός Levcos, Album, candidum. ibi.

λογομαχία Logomachia, Rixa verborum. c. 6. verb. 29. nu. 5.

M

μεθόδιαι Methódiæ, *inſidiæ*, aſſultus & aggreſsiones cum methodo. c. 1. v. 13. nu. 3.

μεσος Meſos, ſequeſter, c. 9. v. 32. n. 5.

μὴν Men, menſis. c. 3. ver. 6. num. 3.

μηνὴ Mené, Luna ibid.

μοτώσει Motóſi, *Curabit*, medebitur, &

μοτα Mota, linamentũ, aut linteolum carptum, quod vulneri inditur. c. 5. v. 18. n 3.

μοτόω Motoó, linamentũ indo. ibid.

X

χους Chus, Lutum, pulvis. c. 10. v. 10. nu. 3.

O

ὀνομάτων Onomaton, Turba *Hominum*, nominum, capitum. c. 1. v. 21. num. 17.

Π

παλαιστ- Paleſtes, Cótentioſi, in labore & lucta poſiti. c. 7. v. 16. nu. 7.

πανουργία Panurgia, *Aſtutia*, malignitas, vafricies. Panurgos, callidus, veteratorius. c. 5. v. 13. n. 1.

πατρια Patria, *Paternitas*, cognatio, familia. c. 1. v. 1. nu. 40.

πείθω Pitho, ſuadela. Pithemon, moriger, qui lubenter obedit. verſ. 2. nu. 6.

πειθήμων

πίπτω Pipto, *Cadere*, languere. c 14. v. 11. n. 5. c 4. v. 11. nu. 5.

πιρατεύω Piratévo. Piraterion, *Tentatio*, militia, locus prçliandi, tentationi expoſitus. c 7. v. 1. n. 6. 7. 8. 9.

πιρατήριον

πλοκὴ Ploce *Capillatura*, Criſpatura, intorti crines. & Poliploci, *Multiplices*, duplices. c. 5. ver. 13. n. 9.

πλεκτὴς Plectes, *Percuſſor*, qui promptus eſt ad percutiendum. c. 5. v. 21. nu. 3.

πονηρία Ponería. *Nequitia*, Malitia. c. 1 v. 14. n. 2. & v. 18 nu. 2.

προσκυνέω Proſcineo, adorare, incurvare ſe. c. 5. v. 20. nu. 16.

προσφιλῆ Proſphía, *amabilia*, amicabilia & cara omnibus. c. 1. v. 1. nu. 58.

Σ

σειραῖ ζόφου Siræ zophu, *Rudẽtes inferni*, catena caliginis, vel tenebrarũ c. 10. v. 22. nu. n.

στροβίττω Strobito, *Trãſverſum agere*, percellere. c. 9. v. 34. n. 5.

στοργὴ Storge, *Fœdus*, affectus pietatis, caritatis. c. 1. v. 20. n. 1.

T

τελέω Teleo, *Explere*, Conſummare, ad complementum pervenire c. 15. v. 32. nu. 3.

Y

ὑπερασπιστὴς Hyperaſpiſtes, armiger, latero, protector. c. 17 v. 3. n. 5.

ὑφραινόμενος Yphrinomenos, *Epulabatur*, delitiabatur. c. 1. v. 4. n. 10.

Φ

φανερόω Phaneroo, *Manifeſtari*, manifeſtum fieri. c. 9. v. 21. nu. 1.

φέρω Phero, *portare*, Moderari, regere. c. 10. v. 8. n. 13.

φλύκταιναι Phlictenæ, Vlcera. c. 2. in enumeratione morborum, Sect. 3. num. 1.

φυρω Phyro, vel Phyráo, perfundere, rigare terram, aqua miſcere. Phyráma, maſſa farinæ ſubactæ & aqua maceratæ c. 10. v. 10. nu. 5.

φυράω

INDEX

INDEX SIMPLICIVM DICTIONVM LATINARVM, QVÆ IN SACRO SERMONE FREQVENTER OCCVRrunt: & quarum proprietas atq; varius vſus diligenter in hoc opere examinantur.

A

A vel Ab, cap.4. verſ.17. num.1.
Abel in præfat.c.1. num.9.& cap.7. v. 16. num. 6.
Abimélech, c.1. v.1.nu.18.
Abominabilis, cap.15. v.16. nu.1. & 2.
Abortiuum, cap.3. v.16. nu.1.
Abbreuiare, cap.14. v.1.nu.4.
Abundare, cap.12. v.6. nu.2. Abundantia, cap.5.v.26.nu.1.
Aceruus, cap.5.ver.26.num.4. & c.8. ver.17. num. 3.
Adam, cap.1.ver.1. num.11.& cap.10.ver.9. nu.5.& ver.11. nu. 3.& c. 14. v.1. nu.2. & c. 15.v.17. nu.1.& 2.
Adoleſcentia, c.15.v.26. nu.9.& 10.
Adorare, cap 1. v.20.num.16.
Aduerſus, cap.10.v.1.num.4.
Aduocatus, cap.9. ver.19.num.4.
Aedificare, cap.12. v.14.nu.1.
Aeſtus, cap.11 v.17. num.1.
Aetas, cap.8. v.8. num.2.
Afflictio cap 10.v.5.nu.8. Affligere, cap.2. ver.3.nu.8.& cap.6.v.10.nu.1.
Ager, cap.5.ver.23.nu.5.
Album, cap.9 v.30.nu.6.
Adiuuare, cap.10. v.3. nu.9.
Affectio, cap 1. v.20. num.21.
Alienus, cap.15. ver.19.num.5.
Amabilia, cap.1.ver.1. num.58.
Amaritudo, cap.3.v.5.nu.3.& cap.9. v.8.nu. 4.& cap.13.ver.26.nu.1.2.3.4.
Ambulare, cap.1.v.7. num.4.
Amen, cap.9.ver.2. num.2.
Amicus, cap.2.v.11.nu.2.
Amphora, cap.12.v.5. nu.3.
Angulus, cap.1. v.13. nu.4.
Anima, cap.2. v.4.num.5. & ver.6.nu.4.5.6. 7.8. & cap.6. v.6. nu.10. & c.7. v.15. nu.5. & cap.11.v.20.nu.4. & c.12. v. 10. nu.5. & c.13.v.14. nu.4.
Apprehendere, c.5.v.13. nu. 1.4.7.
Appropinquare, cap.13. v.18.num.3.
Aqua, cap.15.ver.16.nu.6.& 8. Aquæ, c.11. ver.16. nu.3.
Arbitrari, cap. 13. v.24. num. 4.
Arcturus, cap 9. ver.9.nu.1.
Arcus, cap.16. ver.8.nu.3.
Ardor, cap.15.v.2.nu.4.
Arena, cap.6. ver.3. num.6.
Arere, cap.7. ver.5. num.3.
Arguere, capit. 6. verſiculo 25. nume. 3. & capit. 9. verſic. 32. num. 2. & 15. verſic. 3. num. 6.
Armatus, cap.5.ver.5. nu.8.
Aruina, cap.15. v.27. num. 4.& 6.
Aſſiſtere, cap.1. ver. 6. nu. 5.
Aſtutia, cap.5.v.13.nu.1.
Athlantes, cap.3. v.8. num.5.
Attenuare, cap.2. in enumer. morb. Sectio. 8. num.2. & c.17. v.1. nu. 2.
Auaritia, cap.6.v.8.nu.4. & c.15. v.16. nu.4.
Auctor, in præfat.c.6. nu.3.
Audere, cap.9.v.19. num.4.
Audire, cap.9. v.32.num.2. & cap.11. ver.2. nu.4, & c.16. v.2. nu.2.
Auertere, cap.10.v.4.nu.3.
Auis, cap.5.ver.7. num. 5. & num.9. & ca. 9. ver.25. nu.5.
Aura, cap.4.v.16. nu.4.
Auris, c.6.v.3.num.4. cap.13. v.1. nu.1.
Auſitis, cap.1.ver.1. nu.31.
Auſter, capit.9. verſic. 9. num. 5. & cap. 11. ver.17. nu.1.
Aut, cap.10.ver.4.num.7.
Autem, cap. 1. v.6. num.1.

B

Baalpharaſim, cap.16. v.15. num.1.
Barbarus, & Barbaricarii, capit. 3. verſic. 8. num. 5.
Baldad, cap.8. v.1. num. 1.
Baltheus, cap.12.v.13. nu.1.
Beatus, cap.5. v.17. num. 1.
Beelzebub, cap.1. v.16. num.2.
Bene, cap.5.v.11.num.2.
Benedicere, cap.1. v.5.num,23. 24.25. & ver. 9. num. 7.& 8. & ver.10. num. 7.& v.21. num. 17.
Beſtia, cap.5.v.23. num. 8.
Bibere, cap. 1. ver. 4. nu. 18.
Blibris, cap.5.ver.20.num.3.
Blaſphemare. cap.15.ver. nu.2.
Bonum, capitulo 1. verſiculo 4. numero 10. & verſiculo 9. numero 2. & cap. 10. ver. 3. num. 3.
Bos, capitulo 6. verſiculo 5. num. 5.
Boſora, cap.1. ver.1. num. 3.
Boſra, cap. 1. ver. 1. num. 32.
Botrus, capitulo 15. verſiculo 33. numero 2.

Breue, cap. 14. v. 1. nu. 4. & v. 5. nu. 1.
Breuiari, cap. 17. v. 1. num. 3.

C

Cœlum, c. 9. ver. 5. num. 1.
Calamitas, c. 6. v. 3. num. 3.
Calcare, c. 9. v. 9. num. 4.
Caligo, capit. 3. ver. 5. num. 3. & c. 16. ver. 17. num. 3.
Callidus, cap. 5. v. 12. nu. 1. Calumniari, ca. 10. v. 3. num. 1.
Calumniator, num. 4. calumnia num. 6.
Candidum, cap. 8. v. 30. nu. 6.
Capere, cap. 5. ver. 15. num. 3. & capit. 8. v. 15. num. 5.
Capillatura, c. 5. v. 13. n. 9.
Capilli, cap. 16 v. 15. n. 3.
Carcer, cap. 7. ver. 12. num. 6. & cap. 9. v. 8. num. 3.
Carectum, c. 8. v. 11. num. 3.
Caro, c. 10. v. 4. nu. 1. 3. & c. 14. v. 22. num. 4. & c. 16. v. 16. nu. 2.
Cartilare, c. 5. v. 4. num. 3.
Catulus Leonis, c. 14. v. 10. num. 3.
Celare, c. 10. v. 13. nu. 3. & c. 13. v. 9. nu. 1.
Celeuſma, c. 6. v. 4. nu. 6.
Ceruices, c. 13. v. 12. nu. 6.
Cetus, cap. 7. ver. 12. num. 5. & cap. 8. ver. 13. num. 5.
Chaldæus, c. 1. v. 17. n. 1.
Chirotheca, cap. 1. v. 1. nu. 35.
Cilicium, c. 16. v. 16. num. 1.
Cingere, c. 12. v. 18. num. 2.
Cinis, c. 13. v. 12. n. 1. 2. 3. 4. 5.
Circuire, c. 1. ver. 7. num. 3.
Circulus, c. 10. v. 15. num. 1.
Circundare, c. 9. v. 23. num. 2.
Circumſpectare, c. 15. v. 22. n. 3.
Clamare, c. 16. v. 19. num. 2. clamor, cap. 8. ver. 21. num. 3.
Claues, cap. 12. v. 14. nu. 3.
Coagulare, cap. 10. v. 10. num. 4.
Coarctare, c. 11. ver. 10. num. 7.
Cogitatio, ca. 5. ver. 12. n. 2. & c. 17. verſi. 11. num. 4.
Cognoſcere, ca. 1. v. 2. num. 2.
Colere. c. 13. v. 4. nu. 2.
Colles, c. 15. v. 7. nu. 3. & 4.
Columna, c. 9. v. 6. num. 3. & 4.
Comedere. c. 1. v. 4. nu. 18.
Comminari, c. 16. v. 10. num. 5.
Commouere, c. 2. v. 3. n. 7.
Commutare, c. 9. v. 27. n. 2. & c. 12. v. 20. n. 1.
Compingere, c. 10. v. 11. num. 4.
Comprehendere, c. 5. v. 13. nu. 6.
Concinnare, c. 6. v. 20. num. 4.
Concipere, c. 3. v. 3. num. 7.
Concuti, c. 9. v. 6. num. 3.
Condemnare, c. 9. v. 20. num. 2.
Confabulari, c. 7. v. 11. n. 3.
Confortare, c. 4. v. 4. n. 2.
Confringere, c. 16. v. 13. num. 3.
Confutare, c. 11. v. 3. n. 4.
Congregatio, c. 15. v. 34. n. 1.
Conſiderare, c. 11. v. 11. n. 4.
Conſcius, c. 16. v. 20. n. 2.
Conſiliarius, c. 12. v. 16. n. 3.
Conſilium. c. 9. v. 13. n. 8. & c. 15. v. 8. n. 2.
Conſolari, c. 16. v. 5. n. 2.
Conſul, c. 3. v. 14. num. 2.
Conſtituere, c. 14. v. 5. num. 2.
Conſumere, c. 1. v. 16. n. 5. & c. 7. v. 6. n. 3. & c. 9. v. 22. n. 3. & c. 13. v. 26. n. 6. & 7. & ver. 28. n. 2. & c. 14. v. 10. n. 5.
Conſummare, in præfat. c. 6. n. 3.
Conſummatus. c. 15. v. 32. n. 3.
Conſurgere, c. 1. v. 6. n. 6.
Contentio, c. 6. v. 29. n. 5.
Conterere, c. 4. v. 10. n. 7. & c. 5. verſi. 4. n. 2. & cap. 9. ver. 17. num. 1. & cap. 14. ver. 2. num. 3.
Contritus, c. 16. v. 13. nu. 2.
Continere, cap. 12. v. 15. n. 1.
Contradicere, c. 6. ver. 10. n. 4. & c. 11. ver. 10. n. 8. & c. 16. v. 9. n. 3.
Contrahi, c. 7. v. 5. num. 4.
Contrarius, c. 7. v. 20. n. 3.
Conuertere, c. 17. v. 10. n. 4. 5.
Conuiuium, c. 1. v. 4. n. 8.
Cor, c. 7. ver. 17. num. 5. & cap. 8. ver. 10. nu. 5. & cap. 11. ver. 12. num. 2. & cap. 12. v. 3. n. 6. & ver. 24. nu. 1. & 2. & c. 15. v. 12. nu. 1. & c. 17. v. 4. nu. 1.
Coram, cap. 1. verſ. 6. num. 6. cap. 2. verſi. 4. num. 3.
Cornu, c. 1. v. 1. num. 16.
Corripere, cap. 5. v. 17. num. 2. & ca. 13. ver. 6. num. 1.
Corybantes, & Corybantia. cap. 7. ver. 14. num. 3.
Credere, c. 15. v. 15. n. 3. & v. 31. n. 2.
Cum, c. 9. v. 2. num. 3.
Cupere, c. 13. ver. 3. n. 3.
Cur, c. 10. v. 2. num. 2.
Curare, c. 5. v. 18. n. 3.
Curuari, cap. 9. v. 13. num. 2.
Cuſtodire, & cuſtos, cap. 7. verſi. 20. num. 1. & ca. 10. ver. 11. nu. 1. & 9. & ver. 14. nu.
Cyniphes, c. 2. v. 7. in enumeratione morborum Sect. 13. n. 4.

D

Dare, aut dari, c. 5. v. 19. n. 4.
Decipere, c. 13. v. 9. num. 4.
Declinare, c. 12. ver. 12. nu. 6.
Defluere, c. 14. ver. 19. num. 3.
Delere, cap. 4. ver. 7. nu. 2.
Deprecari, c. 5. v. 8. n. 2. & c. 9. v. 15. num. 3.

Depre-

Deprehenſus, c.5.v.13.n.3.
Deſcendere, c.17.v.15.n.2.
Deſiderare, c.7.v.2.n.2.
Deſolari, c.16.v.8.n.4.
Detrahere, c.6.v.25.n.1.
Deuorare, c.8.v.18.n.4.
Deus, cap.4.v.1.nu.2.& cap.5.ver.17.num.3.& cap.10.v.2.num.1.& cap.16.ver.12.num.5.
Dextra, c.9.v.32.n.4.
Diabolus, c.1.v.6.n.3.
Dicere, cap.4.ver.1.num.1.& cap.17.v.14.num.5.
Dies, cap.1.verſic.6.numero 2.& capitu.3.verſi.1.numero 8.& in peculiari conſideratione lamentationum Sectione 4.& cap.3.verſiculo 5.numero 4.& cap.7.ver.1.num.13.
Diluculo, cap.1.verſic.5.num.10.& capit.7.verſic.18.numero 2.& cap.8.verſi.5.num.1.
Dimittere & dimitti, cap.7.ver.19.nume.1.cap.8.ver.4.num.2.& cap.10.ver.1.nu.3.& v.20.n.6.
Diſcedere, cap.1.v.1.n.62.
Diſperdere, c.16.v.8.n.2.
Diſpertiri, & diſpertitus, capit.17.verſic.5.num.1.
Diſſipare, c.5.v.12.n.3.& v.13.n.10.& cap.17.v.11.n.3.
Diues, c.1.v.3.n.24.
Docere, cap.4.v.3.num.3.& cap.6.verſi.24.num.5.
Doctrina, c.12.v.20.n.2.
Dolere, cap.4.verſi.7.num.2. Dolor, verſiculo 8.nume.4.8.& c.5.verſ.6.num.1.2.& cap.6.verſi.10.num.2.& cap.11.v.11.num.3.
Domus, c.1.v.4.n.3.& 4.
Dormire, c.7.v.4.n.1.& 3.
Donec. c.14.v.6.n.4.& v.12.n.3.& 4.
Duplex, c.1.v.1.num.55.

E

Ecce, cap.1.verſi.18.n.1.c.14.verſic.3.nu.1.& v.18.n.2.
Eccleſia, c.1.v.1.n.65.
Aenigmata, c.13.v.17.n.2.
Effundere, cap.2.in enum.morb.cap.2.ver.3.& c.12.v.21.n.3.
Egenus ca.5.v.16.n.1.
Egredi, c.1.v.12.n.5.
Eleuare, c.15.v.12.n.1.
Eliphaz, c.4.v.1.nu.2.
Eloah, Eloi.c.3.v.4.nu.2.
Elohim, c.1.v.n.24.& v.6.n.13.
Eloquium, c.10.v.1.n.1.
Emitti, c.12.v.15.n.2.emittere, c.14.v.20.n.4
Enutrire, c.1.v.1.n.22.
Epulari, cap.1.verſi.4.num.10.& verſi.5.num.3.
Erat, c.1.v.1.n.23.
Ergo, c.5.v.1.n.2.
Erigere, c.5.v.11.n.4.
Errare, c.12.v.16.n.1.& v.25.n.2.& c.15.ver.31.n.3.
Eruere, c.6.ver.23.nu.3.& c.1.ver.21.nu.10.& c.5.v.7.n.4.& c.8.v.9.num.2.& c.10.v.8.num.1.
Ethan, c.3.v.8.n.7.
Eua, c.2.ver.9.num.3.
Euacuare, cap.1.v.1.num.8.
Exactor, c.3.v.18.n.2.
Exaltare, c.5.v.11.n.4.
Exaudire, c.12.v.4.n.4.
Excipere, c.3.v.12.n.1.& v.21.n.2.
Exemplum, c.17.v.6.n.3.4.5.& 6.
Exigere, c.11.v.6.n.3.
Expectare, cap.3.ver.22.num.2.& c.7.ver.4.num.2.
Exterminari, c.7.v.9.n.1.
Extollere, c.7.v.21.n.1.& 2.

F

Fabricator, c.13.v.4.n.1.
Facere, cap.1.verſi.1.nu.76.& ver.5.nu.27.& cap.7.verſ.20.num.2.& c.10.verſic.8.num.3.& 4.
Facies, c.16.v.17.n.1.
Falſiloquus, c.16.v.9.n.2.
Famelicus, c.9.v.5.n.3.
Familia, c.1.v.3.num.13.& 14.
Familiaris, ibidem.
Fatuum, c.1.v.22.n.4.
Fauces, c.1.ver.14.n.8.
Feretrum, in præfat.c.5.num.4.
Ferre, c.1.v.14.n.8.c.7.v.21.nu.2.
Filius, c.17.v.5.num.4.
Finis, c.6.v.11.n.13.& c.7.v.2.n.3.
Finire, c.10.v.20.nu.5.& c.14.v.20.n.1.& 2.
Firmare, c.11.v.13.n.4.
Flagellum, c.9.v.23.n.2.
Flos, c.14.v.2.num.1.2.3.
Fodere, foſſio, c.11.v.18.n.2.
Fœdus, c.1.v.2.num.1.
Folium, c.13.v.25.n.4.
Fons, c.10.v.9.n.3.
Formare, c.10.v.9.num.4.
Fornicator, c.1.v.5.n.17.
Fortitudo, c.9.v.13.n.5.
Frater, c.6.v.14.n.1.
Fruſtra, c.1.v.9.n.1.
Fulgere, c.9.v.30.n.6.

G

Galaad, cap.1.v.1.num.30.
Generatio, c.8.v.8.n.2.
Gigas, c.16.v.15.n.3.
Gladius, c.10.v.17.num.5.

Globus, cap.15. ver. 24. num.3.
Gradi, c.9. v.8. n.4.
Gratus, c.1. v.1. n.58.
Greſſus, c.14. v.16. n.2.
Guſtare, c.6. v.5. num.8.

H

Habere, cap.7. ver.3. num.2.
Hæreditas, c. 7. v.3. n.2.
Hamus, c.3. v.22. n.2.
Herba, c.5. v.25. n. 2.
Hermon, c.1. v.1. n.28.
Homo, cap.1. v.1. n.11. & c.7. v.1. n.11. & ver. 16. n.7. & c.10. v.4. n.7. & c.12. v.2. n.2. & c.14. v.17. n.6. & c.15. v.14. n.1. Humanum, c.10. v.5. n.4.
Horror, c.4. v.13. n.1.
Hoſanna, c.5. v.1. n.3.
Hoſtis, c.6. v.43. n.1.
Humectus, c.8. v.16. n 6.
Humilis, c.5. v.11. n.1.
Hus, c.1. v.1. n.26. 29. & 36.
Huſan, c.1. v.1. n. 36.
Hyades, c.9. v.9. n.4.
Hypocrita, c.8. v.13. n.4. & c.13. v.16. num.1. & c.15. v.34. n.1.

I

Ianus, c.1. v.13. num.3.
Idolum, c.13. v.4. n.3.4.
Ierobaal, c.9. v.3. n.1.
Iehoua, c.1. v.6. n.13. & v.21. n.14.
Ignis, c.1. v.10. n.4. & 16. n.4. & c.10. v.15. n. 8. & c.15. v. 34. n.3.
Ignobilis, c.14. v.22. nu.3.
Ignorare, c.1. v.2. nu.2. & c.8. v.2. n.2. cap.6. v.24. n.5. & c.9. v.21. n.2.
Illuſor, c.17. v.2. n.2.
Imitari, c.15. v.5. n.2.
Immutare, c.12. v.24. n.2.
Immutabilis, c.15. v.15. n.4.
Immutatus, c.16. v.9. n.2.
Impius, c.3. v.17. n.1. c.9. v.22. n.3. & 24. nu.2. c.10. v.3. n.9. 10.11.12.13. cap.15. v.20. n.1.
Implere, c.1. v.5. n.16. & c.5. v.12. n.5. & c.9. ver. 18. n.
In, cap.1. ver.1. num. 6. & num. 30. & ca. 4. ver.21. num.5. & c 5. v.13. num.2. & cap.7. ver.11. num.2.
Incipere, cap. 4. verſi.2. num. 1. & capitu. 6. ver.8. num.2.
Includere, c.12. v.14. n.3.
Indignatio, c.3. v.26. n.3. & c.6. v.4. nu 4. & cap.17. v.7. n.1.
Infremere, c.16. v.10. n.6.
Infrunitum, c.1. v.5. n.22.
Ingredi, c. 5. v.26. n.4.
Infernus, c.7. v.9. n.2. c.10. v.22. n.10. & c.11. ver.8. n.3.
Iniquitas, capit.7. ver.21. num.3. & cap.10. ver.6. num.2. & verſic.14. num. 4. & cap. 11. ver.11. num. 3. & c.13. ver.23. num.3. & cap.16. ver.18. num.1. Iniquus, capit.5. ver.16. num.2.
Innocens, c.9. v.20. n.3.
Ira, iracundia, cap.5. v.2. n.5. & cap.6. ver.3. num.2.
Ire, c.1. v. 4. n.1.
Irritum, cap.5. v.3. n.2.
Irruere, cap.1. ver.13. num.5. & cap. 3. ver. 3. num.2. & cap.6. verſi.18. nume.2. & ver. 27. num.1. & cap.13. ver.11. nu.6. & ca. 16. v.15. num.3.
Inſidiæ, cap.1. ver.13. n.3.
Inſtanter, c.1. v.5. num.10.
Inſtaurare, c.10. v.17. n.1.
Inſulſum, c.6. v.5. n.6.
Interrogare, c.9. v.12. n.1.
Introire, c.2. ver.5. n.1.
Intumeſcere, c.16. v.17. n.1.
Inuadere, c.1. v.17. num.4.
Inueſtigare, c.5. v.27. nu.1.
Inuocare, c.12. v.4. n.3.
Inutilis, c.12. ver.12. num.7. & ca.15. ver.16. num. 3.
Iob, in præfatione cap.1. num. 7. & c.1. v.1. num.33. & 46.
Irridere, c.11. v.3. num.3.
Iubilare, iubilum, c.8. v.21. n.3.
Iudicare, capit.10. verſi.2. num.2. & cap.13. ver.18. n.3. Iudicium, Iudicia, ca.8. ver.3. num.1. & c.9. ver.19. num.2.
Iugerum, c.1. v.3. n.10.
Iugum, c.1. v.2. n.10.
Iumenta, c.12. ver.7. n.2.
Iuncus, cap. 8. ver.11. num.2. & ver.12. num. 2.3. & ver. 16. n.2.
Iuſtificare, cap.8. v.6. num.3. & cap. 5. v.14. nume. 2. Iuſtificari, cap. 4. ver. n. 2. & cap.9. v.20. num.1.
Iuſtitia, c.8. ver.3. num.3.4. Iuſtus, capi.17. v 8. num.1.

L

Labia, c.11. v.2. nu.5.
Laborare, cap. 4. verſi. 8. numero 4. & cap. 9. ver.29. num.2. Laborioſum, c.7. ver.3. num. 3.
Lacerare, ca.13. v.14. nu.3.
Lætitia, c.13. v.19. n.5.
Lancea. c.16. v.14. nu.1.
Lanugo, c.9. v.25. num. 5.
Lapis, c.5. v.23. num.1. & 2.
Laſciuire, c.1. ver.4. n.10.
Latria, cap.1. v.1. n.59.
Latrones, c.17. ver.3. n.5.
Lauare, c.9. v.30. n.2.3. & 4.
Laudare, laus, c.3. v.7. n.1.

Leæna, c.4. v.10. num.3. & cap. 10. verſi. 16. num. 2.
Leo, c.4. v.10. n.1. & c.5. ver.22. num.4.
Leuiathan, c.3. v.8. num.4.
Limus, c.10. v.9. n.4.
Lingua, cap.14. v.5. n.2.
Locus, c.7. v.10. n.3. & 4.
Locuſta, c.14. v.2. n.6.
Longanimis, c.4. v.9. n.2.
Loqui, c.9. v.14. n.2. & v.22. num.3. & c.11. v.5. num. 5.
Lutum, cap.10. ver.9. n.6. vide etiam ca.4. ver.19. nu.2.
Lucifer, c.11. v.17. num.1.
Lux, cap. 3. v. 20. num. 2.

M

Macies, cap.15. ver. 27. num.2.
Mœrens, cap. 5. v.11. num.3.
Magnus. cap. 1. ver. 3. num.17.18.19.20.21. 22. & cap.3. v.19. n.1. & c.5. v.9. num.2. & c.8. v.7. n. 1.
Malum, ca.3. v.10. num.3.
Maledicere, c.3. v.1. n.7. & c.5. ver.3. n.6.
Malignus, c.5. v.12. num.1.
Mane, c.7. ver.18. nu.2.
Manere, c. 11. v.14. num.3.
Manica, c.5. v.1. num. 35.
Manifeſtari, c.9. v.21. num.1.
Manus, c.1. v.1. n.48. c.6. v.8. n.3. & c.15. ver. 23. n.5 6. & v.32. n.4.
Melchiſedech, c.1. v.1 num.2.
Membra, c.17. v 7. n.2.
Mentis, c. 3. v.6. num.3.
Menſura, c.11. ver.9. n.4.
Menſurabile. c.7. v.16. nu.7.
Meridies, c.1. ver. 1. nu.28.
Meum, c.9. v.14. num.2.
Militare, Militia, cap.6. ver.4. num.8 & ca. 7. v.1. num. 1.2.3.4.10.11. & cap.10. verſi. 17. num.6.
Mille, c.9. v.3. num. 2. & 3.
Mirmicoleon, c.4. v.11. n.3.
Mirabilia, c.5. v.9. num.4.
Miſer, c.14. v.1. num.5.
Miſeria, c.10. v.15. n.9. & v.22. n.13. & cap.11. ver.16. num.1.
Miſericordia, capit.6. verſi. 14. num.2. 4. & c.10. v.12 n.3.4.
Mittere, Miſſus. c.1. v. 4. n.13.
Moleſtum, c.16. v.3. n.2.
Montes, cap. 9. verſi.5. num.1. & capitu. 15. v. 7. n.34.
Mors, c.6 ver.6. num.9.
Mouere, moueri, c.2. ver.11. num.4. & c.15. v.23. n.3.
Mulgere, c.10. v.10. num.3.
Mulier, c.14. v.1. num.23.
Multiplicare, cap.9. v.17. n.2. & c.10. ver.17. num. 4.
Multiplex, c.11. ver.6. num.1.
Mulus, c.1. ver.3. num.11.
Mundum, c.8. v.6. n.1. & c.9. v.30. n.6. & c. 14. v.4. n.1 2.3. & c.15. v.15. n.3.
Munus, c.15 v.34. num.3.
Murus, c.1. v.10 n 2.3. & 4.
Mutatio, c.14. v.14. n.6.

N

Naamath, c. 11. v. 1. nu. 1.
Naſci, c.15. ver. 7. num. 1.
Naſus, cap.14. v.13. n.4.
Neceſſarij, c.6. v.13. n.3.
Nequitia, c.1. v.14. num.2.
Neruus, c.13. v.27. n.1.
Nihil, c 7. v.16. n.3.
Niſi, cap.1 v.11. num.4.
Noctua, cap.16. v.18. num.1.
Noe, in præfat. cap 1. n.9.
Nomades, c. 1. v.1. num.28.
Nomen, c.1. v.21. n.17.
Nominari, c.1. v.1. n.40.
Nouember, c.9. ver.9. num.3.
Nox, in peculiari conſideratione lamentationum, cap 3. ver.1. Sectio.4. & v.3. nu.5. & v.6. nu. 2.
Nubes, c.13. v.9. num.4.
Nudatus, c.14. v.10. nu.5.
Numerare, c.7. v.3. num.3.
Nuntius, c.9. ver.25. num.1.

O

Obliuiſci, c.8. v.13. nu.3. Obliuioſus, ibid. & c.14. v.13. num.6.
Obmuteſcere, c.5. v.16. n.4.
Obſcurare, c.3. v.5. num.1.
Oculus, c.10. v.4. num.1. & c.16. v. 17. nu.2. & c.17. v.2 n.5.
Odor, c.14. v.9. num 3.
Offerre, c.1. ver. 5. num.13.
Omne, c.1. v.1. nu.52.
Omnipotens, c 8. v.3. n.4. & c.15. v.25. n.2.
Onager, c.6. ver.5. num.2. & cap.11. ver. 12. num. 5.
Operire, c.16. v.16 n.2. & v.19. n.4.
Operari, c.4. ver.8. nu.2.
Opus, c.7. v.2. nu.3. & cap. 9. ver. 28. nu. 2. & c.10. v.3. n.8.
Opprimere, cap.10. ver.3. num.7. & cap.16. ver. 8. num.1.
Opulentus, cap.16. v.13. n.1.
Optimates, c.12. v.19. n. 4.
Oratio, c.16. v.18. num.4.
Orbis, cap.9. v.13. n.6.
Orcus, c.7. v.7. num.1.
Orientalis, c.1. v.3. num. 23.
Orion, c.9. ver.9. num.3.

Ortus, cap.9. ver.16.num.1.
Oſſa, c.7. v.15. n.5.
Oſtendere, c.15.v.17. n.1.

P

Panis, cap.15.ver.23. num.3.
Papyrus, cap.8.ver.11. numero 2. & capit.13. v.23. num.3.
Parabola, c.17.v.6.n.1.
Parare, c.12. v.5.n.4.
Parcere, capit. 6. verſiculo 10. numero 3. & cap.7.verſic. 11. nume.1. & verſic.16. nu. 2. & verſi. 19. nume. 1. & capit. 16. ver. 6. num. 2.
Pars, c.17. ver.5. num. 1.
Partiri, ibid.
Pauper, c.5.v.15. n.2.
Paruulus, cap.5.verſic.2. nume. 6. & cap. 9. ver. 23. n. 3.
Paruus, cap.3. ver. 19. num.2. & cap. 8. v. 7. num. 1.
Pater, cap.8. ver. 8.nu.4. & cap.15. ver.7.nu. 1. & v.17. nu.2.
Patientia, cap.4. verſi. 6.num. 6. & cap. 17. v. 15. num. 1.
Paucitas, cap.10.v.20.num.4.
Paululum, cap.1.v.11.n.3.
Pauor, c.12.v.17. num.5.
Pax, cap.8.v.6.n.6.
Peccare, cap.1.v.5.num,21. & cap.8. verſi.4. num. 1. Peccatum, c.7.ver.21.nume.3. & c.10. v.6. n.2.
Pellis, c.2.v.4.n.2. & 4.
Percuſſor, & percutere, cap.1. verſi.5. nu.9. & c.5.v.18.num.5.& v.21.num.3. & ca.16. v.11. num. 3.
Peregrinus, peregrina, c.15.v.19.n.5.
Perire, cap.3. verſ.5.num.2. & cap.8.verſi.13. num. 1.
Perpetuum, c.14.v 20. num. 1. & 2.
Perſeuerare, c.15.v.29.nu.4.
Petitio, c.6. v.8. num.1.
Pertranſire, c.9.v.26. num.1.
Phares, c.16.v.15.n.1.
Piloſus, c.5.v.5.num.5.
Pinguis, c.15.v.27. n.1.2.3.4.& 5.
Plangere, c.10.v.20. n.7.
Plantare, c.14. v.9. n.4.
Plaſmare, c.10, v.8. n.3. & 17.
Pœna, pœnæ, cap.9. verſi.23.num.6. & cap. 17.num. 5.
Polliceri, c.17.v.5.n.2.
Porrigere, cap.8.v.20. n.2.
Portare, c.7. v.21.n.2. & c.9.v.13.n.7.& c.10. v.8. nu. 13.
Poſſeſſio, c.1. v.3.n.1.
Poſt, c.17. v.12. n. 6.
Præcinere, c.1. v.9. n.2.
Præcipitare, c.10. v.8. n.1.
Prædo, c.12. v.6. n. 2.
Præparare, c. 15. v.35. n. 4.
Præſepe, c.6.v.5. num.5.
Præterire, c.6.v.14.n.2. & v.15. n.3. & ca. 14. ver.5. n. 2.
Præuaricari, c.4. v.8.n.4.
Peruertere, c. 5. v.13. n.9.
Prauum, c.4. v.18. n.4.
Preces, c. 16. v.18. num.4.
Pretioſus, c.3.v.1. n.6.
Primogenita, c.1.v.1.n.17. & v.5. n.17.
Primitiua, c.1. v.5. n.17.
Primum, c.15.v.7.nu.2.
Princeps. c.12.v.21.num.3.
Pro, c.2.v.4. num. 2.3. 4. & 5.
Probare, c.7.v.1. n.8.
Prohibere, c.15.v.11.n.3.
Proiicere. c.15. v.33.n.3.
Propheta, in Præfat. c.9. nu.2.
Protegere, c.14.v.13. nu.2.
Prouerbium, c.17.v.6. n.1.2.3. & 4.
Puer, c.5. v.15. n.9.
Pugnare, c.17.v.3.n.3.
Pulchritudo, c.5. v.3. n. 2.
Pullus, c.11.v. 12. n.3.
Puluis, c.10.v.9. nu.8.
Purus, cap.11. v.4. n.1.
Putredo, c.7.v.5.n.1.& c.13.v.28. nu.1.

Q

Quærere, cap.10. ver.6. num. 1.
Quamobrem, c.5.v.8. n.2.
Quantum, c.13. v. 23. n. 1.
Quaſi, cap.1.ver.1. num.16. & cap.2. ver.10. num. 2.
Quia, c.3.v.25.num.2. & c.7. ver.17.n.1.
Quies, c.5. v.13. num.4.
Quieſcere, c.3.v.26. num.1. & cap.14.ver.6. num.2. & cap.16.v.7. num. 3.

R

Radix, cap.5.verſic.3. num.3. & cap.13. ver. 27.n.7. & cap. 14. v. 9. num 1. & capitu. 15. verſi.29.num.5. & capitu. 17. verſi.15. num. 3.
Rami, ca.15. v.30. num.1.
Raptim tranſire, c.6.v.15.n. 3.
Recedere, cap.1.verſi. 1. nume. 61. & cap. 6. ver. 13. num.3. & cap.14. verſi. 4. num. 1. & v.12. n.2.
Recordari, cap.8.ver.13.num.3. & capit. 10. ver.9. n. 1. 2.
Rectum, c.1.v.1.nu.56.57.
Rectitudo, c.6. v.25. n.2.
Redemptio, c.6. v.23. num.5.
Referre, c. 9. v. 20.n. 2.
Refrigerare, c.10. v.20. n.7.
Reliqui, cap.4.v.21. num. 1.
Reliquum, c.7. v.2. num. 3.

Repente, c.1. v.18. n.1.
Repleri, c.14. v.1. nu.5. & c.16. v.11. n.4. & c.9. v.18. n.4.
Reprobare, c.5. v.17. nu.4. Reprobum, cap. 15. v.16. n.3.
Requirere, c.3. v.4. n.2.3.4.5. & 6.
Reſiſtere, cap. 9. v.3. n.3.
Reſpondere, c.4. ver.1. nu.1. & cap. 9. verſi. 12. n.1. v.14. n.1. & ver.33. n.1. & c.13. v.22. nu.1. & cap.14. verſ. 15. num.4. & cap. 15. ver.1. nu.1. & verſi. nu.5. & c.16. verſic.1. & 2. num.2.
Retingere, c.2. v.3. n.1. & 4.
Reuerti, c.7. v.12. nu.2.
Rex, c.7. ver.13. nu.5. Rex regum, cap.1. v.1. num.17.
Ridere, c.5. verſ.22. num.1. & cap.9. verſi. 23. n.5. Riſus, c.8. v.21. n.2.
Roborare, c.14. ver.20. num.2. & c.16. ver.6. num.1.
Robuſtus c.6. ver.23. num.2. & c.9. verſi.19. num.1.

S

Sabba, c.1. v.15. nu.6.
Sabbathiſmus, cap.5. v.19. n.3.
Saddai, c.6. v.14. n.3. & c.8. v.3. n.4.
Saccus, c.16. v.16. n.1.
Sacerdos, c.12. v.15. n.1. & c.1. v.5. n.16.
Sacrificium, c.1. v.5. n.13.
Sagitta, cap.6. ver.4. nu.1. Sagittarij, ca.16. v.14. n.1.
Sal. c.6. ver.5. n.6.
Saliua, c.7. ver.19. n.3.
Saluator, cap.13. ver.16. n.1.
Salus, c.5. v.4. n.1.
Sanguis, cap.16. v.18. n.2.
Sanctum, c.5. v.1. n.5. & c.6. v.10 n.5. Sanctus, Sancti, c.6. v.10. n.5. & c.15. v.15. n.5.
Sanctiſicare, c.1. v.5. n.3.4.5.6.
Satan, c.1. v.6. n.8.
Satiare, c.16. v.11. n.4.
Saturari, c.10. v.6. n.2. & v.15. n.7.
Saturitas, c.3. v.24. n.1.
Scandalum, c.1. v.6. n.8.
Scelus, c.13. v.25. nu.3.
Scire, c.5. v.25. n.1. & c.8. v.9. n.2. & c.9. v.28. n.2. & c.10. v.2. n.2.
Scirpus, c.8. v.11. n.2.
Serenitas, c.1. v.1. n.28.
Scopus, c.16. v.13. n.5.
Scribere, c.13. v.4. n.5.
Sectari, ſectator, c.5. v.7. n.7.
Sedere, c.2. v.12. n.3. & c.6. v.29. n.4.
Sedtamen, c.13. v.3. n.2.
Seir, cap.1. v.1. n.36.
Semel, c.9. v.23. n.3.
Semen, c.5. v.25. n.1.
Sequeſter, c.9. v.32. n.5.
Sermo, c.11. v.4. n.1.
Serpens, cap.1. ver.14. num.1. & cap.2. ver.9. num.8. Serpentes, cap.2. in enum. morb. ſectio.6. num.3.
Siccare, c.12. v.23. num.4.
Signare, c.14. v.17. n.1.
Signum, c.16. v.13. n.5.
Signaculum, c.9. v.7. n.3.
Silere, ſilentium, cap.3. ver.2. num.3. & v.13. num.2.
Simplex, ſimplicitas, cap.1. verſic.1. num.51. 52.53.54.55.
Socius, c.17. v.5. n.2.
Solennitas, c.1. v.5. n.1.
Solitudo, c.3. v.24. n.3.
Soluere, c.6. v.8. n.3.
Sonitus. c.15. v.21. num.1.
Sophar, c.11. v.1. n.1.
Sordes, c.17. verſi.5. num.2. & cap. 9. ver. 13. num.1.
Soror, cap.1. verſi.4. num.15. 19. & capit. 17. v.14. n.6.
Sperare, c.13. v.15. n.2.
Spiritus, cap.5. v.13. n.1. & n.4. c.6. v.4. nu.5. & c.7. v.7. n.2. & c.12. v.10. nu.5. & cap.17. v.1. num.1.
Splendidè, c.1. v.4. n.10.
Soſpitas, c.5. v.11. n.5.
Stare. c.1. v.1. n.61. & v.6. n.5.
Statera, c.6. v.3. n.4.
Statuere, c.15. v.16. n.2.
Sterile, c.15. v.34. n.2.
Sterquilinium, c.2. in enumerat. morb. ſect. 11. nu.1.2.3.
Stipula, c.13. v.21. n.5.6.7.
Stomachus, c.15. v.2. n.3.
Stultus, ſtultitia, cap.1. ver.20. num.3. & c. 2. v.10. num.3. & c.5. ver.2. num.2. & ca.6. ver.27. num.2. & ver.30. nu.6. & c.8. ver. 14. num.23.
Subito, c.7. v.18. nu.4.
Sublime, c.5. v.11. nu.2.
Subſtantia, cap.1. v.10. nu.6.
Subuertere, c.11. ver.10. num.6. & capit.12. v.15. nu.3.
Succidere, c.4. v.20. n.8.
Suggrundaria, c.10. v.19. n.1.
Superbia, c.10. v.16. num.1. Superbire, cap. 15. v.20. n.2.
Supplantare, c.11. v.19.
Surgere, c.1. v.5. n.9. & v.20. n.2.3. v.4. n.2.3.
Suſcipere, c.17. v.3. n.2.
Suſcitare, c.3. v.8. n.4. & c.16. v.9. n.3. & ca. 17. v.8. n.3.
Suſtinere, c.6. v.11. n.2.
Sycophanta, c.10. v.3. n.5.

T

Tabernaculum, c.5. v.24. n.1. & c.8. v.22. n.3.
Tacere, c.6. v.24. n.5.
Tædere, c.10. v.1. num.1.

Tangere,

Tangere. c.1. v.11. n.3. & ver. 16. nu.5. & c.2. in enumeratione morb. ſect. 4. nu. 1.
Tela, cap.7. v.6. nu. 1.
Tempus, cap.1. v.21. nu.19. & cap. 3. v.1. nu.8. & cap.12. v.5. nu.5. & 6.
Tenebræ. c.5. v.14. nu.1. & c.17. v.4. nu.14. & c.10. v.22. nu.1. & c.15. v.25. nu.1.
Tentatio, c.7. v.1. nu.5.6.7.
Terminus, c.14. v.5. n.3.
Terra, cap.1. v.1. nu.24. & v.10. nu.8. & c.14. v.19. n.1.3. & 4. Terrenum, c.4. v.19. n.4.
Terrere, cap.9. v.34. nu.5.
Tibicines, cap.3. v.8. nu.5.
Tigris, c.4. v.10. nu.3. & ver.11. nu.1.
Theman, c.4. v.1. nu.3.
Themanitæ, cap.6. v.20. nu.3.
Timere, timens, cap.1. v.1. nu.59. & 60. & c. 6. v.15. nu.2. Timor, c.15. v.4. nu.7.
Tinea, cap.4. v.19. nu.5.
Tingere, c.9. v.31. n.1.
Tollere, cap.6. v.14. nu.1.
Torqueri, cap.9. v.27. nu.4.
Transferre, cap.9. v.5. nu.7.
Tranſire, cap.13. v.13. nu.1. & cap.15. v.19. n.6.
Tribuere, cap.10. v.12. n.2.
Tribulatio. cap.7. v.11. nu.2.
Tumultus, cap.5. v.17. n.1.
Tunnus, c.17. v.12.
Turbo, c.9. v.8. n.3. & c.13. v.2. nu.3.
Turma, c.1. v.17. n.3.
Tyrannus, c.15. v.20. nu.3.

V

Vacuum, cap.6. v.18. nu.3.
Vallare, vallum, c.1. v.10. nu.2. & c.15. v.24. num.1.
Væ, cap.10. ver.15. nu.6.
Vallis, cap.6. v.15. nu.3.
Vanitas, c.7. v.16. nu.5. & 6. & c.11. num.1. & 2. & ver. 12. num. 1.
Væcordia, cap.8. v.14. n.2.
Veſtis, c.1. v.13. nu.1.
Velox, c.7. v.6. n.1. & c.9. v.25. nu.2.
Veluti, c.9. v.30. nu.6.
Venire, c.1. v.7. nu.4. & c.9. v.11. nu.4.
Ventus, c.15. v.2. n.2. Ventoſum, c.16. v.3. n.1.
Verber, c.5. v.21. nu.3.
Verbum, c.15. v.11. nu.2.
Verè, Veritas, c.5. v.2. n.1. & c.6. v.25. n.2. & c.9. v.2. n.2. Verus, c.1. v.1. n.52.
Verax, c.12. v.20. nu.1.
Veruntamen, c.15. v.2. nu.3.
Vereri, c.9. v.28. nu.2.
Vermis, c.4. v.19. nu.5.
Veſpera, c.11. v.17. num. 1. & 2.
Vertere, c.17. v.12. nu.5.
Veſtis, c.8. v.22. n.2. & c.9. v.31. n.2. Veſtire c.10. v.11. n.4.
Via, & viæ, c.8. v.13. n.2. & c.13. v.13. n.5.
Videre, c. 3. v.10. n.3. & c. 4. v.8. n.1. & c.7. v.7. n.4. & v.8. n.2. & c.10. v.4. n.1. & 7. & c.15. v.17. n.1. Viſio c.4. v.13. n.2. & ca. 7. ver.14. n.3.
Vigilare, c.8. v.6. n.3.
Vinctus, c.3. v.18. num.1.
Vinea, c.15. v.33. n.1.
Vinum, c.1. v.13. n.3.
Violentus, c.5. v.15. n.4.
Vir, c.1. v.1. à num. 1. vſque ad 13. & nu. 41. & c.10. v.5. nu.4.
Vireſcere, c.14. v.7. nu.5.
Virga, c.9. v.34. n.2.3.4. & 5.
Viſcera, c.1. v.18. n.7. c.2. in enumeratione morb. ſect.7. n.1. & c.16. v.14. nu.3.
Viſitare, c.2. v.11. num.4. & cap.5. ver.24. num.4. & c.7. v.18. num. 1.2. & 3. & ca.10. ver. 22. num. 6.
Vita, c.10. v.12. nu.2.
Vltra, c.7. v.16. n.1.
Vocare, vocatus, vocator, & vox, cap.1. v.4. nu.13. & c.14. v.10. num. 6. & c.14. ver.5. num. 1. 2. 3.
Vltra, c. 7. ver.16. num.1.
Vmbra, c.7. ver. 2. num.2. & cap.9. ver. 25. num.5. & cap.14. ver.2. n. 4.5. & 6. & ca. 16. ver. 17. n.3.
Vniuerſa, c.5. v.10. num.3.
Vnum, c.9. v.3. num.2. & 3.
Vterus, c.15. v.35. nu.4.

Z

Zara, c.1. ver.1. num.33.

INDEX

INDEX PECVLIARIVM QVORVNDAM HEBRAISMORVM, PHRASIVM, ET SCRIPTVRAE INTELLIGENDAE REGVLARUM,

larum, quæ in hoc opere traduntur, & explicantur: præter minutiores alias obſervationes, quas ſtudioſus ſacri ſermonis paſsim inveniet, & ad formam certæ alicuius, & peculiaris regulæ exigere facilè poterit.

A

Abominationi eſſe hominem ſuis veſtimentis. c.9.verſi.31.num.2.

Angelus Domini. ca.2 verſ. 8. nu.2. *Angelus Satanæ.* cap. 2. verſ. 8. num 3.

Anima pro anima. c. 16. verſi. 4. nu 4.

Animam ſervare. ca.2. verſi 6. nu.3.

Aperire os. c.3. verſ. 1. nu. 4 & 5. & c.16. verſ. 11. num. 12.

Apponere cor. Vide Cor.

Arca teſti monii. c.9 verſi. 19. nu. 4.

Aura lenis. c. 4. verſi. 16. nu. 4.

Auro zeli. c. 12. verſi. 12 nu. 5.

A & Ab. præpoſitiones ultimi caſus, exprimere ſolent comparationem. cap 4. verſ. 17. num 1.

Ad audiendum res mutas & mortuas quorſum compellent Prophetæ c.16 verſ.19. num.5

Affixum apud Hebræos idem valet, quod nomen reciprocum, c 15 verſ.32. nu 2.

Auctores ſacrorum librorum de ſe tanquã de aliena perſona loqui ſolent, in præfat. cap.3. nu 7.

Res dicuntur eſſe in Scriptura cùm apparere, & cognoſci incipiunt. ca 15 v.7. n.4.

B

Baculus arundineus. c.10. verſ.3. nu. 13.

Bibere aquam, & bibere iniquitatem. c.15. v. 16. nu.5.6.7. & 8.

Bonum videre. vide Videre.

C

Cadere in faciem. vide Facies.

Cadere in terram. c.1. verſ. 21. n.3.

Cadere ab aliquo. cap.12 verſ.3. nu.6.

Caput movere capite.16 verſ.5. num.1.2 3.4. *Erigere.* c. 1. verſ. 2. n.3. *Levare, Attollere, Demittere.* c. 10 verſi. 15 n.2.3.4 5 *Contorquere.* ca. 10. verſ. 15 nu. 1.

In capite libri c.11 verſ. 13. n.2.

Carnes humanas lacerare, aut levare dentibus. ca. 13 verſ. 13. n.3.

Eſſe ex catalogo. i. extra catalogum. cap. 7. verſ. 1. num. 11.

Catena caliginis. vide Tenebræ.

Cauponari bellum. c 3. verſ 5 n.4.

Sine cauſa c 9. verſi. 17. n.2.

Colligere furorem. c. 16. verſ. 10 nu.4.

Columna terræ. c. 9. verſi.6. num.3.

Collum erectum. c. 15. verſ 26. num.4.

Commutare labia. v de Labia.

Commutare faciem. vide Faciem.

Concludere ventrem, aut vulvam. cap 3. verſi. 10. nu.1.

Contrahere os. vide Os.

Cor in ore, aut e contra, Os in corde. cap 8 v. 10. num 5.

De corde proferre eloquia. ibidem.

Dicere in corde. Vide dicere.

Cor apponere. c. 1. verſ. 8. n. 1.3. & . 4 & c.7 verſ. 17. n.5. *Diſſolvi.* c. 6 verſ 14. n. 1. *Invenire.* c. 10. v.8. n 2. *Firmare.* c. 11. v. 13. n. 1. & . *Erudire.* c. 1. v. 5. n.22. *Aperiri, aut excæcari.* c. 10. v. 4. n. 1.

Cor duplex c.1 verſ. 1. n. 55.

Coram aliquo eſſe. c. 1. v.3. num.9. & . c.9. verſ. 2. num 3.

Corpus mortis. c 11. verſ. 3 n.2.

Quod ſub aliqua conditione tacita & quaſi ex data Hypotheſi debet intelligi, abſolutè & ſine ulla cõditione dicere & proponere ſolet Scriptura. cap. 11. verſ. 13. num. 4

Qui Chriſti figuram geſſerũt. nõ in omnibus ſuis actibus illum repræſentarunt. in prefat. c.7. n.3.

Particula cauſalis ſæpè redundare ſolet. c 1. verſ 8. n. 11. & c 3 verſ 25. n 1.

Verba cognoſcendi afferre ſolent publicã rei notitiam atq; certitudinem. c. 5. ver. 24. n. 1. & verſ. 25. nu. 1. Senſum etiam, & experimentum c.7. verſ 7. n.4 & c.8. v.9. num.2. & c.9. v.28 nu.2. & cap. 10. verſ.2. num.2.

Comparativa, & Superlativa, quibus caret Hebræi, circumloquuntur aliis particulis c.1. verſ.3. nu 17.

Cùm cõſtructio unius verbi tribuitur alteri, ſignificatio utriuſq; jungenda præcipitur c. 12. verſ 22. nu.1. & c.5 v.8 n.3.

Qui Chriſti figuram geſſerunt, ut David, Salomon, Samſon, Iob, non in omnibus ſuis actibus, ſed certis quibuſdam rebus illũ repræſentant. in Præfat. c.7. n.4.

Dei ſervus, cap 1. verſ 8 num.5.

Filii Dei. cap 1. verſi 6. num.3 4.

Dei oculus cap.7 verſ.8 nu.3.

Sagitta Dei. cap.6. verſ.4 num.2. *Dei flatus.* ca.4. verſi 9. num.1.

Dei

Dei manus.cap.2.in enumeratione morb. Sectio.n. nu 5.& cap.7.verſ.19.nu.2. & cap.10.verſ.8. nu.9.10.11.17.18.

Dei timor. Vid.Timor.

Dei facies, vel,.i facie Dei. Vide Facies.

Deum iraſci,ca.9.verſ.6.nu.5.Commoueri, ca. 2. verſi.3.nu.7 Redire,cap.9.verſ.23.nume. 5.& 7.verſ.24.nu.1.Venire, aut abire.ca.9.verſ.11. nu.2.Ignorare,cap.1.verſ.7.nu.1.& cap.9.v. 21.nu.2. Vocare cap.14. verſi.15.nu.1.Inſpirare,reſpirare,cohibere ſpiritum.cap.10.verſ.8. n.18.Obliuiſci,aut recordari,ca.7.verſ.7.n.1. & ca.10.verſ.9.nu.2. Requirere,c.3.verſ.4.n. 2.3.4.5 Reſpicere.cap.7. verſ. 8.nu. 2.& cap. 14.verſ.3.nu.1.Reuerti cap.10.verſi.16.nu.5. Conſurgere,& exaltari.cap.1.verſi.20.num.4. Dormire ca.8.verſ.6.nu.5.Vigilare ibidem.n. 4.Egredi,cap.9.verſi.8.num.4.Stare.ibidem. Gradi, calcare.num.5.

Dextram porrigere.cap.14.verſ.5. num. 4. à dextris eſſe.cap.17.verſ.3.nu.6.

Dicere in corde,cap.1.verſ.5.num.20.

Diem perire.cap.3.verſ.3.num.2.

Dies hominis, cap. 3.verſi.1.num.8.

Dies illa,cap.1.verſi.6.num.2.

Dies heſterna.cap.8.verſi.9.nu.1.

Dies magnus.cap.1.verſi.1.num.39.

Dies malus.cap.10.verſ.5.n.1.

Dies Tenebrarum.cap.15.verſ.23.nu.5.Optata. c.14.v.6.num.3.& 4.Amara.cap.15.verſi.26. num.4.

Dies iudicii.cap.1.v.6.num.2.

Dies irrus.cap.3.verſi.3.nu.2.

Diligere ſalutare Dei.cap.3.verſi.23.nu.3.

Dirigere cor, aut dirigere viam.cap.11.verſi.13. num.4.

Diſpertita lingua.cap.17.verſi.5.nu.1.

Domus lutea.cap.4 verſ.19.nu.2.

Domus anima.cap.1.verſ.4.num.3.

Domus araneæ.cap.8.verſi.14.num.4.

Deprecari faciem. Vide Facies.

Detrahere cælo lunam,& ſtellas.Vid. Stellas.

Dandi caſus Sæpe redundare ſolet in Sacro ſermone.ca.1. verſ.2. nu.2.& cap.5. verſ. 27.nu.1. Sæpè etiam eſt commodi.ibid. & cap.3.verſi.23. nu.1.Sæpè ſumitur pro ablatiuo cum præpoſitione; De.cap. 15. verſi.6.nu.5.

Deus interrogationibus vtitur,& quaſi dubitandi formulis,vt certam ab homine confeſsionem eliciat,& alia etiam efficiat.cap.1.verſi.9.nu.1.

Deo quamvis neque volenti,neque præcipienti, ſed tantum permittenti, tribui ſolet effectus.cap.primo verſ.21.numero 13 16.

Diem novum diſtinguere,& numerare ſolet Scriptura,propter novum factum.c.1 verſi.2.nu.2.

E

Effugium perire.cap.11.verſi.20.num.3.

Effundere contemptionem, aut deſpectionem.cap. 8.verſi.22.num.4.

Evacuare crucem.cap.1.verſi.1.num.6.

Extendere manum.vid. Manus. Extendere calceamentum cap.1. verſi.1.in appendice prima ad Iobi genealogiam.

Exterminare faciem.cap.7 verſi.9.num.1.

Cùm Scriptura duo extrema proponit, media etiam quæ inter illa ſunt, vult intelligi.cap.3.verſi.19.nu.3.

Verbum Eundi junctum aliis verbis illorũ ſignificationem auget, & frequentiam atque conſuetudinem affert.cap.1.verſi. 4.num.1.

Epitheti perpetui vim habere ſolet in Scriptura ſextus caſus nominis ſubſtantiui, cum regitur à nomine adjectiuo. c. 9.v. 4.num.2.

F

Facere comam.cap.14.verſi.9.nu.3.

Facere iudicium.c.8.verſi.3.nu.1.

Faciem ſuſcipere,aut reſpicere.ca.9.verſi.24.n.4. Accipere.cap.13.verſi.8.n.2.Levare.c.11.verſi. 15.n.1.Deprecari.c.11.verſ.19.n.3.Commutare.c.9.verſi.27.n.2.3.Immutare.c.14.v.20. n.5. Abſcondere.c.13.ver.24.n.2.Cadere in faciem.cap.3.verſ.25.n.4.à facie.vid. Dei.

Faſciculus vinentium.cap.14.verſi.3.n.2.

Filii Dei.cap.1.verſi.6.num.3.4.

Filii Ignis.cap.5.verſ.7.n.5.

Filius Domus.cap.1.verſ.10.num.5.

Filius putredinis cap.17.verſi.14.nu.4.

Finis operis.cap.7.verſ.2.nu.3.

Flagellum linguæ.vid.Lingua.

Flagellum inundans.cap.9.verſi.23.nu.2.

Flumen exundans cap.11.verſi.16.nu.3.

Fortes iuſtitiæ.cap.1.verſi.1.nu.9.

Frænum erroris.cap.12.verſi.24.nu.4.

Fune præcingi.cap.12.verſi.18.n.3.

Facta ipſa, id eſt, rès quæ fiunt ſignificare ſolet Scriptura verbis dicendi, cognoſcendi, prænuntiandi, & ſimilibus.cap. 4.v.3.nu.7.

Verba futuri temporis perpetuam conſuetudinem ſignificare ſolent.cap.1.verſ.4. nu.7.& verſ.7.num.1.

G

Gladius oris.Vid.Os.

Gladii manus.Vid.manus.

Gloria ſpei,& Spes gloriæ.cap.5.verſ.17.

Grammaticę regulas interdũ negligit Scriptura.cap.11.verſi.6.num.3.

Genera ſæpe confunduntur in Scriptura.c. 3.v.8.n.5.&.c.4.verſ.21.nu.2.

Verba,quæ in Hebræo sũt fæminini generis, nominibus maſculinis, aut verba maſculina nominibus fæmininis, adjungere

ſolet lingua Hebraica, ad myſterium aliquod indicandum.c.1.ver.1.nu.11.& v.20. num.19.

H

Herba terra,cap.5.verſic.25.num.2.

Heri, & nudius tertius, cap.8. verſ.9. num.1.

Hominem eleuari.cap.13. verſ.11.num. 7.

Cum rem ab homine factam maiorem humanis viribus narrat Scriptura, confirmare ſolet veritatem humanæ naturæ, ne fictam arbitremur.cap.1.verſ.1. numero 2. & 3.

I

Incircumciſus labiis,Vid. Labia.

Indui confuſione.cap.8. verſi.22. nu.1.

Inferiora terra.capit.1.verſ.21.numer.5.& cap.10. verſ.8.num.17.

Ignis Dei.cap.1.verſi.16.num.4.

In faciem.cap.1.verſi.11.num.6.

Ingredi ſepulchrum.cap.5.verſi.26.num.3.

Iniquè agere.cap.5.verſi.16.num.2.

Innocentem, aut innoxium relinquere.cap.9.v.28. num.3.

Inſitum verbum.cap.1.v.1.n.50.

Interiora Auſtri.cap 9.ver.9.num.5.

Interrogare legibus.cap.9.ver.12 num.2.

Imperatiuus in Sacro ſermone ſępe vſurpatur pro Optatiuo.cap.3.v.3.n.3.

Præpoſitio, in, cũ nomine ſubſtantiuo iuncta, ſolet valere aduerbium.cap.4.ver.21. num.5.

Inſenſibilia dicuntur in Scriptura ſentire, cum rerum, vel ſcelerum indigniſſimorum magnitudo ſignificatur. cap.9. verſ. 31.num.2.& c.16.verſ.19.num.2.3.4.

Interrogatione aſſerente vtitur Scriptura pro oratione negante, & è contrario, interrogatione negante, pro oratione aſſerente.cap.14.ver.14.num.1.

Iuſtorum liberationē & felicitatem ſtatim poſt impiorum minas & ſuppliciũ, ſubiicere ſolet Scriptura.cap.5. ver.15. num.1. & cap.7.ver.7.num.3.

Sub interrogationis, & dubitationis ſpecie aliquando proponit Scriptura, quæ certiſſima ſunt.cap.14.ver.14. num.1.

Interrogatio de re iam præterita, per verbũ futuri temporis, deſignare poteſt cõſuetudinem nunquam intermittendam.c.1. ver.7.num.1.

L

Labia commutare. cap. 12. verſ. 20. num.1. Aperire. cap.11.ver.5.num.5.Mouere,aut mordere.ca. 16. ver.6.num.2.

Incircumciſa.cap.11. verſ.2.num.5.& cap.15. ver. 5. num.2.

Linguæ flagellum.cap.5.ver.21.num.1.2.3.4.& 5.

Lingua doctrinarum.cap.15.ver.5.num.2.

Lingua patrua.c.5.ver.21.num.1.

Sub lingua.cap.11.ver.11.num.3.

Leuare faciem.Vide facies.

Iudicium aut iuſta loqui c.13.verſ.6.num.8.

M

Manè quærere,cap 7.ver.21.num.4.

Manus gladij.c.5.ver. 20. num.5.Manus.l. in manu iniquitatis.cap.8.ver.4.num.3.

In manu eſſe.cap.1.verſi.12.num.2.& cap.2.verſi.6. num.1.

Manuum mundicies.c.9.ver.30.num.6.

Manus extendere. cap.1. verſi. 11. num. 1. & cap. 9. verſi.30.num.7. Expandere.cap.11. verſ.13. num. 3. Manum implere.cap.1.verſi.5.num.6. Porrigere.c.8. verſ.20. num.2. Ponere. c.9. verſ.32.n.4.

Medicus idoli.cap.13.ver.4.num.3.

In medio eſſe.cap.1.verſ.6.num.6.

Menſis nouorum.cap.8.ver.12.num.1.

Miſericordiam facere,aut tribuere.cap.10.verſi.12 num.3.

Murus ignis.cap.1.ver.10.num.4.

Multitudo virtutis.c.9.ver.4.num.3.

Cum alicuius parentes nominãtur, Hebræi matrem conſtruunt cum præpoſitione, de.c.1.ver.1.num.33.

Vbi maledictio, aut maledictũ nominatur in Scripturis, nunquam Dei nomen adiungitur.c.1.ver.11.num.7.

N

Naſus,vide Spiritus.

Nomen Domini.cap.1.ver.21. num.17.

Non omnis, id eſt, aduerbia negandi prępoſito ſigno vniuerſali, Omnis, vniuerſaliter negant, quidquid poſt ſe inueniunt.c. 13.ver.16.num.1.

Nomina abſtracta, ſępe ſumuntur pro adiectiuis & concretis.cap.3.ver.25.num.1. & cap.5.ver.16.

Aliquando negat, & reiicit Scriptura, quod licet præcipiat & admittat, ſed tamen non eſt potiſſimum, nec primò requiſitum.c.1.ver.20.num.6.

Nomina verbalia ſeu abſtracta frequenter, ſed non ſemper augent ſignificationem. c.6.ver.9.num.1.

Nominis proprij compellatio, & memoria familiaritatem, charitatem, & curam afferre ſolet.cap.1.verſ.6.num.11. & verſ.8. num.10.

Nomina propria antiqua cum recẽtioribus aliis, & clarioribus cõmutare ſolet Vulgatus interpres.cap.3.verſ.14.num.2.

Nomina propria Hebræa, appellatiuis vocibus, & econtra, appellatiua, quaſi propria ſint reddere ſolet interpres. ca.3. ver. 8.num.5.

Cùm verbum ſingularis numeri conſtruitur cum nomine plurali, verbi ſignificatio diſtribuitur in omnibus ſub nomine contentis.c.12.ver.7.num.2.

C Vbi

Vbi nomina propria perſonarum ſcribuntur, non fingitur parabola, ſed vera hiſtoria narratur, in Præfat.c.1.n.7.

Numeri pro numero poſitio, c.3.ver. 8. nu. 1. & cap.5.ver.5.nu.1.

Nomina pluralis numeri abundantiam ſignificare ſolent, c.12.ver.6.nu.3.

O

Oculus carneus, c.10.ver.4.nu.3.

Oculi attoniti cap.15.ver.12.nu.2.

Oculorum amaritudines.c.17.ver.2.nu.5.

Oculum ſtillare, c.16.ver.21.nu.2. Deficere, cap.11. ver.20.n.1. & cap.17.ver.5.nu.4.

In oculis rectum eſſe, cap.1.ver.1.n.57.

Odor ignis, cap.14.ver.9.nu.3.

Oleum lætitiæ, c.1.ver.1.nu.62.

Os gladij, & gladius oris.c.5.ver.15.nu.3.

Os contrahere.cap.5.verſic.16.num.3. Aperire, vide aperire.

Oſtendere potentiam, c.13.ver.25.n.2.

Oua Aſpidum.c.3.ver.12.n.2.

P

Palpabræ Auroræ, c.3.ver.10.nu 5.

Pacem habere, aut in pace eſſe, cap.9.ver.4.n.5.

Palpare in meridie, c.5.ver.14. nu.2. in tenebris, ca. 12.ver.25.n.1.

Patientia Iſrael.c.4.ver.26.nu.3.

Peccatum ita Scriptura narrat, vt quamuis actionem prauam tribuat homini, voluntatem tamen, vt paſſio fiat, tribuat Deo, capi.1.verſi.21. num.16.

Pellis pro pelle.c.2.ver.4.n.2.3.& 4.

Pes ſuperbiæ.c.15.ver.20.nu.2.

Non placere, c.8.ver.14.nu.1.

Potentia arcuum, cap.5.ver.7.nu.9.

Prauum comprobare, c.9.ver.20.nu.4.

Prauitatem reperire, c.4.ver.18.nu.4.

Primi accubitus, & prima Cathedra.cap.5. ver.11. num.2.

Proteruiam facere, c.1.ver.16.nu.6.

Prouocare ad iracundiam.c.1.ver.5.nu.24.

Præteritum perfectum continuationem & perſeuerantiam actionis ſignificat, ca.1. ver.4.nu.7.

Verba præſentis temporis, firmitatē & decretum mentis adferunt, c.9.ver. 27. n.3. & c.14.ver.4.nu.4.

Præteritum perfectum & imperfectum apud Hebræos, vnū & idem, ſed cùm per imperfectum latinè vertitur, peculiarem affert vim & ſignificationem, c.1.v. 1.num.13.

Q

Quærere iniquitatem.c.10.ver.5.nu.1.

Quærere panem, c.15.ver.23. nu.1.2. & 3.

R

Renes configi.c.16.ver.13.nu.4.& ver.14.nu. 2.

Retinere innocentiam.c.2.ver.3.nu.1.

Relatiuum aliquando nihil refert expreſſum, ſed tantùm indicat aliquid ad intellectum & cognitionem. cap.1. verſic.21. num.6.

Cùm poſt verbum *reſpondendi*, ſequitur in Scriptura *dicere*, exordium ſequētis orationis ſignificatur, cap.4.ver.1.nu.1.

S

Sagitta ſalutis.c.5.ver.4.nu.1.

Sagitta Dei.vide Deus.

Sagitta paruulorum.c.9.ver.23.nu.3.

Sagittam eſſe in aliquo.c.6.ver.4.nu.3.

Scribere formulam c.13.ver.26.nu.5.

Seruus ſeruorum, ca.1.verſ.8.nu.6.

Species domus.c.9.ver.24.nu.3.

Spes gloriæ, vide gloriam.

Spiritus Domini c.1.ver.12.num.7.

Spiritus naſi, cap.4.ver.19.nu.2.

Stellas de cœlo cadere, c.3 ver.9. num.3. & cap.14. verſ. 12. nu.5. Detrahere ſtellas aut lunam.vide detrahere.

Spiritus fornicationis, ca.12.ver.25.nu.1.

Verba dicendi, ſciendi, cognoſcēdi, ad rem ipſam quæ cognoſcitur, pertinent, ca.7. ver.10.nu.2.

Scriptura accipienda eſt, vt ſonat, & non ſecundum figurā, vbi nihil continetur abſurdi, c.1.ver.6.nu.11.

Scriptura aliquando res vocat, non vt ſunt, ſed vt exiſtimantur ab his, qui loqûūtur cap.2.verſ 11.nu.2.

Scriptura à ſermone familiari non diſcedit, c.2.ver.13.n.5.& c.11.ver.9.num.5.

Eiuſdem aut ſimilis ſignificationis duę voces, aut plures ſimul poſitæ, epitaſin habent & ſignificationem amplificant.c.1 ver.5.n.9.& ver.20.n.2.3.& 4.& cap.9. v. 4 n.2.& c.10.ver.20. nu.21.& 22.& c.17.v. 16.num.2. & 3.& cap. 13.ver.17. num.2. & ver.23.num.3.& 4.

Non rarò duę voces, aut duę ſentētię, quarum vna exponit alteram, ſine nouaui, aut ſignificationis amplificatione, per Pleonaſmon iunguntur, c.11.ver.5. n.5.

Verbum ſurgendi adiunctum alicui verbo, illius etiā ſignificationi adiungit promptitudinem & celeritatem. c.1. ver.5.nu. 9.& ver.20.nu.2.3.& 4.

T

Tempus ſtatutum, c.12.ver.5.num.5.

Tenebræ in die, c.5.verſ.14.nu.1.

Tenebrarum.l.caliginis catena.c.10.ver.22.n.11.

Tenebræ exteriores.c.10.ver.22.nu.11.

Tenere ſermonem.c.4.verſ.2.nu.2.

Terra tenebroſa c.10. verſ.21. nu. 5.

Terra Inferiora, vide Inferiora. Omnis terra. cap.1. verſi.10. num. 8.

Terra natiuitatis. cap.1.verſ.21. num.1.

Teſtis velox. c. 10. ver.17.nu.3.

Timor Dei c.1.ver.1.nu.59.
Tuba tumultuans cap.3 ver.8.nu.5.
Cũ oratio nullius temporis verbo reſtringitur, ad multas temporis differẽtias extendenda eſt, c.5.ver.17.nu.2.
Temporis circũſtantias, noctis, diei, obſeruare ſolet Scriptura, vt indicet rei euentum, cap.1.ver.6.nu.2.
Tertia perſona, ſæpe ponitur pro prima in Scriptura, c.3.ver.3.nu.6.& ca.7.v.1.nu.1.

V

Ventus vrens cap.4.ver.1.nu.59.
Ventus deſerti, c.1.ver.8.nu.3.
Verbum abſconditum, cap 4.ver.12.nu.5.
Verba vitæ cap.8.ver.4.nu.2.
Veritatem dicere.c.6.ver.28.nu.3.
Via iuſtitiæ aut æquitatis, c.1. ver.1.nu.56. Abſcondita, c.13.ver.23.nu.1.
Videre bonum, cap 9.ver.25.nu.4.
Vincti ſpei.cap.5.ver.16.nu.1.
Vinea electa.cap.6.ver.4.nu.6.
Virga directionis, c.1.ver.1.nu.57.
Viri ſanguinum, c.8.ver.3.nu.3.
Vis diuina, aut vis maior, cap.9.ver.9.nu.2.
Vlcus peßimum, c.2. v.8. in enumeratione morborum, ſect.3.nu.1.
Vlcus Ægypti, c.2.in enum.mor.ſect.3.nu.1.
Vmbra mortis, c.3.verſi.5.nu.2.& c. 2..num.16.& c.16.ver.17.nu.3.
Vnum & mille c.9.ver.3.nu.2.& 3.
Verba actiua in ſecunda coniugatione Hebræorum, paſſiuè & imperſonaliter exponi debent, cap. 3. verſic. 3. num.6.
Cum vir opponitur homini in ſacro Sermone, ille nobilem, hic ignobilẽ ſignificat, cap.1.ver.1.nu.10.

INDEX QVAESTIONVM ET DVBITATIONVM, QVARVM EXPLICATIONEM, VEL HVIVS LIBRI HISTORIA ET INtelligentia, vel loci alicuius obſcuritas atq; neceſſitas poſtulauit.

In præfatione.

An vera ſit hiſtoria Iob, an verò parabola. in præfatione cap.1. per totum.
Lazari & Diuitis hiſtoria, an parabola. ibid. nu. 7.
Qua nota inurendus, qui neget hiſtoriam Iob veram nunquam fuiſſe, ibi. ver. 8.
An liber Iob ſit ſacræ fidei, & auctoritatis, in præfatione cap. 2. per totum.
Quid ſentiendum cenſendumque ſit de extrema huius libri Iob parte, ibid. num. 3.
Quid cenſendũ ſit de libro Iob, qui apud Græcos habetur, ibid. nu. 4
Quis fuerit huius libri auctor. in præfatione c.3. per totum.
An Salomon fuerit librorum ſuorum ſcriptor. ibid. nu. 2.
Qua lingua & quo dicendi ſtylo ſcriptus fuerit liber Iob, in præfat. cap. 4.
Ex qua materia fuerit liber, in quo primum hiſtoria Iob exarata fuit. ibid. nu. 1.
An lingua Syriaca à Chaldæa & Hebræa differat. ib. n. 2.
An Iob ipſe carmine ſcripſerit. ibidem num. 3.
Quæ ſit materia, & finis libri Iob. in pæf. c.5. & c.6. & 8.
Quis fuerit finis patientiæ Iob. in præfatione cap. 6.

Quis fuerit finis non vltimus Incarnationis filij Dei, ibi. num.6.

An Iob paſſus fuerit, vt Chriſti patientis figuram exprimeret. in Præfat. c.7.

An Iob etiam ſeruatus viuus, atq; ſimiliter Iſaac Chriſti mortem repræſentauerint. ibid. nu.6.

Cur plures figuræ Chriſti paſſionis, quàm reſurrectionis extiterint, ibid. nu.6.

Quæ ſit optima ratio interpretandi librum Iob, & Scripturam, in Præfatione capi.8.

Quomodo ſit vtendum Philoſophorum ſapientia, ibidem num.7.

Quis locus, ordo, atq; totius libri Iob diuiſio, in Præfatio. cap.9.

An Iob Propheta fuerit, & inter Prophetas numerandus ſit, ibid. nu.2. & 3.

Quæ ſit vtilitas libri Iob, quis vſus commentariorum, ac periphraſis, in Præfat. c.10. per totum.

In primo capite.

An Iob fuerit Rex. ca.1. ver.1. à nu.14. vſq; ad 22.

An Palæſthinorum Reges crearentur ſuffragiis, ibid. n.17.

An Iob fuerit Rex Regum, ibi. nu.18.

An Job fuerit Primogenitus, & quod primogeniti ius, ib. num.19.

An Iob regnum hæreditario iure obtulerit, ibid. nu.20.

An iudices quondam externi, aut peregrini crearentur, ibid. num.22.

Quis fuerit ſitus, & quæ deſcriptio terræ Hus, ibid. nu. :8. & 29.

An terra Hus ad Idumæã pertineat, ibid. nu. :8.

Quis fuerit Job, & quod illius genus, ibid. à n.31. vſq; ad 37.

Ab Jobab ſit idem, qui Job. ib. nu 32.33.

An Reges Idumæi à Moyſe numerati, imperarint vniuerſæ Idumææ, ibid. nu.3 .

An amici Iob duces aut reguli, & an Jobo ſubditi, ibidem num.35.

Duces qui olim, & an regibus parerent, ibid.

Quæ Job patria, qui parentes. ibid. à nu.37. ad 40.

Quonam tempore Job extiterit. c.1. v.1. n. 43. 44. & 45.

An regnum Iob Deum quoq; tenuerit, & ad Eccleſiã pertinuerit, id eſt, an Huſitæ fideles & pij extiterint, cap.1. ver.1. à nu.63. vſq; ad 77.

An alia Regna, Regiaq; vrbes Deum coluerint in lege naturæ, ca.1. ver.1. nu.73.

An A-

An Amorrhei quondam extiterint fideles & pij, c.1.verſ. 1.num.74.

An Rex Abimélech fuerit fidelis & pius ibid.n.13.

An Chananæi aliquando pertinuerint ad Eccleſiam ibid. num.74.

An Iob ſponte abſtinuerit à numeroſioribus gregibus, & ſibi certum numerum præfixerit ca.1 ver.2.& 3.nu.5.

An Iob fuerit auri diues.c.1. v. 3.num.4 & 10.

Quæ & quales oues Arabiæ, ibid num.6.

Cur inter poſſeſſiones Iob nulla fiat agrorum mentio, cap 1.

Cuiuſmodi Arabici & Palæſthini muli, & an bello & currendo apti.c.1.v.3.n.12.

An filij Iob iam tunc eſſent patresfamilias, & in ſeparatis domibus, c.1.v.4 nu. 2 3. 4.

An filiorũ Iob conuiuia quotidiana perpetuaq; fuerint, c. 1.v.4.n.0.7.& 8.vſq; ad 3.

An quotidiana conuiuia filiorũ Iob pertineant ad parentis laudem ibid nu.11 & 12.

An filiæ Iob fuerint iam matrimonio locatæ, ibid.nu.17.

Quæ fuerit præparatio requiſita apud nationes omnes ante eſum ſacrificiorum. ibid. num.5.

An Iob ſingula pro ſingulis filiis ſacrificia obtulerit, ca.1. ver.5.nu.14.

An Iob fuerit ſacerdos, ibid n. 1,16 17.18 & 19.

An ad laicos offerre ſacrificiũ pertineat, ibid. nu.1 .

An ſoli primogeniti olim fuerint ſacerdotes, ibid. à n.17. vſq; ad 19.

An filiorum Dei appellatio in homines. l. potius in Angelos conueniat, c.1. v.6. n.34.

An Angeli loco definiantur. ib. num.5.

An Satanæ nomine ipſe Satan, vel aliqua alia perſona figuratè, & quis hic Satan fuerit c.1.ver 0.nu.7.

An acta concilij Angelorũ, cuius in hoc lib. ſit mentio, ſint accipienda per metaphorã, vel ſecus. ibi à num.9.ad 13.

An Angelus, vel Deus huic Angelorum cõcilio præfuerit ibid.nu.13.

An Angelus aliquãdo appelletur Iehoua, c 1.ver.0. nu.17.

An Iob ſanctior fuerit antiquis Patribus, Abraham, Iſaac & Iacob.c.1. ver.18. nu 12.

An Deus in Scriptura aliquãdo iuret ſub forma imprecationis, cap.1.ver.11.nu.5.4.

Quænam illa Saba, vnde venit Regina Auſtri, c.1.v.14 n.7.

An filij Iob fuerint ſancti. c. 18. num. 2.

An Iob habuerit filios aliquos ſuperſtites, & quosnam. c. 1. verſ. 18. num. 5.

Quorſum fieret olim veſtium dilaceratio. cap. 1. verſic. 20. num 5. 6. & 7.

In capite ſecundo.

An quis ex charitate teneatur ſuam vitam exponere pro alio. c. 2. verſ. 4. n. 6.

An ſecundus Angelorum conuentus eodē die coactus fuerit, quo primus. cap 2. verſ. 1. & 2. num. 2.

An Deus prohibuerit Satanæ, ne Iobū corriperet & infatuaret, c. 2. ver. 6 num. 4.

An Dæmon fuerit prohibitus lethalem morbū Iobo inferre. c. 2. ver. 6. n. 6. & 7.

An Dæmon ſemel ab homine victus, eundem iterum hominem tenet. c. 2. ver. 7. & 8. num. 1.

An Angeli boni, aut verò mali puniant impios. cap. 2. ver. 7. num. 2. 3.

An Iob vno tantùm morbi genere, vel pluribus laborauerit. c. 2. v. 8. in enumeratione morborum, ſect. 1. nu. 1. 2. 3. & 4.

Cur Satanas ſolam Iobi linguā intactā reliquit in enumeratione morborū. ſec. 1. n. 4.

Num fuerit affectus morbi deſperatus atq; mortifer. ibid. num. 2. 3. 4.

An beatus Iob inter Martyres ſit numerandus. ibid. n. 4.

An Iob Phagadænam, ignem ſacrum Eriſipelam, Cancrū, & animi deliquium paſſus fuerit, ibid. ſect. 3. n. 1. 2. & 3.

An lepra, ſcabie, elephantiaſi & pruritu ſit affectus. ibid. ſect. 4. n. 1. 2. & 3.

An luem venereā, arthritem, ſeu articularem dolorem habuerit. ibid. ſect. 5. num. 1. 2. 3. 4. & 5.

An vermes, pedicularemq; morbum ſuſtinuerit. ibi. ſec. 6. n. 1. 2. & 3.

An plagis Ægyptiacis ſit læſus. ibid. n. 4. & 5.

An viſcerum putredine, renū dolore, pulmonum vlcere laborauerit. c. 2. in enumeratione morborum. ſect. 7. n. 1. 2. 3. 4. & 5.

An pleuritide linguæ, faucium, tonſillarum phlegmone, angina, aſthmate ægrotauerit. ibid. ſect. 8. n. 2. 3. & 4.

An affectus fuerit Incubo, vigilia, & penè ad inſaniam mæſtitia, eſuritione canina, maraſmo, febri hectica. ibi. ſect. 9. n. 1. 2. 3. 4. & 5.

An ad morbum pertinuerit, quòd teſta ſaniam raderet, & de

& de vngium vitio, corporiſq; pruritu. ibid. ſect. 10. n. 1. 2. & 3.
Cur teſta & nō vnguibus ſe ſcaberet, & qualis fuerit teſta. c. 2. enumeratione morborum. ſect. 10. n. 1. & 2.
An ex morbo prouenerit, quod ad ſterquiliniū diuerterit. ibi. ſect. 11. nu 1. vſque ad 7.
Num Iob vexauerint oculorū morbi, capitis dolor, aurium & nariū vlcera, cordis ſyncope & palpitatio, ſingultusq;, occultiores morbi, diuturnitas omnium. ibid. ſect. 12. n. 1. 2. 3. & 4.
An nudus: an ſine domo & lectulo. ſect. 11. n. 6. & 7.
Vter calamitoſior extiterit Iob an Lazarus. ibid. ſect. 13. n. 1. & 2.
An Iobi calamitas acerbior fuerit plagis Ægyptiis. ibi n. 3. & 4.
Quantum tempus durauerit Iobi calamitas. ſect. 12.
Quæ Iobi vxor, & cur ſeruata. 1. & 2.
An Satan ementitus fuerit habitum vxoris Iobi. ibidem, num. 4.
An Iob vnquam verbo lapſus fuerit. c. 2. verſ. 10. n. 8.
An amici Iob ex vera amicitia illum conſolaturi venerint. c. 1. verſ. 11. num. 2.
Quomodo cognouerint Iobi cladem. c. 2. ver. 11. num. 1.
An amici Iob prius cōuenerint in aliquo peculiari loco. ibi. num. 3.
An amici Iob ſeptem cum illo integros dies aſſederint. c. 2. ver. 12. 13. num. 5.
An antiphraſis in voce tantū, an in mente etiam vltimata poſſit reperiri. c. 1. ver. 11. num. 1.

In capite tertio.

Quo tempore Iob ſuas lamentationes inceperit. c. 3. v. 1. n. 1.
An poſt ſilentium peculiaris aliqua ægritudo Iobum impulerit ad lamentandum c. 3. verſic. 2. in conſideratione lamentatio. ſect. 1.
An fuerit agitatus ſcrupulis. ibid. ſect. 2.
An vitæ deploratio peculiaris Iobi, an verò communis ſit morſus mortalium omnium ibid. ſect. 3.
Qua mente Iob maledixerit diei, vitæq; ſuæ. ibid. ſect. 5. 6. 7. & 8.
An lamentationes Iob acerbiores fuerint, quàm Ieremiæ. cap. 3. num. 8.
An lamentationes iſtæ procedant ex affectu ſenſitiuæ partis. ſect. 6.
An in his lamentationibus vtatur Iob ſcientia præcin-

dendi vnam conſiderationem ab alia in re eadem, & vita mala à bonis. ſect. 8.

An procedant ex ardenti in Deum charitate, ſect. 9.

Unde apud Iob diei naturalis computatio inciperet. ca. 3. ver. 6. num. 2.

An nomen menſis deducatur à nomine lunæ, an verò nomen lunæ à menſe. c. 3. verſ. 6 num. 3.

An ſolum fœminæ lamentatrices fuerint, an etiam viri lamentatores, c. 3. verſ. 3. n. 5.

In capite quarto.

An amici Iob ſancti, atq; ſapientes fuerint. c. 4. in annotatione prauia, & in præfatione. c. 5. num. 1. & 2.

An principia, quibus inter argumentandũ amici Iob vtuntur, ſint de fide, cap. 4. in annotatione prauia. numero 4.

An amici Iob digni ſint appellatione prophetarum. ibid. num. 7.

Quod fuerit peculiare erratũ, & peccatum amicorũ Iob. ibid. num 8. & cap. 2. verſ. 11 nu. 2. & c. 3. in conſiderat. lamentat. ſect. 5. nu. 2. & ca. 13 v. 4. n. 2.

An Theman fuerit olim academia c. 4. verſ. 1. n. 3.

An reuelatio narrata ab Eliphaz, c. 4. fuerit vera. c 4. ver. 12. n. 2.

Quare prophetia dici ſoleat viſio, & verbum. c. 4. ver. 3. n. 2.

Quæ ſint notæ ad veras reuelationes diſcernendas. ca. 4. ver. 16. nu. 5.

An angeli creati fuerint in cœlo empyreo. c. 4. verſi. 19. n. 3.

In capite quinto.

Quales olim ſedes & accubitus in iudiciis, conuiuiis, & publicis conuentibus. c. 5. v. 11. num. 2.

An veræ beſtiæ fuerint, ad quas Paulus Epheſi pugnauit. c. 5. ver. 12. nu 4.

In capite ſeptimo & nono.

An Iob agnouerit myſterium reſurrectionis. cap. 7. ver. 9. num. 3.

An aliqui montes in diluuio explanati fuerint, vel tunc etiam, aut aliquando è ſuis ſedibus in alias tranſlati. c. 9. ver. 5. n. 3. 4. 5. 6. & 7.

An terra moueatur quieſcente cœlo. c. 9. v. 6. n. 1. & 2.

In capite decimo & reliquis.

An Iob reuelata fuerit criminatio Satanæ cap. 10. verſi. 8. num. 15.

An Angeli in hominis creatione aliquod miniſterium obierint cap. 10. verſic. 8. numer. 6.

An ho-

An homo verè formatus fuerit Dei manibus, Deo tunc humanam ſpeciem ſumente, c. 10. ver. 8. nu. 9. 10. & 11.

An homo creatus fuerit ex luto, id eſt, ex terra & aqua, an verò ex puluere arido, cap. 10. verſi. 9. num. 3. & 4.

An corpus primi hominis priùs fuerit à Deo formatum ex luto, quàm anima infuſa, cap. 10. verſi. 12. num. 5. 6. & 7.

An Angelus, vel Verbum ſub ſpecie viſibili loquutum fuerit Patribus antiquis, ca. 10. ver 8. nu. 11.

An Iob criminationi ſuorum amicorum anſam præbuerit, c. 1. ver. 4. n. 3. & 4.

An damnatorũ cruciatus vnquam mitigentur, cap. 11. v. 19 num. 2.

An Iob fuerit ſenior ſuis amicis, cap. 12. ver. 12 num. 2. & cap. 15. ver. 19 nu. 6.

DE SEQVENTIS RERVM INDICIS VSV, ET ORDINE, AD LECTOREM.

Licèt hic index (optime Lector) in vltimum locum reiiciendus videbatur, ſed tamen, vt hoc quarto loco reponeremus, his cauſis adducti ſumus. Prima, quoniam alij præcedentes indices ex hoc ipſo generali multùm iuuari poſſunt: tum etiam hic ipſe ex aliis locupletari & perfici debet, vt alij ſine aliis mutili & imperfecti meritò videri debeant. Deinde quoniam cùm ex aliis peti oporteat, quæ vel ad ſimplicem aliquam vocem & ſignificationem ſacri Sermonis cognoſcendam, vel ad Hebraiſmi alicuius vim & proprietatem pertinent: iam nunc hic index rerum illa ſuppeditat, quæ ſententiis integris continentur, & explicantur, quod in aliis maximè deſiderari videbatur. Separari igitur minime debuerunt: ſed ſeparatim tamen ſingulos tradi non inutile viſum eſt, ne, ſi in vnũ & eundem locum omnia cogerentur, multitudine & confuſione lectorem opprimerent. Tandem quoniam, qui duo reliqui ſunt indices locorum Scripturæ, & rerum pro concione, & Euangeliis, alios indices iam præmiſſos, & ordinatos iure ſuo poſtulant, vt ad quos itendi item recurrendum ſit.

INDEX RERVM.

A

ABANTES.

Abantes anteriorem capitis partem radebãt, cap.1.ver.20.nu.12. Erant natura pugnaces, ibidem.

ABEL.

Quid illius nomen ſignificet in Præfat.cap.1.num. 9.& cap.7 ver 16.num.6. Typus viuentium, ibid. Et mortuorum etiam, ibid. In illo nullam poſteritatis ſpem parentes collocarunt, ibid.

Quomodo illius corpus occultare conatus fuerit Cain.cap.16.ver.19.nu.5.

Vide etiam Sanguis, Clamor, Cain.

Non poterit eſſe Abel, qui tenuerit habere fratrẽ inimicum, c.1.ver.1.nu.66.

ABIMELECH.

Quid illius nomen ſignificet, cap.1. ver.1.num.18. Pater erat pauperum, ibid. Rex fidelis & pius, n. 73.& adulterij deteſtator, ibid. Loquebatur illi Deus per reuelationem, ibid illius regnum fidele.ibid.& huius rei probationes, ibid. Comparatus cum Pharaone, ibid.

ABLVTIO.

Vide Aqua & Mare.

ABORTIVVM.

Duplex abortiui deſcriptio, c.3.v.16.nu.1.& 3. Abortiuo non dabatur peculiare ſepulchrum, ibid.

Neque dicebatur edi in lucem, ibid.

Cur ſe Paulus vocet abortiuum, ibidẽ. Abortiuus cenſetur pro non nato, cap. 10.ver.19. nu.2.& ſi parum vixit, cenſetur in iure non vixiſſe, ibidẽ.

Sordidus auarus, abortiui ſimilis, ibid.

Vide etiam Octimeſtris partus.

ABRAHAM.

Quomodo in ſpem contra ſpem crediderit, cap.11. verſic. 15. num.4. Ex illius genere Iob per Eſau, *Vide Iob.*

Abrahæ ſinus portus Lazaro, c.3 ver.13.nu.7.

Quem diem viderit, cum exultaſſe dicitur, in Præfat.cap.7.nu.9.

ACADEMIAE.

Priſcæ Academiæ apud Hebræos, ca. 4. verſ 1. nu 3. Et apud Themanitas, ibid. Academiæ Theman Doctores & magiſtri, ca.15.ver.10.nu.5.

ACCEPTIO PERSONARVM.

Cur dicatur faciem accipere.cap.13.verſ.18. num.2. Non attendit æquitatem & ius, ibid. Quibus alijs modis explicetur, ibi Dat indigno aurum, & confidentiam in iudicio, ibidem.

Amici Iob huius vitij notati, ibid. Deus non accipit perſonas, ibid.

Vide etiam Adulator, Iudex, Princeps.

ACETVM.

Acetum cum nitro ad curationem aurium purulentarum, cap.16.ver.2.nu.4. Sed conſolatio inſtillanda auribus, illius diſſimilis, ibid.

ACTIO.

Actionem à paſſione ſubtiliter diſtinguunt Sacræ litteræ.cap.1.ver.21.nu.16. illam reprobat Deus, etiamſi velit paſſionem, ibid.

ADAM.

Vnde dicatur in Hebræo, ca.1.ver.1 nu. 11. & triplex illius nomen, triplex etiam ſignificatio, ibidem, & capit.10. verſic 11. numero 3. & verſic. 9. numer.5.

Adami corpus priùs formatum ex luto quàm anima infuſa, cap 10.ver 12. nu.5. & 6. ex humo fermentata.ver 10 nu.3.

Illius formatio, ſimilis formationi caſei, nume.2. 3.& 4.

Non eſt formatum ex puluere arido, ſed ex luto & limo, ver.9.nu.4.

Ante animationem priùs diſtinctum & organizatum in luto, ver.11.nu.2.

An formatum ex terræ quatuor particulis collectis ex quatuor orbis partibus, ver.9 nu.5.

An angeli in illius formatione aliquid miniſterij obierint. *Vide Angelus.*

Primi & ſecundi Adami diſcrimen, c. 1. ver.1.nu.4.

Primus homo non vir.ibid. Sapientiſſimus, c.15.v. 7.nu.1.

Vide etiam Homo, Corpus.

ADOLESCENTIA.

Adoleſcentiæ propria ignorantia, cap 13 ver. 26. num 10. Cur illius peccata dicantur aliena, ibid.

Merentur veniam & excuſationem, ibid. & num. 11 Flos caducus, cap.14. ver.2.num.1. Qualis flos & planta ex Adonidis horto, ibid.

Immature [illegible] in medio dierum conqueſtionis formula, c.14 ver 10 nu 1.

Eſt ætas ad miniſtrandum apta. ca. 13. ver. 26 nu.9.

Nemo iuſtus puer, ſed ſenex. *Vid. Iuſtus. Vide etiam Puer, Filius. Homo, Vita, Senex, Mors.*

ADONIS.

Adonidis horti, Q[illegible]. cap. 14. verſi 2 num.1. Repræſentant humanam fragilitatem, ibid & florem caducum adoleſcentiæ, ibid.

Nihil ferebant fructiferum, ibid.

Sunt iidem qui horti mulierum, ibid.

Vide etiam Adoleſcentia, Homo, Flos.

ADONISEDECH.

Quid ſignificet illius nomen cap.1.ver.1 nu 17.

Non tam videtur nomen proprium, quam apellatiuum, ibid. videlicet compellatio Regis Regum, ibid.

ADORARE.

Adoratio quid ſit, cap.1.verſ. 20.numero 16 Diuerſi adorantium habitus, & geſtus, num[illegible] & 16.

Quorſum adoraturi procideirent, ibid. *Vide etiam Oratio.*

Quomodo manipuli fratrum dicantur adoraſſe manipulum Ioſeph, nu 15.

Quomodo Elephantes dicantur regem adorare, num.16.

Quorſum Pythagoras iuberet adoraturos ſedere, num.5.

ADVLATIO. ADVLATOR.

Interdum infligit lethale vulnus, c 13.ver.2. num.3.

Dicitur bilinguis, ibid. Miratur perſonas quæſtus gratia, ca 13. ver.9 num.2 Dicuntur negotiatores auaritiæ, ibi. Deus odio illum habet, num. 4. Qui adulatione gaudent, ſeipſos decipiunt, ibid. Deus non capitur adulatione, ibid.

Afflicti, qui conſolationem non admittunt, adulatione gaudent. *Vide Tribulatio.*

ADVOCATVS.

Advocatorum peccata quæ ſint, c 13. v. 7. nu 4 & v. 9 n.3. Solent decipere iudicem, ibi. & falſa crimina obiicere, & rem dubiã velut certã proponere, ibid. Ei qui aduocatum non haberet, Prætor dabat, cap.9.ver.19.nu.4.

INDEX RERVM:

Dat clienti ſuam fidem ex publico pacto, ibidem.

ÆGYPTVS.

Abundat venenatis ſerpentibus & feris, cap.5.verſ.7.num.10. Præſertim alatis ſcorpionibus, ibid.

Ægypti vlcus quale, cap.2.ver.8. in enumeratione morb.ſect.3. num.1.

Quare Deus voluerit fieri præmiſſa prius conſperſione cineris, ex camino ardente, ibid.

Illius deſcriptio ex Philone, ibid.

Quale morbi genus, apud Hippocratem. num.2.

Ægypti plagæ numerantur & explicantur, cap.2. ver.8. in enumeratione morborum, ſect.13.nu.4 Comparantur cum Iobi calamitate, ibi. & Iobi calamitas ex iſta comparatione amplificatur, ibidem.

ÆTAS.

Ætates medici diſtinguunt per interualla ſeptem annorum.c.7.ver.8.num.2.

Quomodo dicatur Græcè, ibid. Quare Medici veteri homini duas ætates habenti venam incidi. ibidem.

AER.

Cur dicatur Firmamentum, cap.9.verſ.8.n.2.

Aere vtitur Deus, vt tentorio militari, c.9 ver 8.nu. 3. Ibi habet Deus armamentaria publica, ibid. Inde expugnat impios, ibid.

Quomodo Stephanus Ieſum viderit ſtantem in aëre, ibid. & Paulus etiam inde tonantem audierit, ibid.

Cur militia cœleſtis ex aëre precetur pacem mortalibus, ibid.

AGER, AGRICOLA.

Agri quondam non valdè pretioſi, cap.1. ver.3 nu. 9. Illorum modus ſeruandus. nu.15. Superandi a famulis & agricolis, nu.16. Illorum mala, & iniuriæ cœlorum propter peccata, cap.5 ver,6 n.3. Agri limitati quales, cap.5.ver.23. num.4. Agricola terræ ſeruit.ca.1.ver.3. nu.13. Cenſiti Agricolæ qui apud Romanos, num.14.

Vide etiam ſterilitas.

AMARA.

Amara omnia acerba, & inimica naturæ. ca.9. ver. 18.num.4. Dilecta in amara conuerti. cap.13. ver. 26.num.2. Efficiuntur à caloris exceſſu, num.3. Amari in quo differant a bilioſis, ibid. Perpetuum mortis epithetum, nu.4.

AMICITIA, AMICI.

Quibus rebus lædatur amicitia, cap.12.ver 4. nu.1. Debet eſſe gratuita, cap.1.ver.9. nu.3. Deus amicitiæ violatæ Iudex ſeueriſſimus, cap.12. ver.4 n. 3. adeſt propitius homini derelicto ab amicis, n. 24. Amicus medicus, cap.2.ver.13. num.4. Quaſi frater, cap.6. ver.15, nume.1. Amicorum contumeliæ moleſtiſſimæ, cap.12. verſi.4 num 1. amici infideles notati. capit. 6. verſic. 13. numer. 3. & ver.14.nu.2. & ver.15.num 2. Deo ingrati, num.3. Dicantur præterire, & contemnere miſeros, c.6. verſic.15.num.2. & 3. Illos pudet videre miſerum. ver.19.num. 1. Sordida illorum parſimonia, ver. 22.num.5. Sunt ſimiles torrenti, c.6.ver.15. nu.4. & ver.16.num.3.

Amici Iob bono animo acceſſerunt ad conſolandum, cap. 2. verſic. 11. num. 2. Sancti & pij, ibid. & initio capitis 4.num.1. & 2. & initio capitis 7.nu. 2. Errarunt ex ignorantia, initio capitis 4. num. 1. & 2. Non ſemper illis repugnat Iob, nu.3. vſurpant Fidei principia, nu 4. Non errarunt in fide, locis citatis, & cap.13. verſi.4 nu.2. An appellandi ſint prophetæ, initio capitis 4. num.7. In quo peculiariter errauerint & peccauerint, nu.8. Repræſentant Hæreticos, cap. 2, ver, 11, num. 2.

AMORRHAEVS.

Amorrhæi aliquando fideles & pij, cap.1. verſic.1. num..74.

AMOR.

Cum ira coniunctus, cap.3.ver.2. in conſiderat. lament ſect.8.num.1.

Amantium iræ, ibidem. Amor iratus magnus dolor, ibidem. Amantium notæ, nume. 2. Amoris nomen in diuinis, ibid. magis propriè, quàm in humanis, ibid. Ex impuro amore ſimilitudines in Sacris, ibid. Iobi lamentationes ex amore, num.1. & 2.

ANGELVS.

Angeli potiùs, quàm homines dicuntur filij Dei, c. 16. ver.6. num. 4. Non ſunt præſentes omnibus locis, nu.5. Qui dicantur aſſiſtentes, ibid. Plures nobiſcum, quam inimici, & Dæmones contra nos, num.7. Celebrarunt concilium, præſente Satana reipſa, & non per imaginationem à nu. 9 vſque ad 13 Conuenerunt Angeli cuſtodes Iobi, & filiorum, & vniuerſæ illius familiæ, nu 92. Præfuit concilio Angelus vice Dei, num, 13 Qui aliquando dicitur Iehoua, aut Elohim, ibid. Illorum loquutio non alligatur corporeo loco, num.12.

Non eodem modo loquitur Angelus Deo, ſicut Deus Angelo, ver.7 num. 2. Mouentur incredibili celeritate, num.3.

Sunt ſeptem oculi ſuper iuſtum. ver.8.num.2. Illorum etiam cuſtodia & patrocinium, ca.1. ver.10. nu.3. & c.5.ver.5.n.5. & ver.23.n 9. Sunt intra nos, cap.1.ver.10.num.3. Iuſtum circundant, ſicut etiam Dei Thronum ibid.

Maximè in illis requiritur fidelitas, cap.4.ver.18.n. 3. Nihil ex ſe boni habent, nu. 4. Militant Deo, cap. 7. ver.1. num.3. Illorum periphraſis, Seruire Deo, cap.4.ver.18.num.1. & portare orbem, ca.9. ver 13 nu.3 Dicuntur cœli.cap.15. ver.15.num.4. Sancti & fideles & ſerui Dei, ibid. & c.5.verſ.5.nu. 5. Comitantur Deum ab hominib⁹ derelictum, cap.16.ver.8.nu.4. Creati in cœlo Empyreo.c.4. ver 9.num.3.

An aliquod miniſterium præſtiterint in hominis creatione, cap.10. ver.8. nu.6. An aliquod etiam præſtabunt in reſurrectione, ibid.

Angelorum peccatum amplificatur ex dignitate ſui domicilij, in quo conditi fuerunt, cap.4.verſ. 19.num.3. & ex eo, quod maximè fideles eſſe debuerant, ver.18.nu.3.

Angelus Satanæ collaphizans Paulum, quis, cap.2. ver.7.num.3.

ANGVLVS.

Anguli ædificiorum oſtia, ca.1.ver.18.nu.4. ſignificant Principes & magiſtratus, ibid. Conſtant maximis & firmiſſimis lapidibus, ibid.

ANIMA.

Cur dicatur ignis, aut ſcintilla, cap.13.verſic.12.nume.4.

ANNVS.

Quot menſibus conſtabat apud Romanos. cap. 7.verſi.16.nume.7. Anni magni, qui, ibid.

ANTHEROS.

Cupidinis frater, mutuus amor.cap.1. ver.1. nu.66.

ANTIPHRASIS.

In quo differat ab Ironia, cap.1.ver.11.num.7. Illam qui tollant, ibid. Oſtenditur, cap.1. citato. & c.6. ver.14.num.4. An detur in mente vltimata. ca.1. ver.11.num.6.

APOCRYPHVM.

Quid ſit, in præfat. cap. 2. num. 4. Non ſtatim eſt vt falſum reiciendum. ibid.

APOSIOPESIS.

Reticentia cum vehemétia & amplificatione ſententiæ. cap. 1. ver. 8. num. 12. & ver. 11. num. 4. & c. 17. verſ. 1. num. 4.

AQVA.

Aquarum ſonitus magni clamoris ſymbolum. ca 3. verſ 24 num. 3. Aqua & ablutio mundiciei ſymbolum, cap 9. ver. 30. num. 2. Ad luſtrationem adhibita ibid. & ad orationem ib. & num. 5. Scelus quod ablui non poſſet, maximum. ibid.

Aqua marina, antiquis religioſa nu 3.

Ablutiones & purificationes legis. ibid.

Ablutio manuum. *Vide manus.*

ARABIA, ARABES.

Arabia eſt ad meridiem terræ ſanctæ. c. 1. verſ 18 n. 3. Thure abundat, cap 1. verſ. 14. nu. 6. Fertilitas vnde ver. 3. numer. 3 Paſtores potentiſſimi, ibid. Oues magnarum caudarum. n. 6. Muli quales, *Vide mulus.* Aſini, *Vide Aſinus.* Abundat Camelis. num. 7.

Arabes latrociniis viuunt, ver 14. num 7. Illorum ceremonia in percutiendo fœdere. cap 9. ver. 33. num. 5.

ARBOR.

Arboribus etiam peculiares morbi. c. 14. ver. 7. nu. 5. & ſenium. ver. 11. num. 1.

ARCTVRVS.

Quæ conſtellatio. c 9 ver. 9. nu. 1 Quæ illius nomina. ibid. Tempeſtates efficit. ibid. Quando oriatur. ibid.

ARENA.

Arena maris cur grauiſſima cap 6 ver 3. nu. 7. Quæ illius genera, quæ generatio. ibid. Symbolum innumerabilitatis. ibid cur careat numero plurali. ibi. Etiam ſingulariter dicta ſignificat multitudinem. ibid.

ARGVMENTARI.

Argumentantium ineptiæculorum vitium c. 9. ver. 26. nu. 4 Decorum in argumentatione ſeruandum. cap. 15. verſ. 1. num. 1. *Vide diſputatio.*

ARMENIA.

Armenorum Regum in percutiendo fœdere ceremonia. c. 9. ver. 33. num. 7.

ARTIFEX.

Magis diligit ſuum opus, quam ipſe diligeretur ab opere. c. 10. ver. 8 num. 17.

ASINVS, ASINA.

Aſinarum vtilitates. c 1 ver. 3. nu. 12. Aſini opportuni agriculturæ. ibid. Aſini Arabici quales ibid. Aſinina ſtoliditas. ca. 11. ver. 12. num 5 Cur Deus ex maxilla Aſini præbuerit aquas Samſoni. cap. 6. ver. 5. num. 4. Aſinus piſcis dicitur habere cor in ventre ibi. Symbolum Guloſi. ibid. *Vide Onager & Mulus.*

ASSISTERE.

Aſſiſtere, quibus Angelis conueniat. cap. 1. ver. 6. n. 5. Eſt inferioris, & miniſtrantis, ibi. Tum etiam militis, aut ornantis. ibid.

ASTVTIA.

Aſtutia, an violentia plus valeat in hoſte. c. 1. ver. 13. num. 1. Sæuitiæ comes. ibid. Aſtuti qui, & quibus ſimiles. c. 1 ver. 1 num. 54. & 55. Illorum aſtutiam Deus traducit, & detegit c. 5. ver. 12. num. 3.

Suis illorum conſiliis conſtringit & capit. n. 4. & 5. Erraſſe illos conuincit. nu. 7. Peruerſum colluctatorem ſe illis præbet. nu. 9. Infatuat illorum conſilia. nu. 10. Apponit illis impedimenta. nu. 4. & verſic. 13. nu. 1. & 2 Illos tandem expugnat Deus, cap. 5 ver. 12. nu. 4. Aſtutia ſeipſam deſtruit, & ſibi nocet num. 1. *Vide etiam Verbo Conſilia, & Verbo Cogitatio.*

ATHLANTES.

Athlantes qui. c. 3. ver. 8. num. 5. Solem & diem execrabantur. ibid.

AVARVS.

Ab auaris iuſtè auferuntur diuitiæ. cap 1. verſ. 3. nu. 8. Auari hominis periphraſis. cap. 15. ver. 34. n. 3. Sitis inexplebilis. ver. 16 num. 4.

Auaritia ſignificat aliquando quamcunq; prauam cupiditatem. ibid.

AVDIRE.

Benè audiendi præcepta. ca 5. ver. 2. n. 4. & c. 15. ver. 12 nu. 2.

AVGVSTINVS.

Auguſtino ante conuerſionem videbatur valde laborioſus Ambroſij cælibatus. in præfat. cap. 1. num. 2.

AVGVSTVS.

Auguſti oculi ſplendidi. cap. 10. ver. 22. nu. 10.

AVIS.

Auis laboris expers. cap. 5. ver. 7. nu. 6. Facilè declinat periculum. ibid. Frequenter ſumitur in malum. ca 9 Peculiaris Dei circa aues prouidentia. c 12. ver. 9. num. 4. & verſ. 10 num. 6.

AVRIS.

Auris quare in hebræa appellatur ſtatera c. 6. ver. 3. num. 4. inter aures medium ſtat iudicium rationis. ibid.

Auricularum magnitudo ſtultitiæ & loquacitatis nota. c. 1. ver. 22. num. 3.

AVRORA.

Auroræ palpebræ, primus illius ſplendor. c. 3. ver. 9. num 9.

AVRVM.

Aurum ad Deorum & Regum honorem. c. 3. ver. 15. num. 2.

Aurea & argentea ſuppellex nobilium. num. 3. cum cadaueribus condita. nu 4.

AVSTER.

Auſter quare ſumatur pro deſerto. c. 1. ver. 18 num. 3. Ventus a regione deſert. ibid. & ca. 9 verſ 9 n 5. Pro Polo Antarctico. ibid. Quæ dicantur Interiora Auſtri. ibid.

B

BABYLON.

Babylonicæ turris deſtructio. cap 11. verſic. 14. nume. 1.

BALDAD.

Sapientia ſecundus inter amicos Iob cap 8 ver. 1. n. 1. Illius nominis etymologia & ſignificatio. ibidem.

BALTHEVS.

Cuiuſmodi eſt. cap. 12. verſ 18 num. 1 Erat ornatus Regius, & militaris. ibid. tum etiam & ſacerdotum. ibid.

Vide Cingere & Cinctus.

BARBA.

Vtilitatis indicium. cap. 1. ver. 5. num 8 Barbæ abraſio quorſum fieret ver. 20. nu. 11. Barba, familiæ ſymbolum. ver. 5. nu 8 Barba prolixa apud Romanos reorum erat. ver. 20 num. 11.

BEELZEBVB.

Deus muſcarum c. 1 ver 16. nu. 1. Idolum Accaronitarum. ibidem. Pro Principe Dæmoniorum. ibid.

BELLVM.

Bellum iniuſtum gerentium ſupplicium. c. 5. ver. 15. num. 3.

BENE-

INDEX RERVM.

BENEDICERE.

Benedicendi, variæ acceptiones, ca.1.ver.5. à num. 23. vſq. ad 26. & ver.11.n.6. & 7. Varietatem capit ex adiunctis. ver.10. num 7.

BENEFICIVM.

Debet eſſe gratuitum. cap.1. ver.9. num.4. Differt à negotiatione. ibid. Beneficia cur Deus conferat, aut deneget, cauſam ignorat homo. c.9. ver.11. n. 2. Beneficij recordatio grata ei, qui contulit. ca. 10. ver 8. num.2. & ver.9. num.1. Excitat diuinam miſericordiam & beneficentiam. verſi 8. num.2. Beneficium plus diligit conferens, quàm accipiens. nu 17. Deus cum iucunditate benefacit. nu.18. Dicitur reſpirare cum beneficia confert, & cohibere ſpiritum, cum negat, ibid.

Diues impius abutitur beneficiis. *Vide Diues, & Impius.*

BEROALDVS.

Beroaldus notatus. cap 1. ver.1. num 28.

BESTIA.

Beſtiæ ſcelerum vindices, cap.5. ver.22 num 5. Dicuntur impij ferinis moribus. num.3 & 4. Quomodo Paulus pugnauerit ad beſtias. ibid. Iuſto beſtiæ pacificæ num 3.4. & ver.23. num.9. Arabia illis abundat. ibid.

BILLIVS.

Billius notatus in præf in cap.1 num.1.

BLASPHEMIA.

Cur dicatur eſſe contraria morti. cap.1. ver.11. nu.7. Illius pœna capitalis cap.2. verſi 9. num.8. Ad illius deteſtationem veſtium dilaceratio. c.1. verſi. 20. num.7.

BONVM.

Boni appellatio ad cibum, & diuitias relata. cap.1. ver.4. num.10.

BOS.

Boum vſus in ſacris & prophanis. cap.1. verſic.3. num.8.

Pinguis, vbertatis ſymbolum, macilentus ſterilitatis. c.15. ver.27. num.2.

BOSRA.

Quæ vrbs. cap 1. verſi.1 nu.31. Plures illius nominis vrbes. ibid. Quæ illius nominis variatio. ibidem. Iobi Patria. num.32. An etiam fuerit mater Iobi. num 33.

C

CADAVER.

Cur iuberetur eadem die deponi de cruce. cap. 15. verſic.24. num.3. An poſſit appellari homo. *Vide Homo.*

CADERE.

Iuſti cadunt in faciem, impij retrorſum. cap.3. ver. 25. num.4. Propriè dicitur ſomnus cadere. *Vide Somnus.*

CAECVS.

Vt cæcus palpare ſoleat in tenebris. cap.12. ver. 25. num.1 Munera excæcant. *Vide munus, & Cupiditates. Vide Cupiditas.* Iudices cæci. *Vide Iudices.*

COELVM, *& cœlum Empyreum.*

In cœlo Empyreo Angeli creati. *Vide Angelus.* Cœlum dicitur magnum per excellentiam. ca.5. ver. 9. num.2. Illius magnitudo ex ſola diuina voluntate. ibidem. pulchritudo & ordo. cap.15. ver.16. num.1. Illius pars pulcherrima ſol ibidem. Cœli extenſio & expanſio qualis. cap.9. verſic 8. nu. 2. E cœlo egreditur Deus præliaturus. num.3. Cœli innouandi quomodo. cap.14. ver.11 num. 4 videbuntur ſeneſcere & deficere luminibus, n. 5. Illius partes denſiores ſunt velut maculæ. c 15. ver.15 num 4 Non ſunt animati. ibi. ſignificant Sanctos aut Angelos. *Vide Angelus.*

CEREMONIA.

Ceremoniæ externæ iungendæ cum interna ſanctitate. c.11. v 13. nu.1. Præ illis requiritur interna ſanctitas. ibid.

CAIN.

Quid illius nomen ſignificet. c.7. ver.16. n.6. Quomodo occultare conatus fuerit cadauer Abelis. c.16. ver.19. num.5.

CALCEAMENTVM.

Calceamenta aut chirotheca, ſolebant proiici intra vrbem obſeſſam cap.1. ver.1. num. 35. An illis Chriſtum vſum fuiſſe colligatur neceſſariò ex verbis Ioannis Baptiſtæ c.3 ver.14 nu.3.

CALVINVS.

Illius impietas, & imperita elegantia. cap.1. verſi. 21. num.13.

CALVMNIA.

Dicitur flagellum linguæ cap.5 verſi. 21. nu 1. Quid apud Iuris Conſultos. cap.10. verſi.3. num. 4 & 5. Pro ſophiſmate. nu 6. Calumnias impoſtorum vindicabit Deus cap.12 ver.16. num.1 Calumniæ & errores ſeruiunt Diuinæ prouidentiæ. ibidem. Diuinæ Sapientiæ eſt fraudes, & calumnias detegere, & deſtruere cap.12. verſi. 22. nu.2.

CAMELVS.

Cameli Arabici quales, & ad quos vſus. cap.1. ver.3. nu.7. Illorum multa genera. ibid.

CANIS.

Canis impatientiæ & iracundiæ ſymbolum. cap.5. verſi 2. num.4. & illius, qui cæca pariat conſilia. ibidem.

CANTVS.

Cantus lugubris inuentores Phryges. cap 3. verſi.8. num.5.

CAPILLVS.

Symbolum ſolicitudinum & negotiorum, quibus implicatur homo. cap.1. verſi 10. num.7. Abſciſſi ſacrificabantur. ver 20. num.13 Symbolum infirmitatis muliebris. cap.16 ver 13 num 3. Cur in illis repoſuerit Deus fortitudinem Samſonis. ibi.

CAPVT.

Capitis & barbæ abraſio, quando & quorſum fieret. cap.1. ver.20 nu.11.12.13.

Membrum diuiniſſimum, cui cætera parent ca.16. ver.5 nu.3. Cenſetur totus homo. ibi. Varij illius motus, & variæ ſignificationes. ibid. Caput obuelabatur damnatis. cap.13. ver.24. nu.3.

CARCER.

Non ad puniendum inuentus. cap.7. ver.13. num.6. Sed ad continendum. cap.10. ver.22. nu.12. Carceris deterrimi deſcriptio. cap.13. ver 27. num.4. Eſt tenebricoſus et lugubris. cap.10. ver 22. nu.11. et 12. appellatur ipſæ tenebræ. ibidem. Videtur fuiſſe extra Hieruſalem. num.11. *Vide etiam Tenebræ, & Tribulationes.*

CARECTVM.

Carecto libenter paſcuntur boues. cap.8. ver.11. nu. 3. Quibus aliis nominibus appelletur. ibid. Quæ illius folia, quis fructus ibid.

CARO.

Eſt quicunque externus ſplendor c.16. ver 16. nu 2. Carnes humanas lacerare aut comedere, ſymbolum ſæuitiæ. cap.13. ver.14. num.3. Carnis imbecilitas. *Vide Homo & Fœmina.*

Carne noſtra vtitur aduerſarius, ad nos ipſos oppugnandos cap.2. ver.5. num.2.

CARMEN.

Carmina ſacra noſtris ſimilia. in præfat. cap.4. nu. 3. *Vide Poeſis.*

CASTITAS.

Videtur lædi contaminata veſte. c.1. ver.20. num.9.

Indiget muro, cap 14. verſi. 4. num. 4. Et peculiari etiam mentis firmitate & conſtantia, ibid.

CATO.

Catonis iocus in Albidium. ca. 1. ver. 16. nu. 6.

CERAVNIA.

Ceraunię gemmæ natura, ca. 1. ver 16. nu 6.

CEREALES.

Cereales ludi quomodo celebrarentur, c. 1. ver. 14. nume. 5. Videbantur imitari vulpes Samſonis. ibidem.

CERVICES.

Rigidæ ad ſuperbiam, cap. 15. ver. 22. num. 6. *Vide etiam Superbia.*

Pingues ad ſuperbiam & ſæuitiam, c. 15. verſi. 26. nu. 6. *Vide etiam Collum.*

CERVVS.

Sitit, & ſitiendi cauſæ, cap. 7. ver. 2. num. 1. Confligit cum ſerpentibus. ibid.

CETVS.

Leuiathan. ca. 3. ver. 8. num. 2. Die an nocte faciliùs capiatur, ibid.

Nauigantes terrirat, ibid. vnde dicatur in Hebræo, ca. 7. ver. 12. num 5. An ſit Tunnus, ibid.

CHALDAEVS.

A quo nomen Chaldæi acceperint, capi. 1. verſi. 17. num 1. Quid illorum nomen ſignificet, ibidem. Sapientes, ibidem. Cur dicantur Equites, ibid.

An debeant connumerari Babylonijs, ibid. Equitandi periti & ſtudioſi, numero 2. Viuebant ex præda, ibidem. a Iudæa non parum diſtantes. ibidem.

CHANANAEVS.

Chananæi aliquando fideles & pij, cap. 1. verſi. 1. num. 74.

CHENCHRITES.

Serpens. cap. 5. ver. 7 nu. 10.

CHIRVRGVS.

Vulnerando medetur, cap. 5 ver. 18. num 2. In illo maximè requiritur ſcientia ligaturæ, num. 1. Omnia chirurgi munia præſtans Chriſtus. *Vide Chriſtus.*

CHRISTVS, CHRISTIANI.

Incarnatio, & Natiuitas.

Chriſti genealogiæ Series inuerſa in Matthæo, & Luca. cap 1. ver. 1. in appendice. 3. ad Iobi genealogiam nu. 40. Chriſtus incarnatus dicitur deſcendiſſe ad inferiores partes terræ, cap 5. ver. 11. num 1. Illius caro hamus, quo expiſcatus fuit Leuiathan. c. 3. ver. 8. num. 1. Cur dictus Vermis. cap. 4. ver. 19. nu. 6. Cur illius corpus templum. cap 5 verſi 24. num. 1. In Chriſti aduentu abundantia virtutum omnium. cap. 5. ver. 25. num. 2. Illius natiuitas æterna, & temporalis, munda & ſplendida c. 14. ver. 4. n. 4. Illius cum natura humana nuptiæ indiſſolubiles. cap. 9. ver. 33. num. 7. & 8. Dicitur Dei brachium, & dextra, ibid. Cur vocetur Dei filius Logos & Ratio. cap. 1. verſi. 21. num. 15.

Vita, & Conuerſatio.

Chriſtus iuſtorum finis & caput. in præfat. 7. num. 2. Mediator & ſequeſter. cap. 9. ver. 33. num. 7. & 8. Angelus Teſtamenti. ibid Illius miracula & ingreſſus ſuper mare, prædicta a Iob. cap. 9. ver 8. num 5. Euigilat, ad miſerorum preces. cap. 8. ver. 6. num. 4. Prætetiens, videt attentus, & miſeretur miſerorum, cap 6. ver. 15. num 3. Forma optimi Principis. cap. 3. ver 15. num. 3. Cur ſimilis capreę. cap. 10 ver. 4. num. 4.

Paſsio.

Chriſtus noſtros labores ſibi impoſuit cap. 7. verſi. 21. num 2. & 3. Leuauit, exportauit, tranſtulit. ibid. Chriſti patientis figura. ca. 16. ver. 9. num. 2. Plures figuræ illius paſſionis, quàm reſurrectionis. in præfat. cap. 6. num. 2. Per paſſionem conſummatus. num 2. Chriſtus patiens admirandi cauſam in iuſtorum ærumnis abſtulit. cap. 17. ver 8. num 2. Quomodo dicatur traditus poteſtati tenebrarum. cap. 1. ver. 2. in conſiderat. lamentat. ſect. 2. num. 6. Illius dolores maximi. ibi. Repræſentati & comparati cum Iob ibid. Illius corona ſpinea. *Vide Corona.* Morti proximus non tam de ſe, quàm de ſuis ſolicitus. ca. 14. ver. 22. nu. 2. Cur voluerit eſſe velata facie inter opprobria. cap. 10 ver. 4. num. 6. Cur cùm guſtaſſet vinum noluerit bibere. c. 1. ver. 20. num. 1. Planctus à viris & mulieribus. cap. 3. verſic. 8. num. 5. Exemplum patientiſſimum in ſua paſſione præbuit, in præfat. cap. 6. num 6. Mons Caluariæ Chriſti patientis eſt, mons Domini videbit, ibid. Cur dicatur occiſus ab origine mundi, in præfat cap 7. nu. 3. De illius morientis ſanguine & latere ædificata Eccleſia. ibid.

Reſurrectio.

Chriſti reſurrectio velut altera natiuitas. ca. 14 ver. 14. num. 3. Terræ parturientis dolores in illius reſurrectione ibid Facta virtute diuina. num. 5. Illius figuræ, Iob & Iſaac. in præfat cap. 7. num. 9 Rurſus Iſaac conceptus in mortua vulua Saræ, illius figura. ibidem. Abrahami exultauit, vt videret hunc diem reſurrectionis. ibid. Chriſti deſcenſus ad inferos. ca 7. ver. 9. num. 2.

Chriſtiani.

Ad leonem vel ad beſtias, antiqua infidelium conclamatio. cap. 2. ver. 6 num 9.

CICERO.

Cicero illuſtratus cap 1. ver. 1. in appendice 1. ad Iobi genealogiam, num. 35.

CINGERE, CINCTVS.

Cingere, militare verbum. cap. 12. verſic. 18. num. 2. Cinctus Gabinus quis. ibi Cæteg. cur dicti Cincti. ibid. Cingulum pro fortitudine & viribus. cap. 12. ver 21. num. 5.

Vide etiam Baltheus.

CINIS.

Symbolum æterni ignis. cap. 1. ver 12. nume. 3. Memoria deleta. num 2. Supplicij monumentum. ibidem.

CIRCVMCISIO.

Circumciſionem & ceremonias Abrahami retinuerunt Moabitę, Ammonitę, Idumæi, ca. 1. ver. 10. num. 74.

Circumciſio cordis in ſpiritu, cap 1. ver. 1. in appendice. ad Iobi genealogiam num. 42.

CLAMOR

Clamare dicuntur, quæ acerbiſſima ſunt. c. 16. ver. 19. num 2. & 3. Magnus clamor, ſimilis ſonantibus aquis. *Vide Aqua.*

Vide Aqua, Clamor, Abel.

CLAVIS.

Symbolum liberæ adminiſtrationis. cap 12. ver. 14. num. 2. Quatuor Dei claues quæ ſint. cap. 3. ver. 10 num. 2.

CLAVVS.

Claui figura inuſta frontibus ſeruorum vnde. *Vide Sclaui.*

COGITATIO.

Cogitationes humanæ ſunt Deo voces. cap. 12. ver. 12 num. 5. Deus illarum inſpector. cap. 1. verſi. 5. num. 15. & cap. 2. verſic. 22. nume. 2. Debent eſſe puræ & lucidæ. cap. 12. verſic. 5. nume. 3. Illarum importunitas. capi 5. verſic. 5. numero 25 Inutilitas. capite 8. verſiculo 14. numero 4. Cur dicantur poſſeſſiones cordis. cap. 17. verſic 11. nume. 4. & compages atque articuli cordis. ibidem.

Con-

coniunctæ cum affectione & deſiderio, ſi auellantur, dolorem grauiſſimum efficiunt, ibid.
Dei cogitationes perficiuntur, cap 5. ver 12. num. 3. & iuſtorum, ibid. Impiorum fruſtratæ. nu. 5. & 6. & poſt multum diſpendium, nu. 7.
Impiorum cogitatio ſemper molitur malum, c 15. verſi. 35. num. 4. in illa prima peccati conceptio, cap. 3. ver 12. nu. 2. Sunt oua aſpidum, ibid. *Vide etiam conſilia.* Dei mirabiles cogitationes pro iuſtis, *Vide iuſtus.*

COLLVM.

In collum inuadere ſolebât magiſtratus, cum quis inobediens erat, cap 15. ver. 26. num. 4. Collum erectum & rigidum, ſuperbiæ ſymbolum, ibid. *Vide etiam ſuperbia, & ceruices.*

COLVMNA.

Columnæ duæ inſcriptæ a nepotibus Adam, ca. 8. ver, 8. num. 4.

CONCEPTIO.

Tribuitur nocti, ſicut natiuitas diei, c. 3. ver. 3. n. 4. & 5. Conceptio Beatiſſimæ Virginis immaculata, c. 14 ver. 4. num. 4. & Chriſti Ieſu pura & lucida. *Vide Chriſtus.* Reliquorum mortalium ſordida. *Vide cap. 14. citato.*
Terra excipiens cadauera videtur illa concipere, vt poſtea pariat *Vide Terra.* Et mens concipiens cogitationem. *Vide cogitatio.*

CONSCIENTIA.

Conſcientia pædagogus, cap. 1. ver. 1. nu. 50. Teſtis. cap. 9. ver. 20. n. 2. Solum illius teſtimonium non ſufficit, ibid. Etiam non iudicat homo, ſed Deus, cap. 4. ver. 17. nu. 2.
Bonę conſcientię teſtimonium in diuino iudicio, c. 13. ver. 5 nu. 4. Conſtantia & fiducia, ibid. & ver. 10 nu. 1 Malæ conſcientiæ terrores, & perturbatio c 15. ver. 21 n 1. 2. 7. & verſ 28. nu. 2 Quod aliis eſt harmonicus ſonus, mala conſcientia malè interpretatur, ver. 21. nu. 3.

CONSILIVM.

Conſilia debent eſſe ſecreta, cap. 15 ver. 8. nu. 5. Illa reuelat Deus, nu. 2. Notantur vana & laborioſa, cap 16. verſi 3 num. 1. Conſilia aſtutorum irritat Deus, cap 5 ver 12. nu. 1. 2. 3. 4. 5 6. & ver 13. nu. 10. & 11. Illorum conſilia perturbata & ſtulta, ibid. In rebus clariſſimis cæca, & errantia, ver. 14. n. 1. & 2. Exitioſa, ver. 15. nu. 3. habent ſtultum finem, cap. 12. ver. 17. num. 4. Illa infatuat Deus, ver. 19. num. 4. Ex impiorum conſiliis Deus eripit iuſtos, cap. 5. ver. 15. num. 3. Quod ſit impiorum & dæmonis aduerſus iuſtos conſilium. *Vide iuſtus.*
Vbi initur conſilium iniuſtum, non eſt Regi acquieſcendum, cap 12. verſi. 14 num. 1. Regum deprauata conſilia Deus cõmutat in melius. nu. 2. Eos, quorum intereſt conſilia præbere, Deus permittit errare, cap 12 ver. 20. num. 1.
Conſilia inſulſa, quæ ingrata. cap. 5. verſi. 5. num. 6. Salus, vbi multa conſilia, capite 3. verſic. 14. numero 1.
Vide etiam cogitatio.

CONSOLATOR, CONSOLATIO.

Conſolatores inepti, idola inutilia, c. 14. ver. 4. nu. 4 Medici inepti, num. 3. Oneroſi, cap 16. verſi. 2. num 3. Conſolatio optima, ſimilem ſe præbere dolenti, cap. 16. ver 5 nu. 2. Eſt ars incantatoria, ibid. & arma aduerſus ærumnas, verſi. 6. num. 1. Non debet eſſe longior, verſi. 2. num, 3. Nec importunè eadem repetere, num. 4. Debet eſſe inſtar margaritę pendentis ex aure, ibidẽ. & aceto diſſimilis quod inſtillatur auribus, ibidẽ. Initio conſolationis ſilentium, cap. 2. verſi. 13 num 16. Quomodo Angelus confortans conſolatus fuerit Chriſtum orantem, ibid.

CONSVETVDO.

Significari ſolet in Scriptura verbo Eundi, c. 1. ver. 4. num 1. & præterito imperfecto verbi ſubſtantiui, Erat. *Vide in indice regularum ſcripturæ.* Praua conſuetudo peccandi, etiam ſine peculiari voluptate, cap. 15 ver. 16. num. 7. *Vide etiam in indice ſimplicium vocum Latinarum, Via.*

CONSVL.

Cur hoc nomine recentior vſus fuerit Latinus interpres, cap. 3. ver. 14. nu. 1. Pro iudice & prætore, ibidem.

CONCIONATOR.

Non aucupetur nominis ſplendorem nec iucunditatem, cap. 3. ver. 1. num. 2. Docendo & concionando ineptus, qui moribus ſit diſſimilibus, ca. 4. ver. 3. nu. 2. Debet eſſe verbis modeſtus & humilis, inſtar Pauli c p 4. ver 12 nu. 2.
Debet eſſe probatus per patientiam & labores, in præfat. cap. 3. num. 5. & 6. Debet priùs diu ſiluiſſe, cap. 3 verſi 1 num. 1 Obſeruatur ab aliis, etiam cùm os aperit. *Vide in indice Hebraiſmorũ, Aperire os.* Debet eſſe Dei familiaris & amicus, ſicut Propheta *Vide in indice ſimplicium vocum, Propheta, Vide etiam verbo Doctores, & verbum Dei.*

CONTENTIO.

Contentionis vitium. c. 6. ver. 29. num. 5. In quo differat a rixa, ibid.

CONTVMELIA.

Difficilis toleratu, etiam à viris bonis, cap. 3. ver. 2. in conſideratione lamentat. ſect. 2. num 5. Iuſtus in conuitiis ſurdus, & mutus. cap. 16. ver. 2. num. 1 Deus audit & reſpondet pro illo tacente, ibid. Et conuertit opprobria in bonum, c. 3. citatõ. Contumelia eſt ſuſtis & gladius, cap. 16. verſi 11. num. 3. & vehemens percuſſio, ibid. *Vide etiam lingua.* Et cur Chriſtus in contumeliis voluerit eſſe velata facie. *Vide Chriſtus.*

CONTVMELIA.

Nominis illius etymologia, cap. 1 ver. 4. num. 8. leges quæ, num. 6. Caritatem promouent conuiuia, ibidem. Qualia quondam fuerint, nume 9. Quot illis fercula & pocula, ibi. in illis Perſę diſputabant de modeſtia & temperantia. ibidem. Illorum condimentum temperantia, nume. 12. Sunt fœderis & amicitiæ ſymbolum cap 1. ver. 4. num. 19. Perſarum Regum inter epulas ſeueritas, verſi 5 num. 7. Spartanorum comitas & humanitas, ibidem. Conuiuiis affinia plurima vitia, ver. 5. nume 22. Conuiuarum numerus quis probatiſſimus, ver 4 nu 14. Duodenarius conuiuarum numerus à Chriſto ſacratus, ibidem. *Vide etiam Gula, & Ebrietas.*

COR.

Cordis munditiesquid, cap. 1 ver. 1. num 53. Simplicitas aut duplicitas, nume. 54. & 55. Cordis duritiesetinſenſibilitas, cap. 11. verſic. 13. nume. 1. 2. et 3.
Vide etiam cogitatio, & obſtinatio.

CORNELIVS TACITVS.

Scriptor mendaciſſimus, cap. 6. ver. 5 num. 4.

CORONA.

Coronæ Deorum ex floribus iunci, aut papyri. cap. 8. verſi. 12 Chriſti Ieſu ex ipſis ſpinis et cuſpidibus iunci, ibid. Diadema papyraceum ab Alexandrinis vſurpatum per ludibrium, ibid.

CORPVS.

Corpus Adam. *Vide Adam.* Corpus mortale dicitur nox, c. 3. ver, 8. nu, 5, Domus lutea, c. 4. ver. 19.

num 1. Dicitur veſtis animæ, cap. 10. ver. 8. num. 7. & infirmitas. ibidem. & Corpus mortis. cap. 11. ver. 3. num. 2. *Vide etiam Caro & Homo.*

Humanus ſenſus tantùm numerat in bonis, quæ corporea ſunt, ca. 9. verſ. 29. num. 1. Non ſunt verè bona, cap. 1. verſ. 20. num. 10. Debent exponi pro conſeruandis bonis animæ, ibidem. Significantur per ſiniſtram maxillam, ibidem. Et Deus illa exponit periculo, vt ſuorum animas ſeruet. cap. 2. verſi. 6. num. 2. & 3. Corporis damna parui æſtimanda, cap. 1. verſi. 11. nu. 3. Valetudo precioſa, capi. 7 verſi. 16. nume. 7. Pro illa conſeruanda pendimus ingens vectigal. ibid. Illius ſtructura, ſimilis vrbi, cap. 16. ver. 8. num. 2. In morbo ſimilis vrbi deſolatæ, ibidem. Dicitur cinis mortuorum, cap. 13. ver. 12. num. 4. Cur Chriſtus corpus ſuum appellet templum. *Vide Chriſtus.* An corpus mortuum dici poſſit homo. *Vide Homo.*

CORREPTIO.

In correptione modus ſeruandus, capi. 2. verſic. 10. num. 2 debet eſſe benigna. cap. 5. ver. 24. num. 2. Non debet eſſe nimium ſalſa, cap. 6. ver. 6. num. 6. vbi nulla ſubeſt cauſa, neque culpa inanis eſt, cap. 6. ver. 26. num. 4. Qui cum cauſa iraſcitur, & corripit, non erit reus, cap. 2. verſi. 10. num. 1. Vbi Dei honor periclitatur, debet eſſe ardens, & vehemens, & inſtar grani ſinapis, ibid.

CORYBANTES.

Qui & quod eorum inſtitutum, cap. 7. ver. 15. nu. 3. Corybantia, morbus. ibid.

CREATOR.

Cum creatore non eſt litigandum, cap. 9. ver. 3. nu. 1. & verſi. 12 num. 5. & cap. 11. verſi. 10. num. 8 Iure imperat creaturis, ibidem. & iure Creatoris poteſt illas deſtruere, cap. 1. ver. 8. num. 10. Sua bonitate impulſus creauit omnia, cap. 10. ver. 8 num. 12. Diligit creaturas, num. 17. Quibus manibus vſus in creatione, num. 10. 11. 13.

Vide etiam Hominis creatio, & Deus, & Creatura.

CREATVRAE.

Ex ſe nihil habent boni, cap. 4. verſ. 18. nu. 1. Omnes teſtantur eſſe creatas propter hominem, cap. 12. ver. 9. num 2 Videntur laſſatæ multo labore ſeruiendi. nu. 3. Potiùs creatori, quàm homini ſeruiunt, ibid. Natura ſua propendent ad ſeruiendum homini, c. 12. ver 15. num. 2. Sæuiunt in impios, ibid. Vniuerſis Deus mala & bona diſpenſat, ver. 10. num. 6.

CRVX.

Crucem Chriſti euacuari, quid, cap. 1. ver. 1. num 5. Plena diuitiis, & virtute ſub infirmitatis ſpecie, ibidem.

CVPIDITAS.

Cur Latinus vocet cupiditates hiantes, cap 16. v 11. num. 1. Sunt ſimiles cani hianti in prædam, ibid. Cur omnes contineantur appellatione auaritiæ. *Vide Auaritia.*

Dicuntur etiam funes, & vincula, quibus alligatur homo bonis terrenis. c. 4. ver. 21. num. 4.

CVRA

Curæ & ſolicitudines ſæculares inanes, & ſæpè fruſtratæ. cap 5. ver. 5. num. 12. *Vide etiam Cogitatio, Conſilium, Diuitia.*

CYNIPHES, & *Cynomia.*

Cuiuſmodi beſtiolæ, c. 2. in enumerata. morb. ſect. 13. num. 4.

CYRVS.

Cyri tabernaculum quale, c. 5. ver. 24. num. 2.

D

DAEMON.

Dæmonis inuidia, cap. 1. ver. 6. num. 1. Impudentia, & calumniandi cupiditas, verſic. 6. num. 6. Quomodo dicatur adfuiſſe coram Deo, ibid. Clàm irrepit in Angelorum cætum, nume. 7. Dicitur turbo & ventus inclementiſſimus, cap. 13. verſic. 25. num. 3. Dæmonum periphraſis, cap 9. verſi. 13. num. 3 Dicuntur montes, verſ 5. num. 1. Dæmonum inter, & Deum, potiùs quàm inter Iob, & Dæmonem certamen, in præfat. c. 5. nu. 4. *Vide etiam Diabolus, & Satanas.*

DAMNATVS.

Vide infernum.

DAVID.

Molliter lugens Amnon, cap. 1. ver. 20 num. 19 Dauidis ſepulchrum, cap 3. verſic. 15. num. 4 Diuitiæ inde extractæ, ibidem. Appellatur Mauſoleum, ibidem.

DENARIVS.

Numerus denarius inſignis, c. 1. ver. 3. num. 7.

DEPRECATIO.

Quid apud Rhetores, cap. 13. ver 26. num. 12.

DESIDERIVM.

Diurna deſideria repræſentantur in ſomniis. ca. 7. verſi. 13 num 2. illorum comes inconſtantia. ca. 11. verſic. 15 num. 3. Impiorum deſideria nocius, tum ſibi tum aliis. cap. 11. verſic. 11. nume. 3. Mors illa auellit ex corde cum magno dolore. *Vide Cogitatio.*

Vide etiam Cupiditas, Cogitatio, Conſilium, Concupiſcentia.

DETRACTIO.

Detractoris lingua flagellum. cap. 5. verſ. 21. nu. 21. num. 3. 4. et 5. *Vide lingua.*

DEVS.

Deus concertans cum Satana, potiùs quàm Iob. in præfat. cap. 5. numer. 4. à Deo et diuinis, agendi capiendum initium. cap. 1. verſi. 5. num. 9. Diuina diligenter curanda. num. 11 12. 27. Diuina opera opportuna ad multos et varios fines. in præfat. cap. 7. nu. 1. Filij Dei, tam angeli, quàm ſancti homines, cap. 1 ver. 6 nu. 4. Deus immutabilis cap. 10. verſic. 5. num. 2. Spiritus inuiſibilis, cap. 9. ver 11. nu. 4. Eſt in omnibus, et extra omnia, ibid. Dei veſtigia quæ, cap. 11. ver. 7. nu. 1. Principium et finis in Deo quomodo, num. 3. Immenſus, ib. Sanctus, cap. 6. ver. 10 nu. 5.

Fortis et potens, c. 9. ver. 19. num. 1. et cap. 8. verſi. 4. num 1. Nemo illi poteſt reſiſtere, cap. 12. verſ. 14. nume. 2. Oſtentat maieſtatem et potentiam in nubibus, ca 13 ver. 20. num. 4. In ſingulis diuinis attributis incluſa fortitudo. cap. 9. ver. 4 num. 3.

Diuinæ potentiæ et ſapientiæ opus. multiplicatio rerum ex vno principio, cap. 12. ver. 23. num. 3. Illius nomen Altiſſimus, cap. 13. verſi. 10. num. 4. et Celſiſſimus, cap. 11. ver. 8. num. 1. Eſt etiam extra cœlum, nu. 2. Nihil illo magis intimum rebus. num 3 Dei manus in creando homine quæ, cap. 10 ver. 8. num 9 10 11. 18. Nihil facit fruſtra, ca. 2. verſ. 3. nu 8. Dei cogitationes firmæ, et efficaces vſque ad finem. cap 5. ver. 12. num 3.

Iuſtus et ſeuerus, licèt tardo gradu procedat ad puniendum. cap. 10. ver. 5. nu. 4. Ante ſupplicia præmonet iuſtos, vt interueniant, v. 7. num. 2. Illius potentia et iuſtitia cum benignitate coniuncta. num. 3. Punit citra condignum, cap. 11. ver. 6. n. 1. Dicitur fœnerator et exactor in repetendis debitis peccatorum. nu. 3. Illius ſeueritas conturbat impium, cap. 13. ver 10 num. 3.

Præliaturus cum impio, vbi ligat tentorium, ca. 9. verſic. 8. num. 3. et. 4. De cœlo dimicat aduerſus impios, et quibus armis. cap. 6, ver. 4. num. 2. Cur

appel.

appelletur Triumphator, ca.9.verſ.28.nu.3. Poteſt pœnas ab innocente exigere, ibid.verſic. 33. nu.1. Non minùs amabilis caſtigans, quàm benefaciens, cap 3.ver.2. In conſideratione lamen. ſect.8.nu.1. Vulnerat vt optimus Chirurgus, ca. 5.verſic.18.num.1. 2. 3.& 4.

Solus Deus timendus, cap 13.ver.21.num.2. Diuinę viſiones credebantur afferre mortem, ver.21.nu. 6. cum Deo non contendendum, cap.9.ver.3.n.1.

Dei Potentia & Sapientia. cap.11.ver.13.14.15.& 16. & ver.22.nu.2. Nihil eſt illi opertum, ibid. Illius ſapientiæ & prouidentiæ dimenſiones quæ, cap. 11.verſi.7. num.4. Inſunt illi omnia ad clarè videndum neceſſaria, cap.10.ver. 4.nu.4. Verax.c. 12.ver.25.num.3. Cur dicatur habere ſcientiam vocis, cap.12. verſi.12. num.5. & aurem zeli, ibid. Guſta tu etiam cognoſcit, & diſcernit hominũ actiones, num.3.4.5.6.& 7. Diuinę Sapientiæ deſcriptio, ca.15.ver.8.num.1. Actionum humanarum inſpector.cap.14. verſi.16. num.2. & cap.10. ver.14.nu 2.

Dei oculi in bonum, cap.7.verſi,8.num.2.& in malum ibid. Videtur Deus nuntia ex creaturis accipere, cap.3.ver.4.num.3. Requirit & interrogat creaturas omnes in hominis cauſa, num 3 & 4. Deus ignorare dicitur, quod ex nullo hominis officio cognoſcit, ca 1. ver.7.num.1. Summa ratione diſponit omnia, cap.1 ver.21.nu.15. Dei filius cur vocetur Logos & ratio. ibid. Humano more loquitur, cap.2.ver.4.num.7. Non eodem modo loquitur Angelus Deo, ſicut Deus Angelo, c.1.ver.7.nu.2.

Diuinæ miſericordiæ Theſauri, non iidem, qui iuſtitiæ, cap.14.verſ.17.nu.1. Diuina miſericordia ſponte ad nos propenſa, cap 15.ver.11.num.3. Illam prohibent peccata, ibidem. Diuina miſericordia protegit à diuina ira & iuſtitia, c.14.verſ. 13.nu.5. Diuina ira breuis, nu.4. cum tranquillitate coniuncta, num.5.

Deus protector a turbine, cap.13.ver.25.num.3. Videtur dolere in noſtris ſuppliciis, cap.10. verſi.7. num.2. Illius viſcera ad benefaciendum ſponte propenſa, ver.8.num. 2. Maxima illius charitas, etiam cùm ſe ſimulat iratum, verſ.13 num.1. Diſſimulat iram, num.13. Cuſtos & paſtor, verſi.12. num.1. Deo vtpote immutabili inhærendum & fidendum, cap.10. ver.5. num.2. Sequeſter. *Vide Sequeſter*. Lenis & ſuauis poſt tribulationes, ca. 5.ver.18.num.6. Dicitur longus latusq. naribus, cap 4.ver.9 nu.2. Requirit creaturas, vt illis benefaciat, cap.3.ver.4.nu.5.

Dei manus benefica, cap.2. ver.10. nu.6. De illa nihil ſpernendum, ibid. Cum Deo ineunda ſocietas damni & lucri, cap.2.ver.10.num.6. Eſt medicus viæ deploratæ, cap.2, verſic.6.num.8. Deus beneficia confert gratuitò, cap.2. ver.9.num.4.

Erga ſuos ſeruos laborantes munificentiſſimus, c. 1.verſi.10.num.1. Non differt præmium, ibid. Iuſtos ſuos cuſtodit inſtar muri, ver.10. num.3.& 4. Inſtar paſtoris, ibid. inſtar galeæ, & ſcuti, num.4. Illius miſericordia ſine menſura, ver.12. num.4.

Dans non abdicat à ſe rerum dominium, ca.1.v. 21.nu.14. In noſtris tribulationibus videtur ipſe tribulari & dolere, in præfat.cap.7.num.3.cap.2. verſi.3.num.7. Coërcet dæmonis poteſtatem, ne multum noceat, ca.1.ver.12. num.8.& 9. Gloriatur de ſuo ſeruo, ca.1.ver.8.num.8. Eſt illius protector, & Hyperaſpiſtes, capi.17. verſic.3.nume.5. Cur dicatur eſſe ad dextram ſui iuſti, ibidem.& num.6.

Nuſquam tuta, niſi apud illum fides, num 2. Eſt vas & ſponſor, ibidem. Non præcepit Satanæ, vt affligeret Iobum, cap 1.ver.12. num.8. Non ſolùm negatiuè, ſed etiam poſitiuè dicitur permittere, cap.1.verſi.21.num.13. Diſcedere à Deo, exulare eſt, cap.1.ver.1.num.62. Deus dicitur Timor iuſtorum.num.60.

Deus Iudex. *Vide Iudicium, & Index Dei.*

DEXTRA.

Dextra & ſiniſtra maxilla quid ſignificent, cap.1. verſ.20 num.10. Dextra manus in ratione numerandi numeros maiores, ca.9.verſ.3. num.6.& in percutiendo fœdere, verſi.33.nume.4. Fidei ſymbolum.ibidem. & in contrahendis nuptiis, numero 7. in bello protegitur ab Hyperaſpiſte & protectore, capi.17. verſic.3. nume.6. Deus conſtituitur ad dextram ſui iuſti, ibid. Hoſtis conſtitutus à dextris hominis, quid ſignificet, numero 6.

DIABOLVS.

Diaboli nomen vnde,& quid ſignificet, cap.1 verſi. 6.num.8 Illius catena, quæ.ver.12 num.9. Coercet Deus illius poteſtatem nocendi, cap.2.ver. 6. num.3.& cap.6.verſi.9.num.3.

Impius, diaboli cognomen, capite 10.verſicu.3. num.15.

DIES.

Magnus de maximè ſolenni, cap.1.verſic.1. in appendice, 2. ab Iobi genealogiam, numero 39. Dies nouus dicitur in Scriptura propter nouum factum, capi.1.verſ.2.nume.2. Dies natalis, celebris.cap.3. verſi.3. num.1. Diem perire per emboliſmum, num.2. Diei tribui natiuitatem, & pluſres die, quàm nocte naſci. num.4.

Aliqui feſti, & ſacri in omni lege, capi.3. verſicu.4. num.6.

Diei computandi varietas, ver.6.num.5.

Aliqui apud antiquos infauſti rebus gerendis, verſ. 7.num.3.

Diei maledicunt impij, ver.8.num.3.

Diem execrantur Athlantes. *Vide Athlantes.*

DIFFICVLTAS.

Rerum cognoſcendarum difficultas vnde, cap.7. ver.9.num.3.

DIGITVS

Ratio numerandi per digitos, capite 9. verſicu. 3. num.3.

DISPVTATIO.

Quis modus accedendi ad diſputationem, cap.3. verſi. 2. in conſideratione lamentatio. ſect.1. num.4.

Diſputatio illiberalis, c.16.ver.4.nu.4.

Facilè eſt, aduerſus quæ audieris, diſputare, ibidem.

Diſputatio cum amicis, an vno die peracta, & ſine intermiſſione, cap.3.ver.1.nu.1.

Vide etiam Argumentum, Contentio, Audire.

DIVES, DIVITIAE.

Diuitiæ naturales quæ, cap.1.ver.2.nu.3.

Mortuæ, quæ, num.4.

Paſtoribus & Patriarchis fuere quondam in pecoribus, ibid.

Quare dicantur ſubſtantia diuitis, verſiculo 10, numero 6.

Dicuntur excellentia & ſuperfluitas, cap.4. verſic. 21.nume.2.& 3. Cur dicantur facultates, cap.12. verſ.6.num.2. Dicuntur pinguedo, cap.15. verſic. 26.nume.7. Illis obediunt omnia, ibidem. Diuites maximè obſtricti diuino obſequio, cap.8. ver.9.nu.2.

Dei donum, cap.5.ver.5.num.2.

Negatur impiis, ibid.

INDEX RERVM.

Diuitiis comparatis poſſe frui Dei donum ibi. Pro illis gratiæ Deo agendæ, cap. 5. ver. 24. nu. 4.
Coniunctæ cum pietate ſtabiles, cap. 5. ver. 7. nu. 2.
Sunt præmium laboris, ibid.
Rarò cum ſanctitate coniunctæ, capite 1. verſic. 10. num. 8.
Sunt vitiorum pabulum, ver. 3. nu. 24.
Diues dicitur peccator, ibid.
Diuites iracundi & inuidi, c. 5. ver. 2. nu. 7.
Diuitis epulonis peccata, c. 1. ver. 4. n. 10. Voluptuarij diuites notati, c. 5. ver. 7. nu. 3.
Sine labore, & cum iniquitate comparatæ euaneſcunt, cap. 5. ver. 7. nu. 2.
Malè partæ, malè dilabuntur, cap. 1. ver. 21. num. 14.
Qui diuitias ſuæ induſtriæ attribuunt, Deum prouocant, num. 5.
Qui Deo non refert acceptas, fur & latro, ibid.
Tenuiores ſpoliant, & deprædantur, cap. 15. ver. 28. num. 1.
Diuitiæ interdum fures, & prædones efficiunt, ca. 12. ver. 6. nu. 1.
Et diuites adorant Idolum, ibi. Nemo audet illos reprehendere, ib d.
Frequenter diteſcunt ex rapina, ibid. & cap. 17. ver. 5. num. 2.
Diuitum comes inſolentia, cap. 15. ver. 26. nu. 7.
Faciunt expenſas inutiles, ver. 28. num. 1.
Propria illorum ſtultitia, & inconſtantia, ca. 8. ver. 13. num. 3.
Æſtiuo torrenti ſimiles, cap. 6. ver. 16. num. 4. & arbori firmis radicibus, c. 5. ver. 3. num. 1.
De terra ſunt, ibidem. Facilè creſcunt & germinant, nume. 3. Re ipſa non habent radices, num. 4. Illos conuellit DEVS. ibidem. & illorum diuitias conuertit in vſum pauperum, cap. 5. verſ. 5. num. 1.
Diuites frequenter opprimuntur ſubitò, cap. 3. ver. 25. num. 4.
Decipiuntur ſuis diuitiis, cap. 15. ver. 28. nu. 1. & ſibi ipſis illudunt, cap. 17. verſ. 2. num. 3. Illudit etiam illis Mundus, & Caro multa pollicentes.

DOCTOR.

Eccleſiæ Doctores, quibus ſimiles, in præf. cap. 10. num. 4.
Debent reiicere inutilia, & proficua conſectari, ibidem.
Non debent eſſe ſteriles, ibid.
Nec debent adulterare verbum Dei, ibid.
Sed rectè illud tractare, ibid.
Vide etiam Concionator, & Scriptura.

DOLOR.

Iuſtum dolorem in malis a nobis exigit Deus, cap. 1. ver. 20. nu. 1. & c. 6. ver. 10. nu. 2.
Doloris ſenſus naturalis, c. 6. ver. 5. nu. 1. & 5. & ca. 3. ver. 1. in conſideratione lament. ſect. 6. num. 1. Illius vis, ibid. & nu. 2.
Non repugnat fortitudini, num. 3.
Extorquet vocem, & gemitum, nu. 4.
Suſpiriis & voce lenitur illius acerbitas, num. 3. & c. 6. ver. 3. num. 6.
Multipliciter ſe prodit, c. 16. ver. 10. nu. 3.
Dolores dicuntur ſagittæ, c. 6. ver. 4. num. 1.
Vide Stoicus, Morbus, Tribulatio, Patientia.

DOMVS.

Vniuerſos familiares comprehendit, cap. 1. verſ. 4. num. 4.
Viri ſponſis ædificabant domos, cap. 1. ver. 4. nu. 2.
Domorum ædificandarum luxus & amplificandarum cupiditas. c. 15. ver. 28. num. 1.
Impij domus euertenda & diripienda, nu. 3.
Vide filius, & Diuitia, & Familia.

DVX.

Duces olim priuati Reges, cap. 1 ver. 1. nu. 35.
Regum & Ducum diſcrimen, nu. 33.
Amici Iob, Duces, aut Reguli, num. 35.
Duces de genere Eſau, ibid. Quando Duces pro Regibus, in eodem eſſe cœperunt, num. 34.
Vide Rex, Princeps, Iudex.

E

EBRIVS.

Ebrij deſcriptio, cap. 1. ver. 20. num. 1. & c. 15 verſ. 25. num. 6.
Illius error qualis, cap. 12. ver. 25. nu. 2.
Eſt ſymbolum ſtultitiæ, & indecori, ibi. & Effrenatæ paſſionis, ibid. & impietatis, cap. 15. verſic. 25. num. 6.

ECCLESIA.

Ornatus illius, ſimplicitas, c. 1. ver. 1. nu. 54.
Non habet rugam neque maculam, ibid. Cur ſit & dicatur vniuerſalis, cap. 1. ver. 1. nu. 63.
Nunc continet mixtos bonos cum malis, nu. 64.
Eccleſiæ Doctores. *Vide Doctores.*

ECLYPSIS.

Eclypſis circumloquutio, c. 3. ver. 4. nu. 6.

ELEPHANTIASIS.

Illius morbi deſcriptio, c. 2. v. 8. in enumerat. morb. ſect. 4 num. 2.
Peculiaris Ægypti Regibus, ibid. Curatio ex puerorum ſanguine, ibid. An Iob illa laborauerit, ibid.
Vide etiam Lepra.

ELOQVENTIA.

Eloquentia Sapientiæ pars, c. 11. ver. 2. num. 2.
Dei Donum, ibid. Significata per labia & per alia vocis inſtrumenta, ibid. nu. 5.
Illam aufert Deus ab eloquentibus ad ſupplicium, cap. 12. ver. 20. nu. 1.
Humana eloquentia Deo inferior, cap. 9. verſic. 14. num. 2.
Vide etiam Labia, in aliis indicibus, & Lingua.

ENALLAGE.

Cap. 5. ver. 18. num 2.

ENDIADIS.

Cap. 5. verſ. 11. nu. 5.

ENOS.

Vnde dicatur in Hebræo, & quid ſignificet, cap. 1. ver. 1. nu. 11.

EPANORTHOSIS.

Cap. 5. ver. 11. num. 5.

EQVVS, EQVITES.

Equi Parthici, & Chaldæi, cap. 1. ver. 17 num 2.
Equites diuiſi in tres turmas, ex præcepto militiæ. num. 3.
Chaldæi equitādi periti & ſtudioſi. *Vide Chaldæi.*

ERINCION.

Herba virtutis mirabilis, cap. 1. ver 1. nu. 77.
Virtutis & pietatis, quæ in Principe extitit, ſymbolum, ibid.

ERROR.

Hominum errores & deceptiones, ex diuina prouidentia & permiſſione, cap. 12. ver. 16. num. 1.
Seruiunt diuinæ ordinationi, ibid.
Deus punit eos, qui in errorem inducunt, ibid.
Quomodo Deus dicatur inducere in errorem, ib.
Ebriorum error qualis. *Vide Ebrius.*

ESAV.

Quare dicatur prophanus & fornicator, c. 1. ver. 5. num. 17.
Quæ fuerint illius primogenita, aut primitiua, ib.
Quæ illius veſtes valdè bonæ, ibid.
Habitauit in monte Seir, c. 1. ver. 1. nu. 28. & 30.
An Iob fuerit de genere Eſau, *Vide quæſtionem de genere Iob.*
Duces de genere Eſau. *Vide Eſau.*

Poſte-

Poſteritas Eſau, & Idumæorum malè audit. cap. 1. verſicul. 1. in appendice. 3. ad Iobi genealogiam. num. 40.

EVA.

Euæ cum ſerpente cognatio re, & nomine. capit 3. verſ. 9. nu. 3. Eua quomodo radix & cauſa peccati. c. 14. verſ. 1. nu. 2.

EVPHEMISMON.

Euphemiſmon quid, cap. 1. verſ. 11. num. 7.

EVRVS.

Eurus quis ventus. Quæ illius nomina, & epitheta. cap. 15. verſ. 2. num. 4.

EXORDIVM.

Exordij perfecti leges. capit. 1. verſi. 1. num. 1.

EXACTOR.

Exactorum inhumanitas & ſæuitia erga debitores. cap. 11. verſic. 6. num. 3. & cap. 3. verſic. 18. numer. 2. & 3.

Illos compeſcit mors. num. 3.

Deus quomodo exactor, in debitis noſtrorum peccatorum. *Vide Deus.*

EXEMPLVM.

Exemplorum vis, in vtramque partem maxima. cap. 1. verſ. 1 num. 67. & 68.

Prauis exemplis viſis vel auditis læditur pietas. ibidem.

Exemplorum, quæ à Regibus ſumuntur efficacitas. num. 77.

Exempla patientiæ. *Vide Patientia. Vide etiam Societas.*

EXTENVATIO.

Cap. 6. verſic. 21. num. 5. & cap 8. verſic. 14. nume. 1. & cap 12. verſi. 3. nu 7. & ca. 15. verſi. 4. num. 6.

FACIES.

Facies Hippocratica in Iob. capit. 12. in enumerat. morb. Sect. 2 num. 3. & cap. 14. verſi. 20. nu. 3.

Totus homo in facie, cap. 9. verſi. 27. num. 2.

Impiorum facies, triſtis, & nigra, iuſtorum læta, & ſplendida. ibidem.

Iuſti dicuntur cadere in faciem, impij retrorſum. *Vide Iuſtus.*

FELICITAS.

Quò maior eſt, magis debet eſſe ſuſpecta. capit. 5. verſ. 3. nu. 8.

Illi maledicunt etiam impij damnati. num 9.

Sic oportet ſtatim in vita illi maledicere. ibidem.

Eſt ſimilis ſcintillæ, & fulgetro, aut Soli deficienti. cap. 5. verſic. 7. num. 5. Similis herbis paluſtribus. c. 8. verſi. 11. num. 2.

Flos abſque fructu, breui areſcens. verſic. 12. num. 3. Eſt quædam Hypocriſis. verſic. 3. nu. 4.

Perfecta felicitas excludit timorem. cap. 11. verſic. 15. num. 4.

Affert ſtabilitatem. ibidem. Eſt lux. cap. 11. verſic. 17. num 3.

Felicitas impiorum, non eſt ſtabilis, iuſtorum conſtans. c. 15. verſ 29. num. 5.

Vide etiam, Vita, Diuitia, Corporis bona.

FOEMINA.

Fœminarum curæ non publicæ, & propria munera quæ, c. 1. verſ. 1. num. 12.

Fœminæ apud quas gentes regnauerint. verſic. 14. numer. 6.

Diaboli inſtrumentum. cap. 2. verſ. 9. num. 2. & 4.

Non rogata obtrudit conſilium. num. 3.

Eſt viro, occaſio errandi. ibidem.

Verba illius venenata, ibidem.

Maledicentia, & inuidia fœminarum ſuppellex. c. 2. verſic. 9. num. 6. Stultitia, & loquacitas, cap. 2. verſ. 10. num. 3.

Amat ornari. cap 5. verſic. 24. num. 3.

Fœmina imbecillitatis ſymbolum, capit. 14. verſic. 1. numer. 2. Appellatur caro. ibidem. Ex molli carne formata. ibidem. Initium & radix iniquitatis.

Vide Eua, & Iobi Vxor.

FAMES.

Fames belli comes. ca. 5. verſi. 20. num. 4.

Famis imago, ibidem.

Vide Sterilitas, & Ager.

FAMILIA.

Comprehendit omnes, qui in miniſterio ſunt. cap. 1. verſi. 3 nu. 14 & quid apud IurisConſ. ibid.

Cur ſerui familiares dicti. ibid.

Familia agricolarum. *Vide Agricola, Ager, Seruus.*

FATVVS.

Quis dicatur. cap. 1. verſ. 22. num. 4.

Fatua Fauni vxor. ibidem.

FIDELIS.

Fideles omnes cuiuſcunque nationis Eccleſiæ indigenæ. cap. 1. verſi. 1. in append. 3. ad Iobi genealog. num. 41.

Huſitæ olim fideles. *Vide Huſita.* Et Chananæi. *Vide Chananæi.* Et Moabitæ. *Vide Moabita. Vide etiam Eccleſia.*

FIDVCIA.

Fiducia in Deum non præfinit illi tempus aliquod c. 13. verſ. 15. nu. 3.

Qui Deo non credit, errabundus vagatur. capit. 15. verſ. 31. num. 3.

Deo, vtpotè immutabili, inhærendum, & nitendum. cap. 10. verſic. 5. num. 2.

Vide etiam, Spes, Tribulatio, Hominis infirmitas.

FIGVLVS.

Deus, creator, Figulus. c. 10. verſ. 8. nu. 14. & verſ. 9. num. 4 5. 7.

Figulinum opus laborioſum. ibidem. Membra humani corporis figmenta. ibidem. Deus non ſolùm hominis, ſed aliarum etiam creaturarum figulus. ibidem.

Quæ ſit domus figuli apud Zachariam. ibidem.

Vide etiam Adami corpus.

FILIVS.

Filiorum poſteritas iuſtis quondam pietatis præmium. cap. 1. verſ. 2. num. 2.

Sunt paterna ſuppellex. num. 4. & Viſcera. verſic. 4. num. 7.

Parentum in illos poteſtas. verſ. 2. num. 5.

Sclaui, filiis pro ſeruis vtuntur. ibidem.

Debent eſſe parentibus vtiles. num. 7.

Cur dicantur naſci patri, aut matri, & non ſolùm ex parentibus. ibidem.

Ex vtroque ſexu ſuſcepti, gratiſſimi. num. 9.

Parentum erga illos caritas. verſ. 18. num. 6. & 7.

Potiùs illos ſuperſtites, quam ſe volunt parentes. num. 7.

Excruciantur erratis filiorum. capit. 14. verſic. 22. num. 1.

Numeroſa ſoboles non numeranda in maximis bonis. cap. 14. verſ. 22. nu. 1.

Filij impiorum, malè pereunt. cap. 4. verſic. 11. numer. 2.

Dicuntur manus, & rami. cap. 15. verſi. 30. num. 1.

Filij Iob, an fuerint patresfamilias. cap. 1. verſic. 4. num. 2. 3. 4.

Filij Iob, Filij oliuæ. verſic. 5. num. 8. & Barba ſacerdotis. ibid Illorum interitus multis de cauſis acerbus. verſ. 18. num. 6.

FINIS.

Finis ſtultorum non præuiſus. capit. 12. verſic. 17. num. 4.

Eſt finis ſtultus. ibidem. Propterea tandem dicuntur cadere retrorſum. ibid.

Impiorum cogitationes fruſtratæ optato fine. c. 5. verſic. 12. nu. 5. & 6.

Incipiunt ædificare, & non poſſunt conſummare. ibidem.

Deus ad finem cuncta perducit. cap 9. verſ. 28. nu. 3. Ideo dicitur triumphator. ibidem.

Diuina opera, opportuna ad multos fines. in præfat. cap. 7. num. 1.

FLOS.

Vitæ inconſtantiæ, & fragilitatis ſymbolum. c. 14. verſ. 2. nu. 1. & 2. Pulchritudinis. num. 3. Breuitatis, & Fugacitatis. verſ. 20. num. 1.

Ex quibus floribus texerentur olim coronæ Deorum. cap. 8. verſi. 12. num. 2.

Quales ſint flores iunci, aut Papyri. *Vide Iuncus, & Papyrus.*

FLVMEN.

Diuina potentia in fluminum, & fontium areſactione. cap. 12. verſic. 15. nu. 1.

Areſacta flumina, ſymbolum extremæ ſterilitatis. ibid. Sunt ſupplementum pluuiarum. cap. 5. verſic. 10. num. 1.

FOLIVM.

Inconſtantiæ ſymbolum. cap. 13. verſic. 25. num. 4. & perpetuæ trepidationis. ibid. & humanæ imbecillitatis. ibid.

FORMA.

Bonum fragile. cap 14 verſi. 20 num. 3. *Vide etiam Facies, & Speculum, & Mors.*

FORTITVDO.

Fortes iuſtitiæ, qui. cap. 1. verſi. 1. num. 9.

Fortitudinem humanam Deus ſupplantat. cap. 12. verſic. 19. nu. 4. & 5.

Dei fortitudo ſub infirmitate humana. cap. 1. verſ. 1. num. 6. & 9.

Vide etiam Deus, Vir, Hominis imbecillitas.

Fortitudo Sapientiæ diuinæ, & aliorum attributorum. *Vide Deus.*

FORTVNA.

Cur pingeretur bicolor. cap. 1. verſic. 21. numer. 12. Non colitur, neque agnoſcitur à Iob. ibidem. & cæca. cap. 9. verſic. 24. num. 3.

Vide etiam Dei oculi, Prouidentia.

FRATER, FRATERNVS.

Fraterna Caritas, tum etiam inimicitiæ grauiſſimæ. cap. 1. verſic. 4. nume. 10. Fraternæ diſcordiæ dieſn execrabantur Athenienſes. num. 5.

Fratrum gratia rara. num. 20. Facilè perditur. ibidem.

Caritas fraternitatis apud Patrem, quæ. ibidem.

Fratres vocabantur olim fideles. ibidem.

Fraterna odia, vnde. num. 21. Supplicium conſtitutum fratrum oſoribus. ibidem.

Fratrum mutua officia. num. 20.

Mutua Beneuolentia naturalis. ibidem.

Crimen peſſimum fratrum Ioſeph, fuit fraterna inuidia, & odium. num. 21.

Eſau, & Idumæi fraternitatis violatores. ibidem.

Fratrum in ſorores Caritas. *Vide Soror.*

FVLMEN.

Fulmine tacta nefauſta habebantur. cap. 1. verſi. 16. num. 5. Religioſa etiam, & ſancta. numer. 6. Dicuntur ignis Dei. cap. 1. verſi. 16. num. 4. & Sagittæ Dei. ca. 6. verſ. 4. nu. 2. & Fulgurans haſta. ibidem. Illis Deus vtitur & pugnat aduerſus impios. ibidem. Symbolum abſumpti, & acceptati à Deo ſacrificij. ibidem.

FVNIS.

Funes præcingi, captiuorum, & miſerorum. cap. 12. verſi. 18. num. 3. Capita funiculo cincta, ibidem. Dicitur anima, quæ colligatur, & vnitur cum corpore. cap. 4. verſi. 21. num. 4. & vires, autneruí. ibidem. & affectus, atque cupiditates terrenæ. ibidem. & morbi, atque dolores. *Vide morbus.*

FVNVS.

In funeribus veſtium dilaceratio. cap. 1. verſicul. 20. nu. 5. Cadauera condebantur cum pretioſis veſtibus, ſed dilaceratis. num. 8.

Vide etiam cadauer, Mors, Cantus, Sepulchrum.

FVRTVM.

Furto ablata, tenaciter hærent manibus. capit. 11. verſi. 14. nu. 1.

Cruentant manus, ibid. Sunt longè lateque proijcienda. num. 2. & 3.

Diuites plerumq; fures, & latrones, & diuitiæ plerumque ex rapina. *Vide Diuitiæ, & Rapina.*

G

Galaad montis initium, & finis, & nomina. cap. 2. verſ. 1. num. 30.

GALLICVS MORBVS.

Quo tempore in Hiſpania cœperit. cap. 2. in enumeratione. morb. ſect. 5. nu. 4.

Vnde ortum habuerit. ibid.

An ſit nouum, noſtræ ætatis malum ibid.

An Iob illo laborauerit, vel potuerit laborare. nu. 1. 2. & 3.

GENER.

Gener, & Nurus loco filiorum. cap. 1. verſi. 2. nu. 9. Gener etiam eſt ille, cui filia nondum locata, ſed locanda eſt. verſic. 4. nu. 17. Pertinet ad familiam Soceri. ibidem.

GENS.

Gentium conuertendarum ad Chriſtum figura Iob. cap. 1. verſ. 1. in append. 1. ad Iobi genealog. numer. 35. & 36. Illarum conuerſio, ſecretum, quod formidaret Iſaias palam prædicare. numer. 39.

Aliqui ex gentibus pares Iſraëlitis num. 72.

Fideles ex gentibus comprimunt ſuperbiam Iudæorum. capit. 1. verſicul. 1. in append. 2. ad Iobi genealog.

Gentium pignus tres Magi. in append. 1. num. 36.

Gentium apoſtolus Paulus. in appen. 2. ad Iobi genealogiam. cap. 1. verſ. 1. num. 39. ab illis abſtinebant Iudæi. *Vide Iudæus.*

GENVA.

Tremere, & infirmari vehementiam timoris. ca. 4. verſi. 4. nu. 2.

Confortata, & firma, ad ſtrenuitatem currendi. Ibidem.

Illorum incuruatio, afflictionis, & languoris ſymbolum. Ibidem. Et rei turpis. Ibidem.

GENVS.

Generis ignobilitatem iuſtus non erubeſcit apud Deum. cap. 1. verſ. 1. in append. 3. ad Iobi Genealogiam. numer. 40. Nemo iuſtus cenſetur filius parentum ignobilium. ibidem. Sed Dei ibidem. Fideles omnes cuiuſcunq; generis ſunt Eccleſiæ indigenæ, & filij. num. 41. Vera nobilitas ex pietate, et Deo, non ex ſanguine. nume. 40. *Vide Nobilis, Princeps.*

GEOGRAPHIA.

Geographia, et vera regionum, regnorum, vrbiumque antiquarum deſcriptio, nunc perdifficilis. cap. 1. verſ. 2. num. 27.

GIGANTES.

Gigantum periphraſis. cap. 9. verſ. 13. nu. 5. et cur dicantur portare orbem. ibidem.

GLOBVS.

Apud Latinos, armatorum militum Cuneus. capi. 15. verſicul. 24. numer. 4. Eſt etiam ſupplicii genus. *Vide Sphæra, & Sermus.* Eſt orantis habitus. *Vide Oratio.*

GOR-

GORDIANVS.

Gordiani Imperatoris luctus, & dolor in morte filij. cap. 1. verſ. 20. num. 19.

GRATIA.

Gratiæ Diuinæ efficacitas roborantis infirmitatem humanam. In præf. c. 1. num. 3.

Gratiæ noſtræ incertitudo, cap. 9. verſi. 11. num. 3. & verſ. 21. num. 1. & cap. 17. verſ. 4. num. 2.

GVLA.

Idololatriæ proxima, cap. 1. verſi. 5. num. 14. & cum aliis vitiis coniuncta. *Vide Conuiuium.*

H

HAERES.

Hæres diuitis, dicitur famelicus. cap. 5. verſic. 5. nume. 3. Citò deuorat hæreditatem ampliſſimam. ibidem.

Hæreditatis nomen, tribuitur præmio. ca. 6. verſ. 3. num. 2. *Vide etiam Præmium.*

Pœnæ, & tribulationes, dicuntur Hereditas hominis. ibidem. *Vid. Tribulationes.*

Aqua dicitur, vallium hæreditas. capit. 6. verſic. 15. numer. 2.

HAERETICVS.

Hæretici, figurati per amicos Iob. *Vide Amicus.* Abnegant veras hiſtorias, ex ſe alios iudicant, in præf. capi. 1 num. 2. Humano ſenſu de rebus iudicant. num. 3. Hoſtes patientiæ & laborum. ibidem. Cauendum ab illorum impenſa elegantia ca 7. ver. 9 num 2. Non admittunt veritatem hiſtoriæ Iob. in præf. cap. 1. num 1.

HEBRAEVS.

Voces Hebrææ, & Græcæ retentæ ab Eccleſia Latina c. 3. verſ. 8. num. 3.

Hebraiſmi non omnino perfectè transferri poſſunt in alienam linguam. in Præfat. ca. 10. nu. 7. ſunt perſimiles pluribus Hiſpaniſmis. ibidem. Quomodo lingua Hebræa differat a Chaldæa, & Syriaca in præfat. c. 4. num. 2.

Plura etiam ad Hebraiſmos, & Hebraicæ linguæ proprietatem, vel ex indice Hebraicarum Vocum vel ex altero Hebraiſmorum & Regularum petenda.

HEPHESTION.

Hephestionis monumentum multis talentis ædificatum ab Alexandro. cap. 3. verſ. 14 num. 4.

HERODES.

Herodes conſumptus morbo pediculari. cap. 2. in enumeratio. morbor ſectio. 6. num. 3.

Tactus auaritia aperuit ſepulchrum Dauid. capi. 3. verſ. 15. num. 4.

Herodes Aggrippa illuſus ab Alexandrio, capit. 8. verſ. 11. num 2.

HISPANVS, *Hiſpaniſmi.*

Hiſpanorum cærimonia prouocantium ad ſingulare certamen. cap. 1. verſi. 1. in append. 2. ad Iobi Genealogiam. num. 36.

Hiſpaniſmorum obſeruatio perutilis ad Scripturarum intelligentiam. in præfat. c. 10. num. 7.

HISTORIA.

Hiſtoria, vitæ lux. in Præfat. cap. 2. nume. 2.

Illius hoſtes Hæretici. ibidem.

Hiſtoria in Iob antiquiſſima. in præfa. ca. 8. num. 1.

HOMO.

Homo verus quis dicatur. cap 1 verſic. 1. numer 52. Quia præditus ratione, non habuit alia inſtrumenta à natura, verſic. 7. num. 1.

Hominem eſſe, & dici puluerem, quid indicet. ca. 10. verſic 9. numer. 8. Similis veſtimento corroſo à tinea. cap. 13. verſi. 28. num. 3. Res putrida, & ſeneſcens. nu. 1. Similis folij caduci. cap. 13. ver 25. num. 4. Arbori ſimilis. cap. 2. verſi. 1. num. 49. Similitudo, & imago Dei in homine, potiſſimùm in anima. cap. 10. verſi. 8. num. 3.

Hominis nomen, & appellatio in bonum, tum etiam in malum cap. 12 verſic. 2. num. 2. Vilis. c. 15. verſi. 14. num. 1. Ignobilis. c. 1. verſic. 1. num. 10. Eſt nomen miſeriæ, & infirmitatis ca. 7. verſ. 1. num. 11. Triplex hominis nomen. ibidem.

Hominis generatio, Dei opus, & beneficium. cap. 10 verſ. 10 num 1.

Coagulationi caſei ſimilis. num. 2. Totius formationis deſcriptio. verſ 11 num 1.

Diuina prouidentia in cuſtodiendo fœtu in aluo matris. verſ. 12. num. 3. verſic. 18. num. 1.

Dei in creando homine affectus, & diligentia. cap. 10 verſic. 8. numer. 3. Totus in circuitu creatus à Deo. num. 5.

An aliquod miniſterium in illius creatione præſtiterint Angeli num. 6 Dei manibus formatus. num. 9. 10. 11. Laborioſa illius creatio. numer. 13. Studioſa, & charitate plena. numer. 17. et 18. Subtilis et artificioſa. nu. 19. Cur creatus a Deo. num. 20.

Deum etiam dixiſſe, vt homo fieret, cum illum creauit. nume. 10. Cur ſpiraculum vitæ in illius faciem potiſſimùm inſpiratum fuerit. verſic. 12. num. 2.

An totus homo appelletur lutum an verò ſolùm corpus. cap. 10 verſ 9. num. 4.

Lutei hominis fragilitas. num. 6. Immundities. ibidem. Illius periphraſis, Habitare domum luteam. cap. 4. verſic. 19. num. 2.

Hominis proprium epithetum miſer. cap. 14 verſ. 1. nume. 5. Sunt ærumnæ illi pro cibo, et poto. ibidem. Propria illius vilitas et miſeria. verſic. 3 numer. 2. Proprius labor. cap. .. verſ. 6 num. 1. Hæreditario iure debentur illi miſeria. ca. 7. verſ. 1. num. 1. Propria illius mutatio, et inconſtantia. c. 10 verſ. 5. num. 2 Eſt deploratus æger. nu 4.

Habet ingenitum mortis initium. cap 13. verſic. 28. numer. 2.

Homo dimittitur à Deo liberè agere. cap. 8. verſic. 4. num. 2 Abuti ſolet potentia verſic. 5. nume 3. Sibi ipſi ignotus et obſcurus, at Deo diaphanus, et perſpectus. cap. 9. ver. 21. num. 10.

Animalis homo non percipit, quæ ſunt ſpiritus Dei. cap. 12. verſ. 4. nu. 6.

Homo appellatur etiam non viuens. cap. 10. verſi. 12. num. 7.

Humana imbecillitas, roborata diuinâ gratia c. 1. verſ. 1. num. 2 & 9.

Solus humanus ſplendor, virtute vacuus. nume 4. Roboratur ex pietate, et precibus cap 6. verſic. 11. num. 1 et verſi. 12. nu. 1. et ver. 13. num. 2.

Plus poteſt homo, quàm ipſe ſibi perſuadeat. ca. 2. verſ. 5. num. 4.

Rerum humanarum viciſſitudo. cap. 2. verſicul. 10. num. 7. Omnia ex proſperis, et aduerſis temperata. ibidem.

Singulæ hominis actiones ſunt Deo cibus et voces. cap. 12. ver. 12. num. 4. 5. 6. 7.

Humana ingenia, non tam ſunt replenda quàm excitanda. in præfat. cap. 8. num. 8.

Vide etiam, Deus, Prouidentia, Iuſtus, Impius, Adam, Corpus.

HOMICIDIVM.

Quomodo expiaretur in lege. cap. 1. verſicul. 10. nu. 1. Sterilitate, et fame puniebatur terra polluta ſanguine. ibi. et nu. 2. *Vid. Cain, Abel, Clamor.*

HONOR.

Honores et dignitates conferuntur à Deo. capit 4. verſic. 11. numer. 1. Etiam cum mittuntur ſortes, à Deo temperantur, ibidem.

Hono-

Honores & dignitates, locis ſublimioribus diſcernuntur. num. 2.

HOSTIS.

Hoſtium ſæuitiam, & vindictæ cupiditatem odio habet Deus. cap. 10. verſic. 3. num. 13. Non adiuuat illos in malum. ibidem.

Qui ſibi victoriam tribuunt, Deum prouocant. c. 12. ver. 6. nu. 4.

Cur hoſtes appellarentur peregrini. *Vide peregrinus. Vide etiam Bellum.*

Sæuiſſimi hoſtis deſcriptio. cap. 16. ver. 10. 11. 12.

HVMIDITAS

Corpora unit, ſiccitas diſſolvit. ca. 10. v. 9. nu 8.

Hominis corpus formatum non ex arido pulvere, ſed ex humectata terra. *Vide Adam, & Corpus.*

HVMILES.

Humiles relinquit mundus, eligit Deus. cap. 4. v. 21. numer. 1. *Vide Honores, Superbia, Diuitia.*

HVS, HVSITA, HVSAM.

Id nomen, qua ratione ſcribendum & pronuntiandum. cap. 1. ver. 1. num. 26. & 27.

Quibus alijs nominibus appelletur. ibid. Illius ſitus, & deſcriptio. ibid. & num. 28. 29. & 30. à quo nomen acceperit. numer. 36. ab alia radice derivatur, quam Huſam. ibidem.

Qui viri appellati fuerint Hus. num. 36. Huſitas pios & fideles fuiſſe ſub Iob. à numero 64. vſque ad 77.

HYADES.

Quæ conſtellatio. cap. 9. ver. 9. num. 4. Nimboſæ & pluuiæ, ibid. Varia illorum nomina, ibid.

HYPERASPISTES.

Quis, & quod illius munus, cap. 17. verſi 3. num 5. In bello protegebat ſuo ſcuto, ibi. Deus Hyperaſpiſtes hominis, nu. 6.

HYPALLAGE.

Cap. 5. ver. 4. nu. 1. & ver. 20. num 5. & ca. 7. ver. 10. nu. 1. & ca. 8. ver. 4. nu. 3. ca. 17. ver. 4. num. 3. & ver. 12. num. 5.

HYPERBOLE.

Cap. 5 ver 9 num. 5.

HYPOCRISIS, HYPOCRITA.

Cur contraria luci, c. 8. ver. 6 nu. 3.

Hypocrita alieno colore maculatus, cap. 8. verſi. 13. num. 4.

Omnis peccator hypocrita, ibid. & Princeps & Iudex impius, ca. 25. ver. 34. nu. 1.

Humana felicitas, Hypocriſis quædam. ibid.

Hypocritam abominantur ſua veſtimenta, c. 9. ver. 31. num. 2.

Hypocrita vanus, cap. 11. ver. 11. nu. 1.

HYRCANVS.

Reſerauit & ſpoliauit ſepulchrum Dauidis. cap. 3. ver. 15. nu. 4.

I

IACOB.

Lugens Ioſeph, quot annos tranſegerit in luctu, cap. 1. ver. 20. num. 19 Illius luctus, & dolor comparatus cum Iob, ibid.

Cur angelus permiſerit ſe ſuperari in lucta à Iacob. ibid. & cap. 2. ver. 5. num. 4.

IANVS.

Idem qui Noë, cap. 1. ver. 13. num. 2.

IDOLVM, IDOLOLATRIA.

Cur vocetur ſtultitia, cap. 2. verſi. 10. nu. 3. & ſpiritus fornicationis, ca. 12. ver. 25. num. 1. eſt guloſitati proxima. *Vide Gula.*

Idola inutilia, cap. 13. ver. 4. nu. 4. & rei inutilis ſymbolum, ibid.

Medicus idoli. *Vide amicus, & in Hebraiſmis.*

IDVMÆA, *Idumaeus.*

Iob Idumæus genere, non moribus. *Vide Iob.*

Idumæorum cum Iſraelitis inimicitiæ, cap. 10. ver. 14. num. 2.

Idumæorum Duces & Reges, cap. 1. verſi 1. num. 34. & 35. Quando in Edom Duces pro Regibus eſſe cœperunt. nu. 34. An Amici Iob pertinuerint ad ditionem Idumeæ, nume. 35. An terra Hus ad Idumæam pertinuerit, num. 29 Idumæa ſtrictè, aut largè accepta, num. 14. Reges Idumeæ antequam haberent Regem filij Iſrael, nu. 32. *Vide etiam Eſau.*

IGNIS.

Id quod eſt terribile, & inacceſſum, ca. 1 ver. 10. nu. 4. An fuerit verus ignis, qui tetigit oues Iob, ver. 16. num. 4.

Pro fulmine, ibid.

Igni tribuitur lingua & os, ver. 16. num. 5. ſignificat quoſcunque cruciatus grauiſſimos, cap. 10. ver. 15. nume. 8. Lapidatio etiam poteſt dici combuſtio. ibid.

Ignis Dei. *Vide in Hebraiſmis.*

IMAGINATIVA.

Ventri ſimilis. cap. 3. ver. 2. in conſiderat. lamenta. ſect. 7. nu. 4. Separat vtile ab inutili. ibidem.

IMPIVS.

Impij habent beſtiarum nomina. capit. 5. verſic. 22. nu. 4. Sunt falſi homines, Hiſtrionibus ſimiles. cap. 1. verſi. 1. num. 52.

Similes Lunæ. cap. 8. verſ. 15 num. 5 Omnes ignobiles. cap. 1. verſic. 1. in append. 3. ad Iobi Genealog. num. 42.

Cur dicantur quieſcere in locis petroſis. verſic. 17. num. 7.

Pollent ſapientia carnis. cap. 12. verſ. 5. nu. 3 ſed verè inepti negotiis gerendis. cap. 1. ver. 1. nu. 7. Turpes & deformes cap. 15. ver. 16. num. 1. & ſibi ipſis abominabiles. numer. 2. Sunt inutiles ad bonos vſus. num. 3. Igni opportuni. ibidem. Ad peccandum alacres. numer. 5. Ad omne ſcelus proiecti. num. 7. Quærunt occaſiones peccandi. verſic. 8. numer. 3.

Cur dicantur alieni, vel alienati. cap. 15. ver. 19. n. 5.

Impiorum perturbata conſcientia, ſemper præſumens ſæua. cap. 15. verſ. 21. num. 1. & 2.

Quod alius eſt dulcis harmonia, illis fit ſonitus terroris. nume. 3. Mala illorum ſecuritas. numer 4. Mala etiam pax. nu. 5 Cum minus ſentiunt, magis laborant. nume. 6. Tantùm metuunt, quantùm nocent. cap. 5. verſic. 21. num. 7.

Internis vinculis & tenebris conſtringuntur. ca. 15. verſic. 22 num. 2. Etiam inter edendum cruciantur. verſi. 23. num. 2. Vagi, & mendici num. 3. Expoſiti diſcriminibus. nume. 5. & 6. & cap. 5. verſic. 14 num. 3.

Suis ipſis factis, & peccatis produntur. ibid & ſuis peccatis cruciantur. cap. 8. verſi. 4. num. 3. Iiſdem obſidentur, & oppugnantur. cap. 15. verſi 16. nume. 2. Suis deſiderijs & cogitationibus torquentur. cap. 15. verſ. 20. num. 1. & cap 5. verſ. 2 num. 7. Se ipſos conijciunt in magnas difficultates. ibi. In illorum corde vmbra mortis. c. 3. verſ. 5. nu. 2. Diei maledicunt, & lucem oderunt. cap. 3 ver. 8. num. 3. Perturbati ſunt animo. cap. 3. verſic. 17. num. 1. & 4. Illorum perturbationi quomodo finem imponat mors. num. 2.

Quem Deus auerſatur, inuiſus omnibus ca. 5. verſic. 4. nu. 2. Non audent in oratione petere. verſ. 17. num. 3. Obmuteſcunt, & confunduntur. numer. 4. Sunt amari diuino palato cap 9. verſ. 18. nume. 4. Prouocant Deum ad nauſeam. capit 12. verſi. 12 num. 7. Sunt cibus abominabilis, & fœtidus. ibidem.

Impiorum munera Deo ingrata. capit. 8, verſic. 20. nume.

nume.2 Non fauet iniquitati Deus, neque præbet vires ad malum. numer. 2. & 3 licet præbeat vires naturales, quibus impius abutitur. ibid.
Impij indicunt Deo bellum. cap.15. verſic.24. nu 3. & verſ. 25 num. 1. & verſ. 26. num. 4.
Sed Deus per ludibrium irridet impios. c. 8. verſic. 18. num. 8. Recedunt à Deo ad certum exitium. verſi. 4. num. 2. In ſupplicijs obliuiſcuntur Dei, & ſuorum ſcelerum. c. 9 verſ. 6. num. 5.
Impiorum bellum aduerſus iuſtos, cap 10. verſic 3. nume. 11. Arma. ibidem. Vehementer illos infectantur. cap 13. verſic. 19. num. 5. Etiam non prouocati lædunt iuſtos. cap. 16. verſic. 3. nume. 25. & inuidebunt illorum felicitati capit. 11. verſi. 20. numer. 1.
Deus ſuorum iuſtorum vindex aduerſus impios. cap. 10. verſic. 3. nume. 13.
Impiorum lux & proſperitas quid. cap. 12. verſic. 5. numer. 3. Spes inanes. cap. 11 verſic. 24. numer. 4. Quamuis initio floreant, breui areſcunt. cap. 8. verſi. 11. numer. 1. Cogitationes etiam fruſtratæ. cap 5. verſic. 12 num 4. 5. 6. 7.
Inhærent temporalibus bonis tanquàm perpetuis. cap. 9. verſ. 25. num. 5.
Sua fœlicitate contenti malè ſentiunt de præmio iuſtorum. c. 2. verſ. 3. num. 4.
Viuunt pacati & tranquilli. cap 3. verſi. 26 nume. 1. Velut agricolæ, excolunt terram iniquitatis. ca. 4 verſ. 8. num. 2 Quid ſeminent, Quid poſtea metant numer. 4. 5. 6. Fruſtrantur ſpe ſementis. num. 7. Non ſolum ſunt Agricolæ, ſed etiam bos iunctus aratro. ibid.
Impij arctè inhærent vitæ bonis, ſed facilè auelluntur. cap. 4 verſ. 21 numer 4. Illorum felicitas falſa & breuis. cap 5 verſ 3 num. 5.
Inſtar fœni ibidem, ſimilis ſcintillæ, & fulgetri, & ſolis deficientis. verſ. 7. num 5.
Flos abſque fructu. ca. 8. verſ 13. num. 3. & 4.
Eſt illorum felicitas Hypocritis quædam. ibidem.
Conantur, ſed fruſtra, conſequi immortale nomen cap. 1. verſic 1 num 48 illorum memoria & nomen moleſtum audienti. num. 49. Sunt ſimiles fructibus ſagicibus. ibidem.
Supplicia & calamitates diluere conantur voluptatibus. ca. 1. ver. 20. num. 6.
Peccata, & peccatorum occultas cauſas non intelligunt. cap. 4. verſ. 20. nume. 8. Nec ſua ſupplicia eſſe propter peccata. ibidem. Ideo vocantur non intelligentes. ibid.
Proprium impiorum eſt occultam aliorum intentionem calumniari cap. 1 verſic. 19 num. 1. Ex ſe alios iudicant in præfatione cap. 1. nume. 2 Volunt ſe conſtituere legem fidei & vitæ. num. 3.
Ignominiosum illorum ſupplicium humiliari ante tanquam ignobiliorum cap 5. verſic. 4. num 2. Et non frui bonis congregatis. verſi. 5. num. 2. Sed potiùs exponitur prædæ omnibus. num. 4. & 5. Ideo videtur impius a figuem natus verſ. 7. numer. 5. ideò vocatur ſtipula. cap. 13. verſic. 25. numer. 7. Illius memoria cinis ver 12. nu 2. Exponitur omnium ludibrio. cap 8 verſi 21. nu. 3. Impietatis merces, confuſio. verſic. 22. num. 2.
Incedit per inuium ignorato vitæ exitu. capit. 12. verſi. 24. nu. 4. & 5. Illius impietatis comes ignorantia, & tenebræ. cap. 15 ver. 30. num. 1. & diſcrimina. ibid.
Non poteſt fugere Diuinam iuſtitiam. cap. 11. verſi. 9. num. 5. Nec habet ſubleuantem ſe. cap. 16. verſic. 22. num. 1 Præualent ſuper eum tribulatio & anguſtia. verſ. 24. nu. 1. Et torquetur grauiſſimo ſeruorum ſupplicio. num 3.
Nemo impius moritur ſenex. cap. 15. verſic. 32. nu. 2.
Eſt puer, & paruulus Vid. *Puer.* negatur illi felix ſenecta. cap. 5 verſi 32. nu. 1. & 2. Illi imminet immatura mors. ibidem. & cap. 15 ver. 30. num. 3.
Auferuntur ſæpè impij leuibus incommodis, & morbis. cap. 15. verſic. 30. num. 5. & cap 2. verſi. 6. num. 8. Sunt ſtulti. cap. 4 verſ. 21. num. 5. Et non ſolùm ſtultè viuunt, ſed etiam ſtultè moriuntur. ibid.
Impiorum poſteritas infirma cap 15 verſic 32. numer. 4 & verſ 33. num. 1. Intereunt miſerè. ver. 30. numer 1.
Impiorum ſocietas exitioſa. cap. 1. verſic 10. nu. 67. Conantur iuſtos ad ſe trahere. num. 68.
Difficilè quis poteſt eſſe iuſtus inter illos. ibidem. De illorum ſocietate, et conuerſatione eripi, Dei beneficium. ibid.
Vide etiam Peccatum. Peccator, Iuſtus.

IMPOSSIBILE.

Actus circa impoſſibile. cap. 3. verſi. 3. num. 2.

IMPORTVNITAS.

Importunitas vicit Adam, et Samſon. cap. 2. ver. 16. numero 2.

INCVRVATIO.

Incuruatio, aut genuflexio, in adoratione. capit. 1. verſ. 20. num. 16.

INDVMENTA.

Indumenta ferina priſcarum gentium. ca. 1. ver. 13. numer. 2.
Vide etiam Veſtes.

INFANS.

Infantum ſepulchra, quæ olim. capit. 10. verſic. 19. num. 2.

INFERNVS.

Vnde dicatur. cap. 7. verſ. 9. nume. 2. Significat ſubterraneam mortuorum et animarum ſtationem. ibid. et cap 11 verſicu. 8. num. 3. Inferni periphraſis. cap. 10. verſic. 22. numer 3. & 4. Eſt carcer damnatorum nu. 5 Vincula et compedes. nu. 6. Æterna ibi ſupplicia. num 7. et 8. Eſt terra tenebroſa. num. 10. Regia mortis. ibid. Plena vinculis tenebrarum. numer. 11 et 12. Ibi tanquam in naturali ſolo proueniunt tenebræ. num. 15. et inde videntur ad nos aſcendere. ibid. Eſt regio plena animi deliquio. num. 11 Plena terrificis ſpectris et vmbris. nume. 15. Plena triſtitia et timore. numer. 13. Non eſt ibi naturalis rerum ordo. nu. 18. et 19. Sed eſt ordo aliquis, vt pares cum paribus, pari pœna puniantur. num 21 Nihil à dominatis ibi ordinatè fit. num. 22 Quæ ſit illorum ſuppliciorum profunditas. verſi. 9. numer. 4. Cruciatus nunquam mitigantur. verſi 19. num. 4.

INGRATVS.

Ingrati eſt non cognoſcere antiquum poſſeſſorem. cap. 7. verſi. 10. num. 4. Quis maximè ingratus cap. 1. verſ. 9. num. 2.
Vide etiam Beneficium.

INTELLECTVS.

Eadem eſt proportio intelligibilium ad intellectum, quæ ſenſibilium ad ſenſum. cap. 12. verſic. 12. num. 1.

INTERROGATIO.

Interrogatione extorquet Deus ab homine confeſſionem delicti. cap. 1. verſ. 9. num. 1.
Cætera. *Vide in indice Regularum.* De quibus quiſque libenter interrogetur. in præfat. cap. 3. num.

INVIDIA.

Inuidorum ingenium quale. cap. 1. verſ. 5 nume. 9. Quid ſit. cap. 5. verſ. 2. num. 6. Puerorum propria. ibidem. et num. 7. et diuitum. ibid.
Occidit ipſum inuidum. ibidem. Comes eſt concupiſcentiæ oculorum. ibidem.

INDEX RERVM.

IOB.

Liber Iob Regium opus. initio præfat. Veram hiſtoriam deſcribit. in præfat. cap. 1 Qui huius hiſtoriæ veritatem ad parabolam traducat, graui nota inurendus. ibid num. 8.

Ad patientiæ exemplum conſcriptus. num 6.

Protocanonicus. in præfat. capi. 2. numer. 2. Apud Septuaginta auctior, quam apud Latinos. nu. 4. Illius auctor quæritur. in præfat. ca 3. Proferuntur variæ ſententiæ. nume. 1. & 2. Aſſeritur fuiſſe ipſe Iob. nume. 3. Deſcriptus a Moyſe. nu. 2. Carmine ſcriptus ab ipſo Iob. in præfat. cap. 4. Quis huius libri idoneus Interpres. cap. 3. num. 6. Quis materia & finis. cap. 5. Quæ materiæ varietas & obſcuritas. c. 8. Quis ordo & diuiſio. cap. 9. Quæ vtilitas. c. 10 eſt liber Dialecticus, Phyſicus, Moralis, Theologicus, cap 8. num. 2. & 3. Euangelio proximus. ibidem. An ſit propheticus. in præfat. cap. 9. num. 2.

Nomen Iobi quid ſignificet. cap. 1. verſi 1 num. 46. Eſt nomen patientiæ. numer. 47. In quo differat à nomine Iobab. num. 33.

Iob præluxit omnibus poetis. in præfat cap 4. numer. 3 Fuit feretrum diaboli in præfa. cap 5 n. 4. Commendatus à triplici bonorum genere. ca. 1. verſ. 1. num. 1. Vir iuxta cor Dei. numer. 4. Pugil veritatis. ibid. Colluctator, non ſolum aduerſus carnem & ſanguinem, ſed etiam aduerſus ſpiritualia nequitiæ. num. 3. Illius certamen fuit vera lucta. cap. 2 verſic 6 num. 1. Ante certamen & victoriam, non conſummatus. capit 1 verſicul. 5. num. 25.

Numerandus inter fortes iuſtitiæ. nume 9 Litigauit cum Dæmone. cap. 1. verſic 6 num 2. Quis illius litis actor, teſtes, equuleus, Iudex, ſententia. cap. 1. verſ 6. num. 2.

Iob, & Paulus eodem ſpiritu, verbis diuerſi. cap. 1. verſic. 1. numer. 9. Collatus cum populo Iſraëlitico. in appendi. 2. ad Iobi genealog. numer. 37. Comprimit Iudæorum ſuperbiam. ibid.

Iob ſuo tempore cunctis hominibus iuſtior, diuitibus præſertim. cap. 1 verſi. 8. num. 12. Quodammodo æqualis Apoſtolis. cap. 2. verſ. 3. numer. 5. Vir Euangelicus cap. 1. verſic 5 nu. 25. Non minùs ſperans, quam Abraham. ca. 11. verſ 15. nu. 4. Suis amicis Sapientior. cap. 9. verſ 2. nu. 2. Comparatus cum Adamo. cap. 10. verſ 8 num 20.

Iob, Idumæus genere, non moribus. cap. 1 verſ. 1. in append. 3. ad Iobi genealog. num. 40.

Primogenitus. cap. 1. verſic. 1. num. 19. Idem, qui Iobab. num. 32. & 33 Ex genere Eſau. nume 31. Qui illius parentes. nu. 33. Quæ patria num. 31. Vixit ante Moyſen num. 43 44 45.

Fuit Rex, & Rex Regum. cap. 1. verſic. 2. à numer. 14. vſque ad 22.

An Regnum obtinuerit hæreditariò, vel ex ſuffragiis. nume. 20. In pietate, & fide ſubditos continuit. num. 77. Fuit Sacerdos. verſic. 5. nume. 15 & Auri diues. verſi. 2 num. 4.

Inter impios iuſtè vixiſſe magna illius laus. verſi. 1. num. 65. Prophetarum eximius. in præfat cap. 9. num. 2. & quibus titulis meruerit Prophetæ appellationem. nu. 3. De ſe etiam aliquando prophetat. cap. 17. verſi. 4. numer. 4. Non habuit ſuæ gratiæ euidentiam, neque certitudinem. cap. 3. verſi. 2. in conſiderat. lament. ſect. 2. num 6.

Quæ illius vxor cap 2. verſi. 9. num. 1. Seruata ad illius cruciatum nu. 2.

Plus profecit paſſionibus, quàm virtutum actionibus. cap. 1. verſi. 3 num. 5. Illius virtus & tolerantia, maior opinione Satanæ. cap 2. verſ 5. num. 4. Illius patientia in prouerbio. cap. 17. ver. 6. nu. 2.

Illius eloquentia cap 11. verſ 1 nume 2 In dicendo acrimonia, & efficacitas. ver. 3. nu. 2. In tentatione myſteria loquutus. cap 3. verſ. 1. numer. 2. Illius modeſtia. cap. 12. ver. 4 num. 7.

Conſtantia & fiducia cap. 13. verſ 19. num 4.

Nunquam agnouit fatum, ſed Diuinam prouidentiam cap. 1. verſ. 21 num 12.

Sapientia et Philoſophia in reſponſionibus ad nuntios ponderatur. capi. 1. verſicul. 21. numer. 1, vſque ad 17.

Illius merita et præmia voluit Deus tentatione amplificare cap 6 num. 2.

Iob vniuerſalis Chriſti figura in præfat. cap. 7. numer 5. Etiam viuus, Chriſti patientis figura. in præfat. cap. 7. num. 9.

Figura Gentilitatis conuertendæ ad Euangelium. cap. 1. verſic. 1. In append. 1. ad Iobi Genealog. 34. num 15. et Præcurſor trium Magorum num. 16.

Voluit Deus Iobum affligere cap. 1. verſic. 12 nu. 6. Non præcepit Dæmoni, vt affligeret. num. 7.

Quos qualesúe morbos habuerit, in peculiari horum morborum conſideratione minutatim exponitur. cap 2. ver 8 per multas ſectiones Non vno tantùm morbi genere laborauit, ſed pluribus. Sect. 1. Habuit morbos inſanabiles et mortiferos Sect. 2. Sed non neceſſariò peremptorios. num 2. et 3. Fuit Martyr. nu. 4.

Habuit vlcus peſſimum, quale vlcus Ægypti. Sect. 3. nu. 1. et vlcera maligna num. 2. Ignem ſacrum. num 3 Cancrum. ibid. Lepram, et Scabiem. Sectio. 4. num 1. Elephantiaſim. num. 2.

Potuit habere luem Veneream. Sect. 5. num. 1. 2. et 3. et dolorem articularem. num. 4.

Laborauit vermibus, et morbo pediculari Sect. 6. num 1. 2. et 3. et aliis Aegypti plagis. num. 4.

Habuit viſcera putrida. Sect. 7 num. 1.

Teneſmum. num. 2 Fluxum ſeminis. num. 3.

Dolorem renum. num. 4. internum apoſtema. numer. 5. Grauem halitum. num. 6.

Laborauit pleuritide. Sectio. 8. numer. 1 et 2. Expuendi difficultate. nume. 3. Angina, Aſthmate. numer. 4.

Laborauit incubo Sect 9. num 1. et Vigilia ibidem. et mærore penè ad inſaniam, num. 2 Fame canina, num. 3. Ventris exinanitione. num. 4. Totius corporis marcore. nu. 5.

Laborauit vnguium vitio. Sect. 10 numer 1. et pruritu. ibidem. Cur ſibi adhibuerit teſtamen. ibid. num. 2. et 3.

Laborauit oculis, capite, et corde. Sect 12. nu 1. et 2. et aliis morbis occultioribus. numer. 3. et per longum tempus. num. 4.

Illius morbi comparati cum Lazaro vlceroſo. Sectio. 13. numer. 1. et 2. cum plagis Ægypti. numer. 3. et 4.

Potiſſimus illius cruciatus, non fuerunt ſcrupuli. in conſiderat. lament. capit. 3. verſicul. 2. Sect. 2. numer. 5. Licet potuerit illis laboraſſe. ibidem. Sed videtur pertuliſſe omne genus paſſionum. numer. 5. 6. et capit. 2. in enumerat. morb. Sect. 2. numer. 4.

Suorum filiorum mortis acerbitas et dolor cap. 1. verſ. 18. nu. 6 et 7 Comparatus cum aliis parentibus lugentibus filios verſic. 20. num. 19.

Illius extrema inopia. cap 2. in enumerat. morborum. Sectio. 11. num 6 Nudus in ſterquilinio ibid. et an lectum vel tectum habuerit. ibid.

Iobi lamentationes ex qua cauſa, inueſtigatur in peculiari conſiderat. lament. per multas ſectiones. cap. 3 verſ 2.

An ex ſcrupulis. Sect. 2. Ex affectu ſenſitiuæ partis, et doloris magnitudine. Sect. 6. Ex ratione dete-

ſtante

ſtante id, quod malum eſt in vita. Sect.7. Ex perfecta in Deum Charitate. Sect.8.num.1. 2.& 3. Illius lamentationes collatæ cum aliis prophanorum poetarum n.3. Comparatæ cum lamentatione Ieremiæ.c.3.verſi.3.num. 8.

Amici Iob Duces, aut Reguli.cap.1.verſ.1. nume.35. & an ſubditi fuerint Iobo.ibid. Iob & illius amici excelluerunt in parabolis componendis. c. 8. verſi.11.num.1. Cætera, *Vid. Amici.*

Sepulchrum Iob, in finibus Arabiæ & Idumeæ. c.1. verſic. 1. num.27.

IONAS.

Quo argumento Deus vſus aduerſus Ionam. ca.10. verſi.8.num.16.

IOSEPH.

Pallium relinquens triumphat.c.1.verſ. 20.num.9. De quo crimine apud patrem accuſauerit ſuos fratres. *Vide Frater.*

Non poterit eſſe Ioſeph, qui noluerit habere fratres ſibi infeſtos.c 1.verſi.1.num. 66.

Ioſephus hiſtoricus notatus. in præfat.capit.1. numer. 11.

IRA, IRATVS.

Irati voces inarticulatas edunt.cap.4 ver. 10. nu.6. Pariunt cæca conſilia.verſi.2.num.4. Canibus ſimiles ibid. Moleſti ſunt cæteris.nu 5. Peiora eligunt.ibid. Ipſi ſibi exitio. ibid.

Ira & inuidia extremæ paſſiones. nu. 6. Significant reliqua vitia intermedia.ibid.

IRONIA.

Cap 4.verſi 3.num.1 & cap.5. verſ.1. num.1.

ISAAC.

Iſaac ſeruatus viuus Chriſti patientis & reſurgentis figura. in præfat.cap.7.num.9.

IVDAEVS.

Perfidi Iudæi incluſi in carcere infidelitatis.cap.12. verſ. 14. nu. 3. A conuictu cæterarum nationum abſtinebant.c.15.verſi.19 num 5. Cæteros appellabant alienos. ibid. Illorum ſuperbia & faſtus. cap.1 verſi.1. in append.2. ad Iobi genealogiam, num.37.& 38. Quis ſit illorum ſpiritus compunctionis & inuidentiæ, num. 39.

Illorum ſuperbiam comprimit Iob. nu. 37.

Quis dicatur in manifeſto Iudæus, & quis in abſcondito. in appendice. 3. ad Iobi genealog. nu. 41. Filij Abrahæ ſuſcitandi à Deo de lapidibus. in append 2.num 38.

IVDEX.

Sæpè in iudicando errare ſolet.cap.10. verſ.4.nu.5. & proferre ſtultam ſententiam.cap.12.verſic.17. numer.5.

Quis dicatur habere carneos oculos.ibid. & habere duas leges.ver.6.num.2. Iudicat pro eo, a quo munus accepit.c.12.verſ.20.num.1.

Iudicum impiorum oculos excæcat Dæmon. c. 9. verſi. 24. nume.2. Cum iſti regnant, vritur pauper. ibid.

Quis dicatur habere opertos oculos. nu.4.

Iudex præſumitur iuſtus, cùm aliquem damnat, & qui damnatur ſceleratus, cap.13. verſic.9, num.3. & cap.15.verſi.14 num.3.

Debet virtute pollere.cap.1.verſic.1, numer.13.& ab ipſa virtute, quaſi creari, & eligi.num.21. Requirere debet ſcelera. cap.3.verſic.4.num. 2. Exquiſita iudicis diligentia in inquirendo delicto. capit.13. verſic.27. numer.5. Non debet eſſe triſtis, nec turbulentus. cap 13.ver.24.num.4. Non erat externus aut peregrinus prioribus ſæculis. ca.1. verſic.1. num. 22.

Peregrina inſtituere ſubſellia, mutua diffidentia inuenit. ibid.

Debet eſſe nobilis & diues.cap.3. verſic.15. nume.3. Nam inops facilè corrumpitur.c.8.verſi.3. nu.4. Debet fauere pauperi.cap.10.verſi. 7. num.4.

Iudices laturi ſententiam capitalem ſe intra cortinas continebant, & cur.cap.9.verſ.24. num.4. & cap.13.verſic.24.nume.5. Pronuntians ſententiam capitalem, dicitur ſcribere amaritudines. verſic. 26. num.5.

Iudices incorrupti, non indignantur reis implorantibus æquitatem.c.9.verſ.29. num.2. Qui teſtes infirmat, nihil detrahit iudici, iudicanti ſecundum allegata & probata.c.16.verſ.9. num. 5.

Iudex impius hypocrita.cap.15.verſ.34.numer.1. Illius ſupplicium.c.10.verſi. 7.nu.4.

Ex aliorum iudicum tribunalibus prouocatio ad Deum ſupremum iudicem.cap. 10. verſ.7. nu. 4.

Deus viſitat, & deponit de ſede iudices terræ.ver.17. numer 5.

Vide etiam Deus, Iudex, Princeps, Rex, Prælatus.

IVDEX DEVS, *Iudicium diuinum.*

Deus Iudex.cap.4 verſ 17.nume.2. & 3. æquiſſimus, c.9.verſ 19. nu.2.

Si litiget cum homine, obtinet in cauſa. num.3.

Non habet homo, quòd de illius iudicio poſſit conqueri.ibid. & num. 4.

Deus in puniendo iudicij normam ſeruat. capit. 8. verſicul.3. numer 2. Iuſtus. numer.3 Non punit quantum poteſt.ibidem. Corrumpi non poteſt. num.4.

Diuini iudicij ſeueritas c.10. verſic.1.num.1.

Supremus iudex corrigit aliorum iudicum errata. cap.10.verſ.7.num. 4.

Iuſti diligunt aduentum iudicis.cap.13. ver.3. nu.4. In diuino iudicio eriguntur bonæ conſcientiæ teſtimonio. ibidem.

Diuinum iudicium ineuitabile.cap.7. verſicul. 20. num. 2.

Formidandum repentè in illius iudicio interrogari cap. 9. verſic. 12. num. 3. Interrogationi quomodo reſpondendum. num.4.

In diuino iudicio, conſcientia teſtis, & relator.ca. 9. verſ.20. num 2.

In diuino iudicio homo tranſparens & pellucidus. cap.9.verſi.21. nu.1.

Deus Iudex ſimul & teſtis. capit.16.verſicul.20. numer. 2.

In diuino iudicio duo teſtes, Deus ſimul & conſcientia. ibidem.

Dies iudicij dicitur per antonomaſiam, Tempus, & dies viſitationis.c.12.verſic.5.num.5.

IVGVM, IVGERVM.

Iugum apud Latinos pro iugero.capit.1. verſicul.3. num.10.

IVLIANVS.

Iulianus Apoſtata ſimilis Cameleonti, cur.capit.1. verſic.13.num. 2.

IVNCVS.

Iuncus an ſit papyrus. *Vid. Papyrus.* Iuncea corona Chriſti Ieſu, *Vide Corona.* Herba hortenſis. c. 8. verſ.16.num.2.

IVRAMENTVM.

Iuramenti formula, Niſi.c.1.verſ.11.num.4.

Verè, & Amen.c.9. verſ 2.num.2.

Iurantis habitus, leuare manum.ibidem.

Execratio in iuramento execratorio aliquando ſupprimitur. ibidem.

Alia iuramenti formula.c.16.ver.20.nu.1.et verſ.23, num.5.

Cum Deus imprecatoriè iurat, quomodo exponendum.c.1.verſi.11 num.5.

IVSTVS.

Iuſtus Deo omnia, nihil Dæmoni tribuit, capitu.1. verſ.22.nu.13.

Deus in illo curando, & affligendo mirabilis. ca.1. verſic.1.num.18. Illorum vitam tuetur. nume. 7. Non permittit profundi illorum ſanguinem, niſi pro ingenti pretio.ibid. Illos in tuto collocat.cap.5. verſ.11.nu.4. Dei pro iuſtis cogitationes mirabiles.cap.5.verſ 12. num.2.

Cuſtodiuntur à Deo & Angelis. verſic.23. numer.9. Iuſtorum familia ſecura. ibidem.

Dicitur abſconditus in abſcondito faciei diuinæ. cap.10 verſi.13 nume.2 Deus captat occaſionem amplificandi,& honorandi ſui iuſti.ca.12.verſ.5. num.6. & in præfat.cap.6 num. 2. Eſt Deo cibus ſuauiſſimus. verſic.12.num,7 & cap.15. verſic. 32. numer. 3.

Iuſtos conſeruat Deus in faſciculo viuentium.c 14. verſ.13.num.2. Illis reuelat Deus ſecretiora conſilia c.15 verſ 8 num.2.

Illorum periphraſis & nomen, Sperantes in Domino.c.13.verſ 15. numer.3.

Quomodo iuſtus dicatur ignorare viæ ſuæ exitum. c 12 verſ 24 nu.6. Ambulat per fidem,& non per ſpeciem.ibid. Illum deducit Deus, per occultas ſemitas, & ignota media.ibid.

Hominis iuſtitia cum Deo comparata, iniuſtitia eſt, quomodo intelligendum. cap 4 verſicul 17. numer.2.

Iuſtorum facies læta,& ſplendida, impiorum combuſta.cap.9.verſ.28.nume.2 Securitas in mediis diſcriminibus. ca 11. verſ.18.nu 1 & in conſpectu hoſtium menſæ lætus accumbit.ibid. Conſcientiæ illius ſecuritas & conſtantia.cap 15.verſic.22. num.7. Semper præſumit meliora. cap.4. verſ 6. nume.2. In mediis tempeſtatibus tranquillitate potiuntur.c 9.verſ.5.num.6. Non timent infauſta nuntia.c 1.verſ.14.num.2.

Negotiatur in omnibus feliciter.ca.2. verſ.10. numer.7. & cap.11. verſ.18 num.2. Illius cogitationes felicem exitum ſortiuntur.cap.5.verſ.12. numer. 1, & 5.

Illius ſplendor eſt firmus & diuturnus.cap.12.ver.5. nume.4. Licet nunc occultus ſit, ſuo tempore ſe prodet.num.5. Et ſimilis carboni accenſo. nu.6. Illius nomen,& memoria ſempiterna.ca.13.verſicul.12.num.2.

Iuſtus inſtar agricolæ excolit pietatem. numer.3. Quæ illius ſeges, ſemina, fructus. ibid.

Iuſti in diuino honore tuendo acerrimi. capit. 2. verſ.10.numer.1. Nihil ſuorum volunt Dæmoni ſeruiat.c.1.verſ 20.num. 8. Communes miſerias deplorant.cap.3.verſic.2. in conſiderat.lament. Sect.3 num.1.

Interueniunt apud Deum in aliorum ſuppliciis. c. 30. verſ.7.num.2 Dicuntur portare orbem. c 9. verſ.13. numer.4. Sunt columnæ cœli.ibidem. & reſiſtunt diuinæ iræ.ibid.

Sunt erga alios comes, & vrbani.c.13.verſ.8.num. 3. Miſericordes.cap.8 verſ.12.numer.3. Mites,& lenes.c.17.verſ.8 num.1.

Iuſtus arbor perpetuò virens cap.8.verſi. 13. num.1. & verſicu.16.nume.1. Floret ſicut palma capit.8. verſicu 7. numer.1. Inſtar vitis præcipitatæ, ruſus viret.cap.8.verſ.18.nume.4.et verſicu. 19. numer 5. Similis grano ſinapis.capit.2. verſicul, 10. num.1.

Iuſtorum verba non percipit animalis homo. c. 11. verſi.2.num 3. Illorum rationem reddere iuſtus ipſe paratus.c.6.verſ.1.nume 1.

Cur Deus permittat ſuos opprimi ab impiis.cap.5. verſicul. 15. numer. 5. Illorum ærumnæ etiam ipſismet iuſtis mirabiles. capit. 17. verſicul. 8. numer. 1. Iam non mirandæ poſt Chriſtum patientem.num. 2.

Iuſti in miſeriis erigunt caput, impij non ſubſiſtunt. cap.1.verſ. 20.numer.3 et ipſi ſibi alias pœnas ſponte adiiciunt.numer.6. Nunquam abiiciunt vitæ ſpem.ca.2.verſ.6.num.6. Sæpe e mortiferis morbis ſeruantur.num 8.

Iuſtus pro ſcopo propoſitus multarum ſagittarum. cap.16 verſic.13.num.4. Omnium ictibus expoſitus.numer.5. Illos ſæpe in hac vita contigit, et collimat Deus.num.4.

Quibus armis ſe tueantur iuſti ab impiis.c.10.verſ. 3.nu.12. Impiorum aduerſus illos conſilium. nu. 10. et 11. et Dæmonis etiam.num.13 Ipſi ſunt ad vtrumque parati.c 2.verſ.10.num.6.

Iuſtus cadens, reſurgit citò c.10 verſ.6.nume.1. Fugit res temporales, ſed iſtæ fugiunt impios.ca 9. verſ.25 num.3.

L

LACRYMAE.

Lacrymæ amaræ, et ſalſæ. capit. 17. verſicul. 2. numer. 2. et dicuntur amaritudines oculorum. ibidem.

Cur dicantur refrigerare.cap.10.verſic.20 nume.7. Non ſemper conſtantur vehementiſſimum animi dolorem. ibidem.

Cur dicantur aſcendere.capit.16.verſ.21.nu.2. Sunt ſimiles imbri.ibidem.

Deſcendunt in caput, qui illas extorquet ex miſerorum oculis. ibidem.

Vid. Tribulationes.

LAETITIA.

De plantarum, et arborum viriditate dicta.capi.8. verſi.19 num.5.

Iuſtorum frons læta, impiorum triſtis. *Vide Iuſtus, & Impius.*

Vide Triſtitia, & Felicitas.

LAMENTA, LAMENTATRICES.

Lamentationes, et gemitus ex amore. capit 3. verſic.2. in conſiderat.lamentatio. Sectio.8.nume. 2. et 3.

Lamentatrices. et præficæ, quæ ca.3.verſ 8 num.5. Erant magiſtræ, et principes planctus. ibidem. Non ſolùm fœminæ, ſed etiam viri lamentatores, verſi.8.num.5.

Lamentationes Iob. *Vide Iob.*

LAPIDES SAXA.

Angelos ſignificant cap.5.verſicul.23.numer.1. Viros fortes et conſtantes. ibidem. Sepes agrorum.num.2 Limites agrorum. num.4. Deus terminus lapideus.ibidem. Capitolij immobile ſaxum, ibidem.

Pactum cum lapidibus quid ſit.cap.5. verſ.3. nume. 2. 3. 4.5.6.7.

Lapides ponere in alieno agro, extraordinarium crimen in Arabia.cap.5.verſ.23.numer.7. et quid illi indicarent.ibidem. Habebantur religioſi, et ſacrati ibidem.

Lapides, quos poſuit Ioſue in alueo Iordanis, an durauerint vſque ad Ioannem Baptiſtam. cap. 1. verſi. 1. in append 2.ad Iobi genealogiam.nu 38. Præfigurarunt Baptiſma ibid Significata Ioanne, cùm dixit, De lapidibus iſtis etc. Gentium conuertendorum figura. ibidem.

LATRIA.

Affert ex proprietate vocis intenſionem timoris. c. 1.verſ.1.num.59.

LATRO.

Omnes ſibi ſimiles ſuſpicatur. in præfat capi.1.numero 2.

Latrones olim comam nutriebant.cap.5 verſicu.5. numer.5 Dicuntur ſitire prædam. ibidem.et Piloſi. ibidem.

Latrones

INDEX RERVM.

Latrones vnde dicti.ca.17.verſ.3.num.5. Erant protectores & ſatellites in bello. ibidem.
Vide etiam Hyperaſpiſtes.

LATROCINIA.

Seruiunt diuinæ prouidentiæ.cap.5. verſ.6. num.1.

LAVRVS.

Lauri radix viuaciſſima.cap.14. verſi.11.num.2.
Reſciſa lætiùs fructificat. ibidem.

LAVS.

Magna, viuentem laudari.cap.2.verſic.3. num.6.& Dei ore. ibidem.
Laus ore proprio ſordeſcit.cap.9.verſic.20. num.1.
Illa optima, quæ ab aliis tribuitur, non quam ſibi quiſque vſurpat.ibidem.

LAZARVS.

Lazari & diuitis non parabola, ſed hiſtoria. in præfat.cap.1.num.7.
Quid illius nomen ſignificet.ibidem.
Illius calamitas ponderatur.c.2.in enumerat.morborum. Sectio.13. nu.1. & 2. & nouem illius cruciatus numerantur.ibidem.
Nunquam fuit ſanus, aut proſper.num.2.
Comparatur cum Iobi calamitate.ibidem. Abrahę ſinus, fuit illi portus. *Vide Abraham.*
Cur Chriſtus plorauerit in reſurrectione Lazari. cap.3.verſi.13.num.5.

LECTIO.

Lectio ſanctorum patrum, adhibenda ad intelligendam ſcripturam. In præfatione capit. 8. numer. 7. Illorum lectio & ſententiæ, ſunt nobis velut ſemina optimorum conceptuum.ibidem.
Quæ nos inuenerimus, illorum doctrinæ inſerenda.ibidem.
Qui Prophanorum Poëtarum lectionem, & ſententias ad Scripturæ interpretationem adhibeant, notati. num 9.
Qui nihil probent, aut admittant, niſi quod in alio legerint, notati.num.8.

LECTVS.

Lecti Regum quondam pretioſi, & ex pretioſa materia.cap.17.verſ.13. num.1.

LEAENA.

Leæna certæ ſpeciei leoninæ nomen. c.10. verſi.16. num.2.
Leænæ ſæuiores maribus.cap.4.verſ.10.num.2.
Leo animantium Tyrannus.cap.4.verſi.10.num.1. Illius peculiares notæ.ibid.Symbolum Tyranni Principis.cap.10.verſi.16.num.3.
Sub nomine leonis variæ ferarum ſpecies. capit.4. verſ.10. numer.1.& quibus aliis nominibus dici ſoleat à Latino interprete. ibidem.
Leones ad caulas paſtorum prædam agunt. capi.5. verſ. 22. num. 4. Non dormiunt in ſpecu, ſed in media ſemita.verſ.23.num.9. Eſt halitus & odoris teterrimi.c.6.ver.6.num.10. Cadit ſupra prædam.verſ.27.numer.1. Terretur ſonitu rotarum. ca.7.verſi.1. num.4. Fameſcens, aut prædam nactus rugit.cap.4.verſic.19.nume.4. Proprium illius, rugire.ibidem.
Non amittit caninos dentes.nume.7. Nec reuertitur ad prædæ reliquias.c.10.verſ.16.num.5. Qualis ſit Leonis venatio.nu.4.
Leo ſecundum diuerſas ætates diuerſa ſortitur nomina.cap.4.verſic.10.num.3.
Cum ſenes ſunt, inferunt iniuriam hominibus.numer.1.& viuunt ex præda filiorum. ca.4. verſi.11. numer.1.
Catuli Leonum audaciſſimi, & crudeliſſimi.cap.4. verſ.10.n.2 Parentibus ſenioribus afferunt prædam.nu.7.Solitarii incedunt.verſi. 11. num.4.
Leonis rugitus, ſymbolum irati Principis. c.4. verſic.10.numer.5.& 6. Solo rugitu illius plura animantia conſternantur, & capiuntur.num.4. Leo formicarius. *Vide Mirmicoleon.*
Leonem aliquando peperit ouis.cap.4.ver.10.nu.1.
Leo ſerpens.cap.5.verſi.23. num.9.

LEPRA.

Leproſi extra ciuitatem pulſi.capit.2.in enumerat. morborum.Sectio.11. num.5.
Illos abominantur Perſæ.ibidem.
Lepra dicitur Dei manus, aut tactus. ibidem. nu.5. & Sect.4. num.1. Leproſi abſcondebant vultum, ibidem. Nihil abiectius carne leproſi. ibidem. Supplicium Regum ſuperborum. numer. 3. Eſt morbus coniunctus cum ſcabie. numer. 1. & cum elephantiaſi. numer. 2. Regibus Ægypti peculiaris. numer.2. Curatur puerorum ſanguine. num.3.

LEPVS.

Lepores dormiunt patentibus oculis.

LEX.

Cur lex tradita timore.cap.1.verſ.1.num.60.
Lex lapidea.cap.5.verſ.23.num.1.
Lex Diuina cur vocetur iudicium.capit.8. verſic.3. nume 1. & quomodo dicatur multiplex. cap.11. verſic 6. numer.1. Eſt vna erga omnes.ibidem. & Homine ſuperior.ibidem. Dicitur vincula, & alligatura.cap.13.verſicu.27. num.3.& vitæ imago. nume.4.
Diuinæ legi obedientia exigitur, potiùs quàm obſeruatio cæremoniarum externarum. capit. 11. verſ 13.num.2.
Quid ſit accipere faciem in lege.capit.13.verſicu.8. numer. 2.

LIBER.

Libri ſacri pro varietate materiæ, diuerſis accentibus decantabantur in ſynagogis.cap.3. verſic.1. numer.4.
Libri ſacri frequenter inſcripti à ſuis auctoribus. in præfatio. cap. 3. numer. 3. & peculiarium quorundam librorum auctores indicati.ibidem. *Vide etiam Scriptura.*
Liber Iob. *Vide Iob.*
Vide etiam lectio.

LINGVA.

Lingua & Cor velut vnius ſtateræ bilances. capi.6. verſ.3.num.6.
Lingua corculum alterum. ibidem. Illi tribuitur ſtultitia, aut ſapientia & meditatio.verſicul. 30. numer.6.
Quid ſit habere linguam in corde, aut cor in lingua.c.8.verſ.10. num.5.
Linguæ magiſter cor.cap.15.verſi.5. num.1.
Nemo benè loquitur, qui non didicerit ſiluiſſe.c.3. verſic.1.num.3 Loquendi peritum efficit patientia.num.2. Verborum, & linguæ moderatio, ex Dei timore.cap.2.verſic 10.num.8.
Verba, & verbera affinia. cap.5. verſic.21. numer.3. Dicitur flagellum. ibidem. Pro terrifico rumore hoſtium aduentantium.num.2. Pro ſuperbo. num.3. Pro detractore. num. 4. Pro Delatore, & accuſatore.num.5.
Linguæ cum ſerpente cognatio.c.2.verſ. 8. In enumeratio. morbo.Sect. 1.numer.4. Ideo illam ſolam non læſit in Iob Satanas. ibid.
Lingua impiorum exitioſa cap 5.verſic.5.numer.3. Eſt gladius, arcus, ſagitta.ibidem. Lædit eminus, & cominus.ibidem. Multiloquium prouenit ex cordis anguſtiis.cap.3.verſic.1.nume. 6. & cap.8. verſic 2.num.3.
Multiloquium Ethnicorum quale.cap.11. verſi. 2. numer.6.
Verboſus omnia reddit deteriora.cap.16. verſic.21. num.1. Loquacitas cum ſtultitia coniuncta.c.1.

verſic.22.nume.3.Illius ſigna.ibidem. & quis ille ſtultitiæ gradus ſit.cap.5.verſi.2.num. 2.

Verba produnt, quid quiſque ſit.ca.11.verſ.12.nu.2. Qui loquitur, etiam cum os aperit, obſeruatur ab aliis.cap.3.verſ.1.num 4.

Inſtrumenta loquendi pro ipſo ſermone. capit.11. verſic.11.nu.2. Linguæ volubilitas,& verba mollia, cur dicantur diſpertita & diuiſa.cap.17.ver.5. numer.1.

Humana procliuitas ad verborum lapſus. capit. 9. verſic.20.num.3.

Oris peccatum grauiter punitum.capit.4.verſic.2. nu.1. Sermo futurus inſtar auri confecti & ponderati.cap.3. ver.1.num.6.Pretioſus & rarus.ibidem.Verba indigent vinculis & compedibus.c. 4.ver.2.num.2. Si ſint opportuna, & recta, in iniuſtitia detinentur. Ibidem.

Lingua & gemitus lingunt cordis vulnera.capit.3. verſ.2. in conſiderat.lamentat. Sectio 6.num.1. & cap.10.verſ.1.num.2.3.5.& cap.13.verſ.13. nu.1. Verba extorquere ſolet dolor.cap.10.ver.1.nu.2. 3.5.& ver.2 num.1.

Verba hominis ægri fortiora, quàm benè valentis. cap.3.verſi.1.num.2.

Obmuteſcere, ad erubeſcentiam & confuſionem. cap.5. verſ.16. num. 4.

Inter epulas non loquuntur Perſæ & Medi. cap. 3. verſ.1.num.1.

Vide etiam Silentium, Verba, *Detractio*, Os.

LITTERALIS SENSVS.

Litteralis Scripturę ſenſus etiam referendus ad vtilitatem, & doctrinam morum. in præfat. ca.10. numer.3.

LOCVS.

Quod in ſuo loco non inuenitur, periiſſe ſignificatur.c.9.ver 5.num.2.

Loca ſubliniora honorificentiora. *Vide Honor.*

LOCVSTA.

Inconſtantiæ, & breuitatis vitæ humanæ ſymbolum.cap.14.verſ.2. nu. 6.

LVCIFER.

Idem, qui veſperus vel veſperugo. capit.11. verſi 17. numer.3. Eſt ſymbolum vtriuſque fortunæ.ibidem.

LVDERE.

De alieno corio ludere, prouerbium.cap.2. verſ. 4. numer.2.

LVNA.

Menſis nomen habet à Luna.ca.3.verſ. 6.num.3.

Lunationes obſeruatę in computatione menſium. ibidem.

Lunæ, & ſtellis offundebatur nubes arte magica. c.3.verſ.9.num.4.

Illas dicebantur magi cœlo detrahere. ibidem.

LVTVM, LVTEVM.

Lutea progenies quid cap.1.verſic.1.in appendic.2. ad Iobi Genealog num.38.

Lutei pedes aureæ ſtatuæ, humani corporis imbecillitas.cap.4.verſ.19.num. 4. Lutea domus, Humanum corpus. num. 2.

Luteum, quod vile eſt, & immundum.c.10.verſi.9. num.6.

LVX, LAMPADES.

Lampades in nuptiis cap 2.verſic.7. num.3.

Ægyptiorum feſtum lampadibus, & luminibus celebre. ibidem.

Lucem impij fugiunt.cap.3. num.3.

LVXVRIA.

Luxuria ſignificata per pinguedinem.c.15.verſi.27. num.1 & num.5.

Turpis libido eſt capiſtrum, & vinculum, quo beſtia trahitur.ibidem.

Incuruatio genuum, de re turpi. *Vide Genua. Vide etiam Voluptas, Gula, Diuitia.*

LYCII.

Lyciorum conſuetudo referendi genus ad fęminas & mares. cap.14. verſ.1.num.3.

M

MAGI.

Magi Reges fermentum Gentilitatis. cap 1 verſi 1. num.75. Illorum præcurſor Iob. *Vide Iob.*

MAGNVS.

Magnus pro nobili. cap.1.verſic.3 numer.17. 18. & 19. Pro ſapiente. num. 20. Pro locuplete. numer. 21. & 22.

Dei magnitudo. *Vide Deus.* Vt dicatur facere magna, videlicet in cœlorum immenſitate, capit.5. verſic.9, num.2.

MALEDICERE.

Maledicentiæ arguitur Iob ab Hęreticis & Iudæis. capit. 3. verſic. 2. in conſiderat. lamenta. Sect. 5. numer.1.

Non poteſt maledici creaturis.ibidem. Etiam non exiſtentibus. numer. 2. Neque illis, quæ ad nos pertinent. num. 4.

Maledicentia dicitur dentium morſus, & laceratio.cap.13.verſi.14.num. 3.

Vide etiam Lingua: & Detractio.

MALVS.

Dæmonis nomen.c.1.verſ.14.num.2.& quæ nequitia eo nomine efferatur.ibidem.

MANASSES.

Situs dimidiæ tribus Manaſſe.c.1.verſi.1. num. 28.

MANICA.

Manicam accipere, quid apud Ciceronem. capi.1. verſic.1. in appendice. 1. ad Iobi Genealogiam. num.35.

Bellica cæremonia in obſidione, manicam vel chirothecam, intra vrbem obſeſſam proiicere. ibi.

MANICHAEVS.

Manichæorum error de creatione hominis. ca. 10. verſic.8.num.5.

MANIPVLVS.

Manipulum pro vexillo cur ſuis militibus erexerit Romulus.cap.3.verſ.c.15. num.6.

MANVS.

Manus laſſæ, & deiectæ, habitus ſegniter currentis, aut ambulantis.cap.4 verſi.3.num.4.

Manuum ablutio, ad innocentiam conteſtandam. cap 9 verſi.30.num 4 Ad orandum.num 7.

Reliqua: *Vide in indice Hebraiſmorum. Vide etiam, Dextra.*

Quomodo iniquitati, & peccato tribuatur manus. *Vid. Peccatum.*

MARE.

Maris arena. *Vide Arena.*

Maris aqua. *Vid. Aqua.*

Deus in comprimendo mari potentiſſimus. cap.7. verſi.12. numer.4. Quæ maris vincula & carcer. ibidem. Symbolum immanitatis, & ſuperbiæ, ibidem. Mari illudunt Ceti.num. 5.

MARIA VIRGO.

Maria Virgo inter Martyres numeranda, & pluſquam martyr. cap.2. in enum. morbo. Sectio. 2. num.4.

Mariæ virginitas, & fœcunditas. c.14.ver.4.num.4. Conceptio immaculata. ibid.

MATER.

Plus ſubſtantia trahit fœtus ex matre, quàm ex patre.c.14.verſic.1 num.3.

Ad matrem, & non ad patrem referebant Lycij genus, & nomen. ibidem.

Situs infantis in vtero matris. capit.15.verſicul. 24. numer. 3.

Terra mater. *Vide Terra.*
Mater Iob. *Vide Iob.*

MAXILLA.

Maxillæ percuſſio ignominioſa.cap.16. verſicul.11. num.3.
Dextra maxilla honoratior ſiniſtra.cap.1.verſic.20. num.10 Symbolum honorum meliorum, videlicet animi.ibid Quid ſit volenti percutere dextram maxillam,præbere ſiniſtram.ibidem.

MEDIATOR.

Mediatoris munus, & officium *Vid. Chriſtus.*

MELCHISEDECH.

Quid illius nomen ſignificet.cap.1 verſi 1.num 17. Fuit Sem,primogenitus Noe ca 1. verſi 5 nu.17. Illius regnum, videlicet Chananæi, fidele & pium ſub illo rege. c.1.verſi.1. num.74.

MEMORIA.

Cur ſignificetur per ventrem,cap.15.verſi.2.num 3. et per cinerem. *Vid Cinis.*
Vide etiam Nomen, Iuſtus, Impius.

MENDACIVM.

Mendacium facilè admittitur in narrationibus, ſi non ſint valde ſinceræ.capit.11. verſicul.4.numer 4.
Dicitur Vanitas num.2.
Mendaces ornamenta verborum quærunt. cap 13. verſic 4 num.1.
Vid. etiam Veritas, Fidelitas, Iuramentum.

MENSIS.

Menſis nomen habet à luna.cap.3.verſ.6.n.3.Computatur per lunationes. ibidem.

MERETRIX.

Cur dicatur aliena, et peregrina.cap.15.verſicul.19. numer.5. Eſt verus, pariterque ſæuiſſimus hoſtis. ibidem.

MESSIS.

Quo anni tempore contingeret in terra Chanaan. cap.1 verſic 14 num.4.
Significat bona comparata multo cum labore,capit.5.verſi.5.num 2. Et meſſem diripi ab alienis, eſt non poſſe frui bonis partis. ibidem.

METONYMIA.

Metonymia cap 1. verſi.10.num 5.& cap.5. verſi.16. num.1.2 & cap.7.verſi 10 nu 3.4 *& ſæpe alias locis occurret, quæ quoniam plura, quam pro numero eſſent, omittenda duximus.*

MILES, MILITIA.

Militia vnde dicta.cap 7. verſi 1.numer 11.
Milites ſolebant barbam radere, & cur.cap.1. verſi. 20. num 12. Procidebant ad pedes Imperatoris, petituri coronam.num.17.
Militis famoſi periphraſis.cap 3.verſ 17.num. 5.
Milites dicuntur Armati & Hoſtes.capi.5. verſic.5. num 4.Frequenter ſunt raptores.ibid.& cauponantur bellum. ibidem.
Militaris conſtitutio Aureliani Imperatoris. ca. 7. verſic.1. num.2. In milite requiritur obedientia. num.3. Miles ſtationarius, Cauſarius, Valetudinarius.ibidem.
Milites frangit, & exauctorat Deus.cap.12.verſi.16. num.2.& verſi. 21. num.5. Dicuntur cingi, & ornari baltheo.ibidem.& Felli robore c.3.verſi.17. num.5. & quieſcere in morte. ibidem.
Militia plena diſcriminibus.cap.7.verſic 1. num.4. in illa probantur,& explorantur cuiuſque vires. nu. 6.7 Difficile militem agere, exercitum alere.num.8. Tempus certum & præfixum ad militandum. num. 11.
Qui milites dicerentur eſſe ex catalogo, aut vltra catalogum. ibidem.
Spiritualis militiæ ſtipendia, & arma.cap.7.verſi.1. num.12.
Militia Angelorum. *Vid Angelus.*
Militia cœlorum. *Vid. Cœlum. & Stella Vid. etiam Cingere, Balrheus.*

MISERICORDIA.

Qualis affectus ſit cap 6.verſ.14. num.2.
Per antiphraſin, ſignificat crudelitatem.nu 4.
Miſericordia Iuſtorum cur ſimilis paradyſo. cap 8. verſic.12.num.3.
Iuſtus, miſericors. *Vid. Iuſtus.*
Impius, immiſericors. cap 5 verſic.7.num.5 Voluptas, & diuitiæ ſolent efficere crudeles ibidem. *Vid. etiam Diuitiæ.*
Regum afflictæ fortunæ, multorum miſericordiam allicere ſolent. *Vid. Reges.*

MITTERE, MISSA.

Verbum mittendi abſolute ſumptum, includit nuntium miſſum,vel rem miſſam.cap 1.verſic.4. num.11.& verſic. 5. num.2.
Miſſæ nomen, quid indicet. ibidem.

MONS.

Montium translatio ex ſuis proprijs ſedibus an vnquam contigerit.cap.9.verſi 5. num. 3 In illis præbet Deus ſpecimen ſuæ potentiæ nu.5.6.7.
An in diluuio aliqui montes explanati.num.3.et 4. Dicuntur columnæ cœli.num.3.
Montes antiquitatis, et diuturnitatis ſymbolum. cap.15 verſic 7 num.3. et 4.
Vid. etiam Colles.

MORBVS.

Morbus,hoſtis, et inimicus, cap.26.verſ.10 num.1. et teſtis atque accuſator.verſ 9 num.4 Morbi et dolores, nuntij Dei imperatoris.cap 10.verſ.17. num.6. Vincula et carcer.cap.7.verſi.12 num.6. et verſ.14.num.2.
Morborum vis maxima ad debilitãdum animum. cap 2.verſi.5. num.1. Viros grauiſſimos conuertere videtur in pueros, pueriliter omnia tractantes cap 2.verſi.7.numer.3. Aliquando acerbiores ipſa morte. verſi 5. num.3.
Iuſti in morbis valent animo cap.2. verſic.10. nu.4. Qui in morbis languent animo, moleſti cæteris, ibidem.
Morbis illa vitia incitantur, quæ non indigent viribus corporis.cap.2 verſ.5 num 3. Redditur interior homo fortior.ibidem Quarum virtutum actionibus ægrotantes minùs apti, tacendo videlicet, et orando. ibidem.
Morborum efficiendorum miniſter dæmon.cap.2. verſi.7. num 3.
Bene valentis hominis, tum etiam ægrotantis cum terra, et plantis comparatio capi.14.verſicul.19. num.4. Vectigal et tributum ingens morborum pendimus pro conſeruanda vita. cap.7. verſi.16. num. 7.
Ægrotantes mutationibus, vt remediis vtuntur. c.7.verſi.4.num.3.
Deus ſuos ſanat velociter.c.10.verſ.20 num.3. Non poſſunt naturaliter omnium membrorũ morbi ſimul in vno homine eſſe.cap. 2. in enumeratione morb.Sect.1.nume.1 Nec contrarij.numer.3. Sed bene arte Dæmonis ibidem. Morbi inſanabiles, et mortiferi non iidem. Sect.2 num.1.et 2. Eadem materia in diuerſis membris diuerſum morbum generat. Sect. 1. num.1.
Morbi Dæmoniaci,qui dicantur,cap.2.in enumerat. morb ſect. 12. num.3.
Morbus imaginoſus, quis.c.7.verſic. 15. nùm 4.
Omnium morborum Iob differentiarum, et cauſarum enumeratio. in peculiari huius rei conſideratione. cap.2.verſic.8.per multas ſectiones. *Vid. etiam Iob.*
Vid. Dolores, Mors, Homo.

INDEX RERVM.

Mors, Medicus. *Vid. Mors. Vid. etiam Medicus.*

Morbus ſaturitatis, quo Iſraëlitæ in deſerto laborarunt, qualis. c. 3. verſ. 24. nu. 1.

Satyriaſmon, qualis morbus, & vnde dictus. *Vid. Satyriaſmon.*

MORS.

Mors ſimilis natiuitati. cap. 1. verſic. 21. numer. 10. & Somni. cap. 3. verſ. 13. num. 1. & c. 7. verſ. 21. nu. 4. Dicitur ſilentium. ca. 3. verſ. 13. nu. 2. & hoc ſilentium dirimit amicitiam cum Mundo. num. 3.

Mors quies, vita tumultus. cap. 3. verſi. 13. nu. 4 Pax poſt bellum, at vita prælium. nume. 5. Mors ſerenitas, & tranquillitas poſt tempeſtatem. num. 7. Portus. ibidem Cur dicatur Orcus. cap. 7. verſ. 7. num. 1. cum Meſſione comparata. cap 4. verſ. 26. numer. 5. Varia Mortis nomina beneuolentia, & honore plena. cap. 17. verſ. 14. num. 3. 4. 5. 6. Mors pater, & mater. num. 4 Vxor, Soror. num. 6.

Mors de Dei manu non aſpernanda. cap. 2. verſ. 10. num. 6. Præſtantior auro. cap 3. verſic. 15. num. 1. & verſ. 22. num. 4. Variæ mortis circumlocutiones. cap. 4. verſ. 21. num. 4. Eſt peccati remedium. cap. 6. verſ. 10. num. 3.

Mortis neceſſitas. cap. 3. verſ. 13 numer. 3. & cap. 14. verſ. 5. nume. 2. Sed Deus a noſtra morte immunis. cap. 8. verſ. 4. num. 4. Eſt propter peccatum. cap. 8. verſ. 4. num. 3 4. 5.

Mors non paret naturæ legibus. cap. 10. ver. 22. numer. 2. Illius pariter atque ſepulchri pertinacia, & duritia. ibid. Difficilè euomit, & reddit, quod ſemel deuorauit. ibidem. Eſt inexorabilis. ca. 14. verſic. 13. num. 2.

Mors habet meſſoriam falcem. cap. 5. verſi. 26 nu. 4. Seruum liberat ſeruitute. cap. 3. verſi. 18. nume. 1. & Debitorem. numer. 3. Oppreſſum à Tyranno. verſ. 17. numer. 3 4. Salutaris exiſtit indigenti, & infirmo. verſ. 20. num. 1. & 2. & miſeris. ver. 22. numer. 1. Fugit miſeros. ibid. Omnes æquat. verſ. 19. num. 1. & 2.

Mors ſubita, digna impiis. cap. 15. verſic. 30. nu. 3 4. cap. 1. verſic. 18. nume. 2. Illa dicitur peſſima. ibidem. Aliquando etiam repentè accidit iuſtis. ibid. Quibus dicatur venire, non accidere. ca. 3. verſ. 22. nu. 3. Subita mors dicitur repentina Dei interrogatio. c. 9. verſ. 12. num. 3.

Mors impiorum vix præuiſa. capit. 9. verſicul. 25. num. 4.

Impij moriuntur ante tempus ſuum. cap. 5. verſ. 26. nume. 5. Iuſti in tempore ſuo. ibidem. Mors impiorum ſtulta. cap. 4 verſic. 21. nume. 5. Iuſtorum mors, etiam in iuuentute, matura, impiorum, etiam in ſenecta, immatura. cap. 15. verſic 32. nume. 3. & 4. Iuſti ſperant in morte, Impij in vita. c. 17. verſ. 15. nu. 1. Mori in abundantia, quid. cap. 5. verſ. 26. nu. 2. 3. 4.

In morte iuſtus floret, impius in vita. cap. 8. verſi. 7. numer. 1.

Iuſto mors ſecura & ſuauis poſt vitæ labores. ca. 11. verſ. 18. nume. 2. Eiuſdem ſepulchrum ſecurum, & honorificum, ibidem. Mors diu oberſatur ante iuſtorum oculos. cap. 9. verſic. 25. numer. 4. Segnior accedit ad iuſtum, alacrior ad impium. cap. 6. ver. 10. num. 4. Stimulus illius veneno tinctus. ibidem.

Mortis aſſiduus timor hominem exagitat. capit. 14. verſ. 1. nume. 6. Illius ſenſus acerbiſſimus. cap 17. ver. 11. nu. 4. Euellit cum grauiſſimo dolore deſideria, & cogitationes ex corde. ibidem. Impij ſe aſtringunt cum vita, ſed mors illos diſſoluit. capit. 4. verſic. 21. numer. 4. Morienti relinquenda omnia: cap. 1. verſ. 21. nume. 10. Dies mortis amariſſimus. cap. 3. verſ. 5. num. 4.

Mortis deſiderium. cap. 6. verſic. 10. nu. 1. & cap. 14. verſic. 20. numer. 2. Dies mortis appellatur Dies optata. cap. 14. verſi 6. num. 3.

Dies mortis aut iudicij dicitur per antonomaſiam tempus. cap. 12. verſic. 1. nu. 5.

Mortis cogitationem efficit tribulatio, obliuionem vero felicitas. cap. 6. verſ. 6. num. 10.

Moribundi abſcindebant comam, & quorſum. c. 1. verſ. 20. num. 14. Videntur concipi, & parturiri in meliorem vitam. verſ. 21. num. 4.

Moribundi hominis miſericordia tangitur Deus. cap. 6. verſ. 10 num. 3.

Defunctorum obliuiſcimur. cap. 1. verſ. 7. num. 1. & cap. 14. verſ 13. nu. 6.

Moribundi hominis immutata facies. c. 14. verſic. 20. num. 3.

Moribundus ad ſuos tantùm dolores attentus. ca. 14. verſ 22. num. 2. Chriſtus tamen etiam morti proximus, ſuorum ſollicitus. ibid.

Impij mors, eſt teſtimonium impiæ illius vitæ. cap. 15. verſ. 34. nu. 2. Impij aliquando leuibus morbis, & incommodis moriuntur. verſ. 30. nume. 5. Abiicere ſolent ſpem vitæ, & omnis remedij capiendi. verſic. 31. nume. 1.

Vide etiam Morbus, Homo, Defunctus.

MORTIFICATIO.

Gignit in corde ſpem beatitudinis. cap. 5. verſic. 17. num. 3. Dicitur à Paulo Mors. ibidem.

Vide etiam Tribulatio.

MOYSES.

An Moyſes ſcripſerit illa extrema verba Deuteronomij, *Mortuus eſt Moyſes &c.* in præfat. cap. 3. num. 7.

Non fuit primus ſcriptor libri Iob. ibid. & num. 2. Tranſtulit hunc librum ex Syriaco. ibid. & ca. 4. nume. 2.

Moyſes aut Iob præluxerunt omnibus poëtis. numer. 3.

MVLTIPLICATIO.

Multiplicatio rerum ex vno principio opus Diuinæ potentiæ, & ſapientiæ. cap. 12. verſic. 23. numer. 2.

MVLVS, MVLA.

Mulorum origo. cap. 1. verſi. 3. num. 1. Illis inequitabant Reges. ibidem. Arabici, & Palæſthini quales fuerint. num. 12.

Mulæ in Syria pariunt, & ſunt ſui generis. ibid.

Muli in Syria velociſſimi. cap. 6. verſ. 5. numer. 2.

Vide etiam Aſina.

MVNDVS.

Videbitur tandem amittere figuram, & mori. cap. 14. verſ. 11. num. 5. Eſt ſimilis veſtimenti conſuti, aut diſſuti. num. 6.

MVNVS.

Munera impiorum Deo ingrata. cap. 8. verſicul. 18. numer. 2.

Munera excæcant iudices. capit. 12. verſ. 20. num. 1. & quaſi compellunt ad ferendam ſententiam. ibidem.

Impij, Principes, & Iudices, dicuntur habere tabernacula munerum. capit. 15. verſic. 34. nume. 3.

Vide etiam Index, Donatio.

N

NAAMATH.

Quæ vrbs, & vbi ſita. cap. 11. verſ. 1. nume. 1. & cap. 2. verſ. 1. num. 26.

NAENIA.

Quale carmen, & à quo inuentum fuerit. c. 3. verſ. 8. numer. 5.

NARES.

Cur à natura datæ. cap. 10. verſ. 8. num. 18.

Deus dicitur longus, latusque naribus. ibid.

Cur

Cur Deus inſpirauerit in faciem, aut in nates hominis, ſpiraculum vitæ. ca.11. ver.12. num.2.

Propter duo narium foramina, quib⁹ trahitur ſpiritus, dicitur in Hebræo vita pluraliter, ibid.

In naſo, iræ & indignationis ſigna. capi.14. verſi.13. nume.4. Ex magnitudine illius ingenium mite: Ex breuitate autem pronum in iras. ibid. Apud Latinos ſubſannantis ſignum. ibid.

NATIVITAS.

Tribuitur diei, & luci. cap.3. ver.3. num.4.

Illi præeſſe dicebatur Lucina, & Dieſpiter, ibi. Maſculi quàm fœminæ auſpicatior. num.7.

Vide etiam Homo, Infans, Conceptio.

NATRIX.

Natrix Serpens aquatilis. c.5. ver.7. num.10.

NAVFRAGIVM.

Naufragium in portu miſerrimum. cap.5. verſic.5. num.2.

NAVIS.

Humanæ felicitatis ſymbolum. capi.9. verſic.25. num.5.

Naues Pyratarum velociſſimæ. ver.26. nu.2.

Nauicula textoris. *Vide Textor, aut Radius.*

NAVTA.

Nautarum genus aſſuetum execrationibus & maledictis c.3. ver.8. num.2.

Maledicunt diei. ibid. Territantur Ceto. ibid.

Vide etiam piſcator, Cetus.

NATVRA.

Naturæ ductum, & rationem ſequi nō infima laus. cap.1 ver.1. num.50.

Naturæ opera mirabilia. cap.5. ver 9. num.4.

Aliquando dicuntur etiam miracula. ibid.

Dicuntur infinita in noſtra numeratione. nu.5.

Prouidentia in rebus naturalibus. cap.5. verſic.10. num.1.

NERVVS.

Quod vinculi genus. c.13. ver.27. num.1.

Nerui corporis, pro vi & robore. ibid.

Dicuntur vinculum quo continetur, & colligatur vita. cap.4. ver.21. nu.4.

NISI.

Iuramenti formula. cap.1. ver.11. n.4. Quomodo exponi debeat. ibid.

NOBILITAS.

Nobilitas vera ex fide & pietate. c.1. v.1. in appen.3. ad Iobi genealogiam. num.41. & cap.14. ver.22. num.4.

Non ex genere carnali, neque ex ſanguine. ibid.

Nemo impius nobilis. *Vide Impius.*

Nemo iuſtus, non nobilis. *Vide Iuſtus.*

Ex nobilibus olim Sacerdotes. *Vide Sacerdos.*

Iudices ex nobilibus. *Vide Iudex.*

Nobilium aurea & argentea ſupellex. *Vide Aurum.*

NOMADES.

Qui, & quod eorum vitæ inſtitutum. cap.1. verſic.1. num.28.

NOMEN.

Nominum imponendorum ſcientia & ratio apud Hebræos & alias nationes. in præfatione cap.1. num.9.

Inueſtiganda illorum interpretatio & ſignificatio. ibid. & num.10.

Non omnia nomina habētia ſignificationem peculiarem, ſunt ficta aut comica. ibid.

Plurimorum nominum propriorum tam ſacrorū, quam prophanorum ſignificatio, & interpretatio. ibid.

Cum nomina rerum abſolutè ſcribuntur, non debent parabolicè accipi. num.7. in parabolis non traduntur nomina propria. ibid.

Nominis impoſitio pertinet ad virum, non ad fœminam. num.9.

Nomina perſonarum in comœdiis qualia. num.10.

Vnum & idem nomen, non ſemper eiſdem literis ſcribitur. cap 1. ver.1. num.33.

Nominis conſeruandi appetitus innatus. c.1. ver.1. num.48. Iuſti non valdè ſolliciti de ſuo nomine euulgando. ibid. Illius nomen Deus vendicat ab obliuione. ibidem.

Impiorum nomen ſimile fructibus putreſcentib⁹. num.49.

Nominis cum ſtatus mutatione mutatio. cap.1. ver.1. num.47.

Adoptatus & libertus mutabant nomina. ibidem.

Nomen ab alio accipere, ſubiectionis ſignum. ca. 12. ver.9. num.2.

Nomen imponere, curæ & prouidentiæ eſt. cap.1. ver.8 num.10.

Recordatio nominis alicuius familiaritatem & dilectionem adfert. ibid.

Infantibus quoto poſt natiuitatem die imponeretur nomen cap.10. ver.19. num.2.

Vide etiam Memoria.

NOVEMBER.

Vnde habeat in Hebræo nomen. ca.9. ver.9. num.3.

Eſt inconſtans. ibi. Tempeſtates in illo excitantur. ibid.

NOX.

Cum turbine & tempeſtate coniuncta periculoſiſſima. c.3. ver.6. num.1.

Computatur ſub die num.2.

Obſeruatur ad computationem menſium. numero 3.

Noctes aliquando ſolenniores diebus. verſic.7. num.2.

Nuptiis & cantibus dicatæ. nu.3. Nocturnum feſtum Ægyptiorum. num.2. Nocturnus planctus maximus. cap.3. ver.8. num.5.

Nocte intermittebatur lamentatio & luctus à preficis. ibid.

Vide etiam Præfica, & Lamentatrices.

NVBES.

Dei præliantis, & iaculantis arcus. cap.6. ver.4. nu. 2. & velut tormentum petroſum. ibid.

Vnde in Hebræo habeant nomen, c.13. ver.11. nu.4.

Sunt ſubſellia Dei Iudicis. ibidem.

NVMERVS.

Numerandi regula, quam vocant additionem, aut ſubtractionem. cap.3. verſi.3. num.3.

Numerandi ratio per digitos. cap.9. ver.3. num.3.

Numerandi ratio per lineas apud Chaldæos. ibid.

Vide etiam Dextra, Vnum.

NVNTIVS.

Nuntiorum infauſtorum methodus ad commouendum Iob. cap 1. ver.14. num.1.

An dæmon ſumpſerit formam nuntiorum. ibid.

NVPTIAE.

Nuptiæ, noctu celebratæ. cap.3. ver.7. num.2.

In illis præferebantur lampades, & deducebatur ſponſa in domum mariti. num.3. & laudabantur ſponſæ. ibidem.

O

OBSIDIO.

Antiqua obſidentium vrbem aliquam ceremonia. cap.1. verſi.1. in appendi.1. ad Iobi genealogiam. num.35.

Peccata dicuntur obſidere impium. *Vide Impius.*

OBSTINATIO.

Obſtinatio & impersuaſibilitas hominis Deo permittente. ca.11. ver.14. num.3.

Obſtinatio in malo deſcribitur. capi.14. verſic. 2. num.3.

OCTIMESTRE.

Eſt, & non eſt octimeſtris partus. cap.10. verſic.19. num.2.

OCVLVS.

Oculorum eleuatio in cœlum, habitus agnoſcentis prouidentiam, cap.2.ver.13.num 1.

Oculi nictantes ſubſannatorum. ca.15. ver.12. n.2.

Oculi natura ſua humidi.ca.16.ver.17.num.2.

Fontis perſimiles ibi. In mœrore perturbantur.ibi. & retrahuntur introrſum num.3.

Oculorum ſuffuſio,& caligo ibidem.

Oculus,orantis ſymbolum. *Vide Oratio.*

Oculorum amaritudines. *Vide Lacryma.*

Oculi in mœrore caligantes.cap.17. ver.7. num.11. *Vide etiam Tribulatio.*

OLIVA.

Quo tempore floreat.cap.15 ver.33.num.3.

Pluuia & grandine facile læditur ibid.

Humanæ felicitatis ſymbolum.ibidem.

OMNE.

Omne dicitur,quod eſt integrum & perfectum ca. 1.ver.1.num.52.

ONAGER.

Quale animal ſit cap.6.ver.6.num 2.Idoneus terræ colendæ ibidem. Illius feritas non eſt indomita ibid Eſt cibus Leonum.ibid. Libertatis & inſolentiæ ſymbolum.num.3.

Rudit deficiente pabulo nu.4. Eſt impatiens famis & ſitis.ibid Adoratum a Iudæis mentitur Tacitus.ibidem.

Onager inſoleſcit & ferocit. cap.11. ver.12. num.5. *Vide Aſinus.*

OPERA.

Opera & merita iuſtorum deſcribit Deus in libro memoriæ.cap.2.ver.3 num 6.

Opera impiorum *Vide Impius.*

Opera iuſtorum. *Vide Iuſtus.*

Opera naturæ *Vide Natura.*

Opera Dei *Vide Deus.*

Opera ſeruilia & liberalia. *Vide Seruus.*

Opera dicuntur veſtis. *Vide Veſtis.*

ORATIO

Efficacitas orationis, & precum. capite 1. verſic.1. num.3.

Orationem dirigi,ſicut virgulam fumi,quid ſit.ca. 9.ver.1.num.13

Eſt externum in malis remedium.cap.16 ver.18 nu. 4.& ca.5.ver.1.num.5 Mitigat diuinam ſeueritatem.v.8. n.1.& 2.Suadetur.n.2 Roborat infirmitatem humanam.cap 6 ver 11.nu 1.

Orandi ſtudium aduerſus calumnias.cap.17. ver.2. num.5.

Illius ſymbolum oculis ſuſpiciens,ibid.

Sulcitatur Deus noſtris precibus.c.8. ver.6.nu.4. & noſtris deſideriis nu.5.

Orationis comites, eleemoſyna, & ieiunium.cap. 16.verſi 18 num.4. Requirit animi attentionem. ibi.Comprehendit vniuerſum religionis, & pietatis cultum ibid.

Præparandus homo ante orationem, anteactæ vitæ pœnitentia.c.11. ver 13. nu.4 & manuum puritate.cap 10.ver 18.num 2.

Olim etiam purificabantur, & abluebantur.cap.1. ver.5. num.4. & cap.8.ver.6 num.4. & cap.9.ver. 13.num.4.

Orantes ſtabant, aut ſedebant.c.1.ver 6.nu 5 Orantis etiam habitus, conuolutio in orbem, vel ſphæram.cap 15.ver.24 num.3.

Impetrare quod ores, non eſt ſignum ſanctitatis. cap. 1. ver.22. nume.1. Aliquando exaudit Deus orationem,licet non concedat poſtulata.cap.9. ver.16.n.5.Submiſſe,& humiliter orandum.ibi.

In oratione non multum loquendum, inſtar Ethnicorum.cap.11.ver.2.num.6.

Orationem fieri in peccatum, maximum ſupplicium.cap.1.ver.16.num.5.

Orando reddit hominem minùs aptum ægritudo corporis.c.2.ver.5 nu.3.

Qui non audent petere, dicuntur contrahere os. cap.5.ver 16.num.3.

ORATORIA.

Ars Oratoria, eſt incantatoria.ca.16.ver.5. num.2.

ORIENS.

Orientales regiones, quæ dicantur. cap.1. verſic.3. num.29.

ORION.

Quæ conſtellatio.cap.9 verſi.9.num.3. Quo menſe oritur.ibid.

OS.

Os aperire quid indicet. cap.3. verſic.1. nume. 4. & 5.

Qui diu ſiluit, aut ſilentium profitetur, obſeruatur ab aliis,cum aperit os.ibid. *Vide etiam Lingua, & ſilentium.*

OSSA.

Oſſium confractio, vel debilitatio de grauiſſimo & extremo cruciatu.cap. 7.ver 15.num.5.

OVIS.

Oues Arabicæ, magnarum pinguiumque caudarum.cap.1 ver.3.num.6.

Ouium vſus in faci ficiis ib dem.

Ouis perdita, reducta ad nonaginta nouem quid ſignificet.cap.9.ver.3.num.3.

Ouis leonem peperit. *Vide Ouis.*

OVVM

Ouum ſine ſale, infauſtum.cap.6.ver.6.num.8.

Oua aſpidum. *Vide Conſilium.*

P

PALAESTHINA.

Palæſthina vocatur Idumæa.cap 1.ver.5.num 3.

Palæſthinorum regum conſuetudo in creando comitibus ſuffragiis ſupremo Rege, id eſt, Rege Regum.cap.1.ver.1.num.14.

PAPYRVS.

Papyrus cuiuſmodi herba. cap.8. ver.11.nu.2.Illius vſus.ibid Ait idem, qui ſcirpus, aut iuncus. ibidem.

Solos flores ſine fructu profert.Illis coronabantur D j.ibid.

Papyri radices duriſſimæ.ver.17.num.7.

PARABOLA.

In parabolis ponuntur exempla, & tacentur nomina.in præfat.cap.1.num .7.

PARAPHRASIS.

Paraphraſtica expoſitio cui ſimilis. in præfat.cap. 10.nu.5.Illius vtilitas.ibid.

PARENTES.

Parentum erga filios charitas. *Vide Filius.*

Doloris & luctus in filiorum morte exempla.cap.1. ver.20 num.19.

Parentum impietas nocet filiis.cap 5.ver.4.num.1.

Sanctorum Parentum numeroſa ſoboles.cap.5. ver.25 num.1.2.

Nemo iuſtus cenſetur filius parentum impiorum. cap.1.ver.1. in appendi.3. ad Iobi genealogiam. num.40.

Paterfamilias benignè debet corripere domeſticos.cap.5.verſi.24.num.2. Illius felicitas & gaudium,habere domeſticos mutua charitate deuinctos.ibidem. Non debet a familia longè diſcedere. numero 4. Debet opportunè viſitare. ibidem.

Vide etiam Pater, Mater, Filius, Impÿ poſteritas, Iuſti poſteritas,

PARTVS.

Parturientibus qui Dij præeſſe dicerentur. *Vide Natiuitas.*

Partus infeliciſſimi amplificatio. capi.3. verſic. 12. num.1.

Partus Octimeſtris. *Vide Octimeſtris.*

Vide etiam Natiuitas, Infans, Mater.

PASSIONES.

Paſſiones mentem obnubilant cap.9.verſi,24.nu,1. *Vide etiam Cupiditas, Homo.*

Paſſio Chriſti *Vid. Chriſtus.*

PATIENTIA, *Impatientia.*

Patientia Iob, prouerbio locum dedit, cap.17.verſi. 6.num.2.

Patientia Martyres facit, cap.2 in enumerat.morb. ſect.2.nu.4. Efficit Doctorem & Prædicatorem idoneum, in præf.ca.3. nu. 5. & 6. Generat compaſſionem alienæ calamitatis.nu.6.

Patientia minuitur pondus peccati.cap.6. verſi.13. numero 5. Eſt clypeus iuſtorum aduerſus ictus & iacula impiorum cap 10.verſi.13. num.12. Patientiæ probatio via patet aduerſarij calumniæ. cap.2,ver.3.num.5,

Patientia debet eſſe longanimis.cap 2. ver.9. nu.5. & 8. Voluntaria eſt ſalutaris. cap.5.ver.17. nu.4. Illius gradus.num.1. & 10.

Quæ rationes nos impellant ad patientię ſtudium, & actiones.cap.2 ver 10 num.6.

Patiendi occaſiones, & labores alacriter arripiendi.c.4 verſi 7 num.7 Eſt medium ad conſequendam beatitudinem.ibidē. Ad quam non ſolùm currimus, ſed volamus per patientiam. num.8.

Deus offert patiendi occaſiones & opportunitates. in præfat.cap.6.num.3.

Patientiæ exempla difficilè creduntur, præſertim à voluptuarijs hominibus.in præfat.cap.1.nu.2. & 3. & ab Hæreticis potiſſimùm.ibidem. Si non fuerint vera, ſed parabolicè tantùm compoſita, inefficacia ſunt nume.6. Plura nobis patientiæ, quam aliarũ virtutum exempla propoſita. nu.6. Cur cum nubibus comparentur, ibid.

Impatientes timido ſunt animo. c.2. ver.10.num.8. Cur dicantur duplici corde, & terram ingredi duabus vijs. cap 2.verſi 10 num.8. Sunt anguſtis breuibusque naribus.cap.4.ver. 10.nu. 2. Et diſſoluto animo.cap. 7.ver.19.num.2. Vagantur, & iactantur velut in tempeſtate.ibid.

Impatientia eſt ſtultitia.cap.5.ver.2.nu.2.3. 4. Illam coercent quatuor potiſſimùm virtutes.ca.4.ver. 6.num.4.

Patientiam conſiderari & obſeruari ab alijs ingens patientis hominis ſolatium. cap.17. verſic.15. num.1.

Chriſtus noſtræ patientiæ exemplar. in præf. ca.6. nu.3 & 6. Per patientiam & paſſionem conſummatus.ibid.

Patientia coronat, & reges conſtituit.in præfat.ca. 6 num.3. Eſt pax Chriſti. ibid. diſſimilis & contraria paci & tranquillitati mundanæ.ibid. *Vide etiam Tribulatio.*

PAVLVS.

Cur ſe vocet abortiuum. cap.3. ver.16. num.2. Illius & aliorum Apoſtolorum vocatio diſſimilis. ibi. Quomodo Epheſi pugnauerit ad beſtias. cap.4. ver 22.num.4.

Paulus & Iob eodem ſpiritu, verbis diuerſi. cap.1.v. 1.num.9.

Pauli modeſtia.c.4 v.12.n.2. Laboribus & ærumnis incitatus & eruditus, ardenter pędicat verbum Dei.in præfat.cap.3.nu.5.

Pauli morbus, aut dolor capitis, dicitur Angelus Satanæ illum colaphizans.c,2,ver.7.num.5.

Paulus Comitolus Soc.Ieſu. Catenæ Græcæ interpres.in præfat.cap.3.num.1.

PAVPER, PAVPERTAS.

Pauperem pręterire, qui dicantur. cap.6. ver.15.nu. 3. Illorum ſupplicium, vt ad ſimilem inopiam deueniant, ver.16.num.1.

Pauperi fauendum in iudicio. capite 10. verſicu.7. num.4.

Pauperis oratio contemnitur. cap.11. num.3.

Paupertatis encomium.cap 1.verſi.20. nu.8. æqualis amiſſioni fortunarum. verſ. 21.n.8. Poſt diuitias infelicior ibidem. De illa poteſt homo gloriari.num 9.

Pauperes alit Deus ex ablatis diuitum bonis. cap. 5.verſ.5.num.3.

Pauper propriè dicitur, cui neque amici, neque vires adſint. cap.5 ver.15.num 2. Dicitur quaſi omnia deſiderans.ibid. Deus illius propinquus, & vindex.num.5.

Cur dicatur pauper ambulare in ſimplicitate. *Vide Simplicitas.*

Vide etiam Diuitia.

PAX.

Pacis imago.cap 5 verſi.21. num.4. Cum illa bona omnia coniuncta cap.16.ver.13.num.1.

Pax Chriſti, quæ, in præfatione cap.6. nume.3. Eſt coniuncta cum bello, & ſuſtinentia malorum. ibidem.

PECCATVM.

Peccati vis tanta, vt ſi Deus lædi poſſet, illum læderet.cap.15.ver.25.num.3 Peccata ſunt arma, quibus impius aduerſus Deum pugnat.ibid.

Peccati gradus quidam, & quaſi ætates. cap.3. ver. 12.num.2. Vocatur Macula & ſordes.cap.8.ver.6. num.3.

Non omne peccatum ex inſtigatione diaboli. c.1. verſi.8. nume.3. Eſt voluntarium. cap.5. verſi.6. num.1.

Nemo læditur, qui non peccet. capite 1. verſic.22. num.2.

Illos potiſſimùm infeſtat aliquando peccatum, qui ſanctiores eſſe deberent. cap.14. verſicu. 19. num.9.

Cur peccati pœna, aut ipſum etiam peccatum dicatur tinea ibid.

Peccatoris & peccati ſtipendium mors. cap.8. ver. 4.num 5.

Peccata obſident & oppugnant impium.ca.15. ver. 16.num.2.

Sunt tortor impij. cap.8. ver.4. num.3. *Vide etiam ſæpe Verbo, Impius.*

Peccati purgatio multo cum labore facta à filio Dei.cap 10.ver.8.num.13. Quædam peccata cum quibuſdam alijs peculiariter nexa. cap.1. verſi.5. num.22.

Peccandi promptitudo, & conſuetudo etiam ſine peculiari voluptate.cap.15.ver.16. num.7.

Peccatum hoſtis ſæuiſſimus ipſius hominis.cap.10. ver.14.nu.3. Ab illo nos cuſtodit Deus, vt paſtor. ibidem. Eſt menſura implenda ſupplicio. nu. 4. A peccati occaſione longè recedendum. cap.11. ver.14.num.2. & 3. Eſt macula faciei, & deformitas.ver.15.num.2.

Peccati comes inconſtantia. num.3. peccatum impiorum lux.cap 12.ver.5.num.3. Peccata dicuntur teſtes contra ipſum hominem.cap.13.ver.22. nume.1. & 2. Rogata à ſupremo Iudice reſpondebunt.ibid.

Quid interſit inter peccatũ, & ſcelus, & delictum, & iniquitatem.ver.23.num.3.& 4.

Cur dicantur amaritudo.cap.13.ver.16.nu.2.

INDEX RERVM.

Peccatorum quotidianorum DEVS exigit rationem.cap.14.verſi.4.num.1. Peccatum originale immundicies.ibid. Ex commemoratione peccati originalis Iob,& Dauid aliorum actualium veniam deprecantur.ibi. Praua concupiſcentia velut mater peccati.ibi. Originale dicitur pluraliter peccata.ibid. Per ſemen, tanquam per generationis inſtrumentum transfunditur in poſteros.ibid.Peccatum, ſordes.ibid. Nemo illius expers,præter Beatam Virginem.num.5.

Quomodo dicatur tegi & occultari peccatum. ca.14.ver.13.num.3.

Diuina iuſtitia noſtris peccatis diues. ca.14. ver.17. num.1.

Peccata obſident & oppugnant impium.ca.15.ver.16.num 2.

Peccandi promptitudo.nu.4.& 5. Etiam ſine peculiari voluptate,num.7.

Peccata ſunt arma, quibus impius pugnat contra Deum.ca.15 ver.25.nu.3

Peccata ſunt vulnera animæ.cap. 14. ver. 27.nu.4. Curantur pœnis.ibid.

Vide Impium, & Iuſtum.

PECVLIVM.

Peculium pars gregis ca.1.ver.3.nu.2. Non erat patrisfamilias,ſed ſeruorum.ibidem. Dictum quaſi parua pecunia,apud Vlpianum.ibid.

PECVNIA.

Pecunia vnde dicta.c.1.ver.3.nu.3. Pecudis nota inſigniebatur ibid.

PEDICVLARIS MORBVS.

Pediculari morbo,qui conſumpti c.2.in enumera. morb.ver.8.ſect.6.nu.1.

Pediculi animalcula dura.ibi. Vocantur Vermes & ſerpentes.ibid.

PELLIS.

Pellis & cutis quo differant. c.2.ver.4. nu.2. Significant externa bona ibid.

Pellis pro pelle, prouerbialis loquutio. num. 2.3. & 4.

PERCVTERE.

Percutere, ex adiunctis diuerſa ſignificata habet. c.1.ver.14.num.9.

PERIPHRASIS.

In periphraſi non eſt vis facienda in verbis, vbi de intentione conſtat.ca.3 ver.14.nu.3.

PERMISSIO.

Permiſſio diuina.*Vide Deum.*

PERSAE.

Perſæ in menſa diſputabant.cap.1.ver.4.nu.9.

Perſarum Reges ſepulti in Regio monte.c.3. ver.14. num.4.

PERSEVERANTIA.

Perſeuerantia.ca.1.ver.5.nu. 26. & c.2.ver.3.num.1.

PES.

Pedum poſitio in acquirenda poſſeſſione.c.1.ver.7. num.4.

PHARAO.

Pharao cur dicatur excitatus à Deo.cap.2. verſic.6. num.10.

PHILIPPVS.

Philippi locus caſtigatus.cap.9.ver.18.num.3.

PHILOSOPHIA.

Philoſophię rationibus,& conſolatione vtendum. cap.1.ver.22. nu.7. Et præſertim in tribulationibus.num.8.& 12.

Philoſophia inſtar tabulæ in naufragio. verſic. 21. num.9.

Quomodo humana ſapientia Philoſophorum ſit vtendum.In præfat.cap 8.num.6.

PINGVIS, PINGVEDO.

Pro diuitiis & opulentia.c.15.ver.26,num.7.

Pingues,voluptuarii homines.verſi.27.nu.1. Crudeles,& ſæui erga alios.ibidem. Pinguedo pro terræ vbertate.nu.2. Pinguibus interminata mors, num.5.Pinguedine & voluptate excęcantur homines.num.3.

Sunt laſciui,& petulantes.num.5.

PISCATOR.

Piſcatore maledicentior, prouerbium. cap.3.ver.8. num.2.

Bonus piſcatus,prouerbium.ibid.

PLEONASMOS.

Frequens in ſacris.cap.11.ver.5.nu.5.

PLVVIA.

Pluuia oratione obtinetur. *Vide Oratio.* Pluuiæ clauem Deus habet.ca.3.ver.10. num.2. Pluuiarum diſpenſatio mirabilis.cap.5. ver.10. num.1. De illa videtur Deus gloriari.ibid. Pluuiarum ſupplementum fluminua,nume.2. Ex ſua beneficentia pluit Deus in deſerto. num.3. Aliquando eſt ſymbolum diuini ſupplicij.nu.4. Pluuia natura ſua propenſa ad fæcundandam terram. ca.12.ver.15 nu.1.Suo tempore generatur, niſi Deus prohibeat.cap.12.ver.15.num.1.Eſt Dei nuntius, vel ad ſupplicium,vel ad bonum mortalium.ca.12,ver.15,nu.2.

Pluuia nociua & tonitrua propter peccata. cap.5. ver.6.nu.2.

PODAGRA.

Bacchi & Veneris filia.ca.2.in enumer.morb.ſect.3. num.4.Illius ſigna.ibid.

POESIS, POETA.

Poëſis ſacra,quæ,& qualis in præfat.cap.4. num.3. & quæ illius genera carminum,& ſcandendi ratio.ibid.

Poëtarum teſtimonia aliquãdo opportuna & vtilia ad ſacri ſermonis intelligentiam.c.3. ver.3.in conſiderat.lament.ſect.6.& ſect.8.& cap.16.verſ. 10 num.2.

Poetæ priſci cantu potiùs,quàm ſcriptis claruerũt. in præfa.ca.4. nu 3. In poetis prophanis aliquid vtile.in præfa.c.8,nu.6.

Qui poëtarum potiùs lectione, quàm ſanctorum Patrum delectentur,notati.ibid.

PONDVS.

Pondera ſtateræ ſolebant aſſeruari in ſacculo.cap. 14.ver.17. num.2. Sunt opus & inuentio diuinæ ſapientiæ,ibid.

PORTA.

In porta dicitur fieri quod publicè fit. cap.5. ver.4. nu.2.Ibi celebrabantur iudicia.ibid,& ca.16.ver. 8.num.4.

Portæ cœli quæ dicantur.ibidem.

POSSESSIO.

Poſſeſſionis nomen ad pecora pertinet. cap 1. verſic.2. nume.1. Vt variè reddatur ab Interprete. ibidem.

Poſſeſſiones olim in armentis & pecoribus.ibidẽ. *Vide etiam Diuitia.*

PRAECISIO.

Præcidendi vnam cõſiderationem ab alia,vel abſtrahendi,in ſacro ſermone, c.3. ver.2.in conſiderat.lament.ſect.7.nu.4.Vide etiam.c.2.ver.11.nu. 15.& 16.

Hac ſcientia abutitur dæmon.ibid. nu.5.

PRAELATVS.

Vide Rex, Princeps, Iudex, Superior.

PRAEMIVM.

De præmio iuſtorum, malè ſentiunt impij. cap.1. ver.3.num.4.& ver.9.nu.7. & cap.10.ver.3, nu.10. Fideliter confertur à Deo.nu.6.Etiam verbo,vel cogitationi honeſtæ tribuendum. ibi. Deſcribitur in libro memoriæ apud Deum.ibid.

Deus vult agere & amplificare prēmia iuſtorum. In præfat. cap. 6. num. 3.
Præmium dicitur hæreditas. cap. 3 ver. 3. num. 2.
Patientiæ peculiari ratione confertur & debetur. ibid & in præfat cap. 6 num. 3.
Bonorum laborum glorioſus fructus. cap. 9. ver. 29. num. 1. Omnes in præmium intendunt. cap. 12. ver. 5. num. 9.
Vide etiam Beatitudo, Iuſtus, Impius.

PRAETERITVM.

Præteriti imperfecti vſus in ſacro ſermone. *Vide in indice Hebraiſmorum, & Regularum Scripturæ.*

PRANDIVM.

Prandia antelucana. cap. 1. ver. 4 num. 8.
Illorum mentio in Scriptura c. 1. ver 4 num. 8.
Prandendi tempus, & hora tentationibus opportuna, ver. 13. num 2.
Hora prandij veniſſe nuntios ad Iob. ibid.

PRIMOGENITVS

Primogenitorum ius quod. cap 1. verſic. 5. num. 17. Non ſoli primogeniti ſacerdotes olim c. 1. ver 5. nu 17 Ex primogenitis Sacerdotes & Reges. ibi. & num. 18.
Iob primogenitus. *Vide Iob.*

PRINCEPS, PRAELATVS.

Virorum Principum periphraſis. cap 3. verſic. 14. num. 2 Princeps reipublicæ oculus. cap. 10 ver. 4. num 2.
Debet eſſe in mediis diſcriminibus conſtanti animo. cap. 10. ver. 4. num. 6. Fortis & ſapiens. ca. 12. ver. 13 nu. 9. Dignus, qui ſit Imperator, & Dux alicuius exercitus. ibidē. Debet expugnare murum Babylonis. ibid.
Debet eſſe Dei ſimilis, odio proſequens mendaciū. cap 13. ver. 7. num. 3. Velut ſol, qui ſuos illuſtret. cap. 10 ver 22, num. 10. Suſtentat populum. ca. 11. ver 3 num 2. Eſt velut Turris Dauid. cap 4. verſ. 4. num. 3. Eſt medicus, aut chirurgus. ca. 13. ver. 5. num. 5.
Principes liberales eſſe debent, ex proprietate ſui nominis ca. 12 ver. 21 num. 4. Propter liberalitatem coluntur ab aliis. ibidem, & cap. 3. verſic. 15. num. 3.
Optimi Principis virtutes. cap. 3 ver. 26. nu. 4.
Debet aliquando diſſimulare ſubditorum errata. ibidem & confortare puſillanimes. cap. 4. ver. 4. num. 3.
Debet habere intelligentiam diſcernendi vnum ab alio. cap 12. ver. 13. num. 9. Et debet cauere ſibi à ſubditis, tanquam ab hoſtibus. ibid. Et ſua ſapientia & experientia prodeſſe ſubditis. cap. 15. ver. 19 num. 3.
Principes & Prælati dantur à Deo. ibid. n. 4. Solent Prælatorum facta diſplicere ſubditis, quia iſti non intelligūt, qua ratione facta aut dicta ſint. cap. 4. ver. 6. num. 4.
Principum cognomen, obliuiſci Dei. c. 8. ver. 13. n. 3. Illorum inertia & obliuio ſui muneris. 5. cap. 3. ver 26. num 1.
Pertinacia in ſua voluntate. c. 12. v. 24 n. 1. Aliquando etiam ſunt inconſtantes, & facilè mutantur. cap. 10. ver 5. num 2.
Principes abuti ſolent potentia. ca. 8. ver. 3. num. 5. Sunt venationis ſtudioſi. cap. 3. ver. 14. nu. 3. Et viridariorum. ibid. & ædificandarum arcium. ibid. & amplificandarum domorum. c. 15. ver. 28. nu. 4. Et faciendarum expenſarum inutilium ibidem.
Princeps non debet eſſe inſipiens, neque fraudulentus. cap. 12. ver. 13. num. 9.
Principum iniquorum oculos obuelat dæmon. ca. cap. 9. ver. 24. num. 2.
Principes impij hypocritæ. cap. 8. ver. 13. num. 4.
Principes & Iudices, miniſtri decipiunt. ca. 13. ver. 9. nu. 5. Familiares & collaterales Principum notantur. cap. 15. ver. 27. nu. 5.
Principis tyranni familia tota leonina. ca. 4. ver. 10 num 1. Princeps Leo. ibid.
Non ſolùm manu & opere, ſed etiam vultu & voce debet eſſe lenis & mitis. num. 5.
Vide etiam Iudex, Rex, Pater.

PRODITOR.

Proditorum ſymbola, quibus inter ſe vtuntur. cap. 15. ver. 12. num. 2.

PROOEMIVM.

Prooemiorum vſus & ratio, initio præfat. Sunt velut domus veſtibula. ibid. Aliæ etiam vtilitates, ibid. Quæ ſoleant contineri in prooemiis. ibid.

PROPHETA.

Prophetæ ſolent requirere ab Angelis interpretationes ſuarum reuelationum. in præfat. cap. 8. num. 5.
Quis propriè dicatur propheta. in præfatio. cap. 9. num 2.
Variæ etiam prophetæ, & prophetandi rationes, & appellationes. ibid.
Iob propheta. ibid. nu. 5. Et an illius amici Prophetæ. c 4. in annotatione præuia. num. 7.

PROPITIATORIVM.

Quale fuerit. cap. 14. ver 13 num. 3. & quomodo diceretur tegere peccata ibid.

PROSOPOPOIA.

Proſopopoia loci. ca. 7. ver. 10. num. 1. & ca 12. ver. 9. num 2.
Per Proſopopoiam aut Mymēſin, aliqui explicant concilium et colloquium Angelorum et Satanę. cap. 1. ver. 6. num. 9.

PROVIDENTIA.

Diuinæ Prouidentiæ currus, quadrigę, triumphus. cap. 12. ver. 17. num. 4.
Illius dimenſiones, altitudo, longitudo, latitudo, et profunditas, quæ cap 11. ver. 9. num. 4.
Non eſt curioſiùs ab homine perſcrutanda. cap 9. ver 24. num 2.
Prouidentiæ non fato, humanæ res tribuendæ. c. 1 ver 21. num 12. Diuina Prouidentia circa errores et deceptiones hominum. cap. 12. ver. 16. num. 1.
Illi etiam ſeruiunt errores et calumniæ. ibid.
Tribulationes et ſupplicia diſpenſat. cap. 5. ver. 5. et 6. Atque mala etiam, quæ ex culpa proueniunt. ibidem.
Deus humanarum actionum ſpeculator attentiſſimus. ca. 7. ver. 20. num. 1. et cap. 14. ver. 16. num. 1. 2. et 3. et ver. 17. num 1.
Eſt homini inſtar muri, qui illum circundat. cap. 1. ver. 10. nu. 2. 3. et 4. & cap 16. ver 15. num. 2.
Deus prouidet & curat, quæ nemo curat, et quorū nemo recordatur. cap. 12. ver. 4. num. 2. Diſpenſat etiam agris, et aliis rebus naturalibus bona et mala. cap. 5. ver. 5. et 6.
Rerum humanarum prouidentia, cedit in hominis honorem. cap. 7. ver. 17. nu. 4. et 5.
An inter Iob, et illius amicos controuertatur de prouidentia. in præfat. cap. 5. num. 1.

PROXIMVS.

Miſericorditer, et leniter de proximo iudicandū, cap. 13. ver. 8. num 3.
Vide etiam Pauper, & Miſericordia.
Vide etiam Prouidentia circa iuſtum. Verb. Iuſtus, & circa impium. Vide Impius.

PRVDENTIA.

Prudentia carnis. cap. 8. ver. 14. num. 4. Adducitur à Deo in ſtultum finem. cap. 12. ver. 17. nu. 4.
Vide etiam Conſilium, Aſtutia, Cogitatio.

PVER

PVER.

Pueri appellatio non tam ad ætatem, quàm ad miniſterium refertur. cap. 5. ver. 15. nu. 9. Quid apud Iuriſperitos ſignificet. ibidem.

Pueri ingenium quale. cap. 5. ver. 2. num. 6. Eſt puſillo animo, & invido. nu. 7. ſtultus. ibid. Levis, & inconſtans. ibid. Facilè cupidus eorum, quæ videt. ibid. aſt impij & peccatoris Symbolum. ibidem.

Vide etiam adoleſcentia.

PVLVIS.

Quorſum in luctu fieret pulveris jactatio in aërem ſupra capita. cap. 2. ver. 13. nu. 2.

An ex ſolo pulvere arido Adami corpus formatū. *Vide Adam. Vide etiam Cinis.*

PVRGATORIVM.

Fides purgatorij, & immortalitatis animarum. ca. 7. verſic. 9. nu. 2.

Vide etiam Infernum, & in Indice Vocum ſimplicium.

PYRAMIS.

Pyramidum vſus. ca. 1 ver. 1. nu. 17. An pro condendis cadaueribus, & ornandis ſepulchris. ibid. An pro condendo frumento. ibid.

Pyramis ſepulchri Iob in finibus Idumææ & Palæſthinæ. ibid.

Q

Particula Quaſi, frequenter non ſolùm ſimilitudinem, ſed etiam veritatem affert. cap. 1. verſic. 1. num. 16.

Vide etiam, in indice Vocum ſimplicium.

Quies Mortis qualis ſit. *Vide Mors.*

Quomodo Deus dicatur quærere iniquitatem impij. *Vide Impius.*

R

RAPINA.

Rapinæ nomine vniuerſa peccata. cap. 16. verſic. 18. num. 1.

Tenaciter adhæret manibus. *Vide Furtum.*

Diuitiæ frequenter ex rapina. *Vide Rapina.*

RECTITVDO.

Rectitudo viæ, & vitæ pro innocentia, quæ nemini noceat. cap. 1. ver. 1. nu. 56.

Iuſtus iucundus & gratus aliis. ibid. nu. 57.

RECEDERE.

Recedere à malo verbum bellicum, aut militare. ca. 1. ver. 1. num. 61.

Recedendum longè ab occaſionibus peccati. *Vide peccatum.*

Recedendum à ſocietate impiorum. *Vide Societas & Impius.*

RENES.

Viſcerum pars. cap. 2. in enumerat. morbor. ſect. 7. num. 4.

Renes ſymbolum teneriorum, & molliorum affectuum. cap. 16. ver. 13. num. 4. & ver. 14. num. 2.

Renum & lumborum morbi grauiſſimi. ibid.

Iob laborauit Renum dolore. c. 2. in enume. morb. ſect. 7. num. 4.

RESPICERE.

Reſpicere in aliquem, ſignum conſtantis animi, & nihil timentis. c. 6. ver. 28. num. 3.

Vide etiam in aliis indicibus, Oculus, Facies, Videre.

RESPIRARE.

Difficultas reſpirandi in Iob, vnde. cap. 9. verſi. 18. num. 3.

Vide etiam morbus, & Iob.

Deus dicitur reſpirare, cum mortalibus benefacit. *Vide Deus.*

Vide etiam Nares.

REX, REGNVM.

Rex regum quis, & apud quas nationes, ca. 1 ver. 2. num 17. Palæſthinorum Regum conſuetudo in creando ſupremo Rege. ibid.

Reges vngebantur oleo lætitiæ. cap. 1. ver. 1. nu. 63.

Reges ſimul & Sacerdotes quondam. ibid *Vide etiam Sacerdotes.*

Rex, vnde dicatur in Græco cap. 9. ver. 13. num. 5 Eſt baſis & fundamentum populi. ibi. Dicitur portare orbem. ibid. Eſt ſimilis fermento. ca. 1. ver. 1. num. 75 Candelabro ciuitati Soli. num. 76. Vento & ſpiritui rapidiſſimo. num. 77.

Pij Regis munus, quod. c. 1. ver. 1. num. 75. Illius pietate nutriuntur ſubditi. ibid. Exempla vitæ, quæ ab illo ſumuntur, ſunt efficaciſſima. num. 77

Rex quaſi alter Deus. cap 12 ver 19. num. 1. Regi familiares dicuntur ſacerdotes. ibid. Dicitur ſedere in ſolio, & ſede Dei. ibid.

Regum pertinax, & obſtinata voluntas. cap. 12. ver. 24 nu. 1 Similis rapidiſſimo flumini. ibid. Deus illam inclinat, quocunque vult. ibid.

Reges impij exauctorati à Deo. cap. 12. ver. 18. nu. 2. Regna ab vno ad alios tranſlata n. 3. Regibus & Imperatorib⁹ fortiſſimis injicit Deus pauorem. ver. 14. num. 2.

Non eſt acquieſcendum Regi in re iniuſta. ibidem. num. 1.

Regno & imperio dignus, qui iniquitatem odio habet. cap. 1. ver. 1. num. 62.

Regna ſingula, vno vel pluribus oppidis conſtantia. ibid. nu. 25.

RESVRRECTIO.

Reſurrectio impoſſibilis viribus naturæ. ca. 14. ver. 12. num. 1. 2. 3 & cap 14. ver. 14. num. 1. 2.

Eſt ſimilis veſtimento conſuto, cap. 14. ver. 11. num. 6. Eſt generatio, & natiuitas, num. 3. & velut mater parturiens, terra. ibidem. Eſt immutatio ad meliorem ſtatum. num. 4. Variæ etiam illius ſimilitudines & exempla in rebus naturalibus. ibidem. Eſt ſimilis creationi. nume. 5. Et arbori reuireſcenti. cap. 14 ver. 7. num. 1 quamquam in aliquo etiam ſit diſſimilis arbori. num. 2.

Quomodo impiis negetur reſurrectio, concedatur verò iuſtis. cap. 14. verſic. 11. nume. 4. Quanta reſurrectionis, & beatæ immutationis gloria. num. 5. Futura reſurgentium alacritas. verſic. 5. num. 4.

Spes reſurrectionis incitat ad laborandum. cap. 14. ver. 11. nu 9. Dei caritas ſuſcitantis mortuos. nu. 5. Vox Dei & tuba archangeli cuiuſmodi futura ſit. num. 2. Vltimæ reſurrectionis deſcriptio. ver. 16. num. 1.

Prouidentia, quam Deus habet actionum & rerū mortalium, ſignum eſt futuræ reſurrectionis. c. 14. ver. 16. num. 1.

In Reges ſolebat incumbere belli & hoſtium pondus. cap. 13. ver. 24. num. 2.

REVELATIO.

Reuelationis veræ, aut falſæ, notæ & ſigna. cap. 4. verſi 12 nume. 2. Quare dicatur furtiua. num. 5. & ſuſcipi per venas ſuſurri. ibidem. Timor præcedere ſolet veras reuelationes. verſic. 16. nume. 1. et 5.

Tempus nocturnum aptum reuelationibus ſuſcipiendis. cap. 4. ver. 13. num 3.

Reuelatio auris nomine ſignificata. cap. 13. verſi. 2. num. 1.

S

SABBATHVM, *Sabbathiſmus.*

Sabbathum requiei futuræ ſymbolum. Sabbathiſmus æternæ beatitudinis. ca. 5. ver. 19. num. 3.

SABA.

SABA.

Saba duplex.cap 1.ver.14 nu.6 Quæ illius nominis diuerſitas in Hebræo.ibid. Quæ illa Saba,vnde venit Regina Auſtri.nu.7.

Sabęi excurſiones faciebant in regiones finitimas. ver.14 nu 7.

In Saba & Æthiopia regnabant fœminæ.n.6.

SACERDOS, SACRIFICIVM.

Sacerdos,nomen honoris cap 1.ver.5.n.16.Quibus titulis olim crearetur.ibid. Publico munere.& auctoritate fungitur ibi. Eſt potiſſima reipublicæ pars.ibidem.Quomodo olim conſecraretur. ibidem.

Sacerdos vſurpatur pro quocunque excellente viro.c.12.ver.19.nu 1. Pro Regibus familiariſſimo. ibid. Sed propriè pro eo, qui Deo miniſtrat in ſacris.ibid.

Sacerdotes & ſacrificia cur dicantur ſancta. cap.1. ver.5.num.3.& c.6.ver.10.nu.5.

Sacerdotes iubebantur mundi & ſanctificari intereſſe ſacrificio.c.1.ver.5.n.4. & 5. Qualis illa munditi&s & ſanctificatio eſſet.n 6.Speciosę illorum veſtes cap.12.ver.19.nu.3.

Reges ſimul & ſacerdotes olim. cap 12 ver 19. nu 1. Certa & matura ætas ad ſacerdotium requiſita. cap.5.ver.1.num.11.

Cur præcepit non tonderi caput, & barbam ſacerdotum.c.1 ver.20.nu.11.

A dextris ſacerdotis cur dicatur aſtitiſſe Satan. c.1. ver.6.num.8.

Sacerdotum captiuitas in extrema calamitate. ca. 12.ver.19.num.1.

Sacrificia in lege naturæ, & in quem finem. cap.1. ver 5.nu.21. Offerre ſacrificium etiam dicuntur laici.num.15.

In ſacrificiis ſumma pecudum capita abradebantur.c.1.ver.20.nu 13.

SAECVLVM.

Quot annis conſtet.c.1.ver.16.nu.7.Ludi ſæculares centeſimo quoque anno.ibid.

SAGITTA, SAGITTARII.

Sagittis peculiariter tribuitur multitudo, & cur. cap 16. ver.14. num.1 Sagittarij dicuntur Multi. ibidem.

Dolores & morbi dicuntur ſagittæ.*Vide Dolores.*

Fulmina dicuntur Dei ſagittæ.*Vide Fulmen.*

SAL.

Sal prudentię ſymbolum.c.6.ver.6.n.6. Et teſtimonia ſacræ ſcripturæ.ibid

Eſt condimentum pauperum.ibid.

Sale & cimino tenus amici,prouerbium.ibid.

Inſulſa nutritioni inepta.num.7.

Sapientes inſulſi,qui.nu.6.

Ouum ſine ſale.*Vide Ouum.*

SALOMON.

An Salomon ſuos ipſe libros ſcripſerit. in præfat.c. 3 num.2. Pollicitarte curandi morbos Dæmoniacos. cap. 2. in enumerat. morbor. ſect. 12. num.13.

Salomon aliquando forma optimi principis. ca.3. verſ.25.nu.3.Poſtea auaritia tactus.ibid.

An Salomon in Eccleſiaſte aliquando loquatur ex ſententia impiorum & voluptuariorum. capi.7. ver.9.num.4.

SALIVA.

Refrigerat,& humectat.cap.7.ver.19.nu.5.

Moribundi non poſſunt deglutire ſaliuam. ibid.

Silentij periphraſis,non poſſe deglutire.ibid.

Sputum ſaniolum,& fœtidum habuit Iob.*Vide Iob.*

SAMIA.

Samia vaſa olim in pretio.cap.10.ver.9.num.5.

SANCTITAS, SANCTVS.

Sanctitas & pietas eſt tabula in naufragio aliorum bonorum.cap.2.ver.3.num.1.

Apprehendenda velut arma,& ſcutum.nu.2.

Radicatur & fructificat velut arbor in manibus viri iuſti.ibid.

Dicitur munditiss & perſpicuitas animi. c.8. ver.6. nu.3.& cap.14 ver.4.nu 1.

Eſt Merces,Iubilum,Lætitia.c.8,ver.21.nu.4. Eſt ſimilis domui ædificatæ;vitium vero aceruo lapidum inordinatorum.ver.17.nu.7.

Sanctitatis humanæ duo teſtes, Deus & conſcientia.cap.9.ver.20.nu.2.

Non eſt de ſanctitate coram Deo gloriandum. c.9. ver.15.num.3.

Quare angeli dicantur ſancti. cap 5. verſi.1. num.3. Erat nomen Fidelium primitiuorum.cap.6. ver. 10.num.5.

Sanctorum inuocatio.c.5.v.1.n.3.

Vide etiam Iuſtus, Impius, Pietas, Peccatum.

SANGVIS.

Sanguinis profuſio vindemiæ ſimilis.c.6.v.4.nu.6. Significat peccata contra proximum. ca.16. ver. 18 num.2.Clamor ſanguinis Abel. *Vide Abel, & Clamor.*

SAPIENS.

Sapiens melioribus vtitur,deteriora expectat. ca.3. ver.25.nu.3.

Sapientia dicentis attentionem conciliat.cap.4.in annotat. præuia.nu.1.

Sapientis eſt magiſtros quærere & colere.ca.15.ver. 18 num.2.

Vide etiam Prudentia, Iuſtus, Impius, Conſiliū, Aſtutia.

SAPOR.

Cognominatus eſt Rex Regum.c.1.num.17.

SATAN.

Quis fuerit Satan Iobi impugnator & criminator. ca.1.ver.6.nu.6.

Idem fuit,qui ſæpè tentauit Iob.cap.2.verſi.7.nu.1. Quæ illius nominis vis & interpretatio.c.1. v.6. num.8 Quid egerit in concilio Angelorum.n.8. 9.10.& 11.

Quid ſit Satan ſtare à dextris, ſacerdotis potiſſimum.Impedire conatur rerum diuinarum augmentum & curam.ibidem.nu.8. Varia illius nomina.ibidem.Et ver.16.nu.2. Non tam viribus, quam aſtutia pugnat.ibidem. Eſt aſtutus ſimul, & crudelis.ibidem & cap.2.ver.6.nu.1.

Illius inſidiæ & methodus cap 1. ver.13.num.2. Vide etiam ver.14. num.1. & ver.16.num.1. Importunitas eiuſdem.nu.3.

Illius malitia & nequitia. ver.14.num.2. Impudentia.v.6.n.6.& c.2.ver.2.nu.4.

Cur dicatur volatile.cap.1.verſ.12.num.5. Et Auis. cap.5.ver. 7.num.10. Et Famelicus.ibidem. verſi. 5.nume.3.Et ſerpens vectis.cap.2.verſi.5.num.1.

Eſt quietis impatiens.cap.1. ver.7. num.3.Vagus,& profugus.ibid. Inſidiatur in viis.ibid. Malitiosè omnia perluſtrat.ibid.

Eſt ſemper impugnare paratus. ca.1. ver.10. num.3. Plus expetit, quam prima facie videbatur petere. ver.12.nu.3. Sitit humanum ſanguinem. n.4. & cap.2.ver.5.num.1.Reſtringitur & coercetur à Deo.ibid.

Nec timetur, nec honoratur à iuſto. cap.2.verſi.11. num.9. Eſt temerarius & mendax. verſi.22. nu.1. Antonomaticè dicitur impius.cap.9.verſic. 24. numero 3. Primùm eſt ſuaſor peccati, deinde nos de illo accuſat. capite 1.verſiculo 6. numero 8.

Inſidiatur frugibus.cap.1.ver 14.num.3.

Obruere ſolet vires internas hominum obſcuritate teterrima.c.2.ver.6.n.4 Cum virum iuſtum poſſidet, adigit etiam citra peccatum ad opera turpia.ibi. Ludificat dormientes.ibid. Extenuare conatur merita ſanctorum. capi.2. verſic 4. num.1.

Abutitur ſua ſcientia Philoſophica, & Theologica.ca.2.verſ.4.nu.6.& cap.3 ver.2. in conſiderat. lament.Sect.7.num.5. Vtitur nobis ipſis contra nos.c.2.ver.5 nu 2.

Huius, tanquam tortoris miniſterio vtitur Deus c.1.ver 7 n.2.

Satanæ angelus colaphizans Paulum,quis.c.2.ver. 7.nu 3.

Vide etiam, Dæmon, Diabolus, Angelus.

SATVRITAS.

Saturitas,qua Hebræi in deſerto puniti ſũt, an fuerit peculiaris morbus.c 3 v.24.nu.4.

Vide etiam Conuiuium, Gula.

SATYRIASMON.

Satyriaſmon,quis morbus, & vnde dictus. cap 2.in enumer.morb.ſect.7.nu.3.

SAVL.

Saulis nomen vnde c 7.ver 9.nu 3.

SCENITAE.

Scenitæ qui.ca.1.ver.1.nu.28. Illorum nomen à tabernaculis, in quibus habitant, deducitur.ibid. Differunt ab Hamitis.ibid.

SCEPTRVM.

Priſcorum regum peculiaria in ſceptris inſignia c. 9.ver.34.num.4 Babyloniorum præſertim.ibid. Tum etiam in ſacris.ibid.

SCLAVI.

Sclaui filiis pro ſeruis vtuntur.cap.1. verſi.2.num 5. Ab illis manauit nota ſeruorum multa gentis. ibidem.

SCOPELISMON.

Capitale in Arabia crimen c.5.ver.23.nu.7.& Quod qualeue eſſet ibid.

SCRIBERE, *Scriptura.*

Formula citandi ſacram ſcripturam quæ.c.4.in annotat.præuia.nu.5.

Ad ſcripturam ſacram Deus vtitur opportuno ſcriptore, & apto calamo.in præfat.c 3 nu 3.

Scriptura ſacra mundus intelligibilis, & quæ iſtius mundi partes ca 8. in præfat. nu.1 illius diuiſio & partes, ibid. Optima ad intelligendam præparatio num.5 & 6.

Tres ordines ſacrorum librorum. in præfat.cap.9. num.5.

Scripturarum tractatio ſemper coniungenda cum noſtra vtilitate.in præfat cap.8.nu.6.& ca.10.nu. 3 4 5.

Scriptores ſacri de ſe tanquam de aliena perſona loquuntur.in præfat. cap.3. num.7. *Vide etiam Liber.*

Scribere & narrare præteritos labores iucundum. in præf c.3.nu.4.

Scribere proprium eſt iudicis pronuntiantis ſententiam.cap.13.ver.26.num.5.& ſcribere formulam.ibid.

SCRVPVLVS.

Signum bonæ mentis.c 1.ver 5.nu 21.

Creantur interdum ex melancholia.cap.3.ver.2. In conſiderat.lamen.ſect.2 num.1. Et frequenter ex ignorantia. n.7. Coniunguntur aliquando cum conſcientiæ terroribus. nu 2. Quæ illorum externa & interna ſigna.nu 3 Remedia.nu.4 Illorum deſcriptio. num.3. Medicina potiſſima eſt obedientia.ibid.

Scrupuloſi ſe interdum ſolent erigere animo.n.4.

Iobi calamitas & querimoniæ non referendæ ad ægritudinem ſcrupuloſorum. num.6. Quamuis potuerit etiam illis laboraſſe.ibid. Et ca.10.ver. 14.num.5.

SEDERE, SEDES.

Sedendi ſignificatio, & habitus modum capit ex adiunctis.ca.2 ver 13.nu.3. Ad animi tranquillitatem pertinet.c.6.ver.24 nu.4.

Sedes ſublimiores honorificentiores.c.5.ver.9. n.2. & cap.7.ver.10 nu 1.

Vide etiam Locus, & Honor.

SEIR.

Cuius nomen fuerit ca.1.ver.1.n.36. Et montis Seir habitator Eſau.ibid.

SEMIRAMIS.

Semiramidis ſepulchrum ſupra portam.ca.3.ver.15. nu.4. Et illius inſcriptio.ibid.

SENES, SENECTA.

Senes maximè ſapere debent. cap.12. verſic. 20. num 2.

Senioribus aſſurgebant Spartiatæ. cap.7.verſic.8. num.4.

Illorum conſilia infatuat Deus. ca. 12.ver 20. num. 2. Et permittit, ne ſuæ ſenectutis decorum ſeruent.ibidem.

Senecta iuſtorum in abundantia. cap.5 ver.20 nu. 1 2.3. Senectus negatur impiis,conceditur iuſtis, immutata etiam morte præceptis cap.15. ver.32. num.2 3.

Vide Iuſtus, Impius, Adoleſcens.

SENSITIVVM.

Senſitiui affectus ſignificatio.cap.3.ver.2. in conſiderat.lament.ſect.6.& 7.num.1. Et cap.6. verſi 5. 6 & 7.

Scientia aliquando dicitur de ſenſitiua & experimentali. *Vide in indice Regularum.*

SEPTEM, SEPTENARIVS.

Septem dies dedicationis templi lætiſſimi.ca.5.ver. 20 n 5. alluſio ad illos in luce ſolis ſeptempliciter maiori.ibid.

Septenarius numerus pro indefinito.c 2.ver 12.n.5. Luctui & mœrori dicatus ibid. Nota multitudinis.cap.5.ver.19 num.5.

SEPTVAGINTA.

Septuaginta interpretes Vaticani,correctiores & ampliores, quam Complutenſes.in præfat.ca.2. num.4 Cuius auctoritatis.ibidem. Et ca.1.ver.1. num.32.

SEPVLCHRVM.

Sepulchrorum claues habet Deus, cap 3. verſic 10. num.2.

Sepultura fidelium dicebatur Dormitorium. ver. 11 num.1.

Sepulchra ſumptuoſa in agris. cap 3.ver 14 num 4. Nobiles in montibus ſepulti ibidem. in ſepulchris ædificandis Indi, & Germani perparci. ibidem.

Sepulchra ex agris paulatim ad vrbes & templa adducta apud varias nationes.cap.3. ver.15. nu.5. Sunt ſpecula viuentium ibid.

Sepulchra tangentes iurant Naſamones.ibid Varij circa ſepulchra & funera ritus & ceremoniæ, ibidem.

Sunt velut capſa & ſcrinium, in quo aſſeruantur defuncti.cap 14 ver.6.num.2. & ſunt ſpecula viuentium.cap 3. ver.15.nu.5. Et ſunt terræ viſcera cap 1.ver.21.num.5.

Sepulchri cum proprio domicilio comparatio. cap.17.verſic 13. num.1. Vniuerſa iſtius domus, & ſepulchri familia deſcribitur. verſiculo 14. num.5.

Non

Non alia cura dum viuimus, quàm parandi & ædificandi ſepulchri. cap. 17. ver. 13. nu. 2.

In ſepulchris cum cadaueribus condebantur theſauri, & pretioſa ſupellex. c. 1. ver. 20. nu. 8. Et ca. 3. ver. 15. nu. 4. & ver. 21. & 22.

Abſolon, qui ſibi ſuperbum monumentum exſtruxerat, ſepulchro caruit c. 1. ver. 1 num. 48.

Sepulchrum Semiramidis quale. *Vide Semiramis.*
Sepulchrum Dauid. *Vide Dauid.*
Vide etiam Mors, Cadauer.

SEQVESTER.

Eſt ille, apud quem controuerſia deponitur. cap. 9. ver. 33 num. 5. Vnde dicatur. ibid.

Deus quomodo dicatur ſequeſter. ibid. & præſertim ſequeſter noſtræ patientiæ. ibid Chriſtus Ieſus ſequeſter. num 7. & 8.

SERPENS.

Vnde dicatur in Hebræo & Chaldæo. c. 1. v. 14. n. 1.

Serpentes igniti quales. c. 5 v. 7. nu 10. Alati in Arabia. ibid. & ſerpentes iaculi. ibid.

Serpentis cum muliere cognatio, *Vide Fœmina.*

Serpens vectis appellatur Satanas. *Vide Satanas.*

SERVVS, SERVILE.

Serui erant agricolæ. c. 1. ver. 5. num. 14. Cur iidem Familiares dicti. ibi. Ad pedes patrisfamilias cœnantis aſſidebant. c. 1. ver. 5. nu. 8.

Serui furandi auidi. ca. 5. ver. 5. nu. 3. illis perforabatur auricula c. 11. ver. 13. nu. 1.

Seruorum ſupplicium virga, & iugum. ca. 9. ver. 34. num 2. & conuolutio in orbem, aut ſphæram. c. 15. ver. 24. nu. 3.

In ſeruo requiritur fidelitas. cap. 4. ver. 18. nu. 3. Præſertim in Dei ſeruo. ibid.

Diſcrimen inter opera ſeruilia & liberalia. cap. 1. ver. 8. num. 5.

Serui Dei appellatio quàm ſit honorifica. c. 1. ver 8. num 5. Pertinet ad opera minimè ſeruilia. ibid. Qui alteri, quàm DEO ſeruit, verè eſt mancipium. num. 6. Dei ſeruitus ſuauis, dæmonis grauiſſima. nu. 7.

De ſuo ſeruo gloriatur Deus. *Vide Deus, & Iuſtus.*

Serui Dei dicuntur Angeli. *Vide Angelus. Vide etiam Sclaui.*

SEX, SENARIVS.

Senarius numerus nota multitudinis. cap 5. ver. 19. num. 2. Nuptiis & generationi dicatus. ibidem. Creationis ſymbolum. num. 3. & vitæ præſentis. ibidem.

SILENTIVM.

Præcedere debet, vt quis benè poſtea loquatur. c. 3. ver. 1. num. 3. Stultorum & ſapientum ſilentium. ibid. Eſt ſimile fræno generoſi equi. ibi. Silentio parantur, & eliguntur dicenda. nu. 6. Auguſto, & magno corde, qui diu ſilet, anguſto & breui, qui multa loquitur ibid.

Iuſti in ærumnis ſilent. cap. 3. ver. 2. num. 2. 3. & quid illorum ſilentium indicet. ibi. Silentium iuſtorum, eſt comes illorum ſpei, & confidentiæ. ibid. Deum laudat. nu. 3. Affert cognitionem proprij peccati. ibid.

Obmuteſcere ad confuſionem & erubeſcentiam. cap 5 ver 17. num. 4. Malè ſibi conſcij ſilent. c. 13. ver 19. nu 4.

Silentium periſ hr[illegible] cap 7. ver. 19. num. 3.

Silentium ſeruatur à Perſis inter edendum. capi. 3. ver 1. nu 1. Conuenit in initio conſolationis & ægritudinis. cap. 2 ver. 11. num 6. Silentio & aſſiſtentia confortauit Angelus Chriſtum orantem in horto. ibid. *Vide Lingua.*

SIMPLEX, SIMPLICITAS.

Simplicitatis, & variæ illius acceptionis tractatio fuſior. ca. 1. a nu. 51. vſque ad 55.

Simplicia, quæ vera & fidelia ſunt. num. 51. Cur dicatur Iacob homo ſimplex num. 55. Eccleſiæ ornatus ſimplicitas. nu. 54. Cur dicatur pauper ambulare in ſimplicitate. nu. 54. Simplex cor, & lingua ſimplex quid. ibid.

SINAPIS.

Sinapis granum refert iuſtum contritum. ca. 2. ver. 10. nu 1. Cur verba ſcripturæ, ſint illius ſimilia. in præfat. cap. 8 nu. 6.

SIN.

Sin & ſamech, literæ in Hebræo permutabiles. ca. 1. ver. 14. num 7.

SODOMA.

Sodomiticum pomum quale. cap. 1. ver. 1. nu. 49. & cap 13 ver. 12. nu. 1.

Cinis Sodomiticus, Symbolum æterni ſupplicij c. 13. ver 12. nu. 1.

Sodomę excidium ſempiternum. ca. 12. ver. 14. nu. 1. Vſurpatur pro exemplo ab amicis Iob. ca. 4. ver. 7. num. 2.

SOL.

Cœli oculus ca. 3. ver. 9. num. 5. Potiſſima cœli pars. *Vide Cœlum.*

SOLON.

Solonis luctus in morte filij. c. 1. ver. 20. num. 19.

SOLENNITAS.

Solennitas dicitur, quaſi circumgyratio, eò, quòd redeat in orbem. c. 1. ver. 5. num. 1. Noctes aliquæ ſolenniores diebus *Vide Nox.*

SOLLICITVDO.

Sollicitudines noſtræ proiiciendæ in Deum. cap. 7. ver. 20. nu. 4. & ver. 21. nu. 1. & 2.

SOMNVS, SOPOR.

Sopor quare dicatur cadere in homines. c. 4. ver. 14. num. 4.

Somnus ſeruit fœtui elaborando. c. 3. v. 3 nu. 5. Laborum induciæ. c. 7. ver. 4. nu. 1.

Noctu ſomniamus, quæ interdiu deſideramus. c. 7. ver. 14 nu. 2.

Inſomnia moleſta ex ærumnis diurnis. nu. 3.

Vitioſorum ſomnia qualia cap. 14. v. 1. nu. 7.

Somnus iuſtorum, obliuio laborum. cap. 11. ver 16. num. 2.

Somni & mortis ſimilitudo. *Vide Mors.*

SOROR.

Vnde dicatur. cap. 1. ver. 4. num. 15.

Soror eſt chariſſima fratribus. n. 16 ſignificat ſponſam. ibid. & cap. 17. ver. 14. nu. 6. An etiam ſumatur pro meretrice. ibid.

SPECVLVM.

Cur ſenes & anus abiiciant ſpecula. cap. 14. ver. 20. num. 4.

SPES.

Spes in Deum non conſtituit illi tempus. ca. 13. ver. 15. num. 2.

Spes impiorum inanis & leuis. c. 11. ver. 20. nu. 4.

Spes impiorum in vita, iuſtorum in morte. cap. 17. ver. 16. num. 1.

Quomodo Abraham in ſpem & contra ſpem credidit. *Vide Abraham.*

Iuſtorum nomen, Sperantes. c. 13. ver. 15. num. 3.

SPONSA.

Sub noctem deducebatur in domum mariti. cap. 3. ver. 7. nu. 3. Lampadibus comitata. ibi. Laudabatur in nuptiis ibid.

STARE.

Stare in timore Dei, habitum militarem offert. c. 1. ver. 1. num. 61. Eſt etiam proprium angelorum. *Vide Angelus.*

STELLAE.

Exercitum & militiam conficiunt. cap. 7. verſic. 1. num. 1.

Stellas de cœlo detrahere. *Vide Luna.*
Quomodo dicantur de cœlo caſuræ. c.3.ver.9. n.4. & cap.14.ver.12.num 5.

STERILITAS.

Sterilitas fœminarum à DEO fit. cap.3.ver.10. nu. 2. Et terræ ibidem. Et alia etiam agrorum mala propter peccata. cap.5. verſic.6. num.3. et ver.20. num.1.
Nouem famis & ſterilitatis tempora famoſa. ibid. nume 2. In fame publica Deus prouidet iuſtis. num.3.

STERQVILINIVM.

De ſterquilinio, in quo ſedit Iob, quod & quale fuerit fusè diſputatur. c.2.ver.8. In enumer.morb. ſect.11.nu. 1.2.& 3.

STIPVLA.

Ignobilitatis et inutilitatis ſymbolum. cap.13. ver. 25. numero 4. et ſenectutis aridæ ibidem. et impij. nume.7. et peccatorum leuium & minutorum, num.6. Stipulæ aut ignis, aut ventus minatur. num.7.

STOICI.

Stoicorum indolentia damnata. cap.1. ver.20 num. 1. et cap.3 verſi.2. in conſiderat. lamentat. ſect.6. num 1.
Vide etiam Dolor.

STVLTVS.

Peccatoris cognomen. *Vide Impius, & Peccator.*
Stultiloquium et loquacitas *Vide Lingua.*
Stultitiæ gradus temeritas, impatientia, et ira, ca.5. ver.2 num.2.
Diues ſtultus. *Vide Diues.*
Finis ſtultus quis ſit *Vide Impius.*

SVFFVMIGARE.

Suffumigandi ars apud Hebræos. capi.1. verſic. 5. num 1.
Illius etiam periti Alexandrini. ibid.

SVPERIOR.

Superior conſentiens impietati ſubditorum punitur. c.1.v.1.nu. 69.

SVPERBVS.

Eſt inſipiens et ſtultus. cap 5.ver 2 num.4. Deſiderus et ambitione torquetur. capite 15. verſic.20. num 2.
Dicitur filius dæmonis. cap.5.ver.7.num 5. Laborare detrectat. ibi Dicitur ſcintilla, aut filius ignis. ibidem.
Superbi montes. c.9.ver.5.num.2. Illos adiuuat dæmon ver.12.nu.4. Audent luctari cum Deo, ca.12. ver.19.num.5.
Sed illos ſupplantat colluctator Deus. ibid.
Dicuntur eleuati. cap.13.ver.21. nu.4. et. ca 15.ver 12. num 1.
Superbiæ ſymbolum, ceruices rigidæ, cap.11 verſic. 12 num.6. et cap 15. verſi 26.num.4. Et brachium excelſum, aut manus eleuata. capi.15. verſic. 25. num.2.
Superbiæ comes omnis impietas. c.15. ver.20. nu.2. Quis dicatur pes ſuperbiæ. ibid.

SVPELLEX.

Quæ comprehendat, et vnde dicatur. c.2.v.4. nu.4. Aurea et argentea ſupellex nobilium. cap.3. ver. 15.nu.3. Condebatur pretioſa ſupellex cum cadaueribus. *Vide Sepulchrum.*

SVRGERE.

Conſtantis animi eſt c 1 ver 20 nu.3. et 4. et de varia ſurgendi ſignificatione, et acceptione fuſior diſputatio. ibid.

SVSPIRIVM.

Afflicti ſuſpirant. c 11 ver. 20. nu 4.
Cur ſuſpirus, et gemitu leuetur dolor. *Vide Dolor, & Lingua.*
Gemitus et ſuſpiria, non repugnant fortitudini. cap.1 verſi.2. et in conſideratio lamentat. ſect.6. num 3.

SYCOPHANTIA.

Sycophantæ vnde primum dicti ab Athenienſibus. cap.9.ver.10.num.5.
Sycophantia calumnia, et Sycophantari calumniari ca 10.ver 3.num 5

SYRI.

Syri præliaturi veſtes abiiciunt c.1.ver.20.num 9.
Syri et Palæſtini vtuntur parabolis. cap 8. ver 11. num 1.

T

TEMPESTAS

Tempeſtatis deſcriptio et circumlocutio. ca.9 ver. 7.nu.1 2.3 In tempeſtate claudit Deus ſub ſignaculo lumina cœli. num.2. et 3.
Tempeſtatis tenebræ, quaſi ſigna et arma diuinæ potentiæ. num 3.
Tempeſtas et procella, diuina ira. ver. 8. num 3.
Tempeſtas efficitur ab Arcturo, et aliis conſtellationibus cap 9. ver.9. nu 1 Vis diuina in tempeſtatibus, quæ dicatur, num 2.

TEMPVS.

Temporis circumſtantias obſeruare ſolet ſcriptura boni ominis cauſa c 1.ver 6.nu 2.

TENEBRAE.

Tenebræ in meridie, de ingenti calamitate. cap 3. v.4.nu.1. Videntur polluere diem. ver.5.n.2.
Tenebræ morientium triſtiſſimæ. num.2. et plenæ timore ibidem.
Tenebræ tempeſtatem amplificant. cap.3 ver.6.n.1. Solitariæ ſunt. ver.7 nu.4.
In tenebris deſiderant miſeri vel fulminis lumen. ca.3.ver 9.nu.2.
Tenebræ, carceres et vinculα. ca.3.ver. 23.nu.2. et cap. 10.ver.21 num 11. et 12. Coniunctę ſunt cum animi dolore. num.13 Significant miſerias et calamitates. nu.14. Videntur prouenire et naſci ex inferno. nu 15 Sunt timidæ nu.16. et plenæ confuſione, num.20.
Vide etiam Nox, Tribulatio.

TERMINVS.

Dei terminus, quis. cap.4 ver.23 nu.4.
Termini agrorum quales fuerint, et ex qua materia, ibidem. Terminales lapides ibid. ſymbolum conſtantiæ, et immutabilitatis. ibid.

TERRA, TERRAE MOTVS.

Pro regione, aut vno regno, aut vna tantùm vrbe. cap 1 ver 1 num 24.
In terram corruere, eſt lugentis vel adorantis. ca 1. ver.20.num.15. et in illam cadere dicebatur puer recens natus. ver 21 nu 3 Eſt hominis mater. nu. 2. et ſepulchrum illius veterus num.5.
Terra Theatrum ſcenicum, pro tragœdia humanę vitæ. c.1.ver.21.num.11.
Terram perpetuò moueri, opinio Pythagoricorũ. cap.9.ver.6 nu.1.
Sed eſt omnino ſtabilis nu 2.
In terræ motibus Deus formidandus. ibid.

TERROR.

Dictus etiam de præſentibus malis. cap.6. verſic.4. num.7.

TERTVLLIANVS.

Explicatur in præfat. cap.5 num.4.

TESTIMONIVM.

Falſi teſtimonij grauitas. capite 16. verſiculo 9. num.6.
Morbi et dolores teſtimonium contra hominem. *Vide Morbus.* Conſcientiæ teſtimonium. *Vide Conſcientia.* Deus teſtis. *Vide Deus.*

THEMAN,

THEMAN, THEMANITAE.

Theman appellatiuè ſumptum ca.1.ver.1. num.28. Vnde dicatur in Hebræo.ibi. Vbi ſita n.29. Vrbs & Regio.c.4.ver.1.nu.3. Viri nomen ibid.

Themanitæ fortitudine, & Sapientia clari, ibidẽ. Themanitæ,& Sabæi mercatores.ver.19.nu.3.

THVS.

Thuris fumus ſuſtollebatur, & dirigebatur peculiari arte.cap.1.ver.5.nu.3.

Thure abundat Arabia.*Vide Arabiā.*

TIBICINES.

Adhibebantur in funeribus.c.3.ver.8.nu.5.

TIGRIS.

In Syria leoni ſimilis. cap.4.ver.11. nu.2. Aliquandò idem,qui Leo.ibid.

TIMOR.

Cur nigredini ſimilis.c.6.ver.16.nu.2. Etiam dictus de præſenti calamitate.ver.21.num.4.

Non eodem modo iuſtos & impios comitari ſolet c.3.ver.25.nu.5.

Timor Dei includit omnem legis obſeruationem. cap.1.ver.1.num.59. Cur lex timore tradita. ibid.

TINEA.

Tinea, occultum Dei iudicium.cap. 4. verſic. 19. num 5

TONITRVA.

Tonitrua Dei voces.cap.9.ver.6 nu.2.

TRADITIO.

Traditio veræ religionis,inter Huſitas.cap.1.ver.1. num.72.

Traditiones ſacræ.c.7 ver.9.num.3.

TRAIANVS.

Traianus primus in foro ſepultus. cap.3. verſic.15. num.5.

TRANQVILLITAS.

Tranquillitatis ſymbolum lilia. ca.3.ver.2. In conſiderat.lamentat.ſect.7.nu.4.

TRIBVLATIO.

Tribulatio hominem probat cap.1. ver.11 num.2. Neceſſarium illius examen viro iuſto.ibid. Ad philoſophandum impellit.ver.21.num.2.& 12.& ver.16.num.6.

Tribulatio & patientia ſpem nutriunt.cap.2.ver.9. num 5. & cap.5.ver.16. num.1. & ver.17.num 2.3. Tribulationes ſunt carcer. cap 3. ver.23.num.2. & cap.12.ver.14.num.3.& cap.13.ver.27.num.4.& ca.16.ver.12.num.5.Illius ianitor Deus.c.5.ver.15. nu.5. Non eſt conandum fores effringere, Deo non aperiente.cap.16.ſupra. Deus ſoluit calamitatum vincula.c.5.ſuprà.

Tribulatio eſt velut lapis Lydius. cap.4.ver.6.nu.2. Sunt peccatorum pœnæ, ver.7. nu.1. Sunt ſimiles funeſtis auibus.ibid.nu.11. Sunt teſtes aduerſas hominem.cap.10. ver 17. nu.2. Sunt ex proprietate ſui nominis eleuatio hominis, num.5. Sunt Dei imperatoris milites.num 6.

Sunt turbo & procella.c.11.ver.16.nu.3.

Flumen exundans.ibi. Aquę multę.ibid. Æſtus.ver. 17.nu.1. Auſter.ibid. Veſpera.ibid.

In tribulationibus ſilendum,& quomodo.c.3. ver. 2.num 2.

Quæ a tribulatis dicuntur, ſunt fortiora, & ſunt myſteria.ibid.ver.1. num.2. Et initio conſiderationis lamentat. Non fruſtra prolata, ab afflictis.ca.6.ver.26.num.4.

Tribulatio eſt potio amara.cap.5.ver.17.nu.6. Ad illam nauſeãt impij. ibi. Ebibitur præſidio fellis & aceti Chriſti ibidem. Eſt inſulſa.cap. 6.verſi.6. num.7.

Replet animæ ventriculum.ca.9. ver.18.nu.4. & ca. 16.ver.11.num.4.

Tribulationes & pœnæ dicuntur ex proprietate nominis tentatio, aut tributum.cap.9.verſi.23. num.6. Sunt pondus, quo eleuantur peccata.ca. 6.ver.3.nu.5. Dicuntur dolores parturientis.ibid. ver.10.nu.2. Sunt medicina peccati. ca.14.ver.17. num.2.3.& 4. Probant patientiam.ver.19. num.3. 4.5.& 6.

Afflictus debet ſentire de Deo in bonitate. cap.16. ver.12.num.6. Debet ardentiùs inhærere Deo.ca. 17.ver.9.nu.1.& 2.

Tribulati quibus ſint ſimiles.c.3. ver.2. in conſiderat.lamen. ſect. 3. nu.2. Nullam conſolationem admittunt.ibi. Secum cætera etiam pati volunt. num.3.

Tribulatis lux tenebreſcere videtur.cap.3. ver.5 nu. 3.& ca.17.ver.7.num.1. & ver.12. num.5. Imò tribulationes ſunt tenebræ.ibid. & cap.10. ver.22. num.14. Tribulatis lux & vita inuiſa.cap.3.ver.8 num 5.& cap.5.ver.11.nu 3.

Miſeri deploratè ſolent infauſta præſagia.ca.3. ver. 25.num.3.

Qui in tribulationibus non admittunt conſolationes, adulatione gaudent. cap.4. ver.2.num.2.

Tribulationes grauiſſimæ, quæ diuturnæ. capi. 9. ver.23.nu.1. Qui diuturnis malis afficiuntur, ſunt expoſiti ludibrio.ca.9. ver.23. num.5. In propriis malis videre alios gaudentes, & illudentes, ingens cruciatus.ca.17.ver.6.num.4.

Qui in ægritudine ſunt, languent. cap.16. verſic.6. num.1.

Indigent roborari,& confortari.ibid. Honeſta cogitatio & conſolatio, arma aduerſus ærumnas. ibid. Afflicti orationibus imperſonalibus vtuntur.cap.16.ver.10.num.2.

Tribulatio pretioſiſſima,& honorificentiſſima.ca. 5.ver.17. num.8. Affert cogitationem mortis & tædium vitæ. cap.6.ver.6.num.10.

Aliquando ad correptionem, aliquando ad extremum ſupplicium c.6.ver.11.num.1.

Tribulationes Deus offert, vt iuſtiora præmia cõferat.cap.2. ver.6. num.10. & vt præbeant tribulati, patientiæ exemplum. ib. Et vt illorum liberatione, ſuam Deus potentiam oſtendat.ibid.

In tribulationibus immittendis Diuina prouidentia occulta. cap.5.verſi.6. nume.1.2.3. & verſi.9. num.3.

Deus puniens oratione placari debet, & peccatorum confeſſione.cap.5 ver.8.num.1.

Cur Deus permittat, iuſtos cadere in manus impiorum.cap 5.ver.15.num.5.

Deus poteſt innocentem affligere.cap.9.ver.33.n.2. Sed frequenter propter peccata.cap.5. ver.6.nu. 1.2.& 3.

Iuſtum in hac vita Deus aſſiduè flagellat, ne in iudicio poſtea puniat.ca.7. ver.18.nu.3.& 4. Quem vult Deus poſtea beatum, nunc corripit. cap 14. ver.16.num.2. Vulnerando ſanat.c.5.ver 18 nu.1. & 2. Præſtat omnia optimi Chirurgi munia. n.3. Pollet ſcientia ligaturæ. num.4. Quæ ipſe facit vulnera, ſunt ſalutaria.ibid. Statim poſt vulnus medetur.num.6.

Deus in tribulationibus miſericors & lenis. cap.2. verſic.6. nume.2. Meliores ſunt ab illo immiſſæ, quàm Dæmonis blandimenta. ibidem. In mediis doloribus benignus. capite 6. verſic. 8. num.5.

Non penitus conterit. ibid. Miſeretur afflicti hominis. verſi.10. num.3. Reducit ex tribulatione per melius & breuius compendium ad felicitatem.cap.12 ver.23.num.5. Dicitur eſſe,& tribulari cum ipſo tribulato. in præfatione capitis 74. num.3.

Iuſti in tribulationibus, comes & vrbani. cap. 5. ver. 2. in conſiderat. lamenta. ſect. 1. nu. 3. Muniuntur fiducia & conſtantia, in mediis tempeſtatibus. cap. 4. ver. 4. nu. 2. & 3. Admonere illos ſolet Deus impendentis mali, cap. 5. ver 29 num. 3.

Iuſtus non ſolùm vincit, ſed ſuperuincit tribulationes. c. 4. ver. 6. n. 1. Non ſolùm ſingulas, ſed omnes ſimul conglobatas. ca. 5. v. 22. nu. 2. Triumphat de illis. c. 8. ver. 21. num. 5.

Iuſtus in tribulationibus floret. cap. 8. ver. 17. nu. 3. perficitur & creſcit illius virtus. c. 17. ver. 9. nu. 3.

Iuſtus propoſitus pro ſcopo multarum ſagittarum. c. 16. ver. 13. n 4. Illum ſæpè collimat Deus. ibid. & n. 5. Sed impium tard collimat. ibi. Iuſtus debet eſſe immobilis & fixus. ibid.

Tribulationes iuſtorum Deo honorificę. c. 1. ver. 21. num. 18.

Sunt Dei ingens beneficium. nu. 19. Pro illis gratiæ agendæ. ibid. Iuſtus in tribulatione iucundum Deo ſpectaculum. cap. 2. ver. 6. num. 9.

Iuſtis benè cedunt tribulationes. cap. 5. ver. 17. nu. 1. Beatitudinem illis adferunt. nu. 2. Spem gloriæ nutriunt in corde. nu. 3. Sunt ſignum diuini beneplaciti. nu. 9. In domo Dei filij vapulant. ibid.

Iuſtis tribulationes ſuaues. cap. 2. ver. 6. num. 9. Vertuntur in aurum. cap. 5. ver. 15. num. 5. Sunt ſalutares. c. 6 ver. 10. nu. 1. Dulceſcunt. c. 6. ver 6. nu. 9. Et afferunt gaudium. c. 5. ver. 22. nu. 1. Exiſtunt illis honorificę. cap. 7. ver. 17. nu. 2. Tum etiam cedunt in diuinum honorem. num. 3.

Iuſtorum ærumnæ dicuntur ænigmata. cap. 13. ver. 17. nu. 2. Quondam erant valdè mirabiles ca. 17. ver. 8. num. 1. Sed minus mirabiles poſt Chriſtum paſſum. nu. 2.

Tribulationis ſolatium eſt, patientiam conſiderari ab aliis. ca. 17. ver. 16. nu. 1. Tum etiam aliorum iuſtorum ſpes de ſalute & remedio. ibid *Vide etiam Patientia*, *Morbus*, *Dolor*, *Impius*, *Iuſtus*, *Prouidentia*, *Vita*.

TYRANNVS.

Leo. cap 4. ver. 10. num. 1.

Tyranni appellatio pro Rege. ca. 15. ver. 20. nu. 3.

Sæpè malè pereunt. ibid. Cruciantur timore. ibid.

Stultum eſt mortalem tyrannidem exercere. nu. 4.

Tyranni exules. cap. 15. ver. 28. num. 2.

V

VADES.

Solebant manus defigere & implicare ad alterius manum. cap. 17. ver. 3. nu. 3.

Deus, vas & ſponſor. num. 2. & optimi vadis forma. ibidem.

VENATOR.

Venatoris ferarum deſcriptio. c. 16. ver. 10. nu. 3. & 7. & ver. 11. nu. 1.

Canum venaticorum rictus. ibid. Principes venandi ſtudioſi. *Vide Princeps*.

VENTVS.

Ventus à regione deſerti in bonum & in malum. c. 1. ver. 18. nu. 3. Pro Auſtro. ibid.

An illius ſpeciem ſumpſerit Dæmon. ibid.

Ventorum orientalium differentia & nomina. ca. 15. ver. 2. num. 4.

VENVS.

Veneris ſtella. cap 11. ver. 17. nu. 3.

Veneris & Bacchi filia podagra. c. 2. ver. 8. in enum. morb. ſect. 5. nu. 4.

VERBVM.

Quid ſignificet. cap. 1. ver. 1. nu. 5.

Verbum Dei quomodo ſimilis grano ſinapis. in præfat. cap. 8. num 6.

Verbum Dei non adulterandum, ſed rectè tractandum. *Vide Doctor*.

Verbum diuinum ſub ſpecie viſibili loquutum antiquis Patribus. c. 10. ver. 8. num. 11.

Verbi diuini natiuitas & generatio. *Vide Chriſtus*.

VERITAS.

Veritas in dictis & promiſſis, bona innocentiæ pars. c. 1. ver. 1. nu. 54.

Veritas non reformidat aduerſariorum argumentationes. cap 6. ver. 25 num. 3. Non indiget mendacio, ſed potiùs mendacium indiget veritate. cap. 13. ver. 7. nu. 4.

Formula confirmandi veritatem. Non mentior. ca. 6. ver. 28. nu. 3. *Vide etiam mendacium*.

VERMES.

Vermibus ſcatuit Iob, illos fuiſſe Dæmones ipſum arrodentes. ca. 2. in enumerat. morbor. ſect 6. nu. 1. Appellantur pediculi aut ſerpentes. cap. 2. in enume. morb. ſect. 6. nu 3.

Illis conſumptus Herodes. n. 3. Eſt dignum ſupplicium contemptorum Dei. nu 4.

VESTIBVLA.

Veſtibula inter potiſſimas partes ædificiorum. initio præf. Qualia fuerint. ibid. In illis ſubebantur clientes expectare ibid.

VESTIS.

Veſtes ſacerdotum ſpecioſæ. cap. 12. ver. 19. num. 15.

Veſtium dilaceratio quorſum fieret. c. 1. ver. 20. nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Veſtium laceratarum laus. cap. 1. ver. 20. num. 9.

Cur Ioſeph pallium dimiſerit. ibid.

Abiicere veſtes ad liberalitatem pertinere.

Res externas ſignificant veſtes ibid.

Primogenitorum pretioſæ veſtes. cap 3. ver. 15. nu. 2.

Peculiares veſtes cuique ordini ibid.

Veſtes pretioſæ cum cadaueribus conditæ. c. 3. ver. 15. num. 4.

Veſtes à tinea corroſæ, quid ſignificent. c. 4. ver. 19. num. 6. Veſtes amici & propinqui, vel etiam ipſa opera. cap. 9. ver. 31. num. 2.

Veſtes ferinæ priſcarum gentium. c. 1. ver. 13. nu. 2.

VICTORIA.

Qui ſibi victoriam attribuunt, Deum prouocant. cap. 12. ver. 9. num. 4.

Vide etiam Bellum, *Hoſtis*, *Pax*.

VIGILIA.

Vigilia morbus. cap. 2. ver. 8. in enum. morb. ſect. 9. num. 1. & cap. 17. ver. 9. num. 3.

Vide etiam Morbus, *Somnus*.

VINDEMIA, *Vinum*, *Vitis*.

Hominum cædes & ſtrages dicitur vindemia. ca. 6. ver. 4. num. 7.

Vinum & oleum ad lætitiam, præſertim conuiuiorum. c. 1. ver. 13. num. 3. & cap. 5. ver. 20. num. 3.

Vinum rubrum in Palæſtina. c. 6. ver. 4. num. 6.

Vitis præcipitata rurſus germinat cap. 8. ver. 18. n. 4.

Quo tempore floreat. cap. 15. ver. 33. num. 2. Maritatur etiam oleis. ibid.

VINDICTA.

Vindictæ cupiditas. ca. 9 ver 25. num. 5.

Homo difficilè remittit offenſam. cap. 10. v. 4. nu. 6.

Auidè capit occaſionem oblatam ſe vlciſcendi. c. 4. ver. 10. num. 3.

VIR.

Viri multiplex, & varius vſus, & ſignificatio. cap. 1. ver. 1. à n. 2 vſq; ad 14. Eſt nomen conſtantiæ, & fortitudinis. n. 4. & Chriſti. n. 5. Dicitur à virtute. ibid. Opponitur homini. n. 10. Eſt nomen honoris. ibid. Multipliciter dicitur in Hebræo. nu. 11. Eſt nomen magiſtratus, & iudicis. n 13. Quæ ſint propria viri munera. nu. 12. Viri pauci. nu. 4.

Viri vxoribus ædificabant domos. ca. 5. ver. 4. nu. 2.

Adam homo, non vir. *Vide Adam*.

Vide etiam Homo, *fœmina*.

VIRGA.

Virga. *Vide Sceptrum*,

Virgæ ſanguineæ, quæ.c.9.verſ.34.nume.5.

VISCERA.

Viſcerum pars renes. *Vide Renes*, *& Felis Gaſculum*. c.16.verſ.14.nu.3.

VISVS.

Viſus faciliùs meliuſque iudicat reliquis ſenſibus. c.9.verſ.25.num. 4. Vix poteſt conſequi et percipere res huius vitæ fugientes.c.9.verſ.25. num.4.

VITA.

Vitæ humanæ cum tela comparatio.c.7. verſ.6.n.1. Et cum nauicula vel radio textoris.nume.2. et 3. Et cum roſa. cap.14.verſ. 10.nume.1. Et cum via. cap.1.verſ.21.num. 11. Et cum comœdia, quæ ex humanis actibus conſtat.ibi Et cum tempeſtate, et mari feruenti.c.3.verſ.13.nu. 7. Et cum vociferatione,et tumultu.numer.4 Et cum prælio periculoſo.num.5.6. Et cum fragili flore.cap.14. ver.2.nu.1.2.3. Et cum locuſta. nu.6. et cum vmbra.c.6.verſ.6.nu.4.et ca.14.v.2.num.4.5.6.

Vita humana dicitur dies.c.7.ver.1.nu. 13. Eſt ſimilis mercenario diario. ibidem. Dicitur quies et ceſſatio.verſ.8.num.1.

Cur reſpiratione conſtet vita humana.c.7.v.7.n.1. Quæ illius fundamenta.c.11.v.14.num.1.

Vitæ humanæ anguſtiæ.c.14 v.1.nume.4.Perturbatio et trepidatio num.6.Ira et indignatio aduerſus ſe ipſam.ibidem.

Vitæ humanæ breuitas,multis ſimilitudinibus explicata.c.9.v.25.num.1.2.3.4.et v. 26. n.1.2.3.4. et ca.7.v.1.n.13.et c.14.v.10.n.1.et c.7.v.6. n.1.2.3 et v 9.n 4. et c. 14.v.1.n.1. et ca.7.v.16.nu.4 Dicitur vanitas.ibidem. Obnoxia omnibus mutationibus. nume.5.Fugax.numer.6. Dicitur ſæculum. nume.7.anni, menſes,dies,horæ,nihil. ibidem. Paucitas.c.10.verſ.10.nu.4. Vitæ ſpacium concedi homini, vt matureſcat diuino palato.ca.1. verſ.32. num.3.

Vitæ humanæ diuerſa conſideratio, cap 3.verſic 2. in conſiderat.lament. Sect.7. num.3. Illius bona non ſunt verè bona.c.9.verſ.26.nume.5.Illius neque bona, neq; mala debent totum animum occupare.cap.11.verſic.15.num.2. Illis imponunt impij nomina honorifica.c.9.verſ.16.nu.6.Sed ſapientia diuina alijs verioribus nominibus illa notat.ibidem.

Vita, mortis imago, c. 14.v.2.num.4.Hominis vita quaſi deplorati ægroti.c.10.ver.5.nu.4.

Omnium humanæ vitæ ſtatuum miſeria. ca.3.v.19. num.3. Huius vitæ ærumnas, ex neceſſitate accidere.c.7.in annota.præuia.nu.7.Vitæ miſeriæ ſunt omnibus communes.c.7.v.1.nu.13. Nemo debet illas erubeſcere.ibidem.

Sunt homini fructuoſæ.ibidem.

Vita hæc tentationis locus.cap.7.verſ.1.num.5.6.7. Eſt plena diſcriminibus.nu.4.Eſt locus ſumendi experimenti.num 8.

Quid ſit, ſe maiora in vita quærere.capit.14.verſ.2. num.6.

VITIVM.

Vitium, virtuti finitimum.c.1.ver.9.num.5.

Vitioſorum ſomnia, *Vide ſomnia*,

Vide Peccatum, *& Impius*.

VOCARE.

Abſolutè ſumptum pro inuitare.cap.1.verſ.4.nu.13. Vocatores dicebantur, qui ad cœnas vocabant. ibidem.

Qui dicantur vocati Ieſu Chriſti. ibidem.

VOLVMEN.

Volumina quomodo fierent apud antiquos. ca.11. verſi.13. num.2.

VOLVNTAS.

Fertur in bonum,c.3.verſi.2.in conſiderat.lament. Sect.7.num.1 & in deteſtationem mali.ibid.

Voluntas apud Deum pro facto reputatur, in præfat.c.7. num 9.

Regum pertinax voluntas flectitur à Deo. *Vid.Rex & Princeps*.

Vide etiam Cor,Deſiderium,Cupiditas.

VOLVPTAS.

Quid generet in corde.c.5.verſ.17. num.3.

Voluptuarij puniti. *Vide Diues*, *Pinguis*, *& Pinguedo*.

VLCVS.

Vlcus Ægypti quale fuerit.c.2. in enumerat. morborum.Sect 3.num.1. Cur illud præceſſerit conſpertio cineris. ibid.

Vlcerum malignorum differentia, & nomina.ibidem.num, 2. & 3.

VLPIANVS.

Vlpianus Tyrius multa quæritare ſolebat de quolibet propoſito cibo. initio præf.

VMBRA.

Humanæ vitæ ſymbolum.cap.14.ver.2.nu.4.& inconſtantiæ.nume.5. Non omnino eſt expers lucis.ibidem.Eſt fallax, & fugax num. 6.

VNVM.

Vnum,& multa in ratione numerandi,quam proportionem habeant.c 9.verſ 3.num 3.

VVLGATVS INTERPRES.

Vulgatus interpres commendatus & defenſus.c.1. verſ.2.numer.1.& cap.3.verſ.3.numer.6 & verſ.8. num.5. & cap.3.verſ 6.numer.2. & cap 4.verſ 19. num.7.& cap.5 verſ.5.nu.4.& cap.5.verſ.18. nu.1. & cap.5. verſ.26.num.1.& verſ.26 num.4.& ca 6. verſ.3.num.1.& cap.6.verſ.3. numer. 8. & cap. 7. verſ.16. num 7.& cap.8.verſ 12.numer 2 & cap.9. verſ.12.num.2.& cap.10.verſ.1. num.2. & cap. 10. verſ 14.num.3. & cap.11.verſ.2.nume.4.& cap. 11. verſic.3.num 2. & cap.12.verſ.2.num.4.& cap.13. verſ.12.num.6.& cap.13.verſ 5.nume.1. & cap. 14. verſ.7.num.4.& cap.15 verſ.11. nume.2.& cap.16. verſ.3. num.2. & cap.17.verſ.1. num.3. et verſic.2. num.1.et 3. et verſ.3.num.4.et verſ.6. nume. 4.et verſ.12. num.5.

VVLPES.

Vulpina aſſuenda leoninæ.c.1.verſ.13.nu. 2. Vulpes ſtipulis accenſis alligatæ in ludis Cerealibus.c.1. verſ.14. num.3.

VVLTVR.

Vultur triduo antè prædiuinat cadauera futura.c. 9.verſ.26. num.4.

VXOR.

Vxor dicitur ſpecies domus,et quare.cap 5.verſ.24. num.3. Non debet foris vagari, ibidem.

Appellatur ſoror.capit.1.verſicul. 4.num 16.et cap. 17. verſic.14. nume.6. Vxorum munia,et officia. ibidem.

Z

ZACHARIAS.

Zachariæ ſepulchrum.cap.3.verſ.15.num. 4.

ZELVS.

Peccatum ex zelo facilè dimitti.cap.13. verſicul. 7. num.4.

Frequenter, qui iactant ſe vti zelo diuino, ardent zelo humano.c.13.verſ.8. num.2.

INDEX AVCTORITATVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ ſparſim in hoc opere explicantur.

Præter alias plures, quas conſultò omiſimus breuitati conſulentes, quas lector non ſine operæ pretiò interpretationis paſſim offendet. C. caput V. verſiculum capitis. N. numerum margini adſcriptum indicat.

Ex Genesi.

CAp.1. In principio creauit Deus &c.c. 1.v.6. num. 2.
15. Factũ eſt veſpere & mane dies vnus. c.3.v.26.n.
16. Fecit luminaria, vt eſſent in ſigna, & tempora. &c.c.4.v.7.num.3.
26. Faciamus hominem ad imaginem &c.ca 1.v.1. n.30. & c.10.v.8.n.4. & 13.
31. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat.etc. c.10.v.8.n.4.
Cap.2.1. Perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum.c.7.v.1.n.2.
8. Formauit Deus hominem.c.10.v.9.nu.2.3. & v. 12.n 7. & c 1.v.1.n.2.
5. Non pluerat Dominus ſuper terram, ſed fons aſcendebat de terra.c.5 v.10.n.2.
7. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.c.7.v. 7 n.2. & c.10.v.8.n.18.
7. Factus eſt homo in animã viuentem c.2.v.4.n.1.
17. Morte morieris.c.7.v.1,n.11.c.8.v.8.n.5.
21. Repleuit carnem pro ea, cap.1.v.1.n.2.c.2.v.4. num.3.
Ca.3.1. Serpens erat callidior cunctis animantibus. cap.5.v.12 nu.1.
14.17. Quis audiſti &c. Maledicta terra in opere tuo. &c.c.1.v.12.n 7. & c.4.v.8.n.4.cap. 5.v.6. n.2. & v.20.n.2.c.8.v 3.num. 2. & c.9.verſ 28. num.2.
19. Donec reuertaris in terram.cap.6.v.10. num 3. & cap.7.v.1.n.10.
Cap.4.1. Poſſedi hominem per Deum. c.1.v.2.nu.6.
7. Si malè egeris ſtatim in foribus peccatum tuum aderit.c.5.v.n 2.
10. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. capit.5. v.4.n.1. & cap 12.ver.13.n.5. & c.13. v.22. n.2. & cap.16.v.13.n.5. & cap.13.v.22.n.2. & c.16. v.19. n.5.
11. Maledictus eris ſuper terram. &c. cap.5.ver.20. n.2. & cap 9.v 31. n.1.
12. Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear.c.6.v.11. n.1.
24. Iſte cœpit inuocare nomen Domini &c.c 1 v.6. n.3. & c.5.v.1.n.1.
Cap.6.2. Videntes filij Dei filias hominum &c. c.1. v.1. n.73. & v. 6.n.17.
3. Non permanebit ſpiritus meus.c.3.v.17.n 2.
6. Tactus dolore cordis, delebo (inquit) hominem. &c.c.10.v 8.n.18.
9. Noe vir iuſtus in generatione ſua.c.1.v.1.n.70. & v.8.n.12.
Cap.7.17. Incluſit eum Dominus de foris. c.3.v. 23. numer. 3.
Cap.8.5. Aquæ ibant & decreſcebant c.1.v.4.n.1.
Cap.9.25. Maledictus puer Canaan, ſeruus ſeruorum erit &c.c.5.v.8.n.6.
Ca 10.9. Nemrod fuit robuſtus venator coram Domino c.2.v.2.n.24. & c.3.v.14.nu.3.
9. Si ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo. ca.1. v. 3. n. 6.
Cap.14.21. Flante vento vehementi, & vrenti.cap. 15.verſ.2.n.
Cap.15.1. Factus eſt ſermo Domini ad Abraham per viſionem. &c. c.4.v.13.n.2.
1. Ego protector tuus ſum.c.17.v.3.n.5.
6. Reputatum eſt illi ad iuſtitiam.ca.3.verſ.3.nu.6. & c.13.v.24.nu. 4.
Cap.16.4. Deſpexit Dominam ſuam.c.3.v.1.n.7.
Cap.18.1. Apparuit ei Dominus.c.1.v.6.n.13. & c.3. v.4.n 5.
19. Scio quod præcepturus ſit filiis.ca.15.v.7.num.1.
27. Abſit à te vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio.c.4.v.7.nu.2. & v.17.n.2. & cap.18. v 3. n. 4.
Cap.19.12. Habes hic quempiam tuorum generum &c. Omnes, qui tui ſunt, educ de vrbe hac. c.1. verſ. 5. n. 17.
Ca.20.7. Propheta Dei eſt, & orabit pro te. in præfat. c.6. n.3.
A verſicu. 2. vſque ad 14. magna ex parte explicantur.c.1.v.1.n.73.
15. Terra coram vobis eſt.c.1. v.3. n.9.
18. Concluſerat Dominus omnem vuluam Domus Abimelech.c.3.verſ.10. n.1.
Cap.21.12. iuxta miſericordiam, quam feci tibi, facies mihi. c.10.12. nu.4.
C.22. Nunc cognoui quod timeas Deum.c.4.v.8.n. 12.1. & c.9.v.28.n 2. & c.15.v.7.n.4.
Cap.23.11. Audi nos, Princeps Dei es.ca.1.v.1.n.73.
16. Quadringentos ſiclos probatæ monetæ publicæ. c.1.v.3.n.4.
Ca.25.27. Iacob, vir ſimplex habitabat in tabernaculis &c. Eſau homo agricola &c.c.1.v.4.n.54. & c.6.v.1.n.2.
33. Eſau vendidit primogenita.c.1.n.17. & n.22.
C.26.7. Cum interrogaretur Iſaac à viris Geraræ c.1.v.1.n 13.
20. Appellauit eum inimicitias.c.1.v.6.n.8.
C.27.15. Veſtibus Eſau valde bonis c.3.v.15. num.2.
27. Eſto Dominus fratrum tuorum.c.1.v.1. num 19.
Ca.29.31. Aperuit Dominus vuluam.c.2. v.1.nu.1.
Capit.30.2. Num pro Deo ſum ego, qui priuauit te fructu ventris tui.c.2.v.4.n.3.c.1.v.2.n.6.

32. Ro-

32. Reſpondebit mihi cras iuſtitia. c. 13. v. 22. nu. 1.
Cap. 31. 7. Pater veſter circumvenit me, & mutavit mercedem. &c. c. 17. v. 2. n. 2.
15. Nonne ſicut alienas reputavit nos? c. 13. v. 24. n. 4.
53. Iuravit Iacob per timorem patris ſui. c. 1. v. 1. n. 60. cap. 3. v. 25. n. 1.
C. 32. 3. Abijcite Deos alienos & mundamini &c. c. 1. v. 5. n. 4.
20. Forſitan propitiabitur mihi. c. 13. v. 8. n. 2.
Cap. 33. 11. Suſcipe benedictionem, quam donavit mihi Deus tribuens omnia. c. 1. v. 9. n. 4.
C. 36. 33. Regnavit Iobab filius Zaræ de Boſra. c. 1. ver. 1. nu. 31.
Cap. 37. 2. Accuſavit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo, c. 1. ver. 5. nu. 21.
27. Vives in gladio, & fratri tuo ſervies. c. 6. v. 15.
Cap. 38. 24. Producite eam, ut comburatur, c. 10. v. 15. num. 8.
29. Quare diviſa eſt propter te maceries? &c. c. 16. v. 15. n. 1.
Cap. 41. 1. Putabat ſe ſtare ſuper fluvium, de quo aſcendebant ſeptem boves &c. et paſcebantur in locis paluſtribus. c. 8. v. 11. n. 3. & c. 15. v. 27. n. 2.
14. Eductum de carcere Ioſeph totonderunt. c. 1. v. 20. num. 11.
Cap. 24. 5. Erat fames in terra. cap. 1. v. 1. n. 23. & cap. 5. v. 20. nu. 2.
7. Cum agnoviſſet eos, quaſi ad alienos duriùs loquebatur. ca. 7. ver. 10. nu. 1.
C. 43. 9. Ego ſuſcipio puerum. c. 17. v. 3. n. 2.
11. Deferte munera viro illi. c. 1. v. 1. n. 13.
C. 45. 8. Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum. c. 1. v. 21. nu. 16.
8. Fecit me quaſi patrem Pharaonis. c. 15. v. 18. n. 2.
C. 47. 19. Eme nos in ſervitutem Regiam, & præbe ſemina. &c. c. 1. v. 3. n. 13.
Ca. 48. 2. Do tibi partem unam extra fratres tuos quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. c. 1. v. 2. n. 5.
C. 49. 3. Ruben primogenitus meus, prior in donis. c. 1. v. 1. n. 19. & v. 5. n. 17. & c. 4. v. 21. nu. 1.
9. Quaſi leæna, quam ſuſcitare quis audebit? c. 10. ver. 16. nu. 2.
11. Ligans ad vineam pullum ſuum c. 15. v. 35. n. 1.
12. Pulchriores oculi eius vino. c. 6. v. 4. nu. 6.
C. 50. 19. Nolite timere. Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? cap. 1. v. 21. nu. 16.

EX EXODO.

C. 1. 5. Ioſeph autem in Ægypto erat. c. 11. v. 1. n. 23.
21. Ædificavit eis domos. c. 12. v. 14. nu. 1.
C. 2. 3. Sumpſit fiſcellam ſcirpeam. &c c. 7. v. 11. n. 2.
25. Reſpexit Dominus filios Iſrael, & cognovit eos. cap. 1. ver. 8. num. 10.
C. 3. 8. Terra, quæ fluit lacte, & melle. c. 5. v. 9. n. 5.
C. [illegible]. Reverſusq; eſt, portans virgam Dei. &c. c. 9. v. 24. n. 3. 9.
Cap. 4. 23. Dimitte filium meum, ut ſerviat mihi cap. 1. ver. 8. num. 5. 7.
C. 5. 12. Diſperſus eſt populus &c. c. 13. v. 25. n. 6.
Cap. 6. 6. Redimam vos in brachio excelſo. c. 15. v. 25. n. 1.
12. Incircumciſus labijs ſum. c. 5. v. 5. n. 2. c. 11. ve. 2. num. 5.
Cap. 7. 1. Aaron frater tuus erit propheta tuus. in præfat. cap. 9. num. 3.
Avertit ſe, & ingreſſus eſt domum ſuam, nec appoſuit cor ſuum, etiam hac vice. c. 1. v. 8. n. 1.
24. Explicantur omnes plagæ ſuo ordine. c. 2. v. 8. in enumerat. morb. ſect. 13. nu. 4.
C. 8. 9. Ego indurabo cor Pharaonis. c. 8. v. 20. n. 2. cap. 9. v. 4. n. 4.
Ca. 9. 10. Vlcera, & veſicæ turgentes. c. 2. in enumerat. morb. ſect. 3. num. 1.
16. Idcirco poſui te, ut oſtendam in te fortitudinē meam. c. 2. v. 6. n. 10. & in enum. mor. ſe. 13. n. 3.
Cap. 14. 14. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. c. 3. v. 13. n. 2.
Cap. 15. 8. In ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ. c. [illegible] v. 12. n. 1. & c. 15. v. 13. n. 8.
13. Dux fuiſti in miſericordia. c. 10. v. 12. n. 4.
14. Aſcenderunt populi & irati ſunt. c. 14. v. 1. n. 6.
16. Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine. c. 9. v. 4. n. 2.
18. Congregatæ ſunt abyſſi in medio mari. c. 10. v. 10.
C. 19. 6. Eritis mihi in regnum ſacerdotale. c. 12. v. 19. num. 1.
C. 20. 6. Faciens miſericordiam in millia. c. 5. v. 16. n. 6.
7. Non habebit inſontem eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra. c. 9. v. 28. n. 6. In vanum. c. 11. v. 11. n. 2.
C. 21. 8. Si diſplicuerit oculis Domini ſui, dimittet. &c. c. 6. v. 25. n. 3.
21. Provide de omni plebe viros potentes, in quibus ſit veritas. n. 12. v. 13. n. 9.
C. 23. 1. Non iunges manum tuam cum impio. c. 9. v. 33. n. 4.
Cap. 29. 38. Hoc eſt quod facies, agnos anniculos duos. c. 1. v. 1. n. 17.
Cap. 30. 35. Thus lucidiſſimum. cap. 8. v. 3. 6. num. 3. cap. 9. v. 30. n. 6.
Cap. 32. 6. Sedit populus manducare & bibere. c. 1. v. 5. n. 4. & n. 22. 23.
Ca. 33. 12. Novi te ex nomine, & invenisti gratiam. c. 1. v. 9. n. 4.
20. Non videbit me homo & vivet. ca. 13. v. 21. nu. 6.
Cap. 34. 6. Patiens & multæ miſerationis. c. 4. v. 9. n. 2. & c. 10. v. 8. n. 18.
7. Qui aufers iniquitatem. &c. c. 7. v. 21. num. 1. & c. 10. v. 14. n. 4.

EX LEVITICO.

Cap. 13. 45. Quicunque maculatus fuerit &c. Habebit os veſte contectum. &c. Integer locus de leproſo explicatur. c. 2. v. 6. in enumerat. morb. Sect. 4. n. 1. & Sect. 11. n. 5.
Cap. 15. 3. Vt caveant ab immunditiis, & non moriantur, in ſordibus ſuis &c. c. 1. v. 5. n. 4.
17. Veſtem, et pellem, quam habuerit, lavabit aqua. c. 2. v. 4. n. 4.

Peccatorum quotidianorum DEVS exigit rationem.cap.14.verſi.4.num.2. Peccatum originale immundicies.ibid. Ex commemoratione peccati originalis Iob,& Dauid aliorum actualium veniam deprecantur.ibi. Praua concupiſcentia velut mater peccati.ibi. Originale dicitur pluraliter peccata.ibid. Per ſemen, tanquam per generationis inſtrumentum transfunditur in poſteros.ibid.Peccatum, ſordes.ibid. Nemo illius expers,præter Beatam Virginem.num.5.

Quomodo dicatur tegi & occultari peccatum. ca.14.ver.13.num.3.

Diuina iuſtitia noſtris peccatis diues. ca.14.ver.17.num.1.

Peccata obſident & oppugnant impium.ca.15.ver.16.num.2.

Peccandi promptitudo.nu.4.& 5. Etiam ſine peculiari voluptate,num.7.

Peccata ſunt arma, quibus impius pugnat contra Deum.ca.15 ver.25.nu.3

Peccata ſunt vulnera animæ.cap.14. ver. 27.nu.4. Curantur pœnis.ibid.

Vide Impium, & Iuſtum.

PECVLIVM.

Peculium pars gregis ca.1.ver.3.nu.2. Non erat patrisfamilias,ſed ſeruorum.ibidem. Dictum quaſi parua pecunia,apud Vlpianum.ibid.

PECVNIA.

Pecunia vnde dicta.c.1.ver.3.nu.3. Pecudis nota inſigniebatur ibid.

PEDICVLARIS MORBVS.

Pediculari morbo,qui conſumpti c.2.in enumera. morb.ver.8.ſect.6.nu.3.

Pediculi animalcula dira.ibi. Vocantur Vermes & ſerpentes.ibid.

PELLIS.

Pellis & cutis quo differant. c.2.ver.4. nu.2.Significant externa bona.ibid.

Pellis pro pelle, prouerbialis loquutio. num. 2.3.& 4.

PERCVTERE.

Percutere, ex adiunctis diuerſa ſignificata habet. c.1.ver.14.num.9.

PERIPHRASIS.

In periphraſi non eſt vis facienda in verbis, vbi de intentione conſtat.ca.3 ver.14.nu.3.

PERMISSIO.

Permiſſio diuina.*Vide Deum.*

PERSAE.

Perſæ in menſa diſputabant.cap.1.ver.4.nu.9.

Perſarum Reges ſepulti in Regio monte.c.3. ver.14.num.4.

PERSEVERANTIA.

Perſeuerantia.ca.1.ver.5. nu. 26. & c.2.ver.3.num.1.

PES.

Pedum poſitio in acquirenda poſſeſſione.c.1.ver.7.num.4.

PHARAO.

Pharao cur dicatur excitatus à Deo.cap.2.verſic.6.num.10.

PHILIPPVS.

Philippi locus caſtigatus.cap.9.ver.18.num.3.

PHILOSOPHIA.

Philoſophię rationibus,& conſolatione vtendum.cap.1.ver.21. nu.7. Et præſertim in tribulationibus.num.1.& 12.

Philoſophia inſtar tabulæ in naufragio. verſic. 21.num.9.

Quomodo humana ſapientia Philoſophorum ſit vtendum.In præfat.cap 8.num.6.

PINGVIS, PINGVEDO.

Pro diuitiis & opulentia.c.15.ver.26,num.7.

Pingues,voluptuari homines.verſi.27.nu.1,Crudeles, & ſæui erga alios.ibidem. Pinguedo pro terræ vbertate.nu.2. Pinguibus interminata mors, num.5.Pinguedine & voluptate excęcantur homines.num.3.

Sunt laſciui,& petulantes.num.5.

PISCATOR.

Piſcatore maledicentior, prouerbium. cap.3.ver.8.num.2.

Bonus piſcatus,prouerbium.ibid.

PLEONASMOS.

Frequens in ſacris.cap.11.ver.5.nu.5.

PLVVIA.

Pluuia oratione obtinetur. *Vide Oratio.* Pluuiæ clauem Deus habet.ca.3.ver.10. num.2. Pluuiarum diſpenſatio mirabilis.cap.5. ver.10. num.1. De illa videtur Deus gloriari.ibid. Pluuia est fluminum ſupplementum fluminum,nume.2. Ex ſua beneficentia pluit Deus in deſerto. num.3. Aliquando eſt ſymbolum diuini ſupplicij.nu.4. Pluuia natura ſua propenſa ad fœcundandam terram. ca.12.ver.15 nu.1.Suo tempore generatur, niſi Deus prohibeat.cap.12.ver.15.num.1. Eſt Dei nuntius, vel ad ſupplicium,vel ad bonum mortalium.ca.12.ver.15.nu.2.

Pluuia nociua & tonitrua propter peccata. cap.5.ver.6.nu.2.

PODAGRA.

Bacchi & Veneris filia.ca.2.in enumer.morb.ſect.3.num.4.Illius ſigna.ibid.

POESIS, POETA.

Poëſis ſacra,quæ,& qualis.in præfat.cap.4. num.5.& quæ illius genera carminum,& ſcandendi ratio.ibid.

Poëtarum teſtimonia aliquãdo opportuna & vtilia ad ſacri ſermonis intelligentiam.c 3. ver.3.in conſiderat.lament.ſect.6.& ſect.8.& cap.16.verſ.10 num.2.

Poetæ priſci cantu potiùs, quàm ſcriptis claruerũt.in præfa.ca.4. nu 3. In poetis prophanis aliquid vtile.in præfa.c.8,nu.6.

Qui poëtarum potiùs lectione, quàm ſanctorum Patrum delectentur,notati.ibid.

PONDVS.

Pondera ſtateræ ſolebant aſſeruari in ſacculo.cap.14.ver.17. num.2. Sunt opus & inuentio diuinæ ſapientiæ,ibid.

PORTA.

In porta dicitur fieri quod publicè fit. cap.5. ver.4.nu.2.Ibi celebrabantur iudicia.ibid,& ca.16.ver.8.num.4.

Portæ cœli quæ dicantur.ibidem.

POSSESSIO.

Poſſeſſionis nomen ad pecora pertinet. cap 1. verſic.2. nume.1. Vt variè reddatur ab Interprete.ibidem.

Poſſeſſiones olim in armentis & pecoribus. ibidẽ.

Vide etiam Diuitia.

PRAECISIO.

Præcidendi vnam cõſiderationem ab alia,vel abſtrahendi,in ſacro ſermone, c.3. ver.1.in conſiderat.lament.ſect.7.nu.4. Vide etiam.c.1.ver.21.nu.15.& 16.

Hac ſcientia abutitur dæmon.ibid. nu.5.

PRAELATVS.

Vide Rex, Princeps, Iudex, Superior.

PRAEMIVM.

De præmio iuſtorum, malè ſentiunt impij. cap.1.ver.3.num.4.& ver.9.nu.7. & cap.10.ver.3, nu.10. Fideliter confertur à Deo.nu.6.Etiam verbo,vel cogitationi honeſtæ tribuendum. ibi. Deſcribitur in libro memoriæ apud Deum.ibid.

Deus

Deus vult agere & amplificare pręmia iuſtorum. In præfat.cap.6.num.3.
Præmium dicitur hæreditas.cap.3 ver.3. num.2.
Patientiæ peculiari ratione confertur & debetur. ibid.& in præfat cap.6 num.3.
Bonorum laborum glorioſus fructus.cap.9.ver.29. num.1. Omnes in præmium intendunt. cap.12. ver.5 num.3.
Vide etiam Beatitudo, Iuſtus, Impius.

PRAETERITVM.

Præteriti imperfecti vſus in ſacro ſermone. *Vide in indice Hebraiſmorum, & Regularum Scripturæ.*

PRANDIVM.

Prandia antelucana.cap.1.ver.4 num.8.
Illorum mentio in Scriptura c.1.ver 4 num.8.
Prandendi tempus, & hora tentationibus opportuna,ver.13.num 2.
Hora prandij veniſſe nuntios ad Iob.ibid.

PRIMOGENITVS.

Primogenitorum ius quod.cap 1.verſic.5. num.17. Num ſolum primogeniti ſacerdotes olim c.1 ver 5. nu 17 Et primogeniti Sacerdotes & Reges.ibi. & num.18.
Iob primogenitus.*Vide Iob.*

PRINCEPS, PRAELATVS.

Virorum Principum periphraſis. cap 3. verſic.14. num.2 Princeps reipublicæ oculus. cap 10.ver.4. num 2.
Debet eſſe in mediis diſcriminibus conſtanti animo.cap.10.ver.4. num.6. Fortis & ſapiens. ca.12. ver.13 nu.9 Dignus,qui ſit Imperator,& Dux alicuius exercitus,ibidē. Debet expugnare murum Babylonis ibid.
Debet eſſe Dei ſimilis,odio proſequens mendaciū. cap 13.ver.7.num.3. Velut ſol,qui ſuos illuſtret. cap.10 ver 22,num.10. Suſtentat populum.ca.11. verſ 3.num 2. Eſt velut Turris Dauid. cap 4.verſ. 4 num.3. Eſt medicus, aut chirurgus.ca.13.ver.5. num.5.
Principes liberales eſſe debent, ex proprietate ſui nominis ca.12 ver.21 num.4 Propter liberalitatem coluntur ab aliis. ibidem,& cap.3.verſic.15. num 3.
Optimi Principis virtutes.cap.3 ver.26.nu.4.
Debet aliquando diſſimulare ſubditorum errata. ibidem & confortare puſillanimes.cap.4.ver.4. num.3.
Debet habere intelligentiam diſcernendi vnum ab alio.cap 12.ver.13 num.9. Et debet cauere ſibi à ſubditis, tanquam ab hoſtibus.ibid. Et ſua ſapientia & experientia prodeſſe ſubditis. cap.15. ver.19 num.5.
Principes & Prælati dantur à Deo.ibid.n.4. Solent Prælatorum facta diſplicere ſubditis, quia iſti non intelligūt,qua ratione facta aut dicta ſint. cap.4.ver.6.num.4.
Principum cognomen,obliuiſci Dei.c.8.ver.13.n.3. Illorum inertia & obliuio ſui muneris. 5. cap.3. ver 26.num 1.
Pertinacia in ſua voluntate.c.12.v.24. n.1. Aliquando etiam ſunt inconſtantes, & facilè mutantur. cap.10.ver.5.num.2.
Principes abuti ſolent potentia.ca.8. ver.3. num.3. Sunt venationis ſtudioſi.cap.3.ver.14.nu,3. Et viridariorum.ibid.& ædificandarum arcium.ibid. & amplificandarum domorum.c.15.ver.28.nu.4. Et faciendarum expenſarum inutilium ibidem.
Princeps non debet eſſe inſipiens, neque fraudulentus.cap 12.ver.13.num.9.
Principum iniquorum oculos obuelat dæmon.ca, cap.9.ver.24.num.2.
Principes impij hypocritæ.cap.8. ver.13.num.4.
Principes & Iudices, miniſtri decipiunt.ca.13.ver,9. nu 3. Familiares & collaterales Principum notantur.cap,15,ver.27.nu.5.
Principis tyranni familia tota leonina.ca.4. ver.10 num.1. Princeps Leo.ibid.
Non ſolùm manu & opere, ſed etiam vultu & voce debet eſſe lenis & mitis num.5.
Vide etiam Iudex, Rex, Pater.

PRODITOR.

Proditorum ſymbola,quibus inter ſe vtuntur.cap. 15.ver.12.num.2.

PROOEMIVM.

Prooemiorum vſus & ratio,initio præfat. Sunt velut domus veſtibula. ibid. Aliæ etiam vtilitates, ibid. Quæ ſoleant contineri in prooemiis.ibid.

PROPHETA.

Prophetæ ſolent requirere ab Angelis interpretationes ſuarum reuelationum. in præfat. cap.8. num.5.
Quis propriè dicatur propheta. in præfatio.cap.9. num.2.
Variæ etiam prophetæ, & prophetandi rationes,& appellationes.ibid.
Iob propheta.ibid.nu.3. Et an illius amici Prophetæ.c 4.in annotatione præuia.num.7.

PROPITIATORIVM.

Quale fuerit. cap.14. ver.13.num.3. & quomodo diceretur tegere peccata ibid.

PROSOPOPOIA.

Proſopopoia loci.ca.7. ver.10.num.1.& ca 12.ver.9. num.2.
Per Proſopopoiam aut Mymēſin, aliqui explicant concilium et colloquium Angelorum et Satanę. cap.1.ver.6.num.9.

PROVIDENTIA.

Diuinæ Prouidentiæ currus,quadrigę,triumphus. cap.12.ver.1?.num.4.
Illius dimenſiones, altitudo, longitudo, latitudo, et profunditas,quæ cap.11.ver.9.num.4.
Non eſt curioſiùs ab homine perſcrutanda. cap 9. ver.24 num.2.
Prouidentiæ non fato, humanæ res tribuendæ.c.1 ver 21,num 12. Diuina Prouidentia circa errores et deceptiones hominum. cap.12. ver.16. num.1.
Illi etiam ſeruiunt errores et calumniæ.ibid.
Tribulationes et ſupplicia diſpenſat. cap.5. ver.5.et 6. Atque mala etiam, quæ ex culpa proueniunt. ibidem.
Deus humanarum actionum ſpeculator attentiſſimus.ca.7.ver.20.num.1.et cap.14. ver.16. num.1. 2.et 3.et ver. 17.num 1.
Eſt homini inſtar muri,qui illum circundat. cap.1. ver.10.nu.2.3.et 4.& cap 16 ver.15. num.2.
Deus prouidet & curat,quæ nemo curat, et quorū nemo recordatur.cap 12.ver.4.num.2. Diſpenſat etiam agris, et aliis rebus naturalibus bona et mala.cap.5.ver.5.et 6.
Rerum humanarum prouidentia, cedit in hominis honorem.cap.7.ver.17.nu.4.et 5.
An inter Iob, et illius amicos controuertatur de prouidentia.in præfat.cap.5.num.1.

PROXIMVS.

Miſericorditer, et leniter de proximo iudicandū, cap.13.ver.8.num.3.
Vide etiam Pauper, & Miſericordia.
Vide etiam Prouidentia circa iuſtum. Verb. Iuſtus, & circa impium. Vide Impius.

PRVDENTIA.

Prudentia carnis.cap.8.ver.14.num.4. Adducitur à Deo in ſtultum finem.cap.12.ver.17.nu.4.
Vide etiam Conſilia, Aſtutia, Cogitatio.

PVER

PVER.

Pueri appellatio non tam ad ætatem, quàm ad miniſterium refertur. cap. 5. ver. 15. nu. 9. Quid apud Iuriſperitos ſignificet. ibidem.

Pueri ingenium quale. cap. 5. ver. 2. num. 6. Eſt puſillo animo, & invido. nu. 7. ſtultus. ibid. Levis, & inconſtans. ibid. Facilè cupidus eorum, quæ videt. ibid. aſt impij & peccatoris Symbolum. ibidem.

Vide etiam adoleſcentia.

PVLVIS.

Quorſum in luctu fieret pulveris jactatio in aërem ſupra capita. cap. 2. ver. 13. nu. 2.

An ex ſolo pulvere arido Adami corpus formatū. *Vide Adam. Vide etiam Cinis.*

PVRGATORIVM.

Fides purgatorij, & immortalitatis animarum. ca. 7. verſic. 9. nu. 2.

Vide etiam Infernum, & in Indice Vocum ſimplicium.

PYRAMIS.

Pyramidum vſus. ca. 1 ver. 1. nu. 27. An pro condendis cadaveribus, & ornandis ſepulchris. ibid. An pro condendo frumento. ibid.

Pyramis ſepulchri Iob in finibus Idumææ & Palæſthinæ. ibid.

Q

Particula Quaſi, frequenter non ſolùm ſimilitudinem, ſed etiam veritatem affert. cap. 1. verſic. 1. num. 16.

Vide etiam, in indice Vocum ſimplicium.

Quies Mortis qualis ſit. *Vide Mors.*

Quomodo Deus dicatur quærere iniquitatem impij. *Vide Impius.*

R

RAPINA.

Rapinæ nomine vniuerſa peccata. cap. 16. verſic. 18. num. 1.

Tenaciter adhæret manibus. *Vide Furtum.*

Diuitiæ frequenter ex rapina. *Vide Rapina.*

RECTITVDO.

Rectitudo viæ, & vitæ pro innocentia, quæ nemini noceat. cap. 1. ver. 1. nu. 56.

Iuſtus iucundus & gratus aliis. ibid. nu. 57.

RECEDERE.

Recedere à malo verbum bellicum, aut militare. ca. 1. ver. 1. num 61.

Recedendum longè ab occaſionibus peccati. *Vide peccatum.*

Recedendum à ſocietate impiorum. *Vide Societas & Impius.*

RENES.

Viſcerum pars. cap. 2. in enumerat. morbor. ſect. 7. num. 4.

Renes ſymbolum teneriorum, & molliorum affectuum. cap. 16. ver. 13. num. 4. & ver. 14. num. 2.

Renum & lumborum morbi grauiſſimi. ibid.

Iob laborauit Renum dolore. c. 2. in enume. morb. ſect. 7. num. 4.

RESPICERE.

Reſpicere in aliquem, ſignum conſtantis animi, & nihil timentis. c. 6. ver. 18 num. 3.

Vide etiam in aliis indicibus, Oculus, Facies, Videre.

RESPIRARE.

Difficultas reſpirandi in Iob, vnde. cap. 9. verſi. 18. num. 3.

Vide etiam morbus, & Iob.

Deus dicitur reſpirare, cum mortalibus benefacit. *Vide Deus.*

Vide etiam Nares.

REX, REGNVM.

Rex regum quis, & apud quas nationes, ca. 1 ver. 1. num 17. Palæſthinorum Regum conſuetudo in creando ſupremo Rege. ibid.

Reges vngebantur oleo lætitiæ. cap. 1. ver. 1 nu. 63.

Reges ſimul & Sacerdotes quondam. ibid. *Vide etiam Sacerdotes.*

Rex, vnde dicatur in Græco cap. 9. ver. 13. num 5 Eſt baſis & fundamentum populi. ibi. Dicitur portare orbem. ibid. Eſt ſimilis fermento. ca. 1. ver. 1. num. 75 Candelabro ciuitati Soli. num. 76. Vento & ſpiritui rapidiſſimo. num. 77.

Pij Regis munus, quod. c. 1. ver. 1. num. 75. Illius pietate nutriuntur ſubditi. ibid. Exempla vitæ, quæ ab illo ſumuntur, ſunt efficaciſſima. num 77

Rex quaſi alter Deus. cap 12 ver. 19. num. 1. Regi familiares dicuntur ſacerdotes. ibid. Dicitur ſedere in ſolio, & ſede Dei. ibid.

Regum pertinax, & obſtinata voluntas. cap. 12. ver. 24. nu. 1. Similis rapidiſſimo flumini. ibid. Deus illam inclinat, quocunque vult ibid.

Reges impij exauctorati à Deo. cap. 12. ver 18. nu. 2. Regna ab vno ad alios tranſlata n. 3. Regibus & Imperatorib⁹ fortiſſimis injicit Deus pauorem. ver. 24. num. 2.

Non eſt acquieſcendum Regi in re iniuſta. ibidem. num. 1.

Regno & imperio dignus, qui iniquitatem odio habet cap. 1. ver. 1. num. 62.

Regna ſingula, vno vel pluribus oppidis conſtantia. ibid. nu. 25.

RESVRRECTIO.

Reſurrectio impoſſibilis viribus naturæ. ca. 14. ver. 12. num. 1. 2. 3 & cap 14. ver. 14. num. 1. 2.

Eſt ſimilis veſtimento conſuto. cap. 14. ver. 11. num. 6. Eſt generatio, & natiuitas, num. 3. & velut mater parturiens, terra. ibidem. Eſt immutatio ad meliorem ſtatum. num. 4. Variæ etiam illius ſimilitudines & exempla in rebus naturalibus. ibidem Eſt ſimilis creationi nume. 5. Et arbori reuireſcenti. cap. 14 ver. 7. num. 1 quamquam in aliquo etiam ſit diſſimilis arbori. num. 2.

Quomodo impiis negetur reſurrectio, concedatur verò iuſtis. cap 14 verſic. 11. nume 4. Quanta reſurrectionis, & beatæ immutationis gloria. num. 5. Futura reſurgentium alacritas. verſic. 5. num. 4.

Spes reſurrectionis incitat ad laborandum. cap. 14. ver. 11. nu 9. Dei caritas ſuſcitantis mortuos. nu. 5. Vox Dei & tuba archangeli cuiuſmodi futura ſit. num. 2. Vltimæ reſurrectionis deſcriptio. ver. 16. num 1.

Prouidentia, quam Deus habet actionum & rerū mortalium, ſignum eſt futuræ reſurrectionis. c. 14. ver. 16. num. 1.

In Reges ſolebat incumbere belli & hoſtium pondus. cap. 13. ver. 24. num. 2.

REVELATIO.

Reuelationis veræ, aut falſæ, notæ & ſigna. cap 4. verſi. 12 nume. 2 Quare dicatur furtiua. num. 5. & ſuſcipi per venas ſuſurri. ibidem. Timor præcedere ſolet veras reuelationes. verſic. 16. nume. 1. et 5.

Tempus nocturnum aptum reuelationibus ſuſcipiendis. cap. 4. ver. 13. num 5.

Reuelatio auris nomine ſignificata. cap. 13. verſi. 1. num. 1.

S

SABBATHVM, *Sabbathiſmus.*

Sabbathum requiei futuræ ſymbolum. Sabbathiſmus æternæ beatitudinis ca. 5. ver. 19. num. 5.

SABA.

Saba duplex.cap 1 ver.14 nu.6. Quæ illius nominis diuerſitas in Hebræo.ibid. Quæ illa Saba, vnde venit Regina Auſtri.nu.7.

Sabæi excurſiones faciebant in regiones finitimas. ver.14 nu.7.

In Saba & Æthiopia regnabant fœminæ.n.6.

SACERDOS, SACRIFICIVM.

Sacerdos, nomen honoris.cap 1.ver 5.n.16. Quibus titulis olim crearetur.ibid. Publico munere, & auctoritate fungitur ibi. Eſt potiſſima reipublicæ pars.ibidem. Quomodo olim conſecraretur. ibidem.

Sacerdos vſurpatur pro quocunque excellente viro c.12.ver.19.nu 1. Pro Regibus familiariſſimo. ibid. Sed propriè pro eo, qui Deo miniſtrat in ſacris.ibid.

Sacerdotes & ſacrificia cur dicantur ſancta. cap.1. ver 5 num.3.& c.6.ver 10.nu 5.

Sacerdotes iubebantur mundi & ſanctificati intereſſe ſacrificio.c.1.ver.5.n.4.& 5. Qualis illa mundities & ſanctificatio eſſet.n 6.Specioſę illorum veſtes cap.12.ver.19.nu.3.

Reges ſimul & ſacerdotes olim. cap.12 ver.19. nu.1. Certa & matura ætas ad ſacerdotium requiſita. cap.5 ver.1.num.1..

Cur præcepit non tonderi caput, & barbam ſacerdotum.c.1 ver.20.nu.11.

A dextris ſacerdotis cur dicatur aſtitiſſe Satan. c.1. ver.6 num.8.

Sacerdotum captiuitas in extrema calamitate. ca. 12.ver.19.num.1.

Sacrificia in lege naturæ, & in quem finem. cap.1. ver.5.nu.21. Offerre ſacrificium etiam dicuntur laici num.15.

In ſacrificiis ſumma pecudum capita abradebantur.c.1.ver.20.nu.13.

SAECVLVM.

Quot annis conſtet.c.1.ver.16 nu.7.Ludi ſæculares centeſimo quoque anno.ibid.

SAGITTA, SAGITTARII.

Sagittis peculiariter tribuitur multitudo, & cur. cap.16. ver.14. num.1 Sagittarij dicuntur Multi. ibidem.

Dolores & morbi dicuntur ſagittæ *Vide Dolores.*

Fulmina dicuntur Dei ſagittæ.*Vide Fulmen.*

SAL.

Sal prudentię ſymbolum.c.6.ver.6.n.6. Et teſtimonia ſacræ ſcripturæ.ibid

Eſt condimentum pauperum.ibid.

Sale & cimino tenus amici, prouerbium.ibid.

Inſulſa nutritioni inepta.num.7.

Sapientes inſulſi, qui.nu.6.

Ouum ſine ſale.*Vide Ouum.*

SALOMON.

An Salomon ſuos ipſe libros ſcripſerit. in præfat.c. 3 num.2. Polluit arte curandi morbos Dæmoniacos. cap. 2. in enumerat. morbor. ſect. 12. num.13.

Salomon aliquando forma optimi principis. ca.3. verſ.15.nu.3.Poſtea auaritia tactus.ibid.

An Salomon in Eccleſiaſte aliquando loquatur ex ſententia impiorum & voluptuariorum. capi.7. ver.9.num.4.

SALIVA.

Refrigerat, & humectat.cap.7.ver.19.nu.3.

Moribundi non poſſunt deglutire ſaliuam. ibid.

Silentij periphraſis, non poſſe deglutire.ibid.

Sputum ſanioſum, & fœtidum habuit Iob.*Vide Iob.*

SAMIA.

Samia vaſa olim in pretio.cap.10.ver.9.num.5.

SANCTITAS, SANCTVS.

Sanctitas & pietas eſt tabula in naufragio aliorum bonorum.cap.2.ver.3.num.1.

Apprehendenda velut arma, & ſcutum.nu.2.

Radicatur & fructificat velut arbor in manibus viri iuſti.ibid.

Dicitur mundities & perſpicuitas animi. c.8. ver.6. nu.3.& cap.14.ver.4.nu.1.

Eſt Merces, Iubilum, Lætitia.c.8.ver.21.nu.4. Eſt ſimilis domui ædificatæ; vitium vero aceruo lapidum inordinatorum.ver.17.nu.7.

Sanctitatis humanæ duo teſtes, Deus & conſcientia.cap.9.ver.20.nu 2.

Non eſt de ſanctitate coram Deo gloriandum. c.9. ver.15.num.3.

Quare angeli dicantur ſancti. cap.5. verſi.1. num.3. Erat nomen Fidelium primitiuorum.cap.6. ver. 10.num.5.

Sanctorum inuocatio.c.5.v.1.n.3.

Vide etiam Iuſtus, Impius, Pietas, Peccatum.

SANGVIS.

Sanguinis profuſio vindemiæ ſimilis.c.6.v.4.nu.6. Significat peccata contra proximum. ca.16. ver. 18 num.2.Clamor ſanguinis Abel. *Vide Abel, & Clamor.*

SAPIENS.

Sapiens melioribus vtitur, deteriora expectat. ca.3. ver.25.nu.3.

Sapientia dicentis attentionem conciliat.cap.4.in annotat. præuia.nu.1.

Sapientis eſt magiſtros quærere & colere.ca.15.ver. 18 num.2.

Vide etiam Prudentia, Iuſtus, Impius, Conſiliũ, Aſtutia.

SAPOR.

Cognominatus eſt Rex Regum.c.1.num,17.

SATAN.

Quis fuerit Satan Iobi impugnator & criminator. ca.1.ver.6 nu 6.

Idem fuit, qui ſæpè tentauit Iob.cap.2.verſi.7.nu.1. Quæ illius nominis vis & interpretatio.c.1.v.6. num.8 Quid egerit in concilio Angelorum.n.8. 9.10.& 11.

Quid ſit Satan ſtare à dextris, ſacerdotis potiſſimum. Impedire conatur rerum diuinarum augmentum & curam.ibidem.nu.8. Varia illius nomina.ibidem.Et ver.16.nu.2. Non tam viribus, quam aſtutia pugnat.ibidem. Eſt aſtutus ſimul, & crudelis,ibidem.& cap.2.ver.6.nu.1.

Illius inſidiæ & methodus cap 1. ver.13.num.2. Vide etiam ver 14. num.1. & ver.16.num.1. Importunitas eiuſdem.nu.3.

Illius malitia & nequitia. ver.14.num.1. Impudentia.v.6.n.6.& c.2.ver.2.nu.4.

Cur dicatur volatile.cap.1.verſ.12.num.5. Et Auis. cap.5.ver.7.num.10. Et Famelicus.ibidem. verſi. 5.nume.3.Et ſerpens vectis.cap.2.verſi.5.num.1.

Eſt quietis impatiens.cap.1. ver.7. num.3. Vagus, & profugus.ibid. Inſidiatur in viis, ibid. Malitioſè omnia perluſtrat.ibid.

Eſt ſemper impugnare paratus. ca.1. ver.10. num.3. Plus expetit, quam prima facie videbatur petere. ver.12.nu.3. Sitit humanum ſanguinem. n.4. & cap.2.ver.5.num.1.Reſtringitur & coercetur à Deo.ibid.

Nec timetur, nec honoratur à iuſto. cap.2.verſi.12. num.9. Eſt temerarius & mendax. verſi.22. nu.1. Antonomaticè dicitur impius.cap.9.verſic. 24. numero 3. Primùm eſt ſuaſor peccati, deinde nos de illo accuſat. capite 1.verſiculo 6. numero 8.

Inſidiatur frugibus.cap.1.verſ.14.num.3.
Obruere ſolet vires internas hominum obſcuritate teterrima.c.2.verſ.6.n.4 Cum viſum iuſtum poſſidet, adigit etiam citra peccatum ad opera turpia.ibi. Ludificat dormientes.ibid. Extenuare conatur merita ſanctorum. capi.2. verſic.4. num.1.
Abutitur ſua ſcientia Philoſophica, & Theologica.ca.2.verſ.4 nu.6.& cap. 3.ver.2. in conſiderat. lament.Sect.7.num. 5. Vtitur nobis ipſis contra nos.c.2.ver.5.nu.2.
Huius, tanquam tortoris miniſterio vtitur Deus c.2.ver 7 n.2.
Satanæ angelus colaphizans Paulum,quis.c.2.ver. 7.nu.3.
Vide etiam, Dæmon, Diabolus, Angelus.

SATVRITAS.

Saturitas,qua Hebræi in deſerto puniti ſūt, an fuerit peculiaris morbus.c 3 v.24.nu.4.
Vide etiam Conuiuium, Gula.

SATYRIASMON.

Satyriaſmon,quis morbus, & vnde dictus. cap.2.in enumer.morb.ſect. 1.nu.3.

SAVL.

Saulis nomen vnde c.7.ver 9.nu.3.

SCANITAE.

Scenitæ qui.ca.1.ver.1.nu.28. Illorum nomen à tabernaculis, in quibus habitant, deducitur.ibid. Differunt ab Huſitis.ibid.

SCEPTRVM.

Priſcorum regum peculiaria in ſceptris inſignia c. 9.ver.34.num.4 Babyloniorum præſertim.ibid. Tum etiam in ſacris.ibid.

SCLAVI.

Sclaui filiis pro ſeruis vtuntur.cap.1. verſi.2.num 5. Ab illis manauit nota ſeruorum inuſta genis. ibidem.

SCOPELISMON.

Capitale in Arabia crimen.c.5.ver.23.nu.7 & Quod qualeue eſſet.ibid.

SCRIBERE, *Scriptura.*

Formula citandi ſacram ſcripturam quæ.c.4.in annotat.præuia.nu.5.
Ad ſcripturam ſacram Deus vtitur opportuno ſcriptore, & apto calamo.in præfat.c 3 nu.3.
Scriptura ſacra mundus intelligibilis,& quæ iſtius mundi partes ca.8. in præfat. nu.1 illius diuiſio & partes, ibid. Optima ad intelligendam præparatio num.5 & 6.
Tres ordines ſacrorum librorum. in præfat.cap.9. num.5.
Scripturarum tractatio ſemper coniungenda cum noſtra vtilitate.in præfat cap.8.nu.6.& ca.10.nu. 3.4.5.
Scriptores ſacri de ſe tanquam de aliena perſona loquuntur.in præfat. cap.3. num.7. *Vide etiam Liber.*
Scribere & narrare præteritos labores iucundum. in præf.c.3.nu.4.
Scribere proprium eſt iudicis pronuntiantis ſententiam.cap.13.ver.26.num.5.& ſcribere formulam.ibid.

SCRVPVLVS.

Signum bonæ mentis.c 1.ver 5 nu.21.
Creantur interdum ex melancholia.cap.3.ver.2. In conſiderat.lamen ſect 2 num.1.Et frequenter ex ignorantia.n.7. Coniunguntur aliquando cum conſcientiæ terroribus. nu 2. Quæ illorum externa & interna ſigna.nu.3.Remedia.nu.1. Illorum deſcriptio. num.3. Medicina potiſſima eſt obedientia.ibid.
Scrupuloſi ſe interdum ſolent erigere animo.n.4.
Iobi calamitas & querimoniæ non referendæ ad ægritudinem ſcrupuloſorum. nun. 6. Quamuis potuerit etiam illis laboraſſe.ibid. Et ca.10.ver. 14.num.5.

SEDERE, SEDES.

Sedendi ſignificatio, & habitus modum capit ex adiunctis.ca.1.ver 13.nu.3. Ad animi tranquillitatem pertinet.c 6 ver 24 nu.4.
Sedes ſublimiores honorificentiores.c.5.ver.9. n.2. & cap.7.ver.10 nu 3.
Vide etiam Locus, & Honor.

SEIR.

Cuius nomen fuerit ca.1.ver.1.n.36. Et montis Seir habitator Eſau.ibid.

SEMIRAMIS.

Semiramidis ſepulchrum ſupra portam.ca.3.ver.15. nu.4.Et illius inſcriptio ibid.

SENES, SENECTA.

Senes maximè ſapere debent. cap.12. verſic. 20. num 2.
Senioribus aſſurgebant Spartiatæ. cap.7.verſic.8. num.4.
Illorum conſilia infatuat Deus. ca 12.ver 20. num. 2. Et permittit, ne ſuæ ſenectutis decorum ſeruent.ibidem.
Senecta iuſtorum in abundantia. cap.5 ver.20. nū. 2.2.3.Senectus negatur impiis,conceditur iuſtis, immutata etiam morte præceptis cap.15. ver.32. num.2 3.
Vide Iuſtus, Impius, Adoleſcens.

SENSITIVVM.

Senſitiui affectus ſignificatio.cap.3.ver.2. in conſiderat.lament.ſect.6.& 7.num.1. Et cap.6. verſi.5. 6 & 7.
Scientia aliquando dicitur de ſenſitiua & experimentali.*Vide in indice Regularum.*

SEPTEM, SEPTENARIVS.

Septem dies dedicationis templi læti ſi nt.ca.5.ver. 20.n.5. allato ad illos in luce ſolis ſeptempliciter maiori ibid.
Septenarius numerus pro indefinito.c 2.ver 13.n.5. Luctui & mœrori dicatus ibid. Nota multitudinis.cap.5.ver.19 num.5.

SEPTVAGINTA.

Septuaginta interpretes Vaticani,correctiores & ampliores, quam Complutenſes in præfat.ca.1. num.4. Cuius auctoritatis.ibidem. Et ca.1.ver.1. num.32.

SEPVLCHRVM.

Sepulchrorum claues habet Deus, cap 3. verſic 10. num.2.
Sepultura fidelium dicebatur Dormitorium. ver. 13 num.1.
Sepulchra ſumptuoſa in agris. cap.3. ver.14 num.4. Nobiles in montibus ſepulti ibidem. in ſepulchris ædificandis Indi, & Germani perparci. ibidem.
Sepulchra ex agris paulatim ad vrbes & templa adducta apud varias nationes. cap.3. ver.13. nu.5. Sunt ſpecula viuentium ibid.
Sepulchra tangentes iurant Naſamones ibid. Varij circa ſepulchra & funera ritus & ceremoniæ. ibidem.
Sunt velut capſa & ſcrinium, in quo aſſeruantur defuncti.cap 14 ver.6.num.2. & ſunt ſpecula viuentium.cap 3. ver.15.nu.5. Et ſunt terræ veteris cap 1.ver.21.num.5.
Sepulchri cum proprio domicilio comparatio. cap.17.verſic 13. num.1. Vniuerſa iſtius domus, & ſepulchri familia deſcribitur. verſiculo 14. num.5.

Non

Non alia cura dum viuimus, quàm parandi & ædificandi ſepulchri. cap.17.ver.13.nu.2.
In ſepulchris cum cadaueribus condebantur theſauri, & pretioſa ſupellex. c.1.ver.20.nu.8. Et ca.3. ver.15.nu.4. & ver.21. & 22.
Abſolon, qui ſibi ſuperbum monumentum exſtruxerat, ſepulchro caruit. c.1.ver.1 num.48.
Sepulchrum Semiramidis quale. *Vide Semiramis.*
Sepulchrum Dauid *Vide Dauid.*
Vide etiam Mors, Cadauer.

SEQVESTER.

Eſt ille, apud quem controuerſia deponitur. cap.9. ver.33 num 5. Vnde dicatur. ibid.
Deus quomodo dicatur ſequeſter. ibid. & præſertim ſequeſter noſtræ patientiæ. ibid Chriſtus Ieſus ſequeſter. num.7. & 8.

SERPENS.

Vnde dicatur in Hebræo & Chaldæo. c.1. v.14. n.1.
Serpentes igniti quales. c.5. v.7. nu.10. Alati in Arabia. ibid. & ſerpentes iaculi. ibid.
Serpentis cum muliere cognatio. *Vide Fœmina.*
Serpens vectis appellatur Satanas. *Vide Satanas.*

SERVVS, SERVILE.

Serui erant agricolæ. c.1.ver.3. num.14. Cur iidem familiares dicti. ibi. Ad pedes patrisfamilias cœnantis aſſidebant. c.1.ver.5.nu.8.
Serui furandi auidi. ca.5.ver.5.nu.3. illis perforabatur auricula. c.11.ver.13.nu.1.
Seruorum ſupplicium virga, & iugum. ca.9.ver.34. num 2. & conuolutio in orbem, aut ſphæram. c.15.ver.24.nu.3.
In ſeruo requiritur fidelitas. cap.4.ver.18.nu.3. Præſertim in Dei ſeruo. ibid.
Diſcrimen inter opera ſeruilia & liberalia. cap.1. ver.8. num.5.
Serui Dei appellatio quàm ſit honorifica. c.1. ver.8. num 5. Pertinet ad opera minimè ſeruilia. ibid. Qui alteri, quàm DEO ſeruit, verè eſt mancipium. num.6. Dei ſeruitus ſuauis, dæmonis grauiſſima. nu.7.
De ſuo ſeruo gloriatur Deus. *Vide Deus, & Iuſtus.*
Serui Dei dicuntur Angeli. *Vide Angelus. Vide etiam Sclaui.*

SEX, SENARIVS.

Senarius numerus nota multitudinis. cap 5.ver.19. num.2. Nuptiis & generationi dicatus. ibidem. Creationis ſymbolum. num.3. & vitæ præſentis. ibidem.

SILENTIVM.

Præcedere debet, vt quis benè poſtea loquatur. c.3. ver.1.num.3. Stultorum & ſapientum ſilentium. ibid. Eſt ſimile fræno generoſi equi. ibi. Silentio parantur, & eliguntur dicenda. nu 6. Auguſto, & magno corde, qui diu ſilet, anguſto & breui, qui multa loquitur ibid.
Iuſti in ærumnis ſilent. cap.3.ver.2.num.2,3. & quid illorum ſilentium indicet. ibi. Silentium iuſtorum, eſt comes illorum ſpei, & confidentię. ibid. Deum laudat. nu.3. Affert cognitionem proprij peccati. ibid.
Obmuteſcere ad confuſionem & erubeſcentiam. cap 5 ver 17 num.4. Malè ſibi conſcij ſilent. c.13. ver 19. nu 4.
Silentium ... hæreſis. cap 7. ver.19. num 3.
Silentium ſeruatur a Perſis inter edendum. capi.3. ver. 2. nu.1. Conuenit in initio conſolationis & ægritudinis. cap.2 ver.11. num 6 Silentio & aſſiſtentia confortauit Angelus Chriſtum orantem in horto. ibid. *Vide Lingua.*

SIMPLEX, SIMPLICITAS.

Simplicitatis, & variæ illius acceptionis tractatio fuſior. ca.1. à nu.51. vſque ad 55.
Simplicia, quæ vera & fidelia ſunt. num.51. Cur dicatur Iacob homo ſimplex num.55. Eccleſiæ ornatus ſimplicitas nu.54. Cur dicatur pauper ambulare in ſimplicitate. nu.54. Simplex cor, & lingua ſimplex quid. ibid.

SINAPIS.

Sinapis granum refert iuſtum contritum. ca.2 ver. 10. nu 1. Cur verba ſcripturæ, ſint illius ſimilia. in præfat. cap.8. nu.6.

SIN.

Sin & ſamech, literæ in Hebræo permutabiles. ca. 1.ver.14.num.7.

SODOMA.

Sodomiticum pomum quale. cap.1. ver.1. nu.49. & cap 13.ver.12.nu.1.
Cinis Sodomiticus, Symbolum æterni ſupplicij c. 13.ver.12.nu.1.
Sodomę excidium ſempiternum. ca.12.ver.14.nu.1. Vſurpatur pro exemplo ab amicis Iob. ca.4. ver. 7.num.2.

SOL.

Cœli oculus ca.3.ver.9.num.3. Potiſſima cœli pars. *Vide Cælum.*

SOLON.

Solonis luctus in morte filij. c.1. ver.20. num.19.

SOLENNITAS.

Solennitas dicitur, quaſi circumgyratio, eò, quòd redeat in orbem. c.1 ver.5.num.1. Noctes aliquæ ſolenniores diebus. *Vide Nox.*

SOLLICITVDO.

Sollicitudines noſtræ proiiciendæ in Deum. cap.7. ver.20.nu.4. & ver.21.nu.1. & 2.

SOMNVS, SOPOR.

Sopor quare dicatur cadere in homines. c.4.ver.14. num.4.
Somnus ſeruit fœtui elaborando. c.3.v.3.nu.5. Laborum induciæ. c.7.ver.4.nu.1.
Noctu ſomniamus, quæ interdiu deſideramus. c.7. ver.14 nu.2.
Inſomnia moleſta ex ærumnis diurnis. nu.3.
Vitioſorum ſomnia qualia cap.14.v.1.nu.7.
Somnus iuſtorum, obliuio laborum. cap.11. ver 16. num.2.
Somni & mortis ſimilitudo. *Vide Mors.*

SOROR.

Vnde dicatur. cap.1.ver.4.num.15.
Soror eſt chariſſima fratribus. n.16 ſignificat ſponſam. ibid. & cap.17.ver.14.nu.6. An etiam ſumatur pro meretrice. ibid.

SPECVLVM.

Cur ſenes & anus abiiciant ſpecula. cap. 14. ver.20. num.4.

SPES.

Spes in Deum non conſtituit illi tempus. ca.13. ver. 15.num.2.
Spes impiorum inanis & leuis. c. 11. ver. 20 nu.4.
Spes impiorum in vita, iuſtorum in morte. cap.17. ver.16.num.1.
Quomodo Abraham in ſpem & contra ſpem credidit. *Vide Abraham.*
Iuſtorum nomen, Sperantes. c.13.ver.15.num.3.

SPONSA.

Sub noctem deducebatur in domum mariti. cap.3. ver.7.nu.3. Lampadibus comitata. ibi. Laudabatur in nuptiis ibid.

STARE.

Stare in timore Dei, habitum militarem aff. tr. c.1. ver.1.num.61. Eſt etiam proprium angelorum. *Vide Angelus.*

STELLAE.

Exercitum & militiam conficiunt. cap.7. verſic.1. num.1.

Stellas de cœlo detrahere. *Vide Luna.*
Quomodo dicantur de cœlo caſuræ. c.3. ver.9. n 4. & cap.14. ver.12 num 5.

STERILITAS.

Sterilitas fœminarum a DEO ſit. cap.3. ver 10 nu. 2. Et terræ. ibidem. Et alia etiam agrorum mala propter peccata. cap 5 verſic.6. num.3. et ver 20. num 1.
Nouem famis & ſterilitatis tempora famoſa. ibid. nume.2. In fame publica Deus prouidet iuſtis. num.3.

STERQVILINIVM.

De ſterquilinio, in quo ſedit Iob, quod & quale fuerit ſuse diſputatur. c.2. ver.8. In enumer. morb. ſect.11. nu. 1.2.& 3.

STIPVLA.

Ignobilitatis et inutilitatis ſymbolum. cap.13. ver. 25. numero 4. et ſenectutis aridæ. ibidem. et impij. nume.7. et peccatorum leuium & minutorum, num.6. Stipulæ aut ignis, aut ventus minatur. num.7.

STOICI.

Stoicorum indolentia damnata. cap.1. ver.20 num. 1. et cap.3. verſi.1. in conſiderat. lamentat. lect.6. num 1.
Vide etiam Dolor.

STVLTVS.

Peccatoris cognomen. *Vide Impius, & Peccator.*
Stultiloquium et loquacitas *Vide Lingua.*
Stultitiæ gradus temeritas, impatientia, et ira, ca.5. ver.2. num.2.
Diues ſtultus. *Vide Diues.*
Finis ſtultus quis ſit. *Vide Impius.*

SVFFVMIGARE.

Suffumigandi ars apud Hebræos. capi.1. verſic. 5. num.3.
Illius etiam periti Alexandrini. ibid.

SVPERIOR.

Superior conſentiens impietati ſubditorum punitur. c.1. v.1. nu. 69.

SVPERBVS.

Eſt inſipiens et ſtultus. cap 5. ver 2 num.4. Deſideriis et ambitione torquetur. capite 15. verſic.20. num.2.
Dicitur filius dæmonis. cap.5. ver.7. num 5. Laborare detrectat. ibi. Dicitur ſcintilla, aut filius ignis. ibidem.
Superbi montes. c.9. ver.5. num.2. Illos adiuuat dæmon. ver.12. nu.4. Audent luctari cum Deo, ca.12. ver.19. num 5.
Sed illos ſupplantat colluctator Deus. ibid.
Dicuntur eleuati. cap.13. ver.21. nu.4. et. ca.15. ver 12. num 1.
Superbiæ ſymbolum, ceruices rigidæ, cap.13. verſic. 12 num.6. et cap 15. verſi 26. num.4. Et brachium excelſum, aut manus eleuata. capi.15. verſic. 25. num 2.
Superbiæ comes omnis impietas. c.15. ver.20. nu.2.
Quis dicatur per ſuperbiæ ibid.

SVPELLEX.

Quæ comprehendat, et vnde dicatur. c.2. v.4. nu.4.
Aurea et argentea ſupellex nobilium. cap 3. ver. 15. nu.3. Condebatur pretioſa ſupellex cum cadaueribus. *Vide Sepulchrum.*

SVRGERE.

Conſtantis animi eſt c 1 ver.20. nu.3. et 4. et de varia ſurgendi ſignificatione, et acceptione fuſior diſputatio. ibid.

SVSPIRIVM.

Afflicti ſuſpirant. c.11 ver.20. nu 4.
Cur ſuſpiriis, et gemitu leuetur dolor. *Vide Dolor, & Lingua.*
Gemitus et ſuſpiria, non repugnant fortitudini. cap.3 verſi.1. et in conſideratio. lamentat. lect 6. num.3.

SYCOPHANTA.

Sycophantæ vnde primùm dicti ab Athenienſibus. cap.9. ver.10. num.3.
Sycophantia calumnia, et Sycophantari calumniari. ca 10. ver 3. num 5.

SYRI.

Syri præliaturi veſtes abiiciunt c.1. ver.20. num 9.
Syri et Palæſtini vtuntur parabolis. cap.8. ver 11. num 1.

T

TEMPESTAS

Tempeſtatis deſcriptio et circumlocutio. ca.9 ver. 7. nu.1 2.3 In tempeſtate claudit Deus ſub ſignaculo lumina cœli. num.2. et 3.
Tempeſtatis tenebræ, quaſi ſigna et arma diuinæ potentiæ. num 3.
Tempeſtas et procella, diuina ira. ver.8 num 3.
Tempeſtas efficitur ab Arcturo, et aliis conſtellationibus cap 9. ver.9. nu 1 Vis diuina in tempeſtatibus, quæ dicatur, num 2.

TEMPVS.

Temporis circumſtantias obſeruare ſolet ſcriptura boni ominis cauſa. c 1. ver 6. nu 2.

TENEBRAE.

Tenebræ in meridie, de ingenti calamitate. cap 5. v.4. nu.1 Videntur polluere diem ver.5. n.1.
Tenebræ morientium triſtiſſimæ. num.2. et plenæ timore ibidem.
Tenebrę tempeſtatem amplificant. cap 3 ver.6. n.1. Solitariæ ſunt. ver.7 nu.4.
In tenebris deſiderant miſeri vel fulminis lumen. ca.3. ver 9 nu.2.
Tenebræ, carceres, vincula ca 3 ver 23 nu.1. et cap. 10. ver.22. num 11. et 12. Coniunctę ſunt cum animi dolore quo. nu.13. Significant miſerias et calamitates. nu.14 Videntur prouenire et naſci ex inferno. nu 15 Sunt timidæ nu 16. et plenæ confuſione, num.20.
Vide etiam Nox, Tribulatio.

TERMINVS.

Dei terminus, quis. cap.4 ver.23 nu.4.
Termini agrorum quales fuerint, et ex qua materia. ibidem. Terminales lapides ibid. Symbolum conſtantiæ, et immutabilitatis. ibid.

TERRA, TERRAE MOTVS.

Pro regione, aut vno regno, aut vna tantùm vrbe. cap.1. ver.1. num 24.
In terram corruere, eſt lugentis vel adorantis ca 1. ver.20. num.15. et in illam cadere dicebatur puer recens natus. ver.21 nu 3 Eſt hominis mater. nu. 2. et ſepulchrum illius vterus num.5.
Terra Theatrum ſcenicum, pro tragœdia humanę vitæ. c.1. ver.21 num.11.
Terram perpetuò moueri, opinio Pythagoricorũ. cap 9. ver.6 nu.1.
Sed eſt omnino ſtabilis nu 2.
In terræ motibus Deus formidandus. ibid.

TERROR.

Dictus etiam de præſentibus malis. cap.6. verſic.4. num.7.

TERTVLLIANVS.

Explicatur in præfat cap 5 num 4.

TESTIMONIVM.

Falſi teſtimonij grauitas. capite 16. verſiculo 9. num 6.
Morbi et dolores teſtimonium contra hominem. *Vide Morbus.* Conſcientiæ teſtimonium. *Vide Conſcientia.* Deus teſtis. *Vide Deus,*

THEMAN, THEMANITAE.

Theman appellatiuè ſumptum.ca.1 ver.1. num.28. Vnde dicatur in Hebræo.ibi. Vbi ſita n.29. Vrbs & Regio.c.4.ver.1.nu.3. Viri nomen.ibid.

Themanitæ fortitudine, & Sapientia clari. ibidē.

Themanitæ,& Sabæi mercatores.ver.19.nu.3.

THVS.

Thuris fumus ſuſtollebatur, & dirigebatur peculiari arte.cap.1.ver.5.nu.3.

Thure abundat Arabia.*Vide Arabiā.*

TIBICINES.

Adhibebantur in funeribus.c.3.ver.8.nu.5.

TIGRIS.

In Syria leoni ſimilis. cap.4.ver.11. nu.2. Aliquandò idem, qui Leo.ibid.

TIMOR.

Cur nigredini ſimilis.c.6. ver.16.nu.2. Etiam dictus de præſenti calamitate.ver.21.num.4.

Non eodem modo iuſtos & impios comitari ſolet c.3.ver.25.nu.5.

Timor Dei includit omnem legis obſeruationem. cap.1.ver.1.num.59. Cur lex timore tradita.ibid.

TINEA.

Tinea, occultum Dei iudicium.cap.4. verſic.19. num.5

TONITRVA.

Tonitrua Dei voces.cap.9.ver.6 nu.2.

TRADITIO.

Traditio veræ religionis, inter Huſitas.cap.1.ver.1. num 72.

Traditiones ſacræ.c.7.ver.9.num.3.

TRAIANVS.

Traianus primus in foro ſepultus. cap.3. verſic.15. num.5.

TRANQVILLITAS.

Tranquillitatis ſymbolum lilia. ca.3.ver.2. In conſiderat.lamentat.ſect.7.nu.4.

TRIBVLATIO.

Tribulatio hominem probat. cap.1. ver.11 num.2. Neceſſarium illius examen viro iuſto.ibid. Ad philoſophandum impellit.ver.21.num.2.& 12.& ver.16.num.6.

Tribulatio & patientia ſpem nutriunt.cap.2.ver.9. num.5. & cap.5.ver.16. num.1. & ver.17.num 2.3. Tribulationes ſunt carcer. cap 3.ver.23.num.2. & cap.12.ver.14.num.3.& cap.13.ver.27.num.4.& ca.16.ver.12.num.5.Illius ianitor Deus.c.5.ver.15. nu.5. Non eſt conandum fores effringere,Deo non aperiente.cap.16.ſupra. Deus ſoluit calamitatum vincula.c.5.ſuprà.

Tribulatio eſt velut lapis Lydius. cap.4.ver.6.nu.2. Sunt peccatorum pœnæ, ver.7. nu.1. Sunt ſimiles funeſtis auibus.ibid.nu.11. Sunt teſtes aduerſus hominem.cap.10. ver 17. nu.2. Sunt ex proprietate ſui nominis eleuatio hominis. num.5. Sunt Dei imperatoris milites.num 6.

Sunt turbo & procella.c.11.ver.16.nu.3.

Flumen exundans.ibi. Aquę multę.ibid. Æſtus.ver. 17.nu.1. Auſter.ibid. Veſpera.ibid.

In tribulationibus ſilendum,& quomodo.c.3. ver. 2.num 2.

Quæ a tribulatis dicuntur, ſunt fortiora, & ſunt myſteria.ibid.ver.1. num.2. Et initio conſiderationis lamentat. Non fruſtra prolata, ab afflictis.ca.6.ver.26.num.4.

Tribulatio eſt potio amara.cap.5.ver.17.nu.6. Ad illam nauſeāt impij. ibi. Ebibitur præſidio fellis & aceti Chriſti ibidem. Eſt inſulſa. cap. 6.verſi.6 num.7.

Replet animæ ventriculum.ca.9. ver.18.nu.4. & ca. 16.ver.11.num.4.

Tribulationes & pœnæ dicuntur ex proprietate nominis tentatio, aut tributum.cap.9.verſi.23. num.6. Sunt pondus, quo eleuantur peccata.ca. 6.ver.3.nu.5. Dicuntur dolores parturientis.ibid. ver.10.nu.2. Sunt medicina peccati. ca.14.ver.17. num.2.3.& 4. Probant patientiam.ver.19.num.3. 4.5.& 6.

Afflictus debet ſentire de Deo in bonitate. cap.16. ver.12 num.6. Debet ardentiùs inhærere Deo.ca. 17.ver.9.nu.1.& 2.

Tribulati quibus ſint ſimiles.c.3. ver.2. in conſiderat.lamen. ſect. 3. nu.2. Nullam conſolationem admittunt.ibi. Secum cætera etiam pati volunt, num.3.

Tribulatis lux tenebreſcere videtur.cap.3. ver.5 nu. 3 & ca.17.ver.7.num.1. & ver.12. num.5. Imò tribulationes ſunt tenebræ.ibid. & cap.10. ver.22. num.14. Tribulatis lux & vita inuiſa.cap.3.ver.8 num.5.& cap.5.ver.11.nu.3.

Miſeri deplorare ſolent infauſta præſagia.ca.3. ver. 25.num.3.

Qui in tribulationibus non admittunt conſolationes, adulatione gaudent. cap.4. ver.2.num.2.

Tribulationes grauiſſimæ, quæ diuturnæ. capi. 9. ver.23.nu.1. Qui diuturnis malis afficiuntur, ſunt expoſiti ludibrio.ca.9. ver.23. num.5. In propriis malis videre alios gaudentes, & illudentes, ingens cruciatus.ca.17.ver.6.num.4.

Qui in ægritudine ſunt, languent. cap.16. verſic.6. num.1.

Indigent roborari, & confortari.ibid. Honeſta cogitatio & conſolatio, arma aduerſus ærumnas. ibid. Afflicti orationibus impersonalibus vtuntur.cap.16.ver.10 num.2.

Tribulatio pretioſiſſima, & honorificentiſſima.ca. 5.ver.17. num.8. Affert cogitationem mortis & tædium vitæ. cap.6.ver.6.num.10.

Aliquando ad correptionem, aliquando ad extremum ſupplicium.c.6.ver.11.num.1.

Tribulationes Deus offert, vt iuſtiora præmia cōferat.cap.2. ver.6. num.10. & vt præbeant tribulati, patientiæ exemplum. ib. Et vt illorum liberatione, ſuam Deus potentiam oſtendat.ibid.

In tribulationibus immittendis Diuina prouidentia occulta. cap.5.verſi.6. nume.1.2.3. & verſi.9. num.3.

Deus puniens oratione placari debet, & peccatorum confeſſione.cap.5 ver.8.num.1.

Cur Deus permittat, iuſtos cadere in manus impiorum.cap.5.ver.15.num.5.

Deus poteſt innocentem affligere.cap.9.ver.33.n.2. Sed frequenter propter peccata.cap.5. ver.6.nu. 1.2.& 3.

Iuſtum in hac vita Deus aſſiduè flagellat, ne in iudicio poſtea puniat.ca.7. ver.18.nu.3.& 4. Quem vult Deus poſtea beatum, nunc corripit. cap 14. ver.16.num.2. Vulnerando ſanat.c.5.ver.18 nu.1. & 2. Præſtat omnia optimi Chirurgi munia. n.3. Pollet ſcientia ligaturæ. num.4. Quæ ipſe facit vulnera, ſunt ſalutaria.ibid. Statim poſt vulnus medetur.num.6.

Deus in tribulationibus miſericors & lenis. cap.2. verſic.6. nume.2. Meliores ſunt ab illo immiſſæ, quam Dæmonis blandimenta. ibidem. In mediis doloribus benignus. capite 6. verſic. 8. num.5.

Non penitus conterit. ibid. Miſeretur afflicti hominis. verſi.10. num.3. Reducit ex tribulatione per melius & breuius compendium ad felicitatem.cap.12 ver.23.num.5. Dicitur eſſe, & tribulari cum ipſo tribulato. in præfatione capitis 74. num.3.

uſti in tribulationibus, comes & vrbani. cap. 5. ver. 2. in conſiderat. lamenta. lect. 1. nu. 3. Muniuntur fiducia & conſtantia, in mediis tempeſtatibus. cap. 4. ver. 4. nu. 2. & 3. Admonere illos ſolet Deus impendentis mali, cap. 5. ver. 29 num. 3.

Iuſtus non ſolùm vincit, ſed ſuperuincit tribulationes. c. 4. ver. 6. n. 1. Non ſolùm ſingulas, ſed omnes ſimul conglobatas. ca. 5. v. 22. nu. 2. Triumphat de illis. c. 8. ver. 21. num. 3.

Iuſtus in tribulationibus floret. cap. 8. ver. 17. nu. 3. perficitur & creſcit illius virtus. c. 17. ver. 9. nu. 3.

Iuſtus propoſitus pro ſcopo multarum ſagittarum. c. 16. ver. 13. n. 4. Illum ſæpè collimat Deus. ibid. & n. 5. Sed impium rarò collimat. ibi. Iuſtus debet eſſe immobilis & fixus. ibid.

Tribulationes iuſtorum Deo honorificę. c. 1. ver. 21. num. 18.

Sunt Dei ingens beneficium. nu. 19. Pro illis gratiæ agendæ. ibid. Iuſtus in tribulatione iucundum Deo ſpectaculum. cap. 2. ver. 6. num. 9.

Iuſtis benè cedunt tribulationes. cap. 5. ver. 17. nu. 1. Beatitudinem illis adferunt. nu. 2. Spem gloriæ nutriunt in corde. nu. 3. Sunt ſignum diuini beneplaciti. nu. 9. In domo Dei filij vapulant. ibid.

Iuſtis tribulationes ſuaues. cap. 2. ver. 6. num. 9. Vertuntur in aurum. cap. 5. ver. 15. num. 5. Sunt ſalutares. c. 6 ver. 10. nu. 1. Dulceſcunt. c. 6. ver 6. nu. 9. Et afferunt gaudium. c. 5. ver. 22. nu. 1. Exiſtunt illis honorificę. cap. 7. ver. 17. nu. 2. Tum etiam cedunt in diuinum honorem. num. 3.

Iuſtorum ærumnæ dicuntur ænigmata. cap. 13. ver. 17. nu. 2. Quondam erant valdè mirabiles. ca. 17. ver. 8. num. 1. Sed minus mirabiles poſt Chriſtum paſſum. nu. 2.

Tribulationis ſolatium eſt, patientiam conſiderari ab aliis. ca. 17. ver. 26. nu. 1. Tum etiam aliorum iuſtorum ſpes de ſalute & remedio. ibid *Vide etiam Patientia, Morbus, Dolor, Impius, Iuſtus, Prouidentia, Vita.*

TYRANNVS.

Leo. cap 4. ver. 10. num. 1.

Tyranni appellatio pro Rege. ca. 15. ver. 20 nu. 3.

Sæpè malè pereunt. ibid. Cruciantur timore. ibid.

Stultum eſt mortalem tyrannidem exercere. nu. 4.

Tyranni exules. cap. 15. ver. 28. num. 2.

V

VADES.

Solebant manus defigere & implicare ad alterius manum. cap. 17. ver. 3. nu 3.

Deus, vas & ſponſor. num. 2. & optimi vadis forma. ibidem.

VENATOR.

Venatoris ferarum deſcriptio. c. 16. ver. 10. nu. 3. & 7. & ver. 11. nu. 1.

Canum venaticorum rictus. ibid. Principes venandi ſtudioſi. *Vide Princeps.*

VENTVS.

Ventus à regione deſerti in bonum & in malum. c. 1. ver. 18. nu. 3. Pro Auſtro. ibid.

An illius ſpeciem ſumpſerit Dæmon. ibid.

Ventorum orientalium differentia & nomina. ca. 15. ver. 2. num. 4.

VENVS.

Veneris ſtella. cap 11. ver. 17. nu. 3.

Veneris & Bacchi filia podagra. c. 2. ver. 8. in enum. morb. ſect. 5. nu. 4.

VERBVM.

Quid ſignificet. cap. 1. ver. 1. nu. 5.

Verbum Dei quomodo ſimilis grano ſinapis. in præfat. cap. 8. num. 6.

Verbum Dei non adulterandum, ſed rectè tractandum. *Vide Doctor.*

Verbum diuinum ſub ſpecie viſibili loquutum antiquis Patribus. c. 10. ver. 8. num. 11.

Verbi diuini natiuitas & generatio. *Vide Chriſtus.*

VERITAS.

Veritas in dictis & promiſſis, bona innocentiæ pars. c. 1. ver. 1. nu. 54.

Veritas non reformidat aduerſariorum argumentationes. cap 6. ver. 25. num. 3. Non indiget mendacio, ſed potiùs mendacium indiget veritate. cap. 13. ver. 7. nu. 4.

Formula confirmandi veritatem. Non mentior. ca. 6. ver. 28. nu. 3. *Vide etiam mendacium.*

VERMES.

Vermibus ſcatuit Iob; illos fuiſſe Dæmones ipſum arrodentes. ca. 2. in enumerat. morbor. ſect. 6. nu. 1. Appellantur pediculi aut ſerpentes. cap. 2. in enume. morb. ſect. 6. nu 3.

Illis conſumptus Herodes. n. 3. Eſt dignum ſupplicium contemptorum Dei. nu 4.

VESTIBVLA.

Veſtibula inter potiſſimas partes ædificiorum. initio præf. Qualia fuerint. ibid. In illis iubebantur clientes expectare ibid.

VESTIS.

Veſtes ſacerdotum ſpecioſæ. cap. 12. ver. 19. num. 13.

Veſtium dilaceratio quorſum fieret. c. 1. ver. 20. nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Veſtium laceratarum laus. cap. 1. ver. 20. num. 9.

Cur Ioſeph pallium dimiſerit. ibid.

Abiicere veſtes ad liberalitatem pertinere.

Res externas ſignificant veſtes. ibid.

Primogenitorum pretioſæ veſtes. cap 3. ver. 15. nu. 2.

Peculiares veſtes cuique ordini ibid.

Veſtes pretioſæ cum cadaueribus conditæ. c. 3. ver. 15. num. 4.

Veſtes à tinea corroſæ, quid ſignificent. c. 4. ver. 19. num. 6. Veſtes amici & propinqui, vel etiam ipſa opera. cap. 9. ver. 31. num. 2.

Veſtes ferinæ priſcarum gentium. c. 1. ver. 13. nu. 2.

VICTORIA.

Qui ſibi victoriam attribuunt, Deum prouocant. cap. 12. ver. 9. num. 4.

Vide etiam Bellum, Hoſtis, Pax.

VIGILIA.

Vigilia morbus. cap. 2. ver. 8. in enum. morb. ſect. 9. num. 1. & cap. 17. ver. 9. num. 3.

Vide etiam Morbus, Somnus.

VINDEMIA, *Vinum, Vitis.*

Hominum cædes & ſtrages dicitur vindemia. ca. 6. ver. 4. num. 7.

Vinum & oleum ad lætitiam, præſertim conuiuiorum. c. 1. ver. 13. num. 3. & cap. 5. ver. 20. num. 3.

Vinum rubrum in Palæſthina. c. 6. ver. 4. num. 6.

Vitis pręcipitata rurſus germinat cap. 8. ver. 18. n. 4.

Quo tempore floreat. cap. 15. ver. 33. num. 2. Maritatur etiam oleis. ibid.

VINDICTA.

Vindictæ cupiditas. ca. 9. ver 25. num. 5.

Homo difficilè remittit offenſam. cap. 10. v. 4. nu. 6.

Auidè capit occaſionem oblatam ſe vleiſcendi. c. 4. ver. 10. num. 3.

VIR.

Viri multiplex, & varius vſus, & ſignificatio. cap. 1. ver. 1. à n. 2. vſq; ad 14. Eſt nomen conſtantiæ, & fortitudinis. n. 4. & Chriſti. n. 5. Dicitur à virtute. ibid. Opponitur homini. n 10. Eſt nomen honoris. ibid. Multipliciter dicitur in Hebræo. nu. 11. Eſt nomen magiſtratus, & iudicis. n. 13. Quæ ſint propria viri munera. nu. 12. Viri pauci. nu. 4.

Viri vxoribus ædificabant domos. ca. 5. ver. 4. nu. 2.

Adam homo, non vir. *Vide Adam.*

Vide etiam Homo, fœmina.

VIRGA.

INDEX RERVM:

VIRGA.

Virga. *Vide Sceptrum,*

Virgæ ſanguineæ, quæ. c.9. verſ.34. nume.5.

VISCERA.

Viſcerum pars renes. *Vide Renes, & Fellis Vaſculum.* c.16. verſ.14. nu.3.

VISVS.

Viſus faciliùs meliuſque iudicat reliquis ſenſibus. c.9. verſ.25. num. 4. Vix poteſt conſequi et percipere res huius vitæ fugientes. c.9. verſ.25. num.4.

VITA.

Vitæ humanæ cum tela comparatio. c.7. verſ.6. n.1. Et cum nauicula vel radio textoris. nume. 2. et 3. Et cum roſa. cap.14. verſ. 20. nume.1. Et cum via. cap.1. verſ.21. num. 11. Et cum comœdia, quæ ex humanis actibus conſtat. ibi. Et cum tempeſtate, et mari feruenti. c.3. verſ.13. nu. 7. Et cum vociferatione, et tumultu. numer.4. Et cum prælio periculoſo. num.5.6. Et cum fragili flore. cap.14. ver. 2. nu.1.2.3. Et cum locuſta. nu.6. et cum vmbra. c.6. verſ.6. nu.4. et ca.14. v.2. num.4.5.6.

Vita humana dicitur dies. c.7. ver.1. nu. 13. Eſt ſimilis mercenario diario. ibidem. Dicitur quies et ceſſatio. verſ.8. num.1.

Cur reſpiratione conſtet vita humana. c.7. v.7. n.2. Quæ illius fundamenta. c.11. v.14. num.1.

Vitæ humanæ anguſtiæ. c.14 v.1. nume.4 Perturbatio et trepidatio num.6. Ira et indignatio aduerſus ſe ipſam. ibidem.

Vitæ humanæ breuitas, multis ſimilitudinibus explicata. c.9 v.25. num.1.2.3.4. et v. 26. n.1.2.3.4. et ca.7. v.1. n 13. et c.14. v.20. n.1. et c.7. v.6. n.1.2.3 et v.9. n 4. et c. 14. v.1. n.1. et ca.7. v.16. nu.4. Dicitur vanitas. ibidem. Obnoxia omnibus mutationibus. nume.3. Fugax. numer.6. Dicitur ſæculum. nume.7. anni, menſes, dies, horæ, nihil. ibidem. Paucitas. c.10. verſ.20. nu.4. Vitæ ſpacium conceditur homini, vt matureſcat diuino palato. ca.1. verſ.32. num. 3.

Vitæ humanæ diuerſa conſideratio, cap 3. verſic.2. in conſiderat. lament. Sect. 7. num. 3. Illius bona non ſunt verè bona. c.9. verſ.26. nume.5. Illius neque bona, neq; mala debent totum animum occupare. cap.11. verſic.15. num.2. Illis imponunt impij nomina honorifica. c.9. verſ. 26. nu.6. Sed ſapientia diuina aliis verioribus nominibus illa notat. ibidem.

Vita, mortis imago, c.14. v.2. num.4. Hominis vitá quaſi deplorati ægroti. c.10. ver.5. nu.4.

Omnium humanæ vitæ ſtatuum miſeria. ca.3. v.19. num.3. Huius vitæ ærumnas, ex neceſſitate accidere. c.7. in annota. præuia. nu.7. Vitæ miſeriæ ſunt omnibus communes. c.7. v.1. nu. 13. Nemo debet illas erubeſcere. ibidem.

Sunt homini fructuoſæ. ibidem.

Vita hæc tentationis locus. cap.7. verſ.1. num.5.6.7. Eſt plena diſcriminibus. nu.4. Eſt locus ſumendi experimenti. num.8.

Quid ſit, ſe maiora in vita quærere. capit.14. verſ.2. num.6.

VITIVM.

Vitium, virtuti finitimum. c.1. ver.9. num.5.

Vitioſorum ſomnia, *Vide ſomnia,*

Vide Peccatum, & Impius.

VOCARE.

Abſolutè ſumptum pro inuitare. cap.1. verſ.4. nu.13. Vocatores dicebantur, qui ad cœnas vocabant. ibidem.

Qui dicantur vocati Ieſu Chriſti. ibidem.

VOLVMEN.

Volumina quomodo fierent apud antiquos. ca.11. verſ.13. num.2.

VOLVNTAS.

Fertur in bonum, c.3 verſ. 2. in conſiderat. lament. Sect.7. num.1 & in deteſtationem mali. ibid.

Voluntas apud Deum pro facto reputatur, in præfat. c.7. num. 9.

Regum pertinax voluntas flectitur à Deo. *Vid. Rex & Princeps.*

Vide etiam Cor, Deſiderium, Cupiditas.

VOLVPTAS.

Quid generet in corde. c.5. verſ.27. num.3.

Voluptuarij puniti. *Vide Diues, Pinguis, & Pinguedo.*

VLCVS.

Vlcus Ægypti quale fuerit. c.2. in enumerat. morborum. Sect 3. num.1. Cur illud præceſſerit conſperſio cineris. ibid.

Vlcerum malignorum differentia, & nomina. ibidem. num. 2. & 3.

VLPIANVS.

Vlpianus Tyrius multa quæritare ſolebat de quolibet propoſito cibo. initio præf.

VMBRA.

Humanæ vitæ ſymbolum. cap.14. ver. 2. nu.4. & inconſtantiæ. nume. 5. Non omnino eſt expers lucis. ibidem. Eſt fallax, & fugax num. 6.

VNVM.

Vnum, & multa in ratione numerandi, quam proportionem habeant. c.9. verſ 3. num 3.

VVLGATVS INTERPRES.

Vulgatus interpres commendatus & defenſus. c.1. verſ.2. numer.1. & cap.3. verſ.3. numer.6 & verſ.8. num.5. & cap.3. verſ 6. numer.2. & cap 4. verſ 19. num.7. & cap.5 verſ.5. nu.4. & cap.5. verſ.18. nu.1. & cap.5. verſ.26. num.1. & verſ.26 num.4. & ca 6. verſ.3. num.2. & cap.6. verſ.3. numer. 8. & cap. 7. verſ.16. num 7. & cap.8. verſ 12. numer 2 & cap.9. verſ.12. num.2. & cap.10. verſ 1. num.2. & cap. 10. verſ 14. num.3. & cap.11. verſ.2. nume.4. & cap. 11. verſic 3. num 2. & cap.12. verſ. 2. num.4. & cap.13. verſ.12. num.6. & cap 13. verſ 5. nume.1. & cap. 14. verſ. 7. num.4. & cap.15 verſ.11. nume.2. & cap.16. verſ.3. num.2. & cap.17. verſ.1. num.3. et verſic.2. num.1. et 3. et verſ.3. num.4. et verſ.6. nume. 4. et verſ. 12. num.5.

VVLPES.

Vulpina aſſuenda leoninæ. c.1. verſ.13. nu. 2. Vulpes ſtipulis accenſis alligatæ in ludis Cerealibus. c.1. verſ.14. num.3.

VVLTVR.

Vultur triduo antè prædiuinat cadauera futura. c. 9. verſ.26. num.4.

VXOR.

Vxor dicitur ſpecies domus, et quare. cap 5. verſ.14. num.3. Non debet foris vagari. ibidem.

Appellatur ſoror. capit.1. verſicul. 4. num 16. et cap. 17. verſic.14. nume.6. Vxorum munia, et officia. ibidem.

Z

ZACHARIAS.

Zachariæ ſepulchrum. cap.3. verſ.15. num. 4.

ZELVS.

Peccatum ex zelo facilè dimitti. cap.13. verſicul. 7. num.4.

Frequenter, qui iactant ſe vti zelo diuino, ardent zelo humano. c.13. verſ.8. num.2.

INDEX AVCTORITATVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ ſparſim in hoc opere explicantur.

Præter alias plures, quas conſultò omiſimus breuitati conſulentes, quas lector non ſine operæ pretiò interpretationis paſſim offendet. C. caput V. verſiculum capitis. N. numerum margini adſcriptum indicat.

Ex Genesi.

Cap.1. In principio creauit Deus &c.c. 1.v.6. num. 2.

15. Factũ eſt veſpere & mane dies vnus. c.3.v.26.n.

16. Fecit luminaria, vt eſſent in ſigna, & tempora. &c.c.4.v.7.num.3.

26. Faciamus hominem ad imaginem &c.ca 1.v.1. n.30. & c.10.v.8.n.4. & 13.

31. Vidit Deus cũcta, quæ fecerat. etc. c.10.v.8.n.4.

Cap.2.1. Perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum.c.7.v.1.n.2.

8. Formauit Deus hominem.c.10.v.9.nu.2.3.& v. 12.n 7.& c 1.v.1.n.2.

5. Non pluerat Dominus ſuper terram, ſed fons aſcendebat de terra.c.5 v.10.n.2.

7. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.c.7.v. 7 n.2.& c.10.v.8.n.18.

7. Factus eſt homo in animã viuentem c.2.v.4.n.1.

17. Morte morieris.c.7.v.1,n.11.c.8.v.8.n.5.

21. Repleuit carnem pro ea, cap.1.v.1.n.2.c.2.v.4. num.3.

Ca.3.1. Serpens erat callidior cunctis animantibus. cap.5.v.12 nu.1.

14.17. Quia audiſti &c. Maledicta terra in opere tuo.&c.c.1.v.12.n 7.& c.4.v.8.n.4.cap. 5.v.6. n.2.& v.20.n.2.c.8.v 3.num. 2. & c.9.verſ 28. num.2.

19. Donec reuertaris in terram.cap.6.v.10. num 3. & cap 7 v 1.n.10.

Cap.4.1 Poſſedi hominem per Deum. c.1.v.2.nu.6.

7. Si malè egeris ſtatim in foribus peccatum tuum aderit.c.5.v.n 2.

10. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. capit.5. v.4.n.1.& cap 12.ver.13.n.5.& c.13.v.22.n.2. & cap.16.v.13.n.5. & cap.13.v.22.n.2. & c.16. v.19. n.5.

11. Maledictus eris ſuper terram.&c. cap.5.ver.20. n.2.& cap 9.v 31.n.1.

12. Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear.c.6.v.11.n.1.

24. Iſte cæpit inuocare nomen Domini &c.c.1.v.6. n 3.& c.5.v.1.n.1.

Cap.6.2. Videntes filij Dei filias hominum &c. c.1. v.1.n.73. & v. 6.n.17.

3. Non permanebit ſpiritus meus.c.3.v.17.n 2.

6. Tactus dolore cordis, delebo (inquit) hominem. &c.c.10.v 8.n.18.

9. Noe vir iuſtus in generatione ſua.c.1.v.1.n.70.& v.8.n.12.

Cap.7.17. Incluſit eum Dominus de foris. c.3.v.23. numer.3.

Cap.8.5. Aquæ ibant & decreſcebant c.1.v.4.n.1.

Cap.9.25. Maledictus puer Canaan, ſeruus ſeruorum erit &c.c.5.v.8.n.6.

Ca.10.9. Nemrod fuit robuſtus venator coram Domino c.2.v.2.n.24.& c.3.v.14.nu.3.

9. Si ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo. ca.1. v.3.n.6.

Cap.14.21. Flante vento vehementi, & vrenti.cap. 15.verſ.2.n.

Cap.15.1. Factus eſt ſermo Domini ad Abraham per viſionem.&c. c.4.v.13.n.2.

1. Ego protector tuus ſum.c.17.v.3.n.5.

6. Reputatum eſt illi ad iuſtitiam.ca.3.verſ.3.nu.6. & c.13.v.24.nu.4.

Cap.16.4. Deſpexit Dominam ſuam.c.3.v.1 n.7.

Cap.18.1. Apparuit ei Dominus.c.1.v.6.n.13.& c.3. v.4.n 5.

19. Scio quod præcepturus ſit filiis.ca.15.v.7.num.1.

27. Abſit à te vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio.c.4.v.7.nu.2.& v.17.n.2. & cap.18. v 3.n.4.

Cap.19.12. Habes hic quempiam tuorum generum &c. Omnes, qui tui ſunt, educ de vrbe hac. c.1. verſ.5.n.17.

Ca.20.7. Propheta Dei eſt, & orabit pro te. in præfat.c.6.n.3.

À verſicu. 2. vſque ad 14. magna ex parte explicantur.c.1.v.1.n.73.

15. Terra coram vobis eſt.c.1.v.3.n.9.

18. Concluſerat Dominus omnem vuluam Domus Abimelech.c.3.verſ.10.n.1.

Cap.21.12. iuxta miſericordiam, quam feci tibi, facies mihi. c.10.12.nu.4.

C.22. Nunc cognoui quod timeas Deum.c.4.v.8.n. 12.1. & c.9.v.28.n 2.& c.15.v.7.n.4.

Cap.23.11. Audi nos. Princeps Dei es.ca.1.v.1.n.73.

16. Quadringentos ſiclos probatæ monetæ publicæ. c.1.v.3.n.4.

Ca.25.27. Iacob, vir ſimplex habitabat in tabernaculis &c. Eſau homo agricola &c.c.1.v.4.n.54. & c.6.v.1.n.2.

33. Eſau vendidit primogenita.c.1.n.17. & n.22.

C.26.7. Cum interrogaretur Iſaac à viris Gerara. c.1.v.1.n 13.

20. Appellauit eum inimicitias. c.1.v.6.n.8.

C.27.15. Veſtibus Eſau valde bonis:c.3.v.15. num.2.

27. Eſto Dominus fratrum tuorum.c.1.v.1. num 19.

Ca.29.31. Aperuit Dominus vuluam.c.2.v.1.nu.1.

Capit.30.2. Num pro Deo ſum ego, qui priuauit te fructu ventris tui.c.2.v.4.n.3.c.1.v.2.n.6.

32. Re-

32. Reſpondebit mihi cras iuſtitia. c. 13. v. 22. nu. 1.
Cap. 31. 7. Pater veſter circumvenit me, & mutavit mercedem. &c. c. 17. v. 2. n. 2.
15. Nõne ſicut alienas reputavit nos? c. 13 v 2. 4. n 4
53. Iuravit Iacob per timorem patris ſui. c. 1. v 1. n. 60. cap. 3. v 25 n 1.
C. 32. 3. Abiicite Deos alienos & mundamini &c. c. 1. v. 5. n 4.
20. Forſitan propitiabitur mihi. c. 13. v. 8. n. 2.
Cap. 33 11. Suſcipe benedictionem, quam donavit mihi Deus tribuens omnia. c. 1. v. 9. n 4.
C. 36 33. Regnavit Iobab filius Zaræ de Boſra. c. 1. ver. 1 nu. 31.
Cap. 37. 2. Accuſavit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo, c. 1: ver. 5. nu. 21.
27. Vives in gladio, & fratri tuo ſervies. ca. 6. v. 15.
Cap. 38. 24. Producite eam, ut comburatur, c 10. v. 15. num. 8.
29 Quare diviſa eſt propter te maceries? &c. c. 16. v 15 n. 1.
Cap. 41. 1 Putabat ſe ſtare ſuper fluvium. de quo aſcendebant ſeptem boves &c. et paſcebantur in locis paluſtribus. c. 8. v. 11. n. 3. & c. 15. v. 27. n. 2.
14. Eductum de carcere Ioſeph totonderunt. c. 1. v. 20. num. 11.
Cap. 24. 5. Erat fames in terra. cap. 1. v. 1. n. 23. & cap. 5. v. 20. nu. 2.
7. Cum agnoviſſet eos, quaſi ad alienos durius loquebatur. ca. 7. ver. 10. nu. 1.
C. 43. 9. Ego ſuſcipio puerum. c. 17. v. 3. n. 2.
11. Deferte munera viro illi. c. 1. v. 1. n. 13.
C. 45. 8. Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum. c. 1. v. 21. nu. 16.
8. Fecit me quaſi patrem Pharaonis. c. 15. v. 18. n. 2.
C. 47. 19. Eme nos in ſervitutem Regiam, & prabe ſemina. &c. c. 1. v. 3. n. 13.
Ca. 48. 2. Do tibi partem unam extra fratres tuos quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. c. 1. v. 2. n. 5.
C. 49. 3. Ruben primogenitus meus, prior in donis. c. 1. v. 1. n. 19. & v. 5. n. 17. & c. 4. v. 21. nu. 1.
9. Quaſi leena, quam ſuſcitare quis audebit? c. 10. ver. 16. nu. 2.
11. Ligans ad vineam pullum ſuum c. 15. v. 33. n. 1.
12. Pulchriores oculi eius vino. c. 6. v. 4. nu. 6.
C. 50. 19. Nolite timere. Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? cap. 1. v. 21. nu. 16.

EX EXODO.

C. 1. 5. Ioſeph autem in Ægypto erat. c. 11. v. 1. n. 23
21. Ædificavit eis domos. c. 12. v. 14. nu. 1.
C. 2. 3. Sumpſit fiſcellam ſcirpeam. &c c. 7. v. 11. n. 2.
25. Reſpexit Dominus filios Iſrael, & cognovit eos. cap. 1. ver. 8. num. 10.
C. 3. 8. Terra, quæ fluit lacte, & melle. c. 5. v. 9. n. 5
C. 4. 20. Reverſusq; eſt, portans virgam Dei. &c. c. 9. v. 24. n. 3. 9.
Cap. 4. 23. Dimitte filium meum, ut ſerviat mihi cap. 1. ver. 8, num. 5. 7.
C. 5. 12. Diſperſus eſt populus &c. c. 13. v. 25. n. 6.
Cap. 6. 6. Redimam vos in brachio excelſo. c. 15. v. 25 n. 1.
12. Incircumciſus labijs ſum. c. 5. v. 5. n. 2. c. 11. ve. 2. num. 5.
Cap. 7. 1. Aaron frater tuus erit propheta tuus. in præfat. cap. 9. num. 3.
Avertit ſe, & ingreſſus eſt domum ſuam, nec appoſuit cor ſuum, etiam hac vice. c. 1. v. 8. n. 1.
24. Explicantur omnes plagæ ſuo ordine. c. 2. v. 8. in enumerat. morb. ſect. 13. nu. 4.
C. 8. 9. Ego indurabo cor Pharaonis. c. 8. v. 20. n. 2. cap. 9. v. 4. n. 4.
Ca. 9. 10. Vlcera, & veſicæ turgentes. c. 2. in enumerat. morb. ſect. 3. num. 1.
16. Idcirco poſui te, ut oſtendam in te fortitudinẽ meam. c. 2. v. 6. n. 10. & in enum. mor. ſe. 13. n. 3.
Cap. 14. 14. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. c. 3. v. 13. n. 2.
Cap. 15. 8. In ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ. c. 5. v. 12. n. 1. & c. 15. v. 13. n. 8.
13. Dux fuiſti in miſericordia. c. 10. v. 12. n. 4.
14. Aſcenderunt populi, & irati ſunt. c. 14. v. 1. n. 6.
16. Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine. c. 9. v. 4. n. 2.
18. Congregatæ ſunt abyſſi in medio mari. c. 10. v. 10.
C. 19. 6. Eritis mihi in regnum ſacerdotale. c. 12. v. 19. num. 1.
C. 20. 6. Faciens miſericordiã in millia. c. 5. v. 16. n. 6.
7. Non habebit inſontem eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra. c. 9. v. 28. n. 6. In vanum. c. 11. v. 11. n. 2.
C. 21. 8. Si diſplicuerit oculis Domini ſui, dimittet. &c. c. 6. v. 23. n. 3.
21. Provide de omni plebe viros potentes, in quibus ſit veritas. n. 12. v. 13. n. 9.
C. 23. 1. Non iunges manum tuam cum impio. c. 9. v. 33. n. 4.
Cap. 29. 38. Hoc eſt quod facies, agnos anniculos duos. c. 1. v. 1. n. 17.
Cap. 30. 35. Thus lucidiſſimum. cap. 8. v. 3. 6. num. 3. cap. 9. v. 30. n. 6.
Cap. 32. 6. Sedit populus manducare & bibere. c. 1. v. 5. n. 4. & n. 22. 23.
Ca. 33. 12. Novi te ex nomine, & inveniſti gratiam. c. 1. v. 9. n. 4.
20. Non videbit me homo & vivet. ca. 13. v. 21. nu. 6.
Cap. 34. 6. Patiens & multæ miſerationis. c. 4. v. 9. n. 2. & c. 10. v. 8 n. 18.
7. Qui aufers iniquitatem. &c. c. 7. v. 21. num. 1. & c. 10. v. 14. n. 4.

Ex Levitico.

Cap. 13. 45. Quicunque maculatus fuerit &c. Habebit os veſte contectum. &c. Integer locus de leproſo explicatur. c. 2. v. 6. in enumerat. morb. Sect. 4. n. 1. & Sect. 11. n. 5.
Cap. 15. 3. Vt caveant ab immunditiis, & non moriantur in ſordibus ſuis &c. c. 1. v. 5. n. 4.
17. Veſtem, et pellem, quam habuerit, lavabit aqua. c. 2. v. 4. n. 4.

C.19.15. Non honores vultum potentis. ca.13 v. 8.n.
2.27. Neq; in rotundum attondebitis comam. c.1.v.20.nu.11.
Cap. 25. Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam &c.c. 5.v.13.n.5.
Cap.26. Viſitabo vos velociter. cap.4.v.5.n.1.

Ex Nvmeris.

Cap.5.18. Tenebit aquas amariſſimas. cap.13. verſ. 20.num. 4.
Cap.6,12. Dies priores irriti fiant. &c.c 3.v.3.n.2.
Cap. 12 7. Seruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt. c.4.v.18.n.3.
16. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei. l. per ſomnium loquar &c. in præfat. c.9.n.2.
C.13.30 Chananæus moratur iuxta mare, & iuxta fluenta Iordanis. c.1.v.1.n.13.
Cap.14.9. Receſsit ab eis omne præſidium. ca.1.v.1. num. 44.
18. Auferens iniquitatem, nullumq; innoxium derelinquens c.9.v 28.n.3.& c.10 verſ.14.n.4.
Ca.15.30. Anima, quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit. &c. c.5 v.25 n.1.
Cap. 21. 6. Miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes. &c. c.5 v.22.n.5.
Cap.22.17. Veni & maledic populo iſti. cap. 5. v.3. nu. 6.
Cap.23.21. Clangor victoria Regis in illo. ca.8.v.21. n 3.& c.11.v 18 n.10
Cap 24.3. Dixit homo, cuius obduratus eſt oculus &c. c.10.v.4 n.1.
17. Orietur ſtella ex Iacob. &c. ca.9 v.8.n.4.
Cap. 27. 18. Tolle Ioſue filium Nun, virum in quo eſt ſpiritus. c.1.v.1.n.14.

Ex Devteronomio.

Ca.1.17. Non accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt. c.13.v.8.n.1.
Cap.4.9. Cuſtodi à peccato temetipſum. cap.10.v. 14.num.3.
Cap.6.11. Cum comederis, & ſaturatus fueris, caue diligenter, ne obliuiſcaris Domini Dei tui. ca.1. v.5.n. 2.& 4.
Cap.8.2. Recordaberis cunctis itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus &c. vt affligeret te atq; tentaret &c. c.1.v.11.n.2.
5. Sicut erudit homo filium ſuum, ſic Dominus Deus tuus erudit te. c 4 v.3.n.3.
Ca. 11. 24. omnis locus, quem calcauerit pes veſter, veſter erit c.9 v 8.n.4.
Cap 12.7. Lætabimini in cunctis, ad quæ miſeritis manum &c. c.1.v 10.n.7.
Cap. 13.14. Quære ſollicitè & diligenter rei veritate perſpecta, ſi inueneris &c.c.4.v.18.n 2.& c.2.v.27.n.1 & c.18.v.9.n.1.
Cap 16.19 Munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum. c.12.v.20.n. 1.
Cap. 18.15. Prophetam de gente tua & de fratribus ſuis ſicut me, ſuſcitabit &c. c.1.v.1.n.22.& v.6.n.6.& c.9.v.24.n.8.
Cap 19.6 Ne fortè propinquus eius, cuius effuſus eſt ſanguis, dolore ſtimulatus, perſequatur &c. c 11.v.12 n.2.
21. Animam pro Anima c.16 v.4.n 4.
C.21.v.1.2.3.4. Quando inuentum fuerit in terra cadauer hominis occiſi etc. ſeniores tollent vitulam, quæ non traxit iugũ, et ducent eam ad vallem aſperam &c c.5.v.20.n.1.c.12.v 19.n.4.
6. In gente ſtulta irritabo illos. c.2.v.10 n 2.
Ca.24.6. Non accipies loco pignoris inferiorem, & ſuperiorem molam, quia animam ſuam oppoſuit tibi. c.6.v.5 n.10.
Cap.28.6. Benedictus eris ingrediens, & egrediens &c.c.1.v.10.n.7.
24. Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem &c. c.10.v.10 n.8.
Per vnam viam egrediaris contra eos, et per ſeptem fugias. c 2.v 10 n 8. & c.3.v.23.n 3.
27. Percutiat te Dominus vlcere Ægypti. c.2.v.8. in enumerat. morb. Sect.3.n.1.
37. Eris perditus in prouerbium, & in fabulam, etc. ca 17.v.6 n.1.
50. Adducam gentem procaciſſimam, quæ non deferat ſeni. c.13.v.8.n.2.
58. Augebit Dominus plagas eius. c.1.v.12.n. 9.
65. Dabit tibi Dominus deficientes oculos. c.17.v.5. num. 4.
66. Erit vita tua pendens ante te. c.15.v.23.n.6.
Cap.29.18. Ne ſit inter vos radix germinans fel, & amaritudinem. c.13.v.26.n.2.
19. Cum audierit verba iuramenti huius, benedicat in corde ſuo &c. & aſſumat ebria ſitientem. c.2. v.9. ſibi. num. 7.
Cap.32.1. Audite cœli, quæ loquor. c.15.v.19.n.3.
13. Conſtituit eum ſuper excelſam terram &c. vt ſugeret mel de petra &c. c.5.v.23.nu.3.& ſanguinem uvæ biberent &c.c.6.v.4.n.6.
24. Conſumẽtur fame, et deuorabũt eos aues morſu amariſſimo. c.13.v.26.n.4.& c.5.v.6.n.5.9.
27. Propter iram inimicorum diſtuli, ne forte ſuperbirent hoſtes. c.5.v.2.n.5.
33. Vua eorum, uva fellis &c.c.13.v.26.n. 4.
36. Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis miſerebitur. c.7.v.7.n.3.

Ex Iosve.

Cap.1.8. Non recedet volumen legis ab ore tuo, ſed meditaberis in eo. c.6.v.20.n.6.
Cap.2.14. Anima noſtra ſit pro vobis in mortem. c. 16.v.4.n.4.
Cap.4.9. Alios duodecim lapides poſuit in medio Iordanis, & ſunt ibi vſque ad præſentem diem. c.1.v.1.nu. 38.
Cap 24.14. Seruite ei corde perfecto, atq; veriſſimo. c.1.v.1.n.5.

Ex Libro Ivdicvm.

Cap.5.20. Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo aduerſus Siſaram pugnauerunt. c.7.v.1.n.2.
Cap. 6.30.31.32. Explicatur fuſe ſignificatio & ratio nominis Ierobaal. c.9.v.3.n.1.

Cap.9.43. Abimelech tulit exercitum ſuum, & diuiſit in tres turmas.c.1.v.17.n.4.
Cap.13.22. Morte moriemur, quia vidimus Dominum.c.4.v.16.n.5.
Cap.15.10. Aperuit Dominus molarem dentem in maxilla aſini, & egreſſæ ſunt ex ea aquæ &c. c.6.v.5.num.4.
Cap.16.9. Rupit vincula, quomodo ſi rumpat quis filum, cum odorem ignis acceperit.c.14.v.9 n.3.
Cap.19.23. Nolite facere malum hoc, ceſſate ab hac ſtultitia.c.2 v.10.n.3.

Ex Libro Rvth.

Cap.4.11. Faciat Dominus hanc mulierem, vt ſit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem c.1.v 1.n.11.

Ex I. Regvm.

7. Dominus pauperē facit, & ditat.ca.13.v.26.n.7.
Cap.1.11. Recordatus eſt Dominus Annæ, & concepit.c.10 v.9.n.2 & c 14 v 3. n.6.
Ca.2.3. Deus ſcientiarum Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes c 5.v.12.n 3.
5. Sterilis peperit plurimos &c.c.3.v 19.n.1.
21. Dominus mortificat, & viuificat. c. 5.v.18.n.6.
35. Ambulabit cum Chriſto meo.c.1.v.7.n.4.
Cap.4.18. Cum nominaſſet arcam Dei, cecidit de ſella retrorſum. & mortuus eſt.c.1.v.20.n.20.
19. In ipſo momento mortis eius, dixerunt ei, ne timeas, quia filium peperiſti, & vocauit puerum Icabod &c.c.2.v.3.n.7
Cap 7.3 Præparate corda veſtra.c.11 v.13.nu.4.
Cap.9.17 Cum aſpexiſſet Samuel Saulem, Dominus dixit.&c c 4.v.1.n.1.
Ca.12.3. Si quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem &c c.10 v.3.n 1.
Cap.13.13 Quod ſi non feciſſes, iam nunc præparaſſet Dominus Regnum tuum &c.c.12.v 6.nu.4. & c 1.v 5.n 8.
Cap 15.6. Dixit Saul Cinæo, abite, diſcedite, atque recedite.c.1.v.4.n 1.
29. Triumphator in Iſrael non parcet. cap 9.v.28. n.3.& c.14.v.20.n.2.
Cap.16.5. Sanctificauit Iſai, & filios eius, & vocauit eos ad ſacrificium.c.1.v.5.n 5.
16. Exagitabat eum ſpiritus nequam. c 9.v.34.n.5. & c 13 v.11.n 4.
23. Quandocunque ſpiritus Dei malus arripiebat Saul, tollebat Dauid cytharam.&c.ca.3.v.2. in conſiderat.lament Sect.2 n 1.
Cap 17 34. Veniebat Leo.l.Vrſus, & tollebat arietem de medio gregis.c 5.v.21.n 4.
Cap.18 9 Non rectis oculis Saul aſpiciebat Dauid. c 10.v 4.n.6.
15. Quare inquietaſti me, vt ſuſcitarer? c.2.v.13.n.5.
Cap.20 55. Sedit Rex ad comedendum panem ſuper Cathedram ſuam.&c c.5.v.11.n.2.
Cap.21.13. Dauid immutauit vultum ſuum coram Achis c.9.v.27.n 2 & c.12.v.20.n 2.
Cap.25.25. Nabal ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt &c.c.2.v.10.n.3.
27. Suſcipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua.c 1.v.1 n. 1.
29. Si ſurrexerit aliquando homo perſequēs te erit anima Domini mei cuſtodita, quaſi in faſciculo viuentium.c.14 v.13 n.2.
Cap.26.15. Nunquid non vir tu es, & quis alius ſimilis tui in Iſrael? c.1 v 1 n.10.
Cap.28.2 Cuſtodiam capitis mei ponam te cunctis diebus.c.10.v 12.n 9.

Ex II. Regvm.

Cap.1.22. Sagitta Ionathæ nunquam rediit retrorſum, et gladius Saul non eſt reuerſus inanis. c.6 v.4.n.3.
Cap.2.7. Quem redemiſti tibi ex Ægypto gentem, & Deum eius.in præfat.c.7.n.2.
C.3.10. Eleuetur thronus Dauid ſuper Iudam. ca. 5.v.11.num.5.
Cap.3.14. Arguā eum in virga virorū. c 2 v.6.n.2.
Ca.5.20. Venit Dauid in Baal Pharaſim. & percuſſit eos ibi & dixit, Diuiſit Dominus inimicos meos &c. c.16.v.15 num.1.
C.7.18. Ingreſſus eſt Rex Dauid, & ſedit corā Domino.c.1.v 20.n.15.
27. Inuenit ſeruus tuus cor ſuum &c.c.10 v.8.nu.2.
Cap.11.1. Factum eſt vertente anno, eo tempore, quo ſolebant reges ad bella &c. c.7.v.1.n.11.
Ca.13 37. Luxit Dauid filium ſuum cūctis diebus. cap.1.v 20 nu.10.
Ca.14.2. Miſit Ioab Tecuam & tulit inde mulierem ſapientem. c.4.v 1.n 3.
14. Quaſi aquæ dilabimur, quæ non reuertuntur cap.1.v.21 num.11. &.c.7.v.9.n 4.
C.15.20. Heri veniſti, & hodie compelleris nobiſcū egredi.c 7.v.9.n.1.
30. Dauid aſcendebat cliuum oliuarum nudis pedibus, & aperto capite.c.10.v.5.n.6.
Cap.16.9. Oculi Domini contemplantur vniverſā terram. c.1.v.7.n.3.
12. Dimitte eum ut maledicat, ſi fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam. c 9.v.2. in conſider. Lament. ſect.2 n.5.
Ca.18.18. Abſolon erexerat ſibi titulum &c vocauitq. titulum nomine ſuo, & appellatur manus Abſolon. c.1.v.1.n.4.
Ca 19.16 Deſcendit in occurſum Regis illotis pedibus, & intonſa barba. c.10 v.3.n.4.
Cap.20.11. Non glorietur accinctus æquè ut diſcinctus. c.12.v.18.n.2.
26 Ira Iairites erat ſacerdos Dauid. c 1.v.5.n 16.
C.22.24 Cuſtodiui me ab impietate mea.cap.10. v.14.n.3.
27 Cum peruerſo peruerteris. c.5.v.19.n 9.
46. Filij alieni defluxerunt, & contrahentur in āguſtijs ſuis.c.12.v 14.n.3.
C.23.8. Dauid quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit.c.4 v.19 n.5 (n.4.
C.24.4. Obtinuit ſermo Regis verba Ioab ca.2.v.3.
Cap 25.14. Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei. c.16.v.14.n.6.

Cap.29.22.Cur efficimini mihi hodie in Satan. c.1. v.6.n.8.

Ex III. Regum.

C.2.5.Poſuit cruorẽ prælij in balteo ſuo.c.12.v.18.n.2.
C.4.29. Dedit Deus Salomoni latitudinem cordis, ſicut arenã,quæ eſt in littore maris.c.6.v.3.n.7.
32. Compoſuit ter mille parabolas.cap.7.v.11.nu.1.
Cap.5.4. Non eſt Satan,nec occurſus malus. c.1.v. 6.n.8.& c.7.v.20.n.3.
Cap.7.v.8.& 9. Filia Pharaonis aſcendit de domo David in domum ſuam, quam ædificauerat ei Salomon.c 1.v.4.n.2.
Cap.10.1.Regina Saba venit &c.c.1.v.15.n.7.
33. Quicunq; volebat, implebat manum ſuam & fiebat ſacerdos excelſorum.c.1.v.5.n.16.
Cap.18.27. Illudebat illis Elias dicens, Clamate voce maiore.c.11.v.2.6.
42.Aſcendit in verticem Carmeli,et pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua.c.15.v. 24.n.3.
Cap.20.32. Poſuerunt funiculos in capitibus ſuis. c.12.v.18.n.3.
28.29. Ambulauit Achab demiſſo capite. ca.10.v.15. & c.6.v.3.n.5.
Cap.22.27.Suſtentate hunc pane tribulationis.c.6. v.13.num.1.

Ex IV. Regum.

Cap.5.40.Mors eſt in olla.c.5.v.6.n.8.
Cap.5.18.Quando ingredietur Dominus meus templum Remnon, Si adorauero, vt ignoſcat mihi Dominus.&c.c.1.v.20.n.16.
Cap.10.8.Vade dic ei ſanaberis.c.13.v.15.n.1.
11. Percuſſit Iehu omnes, qui erant de domo Achab optimates.& notos,& ſacerdotes.c.12.v.19.n.1.
Cap.13.17. Sagitta ſalutis Domini contra Syriam. cap.5.v.4.n.1.
Cap.17.20. Proiecit Dominus filios Iſrael, & afflixit eos.c.10.v.3.n.7.
Cap.20.14. De terra longinqua venerunt ad me de Babylone.c.1.v.17.n.2.
Cap.21.13. Delebo Ieruſalem, ſicut deleri ſolent tabulæ &c.cap.10.v.16.n.5.
Cap.23.7.Mulieres texebant quaſi domunculas luci.cap.1.v.4.n.3.
Cap.25.6. Loquutus eſt cum eo iudicium.&c. c.13. v.6.nu.2.
19. Sopher Princeps exercitus probabat tyrones de populo terræ.c.7.v.1.n.8.

Ex I. Paralipomenon.

Cap.1.51. Adad mortuo duces pro Regibus in Edom eſſe cœperunt.c.1.v.1.n.34.
Cap.29.17. Scio Deus meus, quod probes corda,& ſimplicitatem diligas.c.1.v.1.n.51.
23.Sedit Salomon ſuper ſoliũ Domini.c.13.v.8.n.1.

Ex II. Paralip.

Cap.12.14. Non præparauit cor ſuum. &c. cap.11. v.13.nu.4.
Cap.13.7.Roboam erat Rudis,& corde pauido.c.13. v.26.n.10.
9.Quicunque venerit, & initiauerit manum ſuam in tauro de bobus,& arietibus ſeptem, fit ſacerdos.&c. c.1.v.5.n.16.
Cap.19.6.Non hominis exercetis iudicium, ſed Dei c.13.v.8.n.1.
Cap.35.25. Cantores atq; cantatrices lamentationes ſuper Ioſiam replicant.c.3.v.8.n.5.

Ex I. Esdræ.

Cap.7.10. Parauit cor ſuum,vt inueſtigaret legem. cap.11.v.13.n.4.
Ca.9.9.Inclinauit miſericordiam ſuam,vt extrueremus ſolitudines, & daret nobis ſepem in Iuda & Ieruſalem.c.1.v.10.n.2.

Ex II. Esdræ.

Cap.1.4. Sedi,& fleui,& luxi.c.2.v.13.n.3.
Cap.3.8. Dimiſerunt Ieruſalem, vſque ad murum plateæ latioris.c.10.v.1.n.3.

Ex Libro Tobiæ.

15. Beato Iob inſultabant Reges.cap.1.v.1.nume.13. & nu.35.
22. Vxor eius irata reſpondit &c. c.2.v.9.n.6.
Cap 10.6.Cui dicebat Tobias, Tace, & noli turbari.&c.c.2.v.9.n.5.
Cap.12.12. Ego ſum Raphaël vnus de ſeptem, qui aſtamus ante Dominum.c.1.v.6.n.5.

Ex Lib. Iudith.

Ca.8.13.Dixit illis, Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini &c.c.2.v.9.n.5.& c.13.v.15.n.2.
Cap.14.10. Nullus audebat cubiculum virtutis Aſſyriorum pulſando, aut intrando aperire. c.11.v. 18.num.1.

Ex Libro Esther.

Cap.3.2 Mardochæus non flectebat genu,neq; adorabat.ca.1.v.20.n.15.
3. Exaltauit Aſſuerus Aman.c.7.v.21.n.1.
Cap.14.11. Ne tradas Domine ſceptrum tuum his, qui non ſunt.c 1.v.1.n.38.

EX LIBRO IOB, QVÆ NON IN ſuis locis,ſed in aliis,aut neceſſitate,aut vtilitate exigente expoſita ſunt.

In præfat.c.7. multa ex lib. Iob ad Chriſti figuram & repræſentationem adducuntur.
Cap.2.9. à num.7.vſque ad 25. Explicatur de illius regno,& Regiis inſignibus.c.1.v.1.n.15.
C.9.25.Cum ſederem quaſi Rex circumſtãte exercitu. c.1.v.1.n.14.
C.3.14. Nunc dormiens ſilerem,& ſomno meo requieſcerem cum Regibus.c.1.v.1.n.16.
Cap.3.28.Antequam comedam, ſuſpiro.c.2.Sectio. 9.num.3.
Cap.7.13. Si dixero,conſolabitur me lectulus meus. &c.c.2.Sect.11.n.7.
7.5. Cutis mea aruit et cõtracta eſt.c.2.Sect.2.n.5.
C.14. Terrebis me per ſomnia.c.2.Sect.2.n.2.
Cap.14.19. Mons cadens defluit, & alluuione paulatim terra conſumitur.c.1.v.16.n.2.
Cap.15.12 Attonitos habes oculos. ca.2. Sect.2.n.3.
Cap.15.34.In fortitudine brachij tui poſſidebas terram.c.1.v.1.n.13.

Cap.16.10. Hoſtis meus terribilibus oculis. &c.ca.2. Sect.13 n 4.
C.16.15 Cōuulnerauit lumbos meos.c.2.Sect.7.n 4.
Ca.16.13. Circumdedit me lanceis.&c. c.2.in enumerat.morb. Sect.1.n.1.
Ca.16.16. Saccum conſui ſuper cutem meam. c. 1.v. 20.n.5.
C.17.1. Spiritus meus attenuabitur.cap.2.Sectio.8. num.1.
Cap.17.11. Cogitationes meæ diſſipatæ ſunt.c.2.Sectio.9.n.2. & Sectio.12.n.1.
Cap.18.12. Inedia inuadat coſtas illius.ca.2.Sectio. 9.nu.4.
23. Quis mihi det, vt ſcribantur ſermones mei. in præfat.ca.3 nu.1.
Cap.19.17. Orabam filios vteri mei. c. 1.v.18.num.5.
19 26. Videbo Deum in carne mea.in præf. ca.7.n.1.
Cap.20.11. Oſſa eius replebuntur vitiis adoleſcentiæ. c.2.Sect.5.n.1.
21.29. Interrogate quemlibet de viatoribus. ca.1.v. 1.n.43.
24. Vtinam ſcribantur ſermones mei ſtylo ferreo, aut plumbi lamina. in præfa. c.4.n.1.
29.7. Procedebam ad portam ciuitatis.& in platea parabant cathedram mihi.in præfat.c.7.n.5.
Cap.30.11. Frænum poſuit in os meum. c. 3.v.1.n.3. & cap.3.Sect.6.n 3.
17. Interiora mea efferbuerunt abſque vlla requie. c.2.v.8.n.4.
18. In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum.c.2. Sect. 6. n.3.
Ca.31.25. Si lætatus ſum ſuper multis diuitiis meis. &c.c.1.v.3.n.4.
C.34.14. Si direxerit ad Deum cor ſuum,ſpiritum illius & flatum ad ſe trahet.c.1.v.8.n 4.
36.5. Deus potentes non abiicit, cum & ipſe ſit potens.c.1.v 3. n.16.
C.38.25 Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, vt plueret in deſerto, c.5. v 20.n 3.
C.42.7. Non eſtis loquuti coram me rectum.c.4.in annot.præmiſ.n. 2.
8. Sumite ſeptem tauros, & ſeptem arietes &c.c.1. v.3.n 8.

Ex Libro Psalmorvm.

Pſal.1.1 Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum.c.1.v.1.n. 68.
3. Et erit tanquam lignum &c.c.14.v.7. n.3.
3. Omnia quæcunque faciet, proſperabuntur.c.1.v. 11.n.7.
5. Non reſurgunt impij in iudicio. c.1.v.6. n.5.
Pſal.2.7. Ego hodie genui te.in præfat.c.7.n.9.
9. Reges eos in virga ferrea.c.9.v.24.n.4.
11. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore c.1.v.1 n.57.
Pſalm.2.10 & nunc Reges intelligite, apprehendite diſciplinam c.12.v.18. n.2.
Pſal.3.3. Non eſt ſalus ipſi in Deo eius.c.1. v.16.n.5.
Pſal. 4.1. Exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ.cap.1.v.1. numer.17.
3. Filij hominum vſquequò graui corde? c 1.v.1.n.10.
Pſal.5.4. Manè aſtabo tibi. & videbo, c.1. v.5. nu.11.
Pſal.6.26. Cum ipſo ſum in tribulatione. in præfat. c.7.n.2.
Pſalm.7.7. Propter hanc in altum regredere.c.13 v. 11.n.4.
13. Gladium ſuum vibrauit &c. c.7. v.1. n.2.
Pſal 9.10. Inclinabit ſe, & cadet &c. c.1.v.14. n.5. & c.6 v.27.n.2.
14. Tu laborem & dolorem conſideras, vt tradas eos in manus tuas.c.1 v.12. n. 2.
21. Conſtitue legulatorem ſuper eos &c.cap. 1.v.1. num. 60.
Pſalm.11.3. Vana loquuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum c.11.v.11.n 2.
9. In circuitu impij ambulant.cap.1.v.6.n.7.& v.7. num. 14.
Pſal 12.4. Illumina oculos meos.&c.ca.3.v.5 nu.2. & v.13.n.8.
Pſal.13.2. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt.c.12.v.12.n.7.
Pſal. 14. verſ. 2.3. Qui ingreditur ſine macula &c. Qui loquitur veritatem.&c.c.1.v.1 n.54.
7. Delicta iuuentutis & ignorantias.c.13.v.26.n.10.
Pſalm 15.v.3.4. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum poſtea accelerauerunt.c.16 v.7. n.8.
15. Non derelinques animam meam in inferno.&c. cap.7.v.9.n.2.
Pſal.16.2 Nonne Deo ſubiecta erit anima mea? c.3. v.2. num. 3.
3. Non eſt inuenta in me iniquitas, vt non loquatur os meum. &c.c.13.v.13.n.8.
Pſalm. 17. 17. Miſit de ſummo, & accepit me.cap.1. v.4 n.13.
27. Cum peruerſo peruerteris c.5.v.13. n.9.
Pſal.21.3. Clamabo per diem &c. & nocte, & non ad inſipientiam mihi.c.3.v.13. n.3.
7. Ego ſum vermis.c.4.v.19. n 6.
Pſal 22.3 Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ cap.1. v.1. num.57.
4. Si ambulauero in medio vmbræ mortis ca.3.v.5. num 2.
Pſal.23. 4. Qui non accepit in vano animam ſuam. c.1.v.11.n.2.
Pſalm. 24. 7. Quia nec ab oriente, nec ab occidente, &c. cap. 5. v.11. n.1.
8. Legem dabit delinquentibus in via.c.1.v.5. nu.21.
Pſal 25.4. Non ſedi cum concilio vanitatis. &c.ca. 11.v.11. n.2.
Pſal.28.1. Afferte Domino filij Dei.&c. c.1.v.5 n.45 Vide etiam v. 6. nu. 5. & ferè totus Pſalmus illuſtratur paraphraſi.*c.1.v.21.n.19.*
Pſal.30.18. Muta fiant labia doloſa.c.3.v.13.n.22.
Pſalm. 33. 8. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum.c.1.v.10.n. 3.
22. Mors peccatorum peſſima.c.1.v.19 n.2.
Pſal.35. 6. Domine in cælo miſericordia tua.cap. 1. v.12. n. 4.
12. Non veniat mihi pes ſuperbiæ.c.15.v.20.num. 3.

13. Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem. ca.1. v.21.n.6.
Pſal.36.28. Semen impiorum peribit. c.1.v.1.n.40.
Pſa. 37.12. Proximi mei adverſum me, appropinquaverunt, & ſteterunt. c.2. ſect.11.n.5.
Pſalm.38. Magna ex parte illuſtratur paraphraſi. c.3. Sect.6.n.4.
6. Vniuerſa vanitas omnis homo viuens. cap.7.v.16. n.5.6.
6. Menſurabiles poſuiſti dies meos. c.7.v.16. num.6. ca.14.v.1.n.4.
Pſal.39.v.7.8. Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem &c. cum ſequent. c.11.v.13.n.1.
10. Obmutui quoniam tu feciſti. c.4.v.17.n.4.
Pſal.43.13. Oratio mea in ſinu meo conuertetur. c.1.verſ 11.n.6.
Pſal.44.7. Virga directionis virga Regni tui. cap.1. ver.1.n.57.
11. Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui ca.1.v.4.n.15.
Pſalm. 47.11. Iuſtitia plena eſt dextera tua. cap.8. v.3.nu.3.
Pſal 48.13. Hæc via illorum ſcandalum ipſis &c. cap.8.v.14.nu.3.
Pſal.49.12. Statuam contra faciem tuam. cap.15. v.16.n.2.
Pſalm.50.7. In iniquitatibus conceptus ſum. c.14.v.4.n.2 & c.15.v.24.n.3.
6. Dilexiſti omnia verba præcipitationis. ca.10.v.8. num 12.
Pſal.54.19. Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi c.6 v.23.n 3.
22. Diuiſi ſunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius c.17.v.5.n.1.
Pſal.56.4. Miſit Deus miſericordiam ſuam, & eripuit &c. c.1.v.4.n.13.
Pſalm 57.7. Supercecidit ignis, & non viderunt ſolem. c.3 v.16 n.1.
11. Manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. ca.9. v.30.n.4.
Pſal.59.10. In Idumæam extendam calceamentum meum. c.1.v.6.n.4.
Pſal. 66.3. A conuentu malignantium. & deinde per multos verſiculos. c.5.v.13.n.10.
Pſal.67.13. Speciei domus diuidere ſpolia. c.5.v.24. num.3.
14. Si dormiatis inter medios cleros. c.5.v.22.n.1.
Pſal.70.15. Quoniam non cognoui litteraturam introibo in potentias Domini. c.1 v 10.n.7.
Pſal.71.14. Ex vſuris, & iniquitate redimet animas eorum c.2.v.6.n.7.
2. Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum. cap.15.v. 27.num.3.
Pſal.72.5. In Labore hominum non ſunt. cum ſequētib. paraphraſi explicatur, c 3.v.7.n.3.
Pſal.73.19. Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi. c.5.v.21.n 9.
Pſal.77.2 Aperiam in parabolis os meum. ca 3.v.1. num. 4.
3. Et virgines eorum non ſunt lamentatæ. ca.3.v.7. num 3.
33. Defecerunt in vanitate dies eorum & anni eorum cum feſtinatione. c.4.v.5.n.1. & ca.7.v.16. num.6.
49. Immiſſiones per Angelos malos. c.2.v.8.n.2.
72. In intellectibus manuum ſuarum, &c. c.6.v.30. num.6.
Pſal.81.2. Facies peccatorum ſumitis. c.1.v.3.n.24.
Pſalm. 86.4. Memor ero Raab, & Babylonis. cum aliis ſequentibus. c.1.v.1.n. 41.
8. Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo. c.13. v.26.n.10.
8. Sæculum noſtrum in illuminatione vultus tui. c. 3.v.4.n.3.
Pſalm.89.10. Et amplius eorum labor &c. c.7.v.16. num.7.
11. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. ca.7.v. 16.n.6 & c.8.v.14.n.4.
Pſa.90. Magna ex parte illuſtratur paraphraſi. c 5.v.22. num.9.
Pſal.91.3. Iuſtus ut palma florebit. c.8.v.7.n.1.
Pſ.95.7. Afferte Domino patriæ gentiū. c.v.1.n.40.
Pſal.96.11. Lux orta eſt iuſto. c.4.v.8.n.6.
Pſal.102.1. Et omnia, quæ intra me ſunt &c. c.1.v. 10.n.3.
Pſal.105.5. Miſit ſaturitatem in animas eorum c.3. v 24.n.1.
6. Conſtitue ſuper eum peccatorem. c.17.v.3 nu.6.
Pſalm. 108.7. Oratio eius fiat in peccatum. c.1.v.16. num. 5.
18. Fiat ei ſicut veſtimentum, quo operitur. cap.8.v. 22.num. 1.
23. Sicut vmbra &c. & excuſſus ſum ſicut locuſta. c.14 v.2.n.6.
24. Caro mea immutata eſt propter oleum, c.16.v. 9.num.2.
Pſ.110.2. Magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius. in præfat. c. 6. n.1.
Pſalm. 115.15. Pretioſa in conſpectu Domini &c. in præfat. c.6 n.5. & c.2.v 6.n.7.
Pſal.118.37. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. c.10.v.4 n.3.
76. Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me. c.10.v.8.n.4.
109. Anima in manibus meis ſemper. c.13.v.14.n 4.
120 Confige timore tuo carnes meas. c.4.v.16 n.2.
128. Ad omnia mandata tua dirigebar. cap.1.verſ.1. num.57.
Pſal. 119.1. Habitaui cum habitantibus Cedar &c. c.16.v.3.n.2.
Pſal.120.8. Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum. c.1.v.10.n.7. & c.3.v.19.n.3.
Pſal.125.1. Facti ſumus ſicut conſolati. ca.1.v.1.n.16. & c.11.v.16.n. [illegible]
Pſa.125.6. Euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua. c.4.v.8. n.7.
127.3. Vxor tua in lateribus Domus tuæ. cap.1.ver.1. n.12. & c. 5.v.24 n.3.

Pſa.128.6. Fiant ſicut fœnum tectorum.c.5.v.3.n.5.
Pſal.132. Integer paraphraſi illuſtratus, c.1.v. num. 5.
Pſal.137. 2. Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.c.1.v.1.n.19.
Pſal.138.2. Tu cognouiſti ſeßionem meam, & reſurrectionem meam.c.3.v.19.n.3.
15. Subſtantia mea in inferioribus terræ. ca.1.v.21. n.5.& c.10.v.8.n.17.
2. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum &c.c.1.v.5. num.13.
Pſa 140.5. Corripiat me iuſtus in miſericordia &c. c.2.v.6.n.2.& c.5.v.18.n.4.
Pſal.141. Voce mea &c. Magna ex parte explicatur paraphraſi.c.2.v.n.8.
Pſal. 146. 1. Laudate Dominum quoniam bonus eſt Pſalmus &c.c.1.v.9.n.2.
7. Præcinite Domino in confeßione.ca.5.v.8.n.1.
Pſal.148.12. Exaltatum eſt nomen eius ſolius. ca. 5. v.11.n.4.

Ex Libro Proverbiorvm.

C.1.32. Auerſio paruulorum interficiet eos, & proſperitas ſtultorum perdet illos.c.5.v.2.n.9.
Cap.3.11. Negligere diſciplinam Domini &c. ca.5. v.17.n.7.
18. Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderint eam, c.2.v.3.n.2.
Cap. 4. 26. Dirige ſemitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ ſtabilientur.c.1.v.5.n.56.
C.5.20. Quare ſeduceris fili mi ab aliena? c.15.v.19. num.5.
Ca.6.1. Si ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam.c.17.v.3.n.2.
13. Homo apoſtata vir inutilis.c.14.v.12.n.2.
Cap.8.4. O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum.c.1.v.n.10.
22. Dominus poſſedit me initio viarum ſuarum.ca. 15.v.7.n.4.
Cap. 16. 9. Qui deprauat vias ſuas, manifeſtus erit. c.10.v.2.n.2.
Cap.11.28. Impius facit opus inſtabile. c.4.v.9.n.9.
Cap.[illegible]30. Qui ſuſcipit animas, ſapiens eſt.c.2.v.6. num.4.
13.8. Viam prauam, & os bilingue deteſtor. c.1. v.1. num.54.
Cap.13.24. Qui diligit filium, inſtanter erudit.ca.1. v.5.num.10.
Cap.14. 10. Cor, quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus. c. 3.Sectio.3.n.2.
17.9. Qui altero ſermone repetit.&c.c.11.v.4.n.4.
17.17. Frater in anguſtiis comprobatur. cap.6.v.15. num.1.
Ca.17. 27. Pretioſi ſpiritus vir eruditus c.3 v.1.n.6.
Cap.18.15. Spiritus viri ſuſtentat imbecillitatem ſuam.&c.c.2.v.10.n.4.
Cap. 21. 1. Sicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini.c.12.v.24.n.1.
25. Deſideria occidunt pigrum.c.5.v.2.n.7.
Cap.23.10. Ne attingas paruulorum terminos, propinquus enim illorum fortis eſt.&c.c.5.v.19.n.5.
Cap.24. 10. Si deſperaueris laßus in die anguſtiæ imminuetur fortitudo tua.c 7.v.19.n.2.
15. Septies cadet iuſtus, & reſurget.c.10.v.6.n.1.
Cap.25. 20. Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi peßimo.c.16.v.2.n.4.
C.27.3. Ira ſtulti vtroq; grauior.c.5.v.2.num.5.
13. Aufer veſtimentum eius, qui ſpopondit pro extraneo.c.1.v.20.n.9.
C.31.12. Reddidit bonum, & non malum &c. ca.2. v.9.n.6.
31. A n.13. vſq; ad 24. Explicatur de officio viri, atque fœminæ.c.7.v.1 n.12.

Ex Ecclesiaste.

C.1.8. Cunctæ res difficiles.c.12.v.9.n.3.
5 2. Multas curas ſequuntur ſomnia.c.7.v.14.n.3.
Cap. 7. 5. Cor ſapientis vbi triſtitia.cap.1.v.20.n.3.
15. Malam diem præcaue.c.2.v.10.n.6.
18. Ne impiè agas multum.c.3.v.17.n.1.
Cap.8.1. Sapientia hominis lucet in vultu eius &c. c.9.v.27.n.2.& c.10.v.5.n.2.
Cap 10.4. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum ne dimiſeris &c.c.1.v.20.n.3.
8.9. Qui fodit foueam &c. c.10.v.13.n.5.

Ex Canticis.

Cap.1.8. Si ignoras te &c.c.1.v.2.num.2.& cap.9. v.21.n.2.
Cap.3.6. Sicut virgula fumi.c.1.v.5.n.13.
C.4.2. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro; Omnes gemellis fœtibus & ſterilis non eſt inter eas.in præfat.cap.10.verſ.4.
Cap.5.14. Venter eius eburneus.c.12.v.9.n.3.
Cap.7. 2. Venter tuus aceruus tritici vallatus liliis in præfat.c.10.n.4.& c.3.ſect.7.num.2.& c.14. v.4.n.4.& c.15.v.2.n.3.
Cap.8. 6. Pone me vt ſignaculum ſupra cor tuum. in præf.c.6.n.6.

Ex Libro Sapientiæ.

Cap.1.10 Auris zeli audit omnia.ca.12.v.12.n.5.
13. Sanabiles fecit nationes orbis terrarum, &c.
Cap.2.15. Grauis eſt nobis etiam ad videndum. &c. c.1 v 9.n.11.
19. Contumelia & tormento interrogemus eum. &c.c.9.v.12.n.2.
Ca.4.10. Propter hoc properauit educere illum &c. c.13.v.17.n.3.
12. Inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum.c.11.v.15.n.3.
Cap.5.6. Ergo errauimus: vſq; ad v.15. illuſtratur.c.9 v.25.n.5.
Cap.7.2. Decem menſium tempore coagulatus ſum &c.c.3.v 3.n.5.
3. Ego natus in ſimiliter factam decidi terram.ca.1. v.21.n.3.
Ca.8.18. In certamine loquelæ illius ſapientia.c.15. v.1.num.1.
Cap.8.21. Quoniam non poſſem eſſe continens, niſi Deus det &c.c.1.v.5.n.22.

Cap.10.12.Compleuit labores illius.c.1.v.6.n.1.& c.5.v.7.n.2.

Ex Ecclesiastico.

Cap.1.1. Fons Sapientiæ verbum Dei in excelſis, & ingreſſus illius mandata æterna.in præfat. c.10. num.4.

C.1.26.Melior eſt pauper,qui ambulat in ſimplicitate ſua,&c.c.1.v.1.n.53.

28. Iracundia animoſitatis illius ſubuerſio eſt. ca.5. v.2.n.5.

29.In theſauris ſapientiæ,ſignificatio diſciplinæ.c.3. ſect.7.n.2.

Cap.2.2. Ne feſtines in tempore obductionis.ca.16. v.2.n.3.

15.Væ duplici corde,& labiis ſceleſtis, &c.ca 2.ver. 10.n.8.

15.Væ diſſolutis corde,&c.c.4.v.6.n.2.

59.Qui diligunt eum,replebuntur lege ipſius.cap.1. v.9.n.3.

Cap.11.14.Oculus Dei reſpexit illum in bono. c.1.v. 21.num.12.

24.Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat,& in hora veloci proceſſus illius fructificat.c.1.v.10.n.1.

C.18.7.8.9.Quid eſt homo natus de muliere, & quæ eſt gratia illius?&c.c.14.v.1.n.4.

Cap.20.6. Eſt tacens non habens ſpiritum loquelæ. c.3.v.1.

C.23.15. Eſt & alia loquela contraria morti.c.1.v. 11.n.7.

Ca.25.24. Nequitia mulieris immutat faciem eius &c.c.14.v.20.n.3.

Ca.27.5. Sicut in percuſſura cribri remanebit puluis,ſic aporia hominis in cogitatu illius.ca.1.v.2. num.2.

18. Qui ſeruat ficum, comedet fructus eius, & qui cuſtos eſt Domini ſui, glorificabitur. ca.1.ver.3. num.13.

C.28.30. Aurum tuum,& argentum tuum conſla, & verbis tuis facito ſtateram.c.3.v.1.n.6.

C.33.7.Quare dies diem ſuperat,& iterum lux lucem a ſole?c.3.v.4.n.5.

C.38.9.Fili,in infirmitate ne deſpicias te ipſum.c. 2.v.5.n.3.

Ca.40.1. Occupatio magna creata eſt,&c.Explicatur paraphraſi,vſque ad ver.8.

C.43.7. A luna ſignum diei feſti, menſis ſecundum nomen eius eſt.c.3.v.6.n.3.

C.47.2.Quaſi adeps ſeparatus à carne, ſic Dauid à filiis Iſrael.c.1.v.9.n.11.

C.49.1.Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris, &c. c.1.v.1.n.49.

Ex Isaia.

C.1.3.Cognouit bos poſſeſſorem ſuum. c.7.v.10.n.4.

13.Neomeniam & ſabbathum,& feſtiuitates alias non feram.c.1.v.1.n.39.

21. Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis? iuſtitia habitauit in ea,&c.c.1.v.1.n.17.

C.2.9.Incuruauit ſe homo, & humiliatus eſt vir.ca. 1.v.1.n.10.

22. Cauete ab homine cuius ſpiritus in naribus eius eſt.c.4.v.9.n.1.

C.6.5.Væ mihi,quia tacui,&c.c.13.v.21.n.6.& c.3. v.13.n.2.

C.8.18. Qui ſtrident in incantationibus, &c.c.4.v. 12.n.2.& c.15.v.30.n.5.

21.Cum eſurierit iraſcetur, & maledicet Regi ſuo, & ſuſpiciet ſurſum.c.5.v.8.n.1.

Cap.9.1. Primo tempore alleuata eſt terra Zabulon.c.11.v.12.n.1.

C.10.12.Conſummationẽ & abbreuiationem faciet Dominus, &c.in præfat c.6.n.3.& c.14.v.5.n.1.

C.11.1. Egredietur virga,&c. & flos de radice eius &c.c.9.v.24.n.4.

3.Replebit eum ſpiritus timoris Domini.ca 14.v.9. num.5.

C.14.29.De radice colubri egredietur Regulus.c.5. v.7 n.10.

C.24.22.Claudentur ibi in carcere, & poſt multos dies viſitabuntur.c.10.v.21.n.6.

1.In tribulatione murmuris doctrina tua eis. cap.3. ſect.6.n.3.

C.26.13.Tantùm in te recordemur nominis tui.c.1. v.9.n.4.

29. Concepimus, & quaſi parturiuimus ſpiritum ſalutis.c.6.v.10.n.2. (12 n.4.

C.27.1.Super Leuiathan ſerpentem vectem.c.1.ver. 7.& 8.In menſura contra menſuram.ca.1.ver.12. num.4.

C.30.26.Erit lux lunæ,ſicut lux ſolis,&c.c.3 v.3.n. 3.& c.5.v.19.n.5.

32.Erit tranſitus virgæ fundatus.c.11 v.9.n.4.& v. 19.n.2.& c.7.v.15.n.3.

Cap.32.4.Lingua balborum velociter loquetur, & planè.c.5.v.13.n.10.

38.12.Præciſa eſt velut à texente vita mea. c.7.v.6. num.1.

C.40.3.Rectas facite ſemitas. &c.v.1.nu.57.

C.41.10.Suſcepit de dextera iuſti mei.c.9.v.23.nu.8.

C.33.24.Seruire me feciſti in iniquitatibus.c.16.v. 3.n.5 & in præf.c.7.n.3.

C.44.20.Forte mendacium eſt in dextera mea. c. 9.v.32.n.4.

C.45.7.Formans lucem & creans tenebras, &c. c.1.v.21.n.12.

9.Teſta de ſamiis terræ.c.3.v.14.n.2.et c.10.v.9.n.5.

Ca.49.7.Reges videbunt, & conſurgent Principes, &c.c.1.v.6.n.5.& v.20.n.15.

23.Erunt Reges nutritij tui.c.1.v.1.n.75.

C.53.4.Verè languores noſtros ipſe tulit.ca.7.v.21. num.2.

10.Voluntas Domini in manu eius dirigetur.ca.1.v. 10.n.7.

Ca.56.6.& 7. Non dicat filius aduenæ, ſeparatione diuidet me Dominus,&c.c.1.v.1.nu.41.

Ca.58.5. Contorquere quaſi circulum caput ſuum. c.10.v.15.n.1.

C.60.17.Ponam viſitationem tuam pacem.c.3.v.18. n.2.& 26.n.3.

C.62.11.*Ecce merces eius cum eo.c.1.v.10.n.1.*
C.63.15.*Vbi eſt multitudo viſcerum tuorum? &c. c.10.v.8.n.18.*
Cap.64.7. *Alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ. c.8.v.4.n.3.*
Cap.65.2.*Numerabo vos in gladio.c.7.v.3.n.3.*

Ex Ieremia.

C.2.9.10. *Vt dem vobis finem & patientiam. ca.7. v.1.n.2.*
C.3.4. *Amodo voca me, Pater meus es tu.c.3.ſect.8. num.3.*
Ca.5.25.*Peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis.c.15.v.12.n.3.*
Cap.6.4.*Significate ſuper eam bellum.c.1.v.5.n.3.*
C.8.14.*Ingrediamur ciuitatem munitam, & ſileamus ibi.&c.c.3.v.2.n.3.*
C.9.37. *Vocate lamentatrices, vt veniant, &c.c.3. v.8.n.5.*
C.12.3.*Sanctifica eos ad diẽ occiſionis.c.1.v.4.n.3.*
C.19.23.*Fecerunt ſtultitiam in Iſrael.c.1.v.10.n.3.*
C.22.6.*Galaad tu mihi caput Libani. c.1.v.1.n.30.*
Cap.29.21. *Ponat te Dominus ſicut Sedeciam & ſicut Achab, quos frixit Rex Babylonis in igne. c. 10.v.15.n.8.*
Ca.41.22.23. *Curſor leuis explicans vias ſuas &c. c.11.v.15.n.3.*
C.43.12. *Amicietur terra Ægypti, ſicut amicitur paſtor pallio ſuo.c.8.v.22.n.2.*
C.51.[illegible]0.*In diebus illis quæretur iniquitas Iſrael, & non erit.c.16.v.6.n.1.*
26.*Non tollent de te angulum & lapidem in fundamento.c.1.v.18.n.4.*

Ex Threnis.

C.3.25.*Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, &c.* paraphraſi explicatur vſq; ad ver.29.
47. *Quis eſt iſte, qui dixit, vt fieret Domino non iubente? c.1.v.21.n.16.*
C.4.7.*Cãdidiores Nazaræi niue &c.c.9.v.30.n.5.*

Ex Barvch.

6.30.*Sedent habentes capita & barbam raſam.c.1. v.20.n.11.*

Ex Ezechiele.

C.14.14. *Si fuerint tres viri iſti in medio eius Noë, Daniel & Iob, &c.in præfat.cap.5.n.5.& v.18. nu.7.& c.1.v.1.n.70.*
Ca.27.21.*Arabia & vniuerſi principes Cedar cum agnis & arietibus venerunt ad te, &c. ca.1.v.1. num.28.*
C.28.17.*Ante faciem Regum dedi te, vt cernerent te.c.10.v.5.n.7.*
Cap.29.18. *Nabuchodonoſor ſeruire fecit ſeruitute magna; omne caput decaluatum, &c.c.1.v.20. num.11.*

Ex Daniele.

Cap.4.1.*Ego Nabuchodonoſor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo. cap.1.ver.1. num.23.*
Cap.7.10. *Millia millium miniſtrabant, &c.cap.1. ver.6.num.5.*
Cap.10.8. *Deum, qui habet flatum tuum in manu ſua, & omnes vias tuas non glorificaſti. cap.12. ver.10.num.5.*
Cap.11.6. *Veniet ad Regem Aquilonis facere amicitiam.c.1.v.1.n.56.*

Ex Hosea.

Ca.1.4.*Aſcendent de terra, quia magnus dies Iezrael.c.1.v.1.n.9.*
C.5.14.*Ego quaſi leæna, &c.capiam & vadam, &c. c.10.v.16.n.5.*
Cap.5.12.& 13. *Ego quaſi tinea Ephraim, &c.c.4. v.19.n.5.*
C.6.1.*Percutiet & curabit nos,c.5.ver.18.n.3.*
7.*Miſericordiam volo, & non ſacrificium.c.1.v.20. num.6.*
9.*Quaſi fauces virorum latronum.c.3.v.22.n.2.*
Cap.9.7.*Scitote Iſrael ſtultum Prophetam, virum ſpiritualem.c.5.v.2.n.2.*
C.10.7.*Tranſire fecit Samaria Regem ſuum, quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ.c.1.v.1.n.69.*
C.11.9. *Non faciam furorem iræ, quoniam Deus ego, & non homo.c.8.v.3.n.3.*
C.12.8.*Diues effectus ſum, inueni idolum mihi, &c. c.12.v.6.n.2.& 5.*

Ex Ioele.

C.3.14.*Populi populi in valle cõciſionis.c.14.v.5.n.1.*

Ex Amos.

C.1.11 *Super tribus ſceleribus Edom, &c.& tenuerit vltra furorem ſuum.c.1.v.4.n.21 & c.5.v.19. num.2.*
Cap.4.1. *Quæ dicitis Dominis veſtris, Afferte & bibemus c.4.v.10.n.7.& c.8.v.3.n.3.*
Cap.6.1.*Ingredientes pompaticè domum Iſrael. c.1. v.2.n.2.*
5.*Putauerunt ſe habere vaſa cantici.c.7.v.16.n.8.*
Cap.9.7.*Numquid non vt filij Æthiopum, &c.c.1. v.1.n.41.*

Ex Abdia.

C.1.3.*Superbia cordis tui extulit te habitantem in ſciſſuris petrarum.&c.1.v.1.n.[illegible]0.*
2.*Non deſpicies in die fratris tui, &c.c.3.v.1.n.8.*
3.*Viri fœderis tui, viri pacis tuæ, qui comedunt tecum.c.1.v.4.n.19.*

Ex Iona.

C.2.3.*De ventre inferi clamaui.c.1.v.21.n.5.*
4.*Vſq; ad 9.Paraphraſi explicatur.c.3.v.23.n.3.*

Ex Michæa.

Cap.7.4.*Qui optimus eſt in eis, quaſi Paliurus.c.10. ver.3.n.2.*
19. *Proiciet in profundũ maris omnia peccata noſtra.c.9.v.19.n.3.*

Ex Nahvm.

C.1.2.*Dominus habens furorem, & iraſcens inimicis ſuis.c.10.v.14.n.3.*
C.3.8.*Numquid tu melior es Alexandria populorum? c.3.v.14.n.3.*

Ex Habacvc.

C.1.6.*Chaldæos gentem amaram & velocem, &c. c.9.v.18.n.4.*

C.3.5.Egredietur Diabolus ante pedes eius.c.1.v.12. n.5. & ca.5.v.7.n.5.
9. Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum. c.3. v.8. n.4.

Ex Sophonia.

C.1. 7. Iuxta eſt dies Domini,præparauit Dominus hoſtiam,ſanctificauit vocatos ſuos c 1.v.5.n.3.
29.Dies tubæ, & clangoris ſuper angulos excelſos.c. 1.v.18.n.4.
C.2.1. Conuenite, congregamini, gens non amabi- lis &c.c.13 v.25.n.7.

Ex Zacharia. (n.4.

C.2.5.Ego ero eis murus ignis in circuitu. c.1. v. 10.
Cap.3. 1. Satan ſtabat à dextris eius, vt aduerſare- tur ei.c.1.v 6.n.8.& c.17.v.3.n.6.
9.Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt.cap.1.v.8. numer. 2.
C.9.8. Circundabo domum meam ex his, qui mili- tant mihi.c.1.v.6.n 5.
9. Aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ.c.1. v 3. n 12.
C.11. 4. Paſce pecora occiſionis,quæ qui poſſederant occidebant &c. & vendebant dicentes,Benedi- ctus Deus &c.c.1 v.5.n.23.

Ex Malachia.

C.1 13. Dixiſtis, Ecce de labore, & exſufflaui illud. c.11.v.20.n.4.
C.2.9.Accepiſtis faciem in lege.c.13.v.8.n.2.
C.3.1.Angelum teſtamenti.c.9.v.23. n 8.

Ex Libris Machab.

Lib.2.c.7.23. Mundi creator,qui formauit hominis natiuitatem, quique omnium inuenit originem. c.21.v.23.n.3.& c 10.v.8. n.13.

Ex Matthæo.

Cap.2. 1. Ecce Magi ab Oriente venerunt.ca.1 v.3. num 28.
Cap 3.18. Qui fuit Adam qui fuit Dei. cap 1. v.1. in append.3.n. 40.
Cap.4. 10. Dominum Deum tuum adorabis. cap. 1. v.1.nu.59.
11. Tunc reliquit eum diabolus &c.c.2.v.8.n.1.
2. Aperiens os ſuum &c.c.3.v.1.n.4.
7.Orantes nolite multum loqui.c.11.v.2.n.5.
8.Beati mundo corde.c.1.v.1. n. 53.
Cap.5.13. Vos eſtis ſal terræ.c.6.v.5. n.6.
22. Qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa.&c.c.2.v.10. num. 1.
26. Eſto conſentiens aduerſario tuo citò, dum es in via cum eo,ne forte.&c.c.1.v.6. n. 8.
39. Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam. &c. c.1. v.20. n.10.
Cap.6.16. Exterminant facies ſuas.c.7.v.9.n.1.
17. Qualis eſt hic, quia venti et mare obediunt ei?c. 1.v.18 n.6.
26. Conſiderate lilia agri.&c.c.3.Sect.7.n.4 & c. 15.v.5.n. 3.
Ca.7.23. Diſcedite à me omnes, qui operamini ini- quitatem.c.1.v.1.n.62.
Cap.8 17. Ipſe infirmitates noſtras accepit. ca.7.v. 21. num. 2.
Ca.9.23.Tibicines, & turbam tumultuantem.c.3. v.8.num.5.
Cap.11.19. Iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis. c.4. v.17. nu.1.
26. Si Satanas Satanam eiicit, aduerſus ſe.&c. c.1. v.6 n 8.
Cap.12 40. Sicut fuit Ionas in ventre ceti, ſic erit filius hominis in corde terræ.c.1.v.21.n. 5.
17.Caro & ſanguis non reuelauit tibi.&c.c.10.v.4. num. 3.
Cap.16.19. Tibi dabo claues regni cœlorum. cap.12. v.14. num. 5.
20. Vade poſt me Satana,ſcandalum mihi es. cap.1. v.6. num. 8.
Cap.17.2.Veſtimenta facta ſunt alba.&c.c.9.v.30. num. 5.
Cap.22.12. At ille obmutuit. cap.3. v.2.n.3. & c.3. v.16.num.4.
13. Mittite eum in tenebras exteriores.cap.10. v.21. num.11.
Cap.23.14. Væ vobis.&c. quia comeditis domos vi- duarum.&c. c.10 v.8.n.12.
Cap.24.29. Erunt ſigna.&c.c.9.v.7.n.3. Stellæ de cœlo cadent.c.3 v.9.n.3 & c.14.v.12.n.4.
C.25 6. Clamor factus eſt, Ecce ſponſus venit; exi- te.&c.c 14.v.15.n.1.& c.8 v.6. n.5.
Ca.26.41.Spiritus promptus eſt. &c. c.5.v.7.n.10.
61 Soluite templum hoc.&c.cap.11.ver.4 n.4.
Cap.27.53. Et venerunt in ſanctam ciuitatem. c.3. v.14. n. 4.

Ex Marco.

Cap.3.21. Exierunt tenere eum &c.cap.11.v.2.n 3.
Cap.7.22. Blaſphemia ſuperbia,ſtultitia, ca.5.v.2. num. 2.
Cap.9.19.O generatio incredula,quandiu apud vos ero? c 10.v 1.n. 2.
23. Omnia poſſibilia ſunt credenti.in præfa. cap. 1. num.3.
49. Omnis igne ſalietur, & omnis victima ſale ſa- lietur.c.5.v.7.n.4.

Ex Luca.

Cap.1.34. Virum non cognoſco.c.14.v.4. n.4.
35. Quod ex te naſcetur ſanctum vocabitur &c.ca. 14.v.4.n.4.
53.Eſurientes impleuit bonis,et diuites dimiſit ina- nes c.1.v.1 n.4.& c.11.v.12.n.1.
Ca 2.19.Maria conſeruabat omnia verba hæc con- ferens in corde ſuo.c.10.v.12.n.3.
29. Nunc dimittis ſeruum tuum in pace.cap.3.v.13. num.5.
Cap.6.41.Ex abundantia cordis os loquitur.c.3.v.1. num.6.
Cap.9.28.Veſtitus eius refulgens.c.9.v.30. n.5.
Cap.10.10.Sacerdos viſo illo præteriit.cap.6. verſ.15. num. 5.
C.11.29.Qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt il- lud.c.10.v.12.n.9.
Cap. 12.15. Cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſq; vita eſt eius. cap.11.v.19.n.1.

19. Ani-

19. Anima mea requieſce, &c. c.3.v.26.n.1. & ca.11. v.19.n.1.
20. Stulte. c.5.v.3.n.1. Quæ paraſti cuius erunt? c.5. v.5.n.2.
Ca.13.12. Qui prior deſcendiſſet, ſanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. cap.7.ver.12. num.6.
C.15.4. Ad nonaginta nouem, &c. c.9.v.3.n.3.
C.16.19. Epulabatur quotidie ſplendidè. c.1.v.4.
25. Memento, quod recepiſti bona in vita tua. c.2.v.10.n.7. & c.7.v.7.n.4.
21. Vt portaretur in ſinum Abrahæ. c.3.v.3.n.7.
Cap.24.31. Euanuit ex oculis eorum. c.7.v.9.n.1.

Ex Ioanne.

C.1.13. Non ex ſanguinibus, nec ex voluntate carnis c.14.v.1.n.2.
16. De plenitudine eius accepimus gratiam pro gratia. c.2.v.4.n.3.
29. Ecce, qui tollit peccata mundi. c.14.v.4.n.2.
27. Non ſum dignus, vt ſoluam. c.3.v.14.n.3.
C.5.30. Non poſſum ego à me ipſo facere quicquam, ſicut audio, iudico. c.16.v.9.n.5.
C.6.44. Quo ibimus: verba vitæ æternæ habes. c.8. v.4.n.2.
Cap.7.23. Totum hominem ſaluum feci. cap.10.v.8. num.8.
Ca.8.56. Abraham exultauit, vt videret diem meũ. in præfat. c.7.n.1. & 9.
Cap.9.1. Præteriens vidit cæcum, &c. cap.6.ver.15. num.3.
5.6. Expuit in terram & fecit lutum, &c. c.10.v.8. num.11.
C.10.3. Proprias oues vocat nominatim, & educit eas. c.1.v.8.n.10.
19. Dicebant, Dæmonium habet & inſanit. c.11.v.2. num.3.
C.11.34. Vbi poſuiſtis eum? c.1.v.9.n.1.
43. Voce magna clamauit, &c. c.14.v.5.n.2.
50. Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo. c.1.v.21.n.26.
9. Veniebant & dicebant; Aue Rex, &c. cap.8.v.12. num.2.
C.14.27. Pacem meam do vobis, non quomodo mũdus dat, &c. in præfat. c.6.n.3.
C.17.9. Pro eis ego ſanctifico meipſum. c.1.v.5.n.3.
C.19.22. Quod ſcripſi, ſcripſi. c.12.v.24.n.1.
Erat magnus dies ille Sabbathi. c.1.v.1.n.39.

Ex Actis.

C.1.11. Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum. c.13. v.3.n.4.
15. Erat turba hominum ſimul ferè centum viginti. c.1.v.21.n.17.
Cap.2.3. Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ. c.17.v.5.n.1.
24. Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni. c.4.v.14.n.3.
Cap.4. Lapis, qui reprobatus eſt à vobis. cap.5.v.17. num.2.
C.7.54. Diſſecabantur cordibus ſuis. c.10.v.1.n.2.
Ca.9.5. Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. c.5.v.2.n.3.
15. Ego oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. & abiit Ananias. c.1.v.11.n.2.
Cap.10.2. Religioſus ac timens Deum. cap.1. ver.1. num.59.
38. Pertranſiit benefaciendo, & ſanando. ca.1.v.7. num.4.
C.12.13. Eo, quod non dediſſet honorem Deo. c.1.v.20. num.7.
C.14.13. Conſciſis tunicis exilierunt in turbas &c. c.1.v.20.nu.7. & c.1.v.1. & nos mortales ſumus ſimiles vobis. & c.1.v.1.n.3.
C.17.30. Deſpiciens ignorantiæ noſtræ tempora. c.3. v.26.n.4.
31. Iudicaturus eſt orbem in viro, in quo ſtatuit. c.1. v.26.n.13.
Cap.20.23. Nec facio animam meam precioſiorem, quam me. c.5.v.17.n.8.
C.25.21. Feſtus cum veniſſet in prouinciam. c.1.v.7. num.4.
Cap.26.29. Opto apud Deum, & in modico, & in magno, &c. Fieri tales, qualis ego ſum. c.5.v.17. num.8.
24. Inſanis Paule, &c. c.11.v.2.n.3.
C.42.23. Conuenerunt aduerſus ſanctum tuũ puerum Ieſum facere, quæ manus tua, & conſilium tuum decreuerunt fieri. c.1.v.21.n.17.

Ex Epist. Ad Roman.

C.1.3. Factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. c.1.v.2.n.8.
16. Vos eſtis vocati Ieſu Chriſti. c.1.v.4.n.13.
31. Sine affectione abſq; fœdere, abſq; miſericordia, c.1.v.20.n.1.
Ca.2.5. In die reuelationis &c. c.15.v.16.n.2.
5. An diuitias bonitatis eius contemnis? tu autẽ theſaurizas tibi iram. c.14.v.17.n.1.
Ca.7.17. Quod habitat in me peccatum. ca.14.v.4. num.2.
C.8.19. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, &c. c.2.v.9.n.5. & c.12.v.9.n.7.
Ca.9.17. In hoc ipſum excogitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam. c.2.v.6.n.10.
C.12.9. Odientes malum, adhærentes bono. ca.1.v.1. num.61.

Ex I. Ad Corinth.

C.1.17. Non in ſapientia verbi. c.1.v.1.n.6.
C.4.2. Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. c.1.v.1.n.75.
C.5.5. Decreui tradere Satanæ in interitum carnis. c.2.v.8.n.3.
8. In azymis ſinceritatis & veritatis. c.1.v.1.n.53.
51. Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. c.14.v.14.n.4.
C.7.28. Ego autem vobis parco. c.6.v.10.n.3.
40. Puto, quod & ego ſpiritum Dei habeam. c.14. v.14.n.1.
Cap.8.4. Quia nihil eſt idolum in mundo. c.13.v.4. num.4.

Cap.10. 13.Faciet cum tentatione prouentum.ca.1. ver.12.nu.8.
Cap.14.13. Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem.in præfat.c. 9.n.3.
38.Si quis ignorat.ignorabitur.c.9.v.21.n.2.
C.15. 44. Si eſt corpus animale, eſt ſpirituale, &c. c.2.v.4.nu.5.
54.Abſorpta eſt mors in victoriam.cap.10.v.8.n.12.
C.16.22. Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema.c.15.v.16.n.2.

Ex II.Corinth.

C.2.21.In inſipientia, dico plus ego. c.5.v.2. nu.4.
C.3.7. Adulterantes verbum Dei.in præf. c.10.n.3.
Cap 3.7. Propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur.c.7.v.16.n.4.
C.4 8. In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur.c.6 ver.23.n.1.
Cap.5.1 Terreſtris domus noſtra huius habitationis quæ diſſoluitur, &c.c.4.v 19 n.2.
17 Ergo mors in nobis aliquid operatur, vita autem in vobis.c.5.ver.17.nu.3.
Cap.6.11.Os meum patet ad vos c.3.v.1.n.5.
12.Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.c. 7.ver.1.nu.8.
Cap.12.7.Angelus Satanæ, qui me colaphizat.c.2. v.8.nu.3.
7.Ne magnitudo reuelationum extollat me. ca.4. v.13.nu.1.
10.Cum infirmor, tunc potens ſum.c.2.v.5 nu.3.
Cap.15.10.Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.c.9.ver.21.nu.1.

Ex Epist. Ad Galat.

Cap.2.20 Quod nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei.&c.c.6.v.1.n.6.
Cap.3.19.& 20. Lex ordinata per Angelos in manu mediatoris, mediator autem vnius non eſt. ca.9. ver.33.nu.5.
Cap.4.4 Factum eſt ex muliere.c.14.v.1.n.2.
14. Tentationem veſtram, quæ erat in carne mea, non ſpreuiſtis c.2.v.8.n.3.
Cap.6.1.Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos, qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.c.13.v.4.nu.5.
C.6.7.Stigmata Domini mei in corpore meo porto. cap.1.ver.21.nu.18.

Ex Epist. Ad Ephes.

Cap.3.8.Quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi. à ſæculis in Deo, qui omnia creauit: cap.1. ver.1. num.40.
15.Ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur.ca.1.ver.5.nu.4.& v.1.in appendice 3. num.40.
C.4.9.Deſcendit primùm ad inferiores partes terræ.cap.1.ver.21.nu.5.
Cap.5.25 Chriſtus dilexit Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam.c.5.ver.13.num.9.
Ca.6.12.Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, &c.cap.3.ſect.7.num.4.& ca.1. ver.1.num.3.

Ex Epist. Ad Philip.

Cap. 2.6.Non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo.cap.9.ver.20.nu.1.
9 Exaltauit illum & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.c.12.v.11.n.4.
Cap.3.19.Quorum Deus venter eſt.c.6.v.5.n.4.
Cap.4.8. Quæcunque amabilia ſunt, hæc cogitate, c.1.v.1.n.58.

Ex Epist. Ad Colossens.

Cap.3.15.Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris. in præfat.c.3.n.6.
Cap.13.15.Grati eſtote.c.1.v.1.n.58.

Ex I. Epist. Ad Thessal.

Cap.2.16.Peruenit ira Dei in illos vſq; in finem.ca. 14.ver.20.nu.1.

Ex II. Ad Thessal.

Ca.3.4. Dominus dirigat corda veſtra in charitate Dei & patientia Chriſti.cap.11.v.13.n.4.

Ex I. Epist. Ad Timoth.

Cap.1.2. Qui eſt ſaluator omnium hominum maxime fidelium.c.17.v.9.n.1.
9.Non intortis crinibus.ca.5.v 13.n.9.
Cap.3.3.Non percuſſorem.c.16.v.11.n.3.
Ca.6.17. Diuitibus huius ſæculi præcipe, non altum ſapere.c.8.v.13.n.4.& c.5.ver.1.n.1.

Ex II. Ad Timoth.

Cap.2.8.Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus.c.9.v.30.n.7.
15. Recte tractantem verbum veritatis.in præfat.c. 10.nu.4.
21. Si quis emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile domino, & ad omne opus bonum paratum.cap.14.ver.16.num.13.

Ex Epist. Ad Titum.

C.1.7.Non percuſſor.c.5.ver.21.n.3.
1.6 Abominati incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.c.15.v.16.num.3.

Ex Epist. Ad.Philemon.

18.Illum vt mea viſcera ſuſcipe.c.1.v.19.n.7.

Ex Epist. Ad.Hebr.

Cap.1.3. Portans omnia verbo virtutis ſuæ purgationem peccatorum faciens.c.10.v.8.n.13.
5.Cui Angelorum dixit aliquando, filius meus es tu. c.1.v.6.n.3.
Cap.2.10. Decebat eum, propter quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eam per paſſionem conſummare. in præfat.c.9.n.3.
12.Vendidit primitiua ſua.c.1.v.5.n.17.
C.3.6.Si gloriam ſpei vſq; ad finem firmam teneamus.c.5.v.17.n.3.
C.5.Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, &c. c.1.v.5.n.16.
Cap.7.1.Melchiſedech, Rex iuſtitiæ.c.1.ver.1.nu.14.
C.9.15.Noui teſtamenti mediator eſt.c.9.v.31.n.8.
Cap.9.22.Statutum eſt hominibus ſemel mori.cap. 14.v.5.n.2.
Cap.10.5. Corpus autem aptaſti mihi. cap.11.v.13. num.1.

31. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. c.9.v.3.n.3.
Ca.11.19. Arbitrans quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus, vnde eum in parabolam accepit in præf.at.c.7.n.9.
C.12.4. Obliti eſtis conſolationis, quæ vobis tanquã filiis loquitur, &c. vſq; ad v.7.c.15.v.17.n.9.
11. Remiſſas manus & ſoluta genua. c.4.v.4 n.1.
16. Ne quis fornicator aut prophanus, vt Eſau, &c. c.1.n.17.
Cap.13.1. Charitas fraternitatis maneat in vobis. c.1.v.5.n.20.

Ex Epist. Iacobi.

Cap.1.2 Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in varias tentationes incideritis. c.5.v.22.n.2.
8. Vir duplex animo, &c. c.2.v.10.n.8.
15. Concupiſcentia cum conceperit, &c. ca.15. v.35. n.4. & c 14.v.4.n.2. & c.3.v.12.n.2.
17. Apud quem nulla eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obũbratio. c 7.v.18.n.3. & c.14.v.2.n.5.
21. Suſcipe inſitum verbum. c.1.v.1.n 50.
Cap.2.23. Tu ſede hic benè, &c. c.5.v.11.n.2.
Cap.4.8. Purificate corda veſtra, duplices animo. c.1.v.1.n.53.
Cap.5.13. Infirmatur quis, inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum. c.2.v.5.n.3.
17. Orate pro inuicem, vt ſaluemini, &c. vſq; ad v. 19. c.1.n.3.

Ex Epist. I. Ioan.

Cap.3.2. Nondum apparuit, quod erimus. c.10.v.13. num.1.
4. Peccatum eſt iniquitas. c.13.v.23.n.3. & 4.

Ex I. Petri.

Cap.2.7. Iuſtum Loth oppreſſum à nefandorum iniuria &c. c.1.v.1.n. 68.
Cap.5.5. Deus ſuperbis reſiſtit, c.5.v.12.n.4.
C.14.4. Quod eſt honoris & gloriæ, & virtutis Dei, ſuper vos requieſcit. c.1.v.21.n.18.

Ex II. Petri.

C.2.3. In auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. c.13.v.10.n.2.
4. Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos. c.11.v.21.n.11.

Ex Epist. Ivdae.

6. Angelos, qui non ſervaverunt ſuum principatũ, in iudicium magni Dei, vinculis æternis ſub caligine reſervavit. c.11 v.21.n.11.
16. Mirantur perſonas quæſtus gratia. ca.13.ver.9. num.2.

Ex Apocalyp.

C.1.3. Tempus propè eſt. c.1.v 21 n.19.
C.5.10. Fecisti nos Deo noſtro Regnum & Sacerdotes. in præf.c.3.n.6.
Ca.6.6. Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario. c.5.v.20.n.3.
C.9.6. Quærent homines mortem, & non inuenient eam. c.3.v.22.n.1.
C.12.1. Vidi cœlum novum, & terram nouam. &c. c.14.v.12.n.4.
Ca.14.15. Mitte falcem tuam, & vindemia botros vineæ terræ. c.6.v.4.n.6.
C.20.1. Habentem clavem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. c.1.v.12.n.9.

INDEX EORVM, QVÆ PRO EVANGELIIS

ET CONCIONE VSVI ESSE POSSVNT.

Qvamuis hos commentarios ita cum aliqua morum vtilitate condire curauerimus, vt inde ad ea, quæ pro concione proponi ſolent, Lector, multiplicium indicum vſu, non parum iuuari poſſet: tamen, vt multorum votis reſponderemus, quaſdam, non omnes, conſiderationes, vel, vt vocant, diſcurſus, qui opportuni viderentur, in peculiaria ſingillatim Euangelia diſtribuimus. Neque dubium, quin pro ſuo quiſq; vel palato, vel neceſſitate vtiliora, & opportuniora multa inter legendum obſeruare poſſit. Quæ autem in hoc indice citantur, ferè ſemper copioſè tractantur ſuis locis, vt quærendi laborem non minori inueniendi fructu Lectori compenſaremus.

¶ Domini. I. Aduen. Luc.21.

Erunt ſigna. *Solet Deus præmonere iuſtos futuræ calamitatis. ca.3.v.25.n.3.* Erunt autem hæc ſigna velut inſignia Diuinæ potentiæ ſtellas claudentis,* quaſi ſub ſignaculo. *cap 9.ver.7. Et propter mirabilem rerum immutationem. ca.14.v.12.*

In Sole, Luna, & Stellis. *In his Deus ſuã potentiam oſtentat. c.9.v.7. & v.9.* Et ſunt milites Dei imperatoris aduerſus impios, c.7.v.1.n.2.* Videbuntur itaque creaturæ laſſatæ multo labore ſeruiendi homini, & ſæuire in illum. c.12.v.9.n.3. & v.15.nu.2.* Maxima autem tribulatio ſemper cum obſcuritate, & tenebris coniuncta. ca.3.v.5.nu.3. & c.17.v.7.n.1. & v.12.n.5.*

Areſcentibus hominib⁹. *Impiis præſertim, quorum conſcientia ſemper præſumit ſæua. ca.15.v. 21.22. & 23.*

Quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. *Etiam res inanimatæ huius mutationis participes. Et cœli innouandi, &c. ca.14.v.12.n.3. & 4.* Et videbitur tunc mundus diſſui, aut dilacerari. n.5. & 6.*

Virtutes cœlorum mouebuntur. *Stellæ videbuntur præ languore de cœlo cadere, aut cometæ. c.3.v.9.n.3. & c.14.v.12.n.1.*

Vide-

Videbunt filium hominis venietem. Veniet tandem, licet tardo gradu diuina procedat ira. c.10.v.5.n.4.* E cœlo autem dicitur egredi præliaturus cum hoſte.c.6.v.4.n.2.& c.13.v.11.n.6.* Et in aere figit tentorium.c.9 v.8.n.3.& 4.* Primus autem iudicis conſpectus erit impiis maximè terrificus.c.13.v.11.n 3.4.& 5.

In nubibus. Quæ ſunt iudicis tribunal & Imperatoris tentorium.c.13.v.11.n.4.

Reſpicite & leuate capita, &c. Leuare caput accipitur in bonum.c.10.v.15.n.3.4.5.* Deus iuſtis caput ſuſtentat, at impij concidunt facie & capite. n.5.* Illi in media tempeſtate tranquilli.c.9 v.5.n.6.* Vnde impij areſcunt præ timore, iuſti lætantur. c.15.v.21.n.3.* Iuſtis autem ipſæ tribulationes bonam ſpem inijciunt.ca 4.v.9.n.5.* Et exſpectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei exſpectat.c.5. v.16.n.1.

Videte ficulneam, &c. Iuſtus in fine floret ſicut palma.c.8.v.17.n.3.& v 7.n 1.

Cœlum & terra tranſibunt. Omnia enim præter Deum mutationi obnoxia.c.10.v.5.n.2.& c.7.v.16.n.4.5.6.& 7.

Verba mea non præteribunt.c.14.v.5.n.2.& v.12.n.3.

¶ Domin.II. Aduen.Matth.11.

Cum audiſſet, &c. Tribulationes ſanè aperiunt auriculam, & erudiunt.in præfa.c.3.n.6.* Et ad philoſophandum impellunt.c.1.v.16.n.6.& v.21. n.1.12.

Ioannes in vinculis. Eſt enim Vinctus ſpei. c.1.v.16.n.1.* Tribulationes autem carcer ſunt, & vincula.c.3.v.23.n.2.& c.12.v.14.n.3.& c.13.v.27. n.4.& c.16.v.12.n.5.* Huius carceris Ianitor Deus. c.15.v.15.n.5.& c.16.citato.

In Vinculis. Cur permittat Deus iuſtos cadere in manus impiorum.c.5.v.15.n.5.* Et quid ex illorũ ærumnis eliciat Deus in præf.c.6.n.5. 6.7.* Iuſtorum autẽ ærumnæ ſunt valdè mirabiles.c.17.v.8. Vide etiam verbo Tribulatio.* Coniectus autem in vincula ab Herode, quod diuites grauiter ferant reprehẽdi.c.12.v.6.n.2. Fœmina autem viro exiſtit cauſa errandi.c.14.v.1.n.2.& c.2.v.9.n.3.

Qui venturus es. Loco Moyſis, Mediator & Sequeſter, qui ponat manum ſuam in ambobus.c.9.v.33 n.5.7.8.

An aliũ expectamus. Iuſtorum nomen, Sperantes in Domino c.13 v 15.n.3.* Sed expectãdum longanimiter, & non præſcribendum Deo tempus. num.2.

Euntes renuntiate, &c. Principum propria beneficẽtia.c.12.v.21 n.4.& c.3. v.15.n.3.* Debent etiã requirere, quibus prodeſſe poſſint.ca.3.v.4. Dei viſcera ad benefaciendum ſponte propenſa.c.10.v.8. num.2.

Cæci vident, claudi ambulant, &c. Chriſtus Ieſus medicus vitæ, & morborum deploratorum. c.2.v.6.n.8.* Languores noſtros ad ſe tranſtulit.c.7. ver.21. nu.2.& 3.* Eſt Chirurgus qui vulnerando medetur.c.5. v 18.n.1.2.3. At mundi medicus inutilis.c.13.v.4.n.3 & 4.

Pauperes euangelizantur. Diuites ſcandalizantur paupertate Chriſti, ſub qua latet Dei virtus.c.1.v.1.n.5.& 6. Et contemnunt diuina.c.8.v.13. num.3.

Illis abeuntibus. Captat nimirum opportunitatem honorandi ſui iuſti.cap.1.v.8 n.2.& 12.& in præf.c.6.n.2.* Magna vero laus viuẽtem, & à Deo commendari.cap.2.v.3.n.6.* Gloriatur vero de ſuo ſeruo Deus.c.1.v.8.n.8.

Cœpit dicere. Cum ante vincula non laudaſſet; nam ſanctitatis laus poſt tribulationem, non patet calumniæ.c.2.v.3.n 5.

Arundinem vento agitatam. Videtur ex oppoſito Herodem, & principes alios notare inconſtantiæ.c.10.v.5.n.2. Iuſtus conſtans in bono.ca.13.v.13.n.4. Damnatur obſtinatio.c.14.v.2.n.5.& c.12. v.14 n.3.

Arundinem. Humanæ felicitatis ſymbolum, eſt enim ſine fructu, ſicut Iuncus.c.8.v.12.n.2.& 3.

Hominem mollibus veſtitũ. Videtur prædicator mollis, cùm mollia conſectatur, cùm debeat vtilia.in præf.c.10.n.3.& 4.

Ecce qui mollibus veſtiuntur, &c. Vide verbo Diues.

Et plusquàm Propheta, &c. Propheta familiariſſimus Deo, & alia etiam acceptiones.in præfat.c.9.n.2.

¶ Domin.III. Aduen. Ioan.1.

Miſerunt Iudæi. Captiuitate & ſeruitute mundi oppreſſi Dei ſeruitutem ſuauiſſimam quærere tenebantur.c.1.v.8.n.5.6.7.& 8.& v 9.n.4.

Ad Ioannem. Longè abſentem cũ tamen prælatus debeat adeſſe & viſitare.c.5.v.24.n.4.* Non ad Chriſtum, cuius vita diſſimilis, illis erat grauis etiam ad videndum.c.1.v 9 n.11.

Vt interrogarent, &c. Deſiderant principem qui illorum voluntati obſequatur.c.1.v.1.n.69.* Et velut Idololatræ prouocant Deum, volentes illum ſua manu efficere.c.12.v.6.n.5.

Et confeſſus eſt, &c. Sapiens Ioannes; nam inſipiens eſſet, ſi ſuperbiret & colluctaretur cum Deo, vt illius diuinitatem ſubriperet c.12.v.19.n.5. & c.5.v.12.n.4. Vide etiam verbo Superbia.* Eſt etiam Angelus cuius propria eſt fidelitas in miniſtrando.c.4.v.18.n.3.* Et qui dicitur ex ſe nullam habere lucem coram Deo.ibi.n.4.* Sicut etiã creata ſanctitas coram Deo euaneſcit.c.4.v.17.n.2.

Quid dicis de teipſo? Laus ore proprio ſordeſcit.c.9.v.20.n.1.

Ego vox. Simplex videlicet, & non inſtar falſorum prophetarum ſtridentium, & c.c.4.v.12.n.2.

Dirigite viam, &c. Explicatur.ca.1.v.1.n.56. & c.11.v.13.n.4.

. Quid ergo baptizas? Fauoris humani inconſtantia.c.8.v.11.n.3.& 4.v.13.n.4.

Medius

Medius veſtrum ſtetit. *In medio eſſe, quid ſit cap.1.ver.6.n.6.* * *Et Chriſtus mediator, ſuprà in 2. Domin.*

Quem vos neſcitis. *Idem contingit nobis obliuiſcentibus Deum,* in quo viuimus, &c. *c.9.v.11 n.2.3.4.& v.8.n.3.*

Ante me factus eſt. *Explicatur c.15.v.7.n.2. Eſt autem Chriſtus exemplar iuſtorum, tribulatorum præſertim.in præf.c.7.n.1.*

Cuius ego non ſum dignus, vt ſoluā, &c. *c.3.v.14.n.3.* * *Et quid* Calceamentum *Chriſti. c.1.v.1.n.35.*

¶ Domin.4.Adu.Luc.3.

Anno quintodecimo. *Reges proprios auſert Deus propter peccata.c.12.v.18.& v.19.& v.21.*

Sub Principib.Sacerd.&c. *Reliqua dignitates inferiores ſacerdotalis.c.1.v.5.n.15.16.17.& 18.*

Anna & Caipha. *Abundauit tunc iniquitas propter praua maiorum exempla.c.1.v.1.n.75.76.& 77.*

Factum eſt verbum, &c. *Reuelatio verbum, aut viſio c.4.v.13.n.2.& c.11.v.5.& 6.* * *Expectandum autem ſacerdoti, & prædicatori matura ætas ſicut multi.c.7.v.1.n.11.*

In deſerto. *Iuſtus* abſtinet ſe à viis *impiorū: impij autem illum inſectantur velut feram agreſtem deſerti.c.16.v.10.n.7.* * *Fugit etiam ille ſæculi, & vitæ tumultum.in præf.c.6.n.2.& c.3.v.13.n.5.6.7.* * *Requirit autem Deus iuſtum abſconditum, c.3.v.4.n.5.* * *Sic Iohannes eſt* Lampas contempta apud cogitationes diuitum parata ad tempus ſtatutum. *c.12.v.5.*

Et venit prædicans. *Poſtquam diuturno ſilentio, didicit loqui.c.3.v.1.nu.3.* * *Et poſtquam tolerantia laborum effectus eſt magiſter.ibid.n.2. & in præf.c.3.n.6.*

Baptiſm.Pœnit. *Propter quam Deus diſſimulat peccata.c.3.ver.26.n.4.* * *Et propter quam occultantur, ne pateant Diuina iuſtitiæ.ca.14.v.13.* * *In quo Diuinæ prouidentiæ longitudo reſplendet. c.11.v.9.n.4.*

Omnis vallis implebitur. *c.1.v.1.n.57.*

Rectas facite ſemitas.&c. *Semita impiorum incuruata c.6.v.18.* * *Illi enim errāt & delinquunt in via.ca.8.v.4.n.2.* * Et fruſtra incedunt per inuium. *c.12.v.24.n.4.& 5.*

¶ In die Natiuitatis.

Filij Dei natiuitas temporalis, & æterna, munda & lucida. *c.14.v.4.n.4.* * *Illius nuptiæ cum natura humana indiſſolubiles. c.9.v.33.n.7.* * *Deus & homo eſt perfectus Mediator.ibidem.Et eſt* Germen nominatum. *c.14.v.9.n.4. Illius caro cum diuinitate hamus ad* ſuſcitandum Leuiathan. *c.3.v.8.n.1.* * Deum *igitur* in carne *paſſibili deſiderabat Iob* videre. *in præf.c.7.n.1.*

Per Chriſtum Deum & hominem reducimur in Deum, ex quo omnis paternitas, &c. *c.1.v.1 in appen.3.n.40.* * *Et quod infans licet, ſed incipit tētare pondus peccatorum.c.7.v.1.n.2.*

Peculiaria etiam Euangelii illius Diei, de militia angelorum.c.7.v.1.n.3. De feſtinatione paſtorū, & diligentia in rebus diuinis.c.1.v.5.n.10.& 11. Pro tenuitate præſepii, contra luxum magnificarum domuum.c.15.v.28.n.1.

¶ In die Circumciſi. Luc.2.

Vocatus eſt nomen, &c. *Nominum impōnendorum ſcientia & ſignificatio quærēda.in præf. c.1.v.9.nu.10.* * *Quoto autem die imponeretur nomē infantibus.c.10.v.19.n.2.* * *Et in hac ſtatus paſſibilis mutatione nomē nouum accipit.c.1.v.1.n.47.* * *Et in ſuo ſanguine, & dolore glorioſum nomen obtinet, cum in iuſtorum aliorum ærumnis* ſit nomen eius benedictum. *c.1.v.21.nu.17.* * *& cum in natiuitate fuerit* Germen, *nunc eſt* Germen nominatum. *c.14.v.9.n.4.*

Vt circumcideretur. *Patris, Regis dexterā cruentata fœderis ſymbolum. c.9.v.33.n.7.* * *Et cū hominem quodam quaſi labore manuum crearit, nunc maiori* purgationem peccatorum facit. *c.10.v.8.n.13.14.* * *Ergo iam nunc eſt* homo natus de muliere, &c. Qui quaſi flos egreditur, & conteritur, &c. *c.14.v.1.*

¶ In Epiphan. Matth.2.

Ecce Magi. *Sapientes videlicet, qui olim erant reges.c.1.v.1.n.14.* * *Debet enim eſſe rex ſapiens.c.12.v.13.n.9.* * *Ex ſapientibus etiam olim ſacerdotes c.1.v.5 n.19.*

Ab Oriente. *c.1.v.1.n.6. Vt multi ab Oriente venientes recumbant in regno.& c.c.1.v.1.n.39.*

Venerunt. *Primitiæ Gentilitatis, horum etiā præcurſor, & figura Iob. c.1.v.1.n.35.& 36.* * *Gentes autem agnoſcentes Chriſtum comprimunt ſuperbiam Iudæorum.n.37.*

Vbi eſt? *Quærenda & curāda Diuina diligenter.c.1.v.5.n.9.10.& 11.& c.3.v.4.n.5.*

Herodes turbatus. *Tyranni comes perturbatio, & timor.c.3.v.25.n.5.& c.15.v.20.* * *Et incumbit potiſſimum anguſtia,* in regem, qui præparatur ad prælium. *c.15.v.24. Inde autem turbatur impius, vnde iuſti lætantur.c.15.v.21.n.2.4.7.* * *Honorem autē iniuſtum timet amittere. c.9.v.20.n.1.* * *Sed fruſtra timet; nam iuſtorum regnum ſtabilit Deus; ab impiis auſert.c.12.v.18.19.21.23.& c.5.v.11.*

Et omnis Ieroſolyma. *Nam regis ad exemplum componitur vrbs tota.c.1.v.1.n.77.*

Et congregans, &c. *Conſilia impiorum* addicit *Deus* in ſtultum finem. *c.12.v.20.& 24.& cap.5.v.12.13.14.* * Fruſtra *igitur conatur* inniti ſuper domum ſuam, & non ſtabit. *c.8.v.15.*

Diligenter didicit. *Sapientia carnis inutilis, imo nociua.c.8.v.14.n.4. Vide etiam verbo* Aſtutia & Conſilium. * *Excogitant verò impij aduerſus iuſtos conſilia.c.10.v.3.n.11.*

Et procidentes adorauerunt. *c.1.v.20.nu.15.16.& 17. Immutat tandem Deus cor principum populi terræ.c.12.v.24.n.3.* * *Deponentes igitur coronas in conſpectu agni, verè regnant. c.1.v.8.n.5.* *

Decla-

Declaratur autem nunc Chriſtus Rex Regũ. De qua dignitate, et quibus titulis obtineretur. cap.1. ver.1. num.14.

Apertis theſauris. *Principes liberales, præſertim erga tenuiores. c.3. v.15. n.3. & c.12. v.21. n.4.*

Obtulerunt ei munera *Diuites grati eſſe debent erga Deum largitorem. cap.1. v.9. n.2.* Nam qui ſibi diuitias attribuunt,* Audacter prouocant Deum. *c.12. v.6. n.4. & 5.* Qui autem Deo offert, non iam idolum adorat. nu.2.* Et iſti vtiliter expendunt, cum plerią; faciant expenſas inutiles. c.3. v.14. & c.15. v.28. n.1.*

Aurum. *Quod tantum ad Deorum & Regum cultum adhibebatur. c.3. v.15. n.2. & 4.* Cõiunctũ autem cum Thure, funus & mortalitatẽ olet; nam aurea ſuppellex, & vnguenta condebantur cum cadaueribus. c.3. v.15. & 22.*

Thus. *Quo abundat Arabia. c.1. v.15. n.6.*

¶ In die Purificat. Luc.2.

Secundum dies purgationis. *Sanctus Deus non niſi mundos vult ad ſe accedere. ca.6. v.11. n.5.* In conſpectu enim eius etiam* cœli non ſunt mũdi. *c.15. v.15.* Quod autem ſe purgari non permittit,* argentum reprobum eſt. *c.15. v.16. n.3.*

Quia omne maſculinum, &c. *c.3. v.25. n.2.*

Iuſtus & timorat⁹. *c.1. v.1. n.59. & 60. Timor enim eſt perpetuus comes iuſtorum. c.3. v.25. n.5.*

Expectans, &c. *Iuſtorum nomen,* Sperantes in Domino. *ca.13. ver.15. n.2. & 3.* Et deplorant mala communia. c.3. ſect.3. n.1.*

Vt facerent. *Faciendi verbum, curam, & diligentiam in ſacrificio, & re diuina indicat. cap.1. num.26.*

Secundum cõſuetudinem legis. *Lex præcipuè exigebat, quod interdum erat. Nam* Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti, &c. *c.11. v.13. n.1. & 2.*

Nunc dimittis. *Felix & lætus;* Ingreditur in abundantia ſepulchrum, &c. *ca.5. v.26. n.1. 2.3.4.* Cum enim impij ſpem habeant in vita, at iuſtus in morte. c.17. v.15.*

In pace. *Nam mors, pax; Vita, bellũ, & tumultus. c.3. v.13. n.5. & militia periculoſa. c.7. v.1.*

Ante faciem omnium populorum. *Iuſtus propoſitus* in ſignum *multarum ſagittarum,* cui contradicetur. *c.16. v.13. n.5. & 6.*

¶ In Septuag. Matth.20.

Patrifamil. *Ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra, &c. ca.1. v.1. n.40. & v.5. n.4.* Seruus autem etiam comprehenditur in familia, vt Dominus ſit erga illum pater. c.1. v.3. nu.14.* Famuli autem & ſerui in domo Dei filij ſunt & nobiles. c.1. v.18. n.5.*

Exiit primo manè. *Vt nos exſuſcitet primo manè ad diuina. c.1. v.5. n.9.10.11. & c.8. v.5.* Præuenit etiam ille nos. c.8. v.6. n.4. & 5.*

Conducere operarios. *Mortales omnes cõducti ad labores & ærumnas, ſicut mercenarij. n.7. v.1. n.13.* Homo enim aliquid ærumnoſum ſonat. n.11. & c.5. v.7. n.2.* Deus autem nos ad laborandum vocans, pater eſt. c.13. v.17. n.3.4. & 9.*

Cõuentione facta. *Humanum ingeniũ præmio incitatur. c.7. v.1. n.1; & v.2. n.3. & c.12. v.5. n.3.* Eſt autem conuentio & ſocietas nobis cum Deo facienda, damni & lucri. c.2. v.10. n.6.*

Ex denario diurno. *Quoniam iſtius vita labor diarius eſt & fortè breuior, & paucarũ horarum. c.7. v.1. n.11. & v.16. n.4 & c.14. v.1. n.4. Vide etiam verbo* Vita & Homo. * *Sed conuentio nõ ſit victus quotidiani, qui Dei ſeruus nunquam deſicit. c.5. v.20. n.3. & v.22.*

Et egreſſus circa horam tertiam. *Quærit Deus opportunitatẽ munerandi hominis, proponẽdo illi opportunitatem meriti. in præf. c.6. n.2. & 5.*

Alios otioſos. *Qui cùm homines ſint,* in labore hominum non ſunt. *c.5. v.7. n.3. & 5.*

Et quod iuſtum fuerit, &c. *Labor præmij menſura. c.1. v.6. n.1. & c.5. v.7. n.1.* Præmium etiam dicitur hæreditas. cap.7. v.3. n.2.* Et labori & patientiæ peculiariter confertur. in præfat. c.6. n.3.*

Quid hic ſtatis, &c. *Videtur eſſe immaturorum ſenũ obiurgatio, quibus vita dies conceſſus eſt, vt matureſcerent. c.15. v.32. n.2.3.4.*

Cùm ſerò factũ eſſet. *Dei liberalitas non differt præmium. c.1. v.10. n.1. & c.11. v.17 & 18. nu.2.*

Redde illis mercedem. *Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. c.9. v.29. n.1.* Impietatis mercès confuſio. c.8. v.22. & 8. nu.9.* Sunt autem iuſtorum labores & opera in libro memoriæ apud Deum. c.2. v.5. n.3.* Licet de præmio Iuſtorum malè ſentiant impij c.2. v.9. n.7. & c.10. v.3. n.10.*

Pares illos nobis, &c. *Aliqui ex gentibus quõdã pares, & fortè ſanctiores Iſraëlitis. c.1. v.1. n.72.*

¶ Domini. in Sexag. Luc.8.

Qui ſeminat. *Sementis & meſsis allegoria ad iuſtum & ad impium relata. c.4. v.8. & 9.*

Volucres cœli. *Aues ſymbolum liberioris vitæ. cùm non ſerant, &c. c.5. v.7. n.6.*

Supra petram *Impij dicũtur radicari in locis petroſis. c.8. v.17. n.7.* Et de cordis duritie. ca.11. v.13. n.5. & c.12. v.14. n.3.*

Et natum aruit. *Imo* ante omnes herbas areſcit *impij ſeges. c.8. v.12. & c.5. v.3. n.1. 2. 4.5.*

Qui habet aures audiendi, &c. *Attentio requiſita in auditore. c.13. v.12. n.2.* Præſertim in diuinis & in oratione. cap.16. v.18. n.4.* Et cum auro debet coniungi ponderatio rationis, vt* appendãtur verba in ſtatera. *c.6. v.2. n.4.*

Semen eſt verbum Dei. *Quomodo ſeratur, & creſcat, &c. in præf. c.8. n.6.*

Venit diabolus. *Cur dicatur auis aut volatile. c.1. v.12. n.5. & c.5. v.7. n.10.*

Et tollit verbum de corde. *Quod tamen debet cuſtodiri. c.10. v.12. n.9.* Et firmiter retineri. c.2. v.3. n.1.2.*

In tem-

In tempore tentationis recedunt. *Tunc tamen firmiùs perſtandum.c.16.v.13.n.4.* Debet enim patientia eſſe longanimis.c.2.v.9.n.7.& 8.& c.16.v.9 n.1.2.3.*

A ſolicitudinibus & diuitiis,&c. *Proprium diuitũ, obliuiſci Dei.c.8.v.13.n.3.* Ergo Eſau agricola, inquietus*, Iacob ambulans in ſimplicitate.*c.1.v.1.n.54.& 55.* Non implicari autem ſolicitudinibus, Dei donum eſt.c.1.v.10.n.7.*

¶ Dominic.in Quinquag.

Vide Feriam.2.poſt.2.Domin.Quadrag.

¶ Feria I V.Cinerum.

Cum ieiunatis. *Certa & ſolennia pœnitentia opera, vt ieiunium, & ſaccus.c.16 v.16.n.1.* Et cõſperſio pulueris, aut cineris.nu.2.& c.3.v.13.n.2.* Veſtium etiam dilaceratio.c.1.v.20.n.5.6.7.8.& 10.* Nunc eſt ſacra ceremonia cineris, quæ humilitatis, aut mortis nos admoneat.ca.13.v.18.* Ex enim commemoratione peccatorum veniam impetremus c.10.v.9. Vbi plura de puluere noſtræ creationis.* In capite autem cinis, ne ſuperbi* leuemus caput.*ca.10.v.15.* Simul autem cum ieiunio Dei atq; noſtri recordatio, & memoria imperatur, nam cum guloſitate coniuncta eſt Dei obliuio, & alia vitia.c.1.v.5.n.22.& 24.*

Hypocritæ. *Quod in iuſto eſt bonum & naturalis color, in Hypocrita eſt macula.c.8.v.13.n.4. & c.13.v.16. & c.15.v.34.n.1.* Princeps autem aut iudex impius eſt hypocrita.ibid.* Hypocrita vanus.c.11.v.11. Et homo fictus aut hiſtrio.c.1 v.1.nu.5.2.* Et ficta capitis incurvatio eſt hamus ad piſcandum honorem.c.10 v.15.n.1.*

Exterminant facies ſuas. *Explicatur ca.7.v.9.nu.1.*

Faciem tuam laua. *Impiorum facies ſordida, & obſcura. Iuſtorum læta.c.9.v.27.n.2.* Suſtinentia autem debet eſſe voluntaria & hilaris, aut quæ gignat ſpem beatitudinis.c.5.v.17.n.3.*

Ne videaris ab hominib⁹. *Interna ſanctitas potiſſima.*& cordis ſciſſio.*c.11.v.13.n.1.& 2.* Ducuntur autem humani oculi vano rerum externarum ſplendore.c.10.v.4.n.3.* Diuini oculi intimè penetrant.n.1.2.4.*

Pater tuus, qui videt in abſcondito. *Eſt enim cum illo lux, & cætera requiſita ad clarè vidẽdum.c.10.v.4.n.4.& c.13.v.9.& c.12.v.22.n.2.*

Nolite theſaurizare, &c. Vbi fures,&c. *Huius ſæculi bona piratis, & prædonibus, atque famelicis expoſita. c.7.v.1.n.6. & 7.& c.5.v.5.& c.5.v.20.n.8.*

Theſaurizate in cœlo, &c. & Pater tuus reddet, &c. *Deus ſequeſter, apud quem tutò merita, & patientiam deponimus. cap.9.verſ.33. numero.8.*

¶ Fer. 6.poſt Cin.Matth.5.& 6.

Et odio habebis inimicum, &c. *Vindicta cupiditas innata humanæ prauitati.cap.9.ver.29.num.5.* Captatque diligenter opportunitatem ſe vlciſcendi.cap.10.ver.3.num.3.& ver.6.* Et moleſtè videt eum, à quo læſus eſt.cap.10.verſ.4.num.6.* Sunt ergo quidam,* ſine pietate, abſque fœdere.*cap.1.verſic.20.num.1.* Et requieſcunt* ſuper aceruum petrarum *diſcordium.cap.8.v.17.num.7.*

Diligite inimicos, &c. *Hæc enim eſt* Pax Chriſti.*in præfat.cap.6.n.3.* Qui enim fratrem inimicum fugit, renuit eſſe Iacob, aut Ioſeph.c.1.v.1.n.66.* Iuſti verò ſimul cum ſuis inimicis tribulationes ſibi accumulant.c.1.v.20.n.6.* Et ne hoſtes videant, ſed rem Deo cõmittant, oculos operiunt.c.10.v.4.n.6.* Oratione tantum aduerſus calumnias vtentes c.17.v.2.n.5.*

Benefacite his, qui oderunt,&c. *Vera amicitia & miſericordia erga proximum. cap.1.ver.14.nu.2.3.& 4. Exigitur autem & à nobis* Charitas Fraternitatis.*c.1.v.4.n.20.& 21.* Supplicium autem odientibus fratres.c.8.v.17.nu.7. Vide etiam verbo,* Miſericordia.

Vt ſitis filij Patris veſtri,&c. *Eſt ille munificentiſſimus erga mortales. c.1.v.10.n.1.& ca.2.v.10.n.6.* Gratuitò omnibus benefaciens.c.1.ver.9.n.4.* Requirens etiam cui benefaciat.cap.3.v.4.n.5.* Benignè autem ſuſcipit orationes miſericordia. ca.16.v.28.n.3.*

Super bonos & malos. *In eo enim longanimitatem ſuam oſtendit.c.4.v.9.n.2. & ca.10.v.8.n.18.* Recreat enim ſe benefaciendo.nu.2.* Et illius miſericordia per ſe diues; non item ſua iuſtitia.c.14.v.17.n.1.*

Et pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. *Pluuia diuinæ beneficentiæ teſtimonium.cap.5.ver.10.nu.1.2.& 3.*

Cum facis eleẽmoſynã. *Orationis comites, ieiunium & eleẽmoſyna. c.16.v.18.n.4.*

¶ Domin.I.Quadra.Matth.4.

In deſertum. *Viſus eſt enim Tentator præoccupaſſe locum certaminis* egreſſus ante pedes eius.*c.10.v.12.n.5.*

Vt tentaretur. *Vicem quodammodo rependis populo ſuo, quem* circumduxit per deſertũ, vt tentaret,&c.*c.1.v.11.n.2.* Eſt autem iuſto neceſſaria per labores tentatio.ibid.* Tentatio verò eſt tributum, quod pendimus.c.9.v.23.nu.6.* Et quod tentatio ſit vita hominis ſuper terram.c.7.v.1.nu.5.6.7.& 8.*

A Diabolo. *Quid hoc nomen ſignificet.c.1.v.6.n.8. Noſtræ redemptionis initio obſiſtere conabatur* Stans à dextris Ieſu.*ibid.*

Et cùm ieiunaſſet. *Fructum bonorum operũ in fine perdere conatur aduerſarius. c.3.v.5.n.3.*

Eſuriit. *In Chriſto tentatio tãtùm ex externa ſuggeſtione: in nobis autem etiã peccatum aliquando ſine inſtigatione.c.3.v.8.n.3.* Nunc verò in ieiunio, alios hora prandij tentat. c.1.ver.15.num.2.**

Et noſtra caro contra nos ipſos vtitur.c.2.v.5.n.2. * Et ſpiritus *malignus* promptus, caro autem *noſtra infirma.c.5.v.7.n.10.*

Accedens tentator. *Tanquam ſæuiſſimus venator ſolitarium hominem adortus.cap.16.à v.10.* * *Tentatoris autem nomen propter illius perpetuum impugnandi ſtudium.c.1.v.10.n.2.* * *Omnia autem illius nomina ſunt aut aſtutia, aut crudelitatis. c.1. v.6.n.8.& v.13.n.2.* * *Accedit autem ad ſanctos prima ſpecie humilis, ſicut Mirmicoleon. c.4.v.11.n.3.* * *Et plus intendit, quàm prima facie petere videbatur.c.1.v.12.n.3.*

Non in ſolo pane. *Nam iuſto promiſſus eſt neceſſarius victus.c.5.v.20.n.1.2.3.*

Angelis ſuis,&c. *Cum integro Pſal.90. explicatur paraphraſi.*

Oſtendit ei omnia regna mundi, &c.& cui volo,&c. *Mentitur ſe illorum dominum.c.1.v. 7.n.4.& v.21.Vide etiam.c.5.v.5 n.2.* * *Dæmon autem & mundus illudunt multa promittentes. c.17. v.2.n.3.*

Iterum, *Dæmon importuniſſima muſca.ca.1.v. 16.n.2.*

Dominum Deum tuum adorabis. *ca.1.v. 20.n.16.& v.1.n.59.*

Tunc reliquit eum Diabolus. *An idē Dæmon victus ab homine eundem iterum tentare audeat.c.2.v.8.n.1.*

¶ Feria 2. poſt Domi. I. Quadr.

Cùm venerit &c. *Videlicet ſtatuto tempore, quo dicitur per antonomaſiam, Tempus.c.11.v.6.n. 5.* * *Iudex etiam, iam decretus eſt & paratus.c.1. v. 1.n.13.*

In ſede maieſtatis. *Nubibus videlicet. Vid. Dominicam 1. Aduen.* * *Sed iudicatur ſeſſurus & cum tranquillitate iudicaturus. c.6.v.29.n.4. & c.14. v.13.n.5.*

Et omnes angeli. *Qui aſſiſtunt in circuitu throni.c.1.v.6.n.5.* * *Vt conueniant Deum ab hominibus derelictum.c.6.v.8.n.4.* * *Velut Dei Imperatoris milites.c.7.v.1.n.3.*

Congregabuntur. *Voce videlicet Archangeli. c.14.v.15.* * *Sed congregabuntur, ſeparandi pauci ex infinita multitudine. c.14.v.5.n.1.* * *Nunc enim in mundo confuſa omnia.c.1.v.1.n.64.*

Ante eum. *Homo, qui ſibi fuerat obſcurus & ignotus, in diuino iudicio erit totus perſpicuus & tranſparens.c.9.v.21.*

Separabit eos *Impij etiam per ſe ſeparandi, vt cum aliquo ordine pares cum paribus puniantur in inferno,* vbi nullus eſt ordo. *c.10.v.22.nu.18.19. 20.21.& 22.*

Venite benedicti. *Iudex benignus deſiderantibus illius aduentum, & beatam reſurrectionem. c.13.v.3.n.4.& c.14 v.14.*

Poſſidete paratum vobis regnum.&c. *Beatitudo eſt hæreditas.Vide verbo* Præmium.

Eſuriui enim. *Deus iudicat ſecundum allegata & probata.c.8.v.3.n.2.* * *Recenſet etiam iuſtorū merita deſcripta in libro memoriæ. Vt fideliter remuneret.c.2.v.3.n.6.* * *Ex operibus autem miſericordiæ potiſſimum videtur pronuntiare ſententiam. c.6.v.14 & 17.*

Dicet his, qui à ſiniſtris &c, *Horrendum ad rationem reddendam vocari à Deo. ca.9. v.3.n.3.* * *Proponet impijs ſua peccata, vt nemo tandem dicere poſſit;* Cur me ita iudicas? *c.10.v.1.n.2.*

Diſcedite. *Diſcedere à Deo eſt exulare ab omnibus bonis.c.1.v.1.n.62.* * *Dimittentur autem ad ſempiternum interitum.c.8.v.4.n.2.3.4.*

In ignem. *Nulli alij rei impius vtilis, quàm igni.c.13.v.25.n.7.* * *Eſt autem filius ignis.cap.5. v.7. n.5.& c.12.v.5.n.5.*

Æternum. *De æternitate pœnarum inferni.c. 10.v.22.n.21.& 6.7.8.*

Eſuriui enim,&c. *Videtur cum diuitibus immiſericordibus loqui, quos diuitiæ reddūt crudeles. c.3.v.28.n.1.& in præf.c.3.n.6.* * *Sunt autē peccata & greſſus impiorum dinumerati.c.14.v.16.& 17.* * *Teſtatur autem Deus illorum peccata, quòd ſit ſimul teſtis & iudex.c.16.v.20.n.2.* * *Teſtabitur etiā & recenſebit ipſa conſcientia ſimul cum iudice.c.9. v.20.n.2. Peccata verò ob oculos ipſorum impiorum propoſita, quantus cruciatus.* * *Proponet autem Deus impij peccata ſuo ordine, quaſi educendo contra illum hoſtium exercitum c.15.v.16.n.2.*

Vide etiā verbo Deus, Iudex, & Cōſcientia.

¶ Fer. 4. poſt Dom. I. Matth. 12.

Acceſſerunt ad Ieſum, &c. *Videlicet in dolo & aſtutia. quam ſupplantat Deus c.3.v.12.& 13.*

Volumus. *Impiorum & Hæreticorum vox, qui conſtituunt ſe legem & normam faciendorum. in præf.c.1.n.3.* * *Appellant igitur ad ſigna.* Detrahentes ſermonibus veritatis.*c.6.v.25.*

Signum videre. *De cœlo vel circa ſolem, aut in tempeſtate aliqua, quæ ſunt materia Diuinæ potentiæ.c.9.à v.9.vſq; ad 10.* * *Deum igitur occultatum ſub humilitate non agnoſcunt.ca.1.v.1.à nu.4. vſq; ad 10.* * *Et laborant concupiſcentia oculorum. c.10.v.4.n.3.*

Generatio praua,&c. *Oportet interdum reprehenſionem eſſe vehementem.c.2.v.10.n.1.*

Sicut fuit Ionas in ventre ceti. *Explicatur ca.1.v.21.n.5.* * *Et reſurrectio Diuinæ potentiæ ſignum.c.14.v.14.*

Viri Niniuitę condemnabunt,&c. *Explicatur c.15 v.16.n.4.* * *Comparatio autem cum gētibus valdè pungit Phariſeos.c.1.v.1.n.37. 38.& 39.*

Regina Auſtri venit à finibus terræ. *c.1.v. 15.n.5.*

Ambulat per loca arida. *Eſt Dæmon vagus & quietis impatiens.c.1.v.7.n.3.*

Septem ſpiritus nequiores. *Nequitiæ nomen quadrat in dæmonem,c.1.v.14.n.2.*

Qui fecerit voluntatem patris.&c. *Generatio filiorum Dei.non ex ſanguine.c.1.v.1.n 40.& 41.* * *Et non ſolùm ſoror aut frater, ſed filius etiam Dei eſt iuſtus.c.1.v.5.n.4.*

¶ Feria.6. D.I. Quad. Ioan.5.

Erat dies feſtus. Dicatus operibus pietatis.c.1. v.8.n.5.& 6.

Multitudo magna languentium. Omnibus mortalibus miſeriæ communes. c.3.ſect.3.n.1. v.19.n.3.& c.5.v.17.* Homo autẽ ſonat aliquid ægrotans & ærumnoſum.c.7.v.1.n.11.* Pendimus autẽ omnes ingens tributum morborum. c.7.v.16.n.7.

Expectantium aquæ motum. Solennes in aqua purificationes.c.9.v.30.a num.1.vſq ad 7.

Angelus autem Domini. De Angelorũ ope & patrocinio verbo Angelus. * Hunc autem appellabat Dauid Dei miſericordiam, qua illum ex aquis educeret.c.1.v.4.n.13.

A quacunq; detinebatur infirmitate. Detineri vinctorum eſt; nam morbi & tribulationes, ſunt vincula & carcer.c.7.v.12.n.6.& v.19.n.2.

Triginta & octo annos.&c. Morborum diuturnitas grauiſsima eſt. c.2.ſect.12. n.4.* Requiritur autem in tribulationibus, & morbis longanimitas.ca.2.v.9.n.5.& 8.* Conſeruat autem Deus vitam in malis diuturnis propter multos præclaros fines.c.2.v.6.a n.6.vſq; ad 10.

Hunc cùm vidiſſet,&c. Conſpectus miſeriæ compaſsionem generat.c.6.v.15.n.2.& 3.

Vis ſanus fieri. Interrogatione elicit Deus animum reſpondentis.c.1.v.9.n.1.* Et excitat ad ſperandum & orandum; nam languent ægrotantes. c. 2.v.5.n.3.& v.11.n.4.

Hominem non habeo. Eſt enim infidele humanũ auxilium.c.6.v.13.14.15.16.* Adeſt vero Deus derelicto ab hominibus.c.12.v.4.n.2.

Iam noli peccare. Morbi & tribulationes propter peccata,ſunt autẽ medicina animi. c.14.v.17.

¶ Domin.II. Quad. Matth.7.

In montẽ excelſum ſeorſum. Iuſtus enim eſt abſconditus in præf.c.6.n.2.c.10.v.14.n.1.*.Reuelat autem Deus iuſtis ſecretiora conſilia. ca.15.v.8.n.1.2.& 3.

Reſplenduit facies,&c. Iuſtorum facies læta & ſplendida,impiorum obſcura. c.9.v.27.n.2.* Iuſti autẽ ſplendor nunc latens,ſuo tempore ſe prodet.ca.12.v.5.n.4.5.& 6.* At impij nunc lucentes deficient in omnium oculis.c.5.v.6.n.5.

Veſtimenta alba. Explicatur c.9.v.30.nu.6.* Iſto autem externo ſplendore occurrere Deus voluit noſtrorum oculorũ concupiſcentiæ.c.5.v.2.n.7.

Bonum eſt,&c. Humanus ſenſus tantum numerat in bonis,quæ corporis ſunt.c.9.v.29.n.1.& 2. Vide etiam verbo Corpus.

De exceſſu. Nimirum,fuit illius glorificatio & cõſummatio.in præf.c.6.n.3.* Et quod plures figuræ illius paſsionis fuerint, quàm reſurrectionis.n.2.

Ipſum audite. At in monte Caluariæ, iubetur etiam inſpici.in præf.c.6.n.6.

Ceciderunt in faciem. Quod iuſtorum proprium eſt.c.3.v.25.n.4.* Eſt etiã adorantis & reuerentis habitum.c.1.v.20.n.15.& 16.* Timor etiã comes verarum reuelationum.c.4.v.14.n.5.

¶ Fer. 2. poſt Domi. II.Ioan.8.

Ego vado. Poſtquam illi videlicet longe receſſerant à ſalute.c.5.v.4.n.1.

Et quæritis me. Serò tamen, & non vt oportet,cùm tamen oporteat ſtatim. c.5.v.3.n.9. & c. 5.v.8.& c.8.v.5.* Ridebit tandem Deus impios obſtinatos.c.9.v.23.n.5.

In peccato veſtro moriemini. De hominis obſtinatione,& imperſuaſibilitate in peccato.c.12. v.14.n.3.ca.14.v.2.n.3.& ca.11.v.13.n.2.& 3.* Dimittitur autem impius in manu iniquitatis ſuæ ad certam mortẽ à qua Deus eſt immunis. c.8.v.4. n.3.4.5.* Peccatum autẽ eſt hoſtis, & tortor impij vide verbo Peccatum & verbo Impius. * Moriuntur autem impij,non in ſapientia.c.4.v.21.n.1.

In peccato veſtro. Propria videlicet illius gẽtis cordis durities,ſimiliter id Idumæorũ. Et ſuper quatuor non conuertã eum. &c. c.5.v.19.n.2.

Si nõ credideritis. Iudæorum infidelitas, velut carcer damnatorum ad mortem.ca.11.v.14.n.3.

¶ Fer. 4.poſt Dom.II.Mat.20.

Ecce aſcendimus. Tribulatio eſt eleuatio hominis,& aſcenſus.c.9.v.23.n.6.* Et erigit hominẽ in ſpem.c.5.v.16.n.1.& v.17.n.1.& 2.* Eſt autem ad patientiam alacriter currendum, & conuolandum.c.5.v.7.n.7.

Principibus ſacerdotum,&c. Peccatum eos interdũ magis infeſtat,qui ſanctiores eſſe deberent. c.4.v.19.n.6.

Ad illudendum. Proponitur initio Paſsionis contumelia & opprobrium, tanquam res difficilis ad tolerandum. c.3.v.2.ſect.2.n.5.& c.16.v.11.n.3. * Cur voluerit autem eſſe Chriſtus velata facie inter opprobria.c.10.v.4.n.6.

Et tertia die reſurget. Reſurrectionis mentio ſemper coniungitur cum Paſsione pro ſolatio. c.14. v.14.n.4 5 6.

Mater filiorum Zebedæi. Nimius parentũ amor in filios.c.1.v.18.n.6.& 7.* Fœminarum autem conſilia frequenter incommoda & nociua.c.2. v.9.n.3.& 4.

Adorans & petens. De ſignificatione & habitu adorandi plura.c.1.v.20.n.15. & 16.* Et quod aliquando,quæ videtur pietas, ſit vtilitatis cupiditas.c.1.v.9.n.3.

Vnus ad dexteram, &c. Quid ſit à dextris eſſe.c.17.v.3.n.5.& 6.

Neſcitis,&c. Dei ſeuerior correptio ſpem iniicit obtinendi præmij.c.15.v.17.n.2.3.4.* Homo autem naſcitur ad laborem, non ad ambiẽdam ſedem.c.5.v.7.n.3.& 5.

Poteſtis bibere, &c. In Principe & Doctore animi virtus.ca.1.v.1.n.13.& c.12.v.13.n.9.* Et debet eſſe per patientiam probatus in præf.c.3. n.5.& 6.* Non tam vt exerceant quicquid poſſunt, quàm vt ſibi temperent, inſtar Dei.c.8.v.5.n.3.

Calicem meum. Tribulatio potio amara. c.5. v.17.n.6.Et inſipida. c.6.v.6.n.7.* Chriſti autem calix per ſuos iuſtos circumfertur.c.5.v.17.n.6.

Non eſt meum dare,&c. Dei eſt honores cõferre.c.5.v.11.n.1.& cap.15.v.19.n.4.* Sedent enim Principes in ſede Dei. c.13.v.8.n.1.c.12.v.19.

Indignati ſunt de duobus fratribus. Cur inter fratres grauiſſima diſcordia. c.1.v.4.n.11.20.

¶ Fer.6.poſt II.Domin.Mat.21.

Septem circundedit. Diuina cuſtodia vallum,& murus.c.1.v.10.n.2.3.& 4.

Et ædificauit turrim. Prælati ſolertia, velut Turris Dauid confortans ſubditos. c.4.v.4.n.3.

Peregrè profectus,&c. Dimittit enim hominem ſuæ libertati.c.8.v.4.n.2.* Deus autem abiens aut veniens nobis ignotus.c.9.v.11.n.2.

Miſit ſeruos, vt acciperent fructus,&c. Impij ſemper cõqueruntur ante tempus exigi ab illis rationes.c.15.v.23.n.1.& 2.* Exigit autem Deus fructus,ne homo ſit inutilis.c.15.v.15.n.3.* Exactores autem fructuum ſunt prælati & prædicatores. c.3.v.18.n.2.

Iterum miſit alios, &c. Deus longanimis,& patiens.c.10.v.8.nu.18.& c.4.v.9.n.2.& cap.1.v 9. num.4.

Nouiſſimè autem,&c. Nam moram faciẽte Domino, cœperunt percutere conſeruos ſuos.ca. 5. v.20.& c.16.v.11.n.3.

Quid faciet agricolis?&c. Interrogatione elicis veram ab impio cõfeſſionem. c.1.v.9.n.1. * Repentina autem Dei interrogatio pertinet ad hominis condemnationem.c.9 v.12.n.1.2.& 3.

Aiunt illi. Ore ſuo condemnantur. c.9.v.20. n. 2.3. * Deus autem litigans cum homine, ſemper vincit.c.9.v.19.n.2.& 3.& v.2.n.3.& c.4.v.17.n. 1.2.& 3.

Lapidem,quem reprobauerunt,&c. Explicatur c.5.v.17.n.7.

Auferetur à vobis, &c. Quod illi dixerant, Malos malè perdet. Nunc nõ dicit, perdam,aut auferam; nam Deus à noſtra morte immunis, & perditio ex nobis. ca.8. v.4. * Diuinam igitur liberalitatem prohibent peccata.c.15.v.11.

Dabitur genti. Hinc ille ſpiritus compunctionis Iudæorum.c.8.v.1.n.39.

Domi.III.Quad.Luc.11.

Erat Ieſus. Ex proprio officio. De ſignificatione autem illius præteriti imperfecti.c.1.v.1.n.23.

Dæmonium. Dæmonis ſeruitia, & humani ſanguinis ſitis. Vide verbo Satanas.

Mutum. Linguam in Iob non læſit. c.1.ſect.5.n. 4.* Nunc autem alligat illam, nam tentat omnia media in noſtram perniciem.c.2.v.5.n.2.

In Beelzebub. Quis ſit explicatur.c.1.v.16.n. 2.* Proprium eſt autem dæmonis calumniari occultam intentionem.c.1.v.9.n.1.

Vidit cogitationes. Humanæ cogitationes ſunt Deo voces.c.12.v.18.n.5.* Et Deo ſunt perſpecta.c.1.v.5.n.25.& c.9.v.12.n.1.

Si Satanas in ſeipſum diuiſus eſt, &c. Explicatur ex propria ſignificatione Satanæ.ca.1.v.6. num.8.

Filij veſtri,in quo eiiciunt? Artem curandi morbos dæmoniacos edoctos a Salomone ex Ioſepho.c.2.in enum.morb.ſect.1.n.3.

Cùm fortis armatus. Dæmonis nomen.c 5.v. 5.n.3.& 4.

Septem ſpiritus nequiores. Nequitiæ nomen propriè in dæmonem quadrat.c.1.v.14.n.2.

Cuſtodiunt verbum Dei. Explicatur. c.10. v.12.n.9.

¶ Fer.2.poſt III.Dom.Luc.4.

Fac & hîc in patria. Vt & ſuam patriam dignaretur externo illo honore miraculorum. Deſiderare autem & inuidere quod in aliis videas puerorũ eſt.c.5.v.2.n.6.& 7.* Quæ Dei autem ſunt,non obtinentur titulo carnalis cognationis.c.1.v.1.nu 40. * Diuina autem ſapientia,& prouidẽtia quare hîc & non ibi aliquid operetur,non eſt curioſè perſcrutandũ.c.9.v.12.& c.11.v.7.n.1. et v.7.n.1.et v.8.et 9.

Nemo propheta, &c. Quondam nemo peregrinus iudex,aut magiſtratus erat acceptus. c.1.v.1. num.22.

In diebus Eliæ, quando clauſum eſt cœlum &c. Explicatur locus, vt habetur in Iacobi epiſtola.c.1.v.1 n.3.

Tranſiens per medium illorũ ibat. Tranſire, vincentis eſt. c.15.v.19. n.6. * Tum etiam ire aut ambulare.c.1.v 7.n.4.& cap.9.v.8.n.4.* Illud autem præteritum imperfectum, indicat eandem animi conſtantiam,& gradiendi moderationẽ,quæ antea in iſto fuerat.c.1.v.1.n.23.

¶ Fer.4.poſt Dom.III.Mat.15.

Non lauant manus. &c. Calumniator eſt, qui litem intendit propter leuiſſima peccata.c.10.v. 1.n.4.5.6.* Imitantur verò iſti Accuſatorem fratrum ſuorum.c.1.v.6. n.8. vbi de nomine Diaboli,id eſt,criminatoris.* Flagellant autem lingua famã aliorum ſub ſpecie correctionis.c.5.v.21.n.4.* Fruſtra quærunt iniquitatem in domo iuſti. ca. 10.v.6.n.1.

Quare & vos, &c. Ad Dei repentinam interrogationem obmuteſcit impius.c.5.v.16.n.4.& c.9. v.12 n.1.& 2.& c.13.v.19.n.4.

Propter traditiones veſtras. Humanas videlicet,nam alia ſunt ſacra.c.8.v.8.n.3.* Qui autẽ vnum mandatum obſeruat, & non aliud, accipit faciem in lege.cap.13.v.8.n.2.* Et reddit vnicam Dei legem, Multiplicem.c.11.v.6.n.2.

Hypocritæ. Vt qui tantum externa curarent. Vide feria 4.Ciner.

Cor autẽ eorum,&c. Potiſſimum curandum, vt lex ſit in medio cordis, c.11.v.13.n.2.* Et cordis mundicies.ca.1.v.1.n.5.3. & v.5.n.4.* Debet enim eſſe cor, ſicut pyxis eburnea.c.12.ver.5.num.3.* Debet autem lingua reſpondere cordi.c.6.v.3. n.6.

Omnis plantatio, &c. Nam non dat radices altas.c.5.v.3.à n.2.vſq; ad 6.

Si cæcus cæco ducatum præſtet. Miſerum eſt reipub.oculum cæcum eſſe.c.10.v.4.n.2. & cap. 9.v.24.n.1.

Quæ

Quæ procedunt de ore, de corde exeunt. Cor docet linguam.cap.15.v.5.nu.1.* Ita ex abundantia cordis os loquitur, & tanquam ex theſauro promit verba.c.3.v.1.n.6.

¶ Fer.6. poſt III. D. Ioan.4.

Fatigatus ex itinere. Diligere illa oportet ea, quæ tanto labore conſtant. ca.10.v.8.n.13 14 15. 16.17.

Hora erat &c. Temporis circumſtantia notanda ad rei ipſius intelligentiam ca.1.v.6.n.2.* In ſeruire autem dies ardenter requirit, cui beneſaciat.c.3.v.6.n.5.

Venit mulier haurire. Mundi ſeruitus laborioſa.c.1.v.8 n.5.6.7.* Et quæ deſideres, nõ niſi manuum & brachiorũ labore cõparanda. c 1.v.1.n.48.

Quomodo tu Iudæus cùm ſis &c. Abſtinebant enim Iudæi nimiùm religiosè à reliquorum conuictu.c.15.v.19. n.5.* Eſt autem vitanda praua ſocietas c.1.v.1.n 66.67 68.

Tu fortitan petiiſſes & daret.&c. Quæ certa ſunt, ſolet aliquando Scriptura proponere ſub quadam dubitationis ſpecie.c.14.v.14.nu.1.* Obſequio autem ſuorum ſeruorum par rependit Deus. c. 1.v.10.n.4.

Sitiet iterum. Cupiditates humanæ inexplebiles.c.16.v.11.n.1 & c.11.v.16.n.4.* & alia etiam de bibendo ibidem. nu 5.6.7.* Impius ſua ſitis, id eſt, deſideriis cruciatur.c.5.v.2.n.6.& 7.& cap.15. verſ.30.

Domine, vt video, Propheta es &c. Correptio ſalutaris, quæ cum humilitate, & pœnitentia ſuſcipitur.c.5.v.17.n.3 & 9.

Ego cibum habeo &c. Iuſti, & illorum virtutes ſunt Deo cibus gratiſſimus: ad impios verò nauſeat.c.12.v.11.n.7.

Videte regiones &c. De Regionis nomine. vtilia quædam.c.5.v.23.n.5.

¶ Do.IV. Quad. Ioan.6.

Sequebatur eum multitudo, quia videbant &c. Dei obſequium debet eſſe gratuitum.c.1. v.9.n.3.* Sicut Deus gratuitò beneſacit.n.4.

Cum ſubleuaſſet oculos. Oculi Dei in bonũ. c.13 v.24. n.2. Faciem verò abſcondere indignantis eſt.c.13.v.24.n.2.* Eſt autem princeps miſerorum oculus.c.10.v.4.n.2.* Cum illo autem videndi ſtudio coniuncta eſt commiſeratio.c.6.v.15.n.2.3.

Vnde ememus panes? Interrogatione elicit Deus mentem Philippi.c.1.v.9.n.1.

Sed hæc quid ſunt?&c. Requiritur ab homine fiducia de Diuina ope & potentia.ca.5.v.31.n.3.* Vbi vero deficit humanum auxilium, deprecandus eſt Deus, Qui facit mirabilia.cap.5.v.8 & 9. Vide etiam c.12.v.4.n.2.

Accepit ergo Ieſus panes. Prouidet ſuis ſeruis de victu neceſſario.c.5.v.20.n.3.& v.22.

Quantum volebant &c. Rerum multiplicatio ex paruis initiis opus Diuinæ ſapientiæ, atq; potentiæ.c.5.v.9.n.4.& c.12.v.23.n.3.

Et facerent eum Regem. Ii, quibus Deus victum & diuitias contulit. vel ex ſola gratitudine, debent eſſe addicti diuino obſequio.c.1 v.9.n.2.* Cũ tamen diuites frequẽter ingrati ſint.c.12. v.6. n.4.* Nam ſaturati obliuiſcuntur Dei.c.1.v.5.n.24.

¶ Fer.2. poſt Dom. IV. Ioan.2.

Inuenit in templo vendentes &c. Qui inter orandum attendunt animo ad ſuas negotiationes.cap.16.v.18 n. 4.* Videbantur igitur accedere ad templum, & ad Deum propter ſuas vtilitates c. 1 v.9.n.3.

Et cum feciſſet quaſi flagellum &c. Iuſti in diuino honore tuendo acerrimi.ca.2. v.10.n 1. & 2.* Videtur autem horũ hominum peccatum fuiſſe ex illis, in quibus Deus dicitur non habere patientiam.c.10.v.7.n.4.* Fiunt autem funiculi et flagella ex ipſius impij peccatis, quibus conſtringitur & torquetur.c.8.v.4 n 3.& c.15.v.16 nu.2. & v.20 n.1 & c.5.v 2 n 7.

Et eiecit. In iudice & prælato animi robur.c.1. v.1.n 13. Vid. etiam feriam 2. poſt Dom. 2.

Domum patris mei. Templum, & dies feſtos ſua propria & peculiaria requirit Deus. c.3.v 4.n. 5.* Ex eo autem quod templum dicatur Domus orationis, ſignificatur vniuerſus religionis cultus. c.16 v.18.n.4.

His qui columbas &c. In correptione modus ſeruandus.ca.2.v.10.n.2.* Et vbi culpa non exigit, non debet eſſe nimium ſeuera c.5.v.24 n.2.* Ergo debet culpa cum pœna in ſtatera appendi. ca. 6. v.2.& v 6.nu.4.

Quod ſignum oſtendis?&c. Stultè ſignum poſtulant, cum ille ipſe zelus tuendi diuini honoris eſſet quaſi ſigillum ſuæ poteſtatis. c.1. v.1.n.12.

Soluite templum hoc &c.c 16.v.8.n 4.

Fer.4. poſt D.IV. Ioan.9.

Præteriens. Qui prætereant, & quid ſit præterire miſeros.cap 6.v 15.n.2.& 3.* Ieſus autem, Præteriens vidit Diligenter intuitus.ibid.* Solatium verò in malis a Deo videri. in præfa.c.7.n 1. & 2.& c.13.v.24.n.4.* Videre autem & conſiderare eſt cum cordis affectu, & beneuolentia.c.1.v.8. nu.1.3.4. & c.7.v.17.n.5. Vid. etiam Dom.4. ſuper id, Cum ſubleuaſſet oculos.

Quis peccauit &c. Tribulationes frequenter propter peccata. Vid. verbo Tribulatio. Impij autem in tribulatione obliuiſcuntur ſuorum peccatorum.c.4.v.20.n.4 & 5.& c.5.v.6.n.2.

An parentes eius? Parentes puniti in filiis. c. 1.v.18.n.7.& cap.14.v.21.n.1.& cap.4.v 21 n.2.& c.5.v.4.n.1.& 3.

Neq; hic peccauit. &c. Tribulationes præſertim iuſtorum in Dei gloriam.c.1.v.12. n.17.18.* Deus autem poteſt innocentem affligere.ca.9.v 32, nume.1.* In quo eſt diuina prouidentia occulta, & mirabilis. c.1. v.21. n.15.& c.17.v.8.n.1.

Me oportet operari opera eius &c. Id eſt, opera creationis. nam ex hoc miraculo oſtendit ſe

eſſe creatorem totius hominis in circuitu. ca.10.v.8.num.11.

Fecit lutum ex ſputo. Repræſentat limum de quo formatus eſt homo. cap.10.verſ 9. nu.4.* quod admonet hominem ſuæ imbecillitatis ibidem. num. 6.* Et ſuæ etiam vilitatis. c.4.v.19.n.3.4.

Et liniuit oculos. Deus mirabilis chirurgus medicinis contrariis ſanans. c.5.v.18. a nume. 1. vſq; ad 6.* Quam vere facile Deo eſt conſolari miſerum. c.15.v.11.n.1.

Vt ſiquis eum confiteretur, extra ſynagogam fieret. Imo qui non amat Dominum Ieſum, anathema. c.16.v.16.n.2.

Quis eſt Domine? Ex beneficio accepto erigitur alia noua petenda c.10.v.8.n.2.

¶ Fer. 6. poſt IV. Dom. Ioan. 11.

Quæ vnxit Dominum. &c. Deus habet deſcripta in libro memoriæ iuſtorũ opera. c.2.v.3.n.6.

Ecce quem amas. Breuiſſima oratio, & ſine multiloquio. c.11.v.2 n.1. & 5.* In tribulatione autem ſilendum. re tota commiſſa Diuinæ prouidentiæ, c.3.v.2 n.2. & 3.* Sed illud. Ecce. Indicat mirum eſſe, Dei amicum ab illo tribulari. c.4.13.v.17.n. 2. & c.17.v.8.n.1.

Quem amas. Deſiderant ſanitatem, ſed non exprimunt: nam deſideriis iuſtorum excitatur, & reſpondet Deus. ca.8.v.6.n.4.* Tribulationes autem ſunt ſignum Diuinæ beneuolentiæ. cap.17.n.9.* Et ingens beneficium. c.1.v.21.n.18.19. Vide etiam verbo Tribulatio, & Iuſtus.

Amicus noſter. Solus Deus verus amicus. c.12. v.4.nu.2.* Et in illum quadrat, quòd, amicus eſt medicamentum vitæ & immortalitatis. c.2. v.13.n.4.

Dormit. Mors ſomnus, & tranquillitas. Verbo, Mors.* Habet autem Deus ſuos iuſtos conſeruatos in faſciculo viuentium. cap.14.verſi.13. num.2.

Si fuiſſes hîc &c. Deus medicus vitæ deploratæ. c.2.v.6.n.8.

Vbi poſuiſtis eum? c.1.v.9.n.1.

Lacrymatus eſt. Similem ſe præbet tribulato. in præf.c.7.nu.3.* Damnauit igitur indolentiam Stoicorum. Vid. verbo, Stoici. & verbo, Dolor. * Sed peculiariter videtur tangi mortis, & defunctorum commiſeratione. c.6.v.10.n.3.

Tollite lapidem. Verbo, Obſtinatio.

Domine, iam fœtet. Peccator fœtidus, abominabilis. c.15.v.16.n.1.2.3. & c.12.v.11.n.7.

Quoniam ſi credideris &c. In ſimili fides Abraham in ſpem contra ſpem. fides etiam Iob, etiamſi illum Deus occideret. c.13.v.15.n.4.

Voce magna clamauit. Signum & figura vocis Dei, & tubæ angeli in vltima reſurrectione. cap. 14.v.15.nu.1.2.3.* Signum etiam Diuinæ Caritatis ſuſcitantis mortuos. n.5.

Et ſtatim prodiit. Futura iuſtorum reſurgentium alacritas, & reſpondendi velocitas. ibid. num.4. & 5.

¶ Dom. V. Qu. Ioan. 8.

Quis ex vobis &c. Detrahebant illi ſermonibus veritatis, cùm nullus poſſet Chriſtum arguere. c.6.v.25.n.1.2.3.

Samaritanus es. Contumelia grauiſſima ad tolerandum. c.3.v.2. Sect.2.n.5.* Eſt crudelior flagello, fuſte, gladio. c.5.v.2.num.3. & 4. & c.16.v.16 num. 3.

Ego non quæro gloriam &c. Prædicator veritatis non quærat falſam glorìolam vulgi cap.3. v.1.num.8.

Eſt qui quærat &c. Iuſto tacente Deus pro illo reſpondet. c.16.v.2 num.1. & 3.* Eſt etiam Deus ſequeſter noſtræ patientiæ. c.9.v.33.n.1.

Exultauit, vt videret diem meum &c. Paſſionis videlicet, aut Reſurrectionis. in præf. ca 7. n.1. & 9.

Nunc cognouimus &c. Animalis homo non percipit, quæ ſunt ſpiritus Dei. c.12.v.4.n.6.

Abſcondit ſe. Quaſi illos ſuæ obſtinationis condemnans. nam iudices laturi ſententiam capitalem abſcondebant ſe. cap.9 v.24 n.4. & c.13.v 24 n.4.

¶ Fer. 2. poſt Dom. V. Ioan. 7.

Quædam ſunt communia etiam Feriæ. 2. poſt Domini. 2.

Quò hic iturus eſt? &c. Semper Iudæos pungit ille ſpiritus compunctionis, et inuidentiæ aduerſus gentes. c.1, v.1.n. 39.

Clamabat. Vehemens animi ſenſus. & viſcerum ardor clamorẽ extorquent. c.3.v Sect 9.n.3. & 4.

Si quis ſitit, veniat, & bibat. Eſt videlicet omnium bonorum fons vberrimus c.8.v 3 n.4.* De cuius plenitudine accipimus. c.2.v.4.n.3.* Cum tamen Mundi felicitas ſit ſicut torrens, qui raptim tranſit in conuallibus. c.6.v.15.* Oportet igitur ſine fonte aquæ viuæ, ſicut iuncum ante omnes herbas areſcere. c.8.v.11. & 12.

¶ Fer. 4. poſt Dom. V. Ioan. 10.

Hyems erat. Obſeruanda circumſtantia temporis c.1.v.6.n.2.

Ambulabat Ieſus in porticu. Indicabat Deum minimè in illorum cordibus eſſe, ſed tantùm in labiis, & externis ceremoniis. Debet autem eſſe in medio cordis. c.11.v.13.n.1. & 2.

Circumdederunt ergo eum. Hoſtilem animum & obſidionem bellicam indicat verbum circumdandi, aut circumeundi, cap.16.v.14.c.1.v.7. nu.3. & v.9.n.3.

Non rapiet eas quiſquam de manu mea. Vt iuſtum ſuum Deus in tuto collocet. cap.5.v.11.n. 4.* Et vt cuſtodiat quaſi paſtor, ne rapiat lupus circumiens. c.1.v.10.n.2. & c.2.v.6.n 7. & c.5.v.23. n.9. & c.10.v.12.n.9.* Ideo dicitur iuſtus abſconditus in abſcondito faciei diuinæ. cap.10.v.3. n.1. Vide etiam verbo Iuſtus.

Propter quod eorum opus &c. Ingratiſſimus, qui beneficium obliuiſcitur. c.1.v.9.n.2.

De bono opere. Cum multa bona opera

illis

illis exhibuiſſet Chriſtus, ipſi opus appellant, extenuando, & imminuendo, quod dæmonis proprium eſt. c.1.v.9.n.1.

Dij eſtis. *Principes & iudices, velut dij quidam c.12.v.19.n.1. & c.13.v.7.n.5.*

¶ Fer. 6. poſt Dom. V. Ioan. 11.

Concilium aduerſus Ieſum &c. *Multa de impiorum concilio, & conſilio, & quod ſua aſtutia illos Deus apprehendat, & in rebus clariſſimis palpent, velut in tenebris. ca.5. à v.12. vſq; ad 14. & c. 12. verſ. 17. 20. & 25.* Et vere ſunt inepti negotiis gerendis. ca.1.v.10.n.7.* Quod autem ſemper impij ineant aduerſus iuſtos conſilia. c.10. v.1.n.11.*

Quid facimus. *Impius proiectus ad omne ſcelus, & ſuam in peccando tarditatem accuſat. c.15. v.16. n.4.5.6.7.*

Hic homo. *Cum illius nomen nolint ore vſurpare, indicant illum ſibi eſſe valde infenſum. ca.1.v. 1.n.49. & v.8. n.10.*

Multa ſigna facit &c. *Ingratiſſimi omnium. Vid. verb.* Beneficium.

Venient Romani & tollent. &c. *Vid. ſuprà. c.5. Vbi de concilio.* Impij autem ſolùm in vtilitatem temporalem intendunt. c.12.v.5. nu.3.* Et illi arctiſſimè inhærent. c 4. v.21.nu.4. Tanquam perpetuæ. c.9.v.25.n 5.*

Expedit vobis. *Sub vtilitatis ſpecie occultant iniquam intentionem, velut ſemen occultatum in terra. c.4. v.8.n 1.*

Vt moriatur. *Mori quidem expediens; ſed interficere inauditum ſcelus. De hac autem ſubtili diſtinctione actionis a paſſione in ſacro ſermone plura. c.1 v.12.n.16.*

¶ Domi. in Palmis Matth. 21.

Cum appropinquaſſet Ieſus. *Alacriter accedit ad locum, & tempus paſſionis, ſicut ipſe vult nos ad patientiam properare. c.5.v.5.n.7.*

Et veniſſet &c. *Venit quidem in propria inſtar iure proprio legitimè poſſidentis. c.1.v.7. n.4.*

Miſit duos. *Nam Charitatem fraternitatis ſemper à nobis exigit. Vide plura verbo* Frater.

Dominus his opus habet. *Qui enim omnia dat, non abdicat à ſe rerum dominium. ca.1.v.21.n. 14.* Dominus *igitur* dedit, Dominus abſtulit. *n.12.13.14.15.16.*

Strauerunt veſtimenta. *Seruiunt Deo externa omnia, quæ per veſtes ſignificantur. c.1.v.20.n.9.*

Plurima turba. *Humani fauoris, & felicitatis inconſtantia, quæ ad paucos dies, fortè etiam horas euanuit, ſicut* ſcirpus, qui cum ſit in flore, ante omnes herbas areſcit. *c.8.v.11.n.2. & v.12.n. 3.* Eſt etiam ſimilis ſcintillæ, aut ſoli deficienti. c.5. v.7.n.5.* Et quò maior eſt, debet eſſe magis ſuſpecta. ibidem n.8.*

Alij cædebant ramos &c. *Neque ramos ſolùm, ſed & flores iuncorum, qui ad Deorum & Regum coronas adhibebantur, videntur illi obtuliſſe. Sed confer hos flores, cum iuncea, & ſpinea corona. c.8.v.12.n.1. & 2.*

Ecce Rex tuus venit tibi. *c.3.v.15.n.3.*

Oſanna. *c.5.v.1.n.3. & c.3.v.8.n.4.*

¶ Fer. 5. in Cœna D. Ioan. 13.

Quia venit hora. *Mors venire dicitur expectanti, & optanti. c.3.v.21.n.2.*

Cum dilexiſſet &c. *Maxima Charitas, cum morti proximus, eſt ſolicitus ſuorum. c.14.v.22.n.2.*

In finem &c. *Diuinæ ſapientiæ & Charitatis dimenſiones c.11.v.9. Vide etiam v.7. & 8.*

Cum Diabolus miſiſſet &c. *Quæ ſunt proditionis & criminationis fratrum, videntur eſſe à diabolo peculiariter, qui eſt* accuſator fratrum ſuorum. *c.1.v.6.n.8.*

Ponit veſtimenta ſua. *Luctaturus iam cum hoſte & peccato,* ab omnibus ſe abſtinet. *cap.1. v. 20. num. 9.*

Et cœpit lauare &c. *Sunt ſanè peccata animi & affectus ſordes, & maculæ. ca.8.v.6.n.3. Vide etiam cap.9.v.30.*

Pedes. *Obſeruat quidem Deus, veſtigia, & pedum radices conſiderat, & omnes* greſſus dinumerat. *c.13.v.27.n.5. & c.14.v.16.n.2.*

Exemplum dedi vobis &c. *Maiorum, atq; principum exempla efficaciſſima. c.1.v.1.n.77.*

¶ Fer. 6. in Paraſceue.

De Chriſti Paſſione, & variis illius circumſtantiis multa in indice, verbo Chriſtus.

¶ Domin. Reſurrect. & Fer. 2. de duobus diſcipulis &c. Luc. 24.

De Reſurrectione Chriſti, & quòd terra tremens fuerit inſtar parturientis, & illius figuræ, aliaq; id genus, verbo Chriſti reſurrectio.

De Reſurrectione autem noſtra, & varia illius ſimilitudines, & exempla, & de illius Spe & Fide, verbo Reſurrectio.

Quod Chriſtus reſpondens duobus diſcipulis agentibus de illius Paſſione, Quæ? *quaſi iam paſſionis oblitus indicet magnitudinem gaudij, quæ affert obliuionem laborum. c.11.v.16. n.1. & 2.*

Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam &c. *Patientiæ neceſſitas, & quòd illi potiſſimùm conferatur præmium. in præf. cap.6.n.2. & 3.*

¶ De diuite epulone prætermiſſum: & ſuo loco reponendum.

¶ Fer. 5. poſt Dominicam Quad. Luc. 16.

Homo quidam erat. *An hæc ſit parabola, an verò hiſtoria. in præfat. c.1.n.7.*

Erat diues. *Videtur principium reliquorum peccatorum indicari, nam diuitiæ ſunt pabulum vitiorum. Vid. Verbo* Diuitiæ.* Vt Diuites ſint immiſericordes, & nihil* patiantur ſuper contritionem Ioſeph. *ibid. & verbo* Patientia.

Epulabatur ſplendidè. *Explicatur ca.1.v.4. n.10. vbi etiam de quotidianis conuiuiis, & illorum frugalitate.*

Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus. *in præf. c.1.n.7.* Et nouem peculiares Lazari crucia-*

cruciatus numerantur, & comparantur cum ærumnis Iob.c.2.v.8.Sect.13.nu.1.

In ſinum Abrahæ. *Is ſinus Lazaro portus fuit poſt tempeſtatem vitæ.ca.3.v.13 n.7.*

Fili Recordare. *Eſt enim diuitum propria Dei obliuio.cap.8.v.13.n.3.* Et magnitudo cruciatuum* obliuionẽ facit luxuriæ multæ. *c.11.v.16.n.2.*

Recepiſti bona. *Vid.c.2.v.10.n.7.& c.7.v.7.n.4.* Eſt autem bonorum nomen ad cibum pertinens,c.1.v.4.n.10.* Et eſt bonorum huius vitæ commutatio cum pœnis alterius.c.2.citat.& ca.11.v.16.n.2. Vid.etiam verbo* Impius, & Mors.

Nunc autem hic conſolatur &c. *Tribulationes Deus immittit,quib.vult beatitudinem conferre.ca.7.v.18.n.3.& 4.& c.14.v.1.6.n.2.* Et ita cum tribulationibus coniuncta beatitudinis ſpes.c.2.v.9.n.5.& c.5.v.16.n.1.& v.17.n.2.& 3. Vide etiam verbo* Tribulatio.

¶ In die Aſcenſionis. Actu.1. Mar.16.

Chriſtus Increpans incredulitatem *diſcipulorum,docet reprehenſionem cum moderatione faciendam.Vid.verbo* Correptio.* *Et quòd Dei increpatio non eſt* reprobanda. *c.5.v.17.*

Prædicandum Euangelium omni creaturæ. *Oportet enim* nomen *Dei vbiq;* benedici, *& glorioſum haberi.c.1.v.21.n.17.*

Aſcendens *autem poſt paſſionem,indicat* Laborum glorioſum eſſe fructum. *Vid. verbo* Præmium. & Patientia.

Angeli dicentes; Sic veniet, quemadmodum vidiſtis eum &c. *indicat & tunc benignum ſe præbuiſſe ſuis, & benignum etiam ſe præbiturũ expectantib.aduentum,et iudicium &c.c.13.v.3.n.4.*

¶ In Pentec. Actu.2. Ioan.14.

Sonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, *fuit Apoſtolis gaudium & lætitia.nam quod impio eſt ſonus terroris, iuſto eſt harmonia, & concentus.ca.15.v.21.n.5.* Et quòd Diuinas reuelationes initio comitari ſoleat aliquis terror.c.4.v.13.num.3.*

Apparuerunt diſpertitæ linguæ. *Explicatur.c.17.v.5.n.1.*

Exiſtimabant autem Apoſtolos eſſe muſto plenos; *nam animalis homo non percipit, quæ ſunt ſpiritus Dei.c.v.4.n.6.*

Ebrietatis autem ſpiritualis ſimilitudo poteſt deſumi ex ebrietatis corporea deſcriptione.cap.1.v.20.n.1.& c.15.v.21.n.6.

¶ De Euchariſtia.

De conuiuiis,& quòd Charitatem mutuam nutriant.c.1.v.4.n.8.& 9. Quòd conuiuium Euchariſtia videatur Sacerdotale; vt in quo caput ſit ipſe Chriſtus, à cuius capite &* barba deſcendit vnguentũ *&c.c.1.v.5.n.8.* & quod inter reges fœdera quondam ſancirentur ſanguine.c.9.v.33.n.7.*

** Deus autem ſe nobis edendum præbens,vult vt mutuò illi nos in cibum offeramus. appetit verò ille iuſtum,nauſeat ad impium.c.12.v.31.n.7.*

¶ In commu. Martyrum.

Hæc obſeruari poſſunt. Humana imbecillitas roborata virtute Diuina.c.1.v.1.n.4.5.6.7.* & dicuntur* fortes iuſtitiæ. *nu.9.* Conſtantia in aduerſis.c.1.v.20.n.3.* In ipſis tormentis firmius adhærebant Deo.ca.17.v.9.* Quid ſit* pretioſam *eſſe* apud Deum mortem ſanctorum eius. *cap.1.v.1.n.18.* Quomodo dicantur ſeminaſſe in lacrymis.ca.4.v.9.n.7.* Alacriter currebant,imo volabant ad tormenta.c.6.v.7.n.7.& 8.Quæ loquebantur,erant plena myſteriis. nam quæ in tribulatione iuſtus afflictus loquitur,myſteria ſunt.c.3.v.1.n.2.* Patientia autem eſt,quæ Martyres facit.c.2.v.8.Sect.2.num.4.*

Pleraque autem opportuna inuenies verbo Tribulatio, Patientia, Iuſtus, Mors.

¶ In communi Doctorum.

Quales oporteat eſſe Doctores, & quibus ſimiles ſint. Vid.verbo Doctor.

De Sale etiam, & de illius ſignificatione peculiaria quadam.c.6.v.6.

Quomodo Prælatus & Doctor ſint ſimiles Soli, & oculo.vid.verbo Princeps, Rex, Pater.

¶ In communi Virg. Matth.25.

Explicatur cur Virgines lampadibus *vterentur;cur item dicerentur* exire obuiam ſponſo. *c.3.v.7.n.3.*

Quod autem impij lampas extinguatur, *Oleũ autem iuſti nõ deficiat,ſed* parata *ſit.c.12.v.5.n.4.*

Neſciri *autem* diem, neq; horam, *indicat vitæ vmbram eſſe fallacem.cap.14.v.2.n.6.Et plura etiam verbo,* Vita, Mors, Iudicium, Homo. *Tum etiam impio mortem inopinatam & peſſimam accidere.Verbo,* Impius, & Mors.

¶ In communi Defunct.

Defunctorum, & mortis memoria integer liber Iob ſeruire poteſt: quare facilius ſit obſeruare, quæ ab hac re aliena videantur, quàm quæ cum illa faciant.Ergo in rerum indice tum alia, tum verò hæc, quæ præcipua ſunt, indicantur.

VITÆ HVMANÆ Breuitas, Vanitas, Inconſtantia, Tædium, Tumultus, Aerumna, Morbi, & alia mala.

MORTIS, Neceſſitas, Bona & commoda, Deſiderium, Quies & tranquillitas, Cogitatio & memoria, Obliuio, Acerbitas, & ſtimulus, Variæ etiam illius ſimilitudines.

MORS Iuuenum, Senum, Iuſtorum, Impiorum, Præuiſa, Subita, Optata, Amara.

SEPVLCHRORVM, & Funerum ceremoniæ, variæ etiam ſimilitudines.

MORIBVNDI Hominis affectus, animi dolor, rerum aliarum obliuio, Ritus obſeruati, ſpes, aut ſpei abiectio, & alia id genus.

Quæ inuenies verbo Mors, Vita, Homo, Morbus, Sepulchrum, Iuſtus, Impius.

FINIS.

Digitized by Google

